Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
H
124 λ
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

H 124 (1
13775 A

AVREVM
COMPENDIVM
OMNIVM
DECISIONVM
REGNI NEAPOLITANI;
HOC EST,

REGII COLLATERALIS CONSILII;
Sacri Regij Conſilij, Regiæ Cameræ Summariæ, Magnæ Curiæ
Vicariæ, ac omnium eiuſdem Regni Audientiarum,
In alijs Regnis obſeruatarum.

AVCTORE IO. BAPTISTA DE THORO
I. C. NEAPOLITANO.

OPVS IVDICIBVS, CAVSARVM PATRONIS,
ac omnibus in quouis foro verſantibus vtile, ac neceſſarium.

Cum Catalogo omnium Auctorum prædictarum Deciſionum.

HAC TERTIA EDITIONE INNVMERABILIBVS ADDITIONIBVS
ferè cuiq; Deciſioni, ac diuerſo caractere notatis illuſtratum.

ACCESSIT ETIAM NOVVM ALIVD COMPENDIVM
omnium Deciſionum Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, cum ſuo Catalogo Doctorum earundem Authorum, ab ipſomet Authore congeſtum.

CVM PRIVILEGIO.



Bibliotheca de Rosa
Caf. 169

NEAPOLI, Ex Typographia Iacobi Gaffari. M.DC.XLVII.
EXPENSIS IO: DOMINICI BOVE.

Digitized by Google

Digitized by Google

IO. DOMINICVS BOVE LECTORI.

Solertiſſimus ille non manu dùntaxat, ſed ingenio ſagaciſſimus Apelles, artificioſiſſimè à ſe depictum Veneris ſimulacrum Vulgo conſpiciendum protulit, vt omnium oculis expoſita pictura,omnium ſubiecta cenſuræ,abditas ſcrutaretur opiniones. Ipſumq; ferunt poſt opus ſuum latitaſſe, vt clanculum quid de eo ſentirent homines, auribus ipſe ſuis hauriret. Nec prætereundum eius factum: cùm ne Sutoris quidèm iudicium ſit aſpernatus, qui crepidam non benè quadrare iudicaret. At cùm idem ille ſuo de munere ab Apelle laudatus eſſet,in ſuperbiam irrupit, adeò, vt & oculos, & genas,& faciem ipſam cenſura ſua carpere non dubitarit, & ob id ab Apelle eodem verberibus eſt affectus; vndè fluxit Adagium à *Paulo Manutio* inculcatum. *Sutor Crepidam iudicet.* Idem mihi tertia hac editione Compendij Deciſionum Regni Neapolitani clariſſimi I.C.Ioannis Baptiſtæ de Thoro accidit: elimatius enim, & omnibus numeris abſolutum opus prodit in publicum, vt ſentiam,quid de opere tàm vtili,& tàm accuratè edito iudicent prudentes Lectores. Nec mihi poteſt vel obſcura ſubdubitatio irrepere, futurum ſcilicet,vt quis laboris neſcius non laudet, Opus, quod omnium vtilitate elaboratum lucem,me efflagitante, videt, huic enim non dicendum, *Sutor Crepidam iudicet*; ſed hic,quiſquis eſt,edat prius ſua,deindè carpat aliena. Interim (Candide Lector) boni conſulas quidquid eſt muneris, ac laboris mei, tuq; & ego Authori Neſtoræos precemur annos, vt in dies pro communi emolumento aliquid ex legum ærario depromat.

Digitized by Google

PRAEFATIO OPERIS.

PRISCI illi Sapientes veram Monarchiam eam eſſe exiſtimarunt, quæ tria potiſſimùm neceſſaria, ac Reipublicæ vtilia obtinebat, nempè diuinum cultum, potentiam, & Sapientes, non ab re cernitur, diuinum cultum in Monarchiæ gubernaculo primum locum vendicare, cùm ſit totius boni ædificij peculiare fundamentum, dictante *Apoſt. 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere pratèr id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus IESVS*, & conſequentèr verificatur, quia vbi Chriſtus non eſt, fundamentum nullius boni operis eſt ſuper ædificium, *can. cùm Paulus 1. quaſt. 2.* ab ipſo enim cuncta bona procedunt, iuxtà illud *Iacobi Apoſtoli* vulgatum: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, can. quàm Pio 1. quaſt. 1.* quapropter cenſuerunt Mundi Principes, Imperium à Deo proceſſiſſe, vt cenſuit *Iuſtinianus in §. 1. in auth. de inſtrum. caut. & fide*, ibi *quia igitur Imperium propterea Deus de Cælo conſtituit, vt difficilibus imponat quæ apud eum ſunt bona, & leges aptet ſecundùm naturæ veritatem*, hìnc & Romani Imperatores in cunctis eorum ſanctionibus exordiuntur verba illa: *Diuina fauente clementia*, & paritèr cuncti Reges Mundi, *Dei gratia Reges*, verùm etiam arbitrati ſunt, & ſi mūdialis Machina iunctim, vel ſegregatim per Principes gubernetur. Vniuerſa tamen à Summo Opifice Principum Principe, ac Domino Dominantium miro ordine, ac ineffabili prouidentia gubernari, teſte ipſo in *Prouerbijs Salomonis*, dicēte: *Per me Reges regnant, & legū conditores iuſta decernunt*, cuius rei veritas *Iuſtiniani* teſtimonio cōprobatur in *proœm Inſtit. Cùmq; hoc Deo propitio peractum eſt*, vbi optima gloſella ſubaudit, id eſt *Deo coadiuuante*, & non mirum ſi Principes ipſi cœleſti fauore ſuffulti, acceptiq; beneficij memores excogitauerunt, prę cęteris diuinum cultum eſſe præferendum; vt cuncta, ipſo duce, bono initio, optimo medio, ac fœlici exitu terminentur, reliqua verò duo pernecеſſaria, potentiam, hoc eſt, & ſapientes, ſi rectè perpendantur, proculdubio affirmare cogimur, Reipubl. adminiſtrationem abſquè illis corruere, impoſſibilis ferè, aut difficilis adminiſtratio reddi videtur, itàquè præpoſita humana rerum conditione ad malum procliui, volubilitatis, atquè mutabilitatis capace, vndè bella, captiuitates, lites, iurgia, inſolentiæ, iniuriæ, atquè delicta proceſſerunt, ex iuris gentium praua feracitate introductæ; quarè ad ſedandam duram hominum malitiam, populorumquè peruerſam duritiam, hoſtium feracitatem, nec non ad Reipublicę tutelam, ſubiectorum tranquillitatem tuendam, paciſq; cuſtodiam, & conſeruationem perſonarum, bonorum, & decoris, honeſtatiſq; potentiam ipſam Principi neceſſariam eſſe rectè dignoſcimus, ità paritèr & ſapientes vt legibus & conſilijs eorum Reſpublica gubernetur, ac iuſtitiæ virtus in ſubditos exerceatur, bonis pręmia elargiendo, malos pœnis afficiendo, ſicut ſcriptum patet: *Oderunt peccare boni, virtutis amore: oderunt peccare mali formidine pœnæ*, & ſic iuſtitiæ opus completur, ius ſuum vnicuiq; diſtribuendo, vndè decet Imperatoriæ Maieſtati non ſolùm armis decorari, ſed legibus paritèr armari, vt vtroq; tempore bellorum, & pacis rectè gubernare poſſit, exordiebatur *Diuus Iuſtinianus* Imperatorum lumen in citato *proœmio Inſtitutionum*, potentiam videlicèt militiæ aſcribendo, ſapientiam verò legibus, ſiuè religio in legibus, prouidentia verò in armis, iuxtà *gloſ. in l. vnum, §. fin. ff. de leg. 2. verſ. prouidentiſſimus*, vbi in *tex.* dicitur, *& idem Princeps prouidentiſſimus, & vir religioſiſſimus*, & non mirum ſi idem Imperator, nunc inter milites, nunc autèm inter Senatores ſe connumerauerat, teſte *gloſ. in Conſt. Si damna*, ſuper *verbo in quorumcunquè territorijs, verſ. & ipſe Imperator*, quaſi quòd potentia, & ſapientia in eo reſidere videantur ad Reipublicæ gubernaculum neceſſariæ. Cùm itaquè mundialis machina olim quaſi ſub vmbra ſine legibus gubernaretur, in maximum Reipublicæ detrimentum, populorum damnum, bonorumq; iacturam, prudentes illi Principes ſubditorum pacem inſectantes, bonorum exaltationes, malorumquè depreſſiones, viris prudentibus, legis condendæ, de iure reſpondendi, iuraq; publicè interpretandi facultatem conceſſerunt; quorum opiniones pro legibus habitæ tantam vim, atquè authoritatem obtinebant, vt nec Iudicibus ab eorum reſponſis recedere permiſſum erat; quę *reſponſa prudentum* appellata fuerunt; indè Senatuſconſultorum iuſſiones, Prætorū edicta, atq; Imperatorum placita ius generale in Orbe cōſtituerunt, caſus tunc emergentes, altercationes, & diſputationes decidentes, futuros verò caſus prudentèr pręcauentes, cuncta Iudicantium arbitrijs reliquerunt; ſic *Iulianus* ille I.C. annuit in *titulo de legibus, nequè leges, nequè Senatuſconſulta ità ſcribi poſſunt, vt omnes caſus, qui quandoq; acciderint, comprehendantur, ſed ſufficit ea, quæ plerunq; accidunt, contineri*; & paulò poſt proſequitur: *Non poſſunt omnes articuli ſigillatim, aut legibus, aut Senatuſconſultis comprehēdi, ſed cùm in ali-*

quo

quo caſu ſententia eorum manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt. ad ſimilia procedere, atq; ità ius dicere debet: hinc eſt, quòd ex diuerſis Orbis partibus, in quibus Senatus, aut Concilia preſunt, definitiones cauſarum, ſiuè potiùs vulgò deciſiones emanarunt, quarum aliqui compilatores citãtur à *Theſ. deciſ. Pedan præfat. n. 6.* ex Romana Rota Auditorum quamplures extiterunt Compilatores, videlicet, *Guliel. Hortrot. Aegid. Bellemera, Caſſiod. Mobedanus, Puteus, Creſcentius, Paleotbus, Tbolom. Auguſt. Paulus Aemil. Verallus, Proſp. Farinac. Seraph. & Cardin. Mantic.* Ex Imperiali Cam. *Ioachim. Minſing. Andr. Gayl* Ex Regno Galliæ, preſertim ex Tholoſa *Ioan. Corſeritus, ſeu Capella Tboloſ. Gerard. Maynard.* ex Capel. Aquens *Franciſcus Stephani*: ex Senatu Burdegalenſi *Nicol. Boer.* ex parlamento Delphinatus *Guido Papa, & Franc. Marcus*; ſimilitèr & placita Gallorum, authoribus *Lucio, & Franciſco Clapperijs, Ioan. Gallo, Gomezio Leone*: ex Anenione *Hier. Laurent.* ex Regno Luſitaniæ *Ant. Gam. & Aluar. Valaſc. Petr. de Gabedo*: ex Regnò Cathaloniæ *Petr. Peg.* ex Rota Bononienſi *Petr. Benintend. Cæſar Barzius*: ex Rota Peruſina *Ioſeph. Ludouic.* & ex Lituanica *Petrus Roizius Maureus*: ex Senatu Senenſi *Horatius Rouatus, Petrus Calefatus*: ex Prouincia Marchiæ Anconitanę *Marc. Ant. de Amat. Sebaſtianus Medices, & Stephan. Gratian.* ex Senatu Lypſienſi *Iacob. Thomyng.* ex Senatu Pariſienſi *Aegidius Magiſter* ex Senatu Papię *Mar. Ant. Macerat.* ex Senatu Sabaudiæ *Ant. Faber.* ex Senatu Pataunino *Marc. Anton. Peregr.* ex Senatu Piſano *Alexand. Raudenſ.* ex Rota Ianuenſi *Incertus Author, Flaminius Chartarius, Hieronym. Martlian.* ex Rota Florentina *Hieronym. Magon.* ex Senatu Mediolanenſi *Roland Cauagnol.* ex Rota Spirenſi *Gaſpar Gulielmi*: ex Rota Germaniæ *Ioan. Koppen, Ruſnerius, Dominicus Arumai*: ex Rota Lucenſi idem *Magon. & Barnaba Cornazan. Camillus Lepidus, Horat. Rouat.* ex Senatu Mantuano *Io. Petr. Surd.* ex Senatu Fiuizano *Borgnin. Caualc.* ex Senatu Pedemõtano *Octauian Cachsr. Ozaſc. Antonin. Theſ.* ex Regno Aragon. *Martinus Monter, Ioſeph Seſſe*: ex Regno Siciliæ vltrà farum *Franciſc. Milanen. Garſ. Maſtrill. Io. Franciſc. del Caſtillo, Nicol. Intrigl. Mar. Giurb. & Marius Muta*: ex Republica Veneta, præſertim ex Curia Inquiſitionis *Thom. Triuiſ.* & demùm ex noſtro Fideliſſimo Regno Neapolitano *Matth de Afflict. Ant. Capyc. Thom Gramm. Io. Thom. Minad. Vinc de Franch.* & alij quãplures authores ſuo ordine collocati in Catalogo ipſorum in calce Compendij noſtri; nouiſſimè autem ex Archiepiſcopali Curia Neapolitana in lucem proditæ fuerunt Deciſiones illius, Auctore nobiliſſimo Viro, & Canonico eiuſdem Cathedralis Eccleſię *Io. Aloyſio Riccio* I.V. peritiſſ. Quare & ſi ius conſtituere videantur Deciſiones mentionatæ in eorum locis, multò fortiùs deciſiones noſtri Regni, ex authoritate Regij Collateralis Conſilij, pęnès Proregem exiſtentis, & peculiaritèr ex peculiari authoritate ipſiuſmet Sacri Regij Conſilij Sanctæ Clarę, ſeu Capuani, cùm in eo ſemper floruerint valentiſſimi Doctores, inquit *Affl dec. 383. n. 8.* ſicut publica teſtantur documenta, & ſubdit *Paris de Put in tract. ſyndica. verbo an dictum capituli, n. 16. in fin.* quòd omnia, quę dicuntur de Conſiſtorio, habent locum in Conſilio Regni huius, etiam ex antiquiſſima conſuetudine, ſemper in Regno viguit Conſilium Regium, & vſq; ad diem hodiernũ, in quo ſemper deputati fuerunt viri eminentiſſimi, nam & ij Conſiliarij iudicantes, prætermiſſo ordine iuris, & ſecundùm veritatem authoritate Regia non tenebantur in ſyndicatu, tanquàm peruertentes ordinem iuris in procedendo, quapropter cauſæ in Conſ. Neap. Reg. Cam. Sum. ac in M.C.V. nec non in Curia Romana maxima cum ſpeculatione, magnaq; deliberatione, ac maturitate deciduntur, inquit *Viuius dec. 375. n. 2.* & nõ mirum ſi magna ſit authoritas deciſionis S.C. maximè in hoc Regno, *Marant. conſ. 57. n. 37.* immò & extra Regnum authoritas Deciſ. Neap. in Palatijs videtur pluris facienda, quàm vnius, vel etiam plurium ſingularium Doctorum, *Theſ. deciſ. 202. n 5. in fin.* S.C. Neap. conſuluit Auditores Rotæ ſuper ſtylo Rom Cur. in materia attentatorũ; *Affl. dec. 351. in fin. Sigiſm. Scacc. de iudic. cauſ ciuil. & crimin. cap. 26. in fin. Ioſeph Ludou. in dec. Peru. 86. n. 2.* Terruit *Decium* authoritas noſtri S.C. vt ipſe fatetur in *conſ 379* ſimilitèr *Frãc. Monal. conſ. 123. lib. 1. n. 12.* defendit *dec. Affl.* ob authoritatem S.C. & non ab re, quemadmodùm ſententia Regia facit ius quòad omnes in Regno, inquit *Bald. in l. fin. C. de leg. Ant. in cap. cùm Bertoldus, de re iud. Affl. deciſ. 96. in fin. & dec. 190. in fin.* ità paritèr S.C. Neap. repræſentat perſonam Regis, ait *Carau. in Ritu 260. n. 4. Affl. dec. 120.* non tantùm eius ſtylus vim legis obtinet, *Affl. dec. 135. n. 3.* ſed etiam ipſius ſententiæ, tam interlocutoriæ, quàm diffinitiuæ habent vim legis generalis, quia proferuntur ſub nomine Regis, *Affl. dec. 383. n. 8.* & de vtriſq; teſtatur *Maxill. in proœm. Conſuet. Bari, n. 148 & 149. Ant. Maria Corat. in tract. de comm. opin. lib. 2. titul. 8. caſ 10. n. 66.* & maximè ſi eſſet articulus dubius, deciſus tamen per S.C. facit ius in Regno, *Franch in addit. ad eius dec. 238.* Deciſio enim Conſilij noua vim legis habet, *Affl. dec. 169. n. 9.* Sed quid plura, ſi particularem ſanctionem Rex condidit, vt decreta S.C. pro lege ſint habenda, vt in *Pragm. 48. §. & ſi decreta, de Offic. S.C* magna eſt itaq; authoritas Iudicantium, & S.C. cuius eſt proprium cauſa cognita leges condere, *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 2. author. in quæſt.* incip. *hic quæro de noua quæſtione, in fine.* & ijs rationibus attentis deciſiones S.C. habent vim legis, *Viuius in Sylua commun. opin. opinio. 398. num. 20.* & faciunt ius; *Maſcard. de probat. concluſ. 484 ſub num. 14.*

Digitized by Google

Nè tamen videar illotis manibus, ac ſicco pede pertranſire, aliqua ad Regalia huius Regni Tribunalia ſpectantia operepretium differenda duxi, quæ, ni fallor, ad declarationem rubricæ præſentis noſtri Compendij pertinere videntur. Quatuor inſupèr Tribunalia in Ciuitate Neap. exiſtunt principaliora, nempe Regium Collat. Conſ Sacr. Regium Conſ. Reg. Cam. Sum. & M. C. V. inquit *Foller. in Conſt. Poſt mundi n.*105. & vt ipſorum principia intuamur, ante omnia propoſui, quid de Concilio dixerunt Periti, ad quod *And in c.*1 *in addit hic finit. lex*, quem citat *Reg. de Pont. in tract. de Poteſt. Proreg. tit.* 7. §. 7. *nu.* 23. ait, eſſe collationem inter plures habitam, & dicitur quaſi conſidium, quia plures conſident, & ſimul ſedent ad ſimul conferendum, & examinandum negotium, quod imminet, & annuit, Conſilium non eſſe in Principe, ſed pœnès Principem, ex quo Imperatores, & Reges cum Conſilio Procerum leges condere, & ardua negotia expedire debent, *Affl. in l. Imperialem, n.* 7. *de prohib feud alien per Feder.* & Princeps conſilium tenet, quod ei aſſiſtit, non per modum limitationis, ſed per viam miniſterij *c. fundamenta, de elect. in ſexto. Capibl. in Prag.* 1. *n.* 14. *de Baron.* & iſti dicuntur Conſiliarij Collaterales, qui ſunt pœnès Proregem, quia in Curia Regis & pœnès Regem aſſiſtere debent, à quo recedere non poſſunt abſq; ſpeciali licentia, vt fatetur idem *Reg. de Pont. vbi ſuprà, n.* 2. & *n.* 20. tradit, eos eſſe partes corporis Regis, *l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt.* vndè ſubſequitur, quòd iſti Conſiliarij, ſeu Regentes non ſunt aſſeſſores Proregis, ſed ſunt miniſtri de ſupremo Concilio, vt cæteri omnes aliorum Tribunalium, & Prorex tantùm eſt caput, omniſq; eius iuriſdictio eſt cum eis communicata, idem *Reg. vbi ſuprà tit.* 12. *in princ. n.* 27. differunt ab alijs, quia ſunt de eminentiori Conſilio, idem *Reg.* in alleg. *tit* 7. §. 7. *n.* 22. & ex ijs conſtituitur Collaterale Cõſilium, quod eſt Tribunal ſupremum erectum cum certo numero Regentium, cuius Tribunalis Prorèx eſt caput, & in eo negotio omnia terminantur per maiorem votorum partem, idem *Reg d tit.* 12. *n.* 12. Ipſi demùm Conſiliarij alij ſunt in materia belli, qui conſulunt in ea materia, alij verò in materia iuſtitiæ, qui Regentes appellantur, ipſi namq; iuſtitiam miniſtrant. & ſi reperirentur in negotijs guerræ, dant vota conſultiua, non deciſiua, aliter non iudicant, *Reg de Pont. vbi ſuprà, nu.* 25. illi dicuntur milites Conſiliarij, iſti autem viri militares, ſubdit *nu.* 30. quæ concordare videntur cum præmiſſis, vt potentia, & ſapientia Principi ſimul ineſſent. Hoc demùm Collat. Conſ in concernentibus iuſtitiam, omnimodam habet iuriſdictionem, vltrà multa alia inducta per Capitula Ciuitati conceſſa, quæ recenſentur per *dict. Reg. vbi ſuprà, n.* 11. & *n.* 18. ait, tantam eſſe plenitudinem poteſtatis Cancellariæ, adeò quòd æqualis cum ipſo Prorege videatur, ità quòd Rex de plenitudine poteſtatis tollere nequit quæ iuſſit Cancellaria, & non mirum ſi eius ſententiæ, & decreta leges in Regno conſtituant. Per tres tantùm regularitèr Regentes Collaterale regebatur, *Föller. d. Conſt Poſt mundi*, & iàm regitur, licèt aliquando per quatuor, & quinque rectum vidi, ſed hoc per aliquos ſupernumerarios, tales à Rege Catholico depputati fuerunt Regentes Regiam Cancellariam, quia eis impoſitũ fuit Cancellariam regere, & ipſi libellos ſubſcribunt, & in priuilegijs manus imponunt, licet dicantur à latere Conſiliarij, aſſiſtentes ad latus Regis, *Frec. de ſubfeud. lib.* 1. *de Offic. Mag. Cancel. num.* 29.

Secundò ſe offert Sacrum Regale Concilium Sanctæ Claræ, ſiuè Capuanæ, antiquitùs enim antè conſtitutionem S.R.C. extabant Curia Magna, atq; Curia Vicarij Regis, ipſis deindè vnitis conſtitutus fuerat Iudex appellationum, ad quem appellabatur à ſententijs M.C.V. vt optimè tradit *Affl in proem. Conſtit. q.* 21. *n.* 6. & in eo munere præfuit *Henricus Acclonciaiocus* de Rauello Iudex appellationum, *Luc. in l ſi apparitor, col.* 7. *C. ae cohort. lib.* 12. *Frecc. de praſent. inſtrum. p.* 1. *in princ verſ. pro intelligentia, n.* 2. *Ioannes Arcamonus* ſimilitèr, vt in *Prag.* 1. *de feudis*, in cuius locum ſucceſſit S.C. ſequitur *Capyc. in inueſtit feud Rubr. feud. offic. verb. Iudices appellationum*, ad quod appellatur à M.C.V. ex communi ſtylo, *Minad. in Conſt. In aliquibus* 6. *not. nu.* 3. ità paritèr à ſententia Magni Admirati appellatur ad S.C. *Franch deciſ.* 722. *in princ. Reg de Ponte dec.* 13. à ſententia Magni Cancellarij appellatur ad S.C. ſimiliter ab incidentibus, & emergentibus concernentibus officium Prothonotarij, ex quo S.C. à Rege poteſtatem habet reaſſumendi inſtrumenta, ſcilicet ordinariam ſecundùm iura communia, & Regni Conſtitutionem, & nunquàm procedit ad aliquem actum, niſi parte citata, *Loffred conſ.* 30. *n.* 9. vt in pluribus deciſionibus *Affl. Capyc. & Minad* demonſtrant, quò verò ad officium Magni Comeſtabilis ceſſat iuriſdictio S.C. cùm eius authoritas reſideat pœnès Proregem, ideò dicitur Locumtenens generalis, vel alio à Rege nominato, *Frecc. de ſubfeud. lib.* 1 *de Offic. Magni Comeſt. n.* 23 & hac ratione Prorex reputatur Locumtenens Regis Hiſpaniæ, *Scaccia de iud. cauſ ciuil. & crimin. cap.* 13. *n.* 10. ſed quia in prædictis agitur de rebus bellicis, vt ait *ibi, Frecc n.* 17. in quibus extat particulare Tribunal Auditoris Exercitus, à cuius ſententia appellatur ad Proregem tantùm, S.C. non procedit, nec quòad officium Seneſcalli, qui habet cognitionem Familiarium Regis, & ſecum contrahentium, *Frecc d. lib.* 1. *de offic. mag ſeneſcal n* 2, ſimilitèr delinquentium in Palatio, *Franch. deciſ.* 458. *n.* 6. licèt hodiè ceſſet talis cognitio & demùm S.C. iuriſdictionem habet in omnes cauſas, & in omnes perſonas, præterquàm in concernentibus patrimonium Regij Fiſci, *Franch. deciſ.* 601. *nu.* 5 quod ſpectat ad Magnum Camerarium, quamuis antiquitùs etiam cognoſcebat appellationes, & inhibebat,

Digitized by Google

debat, vt infrà dicetur, principalitèr autem Sac. Conſ. cognoſcet de grauaminibus, per viam appellationis à M.C.V. cùm ſit Tribunal ſubordinatum ad S.C. *Franch. dec. 344.* quemadmodùm & Regiæ Audientiæ ſubordinatæ ad M.C.V. & ad S.C. *Idem deciſ. 449.* & cæteræ Curiæ Regnij; & Baronum ad ipſas Regias Audientias, & ità concludit *Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 1. gloſ. in forma n. 3.* Quod S.C.R.C.S. M.C.V. & Reg. Audient. ſunt Iudices ordinarij competentes appellationum, quod etiam ſtatutum patet in *Prag. 7. de Offic.* S.C. & vti Iudex appellationum poteſt proceſſus videre, & iudicare ex eiſdem actis, *Maxill. vbi ſuprà, n. 148.* & hoc ex præheminentia ipſius, quod cæteris Curijs denegatur. Hoc itaq; S.R.C. à *Rege Alphonſo Primo* initium ſumpſit, qui primò inſtituit, vt omnes ex toto Regno appellarent, *Frecc. in lib. 1. tit. de antiq. ſtat. Regni ſub n. 31. verſ. 16. fuit Alphonſus, Regens* Tapia *in rub. de offic. S.C. num. 6.* licèt contrarium teneat *Surg de Neap. illuſt.* vt initium à *Ferdinando* ſumpſerit: Veritas tamen, vt ipſe ait, ſuadet, *Alphonſum* Regem priùs inſtituiſſe, Regem verò *Ferdinandum* in forma Concilij erexiſſe, maiori adhibito numero Conſiliariorum cum Præſide, & potiſſimùm in hac Vrbe Neap. inſtitutum, cùm ſit caput Regni, propterea S.C. in Metropoli reſidere debet, in qua Magnates etiam reſident, vt iuſtitiæ miniſtratæ exemplum tanquàm riuoli à flumine ſuſcipiant cæteræ Vrbes, & Ciuitates, Idem *Reg. Tap in Prag 2. eod. tit* per *text. d. prag. 2. § igitur ſacrum eodem in Regno ſupremumq; Concilium ordinauimus, cui ſedem, locumq; in Vrbe Neap. & Regni Vrbium omnium ſuprema, ac Metropoli conſtituimus, &c.* in principio inſtitutionis regebatur in Monaſterio S. Claræ, *Gramm. in Conſtit. Aduocatos nu 7.* deindè translatum in Caſtrum Capuanæ, vt demonſtratur in *Prag. 6. § erat olim de offic. S.C.* & ad præſens ibi regitur, idcircò S.C. Sãctæ Claræ appellabatur, nunc verò Capuanæ. In eodem S.C. vnicus Præſes à Rege conſtituitur, qui vicem Regis gerit, & ob id in ſupplicationibus porrectis in S.C. dicitur. S.R.M. qui à Regi porriguntur, eius nomine Præſes ſupplicationes decretat, Idem *Reg Tap. vbi ſupra, n. 10.* & ipſas diſtribuit Conſiliarijs, hinc eſt, quòd Regij Conſiliarij dicuntur Iudices delegati; *Carau. in Rit. 265 n. 28.* licèt oppoſitum teneat *Aloyſ. de Leo in l. in communione, nu. 6. C communi diuid.* quòd ſint Iudices ordinarij, & habeant iuriſdictionem ordinariam in vniuerſo, & non procedant in cauſis, niſi facta priùs diſtributione per Præſidem, in procedendo procedant, vt ordinarij, & inter eoſdem detur præuentio, quando eſt facta diſtributio duobus de eadem cauſa & ſuo modo procedant; tamen ab opinione *Carau.* non erit recedendũ, cùm in praxi agnoſcatur, in prouiſionibus dici. talis Commiſſarius ad infraſcripta ſpecialitèr deputatus per ſuam Maieſtatem, ſiuè eius S.C. Præfuerunt in eodem S.C. Viri eminentiſſimi relati per *D. Reg. Tapiam vbi ſuprà n. 8.* & primus fuit *Alphonſus Borgia* Epiſcopus Valentinus, deindè Summus Põtifex effectus. Secundus *D Ioan. de Aragonia* Cardinalis Regis *Ferdinandi* filius. Tertius *Ferdinandus Aragoneus Dux Montis Alti* IV *Orlandus Rogerius de Pallas* Patriarcha Alexandrinus Epiſcopus Vigilienſis, V. *Oliuerius Carafa* Archiepiſcopus Neapol. VI. *Lucas Tozzulus* I.C. Romanus. Comes Fundorum. VI. *Antonius de Alexandro* patritius Neap. VIII. *Andreas Mariconda.* IX. *Antonius de Ianuario* Miles Neap. X *Ciccus de Loffredo* Eques Neap. XI. *Hieronymus Seuerinus* Nobilis Neap. XII. *Alphonſus Santillanus* Hiſpanus. XIII. *Thomas Anellus Salernitanus.* XIV. *Ioannes Andreas de Curtis.* XV. *Antonius Orificius* Patritius Surrentinus. XVI. *Ioan. Antonius Lanarius*, qui ab Hiſpanijs rediens morte præuentus in Ciuitate Ianuæ, non fuit adeptus poſſeſſionem. XVII. *Vincentius de Franchis.* XVIII *D. Petrus de Vera ab Aragonia Hiſpanus* XIX. *Camillus de Curtis*, nunc verò præeſt optimus I.C. *Marcus Antonius de Ponte Marchio S. Angeli*. Numerus Conſiliariorum primo loco inſtitutorum fuit ſex virorum prudentiſſimorum in vna aula, deindè per *Ferdinandum Primum* Regem auctus in nouẽ, vt in *prag 2. § igitur ſacrum.* demùm duodenarius numerus Conſiliariorum auctus, quorũ in duo Iudices criminales in M.C.V. deputantur per Proreges ſingulo biennio, reliqui verò decem in duabus aulis diſtributi, *d. prag. 2. § igitur*, nunc verò ex particulari prouiſione *Caroli V.* Imperatoris, vt in *prag. 41.* eiuſdẽ *tituli*, poſteà verò annis elapſis ſubglorioſo regimine *Philippi Secundi*, recolẽdæ memoriæ, auctus fuit numerus ipſorum in tribus aulis diſtributorum, & demùm ſub præſenti fœlici regimine *Philippi Tertij* auctus numerus prædictus in viginti Conſiliarios, in quatuor aulis diſtributos, & duos deputatos in M.C.V. qui cum omni circumſpictione cauſas determinant, ſeruatis iuſſionibus Regijs in omnibus, ex quorum Sententijs, atq; Decretis iura in Regno noſtro conſtituuntur, ab omnibus inferioribus Tribunalibus, & Curijs receptis; quapropter Sacrum Regium Cõſilium noſtrum primum in Regno locum obtinet poſt Regium Collaterale Conſilium. Quę verò ad tertium Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ attinent, omiſſis, quæ de eo copioſiſſimè ſcripſerunt *Frecc. de ſubfeud lib. 1. tit de offic. magni camer. & Surg. in tract. de Neap Illuſtr.* breuitèr tamen cenſeo, ipſũ eſſe magnum Tribunal, & gerit officium procuratoris Cæſaris, quod per Magnum Camerarium, eiuſq; Locumtenentem regitur, *Loffred. conſ. 36. n. 10.* & ſucceſſit loco Magiſtri Camerarij, & regitur per Locumtenentem, cognoſcit de cauſis feudalibus inter Fiſcum, & priuatos, ac de alijs bonis inter eoſdem. *Foll. in Conſt. Cauſas per magiſtrum. nu. 6.* hoc ſiquidem officium Magni Camerarij à *Carolo Primo* Rege originem duxit, vt *Frecc.* ſuprà alleg. *nu. 11.* fatetur; Regia Camera

Summa-

Digitized by Google

Summariæ olim erat vnita cum Tribunali Regiæ Siclæ, & eius locum obtinuit, vt nouiſſimè tradit *Tap. in rubr. de offic. procur. Caſar.* ex mente *Frecc. & Surg.* indè *Carolus Primus* ad ſimilitudinem Regni Franciæ officium Magni Camerarij inſtituit, cui patrimonij curam commiſit, & licèt comparari poſſit multis alijs Officialibus; tamen concludit *Tap. vbi ſuprà, n.* 12. hodiè conſiſtere ex ſex Præſidentibus iuris profeſſoribus, & duobus, quos Idiotas vocant, qui ex numero Rationalium eliguntur, habet Aduocatum, Procuratorem, & Sollicitatorem Fiſcalem, habet viginti Rationales, quatuor Magiſtros Actorum, & ijs præeſt Locumtenens M.C. Hæc autem cognitio rerum feudalium de iure communi apud Pares terminabantur, *c. 1. de controu. apud pares termin.* ſed quia aliquando erant iuris ignari, delegabant vices eorũ M.C. & Magiſtro Iuſtitiario, vt delegati Parium procederent, & hæc erat practica, inquit *Paris in d. c. 1. col. 3. verſ. in Regno Siciliæ*, vbi ſubdit, hodiè, vt plurimùm ventilari in S.C. vbi Pares non adhibentur, ſed *Loffred. in c. 1. de lege Corrad. in princ.* cenſet, ſi fuerit controuerſia de feudo inter Capitaneos, coràm Rege terminari debebat, ſi verò inter Valuaſſores, qui ſunt ij, qui tenent feuda à dictis Capitaneis primò nominatis à Paribus Curiæ, & hac ratione dixerat *Affl. in procem. feud. ſub n.* 8. quòd cauſæ feudales in Regno aguntur, aut coràm Rege, aut eius Concilio, aut in M.C.V. & Paribus, vt in *Conſt. Statuimus*, hodiè verò indifferentèr ventilantur in d. Reg. Cam. quotieſcunquè intereſſe Fiſci immineret, & paritèr in Reg. Collaterali Conſilio coràm Prorege de eius mandato. Ceterùm ceſſante Fiſci intereſſe in S.R.C. determinantur, vt quotidiè experientia docet, & in M.C.V. vt dicemus infrà, tandèm iuriſdictio ipſius Reg. Cam. locum Magni Camerarij tenentis cognoſcit de omnibus rebus patrimonialibus, & omnibus rebus ad Fiſcum tangentibus, *Frecc. vbi ſuprà, nu.* 13. *Carau. in Ritu* 57. *n.* 4. & *ibidem* ait *Frecc. n.* 17. quòd eius ſententiæ non proferuntur nomine Regis, licèt æquiparentur ſentẽtijs Præfecti Prætorio, à quibus non appellatur ad finẽ retardandi exequutionem, ſed ab eis tantùm reclamatur ad idem Tribunal, vt *Frecc. loco* citato *nu.* 15. annuit, & *nu.* 16. ſubdit, quòd talis reclamatio procedit ex tolerantia Regis, & eius permiſſu, non de iure, quia antiquitùs appellabatur ad S.C. & ſuſpendebatur exequutio, de quo extat *prag.* 37. *§. volumus etiam, de offic. proc. Caſ.* & non mirum ſi hodie Reg. Cam. æquale eſt Tribunal ad S.C. & ab eius ſentẽtijs non reclamatur ad præſens ad S.C. & gerit vicem præfecti Prætorio, prout S.C. ex priuilegijs ei conceſſis, *Franch. in deciſ.* 601. *n.* 8. & ſententiæ ipſius Reg. Cam. faciunt ius in Regno, vt firmat *Loffred. in paraph. feud. in c.* 1. *§. ſi quis demanſo, col.* 5. *verſ. prima ratio, de contr. inueſt.* & hac ratione attenta eius deciſiones in præſenti Compendio connumerantur.

Poſtremò inſpiciendũ duxi de Tribunali M.C.V. antiquitùs enim erant duæ Curiæ diuiſæ, hoc eſt Curia Vicariæ, & Magna Curia, vt tradit *Gram. deciſ.* 34. *nu.* 9. quem citat *Carau. in Ritu* 55. *in princ.* nouiſſimè *Conſtant. Papa in tract. ad arbit. M.C.V. cap.* 2. *nu.* 81. *Capibl. in prag.* 8. *nu.* 221. *de Baron.* idem *Gramm. in cap. Regni Si cum ſceleratis, n.* 6. *Frecc. de præſent. inſtrum. par.* 15. *n.* 8.

Curia, inquam, Vicariæ erat Curia Vicarij Regis, & perſonam Vicarij Regis repræſentabat, inquit *Carau. vbi ſuprà, nu.* 2. idem *Gramm. in d. cap. Regni Si cum ſceleratis, nu.* 6. *Frecc. vbi ſuprà* Mos erat apud Reges noſtros, degentes in hac Ciuitate Neap. eorum Vicarios conſtituere in Regno, & hoc potiſſimùm apud Reges Gallos receptum fuerat, ſicuti *Carolus Secundus*, *Caroli Primi* Regis Vicarius extitit, vt fertur ex *cap. Regni Item ſtatuimus, quòd conſtitutiones*, ibi *ſub ſigillo pendenti Vicaria*, & hoc confirmat *Conſtant. Papa vbi ſuprà*, item *Robertus* Vicarius *Caroli Secundi*, vt in *c. De ſtatu noſtrorum fidelium*, ibi *vel Robertus Primogenitus noſter Dux Calabriæ atque Vicarius Generalis*, *Carolus* Primogenitus Regis *Roberti* Vicarius Regni, vt in *cap. Creſcit culpa*, ità paritèr & *Iſabella* Vicaria Regis *Renati*, vt in *Ritu M.C.* incip. *Quantum eſt poſſibile*, ſimilitèr & ſucceſſores in Regno eorum Vicarios primogenitos inſtituebant, vt de *Alphonſo* Vicario *Ferdinandi* Regis demonſtratur in *pragm.* 1. *de immun. Neap.* immò & eorum vxores, vt tradit *Carau. in Ritu* 1. *nu.* 35. vt de *Iſabella* vxore *Ferdinandi Primi* Vicaria, & de *Ioanna de Aragonia* vxore *Ferdinandi Secundi*, *Affl. in Conſtit. Vtilitati, ſub num.* 5.

Alia dicebatur Curia Magna, & hæc erat Curia Magiſtri Iuſtitiarij, *Carau. in Rit.* 311. *num.* 4. *Frecc. vbi ſuprà*, & in eius locum Regens, non autèm Capitaneus Neap. adminiſtrabat, nec refragatur dictum *Carau. in d. Ritu* 55. quòd Capitaneus Neap. erat in Curia Vicariæ, nàm vltrà quòd aduerſatur diſpoſitioni illius *Ritus*, qui limitat poteſtatem Capitanei Neap. & tamen Vicarius ſupremam in Regno poteſtatem habebat, Aduerſatur paritèr clariſſimis verbis *Cap. Regni Vt finè mortalis*, vbi in fine dicitur, *in quibus Curia Vicariæ Regni, & Capitanei Neap nunc reguntur*, & paulò poſt, *mandamus nihilominus edicti authoritati præfati Regentis dictam Curiam Vicariæ, eiuſquè Iudicibus, & eidem* Capitaneo, *tàm præſentibus, quàm futuris, &c.* & ità demonſtratur, Capitaneum Neap. non eſſe Præfectum in Curia Vicariæ, ſed Regentem, qui loco Vicarij Regni adminiſtrabat, vt clarè paret in *d. cap. Si cum ſceleratis*, ibi *Ioanni de Haya Militi Curiæ Vicariæ Regni Regenti Magiſtro Iuſtitiario*, & confirmatur ex *litera Caroli Secundi*, inter *Ritus M.C.* incip. *Deteſtantes*, poſtmodùm facta vnione Curiarum prædictarum per Reginam *Ioannam Secundam*, licèt ipſius tempore diuiſa eſſent, vt *Carau. d. Ritu* 1. *in fine* teſtatur, & ità indiſtinctè fatetur

Conſtant.

Conſtant Pap. *in d.tract.ad arbitr.*M C.V. *cap.2.nu.*81. *& in addit.ad Carau.in dict.Ritu 1.in princ.* & id probare nititur ex *vltimo Ritu*, ſed vltrà prædicta demonſtratur ex litera *Iſabellæ* Reginæ inter *Ritus* connumerata, incip. *Quantum eſt poſſibile*, vbi *in procemio* exorditur *Raymundo de Vrſinis Nolano Palatino , ac Sarni Comiti Magiſtro Iuſtitiario Regni Siciliæ, Collaterali, & earum Locumtenenti, nec non Regenti Magnam Curiam noſtra Vicariæ, &c.* ex quo tempore Regentes in prędicta Curia continuè exercuerunt nomine Magni Iuſtitiarij, aboleto nomine Capitanei Neap. vt confirmat *Affl.in Conſtit.Statuimus,nu.*8. Et ſi dicatur, vnionem ipſam eo tempore non fuiſſe peractam, cùm etiam tempore Regum Aragoniæ Vicarij fuerunt conſtituti, id facilius corruere videtur, cùm ob abſentiam Regum pernecеſſe Vicarios cõſtituere compellebantur, diuerſam tamen poteſtatem, abſente Rege habebant, quam Rege præſente, adeò quòd Vicarius Regis abſente Rege in Regno conſenſum præſtare poterat alienationibus feudorum, *Paris in tract de recogn. feud.cap.an Vicarius Generalis,num.* 2. *& in l.Imperialem,col.6.verſ.an Vicarius,vbi Affl.in* 16 *not-nu.3. de probib.feud.alien. per Feder.* tamen quando Rex in Regno erat, ſecus erat, niſi ſibi ſpecialitèr eſſet demandatum, vt etiam notat *Camer.in d.l.Imperialem,fol.76.à terg.lit V.* & maximè procedit in aſſenſibus ſolitis, & conſuetis à Rege præſtari, vt non poſſit etiã Vicarius hoc idem facere, *Camerar. vbi ſuprà fol.79 à terg. & lit.L. & M. & lit.N.* ſubdit, eſſe notandum pro Collaterali Conſilio Neap. vt propter conſuetudinem conſentiendi mortuo Prorege iuxtà ſolitum aſſenſus præſtare, tùm quia ſubditi non debent quærere Regem extrà Regnũ, vt inquit *Iſern.* tùm etiam ob generalem Vicariatus poteſtatem aſſentire ſolus poterat, idem *Camer. vbi ſuprà fol.*78. *à terg. lit.N.* nec me pigebit adducere proprietates Vicarij, per *Camer.loco* allegato ſub *lit.P & O* adductas. Primò æquiparatur Vicarius Proconſulibus, & Præſidibus Prouinciarum. Secundò, poteſt condere iura duratura, etiam finito officio, vt quoquè *Paris vbi ſuprà nu.9.* fatetur. Tertiò, quòd à ſua ſententia appellatur ad Regem. Quartò, quia abſente Rege imponit ſuperindictum . Quintò, vt non poſſit, ſi duorum Regnorum Prorex eſt, de vno ad aliud ſubditos trahere . Sextò, quia non poteſt inconſulto Principe Illuſtres perſonas condemnare. Octauò, quia non delegat cauſas ſummarias ſimplicitèr, & de plano. Nonò, quia non poteſt procedere ſine cauſæ cognitione. Decimò, quia mortuo Rege ſuum officium non expirat, ſed vltrà prædicta Vicarius Regis alia agere poteſt, quæ ſunt communicata Magnæ Curiæ propter vnionem, vt poſſit torturam inferre vltrà, & citrà Conſtitutionis formam, *Carau.dict.Ritu* 55.*num.*2. & hæc dicitur præeminentia Magnæ Curiæ, quæ conſiſtit in poteſtate torquendi ex proceſſu informatiuo, idem *Carau.Ritu* 259.*nu.*10. Et ſubdit *Capiblanc.in pragm.*8. *de Baronib.* eo nomine habet multa ſpecialia, prout de tortura leuato velo, ſiuè iuriſdictione in certis delictis, quæ poſſunt terminari ad horas, nam vt M.C. repręſentat Magiſtrum Iuſtitiarium, qui non habet tot prærogatiuas, & ſic poſſunt dici de delictis reſeruatis in ſignum ſupremi dominij, quòd de ijs cognoſcat M.C. vti Vicaria, & ſunt crimina hæreſis, rebellionis, ſeu læſę Maieſtatis, quę ſunt reſeruata in ſignum dominij, ex quibus videtur offenſa perſona Regis, item de crimine falſæ monetæ, & de læſæ Maieſtatis crimine fatetur *Affl.in cap.1.§.Et bona,nu.28.quæ ſint regal.feud.* cognoſcit de delictis Officialium, & ſi fuerint Capitanei vaſalli, *Capibl.vbi ſuprà in pragm.6.nu.*38. *& nu.*54. ſubdit, poſſe componere ſine licentia Proregis, *Affl.in deciſ* 287. immò habet caſus exceptuatos, de quibus ipſa tantùm cognoſcit, niſi in ſpecie Baronibus eſſent conceſſi, *Idem in pragm.*8.*num.*53. Primò, cognitionem Officialium, vt dixi. Secundò, cognitionem Apocarum, ex quo priùs in ea facienda erit recognitio, & deindè remiſſio militabit, *Carau.in Ritu* 54. Tertiò, habet paritèr cognitionem feudorum, ſola ipſa cognoſcit de feudis; *Paris de reintegr. feud.cap.* incip. *an poſſidens bona nu.3.fol.*136.*à terg.* ex quo in Regno Magnus Iuſtitiarius cognoſcit de magnis feudis, & Iuſtitiarij Regionum de alijs feudis, & rebus illorum, *Idem in cap.* incip. *Et aduertendum,n.9.fol.*159. ſed hoc potiſſimùm vigebat olim, & tunc rectè M.C. dicebatur, nàm eo tempore nulla maior reperiebatur, ex quo non dùm conſtitutum fuerat S.R.C. nec R.C.S. antè inſtitutionem ipſorum cognoſcebat de dictis cauſis feudalibus, tàm de toto, quàm de parte, & feudo quaternato, *Conſt. Pap. d.cap.2.num.*89. hodiè verò in prædictis ceſſat authoritas, & paritèr tempore Regis *Alphonſi* fuit peſſundata M.C.V. qui cępit communicare merum Imperium Baronibus, *Capibl.d.pragm.*8. *nu.*43. tamen dici nequit, quin non ſit M.C.V. quæ habet iuriſdictionem in toto Regno, *Luc.l.4. in fin. C. de veter.lib.*12. immò M.C.V. dicitur maius Tribunal totius Italiæ, *Baiar.ad Clar.§.fin. q.49.nu.36.* & nouiſſimè *Reg. de Pont.in tract.de Poteſt.Proreg.tit.7. §.7.num.4. & ſeq.* ait, quòd M.C. Tribunal ſit idem, quod Regis Tribunal, appellatur ſpeculum iuſtitiæ, & luminare maius, iuriſdictionem habet vniuerſalem ſuper omnes Barones , Comites, Duces, Principes, & alios, cuiuſcunq; conditionis, & præeminentiæ fuerint, & conſuetudo antiqua, quòd contra iſtas perſonas non procedatur inconſulto Principe eſt ſublata : quia contra *Conſt. & Ritus dicta* M.C. ex quibus ceſſat diſpoſitio de iure communi, & inſupèr per eum caſus recenſentur, in quibus fuit prouiſum aduerſus Magnates, Titulatos, & etiam habentes vnum ex ſeptem officijs, verùmtamen cùm ipſa ſit Caput, Domina, & Fons aliarum Curiarum, inquit *Carau.d.Ritu* 1.*nu.*7. eas omnes

ſequi

ſequi tenentur, *Frecc. de præſent. inſtrum. par. 1. num. 3. 4.* & obſeruandum erit, quod ipſa obſeruat, tanquàm à Boue maiore diſcit arare minor, ait *Bazard. vbi ſuprà*, hinc eſt, quòd obſeruationes, quas obſeruat M.C. obſeruari debent per totum Regnum, *Gramm. in Conſt. Si quis in poſte rùm, nu. 3. Garau. dict. Ritu 1. nu. 3. 4. 5. & in Ritu 37. num. 1. Cauenſ. dict. Ritu 1. in princ. Pamph. Mollus in Conſtit. Si ciuiliter agens*, ſimiliter & Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ ſeruari debent in quibuſcunq; Curijs Regni, *Gramm. vbi ſuprà, nu. 23.* ita demum Deciſiones, & Decreta ab ea cōdita vbiq; ſeruari debent, & imitari ab omnibus Regni Curijs, & ob talem cauſam decreui ipſius M.C.V. deciſiones in præſenti Compendio recolligere, eas cōmendat *Triuſ. deciſ. Venet. 1.* dicens, deciſiones Vicariæ Neap. & alias in terminis ſine lege loquentes ſunt plurimum attendendæ, adeò quòd in iudicando deciſiones aliorum Tribunalium mouent animum Iudicantium, *Franc. de Amic. in c. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. § ſed ad vnum in fin. fol. 38.* Nec ommittam aliqua de regimine ipſius pandere, quamuis nota ſint cunctis Regnicolis, quòd cùm ipſa M.C.V. ſit in duabus cauſarum cognitionibus bipartita, hoc eſt in cognitione cauſarum criminalium, atq; ciuilium, in diuerſis tamen Aulis. In aula criminali M.C.V. reſident quinque Iudices, & duo Conſiliarij, *Franch. deciſ. 722. nu. 18.* vltrà Fiſci patronum, & Regentem ipſius M.C.V. In aula verò ciuili ſemper extiterunt duo Iudices ciuiles, & demum alius additus. Poſtremo ſub regimine *Philippi Tertij* Regis Inuictiſſimi fuerunt additi ſex alij Iudices ciuiles in duabus aulis reſidentes, in vnaquaque ipſarum tres, ad præſens quatuor, & in prædictis aulis cunctis Regnicolis iuſtitiæ cōplementum miniſtratur cum mira circumſpectione, & zelo iuſtitiæ, quemadmodùm & in alijs citatis Tribunalibus, à quibus omnes Regiæ, ac Baronales Curiæ Regni exemplum deciſionum ipſorum imitantur, atq; ſequuntur, quas ob faciliorem commodum Iudicantium, ac in quouis foro verſantium ſub iſto auro compendio non ſine magno labore vnanimitèr cumulandas eſſe decreui, iuxtà Alphabeticum ordinem, reliquum eſt enim, vt legentium curioſitati priùs ſatisfaciam ex Compendij iſtius editione nouiſſima, cùm tot, & tanta in lute volumina, & de conſimilibus, & alijs à diuerſis Authoribus in lucem prodita eſſe cernantur, nam, vt notabilitèr aduertit *Felin. in præludio decret.* nonnullos Emulos concitari ex librorum compilatione, & potiſſimùm arbitror, communitèr vociferari de librorum multitudine in dies propagara differere, quòd ſi rei peculiaritèr cauſa intuatur, ea enim potiſſima eſſe conſpicitur, ex ſcientiæ videlicèt infinitate, quælibet enim ſcientia à Deo procedit, immò Chriſtus ipſe eſt ſcientia, refert *Specul. in proœmio ſui ſpecul. verſ. certum*, hinc ſcientia ſanctiſſima, quæ nullo pretio numerario vendi poteſt, *l. 1. § eſt quidèm, ff. de var. & extraord. cognit. gloſ. in cap. de multa, de præben.* & quemadmodùm Deus eſt infinitus, ſic libros faciendi nullus eſt finis, idem *Specul. vbi ſuprà*, licèt *Reg. de Curte in ſuo diuerſorio feud. in princ. num. 6.* id attribuere nitatur imperfectioni noſtrę naturæ, cuius conditio ſemper decurrit in infinitum, adeò quòd non erit finis, donec natura permanet, quæ cùm ſit mutabilitatis capax, vt præmiſi ſuperiùs, non mirum igitur ſi iuris ambiguitates diuerſimodè deciſæ reperiantur, ex tempore, & perſonarum varietate, cùm quot capita, tot ſententiæ vulgò dici ſoleat, *Felin. conſ. 35. nu. 15.* habent enim ſua ſydera cauſæ, ſufficiet mihi alacri animo meæ ſatisfeciſſe obligationi, hoc eſt alijs prodeſſe in eo, quod potui, cùm homines ad id creatos eſſe cēſuerit *Cicer. in lib. de offic.* quem citat *Affl. in princ. Conſt. num. 2.* vt ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſſent, & potiſſimùm meis Conciuibus, eò, quòd Ciuitati obligamur, in qua naſcimur, alimur, & docemur, ſicut dem *Affl. in proœm. deciſ. ſub num. 1.* teſtificatur, nè tandèm videar ingratitudinis vitio redargui poſſe ob talenti gratiam mihi indignè à rerum omnium Creatore elargitum, quòd abſit in terram abſcondere, hilari fronte, & Deo, & hominibus dicere non concremiſco, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum, quinimmò libenti animo (Lector Ampliſſime) Compendium ipſum Regalium Tribunalium deciſionibus illuſtratum cum omni, qua potui hac tertia editione mendis diligentia expurgatum acceptum ferre, ipſumquè perlegere ſtudeas, vt ſi quid boni videbitur, Altiſſimo gratias reddas, à quo cuncta bona procedunt, ſi verò aliquid auribus anxioſum, humanæ fragilitatis vitio adſcribas. Vale.

Imprimatur. Alexander Boſchius Epiſc. Carin. Vic. Gen.

Aloyſ. Ric. Canonicus Deputatus vidit.

Ioannes Longus Canonicus, & Curiæ Archiep. Neap. Theol. Deput. vidit.



Diſtichon

Das COMPENDIA *clara volumine; lumine vultus*
In COMPENDIO *habes Vnicus omne decus.*

Januarij Groſsi J.C.

AVREVM COMPENDIVM OMNIVM FERE' DECISIONVM FIDELISSIMI REGNI NEAPOLITANI,

Hoc eſt Regiorum ipſius Tribunalium, ſcilicèt Regii Collateralis Conſilii, S. R. C. Sanctæ Claræ, ſiuè Capuani, Regiæ Cameræ Summariæ, ac Magnæ Curiæ Vicariæ.

AVCTORE IO. BAPTISTA DE THORO I. C. NEAP.

ABbas tecipiens pecuniam pro neceſſitatibus Monaſterij, conuertendam in certã cauſam, obligat Monaſterium, licèt non conuertat in illam cauſam, & ità fuiſſe deciſum in S. C. tradit Fab. de Anna in nouiſſ. addit. ad ſing. 1. eius patris.

Abneptis ſi concurrat cum ſorore, & amita de iure conſuetudinario Ciuitatis Neap. in ſucceſſione ſororis, an admittatur cum eis; quamuis non fuerit deciſum per S. C. tamen concluditur, iudicandum eſſe pro abnepte, Franch. deciſ. 652. & Molteſ. in Commen. ad Conſu. Neap. part. 4. q. 36. ſub n. 10.

Abortum animatum mulier procurans, vt ſuam pudicitiam tegeret an puniatur pœna mortis; fuit deciſum per S. C. quòd non; ſed pœna fuſtigationis, & detruſionis vita durante in locum deſtinandũ per Proregem, Franch. dec. 592. Ricc. Collect. deciſ. 1336. Carrab. ſing. 123. *Danza de pugna Doctor. tom. 2. tit. de ſtupro, c. 2. n. 14.*

Abſentia allegata aduerſus citationem ad informãdum, quamuis non admittatur, ſi fuerint viſi inquiſiti eadem die, vel præcedenti, an conceſſo tẽpore abbreuiationis banni, in quo iterùm citari oportet, abſentia admitti debeat, ſi fuerit allegata; fuit deciſum per S. C. quòd ſic, Franch. dec. 589 & Ricc. in Collect. dec. 472. *Reg. Tap. dec. S. C. 17. in fin. Reg. Sanfelic. dec. 33. n. 7. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de abſentia, n. 4. & 5.*

Abſentia non admiſſa per Iudicem, ex quo delinquẽs fuerat viſus in die delicti, vel antè, ſi per maiorem Iudicem fuerit prouiſum, quòd idem Iudex prouideret ſuper grauamine abſentiæ non admiſſæ, an poſſit demùm prouiſione non facta procedi ad ſententiam foriudicationis; fuit dictũ, quòd ſic, Franch. deciſ. 327. & Ricc. Collect. deciſ. 472. *Reg. Sanfelic. dec. 33.*

Abſolutio à iuramento quamuis obtineri poſsit ad finem agendi, etiam parte non citata', ex cauſa in reſcripto expreſſa; ſi fuerit obreptitiè impetrata, an valeat; fuit deciſum, nõ valere, Affl. dec. 220. n. 10. 11. & 12. Ann. in ſing. 2. Ant. Gagliard. de abſol. à iuram. §. 1. nu. 1. Ioach. Mynſing. ſing. obſeru. cent. 6. obſeru. 84. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 18. n. 8. Marant. in tract. de multipl. alien. num. 255. & conſ. 83. nu. 20. Valaſc. deciſ. Luſitan. 130. nu. 14. & Catau. in prag. de S. C. Maced. §. 12. ſub num. 70. Troyſ. in prag. 2. de reclam. laud. nu. 4. Muſcatell. in Praxi S. C. lib. 1. p. 4. gloſ. periurij n. 3. & 9. Ricc. in Collect. dec. 686. & 1419. Triuiſ. dec. Venet. 64. lib. 1. & Polyd. Rip. in obſeru. 150. nouiſſimè idem Ricc. in Praxi Eccl. Rubr. abſol. iuram. dec. 333.

Abſolutio à iuramento obtenta à S. P. per pupillum ratione enormiſſima læſionis aduerſus quandam liberationem, & quietationem factam, ſi à tutore fuerit impugnata de obreptione, an valeat; fuit deciſum primùm Caietæ, & poſthac in M. C. V. vt impetranti non opitularetur, quod errauerat nimium, dùm diſtuliſſet præſentare libros adminiſtrationis, in quibus liquidò apparere dicebatur de enormiſſima læſione, nam ſine dubio fuiſſet admiſſus, etiam ſine abſolutione, quando in prõptu conſtaret de læſione, Ant. Gagliard. de abſol. à iuram. §. 1. n. 17. *Caſtill. dec. Siciliæ 149. ſub nu. 13. part. 2.*

Abſolutio iuramenti obtenta ad finem agendi an ſufficiat ad obtinendum, vel ſit neceſſe alia abſolutione ad obtinendum, concluditur, ſufficere abſolutionem primam ad finem agendi, & ità inter cætera fuiſſe iudicatum in S. C. refert Affl. deciſ. 322. n. 12. vt ponderat Io. Camill. Bilott. in tract. de abſol. iuram. lib. 1. c. 8. n. 3. Ricc. in Praxi Eccl. dec. 345. in fin *Iacob. Gall. conſ. 129. n. 47.*

Abſolutio à iuramento obtenta parte non citata, an valeat, ſi nõ fuerit facta mẽtio de pacto inito, hoc eſt, non petere abſolutionem, nec contrauenire contractui; concluditur, non valere, niſi prius abſolutio præceſſerit circa talem pactum non petẽdi abſolutionem, & ità deciſum patet penès Affl. in deciſ. 220. ſub nu. 11. verſ. tamen ſi ſumo, quem citat, & ſequitur Card. Pariſ. conſ. 43. vol. 1. nu. 14. & faciũt addita ſuprà eo. verbo abſolutio. Ric. in praxi Eccl. Rubr. Abſolut. à Iuram. dec. 333. n. 3. & deciſ. 345. in fine. *Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 18. n. 8.*

Abſolutio vnica à iuramento an ſufficiat, ſi in contractu pacta plura, & ratificationes adeſſent, ità vt ipſa pro omnibus prodeſſet; cõcluditur, debere narrari ſingula, & ab omnibus iuramẽtis impetrari debere abſolutionẽ, ex quo obtenta ab vno, minimè prodeſt, & ità iudicatum extat in S. C. teſte Affl. d. dec. 220. ſub n. 15. & ſeq. quẽ citat Card. Pariſ. conſ. 43. vol. 1. num. 18. & 19. vbi ex mente aliorum Doctorum confirmat, tot neceſſarias eſſe

rela-

relaxationes, quot iuramenta fuerunt, Peregr.deciſ.Paduæ 112.num.21. *Ricc.collect.2225.par.6.*

Abſolutionis à iuramento validitas, vel inualiditas, aut nulitas an ſit remittenda ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſi de ea fuerit controuerſia coràm Iudice ſeculari; fuit deciſum, quòd ſic, Io.Angel.Piſanell.in add.ad Affict.deciſ.220. & infra verb. Articulus. Ricc.in praxi Eccleſ.deciſ.339.ſub nu.3.

Abſolutiones à iuraméto antè incurſum periurium, etiam parte non citata, ab Ordinario obtineri poſſunt, prout determinauit S.C. teſte Vrſill.deciſ.220.num.14. Anton.Gagliard.de abſolut.à iuram.§.1.num.6.Ricc.collect.deciſ.1419.

Acta facta cum minore conſtituente procuratorem in iudicio cum iuramento, ob quod habetur pro maiore, an ſint nulla; fuit deciſum, quòd non per S. C. ratione iuramenti in mandato appoſiti. Franch.deciſ.448.in princ.Maſtrill.deciſ.Sicil.54. num.5. *Cancer.variar.reſol.tom.2.cap.1.num.219.*

Acta geſta per Officiales Baronum, & ſententiæ per eos latæ, qui recedente impreſſione alterius Regis Tiranni ſtatim reduxerunt ſe ad fidelitatem Regiam, an ſint valida, & teneant; fuit deciſum, quòd valeant, Affict.deciſ.77.Marant.par.6.in 2. actu principali nu.305.& ſeq. Io.Angel.Piſanell. in add.t.ad Affl. hic ponit formam ſententiæ S.C. Andr.Gayl lib.2. pract.obſeru.in obſeruat.54.

Acta facta coràm Arbitris an valeant coràm Iudice, qui alias non procederet ex eiſdem actis, fuit in S.C. deciſum in cauſa Ioannellæ de Alexandro cũ Antonio de Alexandro, quòd fiat comptomiſſum iuxta Prag, odia litiũ, in quo apponatur clauſula, quòd omnia acta facienda coràm Arbitro, remaneant firma coràm Iudice. Io, Angel, Piſanell. in addit. ad dictam Pragmaticam odia litium, de Arbitr. in antiquis, incip. ex eiſdem actis fol.462.

Acta geſta ſuper validitate teſtamenti inter certas perſonas, an fidem faciant in alio iudicio cũ alia perſona, nam alijs prodeſſe, & nocere poſſunt, vt puta ſi ſuper validitate teſtamenti Titij contẽtio eſſet, & teſtes fuiſſent examinati ad inſtantiam alicuius contra hæredes Titij, teſtamentum impugnantes, ſi ſuper alia controuerſia cum alio intentaretur, an tales atteſtationes fidem faciant, fuit in S.C. deciſum affirmatiuè in cauſa Illuſtr, Principis Aritiæ cũ Fratribus de Turbulo in Banca Figliolæ, Anell, Amat.conſ.76, in cauſa, vol. 1.

Attentata an debeant reuocari lite pendente, dum fuerit feudum conceſſum in emphyteuſim Titio, qui ſe conſtituerat precario nomine poſſidere, & lite pendente reuocauerit precarium, poſſeſſionem capiendo, fuit deciſum quòd ſic, Affl. deciſ. 131.& ita ibidem Vrſill.ſub n.2.& ſeq. in alio caſu dixit fuiſſe iudicatum, Muſcatell. in Pract. S.C. lib.2.par.1. gloſſ.in forma n.40.& ſeq. & gloſ.fuerint num.67. Rot.Rom.in nouiſſ.deciſ.418.par.3. lib.3.Franc.Monald.conſ.85.vol.2.nu.16.Lancell. in tract.de attentat.lib.2.cap.17.nu.40. *Fontanell. de pact.nupt. clauſul.4. gloſ.15.num.66.*

Attentata poſt concluſũ in cauſa an ſint reuocanda, fuit deciſum quòd ſic. Affl, dec.352. Viu.in Sylua cõmun.opin.in opin.77.attentata n.10, Iul.Cæſar Imbrian, in tract.de primo, & ſecũdo beneſ.cõſid. 5,n.38.Muſcat.in pract.S.C.lib.2.par.1.gl.fuerint n.59. Pariſ.conſ.108,vol.1.nu.27. Ricc,in collect. deciſ.85. Lancell.de attent.par.3.cap.24.num.55.

Attentata lite pendente in S.C. etiã à tertia perſona cauſam habente a parte, an ſint reuocanda; fuit deciſum quòd ſic, Affl.deciſ.354.à nu.19.vſquè ad fin.Pariſ.conſ.108.vol.1.num.27, Riccius collect. deciſ.368. Lancell.in tract.de attent. par.1.cap.3. nu.18. & par.2. cap.4.limit.2. nu.67. & par.3.cap. 27.num.41. *Cauagnol.deciſ.Mediol.2.num.3.lib.1.*

Attentata lite pendente ſuper remedio retinẽdæ poſſeſſionis an ſint conſideranda; ita vt reuocari poſſint; & quia interdictum retinẽdæ poſſeſſionis eſt talis naturæ remediũ, vt is, qui poſſidet, & vincat qui tẽpore litis cõteſtatæ poſſidet; fuit deciſũ, non habere locũ remedium attentatorum, Capyc. deciſ.72. Vrſill.deciſ.156, Ioſeph Ludou.in deciſ. Peruſ.69.n.6. Borgn.Caualc, dec, Fiuiz.23.n.118. p.2. Hercul.in trac.de caut.de nõ offend.c.2.n.17.

Attẽtatũ ſi fuerit in cauſa interdicti recuperãdæ intẽtati, an interim ſuper attẽtatis procedi debeat; S.C.decreuit, capiẽdã eſſe informationẽ ſuper iudicio ſũmario, omiſſo iudicio poſſeſſorio ordinario, & ita ſolitũ eſt in ſimilibus cauſis agere S.C. vt refert Io. Ang.Piſanell.in add.ad Affl.dec.156.

Actio an detur cõtra emptorem rei venditæ virtute ſententiæ; quæ ſi retractetur, reſtitutio erat faciẽda, vel contra victum ad pretium; fuit dictum, cõtra victum ad pretium, Franch.deciſ.660.

Actio de cõſtituta pecunia, vt cõpetat, in ſpecie requiritur, vt ſit debitũ probatum, vel propriũ, vel eius, pro quo quis debitor cõſtituitur, & ita in caſu cõtingẽti fuit ſeruat per S. C. Franch, dec.343.

Actio ad accuſandũ in crimine adulterij an cõpetat fratri viri, fuit per S.C. dictũ quòd ſic, Franch.dec. 240.& dec.94. Viu.dec.490.n.1.Petr.Caball.reſol. crim.cẽt,1.caſ,114,n.1.Ricc,collect.dec.78.& 236.

Actio reuocandi inofficioſam dotem an poſſit intẽtari per alium ex filijs conſtante matrimonio filiæ dotatæ, fuit deciſum quòd non, niſi mortua dotante, nec prodeſſe conſenſum matris agentis talem actionem in præiudicium tertij, cui eſt ius quæſitum, Franch.dec.170. Battaglin.in addit.ad Cyn. in l.cùm omnia, C.de inoff.dot. *Fontanell.de pact. nupt.clauſul.5.gloſ.8.par.2.num.15.*

Actio pro dote recuperanda quamuis viro cõpetat, & non vxori, an ſoluto matrimonio procedat, maximè ſi per virum fuerit promiſſum conuertere in emptionem pecuniam viro ſoluendam in Regno, hanc pecuniam iuxtà formam pacti eſſe in emptionem conuertendam, ſic fuiſſe deciſum per S.C. refert Franch.deciſ.33. Ann.in alleg.129. & ſing.601.in cauſa, Sempron. Aſcia determ.10.n.6. & 16. Vltra alios DD, hic notatos per Viſcont. *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.6.gloſ.1.part.1.nu.13. Barbat.de aſſiſt.gloſ.12.n.19.*

Actio contra tertios poſſeſſores bonorum paternorum an competat filiæ pro eius paragio, ſeu legitima, & concluditur quòd non, benè tamen verũ eſt, quòd contra tales poſſeſſores pro legitima cõpetit reiuendicatio, prout ſic fuiſſe deciſum teſtatur Affl.dec.162. quem ſequitur Gramm. dec.90. Vrſill, dec.162.Ricc, Collect, deciſ.105. & 929.& ſic nouiſſimè deciſum iunctis aulis in cauſa Marchionis Lauri cum Sorore Liuia de Tolſa penès Longum, Anell, Amat.in conſ.71, Marchionum, vol.1. & infra eod, verbo tertius poſſeſſor, *Cæſar Manent.dec.Mantuæ 33.n.7.& dec.48.nu.9.& 12. Conſil. Theodor. alleg.7. per tot. & in cauſa Liuiæ*

Napo-

Napodanæ fuerũt condẽnati Annibal, & Cæſar Napodani ad ſoluendum ei paragium liquidandum vnà cum fructibus, & perindè poſſe ſati ſperi ſuper quadam maſſaria vendita Mutio Saraceno tertio poſſeſſori, ad relationem Conſil. Alonſi Vargas die 13. Iulij 1610. penès Cioffum, ſed hoc in ſubſidium, per ea, quæ dixit Maur. iun. alleg. 35. num. 4. Reg. Sanfelic. dec. 130.

Actio hypothecaria an poſsit in libello ſeparato, & diuerſo ex poſt facto cumulari cũ actione perſonali; S.C. pertranſijt cũ opinione Bald. dicentis, ex poſt facto cumulationem ipſam procedere, Capyc. dec. 80. in princ.

Actio recuperãdæ dotis ſoluto matrimonio cui cõpetat, an filię, vel hęredi patris, qui ſtipulatus fuit, dotem ſibi reddi: fuit iudicatum in S. C. ſpectare ad filiam, Vinc. de Franch. in addit. ad Conſuet. Si qua moriens, incip. an autem in hac decima f. 195.

Actio, vel ſaltem remedium diuiſionis an competat Officiali condemnato pro mala adminiſtratione contra alios Collegas, & licet concludatur, quod non ex iuris diſpoſitione, ex quo dolo carere non videtur, & non debet ex ſuo dolo actionem quærere, tamen attenta qualitate, & dignitate perſonæ condemnatæ in contingenti caſu fuit per Supremum Conſilium iudicatum, non eſſe procedẽdũ via exequutiua, ſed oblata petitione per actorem, ſi per conuentos fuerit replicatum, eſſe concedendum terminum, vt circa exceptionem releuantem audirentur, Reg. de Pont. dec. 10. regula eſt. per totam. Ricc. Collect. dec. 2040.

Actio compet ad arbitrium creditoris euicta re, vel ad quantitatem, pro qua inſolutum data fuit, vel ad intereſſe, & ita iudicatum in R. C. S. teſtatur Reg. de Pont. conſ. 64. Et ſi credam n. 26. vol. 2.

Actio ad feudum iuxtà DD. ſententiam, feudalis pariter reputatur, hoc eſt in verè poſsidente feudũ, ita in S.C. de anno 1610. deciſum fuiſſe in cauſa Magdalenæ Longobardæ teſtificatur Horat. Viſcont. in addit. ad Franch. dec. 593. *Reg. Capyc. Galeot. controu. 28. n. 22. tom. 1.*

Actio pro paragio nec perſonalis, nec in rẽ ſcripta, nec hypothecaria competit ſuper corpore feudali, ſed tantum ſuper fructibus feudi, non inſolidũ, ſed pro rata, habita conſideratione ad omnia bona burgenſatica, & feudalia remanſa in hæreditate, ſeu poſt mortem patris, & ita fuit iudicatum in S.C. referente Conſiliario de Ponte die 23. Decembris 1600. in cauſa Sororis Corneliæ de Piccolomine cum Marchione Illiceti, & iterum confirmatum in reclamatione ſub die 21. Auguſti 1604. referẽte Cõſiliario Alphonſo Sedeño; Reg. Rou. in pragm. 23. à n. 59. ad finem, de feudis. *Bariat. de aſſiſt. gloſ. 12. n. 58.*

ione primæua agitur euicta re pro alia in debito in ſolutum data, l. qui res ff. de ſolut. an id procedat in reruſurio dotis, vt pro eo primæua actione i debeat, fuit iudicatum quod ſic in caſu cõtingenti per S. C. Iac. Anel. de Bott. in add. ad Bat. in . qui res, incip. euicta re, verum circa primum ... bium latè proſequitur Fab. de Ann. in conſ. 35. hac cauſa n. 5. & ſeq. & idem Bott. in add. ad in l. ſi quis aliam ff. de ſolut. refert eandẽ denem, Io. Franc. del Caſtil. dec. Sicil. 5. per tot. primęua an agi poſsit per creditorem alicu- : cauſa dotis, ſi pro dotibus ipſis fuerit promiſſa certa quantitas pecuniæ ſoluendę, vel dando pro eis feudũ in ſolutum, & pro reliqua ſumma effectũ inſtrumẽtum mutui cum pacto retrouendẽdi, quamuis aſſenſus eſſet priùs impetratus in datione facienda in perſonam patris creditoris, cuius vigore creditor poſsiderat feudũ in ſolutum datum, ſi poſtmodum idem debitor dictum feudum alienaſſet alteri, per quem fuerit depoſita pecunia cum ſpeciali pacto, vt retrouenditio fieret tam à poſſeſſore pro dicta ſumma, quam ab alio ius habẽte, & ſic liberè fieri emptionem terræ predictę; tandem non aliter facta retrouenditione ab ipſo poſſeſſore, cui inſolutum datum erat pro dicta quantitate, licet ab alio pro alia quantitate pecunię facta retrouenditio, & ceſsio in fauorem emptoris, & pro reliqua parte pretij in emptionem alterius feudi conuerſa, fuit iudicatũ contra ipſum creditorem ex cauſa dotis, quod pro ſumma ducat. 4000. non graduetur virtute Capitulorũ, ſed cõtractus initi ſuper alia re à die impetrationis aſſenſus, & ſic agi ex primęua actione ex defectu aſſenſus, Reg. de Pont. in conſ. 93. hæc cauſa vol. 2.

Actiones extinctæ per dationem rei in ſolutum, an ſequuta euictione rei reuiuiſcãt, vt creditor ager. poſsit aduerſus debitorem, & ſi aliqui tenuerint, expreſsè id eſſe inter contrahentes ſpecificandum, vt reuiuiſcãt, nec deſunt alij DD. aſſerentes, abſq; tali clauſula reuiuiſci, vt ſunt multi caſus, ſcilicèt dotis, doli cauſam contractui dantis, ſpeciei læſionis, attamen in occurrenti caſu fuit per M.C.V. ex quibuſdam prætenſis rationibus cum temporis antiquitate ſententiatum contra recipientes dationem in ſolutum, non obſtante, quod reſeruaſſent primas actiones, quando non poſſent exigere debitorem ceſſum, de quo pendet appellatio; vt tradit Vrſill. dec. 335. n. 13. & 14.

Actiones, & iura competentia creditoribus, & filio, an confundantur per aditionem hæreditatis per eos facta pręuia inſtitutione, ſi talis hęreditas erat reſtituendã; concluditur, quod non, & ita in contingẽtia facti, filij ſuccedentes matri quoad bona materna tanquàm proximiores fuerunt admiſsi, non obſtante, quod ipſa mater ſucceſsiſſet eius patri debitori in dotibus prædictis, vt per Vrſill. in dec. 237. ſub n. 2. in med.

Actor an cogi poſsit ad proponendum ium, quę habet aduerſus exceptionẽ oppoſitã cateręe actionis, fuit deciſũ ꝙ ſic per S.C. Franch. dec. 263. in fi.

Actor an cogi poſsit ad declarandum, ſeu proponẽdum iura in facto, quare exceptiones nõ obſtent, fuit deciſum quod ſic, Franch. dec. 263. Muſcatell. in Praxi S.C. lib. 1. par. 3. gloſ. Actionis in addit.

Actor an poſſit vti reſtitutione, quando minor eſſet læſus dolo aduerſarij, fuit deciſum quod non, Afflict. dec. 210. n. 6.

Actor an debeat in expenſis condemnari, ſi ſuccubuerit in facto proprio, in quo error prætendi nẽ poteſt, ſiue in cauſa principali, ſiue in cauſa appellationis; concluditur ꝙ ſic, ſecus in reo, Gram. dec. 83. Muſcat. in prax. S.C. lib. 1. par. 1. gloſ. contemnere n. 9.

Actor reconueniens an teneatur præſtare fideiuſſoriam cautionem de ſtando iuri, & ſoluendo iudicatum in cauſa reconuentionis, ſi tanquam exterus nequiuerat præſtare ex ſumma magna recon-

actionis, quod erat impoſſibile, ita vt actor cauſam deſerere cogebatur; fuit deciſum, ex quo cõuentio, & reconuentio requirebant probationes hinc indè, quod procederetur ad vlteriora in cauſa, ſalua prouiſione facienda ſuper petita fideiuſſione tempore publicationis, ſecus ſi extarent inſtrumenta, Franch. dec. 311. *Proceſſus iſtius cauſæ extat in Banca Borrelli, in quo ſubintrauit Marfiſa de Aeſte contra Ducem Turris maioris.*

Actor declarando, filium debitoris ſui eſſe heredem, & eius aditionem, & adminiſtrationes, an releuetur ab ineptitudine libelli; fuit decretum, quod iſta declaratio ſufficeret, & quod in cauſa procederetur, Capyc. dec. 70. n. 2.

Actor intentando litem dominij rei, ſi probauerit de quaſi poſſeſſione, vel vendicando fundum, allegãdo eſſe dominum, & probauerit de vſufructu, an lite pendente, intentato remedio iuris ordinario poſſit per extraordinarium manuteneri in poſſeſſione; fuit deciſum quod ſic in eius fauorẽ, Capyc. dec. 96. & Ann. ſing. 154. Dominium, Bologn. l. edita n. 12. C. de eden. Plot. l. ſi quando C. vnde vi, nu. 97. Herc. in tract. de caut. de non offen. c. 2. n. 17.

Actor an teneatur cedere reo iura ſua ad fundandam exceptionem, ex qua reſultare videtur criminis manifeſtatio; fuit deciſum in fauorem actoris, vt non teneatur, Capyc. dec. 127.

Actor an teneatur declarare tempus ſpolij, ita quod ſtante allegata exceptione non poſſit ad vlteriora in cauſa procedi; fuit deciſum, eſſe procedendũ ad vlteriora, oppoſitis non obſtantibus, Ann. alleg. 11. Ricc. coll. 608. *Alex. Trentacinq. var. reſol. lib. 2. tit. de except. reſol.* 1. n. 5.

Actor an teneatur declarare inſtante reo conuento ſuper reiuendicatione, & poſſidente duos fundos vnitos contiguos, vnum fundum ex eis, quod petebat per fines, & confines, quamuis replicaſſet, fines eſſe mutatos facto conuenti, qui illos vniuit, & mutauit confines; fuit deciſum, non teneri declarare, Ann. in ſing. 389. Poſſidens.

Actor ſi in libello dixerit, quod Titius obligauit ſibi feudum, & de tali obligatione extabat aſſenſus, an teneatur (reo excipiente) de exhibitione aſſenſus, primitus de aſſenſu fidem facere; fuit deciſum in S. C. quod non poſſit cogi, Ant. Capyc. in inueſt. feud. rub. feudorum exequutiones, verſ. & quid ſi ad impediẽdũ f. 195. eũ citat Liparul. ad Andr. in l. Imperialem in addit. lit. M. incip. ſi debitor in fi. de prohib. feu. alien. per Fed.

Actor, an reus cẽſeri debeat is, qui præuia petitione veniret ad defendendum ius ſuum, licet in conſequentiam allegaret nullitatem tituli aduerſarij, & licèt videatur dicendum, eſſè reum, attendendo originem petitionis, quæ non erat petere aliquid; ſed conſeruare, & defendere ius; quod habet; fuit in R. C. in paritate votorũ, deinde cõcordibus Iudicibus prouiſum, quod daretur breuis dilatio ad probandum prætẽſa per ipſam prætenſam Actricem, quæ per prius fuerat excluſa, & publicatum decretum contra eam, v3. in paritate votorum, præſupponendo eſſe Actricem, Reg. de Pont. dec. 31. Tex. in l. Ricc. Collect. dec. 512.

Actor, qui in vna via ſuccubit, an ei alia ſit concedẽda, fuit in S. C. deciſum quod ſic, per text. in l. Bebius Marcellus ff. de pact. dotal. Affl. dec. 60. n. 4. cum citat Reg. de Pont. dec. 35. qu. 10. & conſ. 42. n. 19. & cõſ. 43. n. 10. Muſcat. in prax. S. C. lib. 1. p. 1. gloſ. petitur n. 53. & 54. vbi declarat, iſtam deciſionem procedere, quando noua non eſſent petita in iudicio a primis diuerſa, Marc. Ant. Bellon. dec. Genuæ 91. n. 9. Marcell. Cala in tract. de modo artic. & proban. gl. 4. n. 27. *Ant. de Virgil. in tract. de legitim. perſon. c. 3. n. 5. Reg. Capyc. Galeot. contron. 36. n. 2. to. 2. Cutell. dec. 29. n. 38.*

Actor, & Reus qui ſint in materia l. ſi contendat ff. de fideiu. & l. diffamari, C. de inge. manum. cõcluditur eſſe qui prouocat, ex adductis per Frãc. dec. 657. Capyc. dec. 18. Affl. dec. 268. Ann. ſing. 543. Muſcat. in Pract. S. C. p. 1. gl. Reus n. 13. Ant. Gabr. lib. 1. tit. de action. concl. 6. n. 41. 42. & Io. Ang. Piſanel. ad. Affl. dec. 268. inquit, cõtrarium obtinuiſſe in S. C. in fortioribus terminis .ſ. in clerico; vt non ſit Actor, ſed Reus, per doctrinam Alex. conſ. 103. Cacher. deciſ. Pedem. 151. *Ant. de Virgil. in tract. de legitim. perſon. in prælu. n. 15. in fi. Reg. Tap. dec. S. C. 33. in fi. D. Reg. Capyc. Latr. dec. 89. D. Conſ. D. Thom. de Carleu. de iudic. to. 1. diſp. 2. q. 4. n. 202.*

Actuariatus officium an debeat eſſe annale, fuit in S. C. in anno 1599. in Actuario Oliueti referente Reg. Conſiliar. Veſpulo deciſum, quod ſic, Horat. Viſcont. in add. ad Franch. dec. 409. in princ.

Actuarius an poſſit eſſe in ſua patria: fuit deciſum, ꝙ non, Franch. dec. 98. & hic Amendol. in addit. n. 25. ponit aliam deciſionem, Capibl. in prag. 3. nu. 142. de Baron. Ricc. coll. dec. 1358. *Nouar. dec. 54. in princ. vbi aliam deciſionem affert.*

Actuarius ſcienter examinans teſtes falſos, qua pœna puniri debet, fuit votatum, eſſe condemnãdum pœna vltimi ſupplicij; ſed quia teſtes ipſi, quamuis falſum depoſuiſſent, non fuerunt examinati parte citata, & ſic nullam fidẽ faciebant, ob quod pœna falſi ceſſabat; fuit per M. C. V. votatum, eſſe condemnandum ad remigandum vita durante, Gram. in Conſt. Iudices n. 7. f. 46. & in Conſt. Regn. Qui falſo inſtrumento.

Actuarius, vel Notarius an teneatur cognoſcere cõtrahentes, ita quod ſi alium pro alio in fideiuſſorẽ acceperit, teneatur creditori; fuit concluſum, non teneri, ſed quãdo malitioſè, aut doloſè Actuarius id faceret; ſecus eſſet, & proindè fuit datus terminus in cauſa, inſtante creditore dolum probare intendẽte, Franch. dec. 262. vbi Viſcont. in addit. citat nouellam prag. de hoc, *Gallupp. in praxi S. C. part. 2. c. 22. ſub n. 38.*

Actuarius ſi fuerit à ſyndicatu abſolutus pro eo anno, quo exercuit, poterit de nouo exercere idem officium pro anno ſequenti, & ita iudicatum in S. C. inter Vniuerſitatem S. Viti, & Goffredum Palaganum, referente Conſiliario Marino Freccia, & inter Caſtrum Turris Octaue, & Comitem Ruborum in Collaterali Conſilio, Reg. Rou. in prag. 1. nu. 10. de offic. Iud. *Palma in diuerſor. iur. comm. & Regni, pragm. 2. de ord. iudicior. gl. 6. n. 8.*

Actuariorum delicta an ſola Magna Curia cognoſcat, iuxtà Ritum eiuſdem; fuit deciſum quod ſic, Ann. in ſing. 48. Baiulus, Viſcont. ad Franch. dec. 407. de Pont. conſ. 53. n. 19. vol. 2. Carrab. de ſyndic. par. 1. n. 162.

Actus an poſsit explicari per alium, ſi iuxta formam reſcripti fuerit mandatum Iudici ſuper ijs verbis, tu per te cognoſcas, pluries fuit deciſũ in M. C. V. quod nõ, Gram. in cap. Regni Si cũ ſceleratis n. 3.

Ac-

Digitized by Google

Accuſans,ſeu querelans aliquem figurando fuiſſe ab eo diſrobatum, an ſit puniendus,non conſtito de delicto, ex quo multi ad defatigandum inimicos, vel vt aliquid conſequi poſsint ab aliquo figurabant multas impoſturas, quare in contigentibus caſibus tortis ipſis accuſatoribus, & confeſsis de talibus impoſturis fuerunt puniti, & ita in pluribus caſibus fuiſſe obſeruatum tradit Paris de Put. in tract. Synd. verbo quidam vir leuis opinionis.

Accuſare an poſsint frater,& ſoror de morte filij patre remittente iniuriã; fuit deciſum q non,licet in alio caſu fuiſſet determinatum cõtrarium, hoc eſt quod noluerunt Iudices etiam facto verbo,attenta prius remiſsione inſtantibus ſororibus, & fratribus admittere ad indultum inquiſitum,de quo teſtatur Vrſill.dec. 180.ſub n.7. Viu.in Syl.comm. opin.in opin.607.patet,in princ.

Accuſare an poſsint hæredes de periurio commiſſo per debitorem,qui nõ obſeruauit ad quę tenebatur defuncto,ſtante clauſula in inſtrumento adiecta pro ſe,& hæredibus; fuit votatum, ex quo Iuramentum ipſum fuerat præſtitum recipienti pro ſe,& hæredibus,quod poſsint accuſare de periurio cum eis commiſſo,Capyc.dec.75.à n.1.vſq; ad 4.Muſc.in pract.S.C.par.4. gloſ.periurij n.19. Ioſeph de Seſſ.dec.Arag.98.n.25. vbi pariter tradit idem in ſimili fuiſſe iudicatum in Reg.Conſ.Aragon.Carau.in rit.182.n.7.

Accuſare an poſsint heredes de periurio debitorem non obſeruantem promiſſa defuncto vigore clauſulæ iuramenti præſtiti pro ſe, & hæredibus; fuit deciſũ q pro periurio cõmiſſo poſt mortẽ poſsint heredes accuſare ſolũm,& ſic non de periurio cõmiſſo cum defuncto,Capyc.dec.75.n.4.Ioſeph de Seſſ.dec.Aragon.98.n.25.& Carau.d.rit.182.n.7.

Accuſare de morte viri permittitur,ſi .n. concurrat vxor cum filijs ad accuſandum in diuerſis Tribunalibus,hoc eſt vxor in M. C. & filij in Curia Baronis habẽtis priuilegia cum derogatione l.vnicæ C.quando Imper. quis eorum pręferatur,vt Tribunal electum procedere poſsit in cauſa; fuit per S.C.deciſum in fauorem filiorum,& proinde cauſa remiſſa ad Baronem,Franch.dec.382.*Danza de pugna Doctor.to.1.tit.de remiſſ.c.6.n.15.*

Accuſatio criminalis periurij an ſit pro Nuru contra Socerum admittenda; concluditur quod non poſsit agi criminaliter ad periurium, ratione reuerentiæ debitæ Socero,prout fuit obſeruatum in cauſa Comitiſſæ Muri cum filia Ducis Grauinæ,quia fuit ſublata accuſatio criminalis periurij, Minad.dec.2.fuit præſentatum in princ.

Accuſator falſi an teneatur exprimere falſi qualitatẽ,locum,& in qua parte,ex quo tractabatur de impediẽda reaſsũptione inſtrumẽti teſtamẽti tantũ,nõ tamẽ de accuſatione falſi,nec ciuiliter pcedẽdi;fuit deciſũ q ad iſtũ actũ nõ teneatur actor declarare,Capyc.dec.79.Ricc.Collect. dec.1418.

Accuſator an teneatur exprimere diem pro defenſione rei; fuit deciſum quod non per M.C.V. Lucius Foller.in prag.fin.de compoſit.n.15.

Accuſatus à muliere per procuratorem ipſius, an poſsit reſpondere in cauſa criminali per procuratorem; fuit deciſum in M. C. quod ſic, licet alias fuiſſet contrarium deciſum per eandem M.C. V. Anell.Arcam.in add.ad Conſt. Regni Generalia iura in opere Gramm.ſuper Conſtit.num.3. & ibi Marin.in alia addit.num.5.

Accuſatus regular.ter non poteſt accuſantem reaccuſare de eodem pari delicto,iuxta diſpoſitionẽ iuris cõmunis,& Regni,& pręſertim Rit.66.M.C. V.qui fuit limitatus,vt nõ procedat quando ſecũda accuſatio procedit ex eodẽ fonte, vt eſt quãdo vnus accuſat aliũ de periurio virtute vnius inſtrumẽti,& accuſatus virtute eiuſdem inſtrumẽti accuſaret accuſatorẽ de periurio,& ita fuit decretum in S.C. in occurrenti facto, Grammat.in Ritu M.C.66.incip. Ioanna Dei gratia,&c.f.161.à ter.

Accuſatus quamuis poſsit ſuum accuſatorẽ reaccuſare de maiori, vel minori crimine, an in ea reaccuſatione procedi poſsit;fuit deciſum,quod ſi eadem reaccuſatio procederet ex eodẽ fonte primæ quærelę,proceditur in vtraq; cęterum ſi eſſet diuerſa,præſtetur cautio per reaccuſatũ de ſtando iuri finita prima accuſatione,Gram. dec. 53. & in Conſt.fol.65.col.3.in fi. de quo meminit Iul.Clar. in §.fi.q.14.poſt n.12.Carau.in rit.191.in princ.

Ademptio in legato facta, an cenſeatur in codicillis facta in damnum creditoris,cui in teſtamẽto fuerat relicta certa pars crediti conſiſtens in functiones fiſcales,& in dictis codicillis mutata volũtate teſtatoris omnia burgenſatica ſecundogenito reperiuntur relicta cũ onere primogenito in feudalibus iniũcto vti hæredi pro reſiduo crediti,adeò quod circumſcripto legato diuerſæ quantitatis, diuerſæ ſubſtantiæ,diuerſæ perſonæ,& qualitatis inſerendum ſit ad ipſam ademptionem,non alterius legati, ſed inſtitutionis, fuit demum iudicatum in fauorem creditoris petẽtis integram ſummam debitam ex contractu, & ad intereſſe illius, Reg.de Pont.in conſ.18.Et ſi ex ijs vol.2.

Adhærere appellationi,& inſtantiæ cuilibet eſt permiſſum,ſi infra legitimũ tempus appellationis adhęſierit,& ſuũ particulare intereſſe verſatur,quare dum eſſet mota lis per creditores Titij aduerſus eius debitores,& poſt latã ſententiã in reclamatione principalis debitor cõparuerit,& reclamationi adhæſerit pro ſuo intereſſe, ceſſantibus prędictis eius creditoribus non prohibetur ipſi litẽ proſequere,& ſi præſupponatur,principalẽ ipſũ ex lapſu biennij nõ poſſe inhærere,in facto cernebatur,cõparuiſſe in cauſa infra tẽpus reclamationis durante reclamatione,ſic attento intereſſe ſuo,q verſabatur in eius debitores,quod ſi nõ eſſent ſoluendi,vel pręttenderint nõ deberi,pręiudiciũ principali afferebat,& adhęſio in tẽpore, cõcluditur in eius fauorẽ per Reg.de Pon.cõſ.7.pars præſupponit;vbi in fine refert, ſecũdum prędicta fuiſſe iudicatũ iunctis Tribunalibus S.C. & R.C.

Adhoa an ſit à Barone ſoluenda pro Græcis,Sclauonis,& Albanenſibus in eius Terra habitantibus tẽpore impoſitionis, fuit deciſum q ſi eo tempore,quo imponitur adhoa habitarent, ipſæ gentes iudicarẽtur vti vaſalli,& ſucceſsiuè erit ſoluẽda, licet poſtea reliquerint incolatum illius Terræ; ſed ſi eo tempore non reperirentur habitare, non exigitur adhoa pro Terra habitata,quãuis redierint poſtea ad habitandum,Frecc.de ſubfeud.lib. 2.in 5.auct.n.12.& ante eum refert ſic fuiſſe deciſum in Reg. Cam. Sigiſmun. Loffr. in paraphraſi ad Andr.in c.1.ſuper verſ.in fine, vbi tractat de ſeruitio,vel adhoa,quis dic.Dux,&c. & Iacob. de Ayello in tract.de iure adhoæ n.57.

Adhoa an ſit ſoluenda per feudatarium, cui facta reſtitutione bonorum feudalium nõ potuit illa habere tanquam ſequeſtrata per alium, in quorum vicem fuerit ſoluta tanta pecunia, quæ aſcenderat ad valorem feudorum fructuum; fuit deciſum in R.C.S. quod ſit ſoluenda adhoa, Sigiſm. Loffr. in paraphraſi feud. ad Andr. in c.1.§.ſeu verſ. ſi vero in princ. incip. in hoc loco dicitur, qui ſucceſſ. ten. eum citat Franc. de Amic. in titul. de ijs, qui feud. dar. poſſ.§. expeditis quæſtionibus in fi. t.208.

Adhoa an debeatur de feudo, ſi ibi vnus eſſet vaſallus præter Caſtellanum, & Cauponem tanquam de feudo habitato; fuit deciſum, quod Baro ſolueret tanquàm de feudo inhabitato, quia de minimis, & tàm paucis non eſt habenda ratio, Sigiſm. Loffred. in Paraphr. feud. ad Andr. in c.1. incip. ibi ideò tantum, quis dicatur Dux.

Adhoa an integra, vel media debeatur Regi per feudatarium, qui recuperauit feudum, quod pater amiſerat, & tenebat per conceſſionem a Rege, remittente medium militare ſeruitium, ſi recuperato per filium à Rege deindè fuerit in cõtinuatione perſeueratum ius adhoæ ſuæ Curiæ debitum, fuit per Regiam Cameram iudicatum, non exigi, niſi ius medium adhoę, Sigiſmun. Loff. in Paraph. feud. ad Andr. ſuper c.1. ibi verſ. ibi, ſcilicèt ſi dicatur antiquum, de vaſal. decrept. ætat.

Adhoa ex feudo quaternato an debeatur Regi, vel Baroni, & ſuppoſito quod feudum quaternatum cenſeatur illud, quod eſt taxatum in ſubuentionibus, & cedulis, & collectis; fuit in facto contingẽti iudicatum per Reg. Cam. quod ſit feudum quaternatum, verũ vtilis Dominus ipſius debeat ius adhoæ ſoluere ſoli Regiæ Curiæ, & non Baroni, cui erant conceſſi feudatarij, ſine expreſſione quaternatorum, Sigiſmun. Loffr. in Paraph. feud. ad Andr. ſuper c.1. in verſ. feudum quaternatum, de controu. feud. apud pares term. & de hac deciſione etiam meminit Iacob. de Ayello in tract. de iure adhoæ n.87. Grammat. dec.66. n.3.

Adhoa an debeatur ex ſumma duc. 300. fortè annis ſingulis debitorum ſuper baiulatione cõceſſa per Regem alicui, in cuius conceſſione non erat facta mentio de feudo, nec de burgenſatico, quanquam eſſet verbum inueſtio cum clauſula pro te, & hæredibus ex tuo corpore; fuit per Reg. Cam. iudicatum, non teneri ad ſolutionem adhoæ, non obſtãte quod in vniuerſali ſeruitio facto Regi per Regnum ſoluerit, & hoc licet in illo priuilegio dicatur, ipſum in quinternionibus debere adnotari, quia hęc verba non faciunt feudum quaternatũ, niſi aliàs conſtet, illud eſſe feudum, Sigiſm. Loffr. in Paraph. feud. ad Andr. in c.1.§. huius autem generis, verſ. ibi maximè ſi dicat, ex quibus cauſ. feud. amitt. Pet. Garſia dec.55. *Reg. Ron. in conſ.26. n.71. vol.2.*

Adhoa generalis ſi fuerit impoſita eodem anno, quo Baro ſoluerit releuium ex cauſa defuncti Baronis decedentis in menſe Auguſti, & ſic erant duæ indictiones, an ſolui debeant; fuit in Reg. Cam. deciſum, quod ad vnum tantum teneatur ad electionem Fiſci; nam in hoc caſu inſpici debet annus emergens, & non annus naturalis, Sigiſm. Loffr. in Paraph. feud. ad Andr. ſuper c.1.§. ijs conſequenter in verſ. ibi fructus ſi ſunt pendentes, hic finit lex, & de tali deciſione etiam meminit Iacob. de Ayello in tract. de iure adhoæ n.77. & 78.

Adhoa an ſolui debeat ab hærede defuncti Baronis, qui ſoluerat releuium eodem anno, fuit in Reg. Cam. deciſum, quod hæres non ſoluat releuium, niſi eatenus, quatenus releuium eſſet maius, quã adhoa, & ſic in releuio compenſetur quãtitas per defunctum ſoluta pro iure adhoæ, Sigiſm. Loffr. in Paraph. feud. ad Andr. ſuper c.1.§. ijs conſequẽter verſ. & tandem fuit deciſum, hic finit lex, & hac ratione attenta, quod ſi eo anno, quo donatiuum præſtatur aliquis vaſallus decederet, eiuſq; hęres præſtare debet releuium, quod eſt medietas reddituum feudalium, deductis oneribus, tãto minus præſtabit, quanto pro adhoa ſoluit, & ita in R.C.S. practicatur, Carol. Tapia in Rubr. ff. de Conſtit. princ. c.4. n.77.

Adhoa an ſolui debeat, ſi fuerint tot annui introitus in feudum dati in excambium per Regem alicui vaſallo, a quo bona feudalia abſtulit tempore belli, habita deindè pace cum Rege inimico; fuit deciſum per Reg. Cam. quod teneatur ad adhoã, quia erat cõceſſio in feudum, Io. Andr. de Georg. in alleg.3. actor prętendit ſub nu.10. verſ. nec obſtat deciſio, ſecus autem ſi fuiſſet facta conceſſio, nec de feudo aliquid dictum, quoniam tunc adhoa ſolui nequit, vt fuit deciſum in Reg. Cam. refert Iacob. de Ayello in tract. de iure adhoę n.84. Io. Camill. Bilott. in alleg.2. n.3.

Adhoa an ſolui debeat per Dominum feudi, vel per Cõductorem feudi ad decem annos; fuit deciſum in Reg. Cam. ſpectare ad Conductorem, Iacob. de Ayello in tract. de iure adhoę n.59.

Adhoa an ſolui debeat per feudatarium, ſi eodem tempore donatiuum imponeretur, ad quod pro rata contribuere debet; fuit determinatum in Reg. Cam. quod ſi per duos, aut vnum menſem ante quis habuerit feudum, licet deſineret habere, quia infra tempus ſtatutum alteri vendiderat, teneatur ad integram adhoam, inſpecto tempore impoſitionis, & non ſolutionis, Frecc. de ſubfeud. lib.2. in 3. author. n.26. in fin.

Adhoa quamuis loco ſeruitij perſonalis à feudatario debiti ſubrogata ſit, ex communi omnium DD. ſchola cõprobatum ſit, non tamen Dominus aliud pro alio recipere cogi poſset, vt fuit in cauſa Ioſeph Caraccioli cum Principe S. Seuerij facta relatione in Collaterali Conſ. iudicatum, Anell. Amatus in conſ.12. primogenituræ n.8. vol.1.

Adhoarum onus an ſit in liquidatione vitę, & militię in damno ſecundogenitorum habendum, vel in damnum primogeniti; fuit deciſum in damnum primogeniti, Franch. dec.20. n.11. Reg. de Ponte in tract. de pot. Proreſt. tit.7.§.4. n.30. citra alios hic citatos per Viſcon.

Adhoę onus an minuet paragium, copioſè diſputatur per Anellum Amatum, qui omnes Doctores vtriuſq; partis cumulat in conſ.11. in liquidatione, vbi in fine ait, fuiſſe deciſum iunctis trib. aulis per maiorem partem iudicantium, non minuere paragium in cauſa Illuſt. Beatricis Vitellę Vrſinę, & in conſ.12. primogenitę de eadem materia, & cauſa verba facit diffusè vol.1. *Andr. Capan. de iure adhoæ q.25. n.3. & ſeq.*

Adire hęreditatem an cenſeatur, ipſam alteri cedẽdo; fuit deciſum quod non, Franch. deciſ.32. n.10. Viſcon. hic alios citat Doct.

Ad-

Digitized by Google

Adiudicatio an ſit facienda mulieri hæredi inſtitutæ à viro pro eius dotibus, & antephato ſuper omnibus bonis viri, de quibus medietas debetur agnatis, iuxtà Conſuet. Neap. hypothecaria, ſeù creditoris actio cõfundatur per aditionem hęreditatis ipſi debitoris, non obſtantibus partis oppoſitionibus. Primò, circà cõfuſionẽ actionũ. Secundò, quoniã dotes non erant ſolutæ integrè; nàm de parte apparebat inſtrumentũ mutui. Tertiò, quia deductio erat faciẽda de medietate, de qua poterat diſponere teſtator, non autẽ de illa, de qua nõ poterat diſponere; fuit iudicatũ, adiudicationes indiſtinctè eſſe faciẽdas ſuper omnibus bonis prędictis pro omnibus dotibus, & antephato, Capyc. deciſ. 195. Frãch. dec. 80. n. 12. Battagliu. ad Cyn. in l. debitori, C. de pact. Martin. Monter. dec. Aragon. 1. n. 37. de Pont. conſ. 143. num. 11. vol. 2. Aneſl. Amat. conſ. 47. n. 11. vol. 1.

Adiutorium præſtare an teneantur vaſalli alicuius Caſalis non feudalis ab Eccleſia, & Capitulo in emphyteuſim conceſſi alicui Baroni ſub annuo canone; fuit deciſum in fauorem Baronis, Franch. dec. 131. pro quo in iure allegauit Io. Vinc. de Anna alleg. 105. & nu. 21. ponit aliã deciſionem, Ricc. in collect. dec. 65. Marta vot. 34. n. 10. *Iul. Caſ. Gallup. in method. feud. tom. 2. par. 4. cap. 2. n. 4. Epiſc. Gennenſ. in tract. de Eccleſ. ſeù practicabil. Eccleſ. q. 57. nu. 4. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 4. n. 34. Bilott. concluſ. feud. 37.*

Adiutorium, ſiuè ſubuentio an debeatur Domino emptori cum pacto de retrouendendo, vel cum venditione quodammodò in certis limitata; fuit deciſum, quòd ſic per S.C. Frãch. dec. 76. Io. Franc. Capibl. in pragm. 1. de Baron. n. 48. Ricc. in d. collect. dec. 65. alios citat hic Viſcont.

Adiutorium an ſoluere teneantur vaſalli Baroni nuptui tradenti ſororem, non ex neceſſitate dotis, ſed voluntate, ex quo poterat dotari de bonis ob diuitias Baronis; fuit deciſum contra vaſallos, Franch. deciſ. 73. cum citat Capiblanc. in pragm. 1. de Baron. nu. 74. vbi refert, non fuiſſe moleſtatam Terram emptam à fratre poſt mortem patris, pro adiutorio ſororis nuptæ, Borrell. conſ. 40. num. 11. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. par. 6. q. 4. n. 20. & ſeq. Ricc. in d. collect. dec. 65. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 4. num. 58. Reg. Rouit. dec. 51. Barbat. de diuiſ. fruct. par. 1. c. 14. n. 64. & 67. Cutell. de donat. diſcurſ. 3. p. 6. n. 72.*

Adiutorium, vel ſubuentionem debitam à vaſallis Baroni, etiã pro filia monacanda, an vaſalli teneãtur ſoluere antè profeſsionem, vel quãdo profitetur. Deciditur deberi, quãdo conſecratur, & ob id fuerunt vaſalli abſoluti ab impetitione pro filia monacanda, quæ antè profeſsionem Baro feudum vendiderat, Franch. deciſ. 42. & Anna in ſingul. 13. Adiutorium, Io. Franc. Capiblanc. in prag. 1. n. 76. & 77. de Baron. Borrell. conſ. 40. n. 11. Ricc. in dict. collect. dec. 65. Paſcal. in tract. de virib. pat. poteſt. par. 4. cap. 10. num. 27. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 4. nu. 54. Nouar. in pragm. 1. collect. 2. n. 34. de Baron. Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 14. n. 80. & 81. Iul. Caſ. Gallupp. in method. feud. tom. 2. p. 4. c. 3. n. 41.*

Adiutorium à vaſallis an debeatur Domino potiùs, quàm alio pro militia; fuit de facto ſeruatũ, quòd ſic in Regia Curia, Andr. in Conſtit. Quamplurium in princip.

Adiutorium an debeatur à vaſallis Baroni pro maritanda ſecunda ſorore, fuit deciſum per Regiam Maieſtatem habita ſui Cõſilij deliberatione, quòd ſic; vt in gloſ. in Conſtitut. Quamplurium in fin. incip. dubitatur nunquid liceat, &c. vſq; in finem, quamuis quæſtio iſta alias occurſa nõ fuiſſet aliter deciſa ob variationem Doctorum, vt inquit Grammat. in d. Conſtit. Quamplurium ſub num. 15. verſ. Et ſic tranſeundo cum hac mea opinione, & Idem in conſ. ciuil. 68. Redemptoris Gentium; ſed aliam deciſionem S.C. ponit Camill. Salern. in Rub. Cõſuetud. Neap. de iure dotium incip. in rubr. iſta col. 3. verſ. ſi pro ſecunda filia fol. 230. S.C. olim habuit hunc caſum pro omiſſo in Conſtitut. & reſedit in hoc, quod capiatur informatio de conſueto, inquit Capyc. in inueſt. feudal. verb. Feudorum adiutoria, verſ. ſed quid ſi iſte in fin. fol. 25. tamen Iacob. de Avello in tract. de iure adhoæ num. 30. refert, in multis caſibus fuiſſe deciſũ, quod debeatur adiutorium, etiã pro ſecunda filia, cũ citat Capiblanc. in pragm. 1. num. 67. de Baron. & ſimilem deciſionem affert Fuſcus in ſing. 25. lit. F. in cauſa Scipionis de Capua cum Terra Campilactarij, referente Marino Freccia in anno 1544. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 14. nu. 69. & 97. vbi allegat Frecc. citantem Iacob. de Gello hic, & And. Capan. de iure adhoæ q. 19. n. 7.*

Adiutorium an debeatur ſorori maritantis à vaſallis feudi per ipſum fratrem quæſiti; fuit in S.C. deciſum, quòd non, Sigiſmun. Loffred. in paraph. feud. ad And. ſuper cap. 1. §. vt autem æquitas colum. vlt. in fin. verſ. ex quibus omnibus apparet, de pace iuram. firman. quem citat Franch. deciſ. 73. num. 10. Maxill. in Conſuet. Bari, tit. de immun. Eccleſ. §. ex antiqua nu. 16. Ricc. collect. dec. 1324. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 14. n. 72.*

Adiutorium debitum à vaſallis Domino, an debeatur proprietario, vel vſufructuario feudi; fuit votatũ, quòad ſeruitia perſonalia per vaſallos, iuxtà Conſtit. Regni, quando caſus occurreret, prouidebitur; Verùm talem Titium eſſe vtilem Dominũ Terrę feudalis, & Seiũ eſſe vſufructuariũ, Capyc. dec. 184. Io. Franc. Capiblanc. in prag. 1. de Baron. nu. 65. & Michael Graſſ. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. §. legatũ q. 34. ait, vſufructuariũ habere exercitium omnium actionum hæreditatis tanquàm Procuratorem in rem ſuam, & agere poſſe nomine proprietarij, Ricc. in collect. dec. 65. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 14. n. 42. Andr. Capan. de iure adhoæ q. 48. nu. 9.*

Adiutorium an præſtare teneantur vaſalli Baroni, quãdo ſoluit dotem à patre legatam; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, Anna in ſing. 11. Adiutorium. Molfeſ. in Conſuet. Neap. p. 6. q. 4. nu. 20. Amend. ad Franc. dec. 42. nu. 4. *Barbat. de diuiſ. fruct. part. 1. cap. 14. nu. 78.*

Adiutoriũ an debeatur à vaſallis pro ſorore maritãda, quando dos illius fuiſſet à patre legata; fuit deciſũ in S.C. quòd nõ, Camil. Saler. in add. ad Rub. Conſuet. Neap. de iure dotiũ incip. in Rub. iſta de iure dotiũ col. 3. ver. cęterũ adde ſolemnem f. 230. tamen contrariũ olim fuit deciſũ, vt refert Frecc. de ſubfeud. in 2. author. n. 16. & Iacob. de Ayello de iure adhoę n. 40. quos citat Io. Franc. Capibl. in in prag. 1. de Baron. n. 71. vbi refert, fuiſſe in ſimili caſu ſic concluſum in Collegio Iuriſperitorum.

Adiutorium an debeatur Baroni pro emptione Terræ; fuit deciſum in Reg.Cam.pro vna vice tantùm deberi, Iacob.de Ayello in tract.de iure adhoæ n. 32.ver.quintus caſus, & an poſſit per filiũ ementẽ alteram Terrã; diſtinguitur, quod petere non poſſit, ſi feudum eſſet hæreditarium, ſecus ſi ex pacto, & ità ſeruatum fuiſſe audiuit Io.Franc. Capibl. in prag.1.n.66.de Baron.

Adiutorium, ſiuè ſubuentio an debeatur à vaſallis Domino feudi, & ſic auo paterno pro maritanda nepte in caſibus à iure permiſſis, in quibus auus tenetur dotare neptem; fuit deciſum, quòd ſic in cauſa Principis Venuſij cum eius vaſallis, ſicut nouiſsimè fatetur Andr. Molfeſ.in Comment. in Cõſuet.Neap.p.6.q.4.n.22.

Adiutorium, ſeù ſubuentio an debeatur à vaſallis auię maternę Dominę feudi pro maritanda nepte ob paupertatem parentum; fuit deciſum in R.C.S. quòd nõ, in cauſa Baroniſſæ Martignani cum eius vaſallis, referente Mõtaluo Præſide, vt idem And. Molfeſ.in d.Comm.ad Conſuet.Neap. part.6.q.4. num.23.tradit. *Barbat.de diuiſ.fruct.par.1.cap.14. num.74.& 77.*

Adminiſtratio officij Electis, & Syndico Ciuitatis an concedenda ſit anno ſequenti, ſi in præcedenti anno fuerint ab adminiſtratione ſuſpenſi ex inualiditate electionis, non obſtãte alia electione Officialiũ de nouo facta; fuit deciſum, quod in electione ipſorum per annum facta cẽſeatur annus inceptus à die electionis vſquè ad nouam electionem anni ſequentis, quàmuis non adminiſtrauerint, Franch. dec.419.meminit Montanar.in prag.2.de adminiſtrat.vniuerſ.nu.366.& ſeq.declaratur tamen multis modis per Fab.de Anna in conſ. 80. agitur in hac cauſa n.24.& ſeq.& in conſ.94.n.37.Io.Franc. Capibl.in pragm.5.de Baron.nu.49. *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.10.par.1.n.103.*

Adminiſtratio officij an ſit interdicenda lite pẽdente alicui electo prænia buſſula, quæ in poſſeſſorio probari non ambigitur exiſtẽte Vniuerſitatis ſtatuto, aliquid contra ius determinante; fuit per S.C.deciſum, quod detur terminus in cauſa, & interim manuteneantur in poſſeſſione, Fab.de Ann. conſ.94.in hac cauſa, vbi n.39.ponit deciſionem.

Adminiſtratio interdici debet Officialibus delinquẽtibus in officio, ſecùs ſi extrà officium delinquerint, & ità fuit deciſum in S.C. Franch.dec.8. quæ quidèm adminiſtratio interdici debet antè terminationem, quo dato conquieſcit officium Iudicis, & ob id non debet amplius interdici, Franch. ibidem num.7. vbi plura ſimilia congerit, Ioann. Andr.Georg.alleg.42.num.21. Reg.de Pont.conſ. 22.num.14. in fin. Io.Franc.Capiblanc. in pragm. 4.de Baron.num.47.& in pragm.5.num.42. Ioann. Grand.de bello exul.in prædicamento pati in 3.q. ſpec.96. Tap. in Conſtit.Statuimus, vt M.C.num. 38.inquit contrarium poſſe ſuſtineri, quia teſtes recepti per inquiſitionem non probant non citata parte, Maſtrill.dec.Sicil.188.latiùs Reg.de Ponte in dec.7.num.7.& ſeq.vbi ponit plures deciſiones, de quibus infrà verbo ſuſpenſio, & dec.25.num.7. Petr.Caball.reſolut.crim.centur.1.caſ.76.& Ricc. Collect.deciſ.collect.477.& 83. Lancell. in tract. de attent.par.2.cap.5. num.22. *Epiſc. Genuenſ. in tract.de Eccl.ſeù practicab.Eccl.q.574.num.4. Reg. Sanfelic.dec.61.n.3.& dec.62.n.34.*

Adultera qua pœna ſit punienda in Regno, quàmuis extet pœna fuſtigationis, & detruſionis in Monaſterium; fuit per Sac.Conſ.in Monaſterium detruſa citrà fuſtigationem, Gram.dec.31.& in Conſt. Humanitate num.34.meminit Iul.Clar. in §.Adulterium n.1.& poſt num.7. Franch.dec.240.Aloyſ. de Leo l.ſi mulier, C.de adult. Menoc.de arb.iud. lib.1.quæſt.88.num.21. Viu.dec.490.num.9. Peguer.dec.Cathal.92.nu.6.latè Petr.Caball.reſol. crim.caſ.200.Monter.deciſ.Aragon.15.num.39.& ſeq. *Borrell.in ſumma deciſ.tom.3.tit.5.n.23. Danza in tract.de pugn.Doctor.tom.1.tit.de adulter.n.50.*

Adulteri de iure communi puniuntur pœna gladij, ideſt mortis naturalis, l.quàmuis 2. C.de adulter. & ità pluriès vidiſſe iudicatum, & ſententias fuiſſe exequutas, tradit Affl.in Conſt.Legum aſperitate poſt num.6.verſ.& ideò adulter, eum citat Iulius Clar.in §.adulterium poſt num.7.verſ.hanc etiam dicit, nouiſſimè Muſcat.in pract.crim.de cognit. ſeù probat.delict.ſub tit.de adult. ſtupro, &c. in ſequ.tit.de dictorum crim. priuil.ſub n.31.& melius Præſ.de Franch.dec.240.n.5.& ſeq. vbi in caſu illius deciſionis dicit, quod fuit confirmata ſententia M.C.V. ex quo inquiſitus erat Nobilis, & pro delicto adulterij cum inceſtu, ac de emptione veneni, & morte, quæ prætendebatur exindè ſequuta, & multa concurrebant in adulterio, cæterum, vt plurimum cenſet, non puniri adulterium pœna mortis, immò fuiſſe præſentatas multas ſententias M.C.V.& S.C.pro tali adulterio, etiam cum inceſtu, & nõ fuit punitum pœna mortis, & in hoc concludit ipſe, eſſe conſiderandas qualitates grauantes in adulterio; quẽadmodùm in homicidijs practicatur, licèt ſit pœna mortis pro eis impoſita, vt in Conſtitut.Terminum vitæ, & data pęnæ diuerſitate plectuntur maximè Nobiles pœna relegationis, ſicut annis elapſis ſub regimine Illuſtriſſimi Comitis Benauẽti tũc Proregis Regni euenit; nàm quidam adulter repertus in domo cuiuſdam honeſti viri, poſt longam carcerationem fuit extrà Regnum relegatus; Ignobiles verò triremiũ pœna plectuntur pro ſimplici adulterio, ceſſantibus alijs qualitatibus, iuxtà tradita per eundem Præſ.de Franch.vbi ſupra; videndus eſt Petr.Caball.reſolut.crim.centur.2. caſ.200. num.17. cum ſeq.& per tot.videnda ſunt etiã tradita per Monter.dec.Aragon.16.num.26.vbi optimè per totam deciſionem. *Borrell.in ſumm.dec.tom.3.tit.6.nu.21.*

Aduocati in Republica nõ tam vtiles, quàm neceſſarij ſunt, teſte Affl. in Conſtitut. Aduocatorum nu. 1.Aduocati, inquit tex.in l.Aduocati, C.de Aduoc. diuerſ.iud.qui dirimunt ambigua facta cauſarum, ſuæq; defenſionis viribus ſępè publicis in rebus, ac priuatis lapſa reparant, non minus, ſubdit tex. prouident humano generi, quàm ſi prælijs, atq; vulneribus patriam, parenteſq; ſeruarent, & in fine concludit text. militant nàmq; cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine laborantium ſpem, vitam, & poſterum defendũt, vbi gloſ.Oram explicat, quarè militibus comparari videntur, vt latè Paris de Syndic.verſ.an doctor nu.1.& 2.proſequitur, qui in ver.Nuntius in fine ex mente Angeli affirmat, eis faſciam auream in pileo aſportare nõ prohibetur, ſimilitèr & ipſi Doctores militibus ſimiles calceatia deaurata, & frenum ferunt, & iſtis maior honor debetur, quàm militibus, dicuntur

cuntur enim viri honorati, Andr. in Conſt. Vt vniuerſis, col. 2. verſ. ſed qui ſunt, & de ijs laudibus, prærogatiuis, & præeminentijs remitto me ad cumulata nouiſſimè per Muſcat. in tract. de Doctor. deco. in iſto demùm munere patrocinãdi duo ſingulariter exquiruntur, hoc eſt ſapientia, & eloquẽtia, quarè Aduocatus ob ſapientiã dicitur Aureus, & ob eloquentiam dicitur Argenteus, tradit Affl. vbi ſup. ex mente Archid. in can. qui ſecundũ 23. q. 4. vbi citat Nicol. de Lyra in Iſaiã c. 1. Lingua eius vocatur Argentea, & vocis, linguiſq; membra defendit, vt dixi ſuprà, latè Carau. tit. 99. num. 3. nàm lingua dicitur gladius acutus, can. periculosè de pœn. diſt. 1. vbi gloſ. quantum ad verba, & hæc dicitur armatura Aduocati, & in hoc particulari genere dicendi Aduocatus debet eſſe verax, & in iudicio iuſtus, Affl. in Conſt. Aduocatus nu. 4. nàm Aduocati plerunq; negant, piper eſſe nigrum, & aliquando eſſe album, Gram. dec. 104. n. 1. & non mirum ſi excedunt, quando iurant per verum lites, & iuſtum adiuuare, Paris ver. Aduocati n. 18. nec ſub ſpe eloquentiæ prolixitatis amator eſſe debet, & verborum inuolucra ſectator, ijs. n. frent temperies, & Aduocationis munus interdici debet à Iudice, vt latiùs alia cumulãdo congerit Paris d. ver. Aduocati in princ. & vtinam hodiernis temporibus talia vitia ceſſarent, dùm conãtur ad clamorem Iudicantium mentes diuertere à veritate; ſed de illis, qui talia agunt, & de hoc remitto me ad Moliẽſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. tit. de renunc. q. 15. n. 24. & ſeq. *Camill. Tambr. in quodam reſponſo pro Doctorum dignitate nu. 139. vbi plura.*

Secundò cenſeo ſapientiam illis neceſſariam, hęc eſt potiſſima dos Aduocatorum, quoniam ſermo datur cunctis, animi ſapientia paucis, dixerat Cato, & hac ratione dicitur Doctor aureus per eius ſapiẽtiam, Affl. vbi ſupra, Aurum enim pro ſapientia ponitur, gloſ. in c. multi, verſ. aurum, de pœn. diſt. 2. & ſubdit Paris d. verſ. an ſi Doctor poſt nu. 6. quod Doctores quaſi radij Solis appellantur, & velut luminaria ſplendere dicũtur, & alia, vt ibi per eum, & non mirum ſi Prætor olim non omnibus Aduocationis munus conceſſerat, l. 1. ff. de poſtul. Muſcat. vbi ſup. in 1. p. n. 13. immò antiquitus Aduocati matriculati erant, & de publico ſalariati, inquit Carau. d. tit. 99. & 101. n. 4. ità & in Regno noſtro particularis extabat Conſt. Regn. Vt ſine literis, & licẽtia Regis, M. C. vel Iuſtitiarij, ſub pœna falſi nullus Doctor aduocare permittebatur, vt in Conſt. Aduocatorũ, immò quòad exteros veniẽtes Neapolim, vt aduocarẽt, mos erat Neapoli iterum Doctores examinari per Epiſcopum Capuanũ, quos ſi idoneos non reperiebat, lacerabat priuilegia, refert Nicol. de Neap. in l. ſed & reprobari, ff. de excuſ. tut. eũ citat Paris in proœm. tract. de Sindic. n. 6. Frecc. de ſubſeud. tit. de offic. Mag. Cancell. & Muſcat. vbi ſup. p. 2. n. 50. & ità de facto pronunciatũ fuiſſe in Concilio, non poſſe Doctorẽ à Collegio etiã approbato abſq; licentia aduocandi patrocinari, tradit Andr. in d. Conſt. Aduocatorum, quem citat ibi Affl. ſub n. 3. ex quo talis deciſio in meo Codice non apparebat, & in fine ſubdit ibi Affl. quod hodiè hoc nõ eſt in vſu, quia ſcholares, qui ſtuduerunt per quinquennium, & vltrà doctorantur in Ciuitate Neapol. per Collegium Doctorum, numero quatuordecim, quod Collegium eſt approbatum per omnes Reges Regni, & Muſcat. vbi ſup. in 1. p. de quo extat hodiè Prag. Ducis de Alcala, regiſtrata in Prag. 22. §. quòad Aduocatos de offic. S. C. & hoc iure vtimur, quapropter in hac Vrbe ſemper floruerunt valentiſſimi Aduocati, & famoſi, quibus in prœmium eorum laborum Regias dignitates Reges contulerunt, & licèt poſtea in deſuetudinem quodammodò abierat electio ipſorum; attamen nouiſſimè ex motu Inuictiſſimi noſtri Regis ad relationem moderni Illuſtr. Comitis de Lemos quatuor notiſsimos famigeratos Aduocatos ſcientia, labore, & virtutum genere præditos in ſuos Cõſiliarios cooptauit in præsẽti anno 1612. & ij fuerũt Io. Bapriſta Meliot, Scipio Rouitus, Camillus Villanus, & Ferdinãdus Brãcia.

Aduocatus quamuis non poſsit deponere ad inſtantiam eius cliẽtis, an ad inſtantiã alterius partis cogi poſsit deponere; fuit deciſum, eſſe prę̈ſentandos articulos, quibus præſentatis prouidebitur, & ex viſis, quia articuli, ſuper quibus depoſitio facienda erat, continebãt ea, quæ Aduocatus ſciebat vt merus teſtis, fuit tãdem deciſũ, quòd deponeret, ſecùs ſi ea ſciebat vt merus Aduocatus, Frãch. dec. 222. eum citat Viu. in ſylu. commun. opin. in opin. 959. incip. teſtes eſſe n. 17. Maſtrill. dec. Sicil. 151. num. 40. vbi ait, ità in dicto Regno fuiſſe deciſum, Petr. Cabal. reſol. crim. cent. 2. caſ. 159. Io. Franc. del Caſtillo dec. Sicil. 92. Ricc. collect. dec. 23 a. *Font. mell. dec. 189. nu. 12.*

Aduocatus paciſcens cum cliente pro certa ſumma in caſu victoriæ pro eius laboribus, & Palmario, an cliens ad obſeruantiã cõuentionis teneatur, pacto ipſo non obſtante; fuit per S. C. approbata opinio Spec. quod aut cliens tranſegit in fraudem, & ad totum tenetur, aut bono conſilio, quia res erat dubia, & tenetur pro rata ſeruitij, conſiderata facundia Aduocati, niſi factum aliter ſe haberet, Franch. dec. 265. Iul. Caſ. Imbrian. in tract. de repulſa conſid. 4. n. 169. p. 1 Farin. in eius praxi crim. tit. de diuerſ. & var. crim. q. 106. n. 32. & ſeq. Battaglin. in add. ad Cyn. in l. litem, verſ. tamen non poteſt, C. de procurat. & in l. ſi quis deſideria, C. de ſuffragio. *Angel. Stephan. in obſeru. ad Conſt. Mediol. lib. 3. tit. 5. §. ſi Aduocati.*

Aduocatus Regij Patrimonij an poſſit intereſſe in deciſione cauſæ inter priuatos, ſi ex tali deciſione intereſſe Fiſci cauſari poteſt; cõcluditur, quòd ſic, Franch. dec. 117. in fin. eum citat Aloyſ. de Leo in Auth. nunc ſi hæres num. 6. C. de litig. vbi ait, multoties obſeruaſſe S. C. exiſtẽte lite inter Fiſcum, & priuatos, tũc Fiſcus in cauſa ſi non habet intereſſe formatũ, & dubitatur, de lite inter partes aliquod intereſſe poſſe oriri Fiſco, tũc cauſa, vel erit remittenda Reg. Cam. vel prouideri, quod Aduocatus Patrimonij poſsit aſsiſtere in cauſa in S. C. & quoque quando ſimilem cauſam cum priuatis haberet, & poſsit de prædictis dubitari, erit remittenda eidem R. C. immò in tota cauſa debet aſsiſtere Fiſcus; ſed non examinationi, Affl. in Conſt. Quæſtiones, licèt contrarium teneat Rota Bonon. Beninten. concluſ. 60. Petr. Caball. reſol. crim. cent. 2. caſ. 168. n. 10. *Conſ. Marcell. Marcian. conſ. 5. n. 12.*

Aduocatus vaſallus an poſsit aduocare contra dominũ ſuum, cuius ipſe eſt vaſallus, & an priuetur feudo, ſi aduocauerit contra dominum; concluditur, quòd ſic, Gram. dec. 80. Viſill. dec. 265. n. 49.

Aduo-

Aduocatus Fiſci abſquè ſpeciali mandato Domini, an poſſit Rebelli ſaluum conductum facere pro negotijs tangentibus Fiſcum; concluditur, quòd non, Affl.dec.4.Io.Vinc. de Anna in ſing.462. Saluus conductus, Proſper Farinac.in tit.de carcer.q.29.n.98.Io.Grand.de bello exulum q.2.n.4.& ſeq. tit.de quantitate, Iacob. Menoch.de arbitr.iud. lib.2.cent.4.caſ.337.n.10.Reg.de Pont.in tract.de poteſt.Proreg.rub.de prouiſionibus fieri ſolit. §.4. n.51.Borrell.in add.ad Spec.Princ.rub.6.lit.Q. incip. Aduocatus, Petr. Caball.reſol.crim.centur.1. caſ.50.Ant.Fab.in eius Cod. tit. de reſcrip. defin. 19.Hercul.in tract.de caut.de non offend. cap.37. n.18. *Nouar.de grauam.vaſall.tom.1.grau.206.n.6.*

Aduocatus iudicium proferre an poſsit electo Iudice in cauſa, in qua patrocinium præſtitit, quando Pars, aduersùs quam patrocinium fuerit præſtitum ſuum præſtaret conſenſum; fuit in Reg.Cam. deciſum, quod interueniat, quia fuit habitũ pro vero, iura in contrarium allegata non procedere, quando adeſſet partis cõſenſus, quæ poterat diſſentire, ſicut nec Regijs literis de interuentu illorum, qui Fiſci partes defenderant; fuit enim dictum, illas nõ procedere, quãdo partes, ad quas recusãdi ius pertineret, conſenſerit, ſed intellige, quando non poſſet eſſe Iudex, quo caſu debet adiuuare alium Aduocatum Fiſci, Carol. Tap.in annot. ad Pragmat. 23.ad tollendam de offic.S.C. ſituatã in opere Iuris Regni de ſuſpit.Official. num.3. & ſeq. vbi ſub num.25.verſ.ijs autem ponit deciſionem, Maſtrill. dec.151.à num.12.ad 22. Giurb.dec.Sicil.99.n.2. & nouiſsimè Reg.Rouit.in prag.11. n.4. de ſuſp. Offic. alleg.Tap.vbi ſup. refert illud idẽ fuiſſe deciſũ in S.C.pro Philippo Spinula contra Io.Baptiſtã Cataneũ, qui præſtiterat cõſensũ pro interuẽtu Cõſiliarij Alderiſij, qui fuerat Aduocatus Spinulę.

Alienatio rei alteri locatæ an fieri poſsit per locantem, ità vt cõductor impedire nequeat illa; fuit in S.C. deciſum in occurrenti caſu, quòd requiratur ſpecialis obligatio, vt conductor poſsit impedire alienationẽ factam per locatorẽ, & quòd ſufficiat hypotheca, vt colonus poſsit retinere, Ioan. Petr. Mangrell. in addit. ad Bart. in l. qui fundum, in princ. ff. locati; ſed quid ſi fuiſſet à poſſeſsione expulſus cõductor ab emptore, etiã mediante Iudicis decreto, ſic de facto, an erit reſtituẽdus in poſſeſsionẽ, ſicut euenit caſus in hac Regia Audientia Calabriæ Citra, reperi pũctualẽ dec. Luſitan. Valaſc. in conſult.78. Et videtur, vbi refert, fuiſſe deciſum in fauorem conductoris, cum reſtituẽdo ad ſtatum, & cõdemnando vẽditorem ad damna.

Alienatio feudi iudicialitèr facta cum conſenſu vẽdentis, hoc eſt feudatarij ſine aſſenſu, an poſsit reuocari; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, vt refert Io. Andr. Georg. in alleg.6. Illuſtr. Dominus Fabritius, num.36. vbi aſſerit, in ſimili conſenſu ſine aſſenſu obtinuiſſe in S.C. reuocationem feudi Faychiæ pro D. Gurrello Orilia, nam licèt conſenſus perficiat venditionẽ, procedit, quando conſentiẽs haberet dominium, aliàs obſtaculum tolleretur.

Alienatio alicuius Terræ feudalis facta cum aſſenſu Regio an ſit valida, ſi eadẽ Terra erat ſub Baronia alterius Terræ vnita, quæ ſiquidẽ vnio rectè, & multis ſcripturis conceſsionũ apparebat, immò poſt deuolutionem ipſarum ad Regem deuentarum, nec de cõtraria diſunione, ac diſmembratione conſtabat, an valida iudicetur ex aſſenſu deſupèr interpoſito, ex clauſulis in priuilegio permutationis aliàs adiectis, quæ videbãtur dare facultatẽ vendendi coniunctim, & ſeparatim, ſaluo Regio aſſenſu, demùm quòd aſſenſus omnes præſtiti per retrò Reges ſint confirmati per Capit. Neap. conceſſa. Concluditur tandèm, alienationem non ſubſiſtere, reſolutis inſupèr omnibns ex aduerſo productis, & ità tandèm fuit per Regiam Cameram Summariæ iudicatum, vt tradit Reg. de Ponte conſ.57. in paucis, vbi in fine ponit deciſionem.

Alienatio facta contra pręceptũ Iudicis an nulla iudicanda ſit; fuit deciſum, quòd ſic, Fab. de Ann. in eius obſeruationibus, obſeru.9. incip. Vertẽte lite.

Alienatio feudi ſterilis pro certa ſumma, & ad nonã partem fructuum ibi naſcentium ſinè aſſenſu, an valeat; & licèt concludatur per Doctores, territorium feudale ſterile poſſe concedi ad partem fructuum, non modicam, & non in pecunia, tamen S.C. in cauſa Aſcanij Guatini Baronis S. Cæſarij, cum Philippo Romano, & alijs determinauit, abſoluendo poſſeſſores; nã licèt ſit facta venditio ad partem nonam fructuum, & in pecunia, potuit fieri reſpectu nonæ partis fructuum, cuius reſpectu vtilis fuit conceſsio, & pecunia interuenit, Io. Thom. de Marin. in tract. de gener. & qualit. feud. in tit.2. de feud. ex pacto, & prouid. antiq. ſiuè pater. in 2. p. incip. Cõſtitutio Regni n.29. fol.40. à t.

Alienatio bonorum antiquorum prohibita per Cõſuetud. Neapol. an militet in bonis relictis cum poteſtate alienandi. Concluditur quòd non, & ità paſsim pluries fuit iudicatum in S.C. in materia Conſuetud. prædicta, vt refert Franch. deciſ.4. ſub n.18. cum citat Viuius in Sylua comm. opin. opin. 790. ſtatutum diſponens, n.5. Molfeſ. in comment. ad Conſuetud. Neapol. par.3. q.3. in princ.

Alienatio rei Eccleſiæ nõ adhibitis omnibus ſolemnitatibus, concurrente etiam læſione, an inualidari debeat, vt emptor cogẽdus ſit ad rei reſtitutionem, vna cum fructibus; fuit deciſum per Sacr. Conſil. quòd ſic, Grammat. deciſ.79. Cacheran. deciſ. Pedemont.160. nu.2. & 173. num.10. Stephan. Quaranta in ſumma Bullarij, verbo alienat. rer. eccleſ. nu.46. Ricc. in collect. deciſ.91. Cornazan. deciſ. Lucenſ.74. Guttèrr. conſ.15. num.14. & ſeq.

Alienatio feudi an ritè procedat, ſi de dominio alienãtis dubitetur, concurrẽtibus alijs intereſſe prætendentibus ſuper feudo; fuit in Collaterali Conſilio datus terminus, & mãdatum, quòd nihil alienans innouaret, Octau. Bammacar. in allegat. impreſſ. poſt commentar. ſi de feud. defunct. cõtr. incip. circa negotium, n.26. verſ. in tertio principali.

Alienatio feudi facta per feudatarium præuio aſſenſu deſuper conceſſo, nulla tamen mentione facta de carentia ſucceſſorum, an valeat, & licèt aliàs per S.C. deciſum fuiſſet contra Fiſcum, valere alienationem ipſam in cauſa illorum de Franciſco, & Ferdinandi de Haro, attamen ex clauſula indè in aſſenſibus apponi ſolita, quòad bona, in quibus alienans habet ſucceſſorem ſecus videtur eſſe, Conſiliarius Io. Andr. de Georg. in repet. feud. p.1. c.6. num.48.

Alienatione rei prohibita, ſi hæres alienauerit, an impediatur translatio dominij, non alitèr fuit deciſum, Franch. deciſ.298. licèt contra emptorem concludatur.

Alienationis prohibitio facta per teſtatorem de aliqua re legata ſpecialitèr alicui vita eius durante, & poſt eius vitam filio primogenito, ſi ſinè liberis deceſſerit, cum clauſula, quòd domus, ſiuè res non extat de familia, an ceſſantibus alijs cõditionibus adiectis fieri poſsit alienatio prædicta, non obſtãte clauſula allegata, fuit votatũ per omnes, quòd fideicommiſſum adhùc duret, vt poſſeſſor nõ poſſit alienare per clauſulam allegatam, Capyc. deciſ. 108. Franch. deciſ.523. & 524. Ant. Gabriel. lib.4. tit. de fideicommiſſ. concluſ.9. num.44. Michael Craſſ. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. §. fideicommiſſum, quæſt.33. Marc. Anton. Peregr. in tract. de fideicommiſſ. art.52. num.159. Reg. de Ponte conſ.46. nu.29. Hieronym. de Laurent. deciſ. Auenion.214. n.11. Franc. Monal. conſ.149. lib.1. n.93.

Alienatio facta de re prohibita alienari ex pacto in capitulis matrimonialibus adiecto in ſubſtitutione in præiudicium ſubſtituti, an valeat, fuit deciſum in S.C. in cauſa Franc. Anton. Sapij, cum creditoribus quondam Saluatoris Sapij, & Franc. Anton. Sapij ſenioris, quòd nõ valeat, Andr. Molfeſ. in conſ.26. ex diſcuſsis, num.6. & 7.

Alienare prohibitus in fideicommiſſo poterit alienare in vnum de familia, etiam remotiorem, & ità iudicatum in S.C. referente Conſiliario Morra in cauſa Petri Dottile, Andr. Molfeſ. in addit. ad eius conſ.7. & 8. num.6.

Alie-

Digitized by Google

Alienatio bonorum immobilium pupillorum in vtilitatem ipſorum tendens, etiam mediante decreto Iudicis, nõ exiſtente cauſa vrgente æris alieni, an valeat, fuit iudicatum in S.C. in cauſa illorũ de Salamone, quòd non valeat, Cæſar Vrſill. deciſ. 87. nu. 2. eum citat Galter. in praxi turel. par. 2. rubric. 4. nu. 20.

Alienandi feudum licentia, an operetur, vt illud vendi poſſit duobus, vel tribus; fuit determinatum, quòd ſic, Afflict. in cap. omnes filij, col. 5. ſi de feud. fuer. controu. Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 8. Petr. Garſia dec. 42.

Alimenta filijs relicta; vt infrà certum tempus inſimul, in communi, & in indiuiſo, in vna, eademquè domo habitarẽt, an debeãtur filio abſenti ex cauſa officiorum, quamuis non fuerit proteſtatus ab initio, velle alimenta pręterita, & quid ſi generalis quietatio interuenerit per aſſignationẽ portionis factam ab alijs cohæredibus ipſo abſenti, & acceptanti. Dùm caſus iſte contigiſſet determinari in Magn. Cur. Vicar. inter V. I. D. Franciſum Antonium Salinas, & Horatium, Io. Baptiſtam, & Ioan. Vincentium Salinas, fratres, & cohæredes quondam Io. Alphonſi Salinas infraſcripta breuitèr in iure fuerunt allegata pro defenſione ipſius Frãciſci Antonij ſub bipartita diuiſione rationum. Primò, nunquid alimenta præterita abſq; proteſtatione peti poſſint. Secundò, quid ſi ſubſiſtente legitima cauſa alimenta debita in certo loco pręſtari debeãt, & potiſsimùm ex cauſa abſentiæ ob exercitium officiorum. Quantum ad primum ſpectat, concludi videtur ex communi Doctorum concluſione; alimẽta præterita rectè peti poſſe, & ſucceſſiuè deberi, nec nocere hæredi, ſi in communi domo eo tempore non perſiſterit, vel de illis non fuiſſet proteſtatus, caſus eſt expreſſus in l. libertis, quos §. 1. ff. de aliment. & cib. legat. Bart. in conſ. 4. num. 2. volum. 2. & conſ. 211. volum. 1. Alex. conſ. 178. volum. 6. poſt num. 5. Iaſ. in l. de alimentis, vltim. notab. C. de tranſact. & ſi alimẽtandus ſe ipſũ aluerit, vt notant Bald. d. l. de alimentis, adhùc alimenta ei debentur præterita, licèt fuiſſent relicta cum onere habitandi, & per alimentandum non ſteterit, quominùs alimẽta perceperit, vt in ſpecie tradit Surdus in tract. de aliment. tit. 5. q. 1. nu. 41. Ruin. conſ. 36. nu. 13. volum. 5. vbi allegat text. in l. illis libertis, ff. de condit. & demonſtr. quę quidèm omnia procedere videntur, quando iure actionis alimenta peterentur, nõ autem Iudicis officio, ſeù legis authoritate, ea enim, quæ ex teſtamento conſequi debent, nulli dubium eſt, quin iure actionis debentur, dixit Dec. d. l. de alimentis, num. 5. quoniam veniunt ex legato, & teſtamento, vt in caſu noſtro, & ſic ex prædictis videtur determinari in hoc communis Doctorum concluſio, vt præterita alimenta, remota proteſtatione, ac ſine obſtaculo habitationis, in loco aſsignata, debeantur, etiam ſi alimentandus adhùc de ſuo alimentaretur; quoniam, vt dixi, iure actionis ex teſtamento, non autem officio Iudicis in ſubſidium actionis videntur promiſſa; nec tamen prædictis videtur obſtare tacita remiſsio ipſorum ex temporis longinquitate, conſanguinitate, vel calculatione computorum, iuxtà diſpoſitionem l. procula, ff. de probatio. & notant Bartol. d. l. libertis, quos, §. manumiſsi, in principio, quoniam circumſcriptis ijs requiſitis, eorum præcipuum eſſe videtur calculatio rationum, etiam ſi fuiſſet extraneus, cujus ratio principalitèr ſuper dicta calculatione rationum videtur fundari, vt ſentit Imol. in l. quę dotis, ff. ſolut. matrimon. ad quod allegat glo. in d. §. manumiſsi, dicentem, iſtũ vnum ſufficere de iure; & ſequitur Bald. in l. cũ proponas, la prima, C. de pact. Soc. ſen. conſ. 22. in fin. lib. 3. quod pęnitùs ceſſat in caſu noſtro, ex quo licèt fuiſſet facta aſsignatio portionis per fratres dicto cohæredi, & quietatio generalis per eum, non enim fuit plena calculatio rationum facta, nec quietatio propter alimenta in ſpecie, ſicut de iure requiritur, l. ſi de certa, C. de trãſact. & fuit aliàs deciſum in S.C. vt infrà eodem verbo alimẽta, ſubſequitur, quod quietatio generalis in materia diuiſionis refertur ad expreſſa tantum, teſte Affl. deciſ. 319. Alexand. conſ. 56. in 4. volum. & ideò non videtur eis renunciatum per aſsignationem portionis.

Accedat inſupèr allegatis alia concluſio iuris indubitata, vt ſcilicèt præterita alimenta repeti poſsint, quoniam ſicuti legitima loco alimentorum ſuccedit, iuxtà tex. in §. prohibemus, authen. de trient. & ſemiſſ. Surd. in eodem tract. de aliment. tit. 7. q. 12. num. 6. & tit. 9. q. 2. num. 1. ſequitur, quòd mortuo patre petitur iure actionis, inquit Surd. ibi in tit. 3. q. 6. num. 2. Ergò paritèr alimenta ipſa præterita iure actionis debita peti poſſent, vt ſuprà fuit cõcluſum, & nouiſsimè id affirmat Surd. dict. tit. 1. q. 116. Alexand. dict. conſ. 26. num. 13. volum. 4. & dùm ceſſat eſſe patris, eſt hæredum, quinimmò omnes ſunt Domini, Dec. conſ. 642. nu. 8. nec vllus debet cum aliena iactura locupletari, l. cùm de indebito, ff. de condit. indebit. & verba iſta teſtatoris in teſtamento expreſſa, quòd hęredes vſq; ad decem annos morari debeãt communitèr, dixit Bart. in ſpecie in l. quintus, num. 3. ff. de ann. legat. quòd quandò referuntur ad habentes patrimonium commune, debẽt intelligi, quòd æqualitèr fructus colligantur & æqualitèr expendantur, vt ibi concludit per plura iura, & ſequitur Alexand. dicto conſ. 76. lib. 4. viſo themate, ità vt nec per talem communionèm cenſeatur inter cohæredes contracta, vt ibidem ſubdit Alexand. num. 13.

Ad ſecundũ verò fundmentum partis aſſerentis, debita alimenta in certo loco non deberi abſenti cõtrà formam præcepti teſtatoris, cùm per cæteros cohærèdes non ſtetiſſet, quominùs eidem debita ſubminiſtrarent alimenta, ſicut tradit Bart. dictis conſ. 4. & 211. Alexand. d. conſil. 178. quoniam tàm præallegati Doctor. quàm nouiſsimè Surd. in d. tract. titul. 5. q. 1. num. 41. Ruin. conſ. 36. nu. 13. vol. 5. concludunt, adhùc deberi alimenta, quando non ſtetiſſet per legatarium implere conditionem habitationis vnitæ, iuſtiſsima ſiquidèm cauſa impeditus, quæ Iudicis arbitrio committitur, vt tradit Surd. d. titul. 1. q. 116. & tit. 4. q. 16. num. 44. & quæ maior cauſa iuſta eſſe videtur, quàm neceſſaria abſentia, & attẽta tali legitima cauſa cerneo, ipſum poſſe excuſari, non adimplendo conditionem ex parte ſui habitandi in eadẽ domo, vbi pro commodiori aliorum cohæredum ſubminiſtratione alimenta eroganda erant, vt ſentit Alexand. dicto conſ. 178. & ratio eſt, quòd dùm non ſtat per ipſum, vt ſuprà fuit concluſum, minimè alimenta prætextu talis defectus conditionis non impletæ

erint

erint deneganda. Abſentia inſuper hæc cauſa officiorum, non eſt dubium, quin dicatur neceſſaria, & probabilis, vt dicunt Doctores in §. rurſùs, Inſt. de action. ita vt cauſa Reipublicæ abeſſe dicantur Officiales durante officio, ſeu adminiſtratione, ad quod eſt text. in l. ſi cui in Prouincia, §. 1. ff. ex quibus cauſ. maior, & ſic concludit Sforz. Oddan tractat. de reſtitut. in integr. par. 1. q. 16. art. 10. nu. 32. & 34. quòd Magiſtratus, Poteſtates, Aſſeſſores, & Vicarij Terrarum, & Caſtrorum alicuius Ciuitatis abeſſe dicuntur iuſtiſſimè ex cauſa neceſſaria, ita quòd reſtituendi ſunt, per text. in l. qui manumittuntur, §. ſimiliter, & l. Iulianus, §. eum quoquè, ff. ex quibus cauſ. maior. nam adminiſtrare honor eſt, notat gloſ. in l. teſtamento, verſ. negotio, ff. de manumiſſ. teſtam. ità quòd omnis, qui eſt extra Vrbem, ſi alicuius dignitatis cauſa eſt, cauſa Reipublicæ abeſſe dicatur, notat gloſ. d. l. qui manumittuntur, verſ. militibus, ità in caſu noſtro. Etenim iudicantur abſentes tanquàm præſentes, vt proindè cōmoda percipiant, & legata, maximè ſi cauſa Reipublicæ, & de illis omnibus correſpondendum eſt, de quibus præſentibus correſpondi ſolet, l. ſi quis ſtipulatus, ff. ex quibus cauſ. maior. vbi gloſ. verſ. eadem, Reg. de Pont. conſ. 92. num. 1. & 3. ſimiliter tradit, quòd abſens cauſa Reipublicæ commodum percipit, ac ſi eſſet præſens, vt in ſimili determinat Bart. in d. l. Iulianus, §. eum quoquè, quem ſequitur ibidem de Ponte num. 4 Doctorem, qui ſalarium annuum conſequi ſolebat, conſequi poſſe, ſi contingerit cauſa Reipublicæ abeſſe, tempus enim abſentiæ pro ſeruitio computatur, Dominus de Ponte ibi num. 5. vbi concludit, fuiſſe deciſum in Regia Camera, ſalarium eſſe continuandum Illuſt. Ioan. Andr. de Oria vti Conſiliario ſtatus, non obſtante abſentia ex cauſa officij Magni Admiratus, & ſic à fortiori puto, eſſe concludendum, quòd ſi ob negotia teſtatoris legatarius abeſſet, non carebit legato eidem facto pro alimentis, tex. eſt in l. teſtamento, ff. de alim. & cib. legat. vndè ſi propter priuatam vtilitatem non videtur excludi legatarius à commodo legati, quantò magis pro publica, cùm vtilitas publica priuatæ præferatur, gloſ. in l. riparum, ff. de rer. diuiſion. & in l. actione, § nam ſi, ff. pro ſocio; publicum inſupèr ius in ſacris Sacerdotibus, & Magiſtratibus conſiſtit, l. 1. § huius ſtudii, ff. de iuſtitia, & iure, nec omittam notab. deciſ. Doctor. per Sylu. Nupt. lib. 4. poſt nu. 91. citatam, quòd ſi pater aliquis in officium alterius Ciuitatis ſe contuliſſet, ex quo animum habebat redeundi ad patriam originis filij nati in illa Ciuitate, vndè pater diſceſſerat, non in ea, per quam trāſerat, vel vbi officium geſſerat, eſſe dicuntur, & ſucceſſiuè ad honores, & prærogatiuas Ciuitatis admittuntur, & præſertim ad Collegia Doctorum, vt ibi Sylu. ad num. 88. concludit, & ità paritèr in fortioribus terminis determinatur ſimilis quæſtio, quòd abſens cauſa ſtudiorum, ex quo non receſſerat, vt perpetuò abſens eſſet, ſed vt rediret; idcircò pro præſente, & habitāte habebitur, l. quæſitum, vbi Bartol. ff. de legat. 3. & ſucceſſiuè commodum conſequitur, non obſtante communione relicta, & concludit Alexand. conſ. 170. n. 12. lib. 3.

Nec huic abſentiæ officiorum obijci poſſe arbitror, affectationem, ſeù procurationem interceſsiſſe, nàm in affectatione abſentiæ duo potiſſimùm copulatiuè requirūtur, vt ſcilicèt data opera, & abſq; lucro procuretur abſentia, iuxtà text. in l. qui data, ff. ex quibus cauſ. maior. vt notabilitèr concludit Sforz. Odd. in d. tract. q. 27. num. 13. ad quod Summa Angel. in verbo abſentia dixit, quòd ille, qui in officio modici valoris abſens eſt cauſa Reipublicæ, præſumitur affectatè, & data opera abeſſe, & Luc. in l. a. C. de apparit. proceſſ. lib. 12. in fin. dixit ſpecificè, quòd qui gerit Magiſtratum extra ſuam Prouinciam in aliquo Regno, quòd dicatur abeſſe cauſa Reipublicæ, quem citat Campag. in Cap. Poſt commiſſum, nu. 49. At in caſu noſtro ceſſat omnis affectatio, ex quo iſte abſens tempore conditi teſtamenti paterni in actu exercitij repertebatur in Ciuitate Ariani, & ità cōtinuauit, expleto illo, mox in Terram Foggię ſe contulit ordine Suę Excellentię, intuitu ſeruitiorum pręteritorum, vt cantant literæ commiſſionales, ibi, quapropter tenore præſentium vobis præcipimus, & mandamus, quatènus ad dictam Terram vos perſonalitèr conferentes, ipſum officium aſſumere, ad honorem, & fidelitatem prædictæ Maieſtatis, eiuſquè ſubditorum bonum regimen exercere debeatis, ex quibus verbis cernitur, affectationē abeſſe, & coactionem oriri ex præcepto Superiorum, quoniam rogamina Superiorum ſunt mandata, notat gloſ. in l. 1. §. 1. ff. quod iuſſ. verſ. quemadmodùm, & in clem. 1. verſ. exortamur, de teſtam. quibus ſiuè iuſtis, ſiuè dubijs parendum eſt, Gloſ. in extrauagant. quorundam, verſ. non parendum, de verbor. ſignif. Ex quibus omnibus concludendum erit, alimenta præterita huic abſenti ex cauſa adminiſtrationis officiorum omni iure deberi, & tādèm relata cauſa prædicta in M. C. V. per eruditum Iudicem Io. Franc. Sanfelicium cauſæ Commiſſarium, ſub die 27. menſis Nouembris 1608. fuerūt abſoluti conuenti ab impetitis, pęnès Anaſtaſium Actuarium, de quo iàm pendet appellatio in Sac. Conſ. in Banca de Amattuda, & credo, quòd Mag. Cur. Vicar. mota fuit ob generalitatem verborum quietationis factæ per abſentem iſtum in beneficium eius fratrum, licèt per iuris diſpoſitionem ſpecialis requirebatur quietatio de alimentis; nā reſpectu alterius capitis, ſi debeātur alimēta, vel non, exiſtente legitima cauſa iſta abſentiæ, ob adminiſtrationem officiorum, iàm patet, aliàs fuiſſe deciſum in Regali Conſilio Supremo Italię, pęnès Regem noſtrum exiſtente, in cauſa Annibalis Moles Regiæ Cancellariæ Regentis cū Almo Collegio Neapolitano, dùm per ipſum prętendebatur, non eſſe obligatum ſolita emolumenta debita Doctoribus de Collegio ſoluere abſēti Doctori, quoniam pręſentia ipſorum potiſſimùm exigitur in tali actu doctorandi, & ob id emolumenta ritè percipiuntur, & tamen prauia ſententia ipſius Regalis Conſilij fuit mandatum eidem Almo Collegio, vt ſoluerentur emolumenta, non obſtante abſentia dicti Regentis degētis in Cōſilio prędicto apud Regem noſtrum, cuius reſcripti tenorem nouiſſimè in eius Volumine Iuris Regni tradit Regens Carolus Tapia in tit. de officio Magn. Cancellar. fol. 419. in litera Regia, incip. in lingua Hiſpana, Philippus, &c. Illuſt. & Magnifici viri, El Rey, Illuſtr. Duque. Accedat prædictis nouiſsima deciſio Senatus Tholoſani 8. teſte Mayardo, vbi

patet

patet deciſum, ritè præbēdas Eccleſiarū Clericis abſentibus ex cauſa ſtudij deberi, de quo etiā nouiſſimè teſtatur Ricc. in eius prax. eccleſ. deciſ. 495. & optimè Boer. deciſ. 17. ad materiam abſentiæ ob cauſam Papæ, vel Principis, vt gaudeant emolumētis, & ità quātò magis Officialibus abſentibus, cùm in actu, & non habitu iura exercēt. Io. B. pt. de Thoro I.C.

Alimenta an ſint præſtanda filio, etiam de fructibus bonorum, in quibus pater habet vſumfructum ex perſona filij; fuit deciſum per Sacr. Conſil. quòd ſic, Franch. deciſ. 576. Carraba ſingul. 75.

Alimenta petita per ſpurium decedentem, relicta matre hærede, an debeantur à die litis conteſtatæ, ita vt futura cenſeantur, & Iudicis officio petita, & præterita, quæ non debētur, niſi ſit æs alienum contractum; fuit deciſum per Sacr. Conſil. alimenta ipſa tanquàm futura deberi filio, & ſucceſſiuè eius matri hæredi, in quibus non cadit, quòd æs alienum contraxerit; ſed tantùm cadit in præteritis debitis antè litis conteſtationem, Franch. deciſ. 605. Molteſ. conſ. 9. num. 36. & in comment. ad Conſuet. Neapol. par. 5. q. 4. num. 11. & ſequen. Riccius collectan. deciſ. 548. *Viſcont. in concl. iur. verb. alimenta. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 3. num. 46. & 51.*

Alimenta percepta per vxorem vltrà neceſſitatem de fructibus dotis, an id, quod ſupereſt cedat in beneficium ſui, vel creditorum, non fuit deciſum, Franch. deciſ. 617. quia vxor intendebat aliqua probare in facto, ob quod fuit datus terminus in cauſa per Sacr. Conſil. licèt concludi videatur cōtra vxorem in d. deciſ. Carrab. ſingul. 124. *Fontanell. de pact. nupt. clauſul. 6. gloſ. 2. part. 2. num. 20. Reg. Capyc. Galeota controu. 64. num. 31. tom. 2. & controu. 65. num. 14.*

Alimēta ab aliquo obtēta lite pēdēte, an eo ſuccūbēte teneatur ad illorū reſtitutionē, & quid ſi cauit de reſtituendo; fuit per S.C. deciſum, ſtante cautione præſtita eſſe reſtituenda, quamuis talis cautio non eſſet præſtanda, niſi ea calumnioſe peteretur, & hoc lite pendente, Franch. dec. 614. & deciſ. 336. n. 5. vbi tradit, communiter talia alimenta eſſe pręſtāda abſq; cautione, & quatènus eſſent pręſtanda cum cautione, quòd ſi in cauſa ſuccubuerit, reſtituet alimenta, quatènus de iure ad ipſorū reſtitutionem teneretur, Molteſ. in commentar. ad Conſuetud. Neapol. par. 5. q. 3. nu. 29. Gratian. diſcept. forenſ. q. 236. nu. 16. cum ſeq. to. 3. Philipp. Paſchal. in tract. de vir. pat. poteſt. lib. 2. c. 2. nu. 64.

Alimenta de æquitate canonica debētur matri ſuccedere nō valenti filijs natis ex illicito coitu damnabili, ſicuti nec filij matri; & ſic fuit per Sacr. Conſil. deciſum, Franch. dec. 645. Molteſ. in commentar. ad Conſuetud. Neapol. q. 47. par. 4. num. 9. Philipp. Paſchal. in tract. de vir. pat. poteſt. par. 2. cap. 1. nu. 43. & cap. 4. nu. 52.

Alimenta præſtare an teneatur heres vniuerſalis aui nepoti ſpurio ex filio præmortuo nato; fuit deciſum per S.C. quòd ſic, Franch. deciſ. 686. Ricc. collectan. deciſ. 962.

Alimenta an ſint præſtanda mulieri non habenti vndè ſe alat ab hæredibus extraneis viri, nulla facta deductione de dotibus; fuit deciſum per Sacr. Conſil. quòd ſic, Franch. deciſ. 489. Molteſ. in commentar. ad Conſuetud. Neapol. par. 6. q. 10. num. 6.

Riccius in collectan. deciſ. 98. *Fontanell. de pact. nupt. clauſul. 6. gloſ. 2. part. 1. num. 38.*

Alimenta debita vxori (viro mortuo) pro ſex menſibus ad rationem vnius tareni pro qualibet vncia, an tranſmittantur ad hæredes eius; fuit per S. C. deciſum quòd ſic, Franch. deciſ. 338. *Ferrer. in Conſt. Hac noſtra, 3. temp. num. 20.*

Alimenta tenetur pater dare filio nolēti commorari cum patre de fructibus bonorum paternorum, & maternorum, & antiquorū, iuxta Conſuetud. quid ſi fructus nō ſufficerent pro ſubſtētatione patris, an teneatur ad alimēta prædicta; nō fuit deciſum, quāuis concludi videatur, quòd non teneatur pater ex ſequenti deciſione Franch. deciſ. 336. poſt nu. 4. Tap. in ritu incip. Item quòd ſi debitores, de liquid. inſtrum. nu. 4. & ritu 286. Item ſeruat ipſa Curia, quòd quando creditor, Ricc. in collect. deciſ. 97. & 416. *Gallupp. in praxi S.C. par. 2. c. 4. n. 57.*

Alimenta percepta per viduam, cui a viro fuerat legatum factum, ſi lectum vidualem cuſtodire voluerit, ſin autem legauerat dotes, an teneatur ad reſtitutionem; fuit deciſum per Sac. Cōſ. quòd ſic, Franch. dec. 231. Nunt. Pellicc. in Conſuet. Auerſan. c. 9. n. 176. Philipp. Paſchal. in tract. de vir. pat. poteſt. p. 3. c. 10. nu. 57. *Fontanell. de pact. nupt. clauſul. 6. gloſ. 3. part. 6. num. 25.*

Alimenta an pręſtare teneatur pronepos patruo, cui per fratrem diuitem erant pręſtita, & per alterum nepotem; fuit deciſum per Sacr. Conſ. non teneri ad alimenta prædicta, Franch. deciſ. 178. Maſtrill. deciſ. Sicil. 75. num. 29. Monter. deciſ. Aragon. 16. num. 24. & 29. Giurba deciſ. Sicil. 5. per totam, vbi refert idem deciſum ibi pro amita contra nepotem, *Larrea dec. Granat. 48. nu. 15. tom. 1.*

Alimenta vxori debita, ex quo fuit relicta Domina, & vſufructuaria à viro, ſi fuerint taxata in certa pecunia annua per laudum, aut obligationem hęredis, ſi infrà annum vxor deceſſerit, an debeātur integra totius anni, vel vſquè ad mortem vxoris, fuit deciſum, deberi pro integro anno, & trāſmitti ea ad hæredes, Franch. deciſ. 155. Ioann. Franc. Capiblanc. in pragmat. 5. de Baronib. num. 25. Molteſ. in commentar. ad Conſuetud. Neapol. par. 5. q. 9. num. 4. Ricc. in collectan. deciſ. 96. Paſchal. in tract. de vir. pat. poteſt. par. 2. cap. 3. nu. 94.

Alimenta an ſint per virum præſtanda vxori extrà domum viri receſſæ lite pendente; fuit deciſum quòd ſic, Afflict. deciſ. 10. Franch. dec. 605. Nunt. Pellicc. in Conſuetud. Auerſan. cap. 9. n. 145. Mynſinger. ſingul. obſeruat. cent. 1. obſeru. 64. vbi ait, idem fuiſſe deciſum in Camera Imperiali, Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſin. 46. num. 4. Valaſc. deciſ. Luſitan. 1. num. 5. Puteus deciſ. Roman. 208. part. 1. Peguer. deciſ. Catalon. 20. cenſet, idem fuiſſe deciſum in illo Senatu, Surd. in tract. de aliment. in tit. 1. q. 3. & q. 118. Rebuff. in tract. de ſentent. præiudicial. gloſſ. 2. num. 5. & verbo ex materia de dot. gloſſ. 1. num. 7. Riccius collectan. deciſ. 99. & 483. Faber in ſuo Codice, titul. de rei vxor. act. definit. 26. Duen. in regul. 365. num. 4. & Verall. deciſ. 18. par. 1. Marant. ſingul. verbo alimenta, Cardin. Mantica deciſ. Roman. 195. num. 2. *Campanil. in ſuo diuerſ. iur. canon. rubr. 6. cap. 3. ſub num. 44. verſ. ſed mulieri, Conſil. Theodor. alleg. 64. num. 15. Iallong. raccmat. 36. nu. 14. Franc. de Petr. conſ. 54. num. 13.*

Ali-

Alimēta an ſint præſtanda ſorori lite pendēte in prima inſtantia ſuper petitione legitimæ bonorū paternorū; fuit deciſum ꝙ ſic, Affl. deciſ. 11. Duen. in regul. 365. n. 4. Verall. dec. 18. p. 1. Mar. Giurb. dec. Sicil. 5. n. 29. Ann. ſing. 25. & Nunt. Pellicc. in Cōſuetud. Auerſan. c. 7. n. 113. & ſeq. Valaſc. dec. Luſit. 1. n. 22. Milanenſ. dec. Sicil. 18. lib. 1. n. 3. Farinac. dec. Rom. 907. 908. cēt. 7. Rot. Rom. in nouiſſ. dec. 17. p. 3. lib. 3. vbi per iſtā deciſionē in dicta Curia fuit ſimilitèr deciſum in fauorē Monachi litigātis, Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 112. Rebuff. in tract. de ſent. præiud. gloſ. 2. nu. 5. Franc. Monald. conſ. 86. nu. 1. *Epiſc. Genuenſ. in tract. de Eccleſ. ſiuè pract. cab. Eccleſ. q. 575.*

Alimenta an ſint à patre præſtanda pendente lite ſuper reſtitutione dotis filij ſpurij; fuit deciſum, quòd ſic, Vrſill. deciſ. 10. in princ.

Alimenta an debeātur vxori ſoluto matrimonio ab hæredibus viri, & ſuppoſita diſtinctione, quòd ſi ſumus in filijs, nō eſt dubiū, quòd teneātur, ſiuè de iure cōmuni, ſiuè de iure Conſuet. Neap. ſed quādo ſumus in extraneo, ſubdiſtinguitur, quòd aut dos cōſiſtit in rebus mobilibus, ad quæ reſtituēda tenetur infrà annū, tenetur vtiquè, ex quo percipit ex ijs fructus, quia ea cū fructibus elapſo anno reſtituere tenetur, licèt tantò minus teneatur de fructibus, quātū fuerit expenſū pro alimētis, ſi verò in pecunia conſiſteret dos, teneretur hæres ad alendū, ex quo in reſtitutione dūtaxàt dos reſtitui debeat in pecunia, abſq; interuſurio, & tantò fortius teneretur, quarè concluditur, quòd viduę debentur alimenta in primo anno, ſi non habet aliūdè, & ità cōcludit Capyc. deciſ. 24. à n. 1. vſq; ad 6. Scipio Bucinus in addit. ad Conſuetud. Viro mortuo, §. hæredeſq; mariti, incip. in verbo liberi, fol. 242. Nunt. Pellicc. in Conſuetud. Auerſan. c. 7. nu. 77. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 44. *Ant. de Amat. var. reſol. tom. 1. reſol. 49. num. 81.*

Alimenta debita viduæ relictæ pro primo anno ab hæredibus extraneis, ſi nō habet aliūdè, iuxtà cōcluſionē firmatā per Capyc. deciſ. 24. n. 6. & latiùs per Franch. dec. 489. recipit ſex declarationes ab ipſo allegatas; quarum prima eſt, an debeat ali de ſubſtātia dotis, vel hæres dicere poſſit, ecce do tibi tot bona mobilia pro alimētis, vt excōputes in dotē, & licèt ſit verū, vt vxor teneatur excōputare in dotē id, quod recepit, & ſic in electione hæredis id agere, id procedit, quādo hæres totā dotē offerret, ſecūda, quando vxor debet ali infrà annū, ſi nō habet aliūdè, ſi tamē haberet patrē diuitem, an hæredes dicere poſſint, alaris per patrē; cōcluditur, adhùc hæredes teneri, tertia, an debeātur in domo hæredis, vel extrà; cōcluditur, etiā eſſe præſtāda extrà domū, dūmodò teſtator haberet proprias domos, quoniā tūc hæres nō teneretur alias cōducere, quarta, ſi pro præterito poſſit alimenta petere, concluditur, quòd ſic, & hoc, quādo mulier interpellaſſet hæredes viri, & fuiſſent in mora, & propter hoc vxor ipſa pecuniā mutuo accepiſſet, quinta, ſi mulier teneatur hoc medio tēpore operari hæredibus viri, dùm alimēta recipit; cōcluditur, quòd ſic, quod procedit in muliere, quæ operatur iuxtà ſuā conditionē, ſecùs ſi eſſet vxor magna domina, &c. ſexta, an prædicta procedant in Ciuitate Neapol. exiſtente Conſuetudine, vt infrà primos ſex menſes à morte viri, ſi fuerint hęredes filij cōmunes teneantur vxorē alere, ſed ſi fuerint extranei, non; cōcluditur, quādo eſſet inops cogerētur hæredes viri dare ſibi tātū de dote, quod ex illo ali poſſit, & quòd poſſit ſibi dici, ſi habes patrē, alaris à patre; nā ratio eſt, ob quod de iure cōmuni non poteſt allegari vxori, quòd alatur à patre, eſt, quia pater potuiſſet dicere, nō teneor, quia hæredes viri tenētur, hoc quidē, quòd hęredes viri tenerentur, ceſſat Neap. Ergò, vt latiùs Capyc. dec. 24. à n. 6. cum ſeq. Nicol. Maricōd. in addit. ad Conſuetud. Viro mortuo, §. hæredeſq; viri, incip. ſed audio fuiſſe, fol. 244. inquit, audiuiſſe fuiſſe determinatum in S.C. quòd ſi mulier probaret, quòd nō habet aliūdè viuere, debet etiā intrà primos ſex menſes ali ab extraneo hærede viri, tamē in occurrenti caſu nil poſteà fuit determinatū; ſed Domini de Conſilio inclinabant in cōtrariā partē, de deciſione Capyc. meminit Lanar. conſ. 46. nu. 7. Vrſill. dec. 10. n. 12. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 44. Molf. in cōmētar. ad Cōſuet. Neap. p. 6. q. 10. *Ant. de Amat. var. reſol. to. 1. reſol. 49. n. 54. & 55.*

Alimenta vtrū præſtari debeant ſpurio de æquitate canonica, in foro ciuili etiam in terris Imperij; cōcluditur quòd ſic, Capyc. deciſ. 164. n. 1. & 2. Ant. Gabr. lib. 6. tit. de aliment. concl. 1. Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuil. 9. Ricc. collect. deciſ. 110.

Alimēta an debeātur patri inopi per filiā, & generū, attentis bonis maternis, in quibus pater habet vſumfructū; fuerūt per laudū cōdēnati filia, & gener ad ſoluēdum certū quid pro alimentis, & per S.C. confirmatū, licèt reformata quātitas in laudo expreſſa, Anna in allegat. 33. & optimè Minad. in Cōſtit. In aliquibus, in rubr. de ſucceſſ. n. 3. vbi cōcludit, id etiā fuiſſe deciſum in cauſa Marchionis S. Lucidi, vt filius teneatur patrē alere, etiā ſi ex cauſa oneroſa filio prouenißét, vel etiā ſe integrè ſoluturū iurauerit, quaſi huic pietati naturali renūciari nequit. *Alex. Trentacinq. var. reſol. lib. 1. tit. de patr. poteſt. reſol. 1. nu. 3.*

Alimēta debet præſtari iuxtà redditus, & debēt deduci legitima filiorū, & onera, & nō debent vendi immobilia, ſic fuit deciſū in S.C. Anna in ſing. 23. alimēta, Ricc. in collect. dec. 97. Amend. ad Frāch. dec. 336. in princ. *Alex. Trentacinq. var. reſol. lib. 1. reſol. 1. nu. 21. tit. de aliment.*

Alimenta vxori fugitiuæ an ſint præſtanda, & licèt concludatur in iure, ſi cauſa legitima, aut iuſta ineſſet, deberi, ſecùs è contrà, tamen per Sacr. Cōſil. ſemper dantur alimenta, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta cauſa ſubeſſet, vt plurièS fuiſſe deciſum, teſtatur Anna ſingul. 21. alimenta. Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cler. in 1. effect. nu. 183.

Alimenta, quæ conſiſtunt in victualibus, vino, lignis, quāuis dentur mēſatim, an etiā procedat in pecunia; fuit deciſum in S.C. quòd pecunia debeatur per patrem tertiatim, & ratio fuit, quia introitus filiæ actricis exigebantur tertiatim, Anna in ſing. 22. alimenta, quem citat Viuius deciſ. 8. nu. 17. Io. Franc. Capiblanc. in pragm. 5. de Baronib. nu. 25. Maſull. ad Capyc. deciſ. 79. Molfeſ. in Conſuet. Neap. p. 5. q. 9. vbi latiùs, & vltrà cum Amēdol. & Viſcont. ad Franch. dec. 155. Ricc. collect. dec. 97.

Alimenta lite pendente ſuper legitima, vel vita militia, an debeantur, vel expenſæ litis; communiter per Sacr. Conſil. plurièS fuit deciſum, quòd ſoluātur quinque, vel alia quantitas Iudici benè viſa, excom-

Digitized by Google

excomputanda, Anna in ſingul. 25. alimenta.

Alimenta dotis ſunt illa, quæ dantur filiæ, aut ſorori, dùm moratur in domo, antequàm nubat, & ſunt correſpectiua ad dotes; fuit deciſum in Sac. Conſil. in dote importante 8000. ducatos taxari alimenta ad annuos ducatos 100. Anna ſingul. 26. alimenta. Ricc. collect. dec. 98. Amend. deciſ. 155. *Alex. Trentacinq. var. reſol. lib. 1. tit. de aliment. reſolut. 1. num. 48.*

Alimenta per patrem filiæ quamuis iuxtà Conſuet. Neap. denegari poſſint, & maximè ſi ingratitudinem commiſerit, & ſi luxurioſè vixerit, patre volente eam maritare, & de paragio dotare, prætærquam ſi filia compleuerit 25. annum, quo caſu nõ ad ingratitudinem filiæ; ſed ad culpam parentum erit imputandum, vt ibi Napod. nu. 71. fatetur, & ſubdit nu. 76. eſſe intelligendam Conſuetudinem vſq; ad 16. annum, & ità in facto contingenti fuit deciſum in Sacr. Conſil. vt refert Vinc. de Franch. in Conſuetudine In omnibus de aliment. præſtãd. in addit. incip. ad num. 76. habui de facto fol. 227.

Alimenta præterita lite pendente an debeantur, & quid ſi ſub prætextu reſidui aliorum alimẽtorum præſitorum prætenderentur; fuit in Sacr. Conſil. deciſum, quòd non debeantur, Fab. de Anna in conſ. 71. dixi, & in conſ. 102.

Alimenta carceratis inopibus an ſint à Barone præſtanda; fuit iudicatum in S. C. inter Vniuerſitatem Tricaui cum Principe Hoſtiliani, quòd ſic, Ioann. Franc. Capiblanc. in prag. 19. nu. 24. de Baronibus.

Alimenta præſtare debent carcerati creditores, ſtante eorum paupertate, ità vt ſi fuerint ignobiles ſubminiſtrabuntur alimenta ad rationem denariorum viginti pro qualibet die, ſi verò fuerint nobiles ſtabitur Iudicis arbitrio, & ità fuit deciſũ, Afflict. deciſ. 71. de qua meminit Scaglion. titu 163. num. 34. Muſcatell. in practic. Sac. Conſ. lib. 2. par. 3. gloſ. dennebatur, nu. 75. Gamma decif. Luſitan. 261. idem Afflict. in Conſtitut. Humanitate, num. 52. Surdus in tract. de aliment. tit. 1. q. 71. Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 11. nu. 4.

Alimenta præſtita per Vitricum Priuignis an peti poſſint, concluditur, quòd ſic, quia cenſentur præſtita animo repetendi. non autem donandi, & ità eſt communis opinio Doct. in l. ſi paterno affectu, C. de negot. geſt. non obſtante, quòd aliter forſan dictum ſit in d. l. ſi paterno, & ità fuiſſe iudicatum, tàm in M. C. V. quàm in S. C. in cauſa D. Ioannis de Mendozza cum eius Priuignis de Minadois, tradit Aloyſ. de Leo in l. 1. C. de natur. liber. n. 10. (ipſo patrocinante) Ad ornatum iſtius materiæ videndus eſt Surd. in tract. de aliment. tit. 6. q. 11.

Alimenta debita infrà ſex menſes viduæ ab hæredibus viri, attenta qualitate perſonæ Titulatæ quomodò taxentur, per Sacr. Conſil. in cauſa Lauræ Caraſæ cum Antonio Auria fuerunt taxata in ducatis quatuormille, Reg. de Ponte in conſ. 88. ſub num. 2. verſ. paret igitur, vol. 1.

Alimenta carceratis pauperibus ſubminiſtrare, ac alias expenſas erogare pro Carnifice an Baro teneatur; fuit deciſum in S. C. pro Ciuitate Theani cum Principe Hoſtiliani, & iterùm pro Vniuerſitate Controni cũ eius Barone ſpectare ad Baronem, Flau. Amend. ad Franch. deciſ. 78. in fine ſub num. 13. *Cap. blanc. in pragm. 19. num. 24. de Baron.*

Alimenta lite pendente præſtita non reſtituuntur, ſi recipiens ipſe ſuccubuerit in lite, pro qua præſtantur, & ita deciſum in Sacr. Conſil. in cauſa primogeniti Comitis Cataniæ, Flau. Amend. ad Franch. deciſ. 336. nu. 7.

Alimentorum fauore an poſſit fieri exequutio inſolidum contra plures hæredes; fuit per S. C. concluſum, quòd ſic, Franch. deciſ. 403. Nunt. Pellicc. in Conſuet. Auerſan. cap. 7. n. 160. *Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 12. num. 108.*

Alumen inuentum in agris priuatorum an ſit de Regalibus; fuit iudicatum, quòd ſic in cauſa Alumeriæ Agnani contra Iacobum Sanazarium, & alios, Anton. Capyc. in inueſtit. feud. rubr. feudorũ clauſulæ, verſ. alumen fol. 129. eandem deciſionem refert Aſſl. dec. 321. vt inità verbo ius conficiendi, eum citat Liparul. ad Andr. c. 1. verbo argentariæ, lit. L. incip. Et fecit, quæ ſint regal. Farinac. tit. de var. & diuerſ. crimin. q. 104. inſpectis, & q. 2. n. 61.

Amiſſa in ludo an ſint ſoluenda; fuit deciſum, quòd ſic, Anna in ſing. 108. contractus, de hac materia latiùs Farinac. in eius praxi, tit. de var. & diuerſ. crim. q. 109. n. 196. & 197. licèt nõ alleget Annam.

Amita in tertio loco exiſtens concurrentibus fratribus conſobrinis defunctę, & exiſtentibus in quarto gradu, an admittatur ad ſucceſſionem eius neptis, attenta etiam donatione facta per matrem nepti, quæ decedente ipſa ſine filiis donauerat amitæ; fuit deciſum in fauorem amitæ, Franch. dec. 557. Io. Andr. Georg. in alleg. 30. n. 17. Molſeſ. in commentar. ad Conſuet. Neap. p. 1. c. 5. nu. 5. & par. 4. q. 36. nu. 9. & 10. & q. 42. & conſ. 50. num. 19.

Amita an ſuccedat nepoti in feudis; fuit deciſum, quòd ſic in Reg. Cam. Summ. Vrſill. deciſ. 291. in principio.

Amitæ cum fratre, & ſorore vterina decedentes an admittantur ad ſucceſſionem prædefunctæ; concluditur, ſucceſſionem ſpectare ad fratrem, & ſororem vterinam, Franch. dec. 665. Molſeſ. in commentar. ad Conſuetud. Neapol. par. 3. q. 22. nu. 4. vbi adducit deciſionem factam in alia cauſa, de qua infrà in verbo donatio.

Ampliatio in feudis conceſſa, vt fœminæ ſuccedant in defectũ maſculorum, an ſit perſonalis, vel realis; fuit iudicatum, eſſe realem ampliationem in iſtis feudis emptis, & conceſſis pro ſe, & hæredibus, ex quo habent tempus ſucceſſiuum, & perpetuum, & ità in defectum omnium maſculorum in perpetuum ſemper fœminæ admittuntur, Fab. de Anna conſ. 53. quoniam res agitur, ſub num. 26. verſ. item & ſecundum, & nu. 32.

Animalia Domini feudi an poſſint paſcua ſumere in cuius territorio feudum prætendebatur ſitum, pro cultura eiuſdem deſeruientia; fuit deciſum, quòd pro animalibus neceſſarijs pro cultura feudi prædicti, pro quibus voluit, quòd non teneretur ſoluere fidam, Franch. deciſ. 301.

Animalia damnum dantia in terris alicuius poſſunt retineri, donec Dominus Terræ ſciat Dominum animalium, cui ſunt reſtituenda, data cautione de ſoluendo damnum, quod fallit in fida, & diffida, nam tunc non tenetur reſtituere, niſi priùs ſoluta diffida; & in contingenti caſu fuit votatum, quòd animalia data cautione de ſoluendo diffidam, reſtituantur, & hoc, quia Dominus Terræ non habebat intentionem fundatam de iure communi, quòd in terris patronatis haberet fidam, prout præ-

prætēdebatur eſſe terra illa, in qua animalia capta fuerant,Capyc. deciſ.45. Maxilla in Conſuet. Bari rubr.ſi animal.in hom.vel in al.damn. §.cùm animal num.7.& Aloyſ.de Leo in l.t.C.de Iudæis nu.76.vbi ait, ſimiliter Barones non habere fidā, nec diffidam in terris patronatis, niſi in ſpecie id habeant in priuilegio, & ità fuit iudicatum in Sacr.Conſil.Caroc.de locato par.5. tit. de retent. pro noxa n.1.*Nouar.de grauam.vaſall.tom.1.grau. 44.n.7.& quæſt.forenſ.lib.2.q.12.n.6.*

Animalia an immitti debeant lite pendente in terris particularibus per Baronem, vel eius Baiulū; fuit deciſum,quòd non,donec inſtructo proceſſu partibus auditis aliter prouideretur, & licèt iuſſet reclamatum,data contrauentione ex parte Officialium ſuorum,ſeù Baiulorum,fuit de ea capta informatio,& pœna exacta ob immiſſionem prædictam,Frecc.de ſubfeud.lib.2.in 46.author.nu.7. Reg.de Pon.in tract.de pot.Proreg.tit.3. de elect. Offic.§.2.& 3.Petr.Garſia dec.14.

Animalia nobilium,quæ tenentur ad ſellam pro eorum ſeruitiis perſonalibus,an poſſint per Barones capi pro ſeruitijs;fuit prouiſum per S.C.quòd abſtineant iniungere ſeruitia illis animalibus, quæ tenentur ad ſellam à vaſallis pro eorum perſona, Io.Franc.Capiblanc.in prag.16.nu.44. de Baronibus,*Nouar.de grauam.vaſall.to.1.grauam.85.n.5. & grauam.97.*

Animalia vaſallorum capi poſſunt per Baronem pro ſeruitijs neceſſarijs, an etiam pro eius guſtibus ad venandum procedat;fuit prouiſum in Sac. Conſ.quòd Baro ſoluat, prout inter Ciues intrà Territoriū;ſed quando ſeruitia non ſunt neceſſaria,abſtineat cogere ſubditos,& eorum animalia, Io.Franc.Capiblanc.in pragm.16.n.43.de Baronibus,*Nouar.de grauam.vaſall.to.1.grauam.94.*

Animalia extera, quæ veniunt pro commercijs in Terram, an poſſint capi à Barone pro ipſius ſeruitijs; fuit prouiſum,quòd abſtineat contra voluntatem eorum, Io.Franc.Capiblanc. in pragm.16. num.48.de Baronib. *Nouar.de grauam.vaſall.to.1. grauam.101.*

Animalia ſuprà annum pro decima dantur Baroni, non infrà,& ità deciſum in Sacr.Conſil. in cauſa Vniuerſitatis Ayetæ cū eius Barone, Flau.Anied. ad Franc.deciſ.114.nu.1.*Nouar.de grauam.vaſall. to.2. grauam.6.num.1.*

Anni circulus ad foriudicandum an incipere debeat à die contumaciæ,vel à die annotationis bonorū; fuit deciſum per Sacr. Conſil. incipere à die contumaciæ, Franch.deciſ.515.meminit Reg.Scipio Rouit.in pragm.1. de ſentent. foriudicat.n.3.& in addit. ibidē ait, idem in alia cauſa fuiſſe deciſum. Riccius collect.deciſ.140.

Anni principium in contractibus à quo tempore incipiat,dùm de anni principio mortis quæreretur; fuit in contingenti caſu deciſum, annum mortis eſſe attendendum, non à die prima Septembris, ſed anni currentis, Reg.Carol.Tap.in annotat.ad Capit.173.Regni,incip.Electionem,in fine,in ſuo Iure Regni.

Annorum viginti ſpatium,vt inſtrumenti exequutio fieri nequeat,an currat à die promiſſionis ſolutionis, vel à die celebrati contractus; fuit deciſum,à die promiſſæ ſolutionis, quamuis per aliam deciſionem,à die celebrati contractus reſideat Frãch. dec.341. Reg.Rouit.in rubr. de inſtrum.liquidat. n.18.Io.Franc.del Caſtillo dec.Sicil.26.in fi.Riccius collect.deciſ.1381. Maſtrill.de indultu c.27.n.19.

Annui redditus venditi ad vitam nauis, an comprehendantur ſub diſpoſitione nouellæ pragmaticæ Illuſtr. Comitis de Lemos editæ die 11.Octobris 1600. minuentis cenſus annuales ad vitam, vt ad rationem ducatorum quatuordecim pro centenario, abiecta maiori ſumma, fuit per M.C.Vaudrecatum, comprehendi, introducta quē cauſa per appellationem ad S.C. adhùc pendet deciſio, iura vtriuſquè partis affert Reg. Carol. Tap.in 4.p. Iur.Regn.tit.de cēſ.prag.2.n.3.& ſeq. *Barbat.de diui, fruct. p.2.cap.12.num.5.*

Annui redditus promiſsi à patre donante filio contemplatione matrimonij in beneficium filiorum naſciturorum annis ſingulis in perpetuum in cōpotum portionis tangentis tempore obitus patris pro ſumma ducatorum mille, an ſint redimibiles, ità vt diuiſionis tempore inter fratres faciendæ poſsint ſummam prædictam ducatorum mille aſſignare, redimendo annuos ducatos ſeptuaginta ſingulis annis in perpetuum promiſſos,conſequendos ex certæ domus penſionibus,& in defectum ſuper alijs bonis hæreditarijs,ad electionem donatarij,in exactionis prædictæ poſſeſsione exiſtētis in vita donantis, & poſt mortem per ſpatium annorum viginti vnius in circa. Pro donatario dicebatur, licèt ex communi Doctor. concluſione certum ſit,pacto redimendi nō aliter in contractu annuorum introitum appoſito, adhùc cenſus huiuſmodi poſſe perpetuò redimi, vt per Couar. lib.1.variar.reſol.c.9.nu.9.& lib.3.c.8.nu.7. Campagn.in Cap.Nouitèr noſti,nu.16. Foller.in praxi cenſual.verbo inſtrum.grat.nu.16.Anna alleg.11. num.20.Reg.Rouit.in pragm.1.de cenſib.num.2. Boccat. in tract.de cenſ. par.2.num.37.55 & 152. attamen attentis cenſuum differentijs ex diuiſione ipſorum, de quibus per Couarru. lib.3. variar. reſolut. cap.3.& 7. Roderic. de ann.reddit. lib.1. q.2.n.1. Gaſpar Theſaur.lib.1.quæſt.forenſ.q.32. num.1.Sot.de iuſtit.& iur.lib.2.q.2.art.1. Iacob. de Graff.in deciſ.caſ.conſcient. par.1.lib.2.c.118. Felician. in tract.de cenſ.lib.1.cap.4.nu.15.& ſeq. colligitur inter ceteras ſpecies illa cenſus conſignatiui,ſiuè conſtituti,quotiès accepta aliqua pecuniarum quantitate promiſſor conſtituit, vel cōſignat ſuper ſuis bonis annuam penſionem,ſingulis annis perſoluendam,Felician.in dicto tract.lib. 1.cap.4.nu.15. Menoch.de præſumptionib.lib.3. præſumpt.507 nu.5. Roderic.de ann.reddit.lib.2. q.22. Craueti.conſ.217.n.4.& talis ſpecies cenſus non ſolùm modo prædicto, ſed vetus datione in ſolutū,tranſactione,legato,donatione cauſa mortis,& inter viuos conſtitui poſſet,l.ſancimus,§.fin. C.de donat.cap.fin.eod.tit.l.vlt.C.de rer.permutat.Felician.dicto lib.2.cap.5.nu.5.Foller.in dicta praxi verbo huiuſmodi cenſus, &c. num.66. Bouius in tract.de cenſ. art.25.num.52. Sotus dicto tract. lib.6.q.5.art.1.col.3. verſ. at verò dubium, Roman.conſ.302.n.1. Roder.in dicto tract.lib.1. q.19.nu.4.& lib.3.q.6.num.3.Quinimmò talis annuus cenſus legato,vel donatione cōſtitutus,propriè cenſus non dicitur, ſed donatio nuncupatur, Felician.dicto lib.2.c.5.nu.9. Nauarr.conſ.1.tit.de donat.Roderic.vbi ſuprà lib.3.q. . num.4.& tanquàm

quàm donatio ad donantis arbitrium fieri poteſt, nec alitèr quãtitatibus,& qualitatibus à Buſſa ſtatutiś alligata erit. Etenim poterit donans ſuam liberalitatem ad arbitrium pacto exercere, conditioneſquè adhibere, indè omnia ſeruanda erint, & in tali liberalitate nulla ſuſpitio eſſe poteſt, Redoan.in dicto tract.lib.3.q.6.n.2.cùm donantis liberalitas conſideretur,& in re propria legem imponere cuiq; cõceſſum ſit,l.in re mandata, C.mãdat. Boccat.in dicto tract.p.2.nu.22.fol.45.quemadmodùm & donator iſte egit, perpetuum redituum ducatorum 70. ſingulis annis percipiendum filio donauerat, & hoc citrà pactum redimendi, quo ſiquidèm caſu cùm non alitèr expreſſum reperiatur, nequaquàm pro expreſſo intelligendum eſſe, Doct.affirmant, potiſsimùm in annuo reditu donato, vt firmat idem Felician.d.tract.lib.2.c.5. nu.18.poſtquàm tale pactum inuitis legatarijs, ſeù creditoribus exerceri nequit, d.l.ſancimus,§.ſi verò,& l.præſens,C.de epiſc.& cler. In tantum vera redditur hæc noſtra cõcluſio, nam ſi voluiſſet donans redimibilitatem concedere, conceſsiſſet vtiquè, ſed quia erat in contraria opinione, ad demõſtrandum enixam ſuam voluntatem adiecit in dicta donatione verbum illud, in perpetuum, quod nulla temporis præfinitione concluditur, l.eũ debere, ff.de ſeruit.vrban. prædior.l.3. ff.de except. Dec.conſ.472.n.22. poſt Bald.& Angel.in l.ex facto, ff.de hæred.inſtitu. declarando text.in verbo perpetuo, ſubdit Dec.nu.21. aliud notabile, quòd poteſt eſſe perpetuum, vel ad tempus in dubio iudicari perpetuũ, ex l.ſufficit, ff.de condit.indebit. vbi Bartol.& l.Iuriſperitos, in princ.ff.de excuſat. tutor. idemq; erit perpetuum aſſerere, quod ſemper, l.falſo, C.de diuerſ.reſcript. Soc.conſ.12.vol. 4.conſ.84.vol.2.Patiſ.conſ.54.p.3. Menoch.conſ. 327.ſub num.114.vol.4.Bald.conſ.275.Riminald. iun.conſ.219.n.32.Berous conſ.155.lib.1.Gratian. diſcept.forenſ.lib.1.c.131.nu.14. at ſi redimibiles eſſent huiuſmodi annui redditus in perpetuum, eluſoria vtiquè talis dictio eſſet, & reſtringeretur contra propriam naturam, quod eſſet abſurdum, l.ordine, C.de excuſat.muner.lib.10.Soc.d.cõſ.84. vol.3.nu.6.verſ.item reſtringeretur,& hinc attenta differentia tradita à Gomeſ.variar.reſolut.to.2. c.11.n.44.inter promiſsionem annuam in contractu factam à legato annuo, etenim legatum annuum pro primo anno eſt purum, pro ſequẽtibus conditionale,& ad heredes non tranſmittitur, l.in ſingulos,& l.4.ff.de annuis legatis: promiſsio verò in contractibus oritur pro toto tempore,& annis futuris, l.ſi Stichum, §.ſtipulatio, ff.de verbor. obligat. & ibi caſus expreſſus notatur, ſtipulationem in annos ſingulos eſſe perpetuam, nec alitèr morte finiri, vt annuum legatum, quod etiam ſequitur Capyc.deciſ.203.in princ. hæc inſupèr, & alia in facto,& in iure propoſita ex ſcriptis Amati,& Martini; ex aduerſo autem contra donatarium dicebatur, cõtra iuris regulas donationem à patre filio in poteſtate patris factam contẽplatione matrimonij valere, eo quòd admixta ſit cum contractu matrimonij, vt dixere Guid.Pap.quæſt. 145.n.3.verſ.ſed ijs, Boer.dec.353. Præſ.de Frãch. deciſ.205.& 436.& ſic iudicatum per Sac.Conſil. refert, de quo per Fab.de Ann.cõſ.78.134.& 137. vol.2. & ſucceſſiuè videbatur dicendum, donatarium illum in diuiſione bonorum paternorũ donationem ipſam conferre non teneri, maximè ſi pater in teſtamento, vel alibi declararet, Bertrãd. conſ.337.lib.3. Iaſ. conſ.vltim.lib.2. Franc.Becc. conſ.20.Burſat.conſ.179.n.10.lib.2. Roland.conſ. 44.n.70.lib.4. Vital.de collat.quæſt.1.& alij citati per Theſaut.deciſ.46.num.21. Peregrin.de fideicommiſſ.art.36.n.134.Franc.de Amic.in tit.de ijs, qui feud.dar. poſſunt,§.& vt iſta fol. 101. contrarium tamen tenent Crauett.conſ.85.& 136. Reg. de Ponte conſ.25. & deciſ.39.nu.29. Burſat.conſ. 188. num.2.vol.2. Surd.conſ.147.vol.1. Fachin. lib.5. controuerſ. iur. cap.82. quod tùm maximè procederet, ſi de voluntate donantis appareret, vt in caſu iſto, dùm mãdat, in compotum ſuæ portionis ducatos mille excomputari, cùm igitur cõferre teneatur donatarius, ſubſequitur, quòd cùm verbum cõferre nil aliud ſit, quàm communicare, & in communi ſubiacere, gloſſ.in rubr. C.de collat. vbi Dec. & ità poſita donatione in communione, & commixta cum alijs bonis remanſis in hæreditate, peracta diuiſione inter fratres de corporibus hæreditatis, cõtingẽte portione capitalis, donatario nõ ampliùs ad annuos ducatos 70. hæredes teneri,& ſi fortè vigore poteſtatis variandi, & eligẽdi alitèr donatarius vellet, animaduertendũ eſt, donationẽ ipsã cõcedi de iure, vt filius habeat patrimoniũ ſeparatum, ſuper quo vxor certa ſit de dote, iuribus dotalibus,& antephato, etiã ſi nil dictum eſſet in inſtrumento, prout dixit Bald. poſt Dec.in l.vt liberis, num.7.C.de collat. Couar. variar.reſolut.lib.3.cap.6. verſ.quartum non tantùm, in princ. ſequitur Theſaut. deciſ.32.num.10. Præterea & ſi donatio iſta propter nuptias contẽplatione matrimonij à patre facta diſſoluto matrimonio in ſimplicem donationem redundat, & ſic non ampliùs valere,& vti inualidã in collationem non eſſe deducendam, Oldrad.conſ.151.Guido Papa dicta deciſ. 145. ſuper verbo valida, eo quia noluerũt, matrimonium eſſe cauſam finalem donationis, ſed impulſiuam, mutat enim ipſa donatio ſuam naturam, ſecundùm Doct. idcircò non mirandum, ſi ex communicatione confundatur, quemadmodùm ſi valeret adhùc conferenda, facta demùm diuiſione vnuſquiſquè, ſuam portionẽ agnoſceret, ſic itaquè, quod obſtat donatario, obſtare videtur filijs, eo quòd nõ poſſunt plus habere, quàm pater in donatione,& tantò fortius cũ nullum ius ex perſona patris conſequuti ſunt; ſed vti heredes admittũtur, ità quòd creditores Anelli, ſi fortè eſſent, quãtum ad donationem attinet, præferẽdi eſſent eis, vt per Io.Franc.de Põte conſ. 80. & aliàs per Sac.Conſ.iudicatum cenſet Andr. Molfeſ.in conſ.2. Tãdèm facta relatione per Conſiliarium Didacum Salinas die 22. Ianuarij 1618. in S.C. deciſum fuit, annuos ducatos ſeptuaginta eſſe redimibiles in cauſa D.Anelli de Auria, cum Philippo,& Io.de Auria fratribus, penès Figliolam Actuarium Sac.Conſ. licèt reclamatio de hoc pendeat iterùm verbum faciendi in Sacr.Cõſil. Ego autem audita ambiguitate opinionum propoſitæ quæſtionis, perpẽſis verbis donationis, ſalua pace deciſionis, cum donatario facillimè annuendo ex infra dicendis putarem, in eius fauorem

rem decidendum fore, quinimmò, vt veritas præmiſſorum eluceſcat, primò producitur tex. notab. in l.ſi quis argentum, §.ſi verò, C.de donat. vbi patet, donantem annuam penſionem, vel præſtationem, cogi poſſe fundum dare inſolutum in ſatiſfactionem dictæ annuæ præſtationis, & ſucceſſiuè ad pretium rei, cum loco rei ſuccedat, l.ſi ex ea, C. de rei vendicat. quod ſpeciale eſſe arbitratur Bald. in dicto loco in donatione fauore donantis, vt per Tiraquell. de retract. conſanguin. §.1.gloſſ. 6.num.20. & ità contra donatarium iſtum videtur determinare Imperator, vt cogi poſſet capitale, ſeù fundum ob annuam præſtationem accipere, & ſic eſſe redimibilem annuam præſtationem donatam, ſed huic obſtaculo idem Tiraquell. dicto loco num.21. ex mente Paul. de Caſtr. conſ.47. concludit, non alitèr eſſe audiendum debitorem petentem aſſignare fundum creditori, cuius redditus ſufficiunt, ſoluendo debitum annuum, & per alias rationes ibidem adductas, cæterù ſi ſufficiens non eſſet fundus ad integram præſtationem annuam, ſecus eſſet, Anna in ſingular.30: & 231. ſed ſi verba illius textus verè intuàtur, nil opitulari videntur; poſtquàm ibi reditum certum donans donauerat, ex poſſeſſionibus ſuis conſequendum, non alitèr nomina ipſarum exprimendo, donator, iubet Imperator ad euitandam incertitudinem, fundum tradi redditum inferre valentem, & hoc, vt donatarius certus ſit de reditu, & de fundo reditum integrum reddente, ad inſtar fructuarij, vel alimentarij, vt dixit ibi Gloſſ. ſuper verbo fundos tradere, quæ ſubdit, vt faciat coli, & fructus percipiat tot, quot ſufficiant ſingulis annis ad donationem, & demùm concludit Gloſſ. ipſa hoc, quando non nominauit certum fundum, aliàs ex eo darentur. In caſu autem, de quo agitur, tàm annuum reditum certum expreſſum habemus ducatorum ſeptuaginta, quàm fundum certum domus aſsignatæ, ſufficientis ad ſolutionem dictæ annuæ præſtationis donatæ, & in defectum ſuper alijs bonis donantis, & ſic textus in caſu iſto militare non videtur, prætereà caſus illius tex. diuerſificatur à noſtro, cùm ibi ſimplicitèr annua præſtatio donata fuerat, ſed in caſu noſtro cum dictione, in perpetuum, quæ ſui natura eſt, eſſe abſq; temporis præfinitione, vt ſuprà dictum eſt, & maximè ſi talis dictio geminata fuerit in contractu, prout in iſta donatione patet, non ſolùm bis, ſed pluriès repetita, nàm tunc infinitatem operatur, ità Romul. in tract. de teſtamen. precept. bon. extr. famil. alien. numer.175. & 176. Si enim quotiès fuerit promiſsio annuæ præſtationis facta, ſeù obligatio de per ſé perpetua ſit, & tranſitoria ad hæredes, vt fuſiùs proſequitur Gomeſ. loco citato, numer.46. cum ſequent. quod pluribus rationibus comprobat, at inſuper ſi eſſet dubia annua iſta præſtatio, adhùc perpetua iudicanda erit, ſic reſpondet Phicardus inter commun. opinion. libr. 7. titul. de acquirend. poſſeſsion. num.277. quem ſequitur Minſynger. ſingular. obſeruat. cent.1. obſeruat.69. num.11. formalia verba ſubnectendo, & ſi enim poſsibile ſit, vt vel altero, vel ſecũdo anno redimantur, tamen perindè poſsibile eſt, vt centum annis non redimantur, cuius multa extant exempla, cùm tamen redimendi facultas quandocunquè competat, ſi in inſtrumento venditionis, prout in talibus redimibilibus cenſibus, vel pẽſionibus apponitur, ſed planè incertũ, adeò quòd indefinitum fuerit appoſitum, talis cenſus perpetuus cenſebitur, per iura ab eo citata, igitur incertum eſſe ſit, ne futurum aliquid, an non, vt perpetuum in dubio cenſeatur, ita ſcribit Tiraquell. dicto tract. §.2. gloſſ.1. num.39. Ex quo omnes illud vbiquè aſſumunt, dubia, & incerta interpretari præſumi perpetua, firmat idemmet Tiraquell. dicto libr.1. de retract. gloſſ.14. num.120. & vltrà eos Regens de Curte in diuerſ. feud. §. redeundo igitur, ſub numer.11. de iſtis annuis redditibus memor, quantò magis in caſu iſto concludendum ſit, cùm verba non alitèr incerta, aut dubia ſint, ſed clara, ſic à donante expreſſa, cum dictione, in perpetuum, citra pactum redimendi. Prætereà & iſta donatio annuæ quãtitatis à patre filio contemplatione matrimonij facta, de ſe valida iudicatur, cùm nil patri quæratur, & ceſſat ratio acquiſitionis ſibi ipſi, ità Præſ. de Franch. deciſ.162. num.5. ad cuius præſtationem dùm ſe principalitèr obligauerit, & pro hæredibus ſuis in iſto contractu, videtur teneri actione perſonali, cùm ipſa obligatio ad ſolutionem annui reditus præcipua ſit perſonalis; & res cenſui obnoxia, acceſſoriè ſe habet, inquit Reg. Rouit. in pragm.1. de cenſibus, num.68. & ſucceſſiuè hæredes ſimilitèr actione perſonali tenentur ſoluere annuos redditus deſignatos ſuper aliquo fundo, etiam re perempta, Franch. deciſ.159. nu.4. & ità tales annui redditus non acceſſoriè ad principale, ſed de per ſe debentur, eo quòd illud capitale nullo modo debetur, vt ſingularitèr idem Franch. fatetur deciſ.254. ſub nu.8. quem ſequitur Marta voto 51. nu.7. & ſunt propria capitalia creditoris, ità tamen, vt iſtud capitale ducatorum mille nequaquàm redimi poteſt, abſquè ſpeciali pacto redimendi, Foller in dicta praxi cenſual. ſupr. huiuſmodi cenſ. nu 32. Marta vbi ſuprà, num.13. Etenim iſta donatio annuorũ introituum conſiſtit in proprietate annua, & annua tantùm præſtatio ſoluitur, Molfeſ. conſ.11. nu.14. cui etiam accedit longeua poſſeſsio exigendi annuos ducatos 70. huius donatarij viginti vnius anni continuè, multum coadiuuatiua iuribus ſuis, tàm in vita donantis, quàm poſt mortem ipſius per hæredes continuata, & licèt ad imponendum ſilentium patri exquiratur poſſeſsio 30. annorum, vt præſcripta ſit talis exactio, iuxtà opinionem aliquorum, vt per Balb. in tract. de præſcrip. 4. par. 4. partis quæſt.5. & Boetium deciſ.336. qui tres opiniones recenſet, adhùc contrarium fuit iudicatum, teſte Andr. Gayll. practicatum obſeruation. libr.2. obſeru.73. & ſequitur Minſynger. ſingular. obſeruation. centur.2. obſeruat.13. cùm propria ſit præſcriptio in annuis penſionibus vniuſcuiuſquè anni, ac vna, & vniformis pro omnibus, Gomeſ. vbi ſuprà num.45. & demùm poſtquàm ſuprà dictum eſt, donationem iſtam annuorum introituum valere factam cõtemplatione matrimonij, ità quòd donans poſsit in donatione apponere legem ſibi magis placitam, dũmodò iuri non ſit contraria, Andr. Molfeſ. in Conſuetud. Neapol. par.2. tit. de bonis, q.14. n.4. ſubnectit, non tantùm donationes tales ipſas pro lege ſeruandas eſſe, ſicuti partes contractus matrimonij,

nij, ſine quibus matrimonium non eſſet contractum, & ſunt pacta correſpectiua ad dotes, & ſunt adeò firmæ, & irreuocabiles, vt nec mariti, nec filij poſſint mulieribus præiudicare, ob quod ſemper fuerunt annullatæ cautelæ factæ in præiudicium talium donationum, & ſic paſſim iudicatum, ait Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dote, §. 2. num. 21. ſed etiam pacta, & conuentiones, & conditiones in eas adiectæ, prout eſt expreſſum in hac donatione annuorum introituum in perpetuum in beneficium donatarij, eiuſquè vxoris pro cautela dotiũ, & antephati, & ſucceſſiuè filiorum indè naſciturorum, nàm ſi eſſent redimibiles, eſſent cõtra pacta donationis, & proindè quamuis donatio taliter facta contemplatione matrimonij, ſoluto matrimonio remaneat ſimplex, nec conſideratur ampliùs intereſſe dotis; vt tradit Reg. Rouit. in pragmat. 1. de titul. abuſ. num. 167. Maur. iun. allegat. 35. num. 13. ità vt volens ſuccedere filius eius patri cum alijs cohæredibus, teneatur illam in collationem conferre, & ſucceſſiuè facta collatione, & indè diuiſione inter hæredes, aſſignata parte iſti donatario, remanerent cæteri hæredes immunes à ſolutione annuorum redditiuum dictorum ducatorum ſeptuaginta, nàm talis conſequentia non benè adaptatur; tunc enim collatio donationis faciẽda erit, quotiès vnus ex filijs fuerit donatione aliqua melioratus, vt proſequitur Vital. in tract. de collat. quæſt. 1. cum ſequent. In tantum eſt verum, quòd ſi nollet filius donationem illam conferre, tunc fratres ad illam maiorem æqualitatem reducerentur, vt ex mente aliorum concludit Matthæus Chetian. inter commun. opinion. lib. 6. tit. de collation. num. 35. & hoc fit, vt ęqualitas inter filios ſeruetur, & hac potiſſima ratione collatio introducta fuit, Vital. in dicto tractat. in princip. num. 5. Saporta in eodem tractat. in princip. ſub num. 3. ſed cùm in caſu noſtro non ſolùm iſte donatarius donationem ipſam à patre conſequutus fuit, ſed conſimiles eiuſdem ſummæ, cæteri fratres, & cohæredes, vndè fruſtrà hodiè reſpectu iſtarum donationum collatio fieri debet, ſed tantùm de reliquis bonis hæreditarijs, deductis priùs donationibus, prætereà cùm iſta donatio ſit facta contemplatione vxoris, & filiorum naſciturorum ex dicto matrimonio, ſubſequitur, eis ius quæſitum fuiſſe, & potiſſimùm ipſis filijs natis ex matrimonio, vt idem Molfeſ. dicto conſ. 11. nu. 33. ponderat, proptereà pater nullam retroceſſionem in eorum præiudicium facere poſſet, & ità plurimis rationibus cõcludit, & ſi faceret, non valerent, vt ſuprà dictum eſt, quinimmò faciẽdo pater iſte collationem donationis, dùm eſt vſufructuarius, retrocederet iſtam annuam ſolutionem, & de perpetua efficeretur redimibilis per diuiſionem, contrà formam donationis in præiudiciũ ipſorum, quod nullatènus fieri debet, & ſic ſpero, S. C. in hac relatione facienda iudicaturum, & ponam deciſionem in verbo reditus. Io. Baptiſta de Thoro I. C. Neapol.

Annus in materia legatorum alimenta comprehendentium, an incipiat à die mortis teſtatoris, vel à die trãſactionis initę per hæredem cum legatario; fuit deciſum, incipere à die mortis teſtatoris, Franch. dec. 155. Viu. dec. 85.

Annus, quo debetur medietas fructuum releuij, quomodò intelligatur, vel tempore mortis feudatarij, an alio tempore, ſecundum vnam opinionem fuit determinatum in Regia Camera, vnius anni deberi releuium, & non attendi tempus mortis, & Curia eliget vnum annum ex tribus, mortem feudatarij præcedentibus, tamen Domini de Camera ſeruant hodiè, illius anni releuium ſolui tempore, quo mortuus eſt feudatarius, ſi eo anno aliqui fructus percipiuntur ex feudo, vnius autem, quando nulli colliguntur, Frecc. de ſubfeud. in 3. author. nu. 28. lib. 2.

Annus regiſtrationis priuilegij an impediatur, prætextu litis motæ, quin non currat, fuit deciſum, quòd non, licèt tale impedimentum per litis obſtaculum fuiſſet per decretum ſublatũ, Reg. de Ponte in conſ. 34 ſi proceſſus, n. 6. & 7. vol. 2.

Annus deſignatus ad regiſtrandum aſſenſus, iuxtà formam pragmaticæ, non extenditur ad aſſenſus expediendos per Catholicam Maieſtatem, vt à die expeditionis currat, ſed tantùm à die, quo exequutoriatur in hoc Regno, & ità iudicatum in S. C. iunctis aulis pro Marchione Burgentiæ cum Duce Martinæ, Reg. Rouit. in pragm. 10. n. 4. de feud.

Annuus cenſus conſtitutus à patre, cum pacto de retrouendendo ſuper aliquo corpore feudali, an debeatur per ſucceſſorem in feudis tantùm, vel per omnes filios; fuit iudicatum in Sacr. Conſil. deberi per omnes filios, tanquàm hæredes, Franc. Viuius dec. 334.

Antephatum an lucretur effectualitèr per vxorẽ ob viri foriudicationem, vndè Cõſuetudines Neapolitanæ loquentes de morte, comprehendant foriudicatum; fuit deciſum per Sac. Conſ. quòd non, ſed de morte naturali ſunt intelligendæ, Franch. dec. 689.

Antephatũ an debeatur mulieri mortuo viro, ſi fuerit tantùm promiſſum conſtitui, non tamen conſtitutum, etiam ſi dos promiſſa fuiſſet, non tamen ſoluta; fuit deciſum, deberi integrum antephatum, etiam dote nondùm ſoluta pendente tempore ſolutionis, ſecùs tamen elapſo, Afflict. deciſ. 33. de qua meminit Grammat. deciſ. 97. vbi in ſimili caſu, aliàs refert fuiſſe deciſum ſua tempeſtate, de qua meminit Campagna in Capit. Regni Mulier dotarium, num. 26. & idem Grammat. in Conſuet. Quartam autem, in addit. incip. mulier etiam dote fol. 253. refert, id bis fuiſſe iudicatum, Ioann. Andr. Georg. allegat. 45. num. 20. Nunt. Pellic. in Conſuetud. Auerſan. cap. 4. num. 187. & 199. Vrſill. deciſ. 332. Molfeſ. in commentat. ad Conſuetud. Neapol. par. 7. q. 5. n. 3. & ſeq. Riccius in collectan. dec. 87. *Iacob. Gall. conſ. 123. n. 7. Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 17. num. 3.*

Antephatum an debeatur mulieri pro ea parte dotis ſolutæ, ſi fuerit tantùm deoſculata, nõ alitèr matrimonium conſummatum; fuit deciſum, deberi medietatem medietatis antephati, Afflict. in Conſtit. Mulier, quæ dotarium, nu. 32. vide alias deciſiones diuerſorum factorum, reſultantium ex hac materia infrà eodem verbo donatiua.

Antephatũ, ſiuè donatio propter nuptias an debeatur vxori mortuo viro, ſi dos ſoluta non fuerit in tempore promiſſo, exiſtente in mora vxore, factus eſt caſus diſſolutionis matrimonij; fuit deciſum, quòd debeatur pro ea quantitate, & rata, quantum fuerit dos ſoluta; cæterùm ſi nil fuerit ſolutum,

nil debeatur elapſo tempore ſolutionis dotis promiſſæ, Afflict.deciſ.242.Grammat.in Conſtitut. Si aliquis Baro, & ita alias per Sapiẽtes Regni olim fuit iudicatum, & per Bartholomæum de Capua in Capit. Mulier dotarium, quem ſequitur Afflict. in cap.1.ſub num.31. de natur.ſucceſſ.feud. vbi limitat, id verum eſſe, niſi per maritum ſtetiſſet, quominus exequiſſet, tũc deberetur antephatum, etiam non ſoluta dote in totum promiſſa, & id ſequitur Nunt. Pellicc. in Conſuetud. Auerſan.cap. 4.num.198. Gamma deciſ.Luſitan.370.num.2. vbi refert, ſecundum prædictam deciſionem iuſſe ibidem iudicatum, Cannet.in extrauagant. Sicil. Volentes §.ſed quid ſi, num. 1. Maſtrill.deciſ.Sicil.73. num.12. Pariſ.conſ.95.volum.2.num.2. Intigliol. deciſ.Sicil.5.num.14. Molteſ.in Conſuetud.Neapol.par.7.q.5. Riccius in collectan.deciſ.87. Ant. Fab.in Codic. tit.de pact.conuent. definit.1. Fuſcus ſingul.69. lit.A. *Iacob.Gall. conſ.123. num.6. Alex.Treatacinq.var.reſolut.lib.3.tit.de cenſ.reſolut.3.num.12. Barbat.de diuiſ.fruct.par.2.cap.3. n.125.*

Antephatum an debeatur mulieri, ſi dos fuerit tantùm promiſſa, & non ſoluta, ſi pendente tempore ſolutionis matrimonium ſolueretur; fuit deciſum, quod debetur, Afflict.deciſ.333. & ibi ſingulariter Viſil. ſub num.2. tradit, in alia cauſa etiam obtinuiſſe, benè verum limita prædicta, ſi promiſſores fuiſſent in mora ſoluendi, & marito aliquid non potuiſſet imputari, quia tunc mulier non lucraretur antephatum, & ità inquit fuiſſe deciſum, ad iſtam deciſionem Afflict. concordat Grammat. in Conſtitut. Si aliquis Baro, num.9. & in Capit. Regni Mulier dotarium, nu.13. & ibi Campagn. num.90. Io.Andr.de Georg.in alleg.45. num.10. idem Grammat.in deciſ.97.num.5. Valaſc.deciſ. Luſitan. conſultat.3.num.5. Afflict.in Conſtitut. Mulier, quæ dotarium, num.6. Pariſ.conſ.95.vol. 2.num.43. Andr.Molfeſ.in commentar. ad Conſuetud.Neapol.par.7.quæſt.6.num.7.& 12. Riccius in collectan.deciſ.87. Anell Amat. conſ.92. ſub num.2. *Iacob.Gall.conſ.123.num.7. Borrell.in ſumm.deciſ.tom.3.tit.7.num.36. Franc.Hieron.de Leo deciſ.Valent.17.num.3. Cancer. var.reſol.tom. 1.c.9.num.82.& ſeq.Seſe deciſ.404.num.74.Barbat. de diuiſ.fruct.part.2.cap.3.num.127. Episc.Marant. in reſponſ.12.part.2.num.4.*

Antephatũ vxori viduæ ſi ſit aſſignatũ per filios diuerſi matrimonij, qui aſſeruerunt, illud dare in proprietatem, quod promiſit vidua conſeruare, & poſt mortem ſuam reſtituere vni ex illis, illum nominando, an talis reſtitutio procedat; fuit deciſum in Conſilio olim Ducis Calabriæ, quòd non obſtantibus dictis verbis, in proprietatem, & illis verbis, reſtituere Titio, qui erat vnus ex dictis filijs, debeat dictum antephatum reuerti ad filios vtriuſquè matrimonij, propter illa verba, ſecundùm Conſuetudinem, quæ declarat omnia præcedentia, Anton.de Alex.in addition.ad Conſuetud. Quartam autem, incipien. ad hanc Conſuetudin.fol.249.

Antephatum an lucretur quòad proprietatem per vxorem ſecundam mortuo viro, relictis filijs ex prima vxore, non ex ſecũda; fuit iudicatum, quòd lucretur quòad proprietatem, Anton.de Alex.in addit.ad Conſuetud. Si tamen contingat, in tit. commun. diuid. incip. nota ex hac gloſſ. fol. 385. de qua meminit Franch. deciſ.621.

Antephatum matri, filio præmortuo, an iure hæreditario acquiratur, vel ex iuris diſpoſitione, virtute pacti; fuit deciſum in Sac.Con. antephatum mortuis filijs matri competere, non tanquam hæredi, ſed virtute pacti, Fabius de Anna conſ.74. in hac cauſa, vbi in fine num.16. ponit deciſionem in facto contingenti, Riccius collect.deciſ.777.

Antephatum an debeatur, ſi pater promiſerit dotẽ, & vir confeſſus fuiſſet, recepiſſe, & conſtituiſſet antephatum, vndè pater fecerat inſtrumentum mutui; fuit deciſum, deberi, eo quia illa confeſſio habetur, ac ſi eſſet vera ſolutio, Io. Angel.Pifanell. in addit.ad Afflict.deciſ.242. & meàus 323. Molfeſius in commentar. ad Conſuetud.Neap. par.7. quæſt.6.num.13. *Borrell.in ſumm.deciſ.tom.3.tit.7. num.40.Riccius collect.2219.part.6. Barbat.de diuiſ.fruct.part.2.cap.3.num.128.*

Antephatum, ſiuè donationem propter nuptias an perdat maritus, qui vxorem ſuam ſub ſalſo adulterio interemit, & eo viuente applicetur hæredibus mulieris, ſtante promiſſione illius in capitulis matrimonialibus; fuit in Collaterali Conſilio ad relationem Regij Auditoris Campi deciſum, maritum perdidiſſe antephatum, & ſucceſſiuè condemnatum ad ſolutionem quantitatis illius, in qua fuit cõſtitutum in beneficium hæredum mulieris, Reg.de Ponte deciſ.14.maritus, vbi num.7. ponit deciſionem, Andr. Molfeſ. in comment. ad Conſuetud.Neapol. par.4.q.47.num.25. & par.7. q.13. Philipp.Paſchal. in tract.de virib.patr. poteſt.par.1.cap.5.num.84. *Fontanell.de pact.nuptial. clauſ.7.gloſ.1.par.1.num.77.*

Antephatum, ſiuè donatio propter nuptias debitũ mulieri, exiſtentibus filijs quòad vſumfructum tãtùm, ſi aliquis ex filijs debita contraxerit, & poſteà deceſſerit, mortua matre, & conſolidaretur vſusfructus proprietati filij debitæ, an pars filij decedentis per creditores vendicari poſſit; fuit deciſum pluriẽs, vt retenta portione proprietatis antephati pro ſe, per filium exiſtentem alia portio tãquam hæreditaria obnoxia ſit creditoribus defuncti, Franch.deciſ.106. Fab.de Anna in conſ. 74. num.7. Molfeſ.in commentar. ad Conſuetud. Neapol.par.7.q.2.num.8. *Borrell. in ſumm.deciſ. tom.3.tit.7.n.98.*

Antephatum conſtitutum per virum vxori in forma conſueta, an debeatur eidem vxori ſuper dotibus maternis viri ſui, ſi dictus eius vir patris hæreditatem adiuerit ſine beneficio legis, & inuentarij, ità quòd ſit obnoxius creditoribus patris, etiam de proprio, tantòq; magis cùm dictus vir poſt mortem patris remanſerat debitor in dotibus maternis, & mortua matre ipſemet ſucceſſerat, ob quod patrimonia ipſa, & bona confuſa eſſe cernebãtur, & ſucceſſiuè omnis hypotheca extincta, fuit iudicatum in fauorem vxoris pro conſequutione antephati, Reg.de Ponte conſ.143.Io.Hieron.vol.2.

Antephatum certum conſtitutum per virum eius vxori, non tamẽ contemplatione dotis, ſed matrimonij, & per virum etiam vxori legatum in teſtamẽto, an integrũ debeatur, ſi dos fuerit diminuta ex cauſa euictionis paſſæ ſuper fũdo dotali; fuit p S.R.C.deciſũ, nõ integrè deberi, in cauſa D.Iuliæ Monachæ Comitiſſæ Miſanci cũ eius filio Comte,

re,referente Regio tunc Conſiliario Vincentio de Franchis, vt eſt videre in allegationibus deſupèr factis in verbo dotis reſtitutio. Ioan.Baptiſta de Thoto I.C.Neapol.

Anterioritas, ſiuè potioritas ſecundi creditoris ad excluſionem alterius creditoris prætendentis,eſſe anteriorem in tempore ex contractu per prius geſto,de quo,non appatebat inſtrumentum mentionatum in ſequenti contractu inſtrumentali,ſtipulato poſt contractum concreditionis, an operetur, data inualiditate ſubſequentis contractus fœneratitij, item per ipſummet ſecundum inſtrumentum fuiſſe primum ſublatum, ſolutione facta, & ſi pro reſiduo ſummæ pro augmento eſſent reſeruata iura anteriora,data mora augmenti non ſoluti, licèt non commiſſa,ob incertitudinem diei, fuit deciſum, operari in fauorem ſecundi creditoris,at cùm fuiſſet certa pecuniarum quantitas liberata dicto primo creditori, reſtitutionē illius ſecundus obtinuit,non obſtante petita in integrum reſtitutione,& iterùm pro eo iudicatum in Sacr.Conſil. dùm fuiſſet de nullitate dictum in cauſa Marchionis Celentiæ cum Guindatio creditore Fabritij Cicchetti, in Banca de Ferrarijs,Anell.Amatus in conſ.66.ſententiam,vol.1.

Aperturam, ſeù feneſtram habens aliquis in domo ſua iuxtà Curtile alterius vicini,aſpectum habentē ad dictum Curtile, ſi extollere vellet altius, poterit,patitèr & alteram feneſtram ſuperius facere directam,iuxtà Conſuet.Neap.ſed an Conſuetudo prædicta procedat per contrarium; ita vt habens aperturam ſuperius, poſſit inferius aliā facere directam; fuit deciſum,quòd ſic, dummodò illam cancellet,nè de facili habeat introitum,& exitum ad Curtim, vel hortum vicini, Afflict. dec.224.& Ioann. Angel.Piſanell. in addit.ad Afflict.hic, ſeù deciſ.223.refert,contrà deciſionem poſteà fuiſſe deciſum.

Apocha, ſiuè albaranum trino teſte notata,ſi nō fuerit benè per eoſdem teſtes verificata; ſed dumtaxàt contenta in ea,an probet, verificata veritate eiuſdem apocæ per alias probationes; fuit deciſū, quòd ſic, Franch.dec.95.n.6.vbi ponit deciſiones vtriuſq; caſus,Ricc.in collect.dec.19.

Apocha à tertio ſcripta,& ſignata per debitorem,& ſubſcripta per tres teſtes,quibus examinatis deponunt,eſſe ſubſcriptionem manu ipſorum,& quòd debitor in præſentia creditoris rogauerit ipſos,vt ſubſcriberent apocham, quam dicebat debitor,& creditor fuiſſe ſubſcriptam manu debitoris, an plenam fidem faciat; fuit deciſum,quòd ſic,Afflict. dec.104. Anton.Gabriel.lib.1. concluſion. tit.de probation,concluſ.9.num.11.Regens Tapia in rubr.de apoc. ſuper pragm.63. §.item ſi ſupplica, nu.4.de Offic.Procur.Cæſar.in Iure Regni,Iacob. Menoch. de arbitr. iud.lib.2.centur.2.caſ.114.nu. 22.Hieronym.de Laurent. deciſ. Auenion.152.nu. 9.Ricc.in collect.dec.19. Marcell. Calà in tract.de modo articul.& proband. gloſ.vnica,§.2.nu 645. Veſtrius in praxi Roman. lib.6. cap.1.ſub num.8. Crauet.de antiq.temp.par.1.verſ.quæritur etiam, n.75.*Fontanell.de pact.nupt.clauſ.6.gloſ.3.p.6. n.18.*

Apocha verificata per teſtes aſſerētes, nō interfuiſſe tempore confectionis, ſed habere notam manum ſcribentis,an fidem faciat in iudicio;fuit deciſum, nullam fidem facere, Affl. deciſ.191. Grammat. deciſ.84. Viuius in ſylua commun.opin. verbo teſtes,in opin.889.num.4.Ioſeph Ludouic. deciſ.Peruſ.7.num.19. Valaſc.deciſ.Luſitan.177.nu.4.Regens de Ponte deciſ.38.nu.32. Muſcatell.in praxi Sac.Conſ.lib.1.par.7. gloſ.præſentatas,nu.10. Petr.Caball.reſolut.crimin.centur.3.caſu 251.n.5. & ſeq.Pariſ.conſ.27.vol.2.num.51.Marc.Anton.Bellon.deciſ.Genuæ 9.num.1.& dec.18. & 134.& meliùs deciſ.84.num.2. Triuiſan.deciſ.Venet.52.nu. 9.Ricc.in collect.deciſ.19. Marta vot.45. Riccius collect. 774. Anell.Amat.conſ.45.num.14.Iacob. Machell. patroc.58.num.6. Theſaur.lib.1.quæſt. forenſ.q.24.nu.6.& 13.*Pereir.dec.Luſitan.79.nu.1. Reg.Capyc.Galeot.controuerſ.29.n.13.tom.2.*

Apocha Banci ſubſcripta per Notariū nomine alterius de eius mādato cum tribus teſtibus, qui recognouerant eorum ſubſcriptiones, an habeat exequutionem paratam, iuxta pragmat.ſi principalis neſciret ſcribere;ſed Notarius nomine ipſius ſcripſerit,& licèt nō credatur aſſerenti,ſe ſubſcripſiſſe cedulam nomine alterius; fuit tamen contrarium deciſum in S.C. vt Regens Carol.Tapia refert in iure Regni tit.de apoc.ſuper pragmat.63.de offic. Procur.Cæſ.§.item ſi ſupplica,nu.3.*Viſcont.in ſuis concluſ.verbo apocha.*

Apocha Titio facta per Seium,& Caium,ſi fuerit per eundem Titium Sempronio girata,addendo,quòd ſi prędicti Seius,& Caius non ſoluerint,ipſe ſolueret,an locum vendicet pragmatica apocharū cōtra Titium,non facta requiſitione à primis Scribētibus;fuit in Sac. Conſ. iudicatum ad relationem M.C.V.non eſſe locum pragmaticæ, non facta requiſitione à primis Scribentibus,Reg.Carol.Tap. in Iure Regni, tit.de apoc.ſuper pragm.63. de offic.Proc.Cæſ.§.item ſi ſupplica,nu.4.verſ.item fuit dubitatum in S.C.

Apocha Banci an habeat exequutionem paratam, ſi in ea fuerit dictum, pro patrocinio præſtando; fuit deciſum contra Aduocatum, nàm oportebat probare,patrocinium fuiſſe præſtitum,Andr.Molfeſ.in addit.ad Conſuetud. Neapol. par.8.quæſt.4. num.12.

Apocha Banci facta per minorem cum conſenſu curatoris, an habeat exequutionem paratam, iuxtà formam Regiæ pragmaticæ; fuit iudicatum in S.C. referente Conſiliario Quiros, quòd non,in cauſa Paſchalis Caputi, & Decij Criſconi cum Franciſco Antonio Maſullo,Reg.Rouit.in pragm. 63.§.item volemo,nu.36.de offic.Proc.Cæſ.

Apocæ recognitio an cenſeatur facta per contumaciam, præuijs tribus decretis cōminatorijs, vt locum vendicet Reg.pragmat. circà exequutionem paratam,& licèt fuerit aliàs deciſum in S. Conſil. quòd ſic,Franch.deciſ.502. vt infrà in verbo debitor,tamen contrarium poſteà fuit deciſum in eodē S.C. vt poſt contumaciam debeant examinari teſtes,vel citandus principalis ad recognoſcendum perſonalitèr,aliàs ceſſaret diſpoſitio Reg.Pragm. Io.Iacobus Maſullus in addit. ad Capyc. in deciſ. 139.n.12.*Hect.Capyc.Latr.dec.111.n.24.*

Apoſtillam faciens in apocha, qua pęna ſit plectendus,in occurrenti caſu fuit per M.C.V. condemnatus ad deportationem vita durante in Inſulam Enatiæ quidam qui apoſtillauerat apochā;ſed demùm habita remiſſione Partis,elapſo tempore viginti annorum gratiam obtinuit ab Ill.Prorege

Camill.Borrell.conſ.25.rogo,n.47.in fin. Ad iſtam materiam vide Farinac.in eius prax. crim. tit. de falſit.& ſimulat.contr.q.153.p.1.

Appellans ab interlocutoria Iudicis Regij ad S.C.an debeat condemnari in expenſis,ſi per Iudicem appellationis, hoc eſt per S.C. fuit dictum, benè iudicatum, & malè appellatum; fuit deciſum,quòd ſic,Affl.deciſ.42. Regens Tapia in ritu 91. Item ſeruat ipſa Curia,nu.6. & in pragmat.Odia litium nu.18.Muſcatell.in praxi S.C.lib.2.par.1.gloſ.ſententia, num.25.& par.3.gloſ.reformando,num.52. Ricc.collect.dec.1311.

Appellare an poſsit inquiſitus de homicidio conuictus,non tamen confeſſus à ſententia mortis,& vigore ritus Mag.Cur.Vic. non debet, tamen habita maxima diſcuſsione ritus prædicti, qui aliquando in obſeruantia nõ fuit,per Reg.de Colle, & veto Mag.Cur.fuit admiſſus recurſus, & cauſa commiſſa in Sacr.Conſ. à quo dato breui termino fuit ſententia confirmata,Minad.in deciſ.27. Extat,& in Conſt.In aliquibus,in primo notab. nu.54. aſſerit, in Sac.Conſ. iudicatum fuiſſe, quòd ritus M.C. tollens appellationem in cauſa homicidij, non tollat recurſum, nec cenſeri ſublatam eſſe defenſionem,Maſull.in add.ad Capyc,in dec.144.n.2.

Appellari an poſsit à ſententia in poſſeſſorio;fuit deciſum, quòd de iure canonico non eſt dubium, quòd poſsit appellari à tali ſententia;ſed de iure ciuili licèt appelletur, non tamen retardatur exequutio,qua facta Iudex appellationis cognoſcit de iuſtitia,& iniuſtitia cauſæ,Afflict.dec.269.Franch. deciſ.193.n.8. & dec.288. in princip.& Campagn. in Capit.Regni Subditorum noſtrorum. poſt num. 138.Anton.Gabriel.lib.5.in tit.de reſtitut. ſpoliat. concluſ.5.num.155.Cacheran. dec.Pedemont.25. num.2.Menoch.de retinend.poſſeſ.remed.3.num. 843.Andr.Gayll.pract.obſer.lib.1.obſer.147. Rot. Bonon.Beuint.concl.17.Ioſeph Ludoui. deciſ.Peruſin.20.num.15.in fi.Pariſ.conſ.109.vol.1. nu.14. Hieronym.de Laurent.deciſ.Auenion.73. & 165. num.9.Ioa.Franc.del Caſtillo deciſ. Sicil.42. num. 10.Ricc.in collect.deciſ.167. Peregr.deciſ.Patau. 97.num.17.& deciſ.98.num.4.Grauat.ad Veſtr.in prax.Rom.lib.7.c.3.num.38. Maur.Iun.alleg.87. Cagnol.l.in pari,num.5. ff.de regul.iur. Giurba deciſ.Sicil.19.Lancel.in tract.de atten.par.2.c.12. lim.25.alios citat Alphan.Peruſ.collect.172. *Cancer.variar.reſol.tom.1.c.17.num.18. Viſcont. in ſuis concluſ.ver.appellatio,Epiſc.Campanil.in diuerſ.iur. can.rub.8.cap.3.num.12.*

Appellari an poſſit à ſententia liquidationis intereſſe,ex cauſa alterius ſententiæ condemnatoriæ ad intereſſe liquidandum;fuit deciſum,quòd ſic,quia per iſtam ſententiam infertur nouum grauamen, Vrſill.dec.35.ſub nu.2.Muſcat.in prax.S.C. lib.2. par.1.glo.poterit, nu.12.

Appellari an poſſit à ſententia liquidationis certæ quantitatis, licèt prima ſentẽtia,per quam fuerat facta condemnatio ad aliquid liquidãdum,fecisſet tranſitum in rem iudicatam;fuit deciſum,quòd ſic,Vrſill.dec.157.ſub num.3.Muſcat.in prax.S.C. lib.2.par.1.glo.poterit,num.13. Ric. collect.deciſ. 1311.

Appellari an poſſit à decreto ſuſpitionis Officialis, quamuis non admittatur, tamen fuit admiſſa appellatio Fiſco cõquerente de nullitate decreti ſuſpitionis reiectæ,vt tradit Iul. Cæſ. Comus in addit.ad Nuntium Tartagl.in pract.ciuil.c.6. incipijs,quæ de appel.in fi.& ità nouiſſimè exiſtente pragm. vitante appellationes à decretis ſuſpitionum,non prohibentur nullitates ipſorum proponi,vel quando de notoria iniuſtitia conſtaret,vt in plurimis cauſis deciſum tradit Reg. de Ponte deciſ.30. num.12.

Appellari an poſsit à ſententia Principis ad relationem Doctoris,commiſſa cauſa eidem cum clauſula,quòd faceret iuſtitiam nomine Regio, vel habeat exequutionem paratam,nõ obſtante appellatione ipſa;fuit decretum, ſententiam non obſtante dicta obiectione eſſe exequendam; Capyc.dec. 111. Ant.Gabriel. lib.2. tit.de appellat.concluſ.1. Gramm.deciſ.35. n.3.Maſtrill.deciſ.Sicil.32.num. 6.Muſcatell.in praxi S.C. lib.1. part.7. gloſ.condemnando,num.103.Farinac.in eius praxi crimin. tit. de vat. & diuerſ.quæſt.in 101.quæſt.cap.1. ſub n.76.& ſeq.Ricc.collect.dec.1311.

Appellari an debeat per cõtumacem infrà decẽ dies à die citationis,hoc eſt ſcientię,vel à die ſententię; ſubdiſtinguendo concluditur,quòd aut in citatione ſit peremptorium expreſſum,vel trina monitio interuenerit,quæ operatur vicem peremptorij,vel Iudex viua voce mõnuerit partes ad audiendam ſentẽtiam,quæ monitio habet etiam effectum peremptorij,& non poteſt à tali prolata ſentẽtia appellari,aut citatio non eſſet peremptoria, & ſententia eſſet nulla,& tunc contumax admitteretur, Capyc.dec.139.vſq; ad n.3. Vrſill.dec.344.n.2.

Appellari an poſsit à decreto S.C.per quod prouidetur circà exceptionem reſeruatam ad merita cauſæ,circumſcripta diſtinctione, aut eſſet talis exceptio intricata, aut non; fuit deciſum, quòd procedatur vſq; ad ſententiam, & tunc diſcutietur de exceptione, & cauſa principali,Anna in ſing. 605. fuit dubitatum,Ricc.coll.dec.1311.*Ant.de Amat. var.reſol.to.2.reſol.80.nu.5. Reg.Merlin.controuerſ. forenſ.cap.96.n.9.*

Appellari à decreto torturæ non ſolùm permiſſum eſt, ſed etiam à comminatione ipſius, & ità Iudex ſuperſedere debet, proùt quotidiè practicatur, & obſeruatur potiſſimùm in M.C.V. vt refert Carauit.in rit.259. n.14. Gramm.ſuper.Cap.Regni fol. 133.n.4.quos citat Iul.Clar.lib.5.§.fin.q.64.nu.26. & latè Proſper Farinac.in tit. de indit. & tortur. q.38.num.15. & alia vide infrà eodem verbo appellatio, & Conſtantin. Pap. in tract.de Arbitr. M.C.V.c.2.n.77.

Appellatio interpoſita à decreto habilitationis à iuramento;an ea pendente, in cauſa procedi poſſit; fuit deciſum per S.C.quòd ſic, Franch.deciſ.602. Ricc.collect.dec.1311.

Appellatio ſi ſit interpoſita per querulantem abſoluto inquiſito, an in Fiſci præiudicium,qui non appellat in Regno, poſsit tacitè, vel expreſsè illæ renunciati;fuit deciſum, quòd ſic per S.C. Franch. dec.658.Carrab.ſing.18.de ſyndic.*Guazz. in tract. ad defenſ.reor.in 2.defenſ.c.1.n.3.*

Appellatio cùm ſit eiuſdem naturæ, ſicut cauſa principalis,ſi per horas proceditur in cauſa principali, an eodem modo procedi debeat in cauſa appellationis;fuit deciſum per Sac. Conſ. quòd ſic, Franch.deciſ.520.Ioan.Franc.Capiblanc. in pragm.8. num.54.de Baronib.Muſcatell.in pract. Sac.Conſ. lib.2.

lib.2.par.3.gloſ.inſtantia,n.12. Riccius in collect. deciſ.620. *Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.4.gloſ.11. nu.72. Palma in diuerſ.iur.commun. & Regni, gloſ. 9. num. 46. vbi refert de hoc obſeruantiam in facto occurſo.*

Appellatio vnius, an prodeſt alteri non appellanti, quando ſententia vnum capud tantùm contineret, vel plura annexa, vel connexa, fuit dictum, quòd ſic per Sacr.Conſil.Franch.deciſ.467.Iul.Cæl.Imbrian.in tract. de repulſ.par.1. conſid.2. num.14. Peguer.deciſ.Cathalon.194.nu.11. & 15.

Appellatio ſi non detur à ſententia ſuſpitionis, an detur ab incidentibus cauſæ ſuſpitionis; concluditur, quòd quando grauamen, quod infertur in incidenti, non poteſt in diffinitiua reparari, in tali caſu poſſe appellari, ſecus è contra, & itá intelligitur pragmat. de ſuſpition.Official. Franch. deciſ. 408. meminit Reg.Scipio Rouit.in pragm.1. de ſuſpition.Official. Reg.Tapia in pragm.22. nu.7. de offic.Procurat.Cæſar. & in nouella pragmatica ex lib. notam. Sacr. Conſil. collecta, incip. Magnifice, Circumſpecteq. vir, ſub tit.de ſuſpit.Official.Riccius in collect.deciſ.167.& 770.*Fontanel. deciſ.26.nu.8.*

Appellatio denegata à inte falſificātibus monetam, an ſit concedenda expendenti monetam falſam, fuit deciſum per S.C.quòd ſic; Franch. deciſ.351. Reg.Scip.Rouit. in pragm.1.de monetis, Ricc.in collect.deciſ.172.

Appellatio, ſeù reclamatio an detur in cauſa libertatis, fuit deciſum, quòd ſic, Franch. deciſ. 684. Ricc.collect.deciſ.1311.*Nouar.in Coll. ſuper prag. 1.n.37.de abolit.*

Appellatio an poterit deſerta declarari, ſi elapſum eſſet tempus à Iudice appellationis abbreuiatū, & non fuerit proſequuta appellatio, nec paritum termino à Iudice præfixo; fuit deciſum, quòd ſic, Affl.in Conſtit. Appellationum tempora, n.5.Muſcatell.in praxi S.C.lib.2.par.1.glo.proſequendū, n.20.Caran.in rit.251.n.5.

Appellatio ab interlocutoria an cenſeatur deſerta, ſi proceſſus non fuerit preſentatus infrà quinquaginta dies, iuxtà formam Conſtit.Regni; fuit concluſum, ex quo in S.C.adeſt ſtylus, quòd ſentētiæ, tam diffinitiuæ, quàm interlocutoriæ reuideantur ex eiſdem actis, quādo cauſa eſſet deſerta ob modicum tempus, quòd reuideatur ſententia ex eiſdē actis, Affl.dec.79.& 243.n.5.Reg.Tap.in Conſtit. Appellationum tempora, n.9.& 10.refert fuiſſe reuocatum decretum M. C. V. quòd reuideretur cauſa ex eiſdem actis, cùm hoc tantùm competat S.C.propter Regis aſſiſtentiam, non cæteris Tribunalibus videtur eſſe permiſſum, Ricc. collect.deciſ.1734.Viuius in ſylua comm. opin.in opin.57.appellatio, ſub n.1.verſ.& hinc eſt, Annibal Troyſ.in rit.260.n.2.Muſcat.in prax. S. C.lib. 2.par.1.gloſ.proſequendum, n.95. Dueñ.regul.47. Cachet.deciſ.Pedemont.177.n.12.Fuſcus in ſing. 72.lit.A.vbi aliam deciſionem factam in M.C.V. refert, Carrab.ſing.8.

Appellatio deſerta in S.C.rarò, aut nunquàm declaratur, quin ſaltem antè aliqualitèr de odore cauſæ cognoſcatur, tamen contrarium in facto fuit deciſum, quòd non obſtante appellatione interpoſita mediante decreto S.C. introducta in eodē S.C.& hoc nō alitèr viſis, ſeù auditis meritis cauſæ, ex quo fuerat elapſum magnum tempus poſt dictam introductionem, & appellās non curauit, cauſam expediri facere, Vrſill.dec.50.n.3.Muſcat. in praxi S.C.lib.2.par.1. gl.proſequendum, n.104.

Appellatio ad effectum retardandæ exequutionis, & ſic in poſſeſſorio in interdicto retinendæ non datur, non tamen procedit, quādo appellatur à poſſeſſorio ab ordinato proceſſu, quod tantum eſt dicere, quantum ſi diceretur de nullitate. Itē ſi fuiſſet appellatum à ſententia condemnatoria fructuum, & intereſſe; nam tunc reſpectu ipſorum ſic ſuſpènſio, & itá fuit deciſum in S.C. in occurrenti caſu tradito per Vrſill.dec.269.ſub n.1.in medio, vbi ſingularitèr declarat, quod quando ſententia condemnatoria feciſſet tranſitum in rem judicatam, vel quando ſententia lata ſuper poſſeſſorio à Iudice inferiori fuiſſet approbata à S. C. cauſa cognita, parte audita, quia tunc pars aduerſa non audiretur in petitorio, niſi facta exequutione in fructibus, ſecus quando ceſſarent prædicta.

Appellatio an proſequi poſsit per appellātem à ſentētia, ſeù decreto lato ſuper poſſeſſorio, quod fuit jam exequutum, non obſtante appellatione fuit deciſum, eſſe admittendum appellantem ad proſequendam appellationem, Capyc.dec.34. Viu.in ſylua comm.opin.opin.80.bannitus, n.3.Scaglion. in rit.260.n.15.Alphan.Peruſ.collect.172.

Appellatio an debeat admitti à decreto M.C.V.per quod fuit denegata dilatio abſentię, & reputatus quis cōtumax, & dū fuiſſet denegata audiētia à Præſide S.C.conſanguineis, & amicis, habito recurſu ad Proregem, iuſsit, rem tractari in Collaterali Conſilio, in quo fuit deciſum, non eſſe denegandam appellationem à decreto, per quod fuit reputatus quis contumax, ex cauſa denegatæ dilationis ad perquirendum delinquētes, vel abſentiæ, cuius ratio fuit, nam ſi amicis licet, vel conſanguineis pro inquiſito, antequàm ſit contumax reputatus, hac exceptione vti, quam iuris canones admittunt, ſequitur, vt ijdem ad Superiorem poſſint habere recurſum, Reg. Tap. in annot. ad Conſtit.Contumacem ciuili, ſuper verbo appellationis remedio, n.3.& 4.

Appellatio regularitèr admittitur à decreto torturę, & licèt plura requirātur, vt ex proceſſu informatiuo poſsit ad torturam procedi, ſecundùm Campagn.in Cap. Si cum ſcelctatis; ea tamen omnia nō requiri, ad hoc vt ex proceſſu informatiuo poſſit ad torturam procedi, tradit deciſum Franch. dec.143.n.20.nàm tantùm attēditur grauitas delicti, qualitas perſonæ, & quòd adſint indicia ſufficientia, vt ēt tradit Affl.dec.391.n.20. & itá hodiè ſeruatur tàm in M.C.V.quā in S.C.vbi quādo quis appellat à decreto torturæ ad S. C.diſcutiūtur grauitas delicti, qualitas perſonæ, & ſufficientia indiciorum, Reg.Tap.in annot.ad d. cap.nu.1. & in §.item atteſo n.2. iterùm citando deciſ. de Franch.143.circa illud quæſitum, ſi fuerit appellatio interpoſita ad S.C.à decreto M.C.de torquēdo Neapolitanos ex proceſſu informatiuo, obtenta diſpenſatione, an S. C. ad relationem M.C.V. poſsit cognoſcere circa validitatem decreti, tàm de qualitate delicti, quàm de indicijs; concluditur, poſſe cognoſcere ſolùm, ſi extant indicia ſufficientia, vel nè, quia ſuper qualitate delicti fuit cognitum iàm per Collaterale Conſilium, & diſpē-

ſa-

factū per Proregem,& ità ſeruari vidiſſe ait, Maur. Burg. in tract. de modo procedendi ex abrupto q.64.ſub n.14.

Appellatio an admittatur, ſi fuerit cauſa commiſſa per Principem, remota appellatione, & licèt de iure canonico non videatur omnis appellatio remota, quod ſecus eſt de iure ciuili, quod hoc caſu intelligi debet,& limitari ſecundùm ius canonicū, nam hæc remotio appellationis nihil operatur quòad Principem, & ideò ſi condemnatus appellet cum inſertione cauſarum, quæ legitimè apparent, tunc ſi Principi videbitur, vel Conſilio, recipiet appellationem, & inhibebit, prout in Conſilio obtinuiſſe ait Paris de Puteo in tract. de ſyndic. verbo, an ſi ſtatuto ſuperioris, ſub num.3. ſubdens, quòd appellatio fuit recepta, facta exequutione, vel depoſito quantitatis condemnatæ.

Appellatio à ſententia poſſeſſorij an ſit admittenda, vtputà ſi fuerit petitum per debitorem à creditore per viam poſſeſſorij, vt cùm ſatisfactum ſibi tunc eſſet de debito, à pignoribus diſcederet, lataque ſententia fuit per Iudices delegatos, in qua declarabatur, creditori de debito ſatisfactum fuiſſe per debitorem,& ideò condemnabant eum ad poſſeſsionem petitam, à qua dùm fuiſſet appellatum, dubitabatur, ſi appellationi erat deferendum, & licèt videatur concludi, quòd non; tamen contrarium in Conſilio Regio obtinuiſſe fatetur Luc. de Penna in l. vnica, num.6. C. de ſumpt. recup. lib.11. eum citat Piſanell. ad Afflict. deciſ.269.

Appellatio à ſententijs Officialium feudorum Eccleſiæ, ad quem Iudicem, vel ad Eccleſiaſticum, vel ad ſecularem ſuperiorem Iudicem dirigenda ſit, nulla quidèm apparente inueſtitura, vel cōceſſione dictorum feudorum. Pro deciſione quæſtionis præſuppōnendum erit, feudum ab Eccleſia poſſeſſum, vti allodiale poſſideri, non autem in feudum, ſicut cęteri putarunt, & attenta hac firma concluſione; concluditur, appellationes cauſarū iuriſdictionis, quā Eccleſia tenet in Regno, licèt in allodium, ſpectare ad Principem,& ſucceſsiuè ad eius Officiales, prætérquàm ſi conceſsio eſſet facta Eccleſiæ Romanæ, quarè iuxtà prædicta in Regio Collaterali Conſilio fuiſſe concluſum, atq; deciſum affirmat nouiſsimè Reg. de Ponte in deciſ. 2. fuit dubitatum, vbi in fine tradit deciſionem. Ad materiam vide Capiblanc. in pragm.1. nu.33. de Baron.

Appellatio à grauaminibus illatis per Officialem alicuius Terræ, qui extrà officium ipſum maiorem dignitatem habet, an dirigenda ſit Officiali reſpectu officij, qui incompetens redderetur ob dignitatem alteram ab ipſo Officiale poſſeſſam, vel alteri Supremo Officiali fortè poteſtatem etiā reſpectu ipſius dignitatis habenti? contingit hoc ventilari in Regio Collaterali Conſilio inter Fideliſsimam Capuanam Ciuitatem, quæ ex Regali munificētia obtinuit, vnum ex Regijs Conſiliarijs Sac. Reg. Conſil. in eadem Ciuitate præeſſe, vti illius Gubernatorem, remota antiqua cōſuetudine alterius priuati Officialis regiminis,& fuit Regius Conſiliarius Rodericus de Aybar tunc primus illius Ciuitatis Gubernator de anno 1610. ni fallor,& dùm heſitaretur, ſi à grauaminibus per eum inferendis appellari contingiſſet, nùm ad Sacr. Reg. Conſ. appellari deberet, prætextu dignitatis Conſiliariatus, vel ad Magn. Cur. Vic. nulla habita in ijs conſideratione de tali dignitate, fuit tandem omnibus ijs diſcuſſis in dicto Regio Collaterali Conſilio decitum, appellationem ipſam deuoluendam fore Mag. Cur. Vicar.& non alibi, etenim ipſe Conſiliarius ſedet in Ciuitate ipſa vti Gubernator illius, non tamen vti Conſiliarius, per text. ſingularem in cap. à collatione, de appellat. in textu,& ibi Doctor. Marta voto 101. Euerard. in locis argument. legal. loco de tanquam, ſeu reſpectiuis, nu.9. Ann. in ſingul.6. cum addit. Franch. dec.138.n.3. vt in ſimili quando ſedet Conſiliarius Iudex M.C.V. in Sac.C. ſedet vt Iudex, Reg. Rou. in pragm.6. de commiſſar. n.8. ſecus tamen ſi eſſet deleg.tus Regis, vt aliàs fuit ſeruatum, Afflict. in Conſt. Statuimus, num. 12. *Sic Rex ſi iudicat vti Comes, ab eius ſententia non reclamatur, ſed appellatur, vt à ſententia lata per Comitem ſuperiorem in Comitatu, ex gloſ. in proœm. Sexti, ver. filijs, & alijs probat Frec. de ſubfeud. lib.1. cap. alia etiam, ſub n.8. verſ. ad prædicta.* Io. Bapt. de Thoro Neapol. I.C.

Appellatio à ſententia delegati Principis quamuis ſit de gremio alicuius Supremi Tribunalis, cuius Tribunalis ſententiæ haberent exequutionem paratam, an ſuſpendat iudicatum, fuit iudicatum in S. C. quòd ſic in cauſa Antonij Parente cum Vniuerſitate Rhegij, Reg. Rou. in prag.5.n.16. de offic. Sac. Conſ.

Appellatio à decreto reiectionis nullitatum an detur, ità quòd propoſita ſuſpitione Iudicis, & indè decretum, quòd interueniat, à quo decreto dùm fuiſſent propoſitæ nullitates illius, fuit iterùm, nō obſtantibus nullitatibus prouiſum, quòd interueniat,& ſoluat pœnam, quamuis enim vigore pragmaticæ nulla detur appellatio, ſiuè reclamatio à decretis in cauſis ſuſpitionum Officialium, teſte Præſ. de Franch. deciſ.408.n.1. tamen ex propoſitione nullitatum nō videtur adempta facultas de nullitate dicēdi, prohibita appellatione, Veſtr. in praxi Roman. lib.8. cap.1. nu.6.& ibi Grauat. plures Doctores allegat, n.24. Reiectiſq; nullitatibus prædictis ex; iſto nouo grauamine appellare non prohibetur, vt dicit Matant. in ſpeculo p.6. in ſecundo actu, de appell. n.100. in antiquis, & in modernis mihi n.283. ex mēte Imol. in cap. ſua nobis, de appellat. & Philipp. Franc. in cap. dilectę, col. 5.& verſ. nona concluſio, eod. tit. & ſequitur Grauat. ad Veſtr. in dicto loco nu.27. & ſic iudicatum fuit per S. C. vt deferatur appellationi prædictæ in cauſa ſuſpitionis propoſitæ per Illuſtr. Principem Scillæ in perſonam Conſiliarij Salamancæ iunctis aulis, aſsiſtētibus Regijs Conſiliarijs Gizzarello, Octauiano Cæſare, Carolo Tapia, Fælice de Ianuario, Scipione Conſtantio, & Areualo Sedeño in anno 1600. die 7. Nouembris pœnès Secretarium S.C. patrocinante Io. Aloyſio Calcidio I.C. eximio,& meo familiari amico, à quo hæc habui, quamuis per nouellam prag.11. de ſuſpit. Offic. §. vltimamente videatur, fuiſſe huic deciſioni derogatum, cùm mandet, quòd à determinationibus cauſarum ſuſpitionum non poſsit appellari, nec reclamari, nec de nullitate dici, etiam per viā recurſus, aut reſtitutionis in integrum, aut per allegationem notoriæ iniuſtitiæ, tàm à diffinitiuis,

quàm

Digitized by Google

quàm ab interlocutorijs, etiam ſi incidentia eſſent talia, quòd in diffinitiua reparari nequeant. Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neapol.

Appellatio interpoſita à pluribus grauaminibus ad Iudicem Superiorem, ſi vnum ipſorum grauaminum dumtaxàt probatum fuerit, an appellationi ipſi deferendum ſit, & ſucceſsiuè admittenda, Manſuer. in eius praxi, rubr. de appellat. colum. pen. verſ. item ſi appellans proponat, tenet affirmatiuè per tex. in l. appellanti, §. vnico ff. de appellat. & ità nouiſsimè iudicatum fuit per M. C. V. ad relationem peritiſsimi Iudicis Aloyſij Mauoſæ die 30. Auguſti 1618. in cauſa ſyndicatus Io. Baptiſtæ Salinas V. I. D. mei conſobrini, olim Iudicis Ciuitatis Auerſæ, in Banca Pinti pro Appella, nam fuit admiſſa appellatio interpoſita à Curia Syndicatorum dictæ Ciuitatis Auerſæ, & prouiſum in plena Banca, quòd cauſa remaneat. Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neapol.

Appellatione pendente per authorem laudatum interpoſita, an interim ſuperſederi debeat in exequutione ſententiæ latæ contra victum; fuit deciſum in Sacr. Conſil. quòd ſic, quando author nullam notitiam haberet de ſententia, Vrſill. dec. 15. eum citat Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. lib. 1. par. 3. gloſ. nominet, nu. 15.

Appretiari an debeat ſtatus feudalis remãſus in hæreditate, ſtante ſeparatione facta per matrem dotium ipſius à ſtatu, & hæreditate viri, dando in dotem caſtra æſtimata, & licèt dicatur, ſtatum ipſum pertinere ex lege contractus, & primogenituræ ad primogenitum, nec paritèr appretiari debere cum alijs bonis dotalibus, quia feuda nunc ſeparata à patrimonio debebantur primogenito tanquàm res, non tanquàm ius, quia ius vniuerſale matris defunctæ conſiſtebat in dotibus datis, in quibus dicitur conſeruari ſucceſſio tanquàm in vniuerſo, & in illis tantùm debebat participare ſecundogenitus, tamen Sacr. Conſil. iuſſit, appretiari omnia bona, etiam ſtatum, Franc. de Amicis in cap. 1. de iis, qui feud. dar. poſſunt, §. pro cuius definitionis, num. 8. fol. 6.

Appretium ex curſu centum annorum an præſumatur interfuiſſe in reuocatione precarij facta per creditorem vigore pacti conuenti, vt poſſet hypothecatam rem capere propria authoritate, & reuocare precarium, & in ſolutum retinere pro iuſto pretio, ſi facto caſu reuocationis res fuerit poſſeſſa per ſpatium centum annorum; fuit deciſum, præſumi interfuiſſe, vndè conuenti fuerunt abſoluti ab impetitione actorum, Aflict. dec. 368. à nu. 3. vſquè ad fin. Viuius deciſ. 195. num. 9.

Appretium an ſit faciendum per ſubhaſtationem in rebus pro aſſecuratione dotis mulieris; fuit deciſum, quòd non, ſed faciendum erit ſimplicitèr per Tabularios eligendos cum interuentu Commiſſarij, Franch. deciſ. 54. nu. 6. Nunt. Pellicc. in Conſuetud. Auerſan. cap. 3. n. 610. annuens, ſic pluries per Sacr. Conſil. fuiſſe deciſum, Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. lib. 1. par. 3. gloſ. adiudicantur, nu. 82. Rendell. in tract. de iure prothom. verbo vetus emptor, nu. 5. *Borrell. in ſum. deciſ. tom. 3. tit. 5. num. 176. & 177. D. Reg. Capyc. Latro deciſ. 42. n. 6.*

Aqua nata in fundo alicuius, ſi in alienum fundum profluiſſet, an poſſit Dominus aquæ alibi diſpenſare, non obſtãte exceptione oppoſita per Dominum fundi, vndè aqua profluit, hoc eſt conſuetudinis, ſeruitutiſque, licèt non probata; fuit in Sac. Conſil. deciſum, Dominum fundi, vndè aqua oritur eſſe manutenendum in poſſeſſione in poſſeſſorio, Viuius deciſ. 411. nu. 17.

Aqua an prohiberi poſsit à Barone vaſallis, quando naſcitur in Terra Baronis; fuit deciſum, quòd ſic, Ann. in ſing. 35. aqua, Maſuil. ad Capyc. deciſ. 168. num. 7. Capiblanc. in pragm. 8. par. 1. num. 203. de Baronibus, *Viſcont. in concluſ. iur. ver. aquæ, Nouar. de grau. vaſall. to. 1. grau. 67. n. 3.*

Aquam habens venditor in fonte eius domus, quæ p ſtillicidios, ſiuè canales fluit ad alios domos ipſiuſmet venditoris, ſi cogetur ex neceſsitate Iudicis domum ipſam vendere, an poterit reſeruare ſibi aquam, vt fluat ad alias domos, ſicut priùs cõſueuerat, minori tamen pretio; non fuit deciſum, tamen ex diſtinctione concluditur, aut contractus eſt completus, & inſtrumentũ celebratum, vt tunc ſi agatur differentia de hoc actu ſeruitutis, & in inſtrumento non eſſet clauſula, quòd dabat domum francam, debeat ſeruari quod dicit Bart. vt diſtinguatur, an iſte actus ſit ſeruitutis cõtinuæ, & permanentis, & tunc videtur ſeruitus impoſita, ſi verò adeſſet dicta clauſula, ſubdiſtinguatur; aut emptor ſciebat talem actum, & qualitatem, & vẽditor tenetur, alias non, aut non eſt celebratus cõtractus, & tunc recurrendum eſt ad coniecturas reſultantes ex præcedenti tractatu, aliàs in dubio videretur, quòd ſit impoſita ſeruitus, maximè ſi contrahentes hoc ſciebãt, quaſi quòd ſi ignoraſſent, ſeruitus videretur impoſita, tamen quia venditio ipſa fiebat ex neceſſitate, & emptor, ſi ſciuiſſet, vel non contraxiſſet, vel minus emiſſet; concluditur in præſenti caſu decidendo, quòd tantò minus emat emptor, quòd illa aqua poſſit duci per vẽditorem, completis priùs commoditatibus, Capyc. dec. 187. Alex. Raud. dec. Piſan. 5. n. 85.

Aquæ vſus pro irrigandis agris ad pinguiorem culturam, an prohiberi poſsit vaſallis per Baronem; fuit deciſũ in S.C. in cauſa Vniuerſitatis S. Georgij cum Barone, referente Conſil. Alderiſio, quòd non, Reg. Rou. in rubr. de aquis, & aquæduct. n. 8. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 3. n. 56.*

Arbiter coniunctus electus à conſanguineo in compromiſſo inſimul cum alio, an poſsit recuſari vt ſuſpectus; fuit deciſum, quòd non, Ann. alleg. 72. Muſcat. in praxi S.C. par. 2. gloſ. gradum, ſub n. 69. in fin. Ricc. in collect. dec. 79.

Archiepiſcopus viſitando Monaſteria exempta an poſsit antè ſe deferre crucem; concluditur, quòd ſic, Franch. deciſ. 711. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 467. n. 8. tom. 3. *Taſſon. in pragm. de anteph. verſ. 2. obſeru. 2. n. 64.*

Arma Officialis deputati per Ciuitatem ad aliquod opus publicum, ſi fuerint appoſita, an ſint amouẽda; fuit deciſum, non licere arma prædicta affigere, & affixa remoueri, Franch. dec. 445. Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. 10. rubr. de inſign. & arm. n. 7. Ricc. collect. dec. 1608. *Auguſt. Capat. de regim. Reipub. in rubr. n. 53.*

Arma Baronis alicuius Terræ in criminalibus an poſsint depingi in menijs Ciuitatis, exiſtente feudatario alio, ſiue Barone, cui eſſet à Rege facta conceſsio in ciuilibus tantũ, reſeruata cognitione in criminalibus, quæ deindè alteri cõceditur, fuit de-

Digitized by Google

deciſum, quòd cũ Eccleſia cõceſſionaria haberet vaſſallos, & vtile dominiũ Terræ, & ſic dicebatur, & denominabatur Domina Terræ, quòd non liceret alteri Baroni in criminalibus ſua arma, & inſignia affigi, & depingi facere in parietibus, & hoſtijs Terræ; ſed tãtũ in domo, vbi reſidebat ſuus Capitaneus pro iuſtitia adminiſtrãd., Capyc. dec. 27. à nu. 41. ad 45. quod refert Frecc. de ſubfeud. lib. 2. n. 47. author in princ. dicẽs, aliàs fuiſſe in ſimili caſu deciſum, quòd arma, & inſignia apponantur ab eo, qui habet iuriſdictionem ciuilem, Fab. de Anna in conſ. 72.

Arma portare an poſſit Baiulus intus Ciuitatẽ; fuit deciſũ, quòd capiatur informatio, & interim Baiulus nõ aſportet arma intus Ciuitatẽ, extra verò portabit arma nõ prohibita per Regiã pragmaticã, Ann. ſing. 47. Baiulus, Tapia in Conſtit. Locorũ Baiuli. Reg. Rouit. in pragm. 1. de offic. Baiuli, ſub n. 39. Capiol. in prag. 8. n. 174. & 177. de Baronib. Carrab. de ſyndic. p. 1. n. 93. *Nouar. de grauam. vaſall. tom. 1. grauam. 378.*

Arma an liceat Familiæ Epiſcopi portare, itã vt Epiſcopus ipſam armatã tenere poſſit in ſua Diœceſi; fuerũt expeditæ prouiſiones Collateralis Cõſilij, quòd Epiſcopi poſſint tenere aliquos Familiares armatos armis non prohibitis, vſq; ad ſolitã horã, Ann. in ſing. 171. ſed Epiſcopus, & in Conſtitut. Si quis aliquẽ, n. 22. Carol. de Graſſis in ſuo tract. de effect. clericat. in primo effectu, nu. 129. Ricc. collect. deciſ. 1130. & in praxi eccleſ. deciſ. 550. nu. 7.

Articuli in cauſa liquidationis præſentati, illud idem continẽtes, quod in primo termino in cauſa principali poſitum fuit, an reiici debeant; fuit deciſum per S.C. quòd reiiciantur, ſi ſpecificè illud idem continere videntur, ſecus ſi genericè, quod non procedit in beneficijs, in quibus illud idem deduci poteſt, quod fuit deductum in cauſa principali, Franch. deciſ. 683. Ricc. collect. deciſ. 1312.

Articuli in iudicio sũmario ſi ſint præſentati, & teſtes producti, an in cauſa principali fieri poterint idẽ articuli, illud idẽ, vel de directo cõtrariũ continẽtes; fuit deciſũ in Reg. Cam. Sum. quòd ſic, Reg. Scipio Rouitus in pragm. 2. nu. 2. de ordin. iudic.

Articuli impertinentes an ſint ſtatim reiiciendi in cauſa reclamationis, vel recipiendi, & teſtes ſuper eis examinari, ſaluo iure impertinentium, & non admittẽdorum poſt publicatum in cauſa; fuit per S.C. deciſum, eſſe reiiciendos, ex iis, quæ adducta ſunt in deciſ. Grammat. 45. Ioachim. Minſynger. ſingul. obſeruat. cent. 2. obſeruat. 56. Claud. Tut. alleg. 8. num. 34. Riccius collect. deciſ. 1312.

Articuli præſentati per reum conuentum ſuper poſſeſſione recuperanda, concernentes factum proprietatis, an ſint tanquàm impertinentes reiiciẽdi; fuit deciſum, quòd non, Afflict. deciſ. 7. Anna alleg. 77. n. 6. Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. lib. 1. par. 5. gloſ. impertinentes, n. 22. & ſeq. Anton. Fab. in eius Codic. tit. vndè vi, definit. 39. Triuiſan. deciſ. Venet. 4. num. 15. *Pereyr. deciſ. Luſit. 83. num. 3.*

Articuli præſentati in termino repulſæ, illud idẽ cõtinentes, quod poſitũ fuerat in primis articulis, vel de directo cõtrariũ articulis parti aduerſæ, an ſint reiiciẽdi, in hoc ſemper fuit practicatũ in S.C. nõ eſſe tales articulos admittendos, niſi per viã reſtitutionis in integrum fuerint præſentati per perſonas priuilegiatas, quibus eſt permiſſum tales articulos præſentare, vt per Afflict. deciſ. 216. nu. 1. & 2. Reg. Tapia in Conſtitut. Iuriſperitorum, Marc. Anton. de Amatis deciſ. Anconitan. 78. n. 2. tradit, contra iſtam deciſionem contrarium fuiſſe deciſum. Ricc. collect. deciſ. 1312.

Articuli, qui ſunt idem cum primis, & de directo cõtrarij articulis repulſatorijs aduerſæ partis, an ſint admittendi; fuit votatum, quòd ſic, Capyc. deciſ. 62. Muſcatell. in praxi Sacr. Conſ. lib. 1. par. 6. gloſ. momentum, nu. 18. & gloſ. aduerſæ, nu. 5. Iul. Cæſar Lubrian. in tract. de repulſa par. 1. conſider. 2. nu. 135. Marta de iuriſdict. par. 4. caſu 128. nu. 21.

Articuli continentes ſimulationem priuilegii, an ſi fuerint allegati impertinentes, eo quòd non fuerint declaratæ ſpecies ſimulationis, reiici, vel admitti debeant; fuit in Sacr. Conſil. prouiſum, quòd articuli remaneant, & procedatur ad vlteriora, verùm actrix valeat ſe defendere circa ſimulationes deductas, Anna allegat. 77. Riccius in collect. deciſ. 608. & 1312.

Articuli in ſecunda inſtantia producti comprehendentes quæ in prima inſtantia fuerant producta de iuris neceſſitate, an admitti debeant, vtputà in prima inſtantia centenaria fuerat articulata, ſed nõ formitèr, in ſecunda fuit articulatum formitèr cum illis quatuor requiſitis per gloſſ. in cap. 1. de præſcript. in ſexto; fuit deciſum in S.C. ex quo de neceſſitate iuris illa quatuor requirebantur, nec fuerunt tunc producta, non tamen fuerunt admiſſi, Anna in ſing. 425. vndecima. Ricc. collect. deciſ. 1312. *Alex. Trentacinq. variar. reſol. lib. 2. tit. de probat. reſol. 4. num. 35.*

Articuli noui quando poſſunt produci, & ſi non fuerit addita clauſula, ſaluo iure, &c. vtpurà ſi Procurator fecerit articulos, & dixiſſet, ſaluo iure faciẽdi nouos articulos, & deindè in inferiori parte articulorum dixiſſet, ſaluo iure, &c. non apertè dicendo, quòd nouos articulos facere intendebat, & ob id nouos articulos facere annuebat, dubitatum fuit, ſi poterat; concluditur, quòd non, & ità judicatum fuit in Curia Iuſtitiarii, Barthol. de Capua in ſingul. 62. quæſtio.

Articuli de proprietate an ſint impertinentes non obſtante judicio recuperandæ intentato, fuit deciſum in Sacr. Conſil. in cauſa illorum de Carbono, & etiam contra Io. Iacobum Triuultio, quòd non, Barthol. Martial. in addit. ad pragm. Regis Cathol. in antiquis, incip. nihil eſt, quod magis fol. 488. incip. nota hoc verbum, plenam.

Articulos contrarios ponere, vel eoſdem licet parti, quãdo perempta ſit inſtantia, & noua inchoatur, & ità practicatur in Sacr. Conſil. Afflict. dec. 216. ſub nu. 2. Anna ſingul. 423. publicatio, Muſcatell. in praxi Sac. Conſil. lib. 1. par. 6. gloſſ. aduerſæ, n. 3.

Articulos de directo contrarios articulis partis aduerſæ an liceat parti in cauſa appellationis præſentare, & inducere teſtes ſuper eis, quãdo teſtes in termino probatorio ſuper articulis partis non plenè probarent; fuit practicatum in S.C. quòd ſic, Afflict. deciſ. 216. num. 4. eum citat Viuius in ſylua comm. opin. in opin. 948. incip. teſtes in cauſa, Triuiſan. deciſ. Venet. 43. lib. 1. num. 3. & ſeq.

Articulos de directo contrarios articulis partis aduerſæ an ponere liceat facta publicatione in termino cõceſſo ad repulſã, ſi articularetur, quòd teſtes examinati ſuper articulis partis aduerſæ falſum

ſum depoſuerint,corrupti,vel ſubornati; fuit practicatum,quòd ſic, Affl.dec.216.ſub nu.5. Ann.in ſing.425.vndecima,vbi in facto occurrio tradit,ſic fuiſſe deciſum, Muſcat.in praxi S. C. lib.1. pat.6. gloſ.momentum,n.18.Iul.Cæſ.Imbrian.in tract.de repulſa,conſid.2.n.150.& ſeq.Menoch. de arbitr. iud.lib.1.q.34.n.12.

Articulus in termino præſentatus,& verificatus per duos teſtes,& ſi pars altera contrariũ probauerit, an facta publicatione in termino repulſatorio,vel in cauſa appellationis poſſim eundem articulum præſentare, & inducere alios teſtes ad probandũ illud idem; fuit practicatum,quòd ſic, Affl. deciſ. 216.ſub nu.4.Ann.in ſing.424.decima, Surd. dec. 296.in princ.& dec.126.num.11.Muſcat.in praxi S.C. lib.1.par.6.gloſ.ſui,& repulſæ,nu.4.Iul.Cæſ. Imbrian.in tract.de repulſa,conſid.2.n.150.Ricc. collect.dec.1312.

Articulus incidens ſuper re feudali, an ſit feudalis, vel burgenſatica res; remittitur decidendus ad R.C.S.& interim ſilet iuriſdictio,vt quotidiè practicatur,& fuit in ſpecie in cõtingenti caſu obſeruatum, Reg.Tap.in annot.ad prag.2.nemo eſt,§. item vt Regia,n.5.de offic.Proc.Cæſ.in ſuo Iure Regni,eum citat Reg.Rou.in prag.38.§.& ſimilitèr de diffinitiuis,n.2.& ſeq.de offi.Proc.Cæſ.vbi ponit allegationes ipſius in dicta cauſa factas cũ allegata deciſione, ſimilitèr & cauſæ incidentes ſpirituales remittuntur ad Curiam Eccleſiaſticam decidẽdę, vt cauſa matrimonij, & in alia cauſa cũ ageretur de ſucceſſione cuiuſdam de Religione Hieroſolymitana, & dubitaretur,an eſſet abſolutus à Religione; fuit remiſſa cauſa ad Iudicẽ Eccleſiaſticũ,Bologn.l.2.nu.44.ff.de iuriſd.omn.iud. & intrà verbo Clericus primæ, Ricc. in eius praxi Eccl.dec.339.*Gallupp.in praxi S.C.par.2.c.6.n.75.*

Aſſaſsinium an iudicetur per promiſsionem incertam per illa verba: *Ammazzate il tale,che la caſa mia vi è aperta*. Et ſequuto homicidio fuerit aliqua quantitas data,ità quòd per talem promiſsionem,& dationem Clericus mandans poſsit puniri per laicum, nec remittendus,Franch.dec.176.deciſum refert quòd ſic,Baiard.ad Clar. §.aſſaſsiniũ n.6.Muſcat.in pract.crim.tit.de homicid.med. aſſaſsin.n.63.Reg.Rou.in pragm.1. de aſſaſsin. n.5. Ricc.in collect.dec.101.Maſtrill. de indultu c.29. n.13.Mart.de iuriſd.par.4.caſ.129.n.6. *Viſcont.in concl.iur.ver.aſſaſſinus,Paul. Squillant.de priuileg. cler.c.7.n.*112.

Aſſaſsinium an verificetur ex confeſsione inquiſiti aſſerentis,ſub promiſsione certæ rei factæ per mãdantem tranſmiſiſſe homines ad occidendum aliquem, cui mandans ſuccedere debuerat, & indè ſequuto inſultu,ac vulneribus affectus,nõ fuit occiſus; ità vt puniri poſſit pęna contra aſſaſſinos ſtatuta requiruntur plura requiſita,quæ videntur ceſſare in caſu iſto,ex quo diſpoſitio cap.1.de homicid.in ſexto loquitur ſolũ de mandante,non tamen de faciente per pecuniam, item in caſu iſto inquiſitus mandauit, alios abſq; pecunia homicidium perpatrari,quod realitèr ipſe non fecit,tertiò,quia non alitèr pecunia interuenerat, ſed tantùm promiſsio,quartò,quòd nulla cautela de tali promiſsione apparebat,itẽ cũ non conſtet aliquid de tali aſſaſsinio extrà cõfeſsionem ipſius, & demùm ceſſante pecunia,quę debet naturalitèr ſolui,vt prędictum delictum verificetur,nullo modo aſſaſſinium reputari poteſt, & ſucceſſiue puniri; ſed adhibitis optimis reſponſionibus ad allegata in contrarium cumularis per Capyc. dec.155. referentem, ipſum inquiſitum fuiſſe ſuſpenſum, & aſſaſſinium locum habere, de quo meminit Iulius Clar.in lib.5.§.aſſaſſinium,num.6.& in §.fin.q.36. nu.2. Ant. Gabriel.lib.7. tit.de maleficijs concl.1. nu.18.Muſcatell. in pract. crimin. rubr.de homicid.med.aſſaſſin.in ſequenti tit.de pœnis delictorum prædictorum, n.13. latiſsimè modernus Doctor Marius Italia in tract.de immunit.Eccleſiaſt. lib.1.c.5.§.5.per totum,& Petr.Caball.in tract. de omni genere homicid.n.504. Farin.conſ.10. Marcell. Calà in tract. de modo articul. & prob. gloſ. vnic.§.2.n.481.*Danza de pugna Doctor.to.2. tit. de aſſaſſinio,c.3.n.*13.

Aſſaſsinium ſi non fuerit conſummatum,ſed tãtùm attentatum,an puniatur pœna ordinaria; fuit deciſum in Collateratali Conſilio ad relationem M.C.V.in occurrenti caſu, dùm fuiſſet pecunia alicui data ex cauſa homicidij,& per eum aggreſſum, non alitèr ſequuto homicidio, fuit punitus pęna pecuniaria mandans, licèt in alio ſimili caſu dùm fuiſſet peruentum vſquè ad vulnus incluſiuè tantùm,fuit mandãs punitus ad remigandum per biennium,vt refert Grammat.in voto 8. & in alio voto, incip. in cauſa Magnifici Leonardi, de quibus commemorat idem Grammat. in Conſtitut, Terminum vitæ, ſub num.7. vbi refert, fuiſſe reprobatam ſententiam Romæ latam contra attentantes aſſaſsinium, qui fuerant ſuſpenſi, Muſcat. in pract. crimin. tit. de homicid.med. aſſaſsin.nu. 86.& in tit.ſeq.de pœnis delict. prædict. nu.15. & ibi nu.13.citat Grammat.vot.9.fuiſſe iudicatum contra quendam, vt vltimo ſupplicio afficeretur, Couart.par.2. relect. initium,n.9.Iul.Clar.in §.aſſaſsinium,n.6.Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.cent. 4.caſ.360.nu.42. Petr.Caball.in tract.de omni gener.homicid.nu.504. *Farinac.in ſua praxi q.25.inſpect.4. num.*81. *Taſſon. de anteph.verſ.3. obſeru.3. num.*279.

Aſſaſsinium fieri mandans an pœna mortis puniri debeat, ſi bis mediante pecunia committi tentauerit, & indè mandatarius non alitèr morte ſequuta vulnerauerit, attenta prouocatione vulnerati,qui per prius cùm ſocijs præparauerat mandantem lædere,minando,& ſignis peſsimis demõſtrando, velle offendere, & demùm conſiderata qualitate ipſius mandantis non ſoliti committere delicta,fuit per M.C.V.facto verbo in Collaterali Conſilio condemnatus ad remigandum in perpetuum vita durante,Grammat.in vot.20. Redẽptoris gentium præſidio repetito, &c. nouiſsimè Petr.Gaball.in tract.de omni gener.homicid, nu. 505.Reg.Rou.in prag.1.de aſſaſſ.n.32.

Aſſaſsinus an puniri debeat pœna ordinaria, ſi ad actum proximum deuenerat,nec alitèr hominem interfecerit,Affl.in Conſtit.Si quis aliquem, n.16. dixit,vidiſſe determinatum,& poſteà exequutum contra quendam aſſaſsinum, qui deuenerat ad actum proximum,nàm traxerat dardum cum baliſta, & dederat in arzone equi, nec percuſſerat hominem, & tamen fuit condemnatus eadem pęna, ac ſi delictum aſſaſsinij perfeciſſet, eum citat Muſcat.in pract.crim.in titul.de pœn. delict. prædict.

dict.poſt tit.de homic.med.aſſaſsin.n.12.Iul.Clar. in §.aſſaſsinium,n.6.Petr.Caball.in tract.de omni ger.homic.n.504.

Aſſaſsinus an ſit remittendus ad Baronem; fuit deciſum per M.C.V. quòd quando remiſsio peteretur per eum, non erit remittendus, verùm tamen ſi peteretur ad inſtantiam Baronis habentis priuilegium ſpecificè cũ clauſula abdicatiua, & priuatiua, fieret remiſsio; vt fuit obſeruatum in quodam aſſaſsino remiſſo *al Smiragliato*, refert Nunt. Tartagl.in Margarita fiſci c.8.n.1.in fin.*Nouar. de elect.fori,to.2.par.2.ſect.3.q.15.*

Aſcendentes, & agnati an admittãtur ad ſucceſsionem bonorum emphyteoticorum cẽſualium redditiorum feudo; ſemper in *S.C.* fuit iudicatum, eſſe admittendos ad tales ſucceſsiones, tàm oſtendentes patrem, matrem, & auum, quàm cognatos, niſi alia eſſet conſuetudo feudi, vt in contingenti caſu fuit quidam frater excluſus à talibus bonis per S.C. Frecc. de ſubfeud. lib.2. in d.ifer. feud. quat.in 1.differ.n.5.

Aſcendentes an ſuccedant deſcendentibus in feudis, vide in verbo ſucceſsio.

Aſſecurari an poſsit, & debeat mulier pro eius dotibus virtute inſtrumenti dotis confeſſatæ ſuper bonis viri, non obſtante inſtrumento mutui deindè confecto de dictis dotibus, per quod clarè demõſtrabatur, dotes adhùc non fore ſolutas ipſi viro; fuit deciſum, quòd ſic, & ità in fauorem mulieris, ex quo exceptio dotis non ſolutæ, quamuis opponi poſsit patri promiſſori, qui fecit inſtrumentũ mutui, quòd non valeat agere contra maritum ad dotes filiæ, non procedit, muliere petente dotes, cui non obſtabit talis exceptio, vt per Vrſill.dec. 325. ſub n.2. quamuis ſub n.3. alitèr fuiſſe iudicatum per M. C. V. dicat, & confirmatum per S. C. Commiſſarium domi, quòd iſta non procedant in patre obligato ex cauſa mutui, quòd non poſsit agi contra hæredes viri, qui fuit confeſſus, recepiſſe dotes, apparente inſtrumento mutui contra ipſum patrem, & dote non ſoluta, *Ricc. collect.* 2124.*part.6.*

Aſſecuratio dotis an peti poſsit per mulierem ſuper bonis viri vindicatis per creditorem viri abſq; inſtrumento dotali, quemadmodùm in reſtitutione dotis ex conſuetudine peti nequit abſq; inſtrumento dotali; fuit deciſum, quòd non, Grammat. dec.92. Vrſill.dec.332.n.4.& dec.9.n.3. Apoſtilla ad Conſuet.Dos, & quarta, de iure dotium, incip.ſi iſta conſuetudo, & alia ad quid relatore fol. 264. Maxilla in Conſuet.Bari, rubr. de teſtibus, §.licèt viuæ vocis, n.8. Muſcar. in pract. S.C. lib.2.par.3. gl.adjudicantur, n.58.Flamin. Cartar.dec.Genuæ 8.in fin.Magon.dec. Florent.125. Molfeſ. in commentar.ad Conſuet.Neapol.par.7.q.15. Marcell. Calà in tract. de modo artic. & prob.gloſ.vnic.§. 2.n.154.

Aſſecuratio obtenta per vxorem ſuper bonis viri, & ſoceri, an operetur illorum dominium; fuit cõcluſum in S.C. aſſecurationem non habere dominium, ſed ſolùm loco cuſtodiæ ſuccedere, Afflict. dec.9.n.2.Franch.dec.617.n.7.8.& 9.*Reg. Capyc. Galeot.controu.65.à n.14.ad 16.tom.2.Anton.de Amat.variar.reſol.tom.2.reſol 83.n.18.& 20.*

Aſſecuratio dotis an peti poſsit per vxorẽ ſuper pecunia debita viro, fuit deciſum, quòd ſic, ità quòd pecunia ipſa cõuertatur in emptionem, vt de fructibus alantur vir, & vxor, Affl.dec.221.Mart.voto 36.n.10.Reg.de Pont.conſ.124.n.11.& 12.vol. 2. vbi declarat, quomodo procedat iſta deciſio, *Borrell.in ſum.deciſ.to.3.tit.5.n.154. Ioſeph Ludou. deciſ.Lucenſ.21.n.50.Reg.Capyc. Galeota controu. 65.n.19.tom.2.*

Aſſecuratio dotis an poſsit peti per vxorẽ viro vergente ad inopiam, ſi dos fuerit ſocero ſoluta, qui promiſit per priuatã ſcripturã conſeruare, & reſtituere, obligando ejus bona, &c. quamuis in inſtrumento dotali nil dictũ fuiſſet, fuit deciſum, attentis rationibus allegatis per mulierẽ, quòd dicta vxor aſſecuretur ſuper bonis ſoceri, ad quem dos peruenit, tam pro dote, quã pro antephato, & fuit caſus notabilis ad intellectum Conſuet. Vt dos, & quarta peti nequeat abſq; inſtrumento dotali, vt poſsit ad coadiuuandum inſtrumentum dotale, ẽt contra perſonam nõ nominatã in inſtrumẽto probari plus dictum, quàm ſcriptũ in inſtrumẽto dotali, & ẽt probare per teſtes, pecuniã perueniſſe ad ſocerum, Affl.dec.332.Franch.dec.581.Grammat. dec.92.n.2.Muſcat.in pract.S.C.lib.2.par.3.gl.adiudicantur, n.16.& ſeq.Pariſ.in con.95.vol.2.n.33. Molfeſ.in comment.ad Conſuet. Neap. p.7. q.15.

Aſſecuratio dotis an ſit facienda in beneficium vxoris eam petentis ob viri inopiã, ſi poſt promiſsionem dotis factam à fratre vxoris viro obliganti omnia eius bona pro illius reſtitutione, & poſt contracta debita per inſtrumentum vir fuerit cõfeſſus, dotem recepiſſe, & ità attẽta anterioritate creditoris antè inſtrumentum cõfeſsionis, & poſt capitula promiſsionis excludatur ob eius creditũ à poſſeſsione capta ex primo, & ſecundo decreto ſuper bonis viri; fuit deciſum, quòd dicta vxor vigore inſtrumenti cõfeſsionis dotis facta per maritum aſſecuretur in dicta terra recepta per creditorem mariti ex primo, & ſecundo decreto in M.C.V. ex quo vxor eſt prior creditrix, quàm ipſe creditor reſpectu inſtrumenti capituli, vbi fuerſit promiſſæ dotes viro pro muliere, & vir obligauerat omnia eius bona in caſu reſtitutionis, licèt cõfeſsio dotis ſit facta per virum poſt, quàm obligauerat bona ſua dicto creditori, Afl.dec.402. Grãmat.in conſ.ciuili 116.nu.7.Ant.Gabriel.lib.3.tit. de iure dotium, concl.4.Boer.dec.330. Nunt.Pellicc.in Conſuet. Auerſan.c.4.nu.53.& 99.Couarr. lib.1.variar.reſol.c.7.nu.6. Viu.in ſylua commun. opin.in opin.148.exceptionem,n.2. Aloyſ.de Leo in l.ſi voluntate,n.4.C de iure dotium, Valaſc.deciſ.Luſit.6,nu.11.& ſeq.Borrel.conſ.56.n.12.Cannet.in extrauag.volentes,§.cùm dos,num.8. Viu. dec.537.n.16.Bellon.conſ.4.nu.7.Polyd. Rip.obſeru.265.Peregr.dec. Paduæ 141.n.11, Molfeſ.in Conſuet. Neap. par.6.q.9.nu.15. Hieronym.de Laurent.dec. Auenion.25.n.7.& 14. Rot.Roman. dec.485.p.3.lib.3 & dec.544. Authore Paleotto, Alphan.Peruſ.collect.186.Kircou.inter commun. opin.tit.de pignor.nu.61.Villal.in d.comm.opin. tit. de iureiur.n.33.in fin.Card.Seraphin.dec.Roman.1000.n.3.& dec.1221.in fi.*Blaſch.in memorabil.17.Alex.Trentacinq.lib.3.variar.reſol.tit.de iure dotium,reſol.7.ſub n.15.& 32.Caſtill. dec. Siciliæ 106.n.35.part.2. Merlin.in tract.de legitima, lib.2. tit.1.q 17.n.13.Iallong.recemat.116.n.5.Ioſeph Ludou.dec.Peruſ.66.n.25.& 37.*

Aſſe-

Aſſecuratio dotis operatur, vt marito vergente ad inopiam aſſignentur bona viri vxori pro dote hypothecata ipſi vxori, iure pignoris detinenda, & ità fuiſſe deciſum in Sacr. Conſ. teſtatur Afflict. deciſ. 199. & 332. per Grammat. deciſ. 92. num. 2. allegatus, Flamin. Cartar. deciſ. Genuæ 8. num. 5. in fine, Magon. deciſ. Florent. 125. Puteus deciſ. Roman. 356. par. 3. Io. Franc. del Caſtillo deciſ. Sicil. 25. num. 2. Franc. de Claper. in centur. deciſ. Galliæ cauſa 102. q. vnica, num. 5. & ſeq. Giurba deciſ. Sicil. 16. *Borrell. in ſumma deciſ. tom. 3. tit. 5. num. 108. 111. & 156. Anton. de Virgil. in tract. de legit. perſon. cap. 17. num. 22. Io. Caſtagn. de benef. deduc. ne egeat, quæſt. 1. num. 201. Reg. Capyc. Galeota controuerſ. 65. num. 20. tom. 2.*

Aſſecuratio dotis an ſit facienda mulieri, vigore eius inſtrumenti confeſſionis dotis facti per eius virum, ſi per lõgum tempus eſſet factum, antequàm vir eſſet inquiſitus de crimine læſæ Maieſtatis, ob quod bona omnia deuoluerunt ad Fiſcum, opponentem exceptionem non numeratæ pecuniæ aduerſus mulierem; fuit in Collaterali Conſilio deciſum, eſſe præſtãdam aſſecurationem prædictam pro eius dotibus, attentis prædictis, Vrſill. deciſ. 402. num. 4. *Ricc. collect. 2124.*

Aſſecuratio an præſtari debeat pro pretio, quo emptores reperiuntur, licèt appretium iam fuerat lõgè minoris; fuit aliàs in facto iudicatum in Sacr. Conſil. quòd cùm Terra fuiſſet appretiata pro ducatis ſex pro modio, & emptores obtulerant ducatos duodecim, fuit præſtita aſſecuratio pro pretio, quo emptores reperiebantur, etiam ſi fuerit plus longè pretio, quo appretiabatur, Capyc. deciſ. 41. nu. 13. Franch. deciſ. 54. nu. 5. in fine, Fab. de Anna conſ. 57. vt in hac num. 3. & ſeq. de Ponte conſ. 126. n. 4. vol. 2. *D. Reg. Capyc. Latro dec. 42. n. 5.*

Aſſecuratus an carcerari poſſit, & puniri de delicto commiſſo pendente ſecuritate; fuit deciſum per Sacr. Conſil quòd ſic, quando delictum eſſet tale, vt poſſet ad torturam, & ad condemnationem deueniri, Franch. deciſ. 717. *Ricc. collect. 2124.*

Aſsenſum renuens præſtare Dominus, vigore ſentẽtiæ compulſus, quo remedio cogi debeat ad præſtandum illum; fuit pro vna parte dictum, quòd captis pignoribus compelleretur, ex altera verò parte, quòd haberetur pro præſtito, & ità concluſum, Franch. deciſ. 310. *Fontanell. deciſ. 252. num. 4. Reg. Conſtant. in l. 1. C. de vendit. rerum fiſcal. lib. 10. nu. 41. in fine, D. Conſiliar. Carleual de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſp. 3. num. 31. & tom. 1. diſput. 2. quæſt. 4. ſub num. 212.*

Aſſenſus an ſit denegandus feudatarijs contrahentibus in feudis hæreditarijs in fraudem agnatorũ; fuit in Collaterali Conſilio deciſum, eſſe denegãdum, referente circumſpecto Regente Conſtãtio, & in ſimili, & maiori caſu idem fuit deciſum in venditione omnium bonorum feudalium, in qua Collaterale Conſilium cenſuit, aſſenſum non eſſe impartiendum. Octau. Bammac. in alleg. impreſſ. poſt comment. ſi de feud. defunct. contr. incip. circa negotium, nu. 20.

Aſſenſus ſuper venditione facta ſub haſta an poſſit impetrari poſt mortem debitoris per hæredem, qui eſt Dominus feudi; fuit deciſum per Sacr. Conſil. quòd non, & ſucceſſiuè fuit habita alienatio feudi prò nulla ex defectu aſſenſus pòſt mortẽ impetrati, Franch. dec. 620. Reg. de Ponte in tract. de poteſtat. Proreg. tit. 6. §. 1. 6. & 21. *Reg. Tap. deciſ. Sacr. Conſil. 12. num. 18. Reg. Capyc. Galeota controu. 1. num. 109. tom. 1.*

Aſſenſus ſuper venditione rei feudalis ſi ſit expeditus eodem die, quo fuit facta venditio, quid præſumatur præceſſiſſe, aſsenſus, vel venditio, dùm tractaretur de reuocatione venditionis priùs factæ, nondùm aſsenſu impetrato, ſed de ſero, & nõ eſt dubium, quin ſi conſtaret, priùs fuiſse expeditum aſsenſum, contractus videretur validus, ſecùs è contra, tamen in dubio præſumendum eſt, priùs aſsenſum eſse impetratum, quàm celebratum cõtractum, ex allegatis per Franch. deciſ. 649. Ricc. in collect. deciſ. 220. & deciſ. 27. nu. 7. Cur. Arch. Neap. par. 1. in magnis, *Taſſon. de antephat. verſ. 4. obſeru. 2. nu. 42.*

Aſsenſus capituli conceſſi pro dotibus, vt intelligatur præſtitus mulieribus Neapolitanis, an porrigatur ad filiam ſpuriam Neapolitani, non ortam in Ciuitate Neapolitana, cuius mater non erat Neapolitana; fuit deciſum, quòd non per S. C. Franch. deciſ. 452. Reg. Rouit. in pragm. 2. de feudis, & infrà eodem verbo aſsenſus, Ricc. in collect. deciſ. 290. *Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 5. num. 110.*

Aſsẽſus ſi ſit præſtitus ſuper diſpoſitione faciẽda per Baronẽ certæ ſũmæ taxatæ ex feudo hæreditario in vltima voluntate, ſpecificando eos, in quorum beneficium tendebat, ſcilicèt partim in beneficiũ Titij, & Caij, & Seij, ſi fuerit factum legatum particulare alicui ex eis, cum cõditione, ſi deceſserit abſquè filijs ſuccederent alij exiſtentes nominati pro medietate, an facto caſu ſubſtitutionis ſubſtituti poſſint uẽdicare feudum uigore conceſſionis præſtitæ ex aſsenſu prædicto; fuit deciſum, quòd non, & ſucceſſiuè conuenti abſoluti ex defectu aſſenſus, in quo talis particularitas legati cum ſubſtitutione non erat mentionata, Franch. dec. 153.

Aſsenſus ſuper feudalibus poſt mortem impetratus circa dotem an porrigatur quòad antephatum; fuit deciſum per S. C. quòd non, Franch. deciſ. 126. in fine, & in deciſ. prædicta num. 7. allegat Frecc. de ſubfeud. in nona limitat. ad Conſtitut. Cõſtitutionem diuæ memoriæ, fol. 111. ubi refert, id fuiſse ſeruatum uſquè ad illud tempus, Reg. de Ponte in tract. de poteſtat. Proreg. tit. 6. §. 1. nu. 6.

Aſsenſus præſtitus ſuper alienatione feudi plani, & tabula, alienati etiam cum pacto de retrouendẽdo, concurrente muliere feudatarij alienantis pro eius dotibus, & antephato debitis vigore ſententiæ concedentis aſſiſtẽtiam ſuper prædicto feudo, an tanquàm defectiuus, non impetratus ſuper pacto de retrouendendo, ſed tantùm ſuper venditione, officere debeat iuribus mulieris in dote poſt mortem viri aſſenſum impetrantis; fuit deciſum per S.C. in fauorem mulieris, Frãch. dec. 126.

Aſſenſus ab vxore impetratus poſt mortem viri ſuper bonis feudalibus an retrotrahatur in præiudicium tertij poſſeſſoris, habentis aſſenſum primò impetratum; non fuit deciſum, Franch. deciſ. 86. licèt ibi num. 2. alleget, deciſum olim fuiſſe per Sacr. Conſil. non præiudicare, ut per Afflict. deciſ. 286. num. 2. Iacobus de Præſito, vt infrà uerbo aſſenſus. Pariſ. conſ. 18. num. 10. uol. 1. Ricc. collect. deciſ. 1802. *Reg. Rouit. deciſ. 48. num. 1.*

Aſſenſus Regis an requiratur in retroceſſione feudi

D qua-

quaternati, conceſſi præuio aſſenſu Regis, non obſtante aſſenſu Baronis; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. deciſ. 48. num. 2. & ſeq. *Bilotta concluſ. feud. 43.*

Aſſenſus an dicatur nullus ob difformitatem, ex eo, quòd in eo dicitur, quòd Terræ teneantur immediatè, & in capite à Regia Curia; fuit concluſum, quòd in conceſſione in feudum facta à Barone ſubintelligatur, teneri ab eo, quia regulatur aſſenſus ſecundùm contractum, idcircò non difformis, ſed conformis contractui dicitur, per alias rationes adductas per Franch. deciſ. 48. nu. 7.

Aſſenſus capitulo præſtitus in feudalibus in beneficium mulierum Neapolitan. vel nuptarum Neapolitanis, etiam ſuper contractu mutui, dependente ex dote, porrigitur non tantùm mulieribus legitimis, & naturalibus, ſed etiam naturalibus tantùm, prout ſic fuiſſe deciſum refert Reg. Rouit. in pragm. 3. de feudis, vbi allegat Annam in Conſtitut. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 204. & dixi ſuprà eodem verbo aſſenſus.

Aſſenſus vigore capituli Neapolit. an procedat in ſubſidium, non extantibus bonis burgenſaticis; fuit deciſum, quòd ſic, quamuis anteà contrarium fuerat iudicatum, teſte Io. Vinc. de Anna in Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 240. Reg. Rouit. in pragm. 9. de feud. in fine.

Aſſenſus præſtitus ſuper alienatione bonorum feudalium Titulatorum an ſit validus; fuit iudicatum in prima inſtantia, eſſe validum, & in ſecunda inſtantia inualidum in occurrenti caſu tradito per Reg. de Ponte in conſ. 1. vol. 1. citatum per Reg. Rouit. ſuper pragm. 22. de feudis, vbi cenſet, ad euitandum tales altercationes fuiſſe editam pragmaticam expreſsè prohibentem, aſſenſum ſuper feudalibus titulo decoratis non valere, niſi à Rege fuerit conceſſus, & infrà eodem verbo aſſenſus.

Aſſenſus an ſit validus iudicandus, ità vt reuocatio non teneat, ſi poſt lapſum tẽporis alienans ſciens, aſſenſum habere defectum priuilegij, vel ſigilli, reuocauerit alienationem factam virtute Conſtitut. Regni, & poſt reuocationem aduerſa pars obtinuerit Regiam diſpenſationem faciendi adimplementum, quæ deficiunt, & cum effectu fuerint omnia adimpleta; vide infra eod. ver. aſſenſus an ſit validus.

Aſſenſus præſtitus ſuper venditione feudi non extenditur ad pactum de retrouendendo in eo appoſitum, & ità fuit deciſum in Sacr. Conſil. teſte Grammat. deciſ. 76. poſt nu. 22. & 30. infrà eodem verbo aſſenſus.

Aſſenſus Baronis tantùm an ſufficiat in alienatione feudorum planorum, & de tabula, excadẽtialium, attenaſiorum; fuit concluſum, & deciſum, quòd ſic, Afflict. deciſ. 243. num. 1. 2. & 3. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in differen. feudor. in 2. differ. num. 6. Franch. deciſ. 126. num. 4. Camerar. in l. Imperialem fol. 72. lit. E. in magnis, Viuius in ſylua comm. opin. opin. 997. teſtes duo, num. 3. nouiſſimè Reg. de Ponte in præluд. feud. lect. 1. num. 74. *Camill. de Medic. conſ. 145. num. 6.*

Aſſenſus Baronis an ſufficiat probari per teſtes; fuit deciſum, quòd ſic, Afflict. deciſ. 243. num. 3. & 4.

Aſſenſus Regis an verificari poſſit per teſtes; non fuit deciſum, quamuis videatur concludi, quòd ſic, Afflict. deciſ. 243. num. 4. & vide infrà eodem verbo aſſenſus, vbi latè diſcutitur; quamuis Carauit. ad Afflict. deciſ. 253. ibi, quia ſigillum, dicat, ità fuiſſe per Sacr. Conſil. iudicatum, & idem affirmat Vrſill. in annotat. ad iſtam deciſionem, n. 3. fuiſſe ſemper approbatam per Sacr. Conſil. iſtam deciſionem, quam citat Viuius in ſylua commun. opinion. in opin. 997. teſtes duo, num. 3.

Aſsenſus præſtitus ſuper alienatione feudi pupillæ a tutoribus, cum promiſsione ratificationis pupillæ, tempore, quo maior efficeretur, an facta ratificatione in ea ætate maiori venditionum prædicti feudi exquiratur nouus aſsenſus; fuit deciſum, quòd non, ex quo Rex, qui aſsentijt ambabus alienationibus eiuſdem feudi, cum dicta promiſſione ratificationis fuerat de hoc certioratus, & aſsentijt, & ſic dicta ratificatio eſt exequutio dictæ promiſsionis, Afflict. deciſ. 285. nu. 14. Amed. de Ponte in tract. de laudemio q. 37. num. 17.

Aſsenſus præſtitus ſuper exequutione facienda, ſi reperiatur facta per biennium antè quàm eſset præſtitus aſsenſus, an retrotrahatur ad dictam exequutionem, ità quòd retractari nequeat, fuit deciſum, quòd dicta exequutio debeat reuocari, quia ille aſsenſus Domini fuit præſtitus ſuper exequutione facienda, vndè non prodeſt, ſi exequutio fuerit priùs facta, Afflict. deciſ. 355. Franch. deciſ. 105. in princ. Anna in ſingul. 40. aſsenſus, refert, idem aliàs fuiſse deciſum, & Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 11. Reg. de Ponte conſ. 36. num. 8. Riccius in collect. deciſ. 50. & in deciſ. 28. in prin. Curiæ Archiepiſc. Neapol. in praxi, Alphan. Peruiin. collect. 288.

Aſsenſus Regius an ſit præſtandus ſuper feudo pro dote obligato per maritum, qui delictum nõdùm accuſatum commiſerit, in beneficium mulieris; fuit deciſum, quòd ſic, Afflict. deciſ. 385. Franch. deciſ. 1. num. 19. & 26. Anna in Conſtitut. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 235. Minad. conſ. 10. num. 21. Pariſ. conſ. 18. vol. 1. Riccius in collect. deciſ. 50. & 146.

Aſsenſus Regius ſuper obligatione feudi an poſsit probari per teſtes, deficiente ſcriptura; fuit deciſum, poſse probari per teſtes, Afflict. deciſ. 398. Anna in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 61. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 28. in fine, licèt Loffred. in paraphr. feud. ad Andr. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. col. 2. impugnet deciſionem iſtam, aſserens, contrarium fuiſſe deciſum, quinimmò hæc deciſio procedit, quando ſcriptura eſset perdita, & tunc per teſtes probari poterit, & ſubdit ibi col. 3. in occurrenti caſu dùm eſset frater à fratre hæres in feudalibus inſtitutus, qui nondùm mortuo fratre, hæres aſsenſum petijt à Vicerege ſuper teſtamento ipſo, & obtinuit verbo, quo conceſso teſtator obijt, oppoſuit hæres teſtibus probare horam conſenſus præſtiti, & cõperto, quòd tunc quando præſtitus fuerat conſenſus, iàm teſtator nondùm mortuus eſset, fuit confectum priuilegium aſsenſus, eum citat Viuius in ſylua comm. opin. opin. 997. teſtes duo, nu. 2. Ricc. in collect. deciſ. 50. de Ponte conſ. 157. num. 21. vol. 2. & conſ. 31. num. 11.

Aſsenſus Regius ſi non fuerit regiſtratus cum ſigillo pendẽte in forma Regiæ Cancellariæ, licèt pars habuiſset memoriale per verbum, fiat, expeditũ,

attenta

attenta Regia pragmatica diſponente, deberi expediri aſsenſum in forma Cancellariæ infrà menſes quatuor, aliàs aſsenſus nullam fidem faciat, ſed quia fuit repertum, talia eandem pragmaticā non diſponere, vndè nil poterat opitulari poſseſsioni feudalium introituum captæ per ipſum conceſsionarium vigore memorialis prædicti, ac aſsenſus, vt ſupra expediti; fuit in poſseſsione conſeruatus, vndè aliā pragmaticā nouellam opus fuit promulgari, vt aſſenſus expeditus per verbum, fiat, in memoriali, infrà annum regiſtretur, & ſigilletur in forma Cācellariæ, aliàs talia memorialia ſic expedita nullam fidem faciant, & ità in viridi obſeruantia pragmatica ipſa extat, Vrſill. dec. 197. & 253.

Aſſenſus virtute Capituli Neapolitanis conceſsi pro dotibus, vt cenſeatur præſtitus an extēdatur etiam ad antephatum; fuit deciſum, quòd ſic, Vrſill. deciſ. 385. n. 1 in princ. in S. C. ſed contrarium in R. Cam. vt infrà eod. verb. aſſenſus.

Aſſenſus præſtitus ſuper cōualidatione ceſsionis poſt concluſum in cauſa, an iuuet ceſsionario, data decreti validitate; fuit votatum, quòd ex æquitate talis aſſenſus iuuet, etiam quòad adiudicationem, Capyc. deciſ. 51, ſub num. 9. vſq; ad num. 11. Regens de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. 8. §. 11. num. 14. *Camill. de Medic. conſ. 20. n. 24.*

Aſſenſus Domini an valider teſtamentum poſt mortem teſtatoris diſponentis de re feudali; concluditur, quòd ſic, ſed hoc in præiudicium ipſius Domini, non tamen agnatorum, quorum conſenſus requiritur, tamen id procedit in feudo antiquo, vel paterno, Capyc. dec. 115. vſq; ad n. 5.

Aſſenſus Regius an denegandus ſit ceſsionario litis feudalis, vertentis inter cedentem, & alium vaſallum benemeritum, ex iuſta cauſa attentis meritis collitigatoris fuit aſſenſus denegatus facto verbo in Collater. Conſil. Anna in alleg. 39. Ricc. in coll. 1. deciſ. 50.

Aſſenſus Proregis an cenſeatur præſtitus, ſi contractus coram eo celebraretur, & licèt tacitè cenſeatur præſtitus; fuit concluſum in Collat. Conſil. etiam præſtitum, non tantùm in feudo quaternato, ſed etiam in feudo plano, & de tabula, Anna in repetit. rub. de vaſall. decrep. ætat. n. 107.

Aſſenſus expeditus in memoriali firmato manu Regentium, & Proregis, non tamen ſigillato ob pragmaticam, an annullet conſenſum, vel ſcripturam. fuit in Collater. Conſilio habita ratio aſſenſus prædicti, Anna in repetit. Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, n. 69.

Aſſenſus an debeat denegari alienanti feudum contrà prohibitionem Baronis; fuit in Collaterali Conſilio denegatus, quoniam quando concurrit denegatio, ſeù prohibitio hominis cum prohibitione legis, iure licito denegari debet, Anna in repet. Cōſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, nu. 47. & ſeq. Fab. de Anna conſ. 38. nu. 58. Ricc. deciſ. 45. num. 2. Archiep. Neap. par. 1. in magnis.

Aſſenſus an operetur reuocata alienatione feudi, reſolutoq; contractu, vt ſi feudatarius alienauerit feudum, & reuocauerit alienationem, impetrato aſſenſu ſuper venditione ipſa reuocauerit ipsā reuocationem, quia tunc confirmatur alienatio ex aſſenſu præſtito; fuit deciſum in Sacro Conſilio, reuocata alienatione aſsenſum nil operari reſoluto contractu ex authoritate legis, etiam quòd alienans tacitè, vel expreſsè reuocationem reuocaret, niſi de nouo iterum alienaret, & ſuper noua alienatione Rex aſsentiret, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. verbo pluribus autem modis, num. 85. Lanar. conſ. 73. num. 14. & conſ. 96. num. 9. Petr. Garſia deciſ. 32. *Iul. Cæſ. Gallupp. in method. feud. part. 2. cap. 1. nu. 40.*

Aſsenſus præſtitus pro reſtitutione dotiū, & antephati per mortem viri, & in omnem caſum, & euentum reſtituendarum dotium, & antephati, an comprehēdat etiam caſum aſſecurationis propter inopiam viri conſtante matrimonio; fuit deciſum per Regiam Cameram facto verbo in Collateral. Conſilio, aſſecurationem ipſam eſſe præſtandam pro dotibus, & antephato, damnis, expēſis, & intereſſe, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 2. per totam, Philipp. Paſchal. in tract. de virib. patr. poteſt. par. 2. cap. 7. num. 44. *Viſcont. concluſ. iur. verb. aſſenſus, Nouar. deciſ. 227.*

Aſſenſus præſtitus ſuper obligatione bonorum feudalium iuxtà tenorem inſtrumenti dotalis, cum clauſula apponi ſolita, quòad expreſſa tantùm, an extendatur, vel comprehendat etiam bona feudalia de futuro; fuit per Regiam Cameram facta relatione in Collaterali Conſilio deciſum, vt futura veniant in obligatione, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 3. q. videnda eſt additio ad cap. 21. Regis Catholici, ſituatum nouiſsimè in nouiſsim. pragmatic. in pragmat. 3. de feudis, dùm quærit, ſi extendatur ad futura, tradit, quòd hæc reſeruatio requiritur, prout fuit iudicatum in cauſa Domini Villanouæ cum Angelella de Capite 1573. Molfeſ. conſ. 5. nu. 39. & in addit. ad d. conſil. me citat hic, Petr. Garſia deciſ. 21. ſuprà eodem verbo aſſenſus. *Viſcont concluſ. iur. verbo aſſenſus. Iul. Cæſar. Gallupp. in method. feudal. p. 2. c. 1. n. 76.*

Aſsenſus Capituli cōceſsus mulieribus Neapolitanis pro reſtitutione dotium, & antephati ſuper bonis feudalibus, an habeat locum in ſubfeudis, in quibus requiritur Baronis aſsenſus pro obligatione; fuit deciſum in Sacr. Conſil. non eſse præſtandam aſsiſtentiam cum adiudicatione ſuper quodā Caſali ob defectum aſsenſus Baronis, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 4. quæſt. per totam. Petr. Garſia deciſ. 56. *Viſcont. in concluſ. iur. verbo aſſenſus, Taſſon. de anteph. verſ. 4. obſer. 2. n. 113.*

Aſsenſus ſi ſit præſtitus ſuper venditione facienda, ſi vēditio reperiatur iā facta, an conualidetur venditio ex hoc aſsenſu; fuit deciſum per Sac. Conſil. in occurrenti caſu, quòd aſsenſus confirmet venditionem factam, quia in Regno per alienationem factam ſine aſsenſu non amittitur feudum, vt refert Anton. de Alex. in l. Imperialem, de prohibit. feud. alienat. per Federic. quem citat Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 11. in princip. licèt ibidem Frecc. in fine in alio caſu ſimili referat, per Sacr. Conſil. fuiſse iudicatum, aſsenſum ſuper venditione faciēda non operari, neq; confirmare venditionem factam; eſt verum, quòd ibi erat clauſula in priuilegio, veris exiſtentibus prænarratis, & in alio caſu idem refert fuiſse deciſum, Petrus Garſia dec. 37. *Iul. Cæſ. Gallupp. in method. feudal. part. 2. cap. 1. num. 72.*

Aſsenſus præſtitus vigore Capituli Neapol. obligationibus bonorum feudalium pro reſtitutione dotium, & antephati mulierum Neapol. nubentium

Digitized by Google

ris de reintegr. feudor. cap. incip. An conſenſus Regis, num. 3. cum citat cum alijs Doctoribus Franch. deciſ. 86. nu. 1. vbi in caſu ibidem expreſſo patet deciſio ſimilis.

Aſſenſus impetratus ſuper obligatione bonorum feudalium pro debito principali, & nihil eſt dictũ de pęna, & intereſſe, an extendatur ad pęnam, & intereſſe; fuit deciſum in Sacr. Conſil. quòd non, ex quo aſſenſus eſt ſtricti iuris, Afflict. in cap. 1. in 12. notab. num. 10. de prohibit. feud. alien. per Federic. de qua deciſione meminit Carauit. in addit. ad Afflict. dec. 335. incip. ibi, ſed contrariam, Cannet. in Extrauag. Sicil. Volentes §. at nõ erit ocioſa n. 19. fol. 94. cõprobat iſtam deciſionem multis rationibus, & impugnat deciſionem contrariam, in Regno Siciliæ ventilatam, Mozzius de feudis in rubr. ex quibus cauſis feud. amitt. nu. 168. in fin. *Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 5. num. 114.*

Aſſenſus an ſit denegandus per Regem, quãdo feudum eſſet legatum in teſtamento, quando in hoc eſſet tantùm præiudicium Regis, non prohibetur Regi aſſentire, ſicut in cõtingentia facti aſſentijt Rex Ferdinandus I. in Oppido Gammateſæ, ſi verò tractaretur de præiudicio partium intereſſe pretendentium, quibus ius acquiſitum erat, aſſentire non tenetur, vt in contingentibus caſibus fuit obſeruatum per Regem Catholicum, de quo per Sigiſmund. Loffred. in paraphr. feud. ad Andr. ſuper cap. 1. §. donare, verſ. vidi aliquando dubitari, col. 5 qualitèr olim pot. feud. alien. & præſtito aſſenſu prædicto an valeat diſpoſitio in teſtamento facta; aliàs fuit iudicatũ pro validitate teſtamẽti, in quo Rex præſtiterat aſſenſum, Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. an tertia formula, nu. 11. & 12. cum citat Octau. Bammacar. in cap. omnes filij, n. 51. ſi de feud. defunct. controu. vide Gramm. deciſ. 66. ſub n. 3. qui citat hic Loffredum, annuẽtem, totum contrarium vidiſſe obſeruatum, & Loffredum id ſomniaſſe, *Borrell. in ſum. deciſ. tom. 3. tit. 4. nu. 288. & ſeq.*

Aſſenſus an præſtari poſſit per Proregem in venditionibus feudorũ Titulatorum, ſi feuda ipſa abſquè titulo vendantur; concluditur, quòd ſic per Reg. de Pont. conſ. 1. tota vis, à n. 1. ad 83. vol. 1. & pro eius defenſione adducit, in cõſimili caſu cauſam Mariliani inter D. Ferdinãdum Gonzagham, & Vincentium Caraſam ità fuiſſe in anno 1572. determinatam per totum Cõſilium, ac etiam per Collateral. Conſil. vt ipſe fatetur ibidem nu. 30. & 79. & licèt fuiſſet in alia ſimili cauſa Ducis Montiſalti contrarium deciſum, de qua idem mentionem facit in conſ. 5. n. 101. quia Rex mandauerat, aſſenſum per eum præſtitum Duci fore exequendum, & cancellandum aſſenſum præſtitum per Proregem hic per priùs in beneficium Principis Scaleę, varijs modis talis deciſio contraria per eũdem ibidem nu. 78. declaratur; quoniam illa cauſa per tres tantùm fuerat conſultata, qui cõſultationem fecerant, cui conſultationi ſe conformem reddidit ſua Maieſtas, & ob id ſi exceptio rei iudicatæ elijci debet, non procedit, dũ non adſunt à iure requiſita, ſi verò per viam iudicij factum extaret, maxima diſtantia inter vtraſquè deciſiones oritur. Ex quo illa per tres tantùm fuerat deciſa, hæc autem per totum Conſilium, & per Collaterale fuit facta, & demùm concludit, in hoc non fuiſſe, nequè per viam declarationis facta, dùm poſtea Rex voluit generalitèr prouidere, non tractauit in præteritum, ſed factum in futurum; vndè infertur, talem deciſionem Regis non fuiſſe factã per viam declarationis capituli; nam deindè alias fecit prouiſiones, vt ibi per eum, concludentem, aſſenſum legitimè fuiſſe hic expeditum, afferendo rationem, quia Terra non erat Titulo decorata, ſed dignitas conceſſa perſonæ, & quòd reſeruatio facta per Regem debebat intelligi de Terra ipſa decorata Titulo, & propter hæc fuit in prima inſtantia iudicatum, vt quoquè refert Camill. de Curt. in ſuo diuerſ. iur. feud. in cap. incip. ſed vndè digreſſi, num. 20. fol. 11. à tergo, col. 2. qui allegat iſtud conſil. ſubdens, in cauſa reclamationis contrarium fuiſſe deciſum, licèt eius opinio ſit, vt cũ iuſtitia primæua opinio defendi poſſit, & ità concludendo reſidet num. 21. hanc quæſtionem ampliùs euenire non poſſe cernitur, ſtante Regia declaratione deindè facta, quòd etiam in feudis Titulatis procedat, & ſi Terræ non fuerint Titulo decoratæ, aſſenſus omninò exquiri debet à Rege, & in cauſa Marchionis Vaſti, refert Franc. de Amic. in tit. de ijs, qui feud. dare poſſunt, §. ſed quia fol. 238. fuiſſe annullatam venditionem feudi Montis Herculis, à quo Caſtro ipſe Marchio habebat dignitatem Principatus, eandem deciſionem citat nouiſſimè Reg. de Ponte in tract. de poteſtat. Proreg. tit. 7. de aſſenſu Regio ſuper alien. feud. in princ. & in repet. cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. in 6. lect. num. 50. Reg. Rouit. in pragm. 22. de feud.

Aſſenſus præſtitus ſuper actu reuocabili an faciat actum irreuocabilem, concluditur, quòd non, & ob id refert Franciſc. de Amic. in titul. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. & veniendo ad primam, ſub num. 19. verſ. & per iſtos terminos, fol. 191. defendiſſe quendam venditorem feudi cum aſſenſu ſimulatè, vt potuiſſet recta via recuperare feudum, & vendicare, non obſtante ſimulata vẽditione, quia in ipſa ſimulatione etiam participauerat emptor, & tunc quando vterquè participat, ſemper auditur qui certat de damno vitando, et proptereà cùm aſſenſus Regis impetretur ad tollendum obſtaculum, ſemper cenſetur interueniſſe, non ad ſubſtinendum actum, ſed ad tollendam obſtantiã de medio.

Aſſenſus an præſumatur præcedere reuocationem, vt actus valeat; concluditur, quòd ſic per Franc. de Amic. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. §. et veniendo ad primam, ſub num. 21. col. 5. verſ. ego pluriès, fol. 194. annuens, defendiſſe quamplures emptores feudorum, contra quos apparebant reuocationes factæ per venditores ſub data illius diei, in qua fuerant expediti aſſenſus pro validitate venditionum factarum, & ignorabatur, quis actus præcederet, ſcilicèt an aſſenſus, vel reuocatio, nam ſi præcederet aſſenſus, tunc reuocatio non præcederet, ſi verò reuocatio, tunc aſſenſus non produceret effectum ſuum, & in hac ambiguitate ſemper præſumitur aſſenſus præcedere, & ità obtinuiſſe ſemper, niſi venditor doceret de hora, & anterioritate, vide Annam in ſing. 637. vbi Conſil. Fab. Anna ad materiam infra eodem verbo aſſenſus.

Aſſenſus Cap. Neap. conceſſus pro dotium reſtitu-

tione mulieribus Neapolitanis, an iuuet ipſis, ſi deficeret obligatio bonorum feudalium; fuit deciſum, vt aſſenſus ille non opitularetur, quia non habebat obligatio conſenſum; vt figeret pedes, Franciſc. de Amic. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. §. ſequitur modò, ſub num. 8. verſ. & alias in ardua cauſa fol. 244. & ob id ſi non ſit obligatio bonorũ feudalium, non ſufficit tacita obligatio inducta à lege, nam hoc cap. nil operatur, vt tenet Camerar. in l. Imperialem fol. 55. lit. G. & ità fuit iudicatum in S.C. in cauſa Angelellæ de Capite cum Michaele Villanoua in anno 1573. vt refert Addit. ad cap. 21. Regis Catholici fol. 43. regiſtratum in nouiſſ. pragm. in pragm. 3. de feud. ſuprà eodem verbo aſſenſus.

Aſſenſus ſi ſit impetratus lite pendente dũm eſſet actum in iudicio hypothecariæ ſuper feudo, ſine quo aſſenſus impetratus fuerit, cauſa forte concluſa, an poſſit ferri ſententia ex illo proceſſu, Sac. Conſil. in cauſa Antoniæ Palmiſanæ cum Duce Ariani, & Comite Potentiæ habuit aſſenſum pro valido, Anton. Capyc. in inueſtit. feud. rubr. feudorum exequutiones, verſ. & quid ſi actum, fol. 195. eum citat Liparul. in addit. ad Andr. in c. 1. §. quid ergò, ſub num. 6. lit. V. incip. ſed an iudiciale, in fin. de inueſtit. de re alien. fact.

Aſſenſus ſi ſit impetratus ſuper donatione feudi, in qua erat appoſitum pactum de reuocando, an corruat etiam venditio, & talis aſſenſus ſuper illa impetratus non proſit; fuit in Regia Camera deciſum, talem aſſenſum corruere ex defectu aſſenſus ſuper pacto, Io. Ant. Lanar. conſ. 73. num. 5. faciunt tradita per Reg. de Ponte in repet. cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. lect. 6. nu. 26.

Aſſenſus Regis an ſit iudicandus gratia, ſi in conceſſione adeſſet facultas alienandi, aſſenſu Regio reſeruato, vt etiam in Regno hoc iure vtimur; fuit in contingenti caſu habito in cauſa Marchionis Meſurachæ cum Octauiano Piſcicello iudicatum, quòd ſit gratia, Io. Anton. Lanar. in conſ. 15. in hac cauſa inter excellentem, nu. 16.

Aſſenſus Sedis Apoſtolicæ an præſumatur interfuiſſe per ſpatium triginta annorum, non data alia ſcientia; fuit aliàs per Sacr. Conſil. deciſum, præſumi aſſenſum Sedis Apoſtolicæ ex ſpatio triginta annorum, non data alia ſcientia per conſ. Aret. 36. vt refert Fab. de Anna conſ. 113. ſi feudum, nu. 41. vide infra verbo conſenſus. Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſc. Neapol. 34. & 35. par. 1. in magnis. *Viſcont. in concluſ. iur. verbo aſſenſus, in fine.*

Aſſenſus à Rege præſtitus alicui feudo pro feudatario, qui caret liberis, vt venderet feudum, & is vendiderat habenti liberos, an mortuo alienante operabitur in beneficium illius, qui liberos habet, non obſtante, quòd alienans illis careat, Andr. in cap. 1. col. 4. num. 6. qui ſucceſſ. teneant. tenet, quòd ſic, cùm etenim aſſenſus operetur, etiam quòd vendẽs careat liberis, ergò aſſenſus debet operari etiam in primo actu, nihilominùs in cauſa Baronis Latronici, & S. Laurentianæ fuit obſeruatum contrarium, vt refert Anna conſ. 129. ſcripſi in meo conſil. nu. 81. & num. 82. ſubdit, contra opinionem Andr. ſemper fuiſſe deciſum, & ſignantèr in cauſa Hieronymi de Sangro, Alexandr. de Corradis, & aliorum, vbi multifariàm reſpondet doctrinæ Andreæ.

Aſſenſus præſtitus cum verbis, quòd infrà annum regiſtretur, alias habeatur pro non præſtito, ipſo non regiſtrato erit nullus, & ità fuit deciſum in Sac. Conſ. teſte Afflict. deciſ. 335. quem citat Reg. de Ponte conſ. 67. num. 36. At nunc extat Regia Pragmatica de priuileg. anni 1518. diſponens, quòd aſſenſus debeant regiſtrari, ità quòd elapſo anno erint nullius roboris, & momẽti, & ita multis rationibus, & deciſionibus fundat idem Reg. de Ponte conſ. 3. n. 16. & ſeq. vol. 1. quem citat Io. And. de Georg. in alleg. 3. nu. 11. vbi tradit, in contingenti caſu fuiſſe de nouo practicatum in S.C.

Aſſenſus an valeat, nec dicatur ſubreptitius, & ſi fortè cõtractus indè ſequeretur, validus cẽſeatur, dũ non fuiſſet expreſſum per feudatarium contrahẽtem, vendentem, vel donantem carere legitimo ſucceſſore, quamuis expreſsè dictum pro emptore, eiuſquè hæredibus deſcendentibus; fuit iudicatum per Reg. Cam. facta relatione in Collaterali Conſilio, fore expediendum exequutorium in forma Cãcellariæ, & ità paſſim iudicatum fuit, Reg. de Ponte conſ. 2. ex duobus n. 60. vol. 1. & licèt in alio caſu fuiſſet deciſum, quòd conſulatur Regia Maieſtas, vt idem Regens, vt ſupra nu. 61. fatetur, tamen declarat, ipſam deciſionem fuiſſe ſatis optimam in caſu ſuo; nam tractabatur de interpretatione aſſenſus Regis viuentis, vndè meritò, vt res eſſet in tuto, ſancta fuit determinatio, caſum non decidens; ſed declarationem expectãs ab eodem, qui legem condiderat, vndè ex hoc colligi nequit determinatio, & quid ſi talis aſſenſus fuiſſet à Rege confirmatus, vide infra verbo confirmatio; & iterùm in anno 1573. reſercate D. Moles in cauſa Regij Fiſci cum Dominis Franciſco, & Ferdinando de Haro, ſuper introitibus Terræ Paglietæ fuit iudicatum, aſſenſum non eſſe ſubreptitium, etiam ſi in aſſenſu non ſit dictum alienantem carere ſucceſſore, vt habui ex allegat. quondam Fabij de Falco fol. 305. Thoro.

Aſſenſus præſtitus ſuper capitali, an extendatur ad intereſſe, in pluribus cauſis fuit deciſum per Sacr. Conſil. quòd ſic, Reg. de Ponte conſ. 65. ex nota facti, nu. 19. vol. 1. vbi nu. 31. limitat, procedere id in contractibus bonæ fidei, ſecùs in contractibus ſtricti iuris, in quibus non veniunt intereſſe, nec ex mora, nec ex natura contractus, ſed à tempore litis conteſtatæ; & idem deciſum refert Marta in tract. de clauſul. par. 2. clauſ. 39. in fine per Sacr. Reg. Conſil. in cauſa Marchionis Lauri cum Comite S. Seuerinæ. *Nouar. deciſ. 227. num. 6.*

Aſſenſus Regius vigore capituli an cenſeatur ineſſe in quacunque obligatione feudali pro dotis reſtitutione, & conſeruatione vltrà caſum obligationis uiri, uel ſoceri; concluditur, quòd ſic per Minad. in conſ. 3. quod in obligatione, ubi in fine tradit, fuiſſe ità iudicatum pro ſua clientula.

Aſſenſus datus ad uendendum, uel emendum per Procuratorem, & deindè fit contractus per principalem, an ualeat; fuit deciſum in Sacr. Conſil. quòd ſic, Anton. Capyc. in inueſtit. feud. uerb. feudorum aſſenſus, uerſ. & ſi datus eſt, fol. 78. et in uerbo neceſſitas, uerſ. aſſẽſus Domini, fol. 80. cum citat Liparul. ad Andr. in l. Imperialem in addit. lit. M. incip. ſi debitor, de proh. feud. alien. per Feder. *Iul. Cæſ. Gallup. in method. feud. part. 2. cap. 1. num. 84.*

Aſſen-

Aſſenſus an requiratur capto feudo ex primo decreto per creditorem, & in vim exequutionis ſententiæ vult procedere ad ſecundum decretum, vel ad adiudicationem, aut vẽditionem; cõcluditur, quòd ſic, & Dominus tenetur aſſentire, & ità fuit per Regem factus aſſenſus in fauorem creditoris, nec debitor erat ob onus feudi, Anton. Capyc. in inueſtit. feud. rubr. feudorum alienationes, verſ. limita 29. fol. 40. & verbo feudales aſſenſus in 3. limit. fol. 77. dùm eſſet actum actione perſonali, & in eius contumacia deuentum ad primum decretum; fuit conceſſus, non obſtante reuocatione obligationis, vel equipollenti pro Franciſco Surrentino, eum citat Liparul. ad Andr. in cap. 1. §. quid ergò, ſub n. 6. lit. C. incip. niſi eſſet, de inueſt. de re alien. fact.

Aſſẽſus ſi ſit interpoſitus ſuper decreto, lato in fauorẽ Vniuerſitatis alienãtis tot annuos introitus alicui creditori, cum clauſula, dummodò decem ex ditioribus dictæ Ciuitatis ſe obligẽt in ſolidum ſub pœna 25. vnciarum, Fiſco applicanda de redimendo dictos introitus in beneficiũ Vniuerſitatis, & elapſo tempore præfixo non ſe obligauerunt, an corruant decretum, & paritèr aſſenſus in damnum creditoris, infraſcripta fuerunt allegata in S.C. pro defenſione creditoris per V. I. D. præclariſſimum Fabium de Falco meum Patruum benemeritum. Primò, quia aſſenſus mandauit, redimi dictos introitus, non dixit, de cuius bonis, & pecunia, ſiquidèm intelligitur de bonis ipſius Vniuerſitatis, proùt ius intelligit, quandoquidèm eatènus ciues tenentur, quatènus Vniuerſitas non ſit ſoluenda, tunc enim imponitur collecta, Gloſſ. in l. 1. §. final. verſ. Proconſul, in fine, ff. quod cuiuſquè vniuerſ. nomin. & gloſ. in Conſtit. Dubitationem, in princ. verſ. ſed ſi nulla; quinimmò ſi ciues ſoluiſsẽt pro Vniuerſitate, nonnè ab ea repetere potuiſſent? certè ſic, quę ſi non ſoluit, prout ipſa tenetur creditori, introitus prædicti redimuntur, & ſatisfit decreto, quia nil refert, quòd ex ęquipollentibus fiat, juxtà l. final. ff de donat. quæ ſub modo; vbi Bald. notat, quòd non facimus differentiam, dummodò habeamus finalem intentionem, & effectum, hinc tex. in l. final. §. final. ff. mandat. voluit, non attendi verba, ſed finem, & intẽtionem, l. cùm ſeruus, ff. de verbor. obligat. & quando contemplatur effectus, etiam conditio poteſt adimpleri per æquipollens, & non in forma ſpecifica, l. ſi mater, vbi Gloſſ. & Caſtr. C. de inſtit. & ſubſtit. & in materia aſſenſus Regij, quando ſumus certi de intentione, adimplẽtur verba aſſenſus per æquipollentia, de quo per Camerar. poſt Andr. in l. Imperialem, car. 81. lit. B. de prohib. feud. alien. per Feder.

Secundò ponderatur, quòd duo præcipiuntur in decreto, vnum eſt, quòd ſe obligent decem, & in hoc non eſt præfixum tempus, ſecundum eſt, quòd ciues redimant infrà ſex annos, & ex hac ponderatione colligitur, quòd non adeſt mora ciuium, quia tempore obligationis ſequendæ cogebantur redimere, & proindè omni tempore poſſent ſe obligare pro facienda reemptione prædicta; ſed ad euitãdum circuitum nũc fit ſolutio ab ipſa Vniuerſitate, & euitatur iſte inutilis circuitus, iuxtà formã l. dominus teſtamento, ff. de condit. indebit. quia ſolutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, & dùm habemus effectum, non curamus de modo.

Tertiò, iſta obligatio ciuium requiſita in decreto nõ eſt ſutilis, ſed ſolemnitas effectualis, quia ſuperuenire debet poſt decreti interpoſitionẽ, & poſt vſũ in eſſe deductũ, & cùm ſit effectualis, ex ipſius defectu actus non corruit ipſo iure, prout facit gloſſ. & Bart. l. vniuerſa, C. de precib. Imperat. offer. Angel. conſ. 36. Felin. cap. quoniam frequentèr, n. 10. vt lit. non conteſt. defectus enim ſolemnitatis effectualis, vt ipſo iure nullitatẽ inducat, oportet, vt ſit veſtita clauſula annullatiua, & quòd ſit tempus præfixum, cæterùm dùm decretum prædictum mandauit, quòd decem ciues ſe obligent, terminum non præfixit, nequè vlterius progreditur, annullando actum, quatènus dicta obligatio ſubſequuta non fuiſſet, terminus enim eſt ſtatutus reemptioni faciendę, non autem obligationi ciuium, & proindè remanet validum decretum, & quod rectè ſatisfit Domino, Vniuerſitas nunc cogitur ad ſoluendum id, quod vtilitèr accepit emptori, tantò magis cùm non ſit iuſtum, quòd Vniuerſitas locupletetur cum aliena iactura; fuit tamen deciſum per Sac. Conſ. referente Regio Conſiliario Fabio Riccardo in fauorem creditoris, cõtra Vniuerſitatem in anno 1599. in cauſa Io. Benedicti Guarnerij, & Antoniæ Guarneriæ cũ Vniuerſitate Veggiani, pęnès Figliolam Actuarium, & idem articulus fuit ità deciſus in eodem Sac. Conſil. in cauſa Gregorij de Loffredo cum Vniuerſitate Amendolariæ, referente Regio Conſiliario Quiros in Aula Salamancæ, in Bãca Terracciani, nunc de Alexio, vel Scacciauento, & iſtam deciſionem nouiſsimè tradit Doctor Michael Zappul. in pragmat. 5. §. 13. n. 39. de adminiſtrat. Vniuerſit. Ego autem dùm commorarer Coſentiæ vidi prouiſiones Reg. Collateral. Conſil. expeditas ad inſtantiam Luciæ Zupæ cõtrà particulares obligatos pro Vniuerſitate Lõgobardorum, directas Regiæ Audientiæ Calabriæ citrà, mandantes, vt exequi poſſit cõtra particulares obligatos venditioni annuorum introituum factæ per Vniuerſitatem virtute inſtumẽti, & ſi eadem Vniuerſitas contrarium obtinuerit ordinem, nè moleſtaretur ex defectu Regij aſſenſus pro debito prædicto, declarando, ordinem prædictum militare pro Vniuerſitate, ac alijs non obligatis, & patent regiſtratæ in partium fol. 149. in Regia Cancellaria, & ità exequutum per Regiam Audientiam Calabriæ, *Auguſt. Caput. de regim. Reipub. c. 6. n. 24.* Io. Baptiſta de Thoro II. Doctor.

Aſſenſus Regius ab aliquo ceſsionario Baronis impetratus à Curia ſuper conceſsione facta à Barone, cum pacto, quòd recognoſcat à Barone, & in aſſenſu Regio eſſet dictum, quòd recognoſcatur in capite à R. Cur. an valeat; fuit iudicatum in cauſa Principiſſæ Sulmonis, quòd talis aſſenſus nihil operatur, Iacob. Anell. de Bottis in add. ad l. ſi quis, in fin. C. de pact. inter empt. & vendit. vide infrà in verbo feudum conceſſum.

Aſſenſus an præſtandus ſit à Prorege ijs, qui ſucceſſores habent, iuxtà formam Reg. Pragm. quamuis ſucceſſores ipſi eſſent ſenes, vel de filijs deſperati; fuit deciſum per R.C. facta relatione in Reg. Coll. Conſ. quòd non, in cauſa Fabritij Stendardi Domini S. Antami, cum Regio Fiſco, Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. titul. 7. de aſſenſu Regio ſuper alienat. feud. §. 3. num. 11. *Ioann Baptiſt. Bilott. concluſ. feud. 41. n. 2.*

Aſſen-

Aſſenſus præſtitus in iuramento aſſecurationis, cum clauſula Regiæ Cancellariæ, vt intrà certum tempus iuramentum aſſecurationis præſtetur, an elapſo tempore præfixo habeatur pro non præſtito, & ſucceſſiuè operetur reſolutionem contractus; fuit deciſum in S.C. facta relatione in Coll.Conſ. operari reſolutionẽ aſſenſus, ex clauſula annullatiua in eo appoſita, in cauſa reclamationis, Reg.de Pont.conſ.67. vol.1.& meliùs in tract. de poteſt.Proreg.tit.4.de regal.impoſit. in princip. n.16.*Io.Bapt.Bilott.in concl.feud.concl.*38.*n.*6.

Aſſenſus licèt præſtari non poſſit exteris à Proregibus non ſubditis Regiæ Maieſtati, iuxtà formam Reg.Prag. tamen ſi exteri haberent feudum obligatum iure hypothecæ, & vellent eorum ius alteri cedere, non tamen extero, adhùc ſuper tali ceſſione aſſenſus Regius denegari poteſt, & ità fuiſſe iudicatum in cauſa Blaſij Spinolæ cum Io.Aloyſio de Sangro, dixit Reg.de Pont.in tract.de pot. Proreg.tit.7. de Reg.aſſenſu ſuper alien.feud.§.4.n.6.

Aſſenſus an ſit præſtandus cõuentioni initę inter Baronem, & vaſallos, pro conſtitutione duorum Officialium in eius feudis, ex cauſa diſtantię locorum, periculi Turcarum, ac aliorum, non obſtante reuocatione reſcripti Regalis facta per Baronem, immò reuocatione reuocationis ad inſtantiam vaſallorũ facta; fuit in Coll.Conſil.deciſum, non obſtantibus oppoſitis eſſe procedendum ad expeditionem aſſenſus, in cauſa Marchionis Vallis Siculæ cũ Vniuerſitate Longobardorum, Reg.de Pont.in dec.6. Marchio n.2.& 3.& in conſ.14.n.20.vol.2.

Aſſenſus Regius an ſit præſtandus per Proreges ſuper obligationibus officiorum; fuit pluries per Regium Collaterale Conſilium denegatus aſſenſus, tàm pro obligatione, quàm venditione, & diſpoſitione illorum, & prouiſum ſemper, quòd adeant Catholicam Maieſtatem pro expeditione aſſenſus, Reg.de Pont.deciſ.28.nu.63.

Aſſenſus Baronis tantùm an requiratur in alienatione feudorum, non aliter quaternatorũ, conſiſtentium in annuis redditibus debitis Domino feudi, pro quibus adhuc non ſoluitur, nec ſeruitium perſonale præſtatur; fuit in S.C.obſeruatum, & ſentẽtiatum, ſufficere aſſenſum Baronis tantùm, Afflict. in Conſtit.Conſtitutionem Diuæ memoriæ, ſub nu. 24.verſ.& maximè quando res feudalis.

Aſſenſus Regius interuenire debet in compromiſſo facto de re feudali, non tamen in laudo indè proferendo, vt tenet Afflict.deciſ.285.Practica tamen traditur à Loffred. in l.Imperialem, colum.3. verſ. compromiſſum, de prohib.feud.alienat.per Feder. vt antè promulgationem laudi oſtendatur vni ex Regentibus Regiam Cancellariam, & ità pluriès practicatum, & concluſum vidiſſe tradit Octau. Bammac.in cap. ſi vaſallus de beneficio, num.16. ſi de feud.defunct.controuerſ.

Aſſenſus an operetur ſuum effectum, ex quo præſtitus fuerat eo tempore, quo fuerat reuocata obligatio feudalium, vigore Conſtit.Regni Conſtitutionem Diuæ memoriæ; fuit concluſum, non operari ampliùs eius effectum, & ſucceſſiuè obligationem quòad dicta feuda eſſe ſine Regio aſſẽſu, & ſic fuit votatum, Afflict.deciſ.335.à num.11.vſquè ad nu. 17.Lanar.conſ.15.num.25.& conſ.73.nu.7.Maur. Sen. allegat.37. num.2. & Reg.de Ponte deciſ.6. num.2. refert, ità paſſim fuiſſe iudicatum, minimè præſtari poſſe aſſenſum ſuper contractu reuocato, licèt fuerit facta reuocatio reuocationis poſt aſſenſus impetrationem.

Aſſenſus an requiratur in exequutione laudi prolati iuxtà compromiſſum factum præuio aſſenſu; fuit in Collaterali Conſilio decretum, quòd requiratur, referente Franciſco Antonio Dauid, Paul.Fuſcus in ſingul.97. lit.A.

Aſſenſus præſtitus ſuper alienatione rei feudalis facienda per feudatarium facultatem habentem alienandi, obligandi, &c. Regio interueniente aſſenſu, an validus, vel ſubreptitius ſit, ſi alienans tempore alienationis non haberet ſucceſſores, & id non expreſſerit, fuit pluriès deciſum in R.Cam. etiam facta relatione in Collaterali Conſilio, quòd ſit validus, dummodò non adſit cauſa ſimulationis, & ità aliàs deciſum Reg. de Pont.in conſ. 42.hæc cauſa, volum.2.teſtatur.

Aſſenſus ſuper laudo eſt nullus, niſi præceſſerit ſuper compromiſſo, & ità deciſum in Collaterali Conſilio, refert Reg.de Ponte conſ.52. Regius Fiſcus, num.16.& 17.volum.2.

Aſsenſus præſtitus mulieribus Neapolitanis pro dotibus, & antephato iuxtà Capitulũ Suę Maieſtatis, intelligitur vti præſtitus, non à Regni Prorege, ſed vti immediatè ab ipſo Rege, & ſucceſsiuè ſuum effectum operatur, etiam in illis caſibus, in quibus huius Regni Proreges prohibentur aſsentire, & ità deciſum in Sacro Conſilio iunctis aulis, referente Conſiliario Riccardo pro N. Montenegra cum creditoribus Marchionis Mariliani, ait Reg.Roui. in pragm. 2.n.4.de feudis.

Aſsenſus præſtitus ſuper donatione facta ex nunc pro tunc de aliqua re feudali, an valeat, quemadmodùm ſi fuiſset facta donatiõ, reſeruato vſufructu, & licèt iſtæ donationes videantur ſimbolizare, ſatis tamen differunt inter ſe, ſecundùm Doctor. in l.Imperialem, de prohib.feud. alienation. per Federic. fuit tandem deciſum in Regia Camera Summariæ, facto verbo in Collaterali Conſilio in cauſa reclamationis inter Federicum Tomacellum, & Regium Fiſcum circà nullitatem aſsenſus præſtiti ſuper donatione Terræ Montisfuſcoli facta per D. Federicum ex nunc pro tunc ſequuta eius morte, per quam ſententiam fuit reuocata ſententia in prima inſtantia lata, declarans aſsenſum nullum, nàm aſsenſus præſtitus à Prorege fuit validus declaratus, Regens Rouitus in pragmat.4.de feudis, num.16.

Aſsenſus in alienationibus feudorum per exteros in Regno à Regia Maieſtate tantùm eſt petendus, iuxtà Reg.pragmat. quid autem ſi exterus habitauerit cum familia per decennium in Regno, an poſsit talis aſsenſus impetrari à Regni Prorege, fuit deciſum in S.C.iunctis aulis ad relationẽ Conſiliarij Riccardi, quòd non, in cauſa creditorum Marchionis Mariliani, in quorum graduatione ſuccubuerunt creditores, qui habebant aſsenſum Proregis tantùm, licèt eſsent anteriores illis, qui obtinuerant aſsenſum ab ipſo Rege, Reg.Rouit.in prag.17.n.2.de feud.*Bilott.concl.feud.*87.

Aſsenſus in alienationibus corporum feudalium, pro quibus debetur ſeruitium Regiæ Curiæ per exteros in Regno, à Regia Maieſtate tantùm eſt expetẽdus; an in ceſsione iurium, quæ forenſis habet ſuper feudo ſufficiat aſsenſus Regni Proregis,

fuit

ſuit deciſum in Collater. Conſil. ad relationem R. C. S. quòd ſufficit in hoc caſu Proregis aſſenſus, in cauſa creditorum Marchionis Padulę cum Regio Fiſco, Reg. Rou. in prag. 17. n. 4. de feud.

Aſſenſus an ſit validus, ità quòd reuocatio non teneat, ſi poſt lapſum tempus alienans ſciens, aſſenſum habere defectum priuilegij, vel ſigilli reuocauerit alienationem factam, & poſt reuocationem pars altera obtinuerit Regiam diſpenſationē faciēdi adimplemēta, quæ deficiūt, ac omnia fuerint adimpleta; fuit deciſum in S.C. in cauſa Petri Antonij Comitis cum Vniuerſitate Piſticij ſuper reſciſſione affictus perpetui nonnullorum bonorū feudalium, quòd ſic, Reg. Rou. in pragm. 1. de fide memor. n. 4. licèt ibi ſubdat, contrarium fuiſſe deciſum in alia cauſa, vt infra in verbo reuocati.

Aſſenſus capituli conceſſus mulieribus Neapolitanis pro obligatione bonorum feudalium, an etiā ſibi locū vendicet, ſi maritus, ſeù dotans ſucceſſore careat; fuit deciſū, quòd ſic, in cauſa Pardi Pappacodæ, vt meminit Reg. de Pont. in tract. de pot. Proreg. tit. de aſſenſu Regio ſuper dot. in princip. n. 34. ſequitur Ricc. collect. dec. 743.

Aſſenſus in alienationibus feudorum per exteros in Regno petendus erit à ſua Maieſtate tantū, iuxtà prag. 17. de feudis, an procedat in exteris per decennium cum familia habitātibus in Regno; fuit deciſum in S.C. in cauſa creditorum Marchionis Mariliani iunctis aulis ad relationem Conſ. Riccardi contra eos, vt comprehendantur in pragmatica prædicta, Ricc. collect. dec. 2052. aſſenſus.

Aſſenſus impetrandus ab exteris in alienationibus feudorum à Rege tantū, iuxtà prag. 17. de feudis, an in ceſſione iurium faciēda per eos exteros ſufficiat impetrari à Prorege; fuit deciſum inter Regium Fiſcū cū creditoribus Marchionis Padulæ ſuper pretio Rocchæ Imperialis, facta relatione per R.C. in Collat. Conſ. die 13. Aprilis 1602. affirmatiuè, vt refert Ric. in collect. dec. 2052. aſsēſus.

Aſſenſus Regius an ſit præſtandus in conuentione habita inter partes, in qua ratificabatur donatio feudi aliàs facta contēplatione matrimonij, & inter alia extabat conditio adiecta, quòd caſu, in quē ex delicto aliquo veniret ſucceſſor bonis priuandus, donatio intelligatur infecta, & per annū antè intelligerentur bona donata ſucceſſori, hoc cōtingit inter Marchionē Gruptulæ, qui donauerat feudū eius filio primogenito D. Alonſo Sanchez, & poſtmodū cōuentione habita inter eos, inter cætera fuit ratificata donatio feudorū aliàs facta, & pro obſeruātia omniū prædictorū in ipſa conuentione, & in caſu inobſeruātiæ obligata fuerūt oīa bona feudalia, & licèt pro dicta feudalium obligatione tantū, & pro obſeruātia contētorum in dicta conuentione fuiſſet aſſenſus Regius petitus, & iam expeditus per verbum, fiat, in memoriale, dubitatū fuit poſtmodùm, quando in forma Cancellariæ redigebatur, ſi præſtandus eſſet, eo ꝙ adeſſet ſupradicta conditio, quæ naturā feudorum alterare videbatur, & ꝙ omninò ſit contēdēdus dicebatur, nā non petebatur aſſenſus ipſi donationi, ſed obligationi tantū bonorum factæ pro obſeruantia promiſſorū D. Alonſo in hac vltima cōuētione, in qua D. Alonſus acquiſiuit perſonalem actionē ex promiſſione ſibi facta, ad tex. in l. actionum genera, §. in perſonam, ff. de action. & oblig. cui perſonali actioni acceſſit bonorum obligatio, quę ex inobſeruātia acquiritur D. Alōſo pro ſe, & ſuis hæredibus, vt ſtipulatus fuit, & importabit intereſſe, quod cauſatur ex non adimplemento, quod tantundē erit, ſecundū vulg. conſ. Oldrad. 14. vndè non aſſentitur donationi, nec pactis illius, ſed aſſentitur obligationi bonorum factæ, ortū habenti ex perſonali obligatione per priùs acquiſita pro adimplemento contentorum in vltima conuentione, quæ obligatio acquiritur D. Alonſo, & ſuis hæredibus, & ſic ſecūdùm naturam feudorum, ità quòd in omnem caſum tranſibit, ad quem cætera bona D. Alonſi prouenienda erant; vndè præſuppoſito caſu, ꝙ bona D. Alonſi publicarentur, non eſt dubiū, quòd hæc etiam publicarētur, quia acquiſita ſibi, & hæredibus, & nō poſſet quis ſuccedere in eo, niſi vt hæres, & poſtquàm non eſt actio realis, nec ad feudū datur, ſed contra perſonam, & ad intereſſe, nō video, in quo poſſit ſubſtantialitèr difficultari iſte aſſenſus, etſi pacta in ipſa donatione appoſita ſint extrauagantia, nā ibi donatur feudum, hic obligatur perſona, ibi tractatur de tranſlatione dominij, hic de iure hypothecæ pro conſequutione eius, quod actio perſonalis importat, ibi tractatur conſequentia feudorū, hic per obligationem conſequutio intereſſe, ibi, quod eſt fortius, cū qualitate, quòd fœminę non ſuccedant, & ꝙ non poſsint bona publicari, hic acquiritur obligatio cū qualitate hæreditaria, & pro hæredibus vtriuſq; ſexus, vndè omnes rationes denegatiuę aſſonſis in donatione ſunt promiſſiones illius in hac obligatione, & dū dicitur, quòd ex conſequutione intereſſe tantundèm D. Alonſus cōſequeretur, hoc nō intereſſet Regis aſſentientis: quod .n. tractatur eſt, ne ex hoc inducatur alteratio feudorum, quæ induci non poteſt ex obligatione ad intereſſe, quæ poſſet cauſare venditionē illorū, vel adiudicationem ipſi D. Alōſo, quę alio iure fieri nō poteſt, quàm ſeruata forma, & natura feudorum, & dùm dicitur, ꝙ Marchio Gruptulæ noluit donare, niſi ſub illis conditionibus, hoc nil commune quoad præſtationem aſſenſus pro obligatione promiſſorum in hac vltima conuentione: aliud .n. eſt donatio feudorum, & aliud promiſſio obſeruantiæ donationis per diuerſum contractum, aſſenſus enim ſecundùm regulas notas non extenditur de re ad rem, nec de contractu ad contractum, de quo per Andr. in c. Imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. per Feder. etſi Marchio prætendet in futurum, quod nō intendit, vt donatio habeat effectum ex eo, quia non adeſt aſſenſus in iſtis pactis, vel nō potuit præſtari, ſinè quibus non donaſſet, tūc allegabit, quòd non adeſt inobſeruantia, & ſic quòd nō teneatur ex hoc vltimo contractu, ità quòd donare, vel non donare ſub iſtis pactis, non poteſt difficultare expeditionē aſſenſus ſuper obligatione bonorū, ſed benè, quòd non oriatur actio ad obſeruantiam, propterea ceſſat obligatio pro inobſeruātia, quæ ſunt longè diuerſa, & cùm hæc ſit donatio facta contemplatione matrimonij, ſine qua matrimonium non fuiſſet concluſum, promiſitq; Marchio ipſe impetrare aſſenſum ſuper ea, propterea ſemper quòd Marchio contrauenit ex hoc capite, tenetur contrahentibus ad intereſſe, vt aliàs ſuis iudicatum, & ſic opus non eſt diſputare, quòd cū nō

teneat

Digitized by Google

Aſsiſtentia petita pro debito ſuper feudo quãuis rectè procedat ex generali obligatione, tamẽ debet eſſe regulata, vt in ſubſidiũ concedatur ſuper feudo, & ità multotiès per S. C. fuit præſtita ſuper fructibus feudi tantùm, ex quibus ſatisfieri poſset creditoribus, Minad. in Conſt. In aliquibus, verb. Comitum, & Baronum, n. 43. eum citat Io. Andr. de Georg. in alleg. 6. n. 52. Mart. vot. 16. n. 8. *Barbat. de aſsiſtent. gloſ. 6. n. 39.*

Aſsiſtentia an ſit concedenda creditori anteriori cum obligatione generali bonorum feudalium, cũ aſſenſu ſuper feudis obligatis, quamuis poſtea à debitore diſtractis in tertium poſseſsorem, cõtra quem fuit lata ſententia reſciſsionis contractus ob eius inualiditatem, & ſucceſsiuè condemnatus ad relaxãdũ bona ipſa, ſolutis quãtitatibus priùs per debitorẽ, ità quòd pendẽte ſolutione ipſa per retentionẽ rei, ab ipſo tertio poſseſsore aſsiſtentia peti nequeat, fuit iudicatũ, eſse præſtandam, & ità in fauorem ipſorum creditorum petentiũ aſsiſtentiã, Reg. de Pon. conſ. 25. in hoc iudicio, vol. 2.

Aſſiſtentia petita per creditorem ſuper benis debitoris à tertio poſſeſſore poſſeſsis, tã pro capitale; quã pro decurſis redditibus, an pro omnibus prędictis concedenda ſit, quamuis (relicto iudicio reſciſſionis contractus contra heredes debitoris intentato) commiſſa fuiſſet graduatio creditorum, ob quod cõtractus ipſo iure reſoluti, & reſciſſi viderentur, pro creditore dicebatur, cõmiſſa graduatione creditorũ contractus omnes eſſe reſciſſos, & proſequitur Reg. Rou. in prag. 3. de ceſſion. bon. n. 12. & ſeq. & ſucceſſiuè per reſciſsionẽ ipſam in concurſu creditorum aſsiſtentiam concedendam fore, circumſcripta potioritate ipſius, licèt ex aduerſo obijceretur, nullatènus pro capitale ſaltim concedendã eſſe, cum rei veritate reſciſsio cõtractus non reſultauerat ex cõmiſsione graduationis, poſtquã fuerat iam intentatum iudiciũ reſciſſionis contra hæredes per creditores, ſed nõ proſequutũ, adeò quod reſciſsio in iſto caſu per ſententiã non apparebat, vt dixit ibi Rou. & nu. 17. neq; etiam per talem graduationẽ, ex eo, quòd non cõſtabat de decoctione debitoris, cuius intuitu contractus verè, & realitèr reſciſsi cenſebantur, ſicuti ibi dixit Reg. Rou. n. 22. quæ ſiquidèm decoctio, vel per defectum ſolutionis tertiarum promiſſarum, vel per venditionem bonorum debitoris, vel demũ per fugam, aut debitorum latitationem cõtingere poſſet, ſubnectit n. 25. vltrà Benuen. Strac. in tract. de mercat. in tit. de decoctor. par. 2. n. 1. & ſicuti hæreditas iacens non poteſt diſcuti, Alex. conſ. 100. n. 10. lib. 5. eo quòd non adeſt legitima perſona; hinc curator hereditati iacenti, curator à Iudice deſtinatur, Caualc. in tract. de tut. & cur. n. 331. & ſeq. & n. 224. ſic in caſu noſtro decoctioni curator adhibendus erat, & ità conſultum eſt creditoribus, vbi decoctor eſt præsẽs, poſſe in vnũ conuenire, & curatorẽ bonorum eligere, per quẽ bona diſtrahuntur, & poſſunt Prętorem adire, qui ex cõſenſu maioris partis eorum conſtituat, dixit Strac. in d. tract. in vltima parte, n. 6. & ideò in caſu iſto non erat debitor viuens, & iudicium reſciſſionis intentatum erat cum hærede ordinariè, nõ aũt cum curatore, ob quod vera decoctio ex præmiſsis non cernebatur, poſtquàm bona in hęreditate remanſa apparebant eſſe ſufficiẽtia pro omnibus, indè talis graduatio cõmmiſſa per Iudicem tantũ n, non tàm per M. C. V. potiùs relatio ad inſtructionem Iudicis, quam ad rei efficaciam ordinata videbatur, attentoq; numerò paucorum creditorum quatuor, vndè ex ijs facta relatione de prædictis in M. C. V. per Iudicem Cauſedes cauſę Commiſſarium deciſum fuit, aſsiſtẽtiam eſſe prçſtandam quòad tertias tantùm, ſalua prouiſione facienda quòad capitale, auditis hæredibus debitoris, & ità compilato proceſſu ſub die 15. Martij 1619. in cauſa Ioannæ Faleſiæ Tutricis hæredum quond. Pompei Ghelmi V. I. D. cum hæredibus quon. Iſabellæ de Bottunis, penès Seraphinũ, *Barbat. de aſſiſt. gl. 2. n. 25.* Io. Bap. de Thoro I. C. Neap.

Aſsiſtentia petita per creditores anteriores hæreditatis an ſit præſtanda, hærede opponente, ſoluiſſe alijs creditoribus, iuxtà diſpoſitionẽ §. & ſi præfatam, dùm ſoluerat eis, qui non ſoluendo poſtmodùm ſunt effecti; fuit in S. C. deciſum in cauſa Io. Leonardi Monachi cum Theſaurario, referente Regio Conſiliario Quadra eſſe præſtandam, Reg. de Pont. in conſ. 64. & ſi credam, ſub n. 36. verſ. & propterea, vol. 1.

Aſsiſtentia præſtita ſuper naui hypothecata, cum promiſsione, quòd nauigaret riſico, & periculo alicuius, quid ſi fuiſſet ipſe cõdẽnatus ad exhibẽdum, alias ad pretium nauis iam perẽptæ ob naufragium, exequutioni demandari debeat; fuit per S. C. deciſum talem ſententiã aſsiſtentiæ non mereri exequutionem, ex eo, quòd nauis re verà erat perempta, Iacob. Anel. de Bottis in addit. ad prag. incip. aſsiſtentiam, in antiquis, f. 465. incip. adde, quòd dùm per M. C. V.

Aſsiſtentiæ ſententia quãuis ſtante appellatione interpoſita per reũ mandari debeat exequutioni, & virtute clauſularũ bona exequuta creditoris prçuia adiudicatione conceduntur cum poteſtate, & facultate vendendi, an ſtante appellatione poſsit procedi ad venditionem; fuit deciſum per S. C. quòd non, Franch. dec. 120. Muſcar. pract. fideiuſſ. par. 1. modo 18. nu. 5. Reg. Tap. in prag. 1. de aſsiſtent. n. 4. idem Muſcar. in pract. S. C. lib. 2. p. 3. gloſ. adiudicãtur, n. 80. Reg. Rou. in prag. 2. de appell. n. 1. Ricc. collect. dec. 175. Philip. Paſchal. in tract. de vir. patr. pot. par. 1. c. 8. n. 145.

Audientia teſtium an ſit committenda, quando ille, cui conceditur terminus ad impugnãdum, vellet examinare vnum, vel duos teſtes, aut plures exiſtẽtes in diuerſis Prouincijs, ità quòd eſſet neceſſe mittere plures Examinatores, & vnus non poſſet omnes examinare, quia diuerſis vijs ruunt, fuit practicatum in cauſa Mottulæ, quòd ſic, Marc. Ant. Puluctinus in addit. ad Conſt. In pecuniarijs, incip. nota, quòd per hanc gloſ.

Audientia teſtium ex communi ſtylo S. C. debet cõmitti pro duobus locis, quid ſi fuerint teſtes nominati in pluribus partibus, an talis audientia cõmitti debeat, concluditur, quòd ſic, ex quo nulla aderat ſuſpitio contra dicta, nec cõtra teſtes; propterea communi voto fuit ità deciſum, & in cauſa reclamationis, Minad. dec. 7. magnificus.

Audientia teſtiũ an ſit cõmittenda in cauſa repulſæ, licèt ritus 146. incip. Itẽ Curia ipſa oppugnet, tamen fuit in S. C. deciſum quòd ſic, vndè fuit habitum pro vero, per ea, quę habentur in tit. 157. non dici committi audiẽtiã, quando committitur Officia-

Digitized by Google

ficialibus,Reg.Tap.in annot.ad d.Rit.156.f.152.

Audientiæ denegatio licèt ſit Iudici arbitraria, cùm ſit temporalis,non perpetua, non tantùm contra cõtumaces, ſed etiam contra inobedientes verſatur,non parentibus decretis Iudicis, ex remedio tradito per Franch.dec.271. qui tradit tria remedia: primum condemnare non exhibentem ad intereſſe; ſecundum eſt denegatio audientiæ: tertiũ eſt delatio iuramenti in litem, vbi ait, ſemper minus eſſe eligendum,quod erit arbitratum Iudici.

Auditores an conſtituendi ſint per Barones in Prouincijs pro ſecundis cauſis vaſallorum; fuit pronunciatum, quòd ſic per S.C. Campagn. in cap. Regni Grauamina, nu.102. & id pluriès deciſum fuit in S.C. & quandoquè parum extrà locum iuriſdictionis,Anna in ſing.560.vaſallus,& idem refert Frecc.de ſubfeud.lib.2.in 30.authorit.num.3. eum citat Viuius deciſ.356. & in ſylua commun. opin.opin.711.ſententia,nu.7.Viſcont.ad Franch. deciſ.526.in fine, & ibidem Amend.num.20.

Auditores ſecundarum cauſarum Baronum debent eſſe annales, iuxtà pragmat.tamen de facto contrarium ſeruatur, immò vltrà biennium,& perpetuò, & licèt in S.C.fuerit prouiſum in cauſa Vniuerſitatis Theani cum Principe Hoſtiliani poſſe eſſe biennales Auditores ſecundarum cauſarum, non tamen hoc inſtitutum factum vidiſſe refert Io.Franc. Capiblanc. in pragm.5. num.82. de Baronib.

Augmentum focularioſum nouæ numerationis ad quem pertineat, vel ad Barones, qui in aliquibus Oppidis habent functiones fiſcales, vel ad Regiũ Fiſcum, Sigiſmund.Loffred.in paraphr.feudor.ad Andr.ſuper cap.1. §.ſi quis demanſo, col.4. verſ. quæritur in hoc §.de controu. inueſtit. diſputat articulum pro, & contra, tamen vt augmentum ipſum ſpectet ad Barones habentes functiones fiſcales, affert, in Reg. Cam. fuiſſe deciſum in eorum fauorem in facto occurrenti per verba illa, debita, & debenda, ſeù impoſita, & imponenda, quæ extenduntur ad futura,& ſic ad augmentum foculariorum,quẽ citat Fab.de Anna conſ.61.quæ in ijs cauſis,n.1.& ſeq.vbi concludit multis rationibus,quòd cõceſſis functionibus fiſcalibus indefinitè,nõ taxata certa quãtitate,venire functiones futuræ,ſicquè augmentum nouæ numerationis,& ſecundùm prædictam opinionẽ fuiſſe deciſum in Collat.Conſil. vt idem ibidẽ nu.72.fatetur,nõ obſtãte,quòd contrariũ aliàs fuerat deciſum,de qua deciſione meminit Reg.Carol.Tapia in l.fin.ff.de conſtitut.princip.p.1.c.4.n.8. allegat,per eum nu. 73. Camill.de Curte in diuerſ.iur.feud. verſ.licèt autem,num.34.& ſeq.fol.85.à t.ponit deciſionem contra Fiſcum,& pro Fiſco,& allegat Ann. ſequitur Reg.Rouit.in pragm.1. de iur.& exact. fiſcal. citando iſtud conſil. Annæ ſub num.62. in nouis, aliaſquè deciſiones ſub diſtinctione cumulando.

Augmentum foculariorum an cedere debeat feudatario, vel Fiſco,ſi fuerit facta cõceſſio per Regem feudatario in remunerationem ſeruitiorum, iurium foculariorum, & ſalis ſuper quibuſdam feudis,ſimiliter conceſſis,quæ fuerunt aliquorum rebellium, quibus deindè fuerũt Caſtra ipſa reſtituta per capitula pacis, retentis dictis fiſcalibus cõceſſis ex Regio patrimonio,& lite pendente inter Fiſcum,& feudatarium pro augmento dictus feudatarius vendiderit Curiæ annuos ducatos .... ad quam ſummam aſcendebant ſinguli redditus dictorum iurium, ad rationẽ duodecim pro quolibet centenario,& licèt ſuperueniſſet ſententia Reg.Cam.declarando, augmentum foculariorum pro certa ſumma cõceſſorum ſpectare ad Fiſcum, reſpectu verò aliorum in genere cõceſſorum ſpectare ad Ducem feudatarium, factaq; liquidatione compertum fuit, augmentum aſcendere ad focularia 213.quæ cùm fuiſſent alijs alienata,& pẽderet lis ſuper luitione,ſuperueniſſet noua numeratio,& cũ de nouo augmento fuiſſet tractatum,Fiſcus fuit abſolutus, ſalua prouiſione pro augmẽto de præterito,& licèt per Fiſcũ prætenderetur,non deberi augmentum foculariorum, agendo de explicatione dictæ reſeruationis, immò non deberi poſt ſeparationẽ factã a Caſtris,nec ob nouiſsimã alienationẽ eorũdem iurium foculariorum in beneficium Curiæ,non obſtante ſententia alias lata, quia loquebatur de præterito antè ſententiã, non de futuro; ſed paritèr vltimã ſententiam obſtare, quæ attendenda erit,& demùm quando prædicta non militarent, nõ competeret augmẽtum feudatario,ſed ſuppletio pretij pro rata ad eandẽ rationẽ;ijs ſic reſolutis cõcluditur in fauorẽ feudatarij contra Fiſcũ,& ſic fuit ad relationẽ Reg.Cam.per Collat.Conſ.deciſum,Io.Andr.de Georg.in alleg. 43. Excellentiſſ.Dux,vbi nu.22.ponit deciſiones, latiſsimè de hac materia pertractat doctus vir Reg.Rouitus meritiſsimus Regius Cõſiliarius,& demũ Regẽs R.Cãcel.in commentar. prag.1. n.3. & ſeq.de iurib.& exact.fiſcal.vbi cenſet,in prima inſtantia fuiſſe deciſum contra Fiſcum, licèt pendeat reclamatio in Regia Camera Summariæ.

Augmentum feudi, quod per ſe poteſt ſubſiſtere,eſt hæredum vaſalli; ſed ſi non poſſet ſubſiſtere,eſſet Domini, ſoluta per ipſum æſtimatione, & ita fuit deciſum in Regia Camera inter Fiſcum, & hæredes quondam Pardi Pappacodæ,attenditur enim quod fuerit meliorarum,non autẽ quod fuerit expẽſũ,Reg.de Pont.cõſ.52. punctus, n.31.32.& ſeq. vol.1. *Ant.de Amat.var.reſol.to.2.reſol.67.n.56.*

Augmentum functionum fiſcalium in feudum cum augmento conceſſarum non taxatur, & ità fuit in facto deciſum,Camill.de Curt.in diuerſ.iur.feud. verſ.cùm igitur, num.60.fol.41.à tergo.

Augmẽtũ hæreditatis prouenies ex induſtria hæredis, faciendo ſibi à creditoribus remitti eorũ credita,ex diligẽtia eius adhibita in tranſactione, & cõuẽtione facta cũ dictis creditoribus pro mediça sũma,an cedat in beneficiũ hæredis in liquidatione vitæ,& militiæ,vel hereditatis,& ſic omniũ intereſſe prætẽdẽtium, fuit deciſũ in S.C.credita ſic remiſſa non augeri hæreditatẽ,& ſic cedere in beneficiũ omniũ remittentiũ creditorum,Franch. dec.61. quem nouiſsimè citat Andr.Molfeſ. in cõmẽtar.ad Conſuet.Neap.p.2.q.21.n.7. vbi in fine ſubdit, ſimiliter fuiſſe deciſum in Regia Camera in beneficiũ Fiſci poſterioris creditoris cõtra hæredẽ, qui ſibi remiſsionẽ partis crediti à creditoribus obtinuerat, & iuxtà opinionẽ Peregrini, & Randẽſ. diſtinguẽtium in augmẽto intrinſeco,vel extrinſeco nouiſsimè iudicatũ in S.C.adnotat hic Viſcont. *Io.Bapt.Bilotta in concl.feudal.14.nu.16.*

Augmentum temporis an cedere debeat in beneficiũ emptoris,vel venditoris,fuit deciſum in Sacr.

Conſ.

Digitized by Google

Conſ.in cauſa illorum de Ciarlone,cum Hierohymo Bozzauotra cedere beneficio emptoris,Marcell.de Mauro in alleg.94.agit D.Cæſar,n.8.

Augmentum functionum fiſcalium, quando ceſſio non eſſet indefinitè, ſed limitatè ad certam ſummam,an ſpectetad Fiſcum,vel ad Baronem,quando eſſet indefinitè, non eſt dubium, & ſic iudicatum,Reg.de Pont.conſ.30.tota vis,n.1.& ſub n.2. verſ.difficultas, vol.2. ſimilitèr ſi fuiſſet facta cõceſſio ad certam ſummã in literis Regijs, & poſtmodùm in priuilegio cõceſſæ functiones fiſcales, vna cum dicta ſumma, ob quod vibebantur contrariari; fuit iudicatum, quòd ſtante reſtitutione plenaria conuentus condemnetur ad ſummã ipſam definitam,vnà cũ fructibus, vt ibidem in fine ſubnectit.

Auia an admittatur ad ſucceſſionem eius nepotis, qui ſucceſſerat matri,& renũciauerat, non obſtāre,quòd ſi viueret ipſa mater, excluderetur à ſucceſſione filij, vigore pacti (*alla noua manera*) fuit per S.C.deciſum contra auiam,Ant.Capyc.in addit.ad Conſuetud.Si quis, vel ſi qua,incip. in hac gloſ. prætetquam f.127. Fab. de Ann. in conſ.92. n.39.vbi citat Dominum de Pont.in conſ.61.n.75. Io.Andr.de Georg.in alleg.23.nu.35. Amat.conſ. 26.n.32.vol.1.

Auia exiſtente in medio locum habent Conſuetudines,ſecus patre,vel matre exiſtẽte in medio, quia tunc locũ non habent; vt fuit deciſũ in cauſa Ducis Mõtiſalti,Fab.de Ann.in conſ.130.n.45. & 46.

Auia an ſuccedat nepoti ex filio præmortuo, obſtante altero filio Comite, & allegante, eius fratrem præmortuum nupſiſſe cum renunciatione de non ſuccedendo ſecundũ nouum vſũm,quarè non ſucceditur vltimo moriẽti,ſed patri, qui ſibi erat frater;fuit deciſum in fauorem auiæ, excludẽdo Comitem filium,qui vltimo morienti erat patruus in remotiori gradu,Preſ.de Franch.dec.92.quem citat Io.Andr.de Georg.in alleg.23.n.26.

Auia an excludat fratrem conſanguineum à ſucceſſione fratris conſanguinei,licèt non excludat fratrem vtrinq; coniunctũ;non fuit deciſum,Franch. dec.682.ſed concluditur pro fratre vtrinq;coniũcto,Paſchal.de vir.pat.pot.par.2.c.1.n.60.

Auia ſuperſtis an præferatur aliis agnatis in baliatu concedendo per Regem nepotibus,fuit declaratũ per Regem Carolũ in anno 1405.quòd ſic, Andr. in Conſt.Minoribus,& ibi Affl.in 7.q.Petr.Garſia dec.59.Paſchal.de vir.pat.pot.par.3.c.10.n.9.

Auiæ dilapidanti,& conſumanti bona ſua, quæ ſpectare debent nepotibus an fieri debeat iuſſus à Iudice,quòd illud,ꝙ ad legitimam nepotum ſpectat,conſeruare habeat illis; fuit practicatum, ꝙ ſic,Vrſill.dec.393.num.1.in fin.eum citat Petra ad Capyc.dec.56.& vide infrà in verbo legitima,Idẽ in annot.dec.158.in princ.

Auth.res,quæ,C. cõmunia de legat. quamuis procedat in dote,& quarta,an procedat paritèr in intereſſe;fuit deciſum per S.C. quòd ſic, Franch.dec. 613.Reg.de Pont.dec.34.n.31. & meliùs n.39. Paſchal.in tract.de vir.pat.pot.par.2.c.7.nu.32.*Reg. Capyc.Galeota controu.21.to.1.nu.21. & 27.Barbat.de aſſiſtent.gl.5.nu.136.& ſeq.Conſ.Merlin.controu.forenſ.c.24.*

Auth.Sacramenta puberum,C.ſi aduerſ.vend.an habeat locum in impubere decem annorũ; fuit pluriès deciſum in S.C.quòd ſic,propter obſeruantiã iuramenti,Affl.dec.363.ſub n.10.latè Proſper Farinac.in ſua praxi,in tit.de accuſat.q.15.n.34. Viu. in ſylua commun.opin.in opin.508.minoris,Ricc. collect.dec.1723.

Auth.niſi rogati,C.ad Senatuſconſ. Trebell. an habeat locum in Sororibus Tertij Ordinis S.Franciſci, licèt Bald. ibi concludat, quòd non; tamen S.C.contrarium determinauit in facto occurrenti,vt tradit Io. Petr. Mangrell.in addit.ad Bart.in d.auth.niſi rogati,in princ.

Author laudatus ſi ex ſua perſona competerent beneficia,an ea petere poſſit in iudicio agitato inter actorem,& reum,ſi fuerit facta publicatio,vel cõcluſio;fuit aliàs deciſum,eſſe concedendum beneficium petitum,tamen in alia cauſa fuit cum cauſæ cognitione deciſum, eſſe videndos articulos authricis laudatæ, ex quibus colligi poterat defenſio,& ſic ipſis viſis,non obſtante concluſione,attẽta legitima defenſione facienda; fuit conceſſa reſtitutio, Affl.dec.15.vbi Vrſill.in princ.tradit alias deciſiones,Franch.dec.261. n.3. Muſcat.in pract. S.C.par.3.verbo nominent, nu.5.& par.6.gloſ.in integrum,n.15.Bellon.dec.Genuæ 143.Sigiſmun. Scacc.in tract.de Iud.cauſ.ciu.& crim. c.30. n.14. Fab.de Ann.in conſ.97.n.17.& ſeq. vbi declarat, hanc deciſionem procedere,quando ab initio vẽditor ſuſceperat iudicium.ſecus quando incidentèr,vt in caſu ſuo Reg.Tap.in annot.in Conſt.Minorum intra,n.2.& 3.in ſuo Iure Regni,Frecc.de præſent.inſtr.p.6.q.11.nu.4. latè Surd. dec. Mantuæ 325.Troyſ.in prag.2. de ordin.iud.nu.38.Iul. Cæſ.Imbrian.in tract.de primo, & ſecundo beneficio,conſid.3.n.38.Tartagl.in praxi M.C.V.ciuili c.2.n.55.Ant.Fab.in eius Codic.tit.de Iudic.definit.37.Giurb.deciſ.1.Sicil.per tot. Parlador. rer. quotid.lib.2.c.11.in fin. *Franc.Hieron.de Leo dec. Valent.116.n.16.& 22.*

Author laudatus an debeat comparere in foro laudantis;fuit deciſum in S.C. ipſum authorẽ laudatum eſſe remittẽdum,quod ampliatur etiam procedere in Neapolitanis, Ann.in ſing.45. Author, Tartagl.in praxi M.C.V.ciuili c.2. nu.51. Ricc.in collect.deciſ.38.& 424.Muſcat.in praxi S.C.lib.1. par.2.gloſ.competentes,n.68.Calà de modo artic. gloſ.1.§.1.n.50.Capibl.in prag.8.par.2.n.101.de Baronib.Carrab.ſing.21.Maſull. dec.196.num.7. Amend.ad Franch.dec.426.

Author laudatus à conuento actione reali, ſi fuerit præſens, non ſuperſedetur in cauſa, ſi verò fuerit abſens, ſuperſedebitur contra conuentum, iuxtà pragmaticam Dubitationem,de dilat.hoc tamen procedit in feudalibus,& ob id fuit in S.C.deciſũ, illam pragmaticam non militare,dùm feudatarius fuerat conuentus actione reali ſuper feudo,Regẽ in authorem allegauerat, Nard.Lipar.ad Andr.in §.in generali cap.ſi vaſallus,ſi de feud. fuer.contr.

Auxiliatores non tantùm ad delictum committendum, ſed ad ſedandum rixas rixantium cum armis,ſi indè mortuus aliquis reperiatur,an teneantur de occiſo;fuit deciſum per S.C.quòd non, ſed liberandi ſunt ſub fideiuſſoribus,Gramm.dec.25. Claud.Tutius alleg.41.n.9.

B

BAjuli habent cognitionẽ ad damnum priuatiuè ad Capitaneũ Regionis,quod eſt peculiare ſuum ad Capitaneos ſolùm, quãdo damnũ eſſet doloſum cum iniuria, vel territoriũ eſſet bannitũ per Capitaneum, vt fuit in S. C. iudicatum inter Vniuerſitatem Orioli cũ Marchione,Io.Fran.Capibl.in prag.8.n.178.de Baron. Regularitèr omnes Baiuli Vniuerſitatum Regni habent talẽ cognitionem cognoſcendi de damnis datis,vt in prag.1.de off.Baiuli; & perſepè in Curijs Officialium iuſtitiæ conquęrũtur,quando ipſi cognoſcunt de dãnis illatis,maximè vndè violẽtia ineſt,vel iniuria,quę optimo iure procedunt dùm nõ de damno principalitèr;ſed de violẽtia,aut iniuria cognoſcunt, ad quod ſolitus ſum allegare tex.notab.in Conſt.Regni Maieſtati noſtræ, vbi adulterij cauſa erit iudicanda per Iudicem Eccleſiaſticum,niſi adulteriũ ſit factum per violentiam, & ſic per inſultum,tũc Iudex ſęcularis cognoſcat, & puniat violentiam,& inſultum.

Baiuli non poſſunt imponere pęnam vltrà auguſtalem,& ſi damnum eſſet minus auguſtalis,& ſic & pœna non poterit excedere, vt fuit iudicatum in S.C.cum Vniuerſitate Lauri,& Marchione, Ioan. Franc.Capibl.in prag.8.n.178.de Baron.

Baiuli an poſſint damnũ dantes fidare de non intercipiendo, quomodocunq; damnũ dederint,ſoluta certa conuenta pecunia,fuit deciſum in S.C.quòd non,Io.Fran.Capibl.in prag.8.n.182.de Baron.

Baiulorum dicta, ſeù ſcripta an probent, cùm ſępè damnati ad pęnam ponãt animalia alicuius damnificantia,qui nunquàm animalia habuit,vndè ad eorum libitum quinternum mulctarum componũt,& licèt obſtare videatur obiectum, quòd nũtijs deponẽtibus de eorũ officio credatur, tamen hoc procedit,ſi nõ eſſent affictatores,& principa-les,aliàs nullo modo ſtare poſſit,quòd aliquã probationem adducant eorum dicta,& ità iudicatum in S.C.inter Vniuerſitatem Piſticij cum Barone, Io.Fran.Capibl.in prag.8.n.182.de Baron.

Baiulus an teneatur ſtare ſyndicatui,Anna in ſingul. 48. Baiulus videtur concludere, quòd non,quia quotidiè ſyndicantur, etiam citat Carol. Tapia in Conſtit.Locorum Baiuli,annuens,fuiſſe deciſum per Regiam pragmaticam, vbi per particularem inquiſitionem ſingulis quatuor menſibus, & per generalem in fine anni procedi mandatur, vt in prag.1.de offic.Baiuli,& nouiſſime per prag.Comitis Mirandæ de ſyndic.Offic.

Balconum conſtruere in domo ſua cuiq; permiſſum eſſe videtur,vt in ſpecie notat Cępoll.in tract.de ſeruit.vrban.prædior. cap.62. in tit.de feneſtra,& hoc puto verum eſſe, dummodò non præiudicet vicino in aliquo, at cùm in facto eueniſſet, Balconum fuiſſe erectum in domo cuiuſdam iuxtà feneſtram vicini coniuncti, quaſi per duos palmos ſic permiſſam à iure conſuetudinario Neapol. in aperturis à latere vicini faciẽdis in Cõſuet.Et ſi ex latere,de ſeruit. tamen quia per erectionem talis Balconi extra murum, quaſi per palmos quatuor, aſpectus habebatur ad domum vicini,videbatur nullo iure potuiſſe erigi, & credo iuxta mentem Cępoll.in dicto loco ſub nu.2.dicẽtis,facilliuè in deſpectum vicini prçſumendum eſſe,faciendo feneſtrã,per quam ſecreta vicini videri poſſent,prçtereà & in aſtraco erigendo,ne aſpectus habeatur ſuprà domũ vicini ſtatutũ eſt, vt altius murus extollatur per cãnam vnam,vt in Cõſuet.Si quis habẽs,cũ gloſ.& Addent.de apert.no fac. multò fortiùs,quãdo eſſet ex latere cõtiguus aſpectus intus domũ vicini,quinimmò audiui,ſic deciſũ fuiſſe in S.C.in cauſa Proſperi Rocchę cũ Io.Bapt.Girardo ſuo vicino,in Bãca Sarti,& ſic fuit Balconus reformatus,vt euidẽter apparet per palmos tres intrà, ad hoc,nè aſpectus haberetur intra feneſtram cõtinguam ſui vicini,& credo etiã alia fuiſſe in iure allegata per Aduocatos vtriuſq; partis, quæ non aliter in mei poſſe peruenerunt.Io.Bapt.de Thor. I.C.Neapol,

Baliatu finito an ſit alia prouiſio facienda in feudis, licèt poſſit haberi Mũdualdus finito Baliatu, iuxtã Cõſt.Minoribus,aliquãdo prouidetur de curatore,vt fuit prouiſum per S.C.facto verbo in Coll. Conſil. in bonis D. Marcelli Cabaniglæ, vt eius vaſalli, & bona rectiùs gubernarentur, Minad.in Conſt.In aliquibus,in 4.notab.n.1.in fin.

pœnale non habere locum in delictis attentatis, quod etiã verum eſſet, ſi pragmatica loqueretur per verba illa, ſi quis voluerit blaſphemare, quia intelligeretur, non ille, qui ſequi oſtendit voluntatem blaſphemãdi, & incœpit exprimere verba blaſphemiæ, ſed interpretãdum, ſi quis voluerit blaſphemare, ideſt ſi volẽs, vel voluntariè blaſphemauerit, & ſic ex voluntate depẽdere videtur blaſphemia, vt ſit doloſa; nam voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficium, dixit Roman. loco citato, n. 92. & ita ad ſecundã ponderationem accedo, hoc eſt, ad voluntatem, & animum blaſphemãdi. Animus enim talis præſumitur, qualia verba proferuntur, ita Blanch. de indit. nu. 184. & propterea blaſphemia, & ſi mentalis alia ſit, & alia verbalis, ſecundũ n Angel. & Nauar. vbi ſupra, de mentali nil ad iudicium ſæculare ſpectat, cùm cogitationis pœnã nemo meretur, l. cogitationis, ff. de pœn. ſed ad forum duntaxat poli, de verbali autem ad vtrumque; ideò inueſtigandum erit, ſi ex talibus verbis blaſphemia oriatur, & ſuppoſita concluſione ipſa verborum, in tãtum blaſphemaſſe, in quãtum talem Sanctum ipſum feciſſet, quod ſatis alienum eſt à veritate, ergò per contrarium blaſphemaſſe non videtur, attẽta conditione ipſa, & primò, quia conditiones contrã bonos mores, & contra regulas iuris reprobãtur, per iura citata à Fuſco in ſingul. 171. liter. C. Secundò ſi conſideretur conditio hic adiecta, *ſi l'hò fatto io*, per dictionem, ſi, non eſt dubium, quin conditionem importet, Bellon. inter commun. opinion. lib. 6. tit. de condit. inſert. nu. 1. conditio enim nihil ponit in eſſe, & maximè antè purificatam conditionem, Verall. deciſ. 83. num. 3. par. 3. & deciſ. 298. num. 6. par. 2. Andr. Gayl pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 132. n. 3. & lib. 2. de pace public. c. 4. n. 10. vbi ſubdit, quòd id, quod ſub conditione eſt poſitum, cẽſetur pro forma, adeò quòd forma non ſeruata, actus redditur nullus, & deficiẽte conditione, habetur, ac ſi diſpoſitio facta nõ eſſet, & ideò dùm in blaſphemia deliberata volũtas exquiratur, & per talia verba redditur dubia voluntas, dicèr in ſe voluntas blaſphemãdi conſpicitur, omninò abſoluendus erit ex inconſiderata prolatione verborum, vt in ſimili alias per Magn. Cur. Vicar. fuit abſolutus Ruſticus inconſideratè loquendo, dùm computum cum Domino ſuo, & creditore faceret, dixerat, *non lo può far Iddio, che ſiano tante giornate*, vt dixit Aff. in Conſtit. Blaſphemantes, n. 6. verſ. quinta dubitatio, quem citat Alex. Roman. vbi ſuprà n. 124. & tertiò talis aſſerta blaſphemia acceptari debet cum tali conditione, nam conditionalia verba non importãt diſpoſitionem, Boer. deciſ. 155. nu. 17. quemadmodùm teſtis deponens conditionalitèr, & qualificatè, debet cum illa conditione acceptari, inquit Socin. ſen. in conſ. 36. in cauſa Antonij, n. 22. vol. 4. verùm quia ex tali conditione nil ponitur in eſſe antè purificationẽ conditionis, ob quod reducitur impoſsibilis, actus nullus efficitur ex allegatis, & ſucceſsiuè talis blaſphemia inualida redditur, & demùm cùm in dubio verſetur, iura mandant, potiùs nocentem abſolui, quàm innocẽtem condemnari, Fulgoſ. conſ. 43. nu. 11. Petr. Calef. conſ. 103. num. 1. Alex. de Neuo conſ. 89. num. 18. inter conſil. crimin. diuerſ. Io. Bapt. de Thoro I. C. Neapol.

Blaſphemia an cenſeatur, dicẽdo *mal'anno haggia la Trinità*, vndè blaſphemator puniri debeat; fuit declaratum, eſſe malè dictũ, & proindè fuit abſolutus per M. C. V. blaſphemator, ex multis rationibus adductis per Camill. Borrell. in conſil. 43. quorundam.

Blaſphemia an cẽſeatur, dicẽdo *al diſpetto d'Iddio*, vt puniri poſsit pœna ſtatuta, ſcilicet perforationis linguæ, fuit deciſum, quòd ſic, & ità fuit exequutũ quoad linguæ perforationẽ, Granm. deciſ. 50. & in Conſut. Blaſphemãtes, n. 4. Marcell. Cali in tract. de modo articul. & probãd. gloſ. vnica, §. 2. n. 769. Fuſcus ſing. 25. lit. B. Alex. Roman. in pragm. 1. de blaſphem. n. 83. Iul. Clar. in §. blaſphem. n. 2. Viuill. dec. 265. n. 67. Proſp. Farinac. in tit. de accuſ. q. 20. n. 13. Muſcatel. in pract. crim. tit. de blaſphem. n. 9. Couarr. p. 1. relect. §. ſeptimus, nu. 11. latè Petr. Caball. reſol. crim. cent. 3 caſu 196. idẽ Farinac. in tit. de pœn. moder. q. 95. n. 39. Ricc. in collect. dec. 75. Maynard. dec. Tholoſ. 76. lib. 4. *Angel. Stephan. in obſeru. ad Coſt. Mediol. lib. 4. tit. 5 de pœnis, §. ſi verò.*

Bona reſtitutioni ſubiecta an poſsint vendi ad inſtãtiã creditorũ ex cauſa dotis, exiſtentibus alijs bonis liberis, in quibus concurrũt alij creditores non habẽtes ſpecialẽ à iure obligationem bonorũ reſtitutioni ſubiectorũ; fuit deciſũ, ex quo remediũ auth. res, quæ eſt ſubſidiariũ, in fauorẽ fideicõmiſſarij, excipiẽtis, vẽdi bona libera pro ſatisfactione creditorũ, habẽtium etiã obligationẽ bonorũ reſtitutioni ſubiectorũ, Franch. dec. 519. Giurba deciſ. Sicil. 31. n. 10. *Fontanell. de pact. nupt. clauſul. 5. gloſ. 1. par. 2. num. 9. Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 176. ſub num. 2. tom. 2. Cutell. deciſ. Sicil. 13. nu. 22. Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 5. num. 128.*

Bona dotalia mulieris à viro inſtitutæ heredis, eiuſq; hæreditatem adeuntis ſinè beneficio legis, & inuentarij, an poſsint vendi ad inſtantiam creditorũ viri, non obſt. nec proximiorum exceptione circa medietatem ad eos ſpectantem, filiis non exiſtentibus; fuit deciſum in fauorem creditorũ, Franch. deciſ. 518. de Ponte conſ. 142. num. 2. vol. 2.

Bona alienata mediante ſubhaſtatione ob æs alienum, & pro eodẽmet pretio denuò empta per eũdẽmet olim Dominum, an cenſeãtur nouitèr quæſita per ipſũ, vt non ſint ſubdita Cõſuetudini circa diſpoſitionẽ, concluditur, non eſſe noua, ſed antiqua, ex quo creditor emẽs rẽ ſibi obligatã videtur potiùs ad ius ſuum conſeruandum, quã ad dominium quærendum emiſſe, Franch. deciſ. 450. Nunt. Pellic. in Cõſuetud. Auerſæ, c. 8. n. 282. Molteſ. in commentar. ad Conſuetud. Neap. pat. 2. q. 2.

Bona ſi ſint obuenta à matre filio prædefuncto, an ſuper eis cæteris filijs legitima competens eis debeatur de iure communi; an verò debeantur nouẽ partes, iuxtà Conſuetud. Neapol. concluditur, in talibus bonis eſſe procedendum iuxtà Cõſuetud. Neapol. Franch. deciſ. 396.

Bona reſtitutioni ſubiecta an poſsint alienari pro maritãda ſorore; non fuit deciſum, ex quo partes tranſigerunt cum Hoſpitali inſtituto in caſu alienationis, Franch. deciſ. 241. Fab. de Anna conſ. 85. num. 11. Riccius in collect. deciſ. 2. *Fontanell. de pact. nupt. clauſul. 5. gloſ. 1. part. 2. num. 6. in fin. & num. 28.*

Bona hæredis an cenſeãtur obligata per verba coniuncta Notariorum, pro quibus omnibus obſeruãdis prædicti pater, & filii obligauerũt ſe ipſos, hæredes,

Digitized by Google

redes,& bona eorũ omnia, deciſio apparet ex abſolutione conuenti, Franch.dec.321. Gratian.diſcept,forenſ,c.225.n.72.& ſeq.tom.2.

Bona captiuorum an poſſint vendi pro redimendis captiuis, etiam inuitis filijs,& coniunctis; fuit dictum, quòd ſic, verùm in captiuitate præferendi ſunt primò Gentes Regni, & ex eis Clerici, deindè pueri,& mulieres, Franch.dec.190.

Bona foriudicati, ipſo mortuo an deferantur fratri ſimiliter foriudicato ſuperſtiti; fuit deciſum, foriudicatum prædictum non poſſe ſuccedere, ſed ad quem ſpectabunt bona prędicta, vrgentibus ſororibus, patruo, ac filijs alterius fratris ſuperſtitis; fuit reſeruata declaratio facienda, Franch.deciſ. 102. Molfeſ.in Comment.ad Conſuet.Neap. p.2. q.4.vbi declarat iſtam deciſionem.

Bona hæredis an poſſint expreſsè obligari; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.dec.53.n.11. *Fontanell. de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.5. n.35.*

Bona Ingredientis Monaſterium an vadant ad Monaſterium, vel ad proximiores Ingredientium, etiã ſecundùm Conſuetud.Neap. fuit deciſum in S.C. ſpectare ad Monaſterium, Franch.dec.40. idem ſi fuerit ſucceſſio delata Profeſſæ, de qua meminit Fœlix de Rubeis in add.ad Conſuet.Si moriatur, poſt Conſuet.impreſſ. verſ.hic caſus nunc eſt de facto, & infrà verſ.Monaſterium aliam deciſionẽ ſimilem refert, Naucler.in Conſuet. Si quis, vel ſi qua poſt Conſuet.ſ.11. verſ.in eadem Conſuet.& gloſ. ibi non de iure, Io.Andr.Georg. in alleg.30. num.23. Aloyſ.de Leo l.Deo nobis, C.de Epiſc.& Cler.n.20. Ricc.in collect.dec.162. Molfeſ.in Cõment,ad Conſuet.Neap.p.4.q.64.n.2.in addit.meminit de iſta deciſione, *Conſ.Theodor.alleg.36.nu. 16.Reg.Rouit.conſ.29.n.7.vol.2.*

Bona materna reempta per filium ab inteſtato decedentem an deferantur proximioribus ex parte matris, tanquàm obuenientia ex linea prædicta, vel proximioribus ex parte patris, tanquàm nouitèr quęſita; fuit deciſum, bona prædicta eſſe penès hæredes ex parte patris retinẽda, donec fuerit ſolutum pretium pro reemptione predicta, Franch, deciſ.29.de qua meminit Fœlix de Rubeis in addit.ad Conſuet.Si quis, vel ſi qua, incip.fuit dubitatum, poſt Conſuet.Franc.Milanenſ. dec.Sicil.8. lib.1.n.400.Molfeſ.in Cõment.ad Conſuet.Neap. par.2. q.2.& q.12.num.25. *Fontanell.de pact.nupt. clauſ.4.gloſ.18.p.5.n.7.*

Bona antiqua peruenta ad tertios poſſeſſores ob rebellionẽ poſſeſſoris Baronis rebellis debita eius filijs, an non obſtante tali crimine ad filios ipſos reſtituenda ſint cum fructibus; fuit deciſum, quòd ſic, Grammat.dec.6. Iul.Clar.in §.lęſæ Maieſtatis, poſt n.17. Proſp.Farinac.in tit.de inquiſit. q.10.n. 43.licèt reprehendatur hęc deciſio à Fab.de Ann. in conſ.11.n.22.in recitatione terminorum crim, læſæ Maieſtatis.

Bona hæredis an poſſint obligari per defunctum, quàmuis non confecerit inuentarium hæres; fuit in S.C.deciſum, quòd defunctus poſſit obligare bona hæredis non conficientis inuentarium. Affl. dec.111.à n.15.ad fi. Franch.dec.53.n.6. Michael Craſſ.in lib.1.ſent.§.hæreditas, q.20.num.21. verſ. idem eſt, quando teſtator, *Bertazzol.*in tract. de clauſul.in clauſul. 12.gloſ.2.ſub n.4.verſ.prætereà, & gloſ.4.n.2.in fin.

Bona hęredis propria an ſint obligata pro reſtitutione dotis promiſſæ per defunctum ſe obligantem, ſuos hæredes,& ſucceſſores, & bona ſua; fuit deciſum, quòd non ſint obligata in tali caſu, & an obligari poſſint, cum diſtinctione proceditur, quòd aut defũctus obligauit bona ſua,& hęredis nomine hæredis, & potuit obligare, aut ſimplicitèr,& non erunt obligata bona hæredis, Afflict. dec.200.Franch.dec.53.n.6. Io.And.Georg.alleg. 34.ſub n.5.& n.24.declarat iſtam deciſionem procedere, quando de non iure actoris appareret, ſed de doloſa lite, & obreptione abſolutionis, Nunt. Pellic.in Conſuet. Auerſæ,c.8.n.52.Bolognet.l.1. n.86.ff.de offic.eius, Surd.dec.315.n.7.Marant.in tract.de multipl.alienat.nu.228.*Fontanell.de pact. nupt.clauſ.4.gloſ.5.n.14.*

Bona feudalia an æſtimari debeant in diuiſione facienda inter agnatos ex forma ſtatuti, quæ ſi fortè primogenito obligarentur, & ſic plus debeat ſolui, habita conſideratione ad illa; fuit deciſum in S.C.in contingenti caſu, & feudum computatum in diuiſione, ſtante fratre, cui Fiſcus ſucceſſerat ex perſona primogeniti rebellis in ſoluendis quibuſdam dotibus per alios fratres, Vrſill.dec.347.

Bona Vniuerſitatis ad hoc vt vendi poſſint plura requiruntur. Primò, quòd ſint præſentes in alienatione omnes ciues, ſiuè pro maiori parte Curiales, et honoratę perſonę, et poſſeſſores immobiliũ. Secũdò, quòd dictæ perſonæ iurent, alienationem ipſam fore vtilem Ciuitati. Tertiò, quòd interponatur decretum in dicta venditione, poſtquàm facta ſic fuerit. Quartò, quòd ſubhaſtentur, Capyc, dec.93.n.1.Muſcat.in prax.S.C.lib.2.p.3. glo.venduntur,n.48.*Carol.Iallong.raccmat.11.*

Bona alienata per aliam inſtitutam hæredem ab eius patre in ſecundo teſtamento, reuocante primum, licèt minus ſolemne, & paritèr à filio, hoc eſt patre nepotis vendicantis, an poſſit nepos vẽdicare contra tertios poſſeſſores, vigore fideicommiſſi adiecti in primo teſtamento reuocato per ſecundum minus ſolemne, ex quo nõ ſunt deſcripti teſtes, concurrente temporis curſu decemnij confectum,& circumſcriptis alijs ambiguitatibus examinatis, hoc eſt, dato quòd non eſſet reuocatũ primum teſtamentum, an iſte nepos ſit vocatus ex fideicommiſſo, & ſtante contrauentione auiæ ſecundo loco inſtitutę, an noceat eius poſteris, poſito etiam dùm nepos iſte ſit hæres patris, qui vẽdidit bona, à quo poſſeſſores cauſam habebant, an teneantur de euictione; fuit per S.C.his omnibus diſcuſſis deciſum, conuentos poſſeſſores eſſe abſoluendos, Ann.in alleg.10. Viu.dec.292.n.6.

Bona Clericorum an ſint obnoxia pro ſolutione Gabellarum exigendarum per Vniuerſitatem; fuit deciſum in Coll.Conſil. ad relationem Reg. Cam Summar. quòd Vniuerſitas abſtineat ab exactione in bonis Clericorũ, tàm beneficialibus, quàm patrimonialibus, Ann.in alleg.13. Borrell, conſ.74.n.56.Ricc.collect.165.

Bona vaſallorum diſcedentium à Terra *Baronali*, accedentium ad Ciuitatem *Brunduſij*, in qua extat priuilegium Regale, vt omnes vaſalli *Baronum*, ac ſubditi *Regum* ibi accedentes ſint immunes cũ eorũ bonis, an poſſint per *Baronẽ* occupari virtute priuilegij ipſius, vt nullus vaſallus eius diſcedere præſumat à dictis Terris, accedẽdo etiã

ad

ad Terras domaniales cūctis remedijs compellā-tur,opponente pariter in prædictis de exceptione Regiæ Pragm.editæ Thori ; fuit in Collat.Conſilio deciſum,exceptiones nō obſtare,& poſtea fuit decretum, licere actori Baroni propria auctoritate occupare bona vaſallorum diſcedentium, & accedentium ad Ciuitatem Brundufij, ſaluis iuribus competētibus vigore ſuorum priuilegiorum coram Iudice competente , Anna in alleg.64.meminit Camill.de Curte in diuerſ.iur.feud. verſ.licèt autem,nu.35.in verſ.hinc etiam,fol.86. *Paul. Durand.deciſ.141.num.41.tom.2.*

Bona feudalia obligata mulieribus Neapolitanis cū aſſenſu vigore capituli , an principalitèr , vel in ſubſidium , non exiſtentibus bonis burgenſaticis capiantur; fuit deciſum tàm in Sacr.Conſil.quàm in Regia Camera, procedere in ſubſidium, bonis burgenſaticis non exiſtētibus,Anna in alleg.115. licèt ibid.num.7. dicat,fuiſſe deciſum contrarium in quadam cauſa, & idem Anna in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ,num.240.& iſtum allegat Reg. de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.titul.6.de aſſenſ.Reg. ſuper dot.in princ.nu.16.annuens, in alia cauſa ipſo patrocināte iuxta poſtremam deciſionē fuiſſe in Regia Camera deciſum , & in alia nu.35.Reg.Rouit.in pragm.9.de feud.in fine,vbi refert, iuxta primā opinionem aliàs fuiſſe iudicatum in S.C. infra eod.verbo creditor,Molfeſ.conſ.3.n.4. meminit de omnibus deciſionibus, & ſubdit,in contingenti caſu fuiſſe pro vero deciſum,aſſenſum principalitèr, non in ſubſidium eſſe præſtandum,Reg.de Ponte conſ.28.num.5.vol.2. Paſchal. in tract.de vir.pat.poteſt. par.2.c.7.n.26.

Bona extra diſtrictum Neap. empta ex pecunia dotali an ſubiaceant Conſuetudini Si qua moriens; fuit deciſum in Sacr.Conſil.iunctis Aulis,quòd ex bonis prædictis deducantur dotes,& poſtea ſatiſfieri debeat legatarijs,Iacobus Anell.de Bottis in dict.Conſuet. in addit. incip.dos Magnificæ Corneliæ,fol.194.& ità ſubiacent Conſuetudini bona ipſa , de qua meminit Scipio Sanctinus in addit. ibi,incip.pater in contractu,fol.196. & Fœlix de Rubeis in addit. poſt Conſuet. ſuper Conſuet.Et ſi teſtator,incip.l.fin. C.de pact.fol.3.à tergo,& in dicta Conſuetudine Si qua moriens,fol.4.Molfeſ. ad Conſuet.Neap. par.2. q.3.num.4.

Bona materna reempta per filium vigore pacti de reemendo,quæ fuerunt vendita per matrem in vita,an reincidant in primam cauſam, tanquàm bona materna;fuit deciſum in Sacr.Conſil. quòd ſic, Fœlix de Rubeis ad Conſuet. Si quis,vel Si qua poſt Conſuet.impreſſ. in addit.incip. fuit dubitatum in eadem cauſa fol.2.

Bona burgenſatica, & functiones fiſcales an veniant Caſtro conceſſo per viam donationis , ſi prædicta ad concedentem venirent , non vt ad dominum , ſed vt priuatum ; fuit deciſum,in dicta donatione non venire burgenſatica , ſed benè functiones fiſcales,quia dictæ functiones fuerunt à Regia Curia liquidatæ prædeceſſori conuento loco introituum Baronalium,Anna in alleg.29. latè Fab.de Anna in cōſ.100.in hac cauſa, Io. Andr.de Georg. in alleg.5.num.39.& alleg.50.num.32. Carol.Tapia in l.fin. pat.1. cap.2.num.22. ff.de Conſtitut. Princip. *D.Reg. Hector Capycius Latro deciſ.27. num.27.vbi declarat,qualitèr procedat hæc deciſio.*

Bona relicta per Epiſcopum aut ſunt penès hæredem , & tunc non ſpoliabitur, ſed audietur, & diſcutietur, ſi bona illa ſint Eccleſiæ,vel Prælati propria , aut reperiuntur in domo Epiſcopi , non occupata ab alio, & ſuperueniret hæres, & peteret, ſe immitti in poſſeſſionem illorū vigore teſtamenti,& Collector ſpoliorū contradixerit,petendo immitti , & tunc ſub ſequeſtro illa poni debēt, cum fideli, & ſollemni inuentario , & interim diſcutiā ſi ſint Eccleſiæ, vel patrimonialia, aut aliundè quæſita , & ità fuit in facti contingentia ſeruatum per Collaterale Conſilium in ſpolijs Archiepiſcopi Conſani,qui fecerat teſtamentum,inſtituto hærede Hoſpitali Incurabilium de Neap.quod habet priuilegium, quòd quilibet Epiſcopus poſſit teſtari, & ei relinquere, quarè prædicta procederent, quando eſſet dubium, an eſſent bona Eccleſiæ,vel propria, Foller.in Conſt.Peruenit,num. 31.verſ.eo enim ipſo.

Bona Neapolitanorum nequeunt publicari, niſi in caſu criminis hæreſis , & læſæ Maieſtatis vigore priuilegiorum ipſorum , ſed ſi ob cauſam prædictam bona ipſa ad agnatos peruenerint,facta deindè reſtitutione à Rege, reſtituuntur bona,vt fuit deciſum in Regia Camera Sūmariæ,& in M.C.V. teſte Aquilino in l.Gallus §.Et quid ſi tantum,nu. 74.ff.de lib.& poſthum.quem citat Carol.Tapia in Rub. ff.de conſt. princip. cap.3.num.21. & pariter in S.C. vt infrà verbo dominium , Molfeſius in comment. ad Conſuet.Neap. par.2.q.4. vbi in addit.num.6.me citat,Maſtrill.in tract.de indultu cap.22.num.87.

Bona vt plurimùm in appretijs faciendis iudicialitèr æſtimantur mixta conſideratione valoris , & fructuum , vt ſeruatur in Regia Camera , Carol.Tapia in Rub.ff.de conſt.Princip.c.4.num.47.

Bona Hoſtium naufragata,atquè perſona captæ,extrà tamen belli diſtrictum,vtputà ſi tēpeſtate maris Nauis Turcarum litus Chriſtianorum applicuerit,ſicut in facto contigit,an efficiantur capiētium ; fuit olim deciſum in cauſa Commendatoris Royas,ac in cauſa Mancipiorum Ducis de Alcalà in fauorem capientium ; ſed poſtremò contrarium deciſum fuit in Reg.Collat. Conſil. vt Fiſco applicarentur, quamuis fuerit data certa quātitas pecuniarum capienti, vt tradit Reg de Ponte deciſ.21. Nauigium,vbi ait,exiſtentibus prouiſionibus ſuæ Maieſtatis, diſponentibus , vt bona naufragata ſpectēt ad Fiſcum, nullumq; ius competat capientibus ſuper prædictis,& hac ratione arcta fuit ſic deciſum, id. nanquè antiquitùs per Reges Hiſpaniæ obſeruatum fuit in his , qui applicauerant ſibi naues fractas in mari , contra quos Gloſ. in cap. diſpenſationes c. q.7. inuehit , et meminit Franc.Marc. deciſ.Delphinal.424. tom.2. num.3. *Caſtill.deciſ.Siciliæ 107.num.7. part.2.*

Bona à patre filio donata contemplatione matrimonij cum vinculo fideicommiſsi , vt ſi deceſſerit filius prædictus abſq; filijs,ſuccederet Secūdogenitus,et eo decedente abſq; filiis ſuccederet Tertiogenitus,etc. et omnibus iſtis deficientibus ſuccederent maſculi ex filiabus fœminis procreati , ſi mortuo primogenito, et relicto filio fuerit per dictum filiū idem fideicōmiſſum ampliatū in eius filium , ob cuius obitum abſq; filijs vnus ex familia fideicōmiſſum acceprando ſe hæredē legitimū vigore

Digitized by Google

vigore antiqui fideicommiſſi declarari petēdo, prędicta bona eius filio ex primo matrimonio donando, quæ ob mortē ipſius ad eius filias deuenerāt virtute donationis, an vēdicari poſſint per aliū filiū donantis ex ſecundo matrimonio vigore fideicōmiſſi, & licèt cōcludatur in fauorē iſtarū filiarū donatarij, ex eo, quòd fideicommiſſum ex ſui natura attenta verborū ponderatione non fuiſſet perpetuū, ſed extinctū morte illorū, filios ſuperexiſtētes habentiū, & pariter vigore donationis factę eius patri in defectum maſculorū ſuccedere habeant filij ex ipſis filiabus, & per multa media, ac rationes opinio prędicta cōfirmari, tñ refertur oppoſitū fuiſſe deciſum in Conſ. Aragoniæ, & dū eſſet à tali ſententia appellatum, fuerunt duo Regentes Cōſ. Italiæ adiuncti, non tamen cauſa prædicta deciſa, Reg de Ponte dec.39. vinculum.

Bona, & merces repertæ in vaxellis, ſeu nauibus nauigātibus per mare ſubditum alteri Dño, aſportātibus diuerſa vexilla, an poſt ſequeſtrationem applicari debeāt Dño illius maris, vbi capiuntur naues ipſæ nauigātes; cū contigiſſet caſus elapſis annis in nauibus captis per Regias triremes Sereniſs. Regis noſtri Philippi, ſub cuſtodia, & protectione D. Petri de Toleto commiſſas, diuerſa mercium genera aſportantibus in mari dicti Dñi Regis, errantibus ſub diuerſis vexillis iuxta maritima dominia apparētibus. ſ. ſub vexillo Regis noſtri Philippi, & Regis Angliæ, & ità captis, & ductis in tutā cuſtodiā, re tandē in iudicio deducta fuit per Auditorē triremiū dicti Præfecti deciſū in fauorem Sereniſs. Dñi Regis, eſſe bona predicta applicāda eidē, vt mihi ipſe retulit ſubdens interpoſita appellatione à decreto prædicto fuiſſe cōfirmatū tā Neapoli, quàm in Conſil. Regali apud Regē, deindè reperi, id eſſe conforme diſpoſitioni iuris cōmunis, vt in l. 1. C. de nauibus non excuſan. lib. 11. vbi eſt caſus expreſſus, & ibi norāt Luc. de Pen. Io de Platea, Rebuff. & And. de Barulo. *Nam vexilla, ſeu inſignia nauibus impoſita dominium demonſtrant*, *Menoch. de præſumpt lib. 5. præſūpt. 64. n. 7.* Io. Bapt. de Thoro V. I. D. Neap.

Bona donata contemplatione matrimonij an cedant benedificio creditorum patris, non obſtante, quòd debita fuerint cōtracta poſt matrimonium, ità vt creditores poſſint de illis ſatisfieri; articulus ille longè diſputatur nouiſſimè per And. Molf. in conſ. 2. impreſſo poſt eius comment. ad Conſuet. Neap. & n. 17. tradit plurics in S. C. fuiſſe deciſum in fauorē creditorū.

Bona fideicōmiſſo ſubiecta an poſſint alienari per hæredem, pendente quæſtione fideicommiſſi, illud ſubſiſtere, vel non ſubſiſtere videatur; fuit per S. R. C. deciſum in cauſa illorum de Galeora licitum eſſe hæredi bona illa alienare, tanto magis cùm de corpore bonorū, & de illorum fructibus cautum eſt fideicommiſſario, vt nouiſſimè refert And. Molfeſ. in conſ. 7. impreſſo poſt comment. ad Conſuet. Neap. nu. 21. & ſeq. vbi ipſam deciſionem declarat.

Bona empta ex pretio rei antiquæ an ſubiaceant diſpoſitioni Conſuet. Neap. fuit aliàs deciſum, quod nō, vt tradit Stephan. de Gaieta in addit. ad Conſuet. Et ſi teſtator, verbo diſponere, quæ nunc eſt in Conſuet. Si aliquis moriens, fol. 162. incip. Pone, quòd ex pecunia, cum ſequitur Capyc. dec. 194. n. 18. Rubeus in addit. fol. 3. incip. ſed pone, & nouiſſimè And. Molfeſ. in commēt. ad Conſuet. Neap. par. 2. q. 5. in princ. licèt contrariam teneat ſententiam, multis fundamentis roboratam, & ità nouiſſimè iudicatum iunctis aulis in cauſa Lauræ della Monaca cum Mario Beltrano die 18. Ian. 1614. in Banca de Mondellis, referente Reg. Cōſil. Gaſpare Palatio. dixit Ricc. collect. dec. 1850. & eandem deciſionem refert idem And. Molf. in add. ad comment. ad Conſuet. Neap. in tit. de bonis, q. 5. nu. 2.

Bona mobilia regulantur ex eorū natura ratione loci, in quo ſita ſunt, at ſi fuerit promiſſa ſolutio Neap. vt pro bonis cōſiſtētibus extra diſtrictū ibi ſolueretur pecunia rerū receptarū, non tñ bona, ſed nomina debitorū ex ea dependentia iudicātur eſſe extra diſtrictū, vt fuit mediāte decreto S. C. deciſum, And. Molf. in cōment. ad Conſuetud. Neap. p. 1. q. 12. num. 23.

Bona infidelium Hebræorum vi tempeſtatis, ac ventorum peruenta in littore Regni, an confiſcari debeant, vt bona hoſtiū, fuit in Reg. Cam. Sum. deciſum, quòd non, Ioa. Ant. Lanar. conſil. 84. præcipuè n. 12. ſequitur Molfeſ. in conſ. 17. n. 21. vbi ità alibi deciſum fuiſſe teſtatur.

Bona Maioratus alienati prohibita ex quacunq; cauſa, tā feudalia, quā burgēſatica ſi eſſent à dominis anteceſſoribus familiæ, an poſſint à ſucceſſoribus alienari, mediante Regia diſpēſatione permittente alienationē vſq; ad certā ſummā ex cauſa ſeruitiorū Regi præſtitorum, fuit bis iudicatum in S. C. & ſucceſſiuè impoſitum perpetuum ſilentium licere alienari. Reg. de Ponte in conſ. 152. vere factum, vol. 2.

Bona pro antephato adiudicata an cēſeantur trāſlata, taliter, quòd illorū fuerit vxor effecta domina irreuocabilis, ita quòd filia ſucceditrix illorū bonorū vti in bonis maternis, ob ꝙ proximiores ex parte patris habeant portionem ꝑ Cōſuetudinē aſſignatā, an verò regulētur à natura antephati quòad vſumfructū tantū lucrati per ſuperexiſtētia filiorū, & cōſequēter quòad adiudicationem intelligatur effecta dña vſufructuaria, ità ꝙ mortua vxore ille vſusfruct⁹ fuerit cū proprietate cōſolidatus, tanq̃ ab hæreditate paterna nunquā ſeparatus, fuit deciſum in S. C. in cauſa Comitiſſæ S. Angeli, medietatē bonorū aſſignatorū pro antephato ſpectare ad Comitē, tāquā bonorū paternorū, ſoluta medietate prędicta antephati in pecunia, & demū facta relatione in Coll. Cōſ. reuocatū per reclamationē, Reg. de Ponte conſ. 128. Magnifica Maria. nu. 1. vol. 2. de quo meminit And. Molf. in eius addit. in comment. ad Conſuet. Neap. p. 6. q. 8. nu. 9. & 10. vbi iſtam deciſionem corroborat.

Bona furto ſubtracta, pro quibus Vniuerſitas ſoluerit pęnā, demū ſi fuerint reperta an debeant dño reſtitui, fuit determinatū, quòd ſic per Barthol. de Capua in Apoſtilla ff. vt refert Iacob. Anellus de Bottis in addit. ad Cōſt. Si damna in gloſ. And. incip. quòd ſi reperitur, fol. mihi 55.

Bona feudalia ob crimē parricidij cōmiſſum per filiū immediatè ſucceſſurū in eius patrē feudatarium, an ad Fiſcum, vel potiùs ad filium parricidæ peruenire debeāt, fuit deciſum in Collat. Conſ. ad relationem Reg. Cam. Sum. in cau

ſa illorum de Cincio cum Regio Fiſco ſpectare ad nepotē occiſi filij parricidæ; & ob id feuda diſſequeſtrata in eius beneficiũ, vnà cũ fructibus, relatore D.Didaco de Vera die 29.Martij 1610. Reg. Rouit. in Pragm.1.de bon.prodit.ſub n.64.& ſeq. allegationes vtriuſque partis deduxit & in fine n.140.deciſionem citat.

Bona Ingredientium Monaſterium tacitè debentur Monaſterio per ingreſſum Ingredientis in eum, an pariter per exitum ipſius Ingredientis tacitè reuocentur, fuit determinatum, quòd ſic, And.de Capua inter ſingularia Barthol.de Capua ſingul.146.incip.arg.huius.

Bona cõmutata cũ re ſubiecta Cõſuetud. Neap.in vita, citra fraudē, an ſubrogētur loco rei ſubiectę, & ſi ab agnatis perueniſsēt, fuit per S.C.iũctis aulis deciſum negatiuè in cauſa D. Aloyſij Capycij Artaldi Minutoli in BãcaCioffi, Anell. Amatus conſ.47. Conſuetudinem, vol.1.

Bona empta ex pretio bonorũ antiquorũ cenſentur antiqua, ita vt ſubiaceãt Conſuet.Neap. &ità nouiſſimè decisum per S.C.in cauſa Donati de Falco, aſſerit Io. Andr de Georg.in repet.feud.cap.43.n.11. vt ſup. eod.verbo bona empta.

Bonorũ vacantiũ ius cõceſſum Baroni an trãſeat ad Vniuerſitatē, quæ ſi redemit, ità quòd mortuo ciue ſine hęrede, vxore petente admitti ad ſucceſſionē viri poſſit excludi ab Vniuerſitate prætēdente ius prędictũ cõſequi virtute cõceſſionis Baroni à Rege factæ, non fuit decisum, Frãc.dec.125 Io.Frãc.Capibl.in prag.8. n.126. de Baron.de Ponte conſ.76.n.11. vol.2.

Bonorũ appellatione quæuis iura, & actiones cõprehendantur, ſi nomina debitorũ reperirētur in Inſula Siciliæ, vel alibi extra Regnũ exiſtentibus ſucceſſoribus in Ciuitate Neapol.an iudicentur vt bona extra diſtrictũ, vel in diſtrictu; non fuit deciſum, Franch.dec.93.deciſiones patēt infra verbo nomē, Aloyſ.de Leo l.iubemus, C.de ſacroſ.eccl.n.22.late Petr.Caball.reſolut. crimin.cent.3. caſ.268.Molteſ.in comment.ad Conſuet. Neapol.p.2.q.11. in princ.

Bonorũ ſpecificatio ſi ſit facta in petitione hæreditatis, etſi in ſententia fuerit cõuentus condēnatus, ſalua liquidatione, an talis liquidatio fieri debeat ex probationibus factis, vel fiendis, ēt per viã reſtitutionis in integrũ fuit deciſũ, eſſe faciendam ex probationibus factis in proceſſu fòrmato, Afflict.deciſ 35.nu.3.Franch.dec.683. Petr.Benintend. deciſ. Bonon.3.

Bona fides an ſit neceſſariò alleganda in præſcribere volēte ſpatio 30.annorũ; fuit deciſum, debere allegari, Afflict.dec.178.nu.14. vbi ſubdit, poſt concluſum in cauſa allegari poſſe tempore diſputationis.

Bonæ fidei poſſeſſor in dubio an præſumatur effectus locupletior; cõcluditur, quòd ſic, Frãch. decis. 31.

Bonæ fidei poſſeſſor an teneatur ad fructus etiam cõſũptos, quatenus ſit locupletior effectus; fuit cõdēnatus ad fructus à primo die ſuę poſſeſſionis, licèt quãtitas fuerit liquidata ad rationē ducator.34. annuorũ, Anna in alleg.113. Amatus conſ.39.num.3. Ricc.collect.deciſ.23.

Bonæ fidei poſſeſſor ab initio facit fructus ſuos ſēper, licèt ex eo tēpore, quo cępit eſſe malę fidei poſſeſſor tenetur illos reſtituere, & ita fuiſſe iudicatum in S.C.refert Io. Iacobus Maſull. in add.ad Capyc.dec.202. in fine.

Brachium ſęculare an ſit denegandũ Epõ quòad exequutionē ſentētiæ per eũ latæ, dũ eſſet allegatũ de iniuſtitia cauſæ, & ab ea fuiſſet appellatũ ad Sedē Apoſtolicã; fuit in Collat.Conſ.denegatũ brachiũ, Gram. in Cõſt. Poſt mũdi machinã, n.20.De alijs cõcernētibus implorationē brachij vide Ricc. in praxi eccleſ. tit.de implorat.brach. dec.319.cum ſeq.

C

CAducitas rei an excuſetur ex eo, quòd cõductor nõ ſoluerit prętextu Iudicis mandati, vt conuēctũ fuerat; fuit deciſum, excuſari conductorē non ſoluentem tempore prefixo, prætextu talis mãdati, ſeu iuſſus, Affl. dec.328.vbi ſingulariter Vrſill. n.6.recenſet, in facti contingentia fuiſſe ſeruatũ, caput deuolutionis fuiſſe euitatũ in debitore ſoluente alteri ex iuſſu Superioris, Maſtrill. dec.Sicil.193. n.29. Carocc. in tract.de locato p.2.q.2.in 2 p. n.120.

Caducitas rei emphyteoſis an euitetur, ſi ex iuſſu Iudicis emphyteota alteri ſoluerit per multum tēporis ſpatium, fortè annorũ 40.fuit deciſum, quòd ſic in facti contingentia in Reg.Cam. Sũmar.vt tradit Vrſill.dec.328.

Cameræ reſeruatæ Baronibus an gaudeãt immunitate hoſpitandi abſentibus Baronibus ab eis; fuit deciſum, quod ſic, Regens de Ponte in tract.de poteſtat. Proreg.tit.1.de prouiſion.fieri ſolit.§.6.n.25. & 26.

Capitaneus, ſiuè Officialis in criminalibus an precedere debeat Capitaneũ in ciuilibus eiuſdem terræ in cõcilijs; fuit votatũ in fauorē Capitanei in criminalibus, Capyc.dec.27.à n.23.vſque ad 28.Campagn.in c.Illuſt.Viceregi, n 42 & ita cõcludit Frecc.de ſubfeud.lib.1.de offic. Mag. Iuſt. n.20 *Aug.Caput.de regi.Reipub.in rub.n 50.*

Capitula pacis continentia reſtitutionem bonorum poſſeſſoribus, an comprehendant poſſeſſores iniuſtos, & doloſos poſſidentes contra ius; fuit deciſum, quòd non, Afflict. dec.403.

Capitula concernentia officiũ Magni Admiratus ſi fuerint diuerſimodè diuerſis Admiratis conceſſa, & poſtremò conceſſo officio prędicto alicui, cui eſſent capitula iuxta conſuetũ dari per S.C. mediante Regis reſcripto, quomodò ſint danda, fuit concluſum, quòd S.C.vellet concedere capitula, prout fuerunt cõceſſa proximis Admiratis, Capyc. dec.163. Ioan. Frant.Capiblanc.in prag.4.de Baron. num.16

Capitulum Neap. conceſſum quòad aſſenſum, vt cenſeatur præſtitus ſuper obligatione feudaliũ ex cauſa dotis, an porrigatur ad mulieres contrahentes ex præterito, fuit deciſum, quòd ſic, Gram.dec.103.nu.115.& in caſu dictæ deciſionis fuit condemnatus hæres etiam in feudalibus, vt ibi in fine, & propterea dicta deciſio proceſſit, quia fuerat facta condēnatio in actione perſonali, inquit Franch.dec.125.n 7.& vide ſupra verbo aſſenſus.

Cap.Reg. incip. Ad Regale faſtigiũ an militet in cauſa ſpirituali poſſeſſoria, fuit deciſum, quod

ſic

Digitized by Google

ſic die 14. Aprilis 1497. inter Archidiaconum, & Decanum Amalfitanum, vt refert Marc. Ant. Puluerin. ad cap. prædictum in eius addit. verſ. adde, quod cap. charitatis effectus.

Capta ab hoſtibus an efficiātur capientiũ, ſi bona capta eſsēt amicorũ, nõ autē inimicorũ, & quid in captis à priuatis; fuit deciſũ in fauorē amicorũ, vt bona capta à priuatis reſtituātur eis, ex quo captura fuit incõtinēti in mari amicorũ, nec bona ipſa in poſſe hoſtiũ, ac eorũ territoria appulſa, iuxta diſtinctionem traditā per Frāch. dec. 268. Maſtrill. dec. Sicil. 180 n. 8. Petr. Caball. reſol. crim. cent. 2. caſ. 140. & cent. 3. caſ. 220. *Caſtill dec. Sicil.* 107 *n.* 19. *p.* 2. *& dec.* 141.

Capta in bello an debeātur illo, qui primo ingreſſus fuit domũ tantũ, nil vltra faciendo, an ſecũdo ingredienti & domũ, turrim, & gētes, & bona deprehēdenti; fuit deciſũ in fauorē ſecundi ingrediētis, Gram. dec. 71. Io. Franc. Capiblanc. in prag. 8. num. 132 de Baron. Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 11. in prin. n. 10 Maſtrill. dec. Sicil. 180. n. 7. & ſeq. idem Reg. in dec. 21. n. 5. & ſeq. Ricc. collect. dec. 412. *Caſtill. dec. Sicil.* 107. *n.* 25. *p.* 2. *& dec.* 141.

Captiuus heres inſtitutus ſub conditione, ſi redibit, an cõditione verificata teſtari poſſit, & ſucceſſiuè cũ ſit homo ex Caſalibus Neapolit. eius hęreditas iuxta Cõſuet. Neap. diſtribui debeat; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 604. in prin.

Captus ab hoſtibus Legatus Ciuitatis ab ea trāſmiſſus ob negotia Ciuitatis, an ipſa Ciuitas teneatur ad redimēdũ ipſum; fuit deciſum, quòd ſic, Frāch. dec. 146. Io. Frāc. Capibl. in prag. 1. de Baron. nu. 57. Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 11. in prin. n. 45. & in dec. 17. nu. 11. *Reg. Conſtant. in l.* 1. *C. de re milit. lib.* 12. *n.* 12.

Captus pendēte ſecuritate ſi delinquit, non erit reponendus in libertatē, ſed puniendus tā pro delictis cõmiſſis antè ſecuritatē, quā poſtea; fuit deciſũ, hec omnia procedere, quādo poſt ſecuritatē deliquerit captus, vt ſit delictũ punibile, ſecus ſi eſſet leue, Franch. dec. 258. Io. Frāc. Capibl. in prag. 6. de Baron. n. 26. & ſeq. Reg. Rou. in Prag. 1. de Guidat. Tapia in 4. par. iur. Regni Ritu 287. nu. 9. & vide infra eod. verbo captus, Petr. Caball. reſol. crimin. cent. 2. caſ. 118. Ricc. collect. dec. 1385. *& 2216 p.* 6. *Reg. Sanfelic deciſ.* 48. *Conſil. Merlin. controuerſ. forenſ cap.* 53. *n.* 10.

Captus pendente ſecuritate an ſit in priſtinā libertatē reſtituendus, quāuis concedens ſecuritatē poteſtatē nõ habeat indultandi, ſeu guidādi; per Reg. Audiētiā Principatus Citrà, & Baſilicatæ fuit iudicatũ contra inquiſitũ, & introducta cauſa per viā appellationis ad M. C. V. & ad S.C. fuit per vtrũq; Tribunal deciſum, eſſe priſtinæ libertati reſtituendum, Reg. Carol. Tapia in 4. p. Iur. Reg. ſuper ritu 287. incip. Itē quia iudicia, ſituato ſub titul. de morat. & ſaluis cõd. n. 9. verſ. ſed nũc videamus, Molfeſ. in 4. p. q. 47. n. 3. in add. ad Cõſuet. Neap. & nouiſſimè fuit idē deciſum in Collat. Conſ. ad relationem Marcelli Lanfranchi Generalis Cāpaneæ Cõmiſſarij in cauſa Lelij de Bonis Theanenſis capti ſub guidatico facto à quodā CõmiſſarioCāpaneæ, nõ habēte poteſtatem guidandi de hoc anno 1616. de menſe Nouembris. I.B. Thoro.

Captus pendente dilatione ad ſoluēdum à Iudice conceſſa vigore generalis indultus, an ſit priſtinæ liberati reſtituendus, ſi cõtra ipſum eſſet oppoſitũ, eſſe decoctũ, & excluſum ab indultu, Secundò, quia dolo verſatus fuerat nõ adimplēdo ea, quæ promiſerat creditori, pecuniam in proprios vſus cõuertendo, Tertiò tanquā exterum nõ poſſe iuuari indulgentia; S.R.C. non obſtātibus allegatis decreuit, captũ eſſe priſtinæ libertati reponēdum, Reg. Carol. Tapia in 4 p. Iur. Regni ſub tit. de morat, & ſaluis cond. ſuper ritu 287. incip. Item quia iudicia, nu. 10.

Capuani ad inſtantiam Neapolitani conuenti an poſſint declinatoriam opponere, non obſtante eorum contumacia; fuit deciſum, quòd non, Vrſill. deciſion. 133 nu 8.

Carcerari an poſſit inquiſitus, cui fuerunt conceſſæ defenſiones faciendę extra carceres, non expectata publicatione, ſi aliqua adeſſent indicia, fuit deciſum in S.C. quòd ſic in anno 1505. vt ex mente Colutij Coppulæ retulit Iacob. Anellus de Boctis in addit. in cap. Ab illo inchoandum, incip. Nota, quòd ex hoc.

Carcerari, vel detineri an poſſit inculpatus de falſificatione falſi priuilegij, non exiſtentibus alijs indicijs, ſed tātùm ſuſpitione ex tenore inſtrumenti, concluditur, quòd non, Capyc. deciſ. 30. quem citat Proſp. Farinac. in tit. de carc. q. 27. n. 119. Ant Gabr. lib. 7. in tit. de malef. concl. 6. Viu. dec. 81. n. 3. Ricc. in praxi Eccl. dec. 712.

Carcerati quāuis ſeipſos ali debeant de eorũ ſubſtātia, tñ ſi fuerint criminales, & eſsēt pauperes, Curia prouidebit de alimentis, cæterũ ſi eſſent pro cauſa ciuili; fuit dubitatũ, an à creditoribus ali debeāt, & ſeipsũ alere diſtulerint, poterit Iudex excarcerare, fuit deciſum, quòd ſi ille carceratus non haberet, vndè ſe aleret, debet petere beneficiũ ceſſionis bonorũ, Affl. dec. 71. Proſper Farin. q. 27. n. 149. Io. Franc. Capibl. in prag. 19. n. 11. de Baron. Maxill. in Conſuet. Bari. rub. de ceſſ bon. § licèt cedendo, n. 24. Muſcatell. in pract. S.C. lib. 2. p. 3. gl. detinebatur, n. 75. Viuius dec. 529. n. 5. Surd. in tract. de alimen. tit. 1. q. 71. Ricc. collect. dec. 115. & nouiſſimè in ſua praxi var. reſolut. reſol. 34.

Carcerati, & inquiſiti de falſo nõ debent detineri, ſed relaxari ſub fideiuſſoribus, & audiri in eorũ defenſionibus, maximè ſi nõ eſſent cõtumaces, &ità fuit deciſum in S.C. contra votũ M.C.V. Gram. ſuper prag. teſtem falſum, de falſis, n. 7.

Carcerati pro furtis, & homicidio ſi inſimul cum alijs carceratis cõſpirauerint carceres frāgere, & demũ fractis illis nõ aufugerunt, impediti ex cõcurſu gentiũ, & Carcerarij, qua pęna ſint plectēdi, fuit per M.C.V. ipſis illata tortura, & attētis eorũ cõfeſſionibus delictorũ condēnari ad vltimũ ſuppliciũ, Gram. vot. 37. Indiuiduæ Trinitatis præſidio, quē citat Iul. Clar § fi. q. 21 nu. 16. quod quidē votũ reprehenditur ab Vrſill. in dec. 404. ſub n. 16. quòd non ſit pęna mortis fractura carceris, prout ipſemet aſſerit obtinuiſſe, tñ ad hoc vidēdus eſt Proſp. Farin. in tit. de carcer. q. 30. n. 12. vbi caſus diſtinguit, &ità in facti contingentia refert fuiſſe iudicatũ in Conſ. Cathal. Peguer. in deciſ. 1. vt ſit pęna triremiũ perpetuò pro fractura carceris cum cõſpiratione, ſtātibus delictis grauioribus, licèt nõ verificatis immemor deciſionis Vrſill.

Carcerati in obſcuris carceribus contra formam Reg Prag.an pēdente relatione faciēda in S.C. debeāt alibi carcerari,& nō in dd.carcerib⁹,donec fuerit ſuper faciē loci factus acceſſus; fuit deciſum,ꝙ ſic in S.C.in cauſa Terrę Ayetę cum eius Barone, Flau.Amēd.ad Frāc.dec.526.n.19.

Carceratus, qui habitū aſſūpſerit Religionis pro delictis per eū cōmiſſis antè ſuſceptū habitū,de quibus erat inquiſitus.an remitti debeat ad Iudicē Eccleſiaſticum; fuit deciſum,quòd ſic per S.C. quòad delicta cōmiſſa poſt habitū quo verò ad delicta cōmiſſa antè habitus ſuſceptionē fuit remiſſa cauſa M.C.V. quòd eius decretum exequutioni demandet quòad diſtrictionē perſonalē,Franch. dec.709. & melius declaratur in dec.710.in prin.*D.Cōſ.Carleu.de iud.to.1.lib 1.tit.1.diſp.2.q.7.ſec.3 n.909.vbi aliū caſū deciſū refert.*

Carceratus an ſit trāſmittendus in Inſulā cōtradicētibus eius creditoribus,& opponētibus eorū creditū,cōcluditur,id procedere,quādo pro graui delicto inquiſitus eſſet cōdēnatus,tñ ſi poterit præſtare cautionem, finita relegatione redeūdi ad carceres,admitteretur,vel ſtabitur iuratoriç cautioni eius,ſi verò Fiſcus nō inſtaret, & contradicunt creditores, detinebitur,donec ſoluerit,Frāch.dec.317. Latiùs Modernus Doctor Petrus Cabal.relol.crimin.cent.2. caſ.146. Marta de iuriſd.p.4. caſ.176.n.19. *Reg.Conſtant. in l.1.C.pœn fiſcal. lib.10. nu.*80.

Carceratus an ſit liberandus datis fideiuſſoribus, quando de innocentia conſtaſſet per publicationem proceſſus non expectata ſententia; fuit deciſum, quòd ſic,& pluries practicatum in M.C.V. Gram.in Ritu M.C.21. incip.itē quòd ſi procedatur per d.Curiam fol.155. à ter.

Carceratus ſi fuerit liberatus per Iudicē,aſſignando ei domum loco carceris ex cauſa incendij, quod præſumebatur per aſſertionem vnius teſtis deponentis, in certo loco cognouiſſe inter alios ipſum, & ſi demùm per Iudicem minaretur,velle recarcerare aufugerit ad Superiorem, ſe abſentando;an erit de nouo moleſtādus; fuit per M.C.V.decretum,quòd ex deductis non ſit amplius moleſtandus,Gram.in voto 39.redemptoris gentium ſuffragio.

Carceratus ſi alimenta petierit à creditoribus, & ob denegata alimenta non præſtita, fuiſſet per Iudicem excarceratus, an iterū carcerari poſſit ad inſtantiā alterius creditoris, qui ipſum non alitèr carcerari fecerat,offerendo alimēta, quāuis ei fuiſſet notificata petitio alimentorū fuit per S.C.deciſum in fauorem carcerati,non eſſe carcerandum,Reg.Tapia in.4.p.Iur.Regni,in Prag.1.de ceſſion.bonor. num.3.

Carceratus pro ſtupro commiſſo ſi oriatur quæſtio de matrimonio,eiuſque validitate,quæ fuit remiſſa ad Iudicem Eccleſiaſticum,an interim debeat remanere carceratus;fuit deciſum,quòd ſic,Io.Angel.Piſanell. in addit.ad Afflict. in deciſ.220.col.2. verſ.aliàs in S.C.

Carcererius alicuius Artis iuriſdictionē ciuilē,& criminalē habentis,ſi delinquat, ad quē ſpectabit cognitio; fuit pluries per S.C. deciſum,eſſe cognitionē ipſam remittendā ad Curiā eiuſdem Artis,French.dec.679 *Guazzin.in tract.ad defēſ. defenſ.13 c.12.nu.4.Taſſon.de anteph.verſ.3.obſ.3. num.* 300.

Carceris effractor Vaſallus Baronis animo confugiendi ad Baronem.vel ad M.C.V. qua pœna debet puniri, fuit in cōtingenti caſu vnius vaſalli Federici Carafæ per S.C. remiſſus vaſallus prædictus, qui fracto carcere acceſſerat ad M.C.V.vt in cauſa de iuſtitia procederet,citra pœnam fracti carceris,Anna in repet. cap.1.de vaſall. decrep.ætat. cum citat Ioa.Aloyſ.Ricc. in praxi Eccleſ.dec.373.

Cardinales S. R. E. quot numero eſſe debeant, concluditur numero 72. quorum quinque ſunt Epiſcopi,triginta ſeptem Presbyteri,decem,& nouem Diaconi,de quibus per Capyc.dec.120. licèt hodie ſit determinatum ex ſpeciali Bulla Sixti V. vt non excedatur numerus ſeptuaginta,de quo latiùs per Sigiſmund.Scacc.de iudic. cauſ. ciuil. & crimin. cap.17.per totum,Ægid. Mag.dec.Pari.c.7.de reg.Fuſc.ſing.42.lit.C.

Cardinalium cętus ſede vacante an poſſit reſtituere,& habilitare Cardinales priuatos à Papa prędeceſſore, ſaltem ad voces,cōcluditur,quòd aut Cardinales vellēt prædictos reintegrare, & reſtituere in caſu,quo ſi nō fieret, immineret periculum ſchiſmatis, vel aliud graue, quòd tunc poſſet,aut non extaret magna cauſa, & tunc nō poſſet,Capyc.dec.114.Ricc.collect.dec.120.

Caſtellanus alicuius Caſtri ſi non data notitia alteri iuriſdictionem habenti ſuper eius milites, militem rebellem per torturæ actū, ac teſtium depoſitiones patefecerit poteſtatem in eos nō habens,an puniendus ſit;per M.C.V.facta relatione in Collat.Conſ.fuit liberatus.Gramm.in cōſ.crim.40.æterni numinis præſidio,&c.idem Grā.de.34.ſub n 59.meminit de hac deciſione.

Caſtellanus ſi habet ex priuilegio cognitionem cauſarum ciuilium,& criminalium, & mixtarū omnium ſeruientium,ſociorum accordatorum in Caſtro,& ſuorum familiarium, & agentium, & extra Caſtrum fuerit per aliquem ipſorum delinquitum, an remitti debeat ad eundem Caſtellanum cauſa;fuit deciſum,quòd ſic per S.C. Frāc.dec.458.Io.Frāc.Capibl.in prag 8.n.224. de Baron. Tapia in c.Regni 20. incip.Caſtellanos noſtrarum arcium, Ricc.collect.dec.392.

Caſtra æſtimata in dotem data per mulierem,cenſetur ea vēdidiſſe, vt fuit practicatum in cauſa Comitis Calatiæ, Franc.de Amicis in cap.1.de his,qui feud.dar.poſſ. §.& veniendo,ſub nu.27. col.2.verſ.caſtra autem fol.203.

Caſus fortuitus in promiſſione expreſſus, an intelligatur de ſolito,non autem de inſolito. concludit Bart.in l.ſed & ſi quis,§.quęſitū ff.ſi quis caut. quòd ſic,& ita fuiſſe in facto deciſum per S.C. refert Iacob. Anell. de Bottis in addit.ad Bart. in d.§.quæſitum, verſ.intellige de ſolito, Zappull.in prag.1.§.6.n.11.de admin.vniuerſit.

Caupo de furto commiſſo tenetur, ex quo debet omnem diligentiam adhibere, at ſi probaſſet (furto commiſſo)omnem diligentiā adhibuiſſe ad excludendam culpam, non teneri fuit deciſum in M.C.V.teſte Vrſill.dec.150.ſub n.28.

Cauere tenetur mulier de vtendo, & fruendo ipſo dotario arbitrio boni viri, cū ſit pluſquam vſufructuaria,niſi tranſiret ad ſecunda vota, vel niſi dilapidaret,& monita non deſiſteret, & ita fuit aliàs determinatum in Regno inter Comitiſsā Coriliani, quæ fratri ſucceſſerat in Comitatu,

tatu, & vxorem ipſius Comitis, cui conſtituta fuerat tertiaria in Caſtro ſuo S. Mauri, Capyc. in inueſt.feud.rub. ꝑ dotario, verſ.cauere, fol. 282. quā deciſionem originalitèr ponit Luc. de Pen.in l.1.n.3.C.quādo,& quib. quart.par.deb. lib 10.

Cauere an cogi poſſit præueniens iuxta formam prag.malitijs litigātiū,de præu.moder.ſi nollet cauere,ſed potius deſiſtere,fuit in S.C. deciſū, quòd ſic,ſi nō eſſet perſona diues,& tuta,in cauſa Baronis Tholoſæ cū Māfredino,Io.Ang.Piſanell.in add.ad d.prag.fol.463. incip.in eadem cauſa. *Nouar.in tract.de dat.inſolut.q.15. n.38.*

Cautio de non offendendo quāuis præſtita ſit per inquiſitū liberatū vigore decreti, iuxtà cōmunē ſtylū, an conſimilē cautionē petere poſſit à querelante,fuit datus terminus ad probandum incūbentia reſpectu vani timoris,& qualitatum perſonarum,ſi querelans eſſet debilis homo,vel impotens,Franch.dec.359.Petr.Caball.reſolut. crim.cent.3.caſ.219. Farinac.in eius praxi crimin. tit. de var.& diuerſ.crim.q 107.p.1.art.2. *Cancer.var.reſol.to 2. c.11.nu.46.*

Cautio an ſit præſtanda per venditorē imminente periculo euictionis in limine contractus,ſi emptor fuerit conuentus pendente ſolutione ab alio.& ipſe laudauerit ſuū authorē,qui in ſe ſuſcepit onus iudicij, ita vt adueniente tpe ſolutionis,citra cautionē præſtandā,cogi poſſit ad ſoluendū;fuit deciſum,cautionē ipſam non eſſe præſtandā,ex eo,quòd author laudatus erat diues,& in ſe ſuſceperat onus probādi, ſiue iudicij,quod erat locus fideiuſſioni, Affl.deciſ.171. Carau.in rit 173.n.10. Frecc.de præſent. inſtr. p.7.q.6.n.7.Iacob. Menoch.de arbit. Iud.lib.2. cent 3 caſ.234 n.4.Surd.dec.183.n.10. Maſtrill. dec.Sicil.160.Borgn. Caualc.dec.Fiuizan.4 p.1. n.3. Marcell.Cala in tract.de modo art. & proban.gloſ.vnica,§.2.nu.997. Card.Seraf.dec.Roman.1275.Theſ.lib.1.qq.forenſ q.77. n.5. *Alex. Trentacinq.lib.3.var.reſol.tit.de empt.& vend. reſol.16.n.4. Borrell.in ſum.deciſ.to.3.tit.13 n.210.*

Cautio præſtanda iuxtà diſpoſitionem auth. quæ ſupplicatio, C.de prec Imper. offer.præſtatur pro forma, & ita fuiſſe deciſum in S.C. refert Anna in ſingul.46. auth.vbi Magiſter Actorum noluit illam capere,ſed in alia cauſa dixit,fuiſſe promiſum,quòd præſtetur talis qualis,& pecunia indè prouenienda conuertatur in emptionem prædiorum,cùm nemo fideiubere volebat pro furioſo,Maſullus ad Capyc.dec.169. nu.2. vbi refert,fuiſſe paritèr deciſum in alio caſu,vt præſtetur iuratoria cautio. ſi actor eſſet pauper, *Alex.Trentacinq.var.reſol.lib.2.tit.de appell. reſol.1.nu.8.& 9.Guzm.de euict.q.2.n.58.& c.50. num. 29.*

Cautio de non aliènando dotem an ſit per mulierem ſecundò nubentem præſtāda;fuit deciſum in S.C.quòd non, Capyc. in Conſuet.Si aliquis moriens,incip.not.quia Marchio, fol.169.

Cautio an ſit præſtanda per vxorem de conſeruāda proprietate legati ſibi relicti à viro in beneficium filiorum primi matrimonij; fuit iudicatum in S.C.quòd ſic,vt nouiſſimè teſtatur And. Molf.in cōmēt.ad Cōſuet.Neap.p.3.q.22.n.20.

Cautio præſtāda per fideicommiſſarium in initio litis,congruè præſtabitur,ſed cauſa in limine expeditionis exiſtente denegabitur, vt in facto ſeruauit S.C. per text. in l.ſi is,à quo, ff.vt leg. nom.caueat.teſte Molfeſ.conſ.7.n.16. poſt eius comment.ad Conſuet. Neap. impreſſo.

Cautio an præſtanda ſit per debitores volentes gaudere dilatione temporis à Rege conceſſam, fortè ob aliquam iuſtam cauſam,ſicut annis elapſis cōtingit in indultu generali,fuit in S.R.C. deciſum , eſſe præſtandam creditoribus petentibus,& hoc vigore ritus 287.M.C.V.vt cenſet Reg. Carol. Tapia in 4.p. Iur.Regni ſuper explicatione d.ritus, num.5.

Cautio de rebus, quæ vſu minuuntur an præſtanda ſit, quemadmodū præſtatur,in cautione per vſufructuarium in rebus ſoli in rebus, quæ vſu conſumuntur; non fuit deciſum, quamuis concludi videatur,quòd ſic, Franch.dec.641.

Cautio de non offendendo præſtita ad inuicem inter inimicos, tàm pro ſe, quàm pro conſanguineis,affinibus & attinentibus,actiuè, & paſſiuè,vſquè in tertium gradum, ſecundùm ius canonicum,incluſiue computandum,an cenſeatur rupta, ſi frater ſponſæ ipſius cauētis fuerit offenſus ab altero fratre alterius cauentis de non offendendo , & licèt fuiſſent condemnati fideiuſſores per Reg.Curiam Aquilæ,introducta cauſa appellationis in M.C.V. fuerūt ab ea abſoluti , cùm cautio prædicta rupta nullatènus extiterat per offenſionem factam in perſonam fratris ſponſæ;qui appellatione affiniū non fuit alitèr comprehenſus,vt refert Franc. Viuius in ſylua commun.opin.in opinione 808.ſtatutum, quod fieri,ſub n.41.verſ.& dùm euenit, nouiſſimè Farin.in eius praxi,tit.de var.& diuerſ.crimin.q.97.p.2 art.25.vbi de hac materia pertractat,licèt non alleget Viuiū,& Franc.Hercul.in tract.de caut.de non offend. cap.36. n.8.

Cauſa remitti ſolet per S.C ad Reg.Cam.quando putat,in lite eſſe colluſionem inter partes, in qua habet intereſſe Fiſcus,Frāch.dec.132. Muſcatell.in praxi S.C. p.2. gl.comperentes,n 98. Petr.Caball.reſol.crim.cent.2. caſ.168. num.8. *Conſil.Marcian.conſ.5.num.12.And.Capan.de iure adhoæ.q.49.n.10.*

Cauſa agitata coràm aliquo Officiali Regni , cui fuit reſcriptū per M. C. vt infra certum tempus cauſam expedire deberet,ſub pœna auocationis, ſi elapſo tempore ſtabilito partes non alitèr ſollicitauerunt, an cauſa ipſa auocari debeat à M.C.V. fuit deciſum, reſcriptū ipſū nō habere vim interpellationis,& ideò debebat interpellari,Affl.in Cōſtit.Iuſtitiarij nomen,poſt n.26.& 27. vndè cauſa auocari non debet.

Cauſa ciuilis an impediatur per ſuperuentionem cauſæ criminalis,prætextu falſitatis Iudicis, & teſtium,fuit deciſum, eſſe procedendū in vtraquè cauſa , verùm non expediatur ciuilis , niſi priùs expediatur criminalis, Affl.dec.103.latè Farinac.in eius praxi crim.tit.de var.& diuerſ. quæſt.in 100.quæſt.cap.2. n.93. Marta voto 52. Ricc.collect.dec.1775.Alph.Perus collect.81.

Cauſa ciuilis an ſuperſederi debeat,obſtante cauſa criminali falſitatis teſtiū;fuit deciſum, quòd vbi mora nō poſſit imputari,aut ius totius cauſæ conſiſteret in illis teſtibus accuſatis de falſo , tunc debet ſuperſederi in cauſa ciuili , ſi verò ius totius cauſæ non cōſiſteret in illis te-

ſtibus,ſed tãtùm adminiculatur in cauſa,& tūc non ſuperſedetur in cauſa ciuili, Affl.dec.229. Muſcatell.in praxi S.C.lib.1.p.3.gloſ.actorem, n.30.& eod.lib.1.p.6.gloſ.termino,n.4. latè Farinac.in eius praxi crim.tit.de var.& diuer.qq. in 100.quæſt.c.2.per tot.maximè n.101. & ſeq. Rota Rom.deciſ.206.p.2.vbi patet,illam deciſionem fuiſſe approbatam in illa Curia,Cornaz. dec.Luceſ.110.n.10 latiſſimè per Ant.Fabrum in eius Cod tit.quãdo ciuil.actio,defin.1. idem Farinac.dec.Roman.crim.79.cum addit.Alph. Peruſ.collect.81. *Alex Trentacinq. var. reſol.lib. . tit.de iudic.reſol.7 n.5. Guazzin. ad defenſ. in defenſ.28.cap.12. in fine, D. Conſil. Carlcual de iudic.tom.2.lib.1.tit.2.diſput.6.num.24.*

Cauſa falſitatis intentata in M. C. V. per aliquos vaſallos Baronis contra alios ſimilitèr vaſallos ex cauſa ſentētiæ prolatæ per ipſam M.C.prætextu falſorum teſtium,quorum declarationem circa vſum petitam factam fuiſſe probatur, an ſit remittenda Baroni petēti, ad ſe ſpectare cognitionem, cùm ſit inter vaſallos eius,non obſtante quòd delictum fuerat commiſſum in M.C.V.fuit deciſum per S.C.quòd dicta cauſa remaneret in M.C.V.Io.Thom.Alphan. in addit.ad Nunt.Tartagl. in Margarita Fiſci cap.8. incip Ioa.Carolus.

Cauſa intētata in ſeculari iudicio an debeat ſuperſederi, ſi aliquod incidens ſpirituale fuerit coràm Iudice Eccleſiaſtico ventilatum, etſi concludatur,quòd non debeat ſuperſederi:fuit tamen ſuperſeſſum,ſtante ſignificatoria Eccleſiaſtici,Capyc.dec.7.n.3 & ſeq.quem citat Frãch. dec.551 n.14. Proſper Farinac. in tit.de inquiſit q 8.n.25.Amed.de Ponte de laudem tit.quis ſit Iudex in cauſ.feud.n.20.Aloyſ.de Leo l.omni inuocatione,C.de ſacroſ.Eccleſ. n.14.

Cauſa poſſeſſorij an poſſit impediri, ne expediatur prætextu falſitatis oppoſitæ, concluditur, quòd ſic,quamuis aliter fuerit ſtatutum circa hoc dubium per Regem,vt refert Loffred.cōſ. 6.dubitatur,licèt Capyc.concludat quòd non, iuxtà opinionem deciſionis allegatæ,tamen refert,contrarium fuiſſe determinatum in S.C.& hoc præcipuè,quia in Regno eſt Pragmatica, quòd cauſa principalis amittatur,vbi quis produxerit falſos teſtes, vndè congruit expectare finem falſitatis,ad hoc vt ſciatur de amiſſione cauſæ,Capyc.dec.25. quem citat Iul.Clar in §. fi.q.2.nu.4.Vant.de nullit.Rub.ex defectu proceſſ.n.113.latè Muſcatel.in praxi S.C.lib.1.p 6. gloſ.termino,n.4 Farinac in praxi crim. tit.de var.& diuerſ quæſt in 100.quæſt.cap.2.nu 101. *Menoch.de recuper.poſſ.remed.1. num.*348.

Cauſa ſimoniæ an ſit remittenda ad Iudicem Eccleſiaſticum;fuit deciſum,quod ſic in occurrēti caſu, Anna in ſing.481. ſimonia.

Cauſa intentata per creditores cum hypotheca alicuius debitoris cōtra eius debitores, in qua petitur adiudicatio nominis, ac etiam aſſiſtentia ſuper eo, an impediri poſſit, nè terminetur prætextu allegatæ ſatisfactionis contra creditores,nec paritèr ſtante adhæſione principalis debitoris, cùm non fuerit iudicium ab ipſo motum, nec à ſententia aliàs lata contra creditores appellauerat,ſeu reclamauerat,tantò magis per lapſum biennij, in facto demonſtrabatur aſſerta ſatisfactio vni ex creditoribus, dùm ipſe iura ſua alteri ceſſerat,ſtãte ſatisfactione aduerſus alium,ac etiam inſolutum datione facta, ob quod litem per eos cœptam proſequi nullo iure debebant, & in prædictis quatuor principalitèr enucleantur quæſtiones, primò, quòd iudicium ipſum expediri debebat in beneficiū ceſſionarij comparentis,& de hoc inſtantis, ſecundò, quòd conditionalitèr poterat, & debebat expediri ad inſtãtiam creditoris cedentis, quando in ceſſionario dubiū fieret, tertiò,quòd reſpectu alterius creditoris poterat expediri, ſeù eius hæredis non obſtante prędicta inſolutum datione, ex clauſulis in ea appoſitis, hoc eſt,quòd vbi deficeretur à ſolutione ducat.190. per duas tertias continuas, &c. teneretur ſoluere,& deberet eidem creditori ducatos mille cum tertijs, in quibus quantitatibus ex nunc pro tunc,& è contra ſe conſtituendo verum,& liquidum debitorem dicto creditori, ità quòd non poſſit purgare moram aliquam,etiam ſi veniret ſacculo paratus,cui beneficio,cæteriſquè legibus renunciauit,& pro recuperatione quãtitatum prædictarum intelligãtur expreſsè reſeruata iura anteriora virtute prædictarū cautelarum,quibus nullum fiat præiudicium,nouatio,vel derogatio, & ipſis liceat vti omni tempore ad eius electionem,vltimò, quòd poterat, & debebat expediri, etiam ad inſtantiam principalis debitoris aſſiſtentis, de cuius intereſſe principalitèr agebatur;his omnibus in iure reſolutis in fauorem creditorū per Reg de Ponte cōſ.6.etſi punctus nouitèr,in fine,vol.1. tradit.fuiſſe iudicatum ſecundùm prædicta, Iūctis Tribunalibus S.C.& R.C. hoc eſt in eorum fauorem, vt expediri poſſit, eum citat Borgn. Caualc.dec.Fiuizan.5.nu.25.par.4.

Cauſa an poſſit expediri pendente diſcuſſione articuli merè ſpiritualis, remiſſi ad Iudicem Eccleſiaſticum,quod emergit in cauſa prophana; fuit multotiès deciſum,eſſe expectandam deciſionem Iudicis Eccleſiaſtici, Franc dec.551.vide ſuprà eod. verbo articulus.

Cauſa diffamationis commiſſa vni Iudici, ſi alteri Iudici fuerit commiſſa cauſa iurium, an eadem cauſa iurium eidem Iudici primo cauſæ diffamationis cōmitti debeat,fuit concluſum,quòd non, ſed vnuſquiſquè ipſorum in cauſa procedere debeat,Franch.dec.385. Maſtrill.deciſ.Sicil.14.num.18. & ſeq.

Cauſa alicuius rei intentata in S. C. dum de ſtatu rei dubitaretur incidentèr, ſi feudalis, vel burgenſatica eſſet,fuit ad Reg.Cam.remiſſa, & demùm prolata ſententia per eam, vt eſſet feudalis,à qua ſententia dùm eſſet reclamatū ad eandem Reg. Cam. an poſſit pendente ipſa reclamatione ad inſtantiam actoris proſequi in eod. S.C. non expectata alia determinatione, & demùm propoſito articulo in S.C. fuit decretum interpoſitum, quòd procederetur ad vlteriora in cauſa,& ità fuit per Collat.Conſil. cōfirmatum decretum,Carol.Tap.in Iur.Regn.in ann. ad Prag.27.de off.Procur.Cæſ.à n.1. vſq; ad fi.

Cauſa cępta coràm primo Iudice cū aliqua qualitate à Superiore conceſſa, ſi deindè alteri Iudici fuerit commiſſa decidēda, an paritèr cum eadem qualitate commiſſa cēſeatur, exemplum

de

Digitized by Google

de hoc traditur, dũ annis proximè elapſis fuiſſet conceſſa poteſtas ab Excellentiſs. Prorege Regiæ Audientiæ Calabriæ Citra, procedendi contra delinquentes cum ſclopis, abbreuiando forindicationem infrà dies quindecim, etiam ad modum belli, ſuccedente caſu in facto occurſo procedendi contra Antonium Buccherium dictæ Prouinciæ, interficientem Lucam Antonium Pariſium, eodẽ modo proceſſit Regia Audientia, iuxtà poteſtatem conceſſam ad citationem, & introducta cauſa appellationis per viam certi grauaminis ad Reg. Collat. Cõſ. fuit deindè per idem Conſil. Collater. cauſa remiſſa M.C.V. verùmtamen dùm dubitaretur, ſi eodem modo M.C.V. procedere deberet cum poteſtate, aliàs dictæ Regiæ Audientię conceſſa; fuit tandèm deciſum, audita relatione Iudicis Macedonij, vt eodem modo procederet, & ad tollendum difficultates iuſſum, vt eadem poteſtas in hoc particularitèr concederetur de nouo per literas particulares Reg. Cancell. & ſic exequutum ad inſtantiam illorum de Pariſio querulantium in anno 1614. quàuis hodiè hæc poteſtas ſit omnibus Tribunalibus, & Regni Officialibus conceſſa per nouellam Prag. 52. de de Armis, ob vtilitatem in dicta Prouincia Calabriæ exortam, de qua teſtis ſum; ſed deciſio prædicta non abſque ratione proceſſit, ad cuius corroborationem adduco notabilem deciſionem Bellem. 41. ſi Papa, quã citat Caſſad. in dec. 8. tit. de reſcript. n 5. & ſequitur Veſtr in prax. Rom. lib. 5. cap. 1. n. 2. diſponentem, quòd cauſa ſemel ſummariè commiſſa, ſemper in ſequentibus inſtantijs ſummaria durat etiã quòad alios Iudices in cauſa ſubrogatos, & ibi Grauat. citat Oldr. conſ. 255. Felin in c. vlt. n. 10. de teſt. & de hoc etiã extat deciſ. Franc. 520. in materia procedendi per horas in cauſa appellationis, ſi in prima inſtantia ſic proceſſum fuiſſet, & vltrà eos addo Put. dec. 426. p. 2. vbi refert, cauſam commiſſam alicui Officiali cum facultate procedendi iuxtà formam ſtatutorum, ſi deindè fuerit commiſſa determinãda alicui Auditori, cenſeri cum eadem poteſtate commiſſam, per rationes ab eo adductas. Nec incongruum erit adducere doctrinam relatã à Conſil. de Georg. in alleg 8 num. 10. de feudo deuoluto Regi per Rebellionem, ſi reconcederetur alicui, videtur concedi ſub ea natura, prout primus concedebat, fac t quòd tradit Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cler. in 1. effect. n. 717 quòd Iudex ordinarius efficitur delegatus, ſi cõmittitur cauſa cum aliqua qualitate, vt eſt, quòd procedat de bono, & æquo, vel ſola facti veritate inſpecta, Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Cauſæ ciuilis curſus, ſeù expeditio an impediri, vel ſuperſederi poſſit, prætextu accuſationis propoſitæ de falſo contra teſtes tantùm, fuit iudicatum, vt pendente cauſa ciuili, ſi accuſantur teſtes de falſo, pendente hac accuſatione nõ impediatur curſus, & expeditio cauſę principalis, Affl. in Cõſt. Si ciuilitèr agens, ſub n. 16. vbi ſubdit, audiuiſſe, Regem Catholicum ſanciſſe, quod propter accuſationem teſtium de falſo, & principalis nõ tardatur diffinitiua ſententia, ſi talis accuſatio poſt coclufum in cauſa ciuili fieret, cũ citat Faria. in eius prax. crim. tit. de var. ac diuerſ. quæſt. in 100. q. c. 2. n. 96.

Cauſæ expeditio an poſſit ab vno ex conuentis peti, ſi per alium conuentum fuerit impeditum, prætextu petitionis beneficiorum, fuit votatum, quòd procedatur ad cõcluſionem in cauſa prædicta, & quòd in expeditione deliberabitur, an ſimul, & ſemel expediri oẽs cauſæ debeant, Capyc. dec. 8. Anna in ſing. 465. ſentẽtia inquit; in occurrenti caſu fuiſſe tactum, vt ſententia proferri poſſit inter aliquos de re diuidua, & inter aliquos ſuperſederi, Amẽd. ad Franc. dec. 273. in prin. Phanuc. in tract. de inuẽt p. 3. n. 25.

Cauſæ delegatæ à Prorege alicui ex Conſiliarijs, vel Præſidentibus, ſi contingerit ad maiorem officium aſcendi, an amittantur, & concluditur, quòd non, Franch. dec. 445.

Cauſæ Confraternitatum, ſeù Collegiorũ an ventilari debeant coràm Iudice ſæculari, vt ſi de præcedentia tractaretur in proceſſionibus: fuit deciſum, quòd ſic, tàm in M.C.V. quàm in S.C. Ann. in ſing. 90. Collegia, Reg de Pont. conſ. 18. hæc noua, n. 8. vol. 1. Maſtrill. dec. Sicil 110. n. 8. vbi citat omnes iſtos DD. affirmantes, ità fuiſſe deciſum, Ricc dec. Archiep. Neap. 48. nu 9. vol. 1. & in praxi var. reſol. reſol. 372 Epiſcopi an viſitare poſſint loca ſub protectione Regis exiſtentia, quid autem Neap. & Romæ deciſum fuit circa viſitationes Eſtauritarum ſub protectione Regis exiſtentium, vide Mart. de iuriſd. par. 2 cap. 10. num. 32.

Charitatiuum ſubſidium debitum à Vaſallis Epiſcopo tempore ſuæ conſecrationis quot eſſe debeat; fuit per S.C. taxatũ, eſſe decimam partem valoris annui ipſius feudi, hoc eſt medietas ſeruitij, ſeù adhoæ, teſte Affl. dec. 136 quem citat Gram. dec. 88. vbi ex aliorum opinione refert, eſſe non vltrà quartam partẽ, & demùm ibi concludit ex alia deciſione S.C eſſe medietatem collectæ generalis, ſeù foculariorum, quę ſoluitur Regi ſingulis annis, & ſic ad medium ducatum pro foculari, & idemmet Gram. Cõſtit. Quamplurium, n. 31. & in addit. ad eandem deciſ. Affl. 136. vbi optimè Vrſill. n. 1 alios allegando confirmat, & Boer. dec. 134 n. 9. & Piſanell. ad Affl. vbi ponit formam talis decreti lati, vt ſit medietas collectæ generalis, & ità medium ducatum, latè Io. Franc. Capibl. in prag. 1. de Baron. n. 39. & alias deciſiones ponit Iacob. de Ayel. de iure adhoæ, nu. 34. idem fuiſſe deciſum in cauſa Epiſcopi Licienſis, vt non excedat carolenos quinque, & ità paritèr in Camera fuiſſe obſeruatum in Ciuitate Cãpanię tradit Ricc. in collect. dec. 52. Duen. in reg 90.

Charitatiuum ſubſidium an teneantur vaſalli Eccleſiæ Epiſcopalis Epiſcopo ſuo contribuere tempore conſecrationis, concluditur, quòd ſic, Gram. dec. 88. Campag. in c. p. Comites, nu. 17. Vrſill. dec. 136. num. 1. Ricc. in collect. deciſ 52. Duen. reg 90.

Cedens an teneatur deponere inſtante parte aduerſa, & ſucceſſiuè ceſſionarius procurare cedentis depoſitionem; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, Io. Franc. Scagl. in rit. 119. quod poſteà fuit deciſum in S. C. in cauſa Marchionis S. Georgij, cum Claudio, & Fratribus de Milano, referente q. Conſiliario Octauiano Cæſare, penès Scodes anno . . . patrocinante optimo I. C.

Fabio

Fabio de Falco meo patruo.Io.Bapt.de Thoro.

Cedens, & ceſſionarius ſi ſimul concurrant in aliqua ſumma ex hæreditate depoſita, vnuſquiſq; eorum pro eorum intereſſe crediti, an ceſſio facta præiudicet cedenti, ità vt cedens poſſit ſatisfieri de eius credito priùs, quàm ceſſionarius; fuit deciſum, ambos concurrere poſſe pro eorum creditis, non enim operatur ceſſio directè contra cedentem, ſed per indirectum, Franch. dec.260.Reg.de Pont.dec.34.nu.23. Mart.vot. 75.n.10 *Barbat.de aſſiſt.gloſ.12.num.*110.

Cedens an poſſit inſtrumentum liquidare contra debitorem ceſſum iuxtà Rit.M.C.V.& certum eſt, vt ſicuti inuitus non cogitur liquidare, niſi in actu ceſſionis ſe obligauerit ex pacto ad liquidandum, inſtante ceſſionario, vt docet Scagl. in rit.163.nu.21.quem citat Reg.Rouit.in rub. de inſtrum.liquid.n.11. ità paritèr ſi in ceſſione non ſe reſeruauerit poteſtatem liquidandi contra debitorem ceſſum, vt communitèr practicatur, liquidare non poſſet inſtrumentum, & cùm annis proximè elapſis cõtingiſſet caſus in perſonam Ioa. Aloyſij Calcidij Præſtantiſſimi I.C. qui de ſumma duc.80.ceſſiſſet ſummam duc.36. eius filio, vt aſſequi potuiſſet clericatus ordines, iuxtà Conc.Trid.cum promiſſione euictionis in forma, vt deficiente debitore ceſſo, ipſe teneretur ad ſolutionem, abſquè tamẽ reſeruatione poteſtatis liquidãdi, & proindè ceſſo die ſolutionis dùm ſuum debitorem citare feciſſet vigore ritus ſuper tenore inſtrumenti, oppoſita exceptione per debitorem ceſſionis prædictæ, abſq; poteſtate allegata, dicebat, nullatènus ad liquidationem inſtrumẽti perueniri potuiſſe, & ſic demum per M.C.V.decretum, referente Marcello Lanfranco, vt procederetur ordinariè, re tamen in S.R.C. deducta retulit mihi, ſuam opinionem fũdari de iure, & inſupèr potuiſſe, & poſſe liquidare, abſquè tamen poteſtate prædicta, cùm nemo dicat, id nõ potuiſſe facere, & ſuppoſita diſtinctione Bart. in l. ex facto, §.ſi hæres, ff. ad trebell. vbi Alex.Iaſ.& cæteri, concludi videbatur, potuiſſe agere cõtra debitorem ceſſum, & maximè quando ceſſio non fieret in vtilitatem cedentis, ſed ceſſionarij, prout erat in caſu noſtro, cùm periculum euictionis fuerat reſeruatum cedenti, & ſucceſſiuè ceſſio facta fuerat in beneficium, & commodum ſui filij, ad quod vltrà eum addo Ioſeph. Ludou. inter comm.opin.tit.de ceſſion. & ceſſion. concl. vnica, in princ.verſ.& cedens, vbi alios allegat, concludentem, ità eſſe communem ſententiam, & maximè quando non interuenit vnum de illis iuribus contentis in l.3. C.de nouat. & ipſe proſequitur, ad quod vide Vrſil.dec.335.n.18.& an cedens vtilitèr actionem, nihilominùs agere poſſit, plures DD. citat Tiraq. de retract.conuent §.26.gl.2.n.14.& actio nihil aliud ſit, quàm ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, §.1.Inſt.de act.quod ſiquidem actionis ius reſidet in perſona partium, Carau.rit.262.nu.17.& potiſſimùm actiones directæ, quæ ſunt affixæ oſſibus, Tiraq.in tract.de retract.cõſang.§.1. gl.7. n.14.Franch.dec.94.n.8.652propterea cedi nõ poſſunt, idem Tiraq.in d.tract.§.26.n.55.ex quibus concluditur, cedẽtem ipſum rectè poſſe agere, & ſucceſſiuè liquidare: quinimmò facta relatione per M. C. V. fuit deciſum in fauorem ipſius creditoris, remittendo cauſam eidem M.C.V. vt procederet ad interrogationem, & ſic exequutum, penès Anaſtaſium Actuarium, in cauſa eiuſdem Ioan. Aloyſij Calcidij cum Io.Baptiſta Cilio in anno 1612.aut 1613.in circa. Ioa.Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Cedere an teneatur creditor vigore donationis rei ſibi factæ iura ſua vni ex condebitoribus, vt valeret portionem ſuam conſequi ſuper alijs bonis, fuit iudicatum, quòd non, Reg.de Pont. conſ.119.pars ex allegatis, vol.2.

Cenſuari an poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta, quæ minantur ruinam, per fideicommiſſarium, non obſtante fideicommiſſo, cum pacto, quòd ſubrogetur cenſus eidem fideicõmiſſo; fuit deciſum, quòd ſic in S.C.referẽte D.Cadena, Reg. de Pont.conſ.46.ex moleſtia, n 20.vol.1. & infrà verb.res prohibita.

Cenſualia bona alienata per Dominos ipſos irrequiſito Dño pro franchis, quamuis eſſent redditiia feudalibus, an incidant in commiſſum, licèt bis per S.C. fuiſſet deciſum, quòd caderent ipſi alienantes à iuribus ſuis, tamen per aliam deciſionem fuit votatum, illos conuentos eſſe abſoluendos ab impetitione Dñi directi, ſaluo eidem iure petendi ab eis reditum, ſi quod cõpetat, Capyc.dec.103. quẽ citat Vrſill.dec.241. n.1.licèt contra ipſum deciſum referat, & dec. 255.n.4.idem etiam Capyc.dec.196. concludit, cenſuarium non cadere à iure ſuo ob alienationem rei factam irrequiſito Dño cẽſus, Io.Frãc. Capibl.in prag.11.n.48.& ſeq.de Baron.& Foller.in pract.cenſual.verſ.huiuſmodi cenſus ſuper rebus, n.89.Reg.de Pont.in tract.de poteſt. Proreg.tit.3.de elect.off.§.4.n.27.Borrell.conſ. 40.n.21.idem Vrſill. dec 80.n 6.

Cenſualis res an iudicetur, vbi ſoluitur cẽſus annuus pro rebus feudalibus, concluditur, non amplius dici feudalem, nec emphyteoticã, ſed ſimplicitèr cẽſualẽ, Capyc.dec.103.in prin.meminit Gramm.dec.77.n.11. licèt obiurgetur ab Affl.dec.129.Pulnerin.in add ad Affl. in ea dec. verſ.in ead.dec.Franc.de Amic.in tit.de his, q feud.dar.poſſ.§.ſequitur nunc, n.2.fol.23. Reg. de Pont.in tract.de Poteſt.Proreg.tit.3.§.4.nu. 8.Maſtrill.dec.Sicil.84.n.14.Vrſil.dec.80.Molf. in Conſuet.Neap. p.2.q.10. nu.2.

Cenſuarius ſi alienauerit rem ſtabilem, ſuper qua debebatur cenſus, an cadat à iure ſuo ſicut emphyteuta, deciſum fuit in S.C.quòd pro ea parte, pro qua debetur cenſus tantùm cadat, Marant.in ſuis ſing.lit.C.incip.cenſuarius.

Cẽſus Eccleſiæ debitus ex quibuſdam apothecis, qui verificatur per librũ Eccleſiæ, licèt de dominio rei cenſualis non cõſtet, niſi per inſtrumentum conceſſionis alterius rei ſitę, deſignantis confinia per verba enunciatiua, & hoc in facto antiquo; fuit deciſum, Eccleſiam eſſe reintegrandam in exactione cenſus tàm pro præterito, quàm pro futuro, Affl.dec.83.& Franch.deciſ.469.Boer.dec.105.n.3.Marcel.Calà in tract. de mod.articul.& prob.glo.4.nu.26. Maur.Iun. alleg.9.n.2.

Cenſus an ſit reducendus, & commenſurandus ad menſuram ædificij facti, vt ſi fuerit venditum territorium pro ædificatione domus, & pendẽte fa-

Digitized by Google

te fabrica fuerint facto Principis banna promulgata, nè ædificetur, qua ſtante prohibitione contractus per emptorem reſcindi petitur, & ex aduerſo attento illo ædificio facto poterat locari, ob quod contractus minimè reſcindi poſſe affirmabatur, ſed cenſus commenſurari ædificio; fuit iudicatũ quòd ſic. Franc. de Amicis in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. §. altera quæſtio, fol. 31. & 32.

Ceſſio facta per vxorem cum conſenſu viri vendentis, accedente Regia diſpenſatione, alicui emptori tranſlatiuè, ponendo emptorem in locum ſui, quid operetur reſpectu emptoris, vel mulieris; fuit declaratũ, reſpectu mulieris, per hãc ceſſionem diſceſſiſſe à loco ſuo, & alteri locum ceſſiſſ.; ſed reſpectu ceſſionarij dicitur, eſſe præferendum cæteris, qui poſt mulierem contraxerunt, Franch. dec. 478.

Ceſſio facta miſerabilibus perſonis, nulla interueniẽte ſimulatione, an eius vigore poſſint trahere; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 195. Muſcatel. in praxi S. C. p. 2. gl. competentes, nu. 89. Io. Franc. Capibl. in prag. 8. n. 171. de Baron. Tapia in Cõſt. Statuimus, n. 13. verſ. amplia ſexto, & rit. 228. Itẽ quòd nullus priuilegiatus, n. 4. in fin. Marcel. Calà in tract. de mod. art. & probangl. 1. §. 1. n. 95. Ricc. collect. dec. 1426. Paſchal. in tract. de vir. pat pot. p. 2. c. 2. n. 91.

Ceſſio, ſiuè renunciatio iuri hypothecæ facta ab vxore cum iuramento in venditione facta per virum, & ſi pretium penès virum peruenerit, an operetur, etiã ſi non ſint alia bona, ità vt nec in ſubſidium ſuper bonis ceſſis agi poſſit; fuit deciſum in fauorem poſſeſſoris, Franch. dec. 84. Nunt. Pellic. in Conſuet. Auerſæ cap. 9. nu. 159. Ricc in collect. deciſ. 44. Molfeſ. in Conſuetud. Neap. p. 8. q. 2. n. 2.

Ceſſio bonorum fieri poteſt per debitorem, etiãſi ſua culpa ad paupertatem deuenerit, vt fuit deciſum in M. C. V. Ioa. Franc. Scagl. in prag. 3. nu. 35. de ceſſ bon. *Ricc. collect 2292. p. 6. in fine.*

Ceſſio iurium an ſit facienda per heredem mulieris agentem contra tertiũ poſſeſſorem, qui obtulit pecuniã ſoluere factis ceſſionibus iurium, vt agere poſſit, & vendicare alia bona mulieri obligata per virum, & quid ſi fuiſſet per ipſam mulierem aliqua res ſibi hypothecata liberata, an ei obſtabit exceptio cedendarum; fuit deciſum in S. C. quòd mulieris hæres cedat, prout cedere poſſet, non obſtante dicta liberatione dicto tertio poſſeſſori facta, & ſoluatur eidem hæredi ſumma depoſita, Affl. dec. 343. quem citat Franch. dec 477. n 18. Lanar. conſ. 75. ſub nu. 4. verſ. Affl. in dec. Ant. Fab. in eius Cod. tit. de except. defin 14. de Pont conſ. 29. nu. 16 vol. 2. Ricc. collect. dec. 1416. *Ant. de Amat. var. reſol. to. 1. reſol. 37. num. 60.*

Ceſſio, ſeù venditio hereditatis facta per natos ex coniugato, vel ſoluto, aut presbytero, an valeat; fuit deciſum, non valere, ex quo non poterant ſuccedere, Vrſill. dec. 96. n. 14.

Ceſſio bonorum an debeat fieri cum ignominia, concluditur, quòd non, at clauſula illa in reſcriptis Principis, dummodò ſuper ignominia non diſpenſetis, non infert, quòd ceſſio bonorum debeat fieri cũ ignominia, & ità obtinuiſſe in facto fatetur Vrſill. dec. 379. n. 4. Muſcatell. in pract. S. C. lib. 2. p. 3. glu. detinebatur, n. 92.

Ceſſio liti, & cauſæ ſuper feudo an valeat ſine Regio aſſenſu, fuit deciſum, quòd ſic in facto contingenti, vt refert Barth. Camer. in l. Imperialẽ, fol. 17. in magnis lit. C. de prohib. feud. alien. per Fed. tamen antè dictam deciſionem in occurrenti caſu dùm hæres vellet litẽ ex ſua perſona proſequi. obſtabit eidẽ talis exceptio oppoſita ceſſionis litis, & per maiorem partem Conſiliariorum fuit votatum, ceſſionem talem valere ſine aſſenſu, licèt fuiſſet in hoc ſuperſeſſum, ſed votatum, ſi eſſet procedendum ad vlteriora in cauſa, obſtante ceſſiune prædicta abſq; Regio aſſenſu, & in hoc omnes fuerunt voti, quod quòad inſtantiam valeret ceſſio ſine aſſenſu, vndè decretum fuit, quòd non poſſit procedi ad vlteriora in cauſa, ſtante ceſſione, Capyc. deciſ. 158. quem citat Franch. dec 593. & Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in prima author. verſ. pluribus autem modis, n. 46. Io. Andr. de Georg. in alleg. 3. n. 12. & alleg. 6 n. 32. Cannet. in extrauag. Siciliæ volentes, §. ſed quid ſi fuerit, n. 21. Vrſill. dec. 232. n. 1. Ricc. in prax. Eccleſ. tit. de iur. patron. deciſ. 214. n. 287.

Ceſſio iuris hypothecæ facta à matre creditrice ſuper feudo eius filijs, abſq; aſſenſu Regio, an operetur, vt eius vigore poſſint iſti filij ſatisfieri ſuper pretio feudi olim hypothecati dictæ matri, non obſtante, quòd ſuper tali ceſſione nõ fuerit aſſenſus Regius impetratus, cõcluditur, quòd ſic per Franc. de Amicis in tit. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. ex hoc facto, fol. 75. & ità in Reg. Cam. obtinuiſſe refert in §. ex hoc etiam fonte, in fin. verſ. & ad illud, fol. eod.

Ceſſio an operari debeat contra cedentem creditricem ex cauſa legati, ob quod Fiſcus anteà ſatisfieri intendebat, fuit in R. C. S. deciſum quòd ſic, ex regula illa, quod tibi non nocet, & alijs prodeſt, in facto demonſtrabatur, quòd Fiſcus petierat ceſſionem à muliere, quæ aſſiſtentiam obtinuerat vigore Capitul. Neap. circa aſſenſum ſuper bonis feudalibus à Fiſco puſſeſſis, vti hærede viri, vt ſuper allodialibus ſatisfieri potuiſſet, Reg. de Põt. in trac. de Poteſt. Proreg. in tit. 6. de aſſenſu Reg. ſuper dot. in prin. n. 16.

Ceſſio iurium facta in forma per creditricẽ vigore ſentẽtiæ alicui poſſeditrici feudi tanquã baliæ eius filiorũ, in quaquidẽ ceſſione reſeruatur remediũ reclamationis interpoſitæ, vel interponendæ per dictã baliã, an poſt ſententiã obtentam in fauorem ceſſionariæ baliæ poſſint filij ipſius cedentẽ moleſtare de validitate, & inualiditate crediti, dùm per ſententiam fuerit effecta creditrix, itẽ à tali ſentẽtia de nouo reclamandũ, nequiuerat reclamari, nec nõ ſi intereſſe tertiarũ debebantur, & ſucceſſiuè aſſẽſus ſuper talibus extẽdatur, ità quòd dùm ceſſionaria moleſtari nõ poterat, nec paritèr cedens, ex pluribus cõcluditur in fauorẽ cedẽtis, vt non poſſit moleſtari pro dicto credito, & ità fuit iudicatũ, & deciſum, Reg. de Pont cõſ. 64 ex nota facti, vol. 1. vbi in fine ponit deciſiones, Paſcal. in tract. de vir. patr. poteſt. p. 2. c 7 n. 54. *Anton. de Amat. var. reſol. tom. 1 reſol. 37. nu. 20.*

Ceſſio an ſit faciẽda per Fiſcum hæredi, qui ſucceſſit feudatario ſoluẽti Fiſco, dùm ſimul tenebantur ad contributionẽ onerum hæreditariorum;

Digitized by Google

rum;concluditur, ceſsionem ipſam non poſſe fieri à Fiſco hæredi ſoluenti Fiſco,quia debitori non fit ceſſio,niſi ad liberandum,& ità fuit in Reg.Cam.pluriès deciſum, Reg. de Pont.conſil.82.die 22.Iunij,n.22. vol.1.

Ceſſio bonorum pro debito ex cauſa affictus Gabellarum, exiſtente inſtrumento guarentigiato ad formã Ritus M.C.V. an cõtra Ciuit.Neap. concedatur; fuit excluſus debitor à beneficio ceſſionis bonorum per S. C. iunctis Aulis, penès de Mõdellis Actuar.in cauſa Inclitæ Ciuitatis Neap.cũ Scipione Colutio,Anell.Amat. conſ.50.conductorem,vol.1.

Ceſſio bonorum an contrà Neapolitanos concedatur,etiam ob affictus,cenſus, & penſiones, vide infrà, verb. dilatio.

Ceſſio iurium alicuius Gabellæ,ſeu Arrendamenti remanſorũ in hæreditate, cuius pupillus ſucceſſit,an poſſit per tutorem gratis fieri alicui ob timorem periculi futuri,citrà decretum Iudicis,in facti themate oſtendebatur,Marcellum Pirrellum ex paterno contractu iuris tappeti duas habere caratas,quas Antonius Pirrellus illius tutor ceſſit præcipitantèr Ioan. Dominico Sarnetano gratis, & vna ex eis ipſimet tutori retroceſſa,abſq; tamẽ Iudicis decreto, ob quod condemnari petebatur tutor ad ſoluendũ duc. 500.in circa, ad tuendam pupilli rationem plura conſiderabantur,& primò,cũ carata nil aliud ſit,niſi ius quoddam pupillo competens in affictu prædicto pro duabus portionibus, & proptereà cùm in ceſſione iurium exquiratur decretum,tenet Rom. conſ.386. nu.4. vbi ſubdit, quòd per ceſſionem, eſto pupillus liberetur ab alicuius ſolutionis onere,adhuc Iudicis decretum accedere debet,nec deſuerunt DD.magnę authoritatis contrarium affirmare, licèr alij cõtrarium tenuerint, quòd actiones, & iura ſint reponenda inter immobilia, & ob id abſq; decreto cedi poſſint,vt copioſè refert Tiraq.de retract.lignag.§.1.glo.7 n.6. ſed ſi ad minus ius hoc tappeti dijudicare velimus ad inſtar iuris portoni, vel alterius vectigalis, cum omne id, quod Fiſco penditur,vectigal ſit, l.1. §.hic titulus,ff.de publ.& vectig. Boſſ.in tit.de vectig. n. 4. paritèr hoc bonotum genus immobiliũ iure cenſendum erit,eſt deciſio Bald.in c.1. §.ſciendũ,vbi Aluar.Affl.& cæteti,de feud.cogn.quos congerit idem Tiraq. loc.cit.n.34.& ex conſequenti ſi tanquàm in mobilia tenentur talia iura, tantò magis decreto Iudicis in illorum ceſſione opus erat,vulg.iur. & primò ceſſio, & retroceſſio prædictæ ſunt coràm eiſdem Notario,Iudice,& teſtibus in continenti inſimul celebratæ,& ſic vnicus reputatur cõtractus, l.petens,C.de pact.l.lecta,ff.ſi cer.pet.quò fit,vt dũ in hoc vnico cõtractu effectiuè tutor det ſibi ipſi,& recipiat à ſeipſo caratam,in proprio negotio authorauerit,contra tex.in l.1. ff.de authorit.tut. In contractibus enim requiritur diſtinctio perſonarum, l.2. ff.de ſtipul. ſeru.latè Fabian.de Mont in tract. de empt.& vendit. 3. q. principal.nu.7. Nec dicatur,limitari regulam prædictam, quando tutor palàm,& bona fide contraxerit cum pupillo,l.cùm ipſe,C.de contrah.empt.& l.non exiſtimo,ff.de adminiſt. tut. tùm quia in iſtis ceſſionibus pupillus non alitèr interuenit,ſed ſolus tutor,tùm quoq; cùm tunc tutor bona fide dicatur cõtrahere, qñ vel conſanguinei pupilli interueniunt,Arn.in caut.60. vel qñ alius contutor interfuit, alioquin omnis actus redditur nullus,Ioſeph Ludou.inter cõm.opin.3.to.tit.de author.& conſen. in 4 col. qui oẽs ferè cumulat,& palã aſit quid fieri intelligitur,qñ fit corã Iudice,dixit Bal.conſ.101.lib.3. elegantèr Rip.in l.1.§.fuit quæſitũ,n.9 in fin.ff. ad trebell. In caſu noſtro omnia deficiũt,igitur omnia corruunt,item iſte tutor dùm vtilia pupilli agere tenebatur, totũ oppoſitũ egit; ſiquidèm lucroſas pupilli caratas gratis alienauit,& oſtẽditur,nã aut attẽdimus tẽpus ceſſionis,iuxtà decretum S. C. & tũc in hoc Arrendamento aderat lucrũ, vt ex fide Rationalis apparet, aut tẽpus totius Arrendamenti cõſideratur, & paritèr maius lucrũ fuit inuentũ,aut tẽpus pręteritũ aliorum præcedentium Arrendamentorũ, & ſimilitèr reperitur lucrũ,& non damnum,ad quod lucrũ anhelauit tutor in perniciẽ pupilli; Nõ obſtat,ſi tutor opponeret,quòd die 16. Iulij 76.aliquid dãnum aderat;nã S.C.ſcire voluit, ſi die 17. Iulij, & ſic tẽpore ceſſionis aderat lucrũ, prout non mediocre fuit re vera repertũ; Nec dicat, tẽpore ceſſionis ignoraſſe tale lucrũ Arrendamenti, ex morte Principis Hoſtiliani peruentũ eodẽ die ceſſionis, quia debebat diligẽtèr hoc perquitere,& paria ſunt ſcirè,& ſcire debere,l.qui fundũ,§.ſeruus, ff.pro empt.eo magis cùm in factis Illuſtriũ perſonarum non cadit ignorantia (ſicuti fuit D.Princeps, qui in Archiepiſcopatu huius Ciuitatis obijt die 17. Iulij) Abb. in cap.in cauſa, de ord.cogn.& per multos dies antè diẽ obitus publicè ꝑ Ciuitatẽ circũferebatur,Principẽ viuendi ſpe fuiſſe deſtitutũ, & vbi fama laborat,tantò vehementius ceſſat ignorãtia,Soci.reg.ignorantia,fall.1. iſte tutor videns Principẽ defunctum alienauit ſtatim,& ceſſionem concluſit, ſciens ex morte Principis maximũ Arrendamẽto oriri lucrum, vndè nedũ vtilia prætermiſit, ſed dãnoſa procurauit, & ob id ad oẽ intereſſe obnoxius eſt. Secũdò,ſe tuetur tutor ex illa cõcluſione,quòd iura illiquida tutor citra decretũ remittere potuit,ſed illiquiditatẽ iuris, vel actionis, intelligũt cõmunitèr DD.qñ nõ aderat facilis probatio debiti,vel iuris pupilli,tũ qñ clarè probatio nõ affertur,tũc dicitur illiquidũ, & in iſtis terminis datur facultas tutori remittendi,quia ex defectu probationis nil donare videtur,Bald.in l.pactũ curatoris,C.de pact.vbi Alex.nu.4. Iaſ. n.3.in 3.fall.cæterũ hæc iura pupilli erãt indubitata per duas caratas,& probatione non eget. Tertio, allegat tutor,caratas eo tempore periculoſas pupillo fuiſſe,ex quo quodlibet Arrendamentũ fortuitis caſibus ſubiacet,& periculoſum cẽſetur, atq; põt afferre lucrũ, & dãnum, vana redditur iſta ratio, cũ validũ ſit argumentũ de præterito ad præſens,vndè ſi in pręterito lucrũ in Arrendamento adfuit,ergo & in præſenti illud veriſimilitèr operari debebat. Rurſus ex qualitate perſonarũ partis allegatio corruit, nã ſi dãnum imminebat,vtiq; ſagax Sarnetanus Officialis R.C.pupilli caratã non procuraſſet habere, nec pater pupilli æquè practicus in R.C.S.procuraſſet habere duas caratas,vlterius

riôs nec talis tutor audiẽdus erit, dũ per ſe catatã habere nõ timuit, & pro pupillo formidaſſe dixit, ad tex. in l. tutor. §. nõ eſt audiẽdus, vbi Bar. ff. de admin. tut. r quid. n. quis facit de ſuo, præſumitur, ꝙ potuerit facere de alieno, & ſic pro pupillo; indè ſi erga ipſum tutor fuit in hiſce lucris acquirendis diligẽs. cur pro pupillo fuit negligẽs? ideòq; ad intereſſe tenetur, Rom. cõſ. 139. n. 5. verſ. eodẽ modo. Nec inſupèr vera DD. diſtinctio in noſtro propoſito erit omittẽda; Nã aut bona pupillaria ſunt omninò damnoſa pupillo, & tunc licita eſt oĩs illorũ diſtractio, abſq; alia ſolẽnitate, aut ſunt bona periculoſa, tũc proculdubio decretũ Iudicis interuenire debeat, ità Arius Pinell. in l. 1. nu. 28. C. de bon. mat. p. 3. ſed ad quid tãta, ſi allegatũ periculũ de iure nõ ſit curãdũ, cũ lucrũ poſſit etiã euenire; indè prodijt illud vulgatũ, nõ lucratur qui non periclitatur, & ob id ſub hoc velamine periculi tutori nõ licuit caratas pupillares occupare, demõſtratur exẽplo claro, concludunt DD. ꝙ tutor pecuniã pupillarẽ vel in emptionẽ prædiorũ collocare tenetur, vbi frequẽs, & prõpta redditu ũ vẽditio non reperitetur, illam dare cogitur ad lucrũ, ſeù lucri honeſti, & iuſti partẽ, per tex. in c. per veſtras, de donat. int. vir. & vxor. Alex. & alij in l. diui ſenatus, ff. ad l. falcid. Rom. cõſ. 28. in prin. & licèt in hoc nõ deficiat periculũ, cũ debeat dari ad partẽ lucri, & dãni, vt licitus ſit cõtractus, ità elegãtèr declarat Bal. in l. 1. n. 11. in fin. C. pro ſoc. tñ periculo non obſtãte inſpicimus iura præcipientia, atq; permittentia id tutori, quò ſit, vt ſi poſteà aliquod emergat dãnum, tutori nil imputetur, nã egit id, ꝙ debuit, ità firmat Palat. Ruu. in repet. d. c. per veſtras, §. 7. n. 3. facit pro hoc pulchra diſtinctio Saly. in Auth. nouiſſima, n. 3. C. de admi. tut. quos alios ẽt citat Couar. var. reſ. lib. 3. c. 2. in princ. maximè ſi tutor fuerit induſtrioſus in eo negotio, in quo cõſueuit pater pupilli negotiari, & tãtò magis militãt prædicta, cũ huiuſmodi negotiatio fuerit à patre pupilli inchoata, ob ꝙ à tutore cõtinuari debuerat. porrò tutor negotiãdo, quemadmodũ pater pupilli negotiari ſolebat, nil refert, ꝙ adſit periculum, ità gl. in §. quoniã, verbo mutuauerit, in Auth. vt hi, qui oblig. ſe hab. prohib. hinc infertur, ꝙ tutor etſi donare nõ poſſit, tñ cõſueta dare à patre nõ prohibetur donare, gl. in l. cũ in plures, §. fin. ff. de adm. tut. Franc. dec. 178. n. 8. tutor ſiquidẽ tenetur facere ꝙ pater pupilli facere cõſueuerat, l. cũ ſeruus, verbo nam ꝙ ipſe, ff. de cond. & demon. immò de bonis pupilli ſocietatẽ coire nõ prohibetur l. vt in conductionibus, verſ. & ideò ſocietatẽ, ff. pro ſoc. Pet. Vbal. in tract. de duob. frat. 3. p. n. 3 & 5. & nihilominùs in qualibet ſocietate adeſt periculum dãni, & lucri; inde dicitur ſocietas Leonina, qñ vnus vult habere lucrũ, & alter damnum, l. ſi non fuerit, §. Ariſto, ff. pro ſoc. quia de vtroq; vnuſquiſq; debet participare; Nec deniq; tutoris ratio militare videtur, allegando pupillum obligatũ fuiſſe ad præſtationem fideiuſſionis pro iſtis caratis, ſed quia non habebat fideiuſſionem, meritò illas ceſſit, ad quod reſpondetur, nullam fuiſſe promiſſam fideiuſſionem ibi ſpecificè, & vbi non promittitur, non erit præſtanda, l. 2. C. de hær. vel act. vend. Franch. dec. 218. n. 1. 2. & dec. 369. vndè ex his contra tutorem concluditur, & ſic deciſum per S. R. C. referente Regio tunc Conſiliario D. Petro de Vera ab Aragonia cauſæ Commiſſario, in cauſa Marcelli Perrelli cum Antonio Perrello, in Bãca Vaſalli coràm Præſide, patrocinante integerrimo I. C. quondam Fabio de Falco meo dilecto conſanguineo, ex cuius volumine Allegat. hæc in mei poſſe peruenerunt. Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

Ceſſio actionis cum aſſenſu apud creditorem radicatæ, eo mortuo an poſſit fieri per eius hæredem in feudo; deciſum fuit per S. C. fieri poſſe ad beneficium Hectoris de S. Seuerino, Ioan. Andr. de Georg. in repet. feud. c. 43. n. 45.

Ceſſionarius an poſſit petere exequutionẽ inſtrumenti guarẽtigiati, ſicut poterat creditor principalis; fuit iudicatum, quòd non, vt vidiſſe teſtatur Abb. Paulus Fuſcus in addit. ad Frecc. in tract. de præſent. inſtrum. in 11. par. q. 10. quem citat Viu. in ſylua comm. opin. in 779. opinione, ſtatutum, ſub nu. 1. vbi pariter ait, vidiſſe etiam obſeruari, & iudicari & practicari in M. C. V. & Regia Audientia Aprutij.

Ceſſionarius an poſſit contra debitorem cedentis agere, non obſtante tranſactione oppoſita per debitorem inita cum cedente poſt ceſſionem pro modica ſumma, Bart. in l. Stichum, §. ſi duobus, ff. de leg. 2. tenet, quòd ceſſionarius poſsit dicere de læſione, & in libello deduci debet, ꝙ reſpectu litis euentus dubij id petat, imò competit ei remedium l. 2. C. de reſcin. vend. Innoc. in c. cùm cauſa, de empt. & vend. M. C. V. in cõtingenti caſũ in cauſa Nicolai Matthæi de Irace de Graniano conceſsit aſsiſtentiam ceſsionario contra debitorẽ cedentis, & opponẽtem de tranſactione, ſed interpoſita appellatione ad S. C. referẽte Reg. Cõſ. Ambroſio de S. Iacobo fuit dictum, benè appellatum, ſed malè iudicatum die 18. Ianuar. 1611. Io. Bap. de Thoro. I. C.

Ceſſionarius Iuris luendi alicuius Vniuerſitatis, quæ vendiderat certos annuos introitus cum pacto de retrouẽdendo Titio, qui quidẽ eoſdẽ introitus vendiderat alteri cũ eodẽ pacto, ob quod Vniuerſitas ceſſit ius luendi, & ſtante tali ceſſione. ceſſionarius reemit introitus à prædictis emptoribus, an poterit in graduatione iſte ceſſionarius vti iuribus anterioribus dictorum emptorũ, & licèt videbatur dicendũ quòd iura ipſorũ iã reſoluta erãt per reẽptionem factam ab iſto ceſſionario vigore pacti prædicti, tamen fuit contrarium determinatum, & ſic cõtra Titiũ, vt refert Franc. de Amicis in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. §. & veniẽdo, ſub n. 7. verſ. ex hac Theorica fol. 154. & ſeq. vbi tradit cauſam deciſionis, quia omnes contractus huius Regni vſq; ad illud tẽpus ità conſueuerant fieri, & ſi contrariũ fuiſſet determinatũ, totum Regnũ fuiſſet in litibus, vndè occaſio reſultauit, vt in contractibus iſtis poneretur illa clauſula, tranſlatiuè, & non extinctiuè, &c. & ſic in dicta graduatione non erit potior Titius dicto ceſſionario, ſed ipſe vigore ceſſionis prædictæ *Amat. var. reſol. to. 1. reſol. 7. n. 33. & 37 vbi nos hic citat.*

Ceſſionarius ex cauſa lucratiua an poſſit agere iure ceſſo, non obſtãte Ritu M. C. V. qui vult ceſſionẽ ex cauſa lucratiua nõ valere, fuit deciſum,

quòd

Digitized by Google

quòd ſic, quoniam ritus ille non obſeruatur in S. C. ſed diſpoſitio l.per diuerſas , & l.ab Anaſtaſio, C.mand. quæ iura volunt,quod ceſſio ex cauſa lucratiua valet,& ſic ceſſionarius, ſiuè donatarius Neapolitanus trahit , virtute ceſſionis Capuanũ in S.C.& ità fuit deciſum, Vrſill.dec. 74.nu.6.Ricc collect.deciſ.1426. Phil.Paſcal.in tract.de vir.pat.pot.p.2.c.2.nu.91. in fin. Grat. diſcept.forenſ.c.356.n.4.*Ramon.in conſ* 14.*n*.6. *vbi hic nos citat*.

Ceſſionarius actionis agens contra tertios poſſeſſores an debeat pro rata ſibi diminuere de debito,quãdo reperiretur etiam inter eos poſſeſſores;fuit votatum,quòd ſic,Capyc.dec.51.n.8. latè Lanar.in conſ.77.Anton.Fab. in eius Cod. tit.de except.in definit.14.

Ceſſionarius an conſequatur totum creditum ſibi ceſſum, vel quantitatem ſolutam,attẽta oblatione facta per tertium poſſeſſorẽ rei hypothecatę tollendi omne,& totũ id, quod per S C.iuſtum viſum fuerit,nec non promittere creditũ verũ, & non exactum,fuit iudicatum in fauorem tertij poſſeſſoris,vt tantùm ſolutam pecuniam bonam faciat,& ſucceſſiuè cedẽs debitum verum, & anterius promittere bonum facere , Reg. de Ponte in conſ.84.duo veniunt, vol.2.

Ceſſionis bonorum beneficio an priuetur ille, qui priùs petierat illud pro debito contracto infra annũ contra formã Reg. Pragmaticæ, ſi denuò illud idem elapſo anno petierit,fuit deciſum in S.C.bis,quòd non concedatur,in caſibus relatis per Reg.Rouit.in pragm.2.n.3. de ceſſion.bon. *Barbat.de diuiſ.fruct.p.*1.*c*.13.*n*.99.

Citari an poſſit ſuper tenore inſtrumẽti debitor, qui cenſum conſequendum ab alio vendidit ſuo creditori,pacto appoſito,quòd in caſu nullitatis inualiditatis,reſciſſionis, vel euictionis contractus liceret ipſi petere ab alio vẽditore pretium receptum pro cenſu,ſi debitor cẽſus reemerit illum,& pretium ſuo creditori primęuo cenſum alienanti dederat ; fuit deciſum , quòd ſic, Carauita in ritu 166. n.80.

Citari an debeat pars ſuper delatione iuramenti ſuppletorij petiti,cõcluditur, quòd ſic,Capyc. dec.35.nu.3. Ant. Gabriel.lib.2.tit.de citation. concluſ.1.nu.240.

Citari an iterùm debeat reus,ſi citatus ab actore, non alitèr cõparente, ipſe reus cõparuerit, petendo abſolui ab obſeruatione iudicij , diſtinguitur, quòd ſi ab inſtantia cauſæ abſolueretur, requireretur citatio,& debet iterũ actor citari, & in hoc caſu trina citatio eſſe debet , ſed ſi à termino abſolueretur, nõ requireretur alia citatio abſẽtis,nè pereãt acta litis,ſi quę ſunt,ſed ſolũ tollitur ille terminus pręfixus,& ità fuit in S.C.deciſum,& practicatũ in occurrẽti caſu,vt optimè tradit Alber.Oliua in Rit.2.Curiæ Archiep.Neap.ſub n.6. verſ.ſecũdũ erit remediũ.

Citatio tàm in ciuilibus,quàm in criminalibus nõ facta coràm teſtibus,iuxtà Pragmaticam,an valeat , etſi facta eſſet in Ciuitate Neap.fuit concluſum, citationem ex integro eſſe faciendam ad capitula contrà inquiſitum de homicidio ex delectu teſtium non adhibitorum , etiam in Ciuitate Neap.Franch.dec.560.

Citatio ad foriudicandũ facienda contra reũ quomodò faciẽda ſit,ſi reus aliundè poſt cõmiſſum delictum ſe cum ſua familia tranſtulerit, cõcluditur,eſſe faciendam in domo,in qua conſueuit habitare,Franch.dec.516.meminit Reg.Rouit. in Pragm.1.nu.3. de ſent.foriud.Iul.Cæſar Imbrian.in tract.de repulſa,p.2. in 9.requiſito,nu. 322. Ricc.collect.dec.1401.

Citatio ad informandũ, & ad capitula cõtra reum facta in loco habitationis,ſi infrà annũ citatio ad foriudicãdũ facta ſit in eodẽ loco,in quo nõ habitabãt,nec reus,nec agnati, an iterũ citari debeat reus ex inualiditate citationis;fuit deciſũ, quòd ſic,Franc.dec.514.meminit Reg.Rouit.in Prag.1.nu.2.de ſent.foriud Tapia in Conſt.Citationis literæ,n.6. Ricc.collect.dec.1401.

Citatio ſuper tenore inſtrumenti, in quo fuit incuſata prima contumacia die 13. Octobris, & ex ſtylo infrà menſem vltima contumacia debet incuſari , ſi enim fuerit vltima incuſata die 13. Nouẽbris,an dicatur infrà menſem,vel non, vt dicatur circumducta citatio,vel nõ; fuit deciſum,non eſſe circumductam, & ità iudicatum per M.C.V.& confirmatũ per S.C. in fauorem actoris,Franch.dec.471. Io.Franc.Capiblan.in prag.5. de Baron. n.13.

Citatio facta ad dicẽdũ cauſã,quarè,&c.& ꝙ procederetur,prout iuris fuerit, an virtute d.citationis potuiſſet procedi ad ſentẽtiã;fuit deciſũ per S.C.ꝙ ſic,Franc.dec.457. Io.Franc.Capibl. in prag.5.de Baron.n.45. Iul.Cæſar Imbrian.in tract.de repulſa p.2.in 9 requiſito,n 327.*Palma in diuerſ.iur.comm.& Regni prag*.2.*de ord.iudic. gloſ*.12 *n*.8.Reg.*Sanfel.dec*.71.*num* 12.

Citatio commiſſa Iuſtitiario Prouincię,vt faceret citari quendam Baronem ſuper quæſtione feudali per ſe,vel per alium Iuſtitiarium, qui commiſit citationem aliis , ille verò citauit prædictum Baronem , & fecit relationẽ Duci,ad cuius inſtantiam fuit facta citatio,& non Iuſtitiario,an talis citatio valeat;fuit determinatum, quòd ſic,Barth.de Capua in Conſtit.Citationis literæ,verſ.exequantur.

Citatio ad ſententiam an fieri debeat perſonalitèr,vel domi,vel per edictum, ad hoc vt appellari poſſit infrà decem dies,concluditur,vel fieri perſonalitèr, vel domi, vt ſit valida , Capyc. dec 139.n.4. Vrſill. dec.344.n.2.

Citatio ad foriudicandum licèt ſit de iure facienda in domo inquiſiti,ſi domus eius ob cõtumaciã fuiſſet diruta,quomodò ſit faciẽda; fuit ſeruatũ in occurrenti caſu,eſſe ponendã citationẽ per edictum in locis frequẽtatis illius loci, per quem homines frequentiùs tranſeunt,Barthol. de Capua in addit.ad Conſt. Regni Edictorũ , in vol.Grammat.recollecta n.7. & 8.

Citatio expedita Neap. pro citando aliquẽ degẽtẽ Salerni,in quo loco eadẽ die erat feſtũ à Clero celebratum,an valeat talis citatio facta dicto die;concluditur,non valere,quia attenditur locus factæ citationis,& ità practicatũ eſt multotiès,& obtẽtum per dictam Curiã ad præſens , vt refert Iacob.Anell. de Bottis in add. ad Ritum 123.Itẽ ſeruat ipſa Curia,in add. incip.Vt ſi Curia ipſa regeretur,& in ritu 166.Itẽ ſeruat ipſa Curia,& ità concluditur,non eſſe attendẽdum locum iudicij,ſed locum factæ citationis, contra opinionem Innocent.& aliorum in cap. fin.de ferijs, & ità fuit obſeruatum in M.C.V.

die

Digitized by Google

die 23. Decembris 1556. in cauſa liquidationis inſtrumenti duc. 500. ad inſtantiam D. Martini Spinelli contra Illuſtr. Marchionem Oriæ, quod quidem decretum fuit confirmatum per S. C. Idem de Bočtis in ritu 117. Item prælibata Curia, in addit. incip. quod oſtenditur locus.

Citatio partis an ſit neceſſaria in abſolutione à iuramento, ità q. ſi habilitatus à iuramento per Epiſcopum in ſeculari iudicio aliquem conuenerit, & de exceptione periurij obijcerit tanquam non citatus in iudicio abſolutionis, eius exceptio militaret, fuit per S. R. C. in hac ambiguitate opinionũ deciſum, reſeruando ad merita propoſitam exceptionem periurij, cùm egiſſet pars altera, quòd nõ obſtāte abſolutione periurus nihilominùs diceretur, tanquàm ea inaudita conceſſa, & hoc fuit determinatum in actis Aulis in cauſa Reuer. Abb. Federici Carafæ cum Vincētio Carafa eius patre in anno 1564. 8. mēſis Februarij, referēte Thoma de Altomare, vt refert Io. Camillus Bilotta in tract. de abſolut. à iuram. lib. 1. c. 7. n. 10. & lib. 2. c. 2. n. 7.

Citatus ſi comparere neglexerit ex iuſto impedimēto belli, vel ob odia publica, ſiuè partialitates, ob quod contumax fuit reputatus, an comparens poſteà, & petens audiri ex integro, ſit audiēdus; fuit deciſum, tale impedimentum eſſe iuſtum, & ſucceſſiuè ex integro audiri, cui fuit datus iterùm terminus iuris, Afflict. deciſ. 29. Sigiſmund. Scacc. de iudic. cauſ. ciuil. & crimin. c. 97. ſub num. 40. Muſcatell. in praxi S. C. lib. 1. par. 2. gloſ. veniens, nu. n. 103. Ricc. in collect. deciſ. 155.

Citatus contumax ſi ex forma ſtatuti haberetur pro confeſſo, & conuicto an admittatur probatio in contrarium; fuit deciſum, quòd ſic in Sacr. Conſil. Grammat. in pragm. teſtem falſum, de falſis, num. 18. quem citat Iul. Clar. in §. fin. q. 94. n. 12. in fine.

Ciues omnes an debeant accerſire ad ſonum Campanæ, ſi Officialis haberet ſufficientem partem, concluditur, ipſos non eſſe moleſtandos, quia non venerūt, niſi intelligeretur maxima turba latronū, tunc omnes tenerentur, vt fuit iudicatum in S. C. inter Vniuerſitatē Caiuani, & Comitē Murconi, Io. Franc. Capibl. in pragm. 19. num. 44. de Baron.

Ciues alicuius Caſtri exiſtentis in territorio alterius Ciuitatis, diuiſi quoad iuriſdictionem, an cogantur ſoluere collectas impoſitas, & imponēdas pro functionibus fiſcalibus cum iuribus alterius Ciuitatis; fuit deciſum, quòd non, ſed Ciues ipſos collectas ſoluere teneri in eo loco, vbi habitāt, & ſita ſunt bona, licèt locus ille exiſtat in alieno territorio, Frāch. dec. 22. Fab. de Anna cōſ. 59. n. 44. & 71.

Ciues Neapolitani alibi degentes an teneantur ad contributionē in functionibus fiſcalibus, & collectis pro quibuſuis bonis accataſtratis, etiam tanquàm bona tenentes, non obſtante ipſorum priuilegio, licèt per multas prouiſiones fuiſſet cōtra Neapolitanos per Reg. Cam. determinatum, tamen comparente Ciuitate Neapolitana, in ſimilibus obtinuit, quòd de Iuſtitia prouideret Reg. Cam. & interim non moleſtentur Neapolitani, Reg. Rou. in prag. 2. in fin. de immunit. Neap. aliam deciſionem adduxit Mich. Zappul. in prag. 5. §. 20. n. 15. de Adm. vniuerſ.

Ciues præſentes, & non præbentes auxiliū Officiali oppreſſo à Bannitis, an ſint puniendi, & qua pœna, concluditur, eſſe puniendos, & maximè cōſanguineos Bannitorum, ſed pœna arbitraria, Capyc. dec. 149. Baiardus ad Clarum §. fin. q. 35. n. 11. optimè Vrſil. dec. 265. vbi tradit, fuiſſe editas Pragmaticas in hoc, vt Vniuerſitates teneantur capere malefactores, Fab. Montel. in praxi arbitr. p. 4. q. 7. nu. 34. vbi limitat iſtam deciſionē quatuor modis.

Ciues penuriæ tempore cogi poſſunt ad proficiſcendū in Regiones longinquas pro frumento emendo, idq; ſępiùs practicatum fuiſſe ſub præſidatu Comitis Mirandæ fatetur Reg. de Pont. in tract. de Pot. Pror. tit. 2. de abundant. ciu. in princ. n. 15.

Ciues originarij alicuius terræ Neap. habitātes an recipi poſſint in teſtes, quando Vniuerſitas litigaret cum Barone; fuit in cauſa Vniuerſitatis Vici cum Barone illius prouiſum, quòd caperetur informatio de conſpiratione, & contributione ſinum allegata, & interim nō reciperētur, & capta deindè informatione fuerunt recepti viri bonę famę, q nō cōtribuerāt, Ann. in ſing. 81. Ciues, Viſcōt. ad Frāc. dec. 197. vbi Amend. n. 9. Ric. collect. 269. & 701.

Ciuis ex cōtinuo incolatu decennij effectus, an gaudeat priuilegio ciuibus cōceſſo, vt ſi fuerit cōceſſum guidaticum debitori contra omnes creditores, exceptis talibus ciuibus, includātur cū illis exceptuatis; fuit deciſū, quòd ſic, Reg. Rou. in prag. 1. n. 4. de ceſſ. bon. Ric. collect. dec. 1736.

Ciuis Ciuitatis vt dicatur, & gaudere debeat ciuilitate, an ſufficiat, natū eſſe in Ciuitate, non fuit deciſum ex ambigua Conſiliariorum opinione diuiſorum per mediū, tamen concludit, quòd non debet gaudere Affl. dec. 384. Boer. dec. 13. n. 55. Reg. Rou. in prag. 1. de ceſſ. bon. n. 2. Vrſil. latè in annot. contrarium tenet, & optimè per multa media, & ità vidi tām in Almo Collegio Neap. quamplures admiſſos ex natiuitate, quàm in R. C. S. Matr. vot. 5. n. 7. Franc. Clapper. in cent. dec. Gall. cauſa 81. q. vnica, Gutier. conſ. 7. n. 5. & ſeq. Mart. in tract. clauſul. p. 1. primę par. clauſ. 106. n. 12. Phanuc. de lucr. dot. gl. 9. n. 25. *Reg. Sanfelic. dec. 74. n. 6. Reg. Capyc. Galeota controu. 17. n. 14. to. 2. D. Conſ. Carlenal de iudic. to. 1. diſp. 2. q. 2. n. 117. & 121. Pheb. dec. Luſit. 101. n. 12. & arreſt. 48. Fontanell. de pact. nupt. gl. 3. n. 104. Ioſeph Ludou. dec. Peruſ. 85. n. 4.*

Ciuis alicuius Ciuitatis patrans delictum ibidē, quo patrato effectus fuit ciuis alterius Ciuitatis; an debeat remitti ad locum delicti, vel ad locum, in quo fuit allectus; fuit deciſum per M. C. eſſe remittendum ad locum delicti, quamuis in alio caſu contrarium decreuerat, Vrſill. dec. 133. n. 9.

Ciuis benemeritus an ſit alliciendus per nobiles alicuius Sedilis ad honores Sedilis, attentà eius familia deſcendēte de familia nobili Sedilis, cū quibus verſatus eſſet in nuptijs, in monachationibus filiarum ipſius aggregatarum in nobili Monaſterio, in quo deguūt aliæ nobiles eiuſdem familię, ac in pompis funeralibus, & alijs; concluditur, quòd ſic in facto proprio per Ann. in al leg. 57. licèt contra ipſum fuerit iudicatum per S. C. de quo mentionem facit eius Filius Fab. de Ann. conſ. 18. dùm loquitur de exceptione rei iudicatæ, & conſ. 19.

Ciuis Neapolitanus efficitur quis eo ipſo, quòd ducat vxorem Neapolitanam, & in ipſa Ciuitate domū emerit, vel ædificauerit, iuxtà formam Regiæ Pragmaticæ Regis Ferdinandi, vt in Pragmatica 1. de Immunit. Neapol. vt ſingulatitèr Grammat. deciſ. 87. & Cárauit. in rit. 301. nu. 28. Ricc. collect. 1893.

ritus percipit fructus, prout in caſu noſtro, gaudet in immunitatibus, & priuilegijs ſui mariti quòad perſonalia, & dotalia, tamen cùm vir ſit Dominus dotis, vulg. l. doce ancillam, C. de rei vend. & in his reſtringitur regula, quando à ſeruitijs maritalibus diſtraheretur, & non in alijs caſibus, nam quoad reliqua fœmina originem naturalem ſuæ patriæ non amiſit, ità Bart. in l. fin. §. idē reſcripſerunt, mulierē 1. col. verſ. vlterius quæro, ff. ad mun. & de incolis, quem oēs communiter ſequuntur in d. l. pen. ff. de iuriſd. omn. iud. & præſertim ibi Bal. n. 1. verſ. dic, quòd perſonalia, Alex. ibi n. 4. Claud. Rim. Ant. de Alex. & alij cumulati à Præſ. de Franc. dec. 416. n. 4. & 5. Paul. de Caſt. in l. rei iudicatæ §. Socero, n. 7. vbi expreſsè inquit, quòad realia non habet priuilegium viri, ff. ſol. mat. Luc. de Pen. in l. mulieres, in princ. C. de dignit. lib. 12. tradit, φ res mulieris non conſequuntur priuilegium mariti, Curt. iun. in conſ. 5. n. 42. & opinionem Bar. in d. §. referi pierunt communiter approbati, teſtatur Abb. conſ. 23. n. 5. quidq; ſine dubio originalis Patriæ mulier extero nupta nō deſinat eſſe ciuis reſpectu bonorū eius, in territorio naturalis originis ſitorū, vltrà ſuptacitatos innumeros Doct. annuit Corn. in conſ. 201. nu. 11. verſ. nec ſupradictis obſtat, vol. 2. vnde nil refert, φ prædicta Iulia habeat virū natum in Ciuitat. Neap. licèt trahentem originem à Ciuitate Sueſſæ, cuius eius pater, & prædeceſſores fuerūt paritèr ciues, & propter præfatas nuptias dicta Iulia naturalē non alitèr mutauit originē, ità Philip. Dec. in d. l. cùm quædam, n. 6. & ibi quoq; Hyeron. Cagnol. n. 11. Io. de Amic. conſ. 20. n. 2. quocirca tanquam ciuis rationabilitèr pro bonis extrà dotem in illa Ciuitate rectè hucuſq; ſoluit, & in futurum ſic continuare iuris cenſura compellitur, Pro qua vera concluſione ſatis confert alia Afſl. deciſio in Conſt. Regni Hoſtici exceptionem, nu. 12. vbi latiſſimè multis iuribus, & auctoritatibus ſuffultus firmat, vxorem reſpectu dotis marito traditæ, priuilegio mariti gaudere, & hoſtici exceptione ſe tueri poſſe, quò verò ad alia eius bona, quorum ipſa, & non maritus colligit fructus (prout in hoc caſu) priuilegijs maritalibus non vtitur, Hanc Afſl. deciſ. amplectitur etiā Franc. Milan. deciſ. 10. Regni Siciliæ, à num. 17. ad finem, Nec obſtat, quòd hæc mulier ſit deducta à foculari in numeratione Ciuitatis Sueſſæ, & quòd Ciuitas pro ea onus pati non videtur, etenim reſpondetur, quòd talis deductio procederet reſpectu Fiſcalium, & perſonalium onerum, & non ex aliquo mulieris priuilegio particulari, ſunt ſanè deductum foculare Scipionis patris, numeratum in veteri, ex quo in noua erat mortuus, & filia hæc tanquàm numerata ſub viro, non proptereà in reliquis, non remanſit Ciuis dictæ Ciuitatis, quæ quidèm Ciuitas adhùc ſuſtinet onera dictæ mulieris, dùm paſcua gratis in domanio Ciuitatis pro eius animalibus ſumpſit, & ſumit in dies, Medicis, Concionatoribus, nec non Magiſtris Grammaticæ, à Ciuitate ſalariatis vtitur, ligna Ciuitatis ad libitum incidit, & ſic omnibus alijs rebus Vniuerſitatis gaudet, & dùm eſt numerata ſub viro, & tenet bona propria à viro ſeparata, procul dubio dictæ bona remanſere obnoxia oneribus Ciuitatis, eſt n. de communi obſeruantia, & ſtylo Reg. Cam. in ſimili, quòd ſi in numeratione numerantur duo, vel tres fratres vniti, & in vna domo vnitum foculare faciunt, vnicum foculare adjudicatur, vt teſtatur Rayn. Nicol. de Neap. & Bart. in l. tria onera, ff. de excuſ. tutor. latè Afſl. de hac materia poſt Andr. de Iſern. in cap. 1. §. Et plauſtrorum, num. 17. quæ ſint regal. feud. & duo alij fratres deducuntur, qui licèt ſint talitèr deducti, nihilominùs permanent etiam Ciues, & ſi poſſiderent bona non communia, vel clauſa, poſtmodum numeratione diuiderentur, & diuiſim cohabitarent, ſine dubio Vniuerſitas, in qua fuerunt numerati, poterit ab vnoquoq; ipſorum exigere omnia, non obſtante præcedenti deductione à numeratione, illa ratione, quia diuiſim poſſidere incipiunt, & bona ipſorum ſubeunt onera, tàm reſpectu focul ariorum, non exiſtentium, quàm impotentium, & pauperum, ſic etiam in Neapolitanis, & Clericis ſeruari videmus, qui licèt deducantur à numeratione, ſoluunt tamen pro bonis, non obſtante deductione, & quamuis ſoluant tanquā bona tenentes Clerici, & Neapolitani, ideſt ex particulari ipſorum priuilegio, quo mulier iſta omninò caret in bonis extradotalibus, vt ſuprà fundatum eſt, & proindè ità in hoc caſu, in quo licèt mulier ſit deducta tanquàm numerata ſub viro, iudicandum cēſeo, ex quo, vt dixi, ſemper bona extradotalia ſeparata à viro poſſedit, & poſſidet, & conſequētèr deductio prætenſa in hoc caſu quòad ſolutionem pro bonis ſeparatis, nil ei opitulatur; nam ſeparatorum ſeparatum deber eſſe iudicium, vulg. iur. Nec omittam, in ſimili obſeruari, prout praxis docet, quòd mulier extero nupta, ſi in numeratione à propria patria deducitur tanquā numerata alibi cum viro ſuo viuente, vtiq; marito, cui bona fuerunt in dotem data pro eis ſoluitur in patria mulieris bonatenentia à viro domino dotalium bonorū, & ratio eſt, quia vir in eius patria ſimilitèr patitur onus eius focularis, ſi verò poſteà accidit, quòd mortuo marito, & exiſtentibus filijs in patria mariti relictis, mulier in propriam ſuam patriam reuerteretur, nō obſtāte, quòd reſpectu Fiſci ab ea fuerit deducta, modo, quo ſuprà, adhùc tenetur ſoluere collectas tāquā ciuis in ſua patria, & non tanquàm bona tenens, non obſtante tali deductione, & proindè in caſu iſto pari modo decerni debet, vt de ſimilibus arguamus, poſtquàm bona extradotalia de per ſe mulier ſemper tenuit, & nunquàm in priuilegiatū tranſierunt, immò ſemper ſub eodem onere, quo à patre poſſidebātur, fuerunt, & ſunt, quod pro eis, vt ciuis, non autem, vt bona tenens iuſtiſſimè ſoluit, & ſoluere cogitur, maximè quia ſēper vti ciuis omnibus rebus Ciuitatis, ſicuti cæteri ciues gauiſa fuit, & in dies gaudet, Accedat & Tertiò, quòd priuilegium, & dignitas mulieris ex perſona viri ſunt acceſſoria, & à viro dependentia, ex multis iuribus cōprobat Aret. in conſ. 130. n. 2. & Tiraq. in citat. loc. cæterùm in caſu, de quo agitur, Hieronymus de Tranſo maritus Neap. Ciuitatis amiſit priuilegium, eo quia in Ciuitate Sueſſæ ſemper tanquā illius ciuis habitare, ac tractari voluit, ibiq; officia Sindici, & alia ciuibus cōpetentia pluries exercēdo, aliaué vti proprius ciuis gerēdo, oneraq; Ciuitatis perſoluendo, & in cunctis Curiæ Sueſſanæ ſe ſubmittēdo, quo fit, vt ſuo priuilegio, ac fauori renūciare, & voluiſſe, et potuiſſe,

cenſetur,l.pen.C.de pact. acceptans .n. in aliquo
loco Ciuilitatem,videtur ſe obligare oneribus ci-
uium, èt ſi ignorantèr fecerit,quandoquidem tibi
erit imputandũ,quarè non perquiſiuit,ita Paul.de
Caſt.& Alex.in l.ſi Ruffinus,C.de milit. teſt.quos
etiam refert Io.Thom.Minad.in conſ.1.nu.35.vn-
dè viri priuilegio ex prædictis ceſſante,ceſſat etiã
vxoris acceſſoriũ,iuxtà not. in l.quod per manus,
ff.de iure codicill.& c.cùm ceſſante,de appel.cum
concord. Demùm & Quartò dico,quòd etſi priui-
legium Iuliæ eſſet principale,ꝙ plus eſt,licèt ex-
preſsè negatur,adhùc illud hodiè eſſet extinctũ,
illa potiſſimùm ratione, enimuerò Neapolitano
nupta ſpontè ſpatio annorũ 25.& plus, ac ſemper
poſt mortem eius patris tanquã Ciuis Sueſſæ ſol-
uit,ob quod ſibi præiudicauit,l.1.vbi Bar.& cæte-
ri,C.de his,qui ſpontè mun.ſub.lib.10.habẽs pro-
fectò immunitatem,ſi deſcribitur in libro debẽtiũ
ſoluere Ciuitati collectas, ac alia onera, ſiuè gra-
uamina,& ſtatim habita notitia intrà decem dies
nõ appellat,ſibi irreparabilitèr præiudicat, & ſua
nõ poterit vlterius gaudere immunitate, ità Ang.
in l.1. §.ſi quis tutor, ff.quando appell.ſit,Gozad.
conſ.16.in fi.& copiosè Io.Ant.Niger in Cap.Re-
gni Porrecta,n.116.quo fit,vt dùm eadẽ Iulia tali
prætẽſo priuilegio Ciuilitatis Neapolitanæ vltrà
decenniũ continuum vſa non fuerit,proculdubio
per non vſum, immò contrariũ vſum priuatur di-
cto prætenſo priuilegio,iuxtà notata in l.1. ff.de
nund.Peli.in c.cùm acceſſiſſent,n.25. ibiq; Dec.n.
16. de conſt. & plenius firmat Menoch. in præ-
ſump.41.nu.4.& 16.quocircà cùm ſemper tanquã
ciuis omnibus rebus proprijs,& priuilegijs Ciui-
tatis,quibus cęteri Ciues Sueſſani gaudẽt,ipſa pa-
ritèr potiri,& ſoluere ſpontè voluit,nunc ità con-
tinuare egrè ferre,cùm minimè ſint mutanda quæ
certam ſemper interpretationem habuerunt,iu-
xtà tex.in l.minimè,ff.de leg.& quemadmodùm
ab antiquo tempore cum hac ditiſſima ciue fuit
obſeruatum,ità & hodiè obſeruari decet,viſis de-
niq; ac benè diſcuſſis prędictis allegationibus fuit
poſteà per ipſam Reg.Cam.referente Pręſide Mi-
nadois prouiſum, quòd lite pendente dicta Iulia
ſoluat collectas tanquàm Ciuis Sueſſana,& detur
terminus in cauſa, aduerſus hoc iuſtiſſimum de-
cretum Iulia dixit de nullitate, & tres nullitates
propoſuit,quæ ex earum lectura nullius ſunt mo-
menti, & reſponſione non indigent, dicit tamen
habere notoriam iuſtitiam,& hoc triplicitèr oſtẽ-
dere conatur; Primò,quòd ſit vxor Neapolitani,
& quòd ſicuti Neapolitanus non ſoluit, niſi tan-
quàm bona tenens,ità & ipſa, Secundò,quòd ipſa
non ſit Ciuis Sueſſana,ſed Capuana,cùm quia ibi
eſt nata,tùm etiam, quia eius pater habuit priui-
legium Ciuitatis Capuanæ,Tertiò, quòd Vniuer-
ſitas Sueſſæ pro ea nunc non ſubſtinet onera ſe-
cularij,ad quæ omnia vnica reſpõſione ſufficeret,
dicendo, quòd illa reſpiciunt cauſam petitorij, &
nunc agitur de ſummariſſimo poſſeſſorio, & ſuf-
ficit de iure,quòd Ciuitas fuerit,& ſit in poſſeſſio-
ne exigendi collectas à prædicta Iulia tanquàm
ciue, & non bona tenente, & in hac poſſeſſione
omni iure Ciuitas eſt conſeruãda,& poſteà in pe-
titorio prædicta oppoſita ſunt reſeruãda,& diſcu-
tienda,in ſua .n. poſſeſſione etiam quòd ius reſi-
ſteret,eſt poſſeſſor manutenendus, per iura noto-
ria congeſta per Reg.de Pont. in conſ.9.n.19. et
ad claudendum os parti ex abundati Ciuitas nũc
explicat ſigillatim,& quòad primum in ſuperiori-
bus allegationibus pleniſsimè fuit demonſtratũ
per rationes,multaſq; auctoritates,atq; deciſiones,
quòd priuilegium mariti nullatènus ſe extendat
ad bona iſta extradotalia vxoris, de quibus ipſa
vxor,& non maritus percipit fructus,priuilegium
ſanè tantùm iuuat quòad perſonalia, quòad do-
talia, & quòad ea, quæ à ſeruitijs maritalibus di-
ſtraherent vxorem,remanet ergò iſta vxor quòad
ſua bona extradotalia abſq; priuilegio, & rema-
net Ciuis Sueſſana, & vti Ciuis ſine dubio ſolue-
re tenetur,prout hucuſq; ſoluit,quòad ſecundum
obiectum miror ſatis, quomodò Iulia ſe non Ci-
uem aſſerat, & verba etiam enunciatiua gemina-
ta bene probant, prout in hoc caſu, ità Bart. &
Ang.in l.cùm ſcimus,C.de Agric. & Cenſ. lib.11.
Ceval.conſ.47.num.32.lib.1.Maſcard. de Probat.
tom.2.concluſ.621.num.37.latiſsimè Conſ.de An-
na in conſ. 110. à num.36. & ſeq. Prætereà Iulia
iſta in Cataſtris vti ciuis deſcripta ſemper reperi-
tur,& Sueſſanam Ciuem in inſtrumentis cum iu-
ramento ſe declarauit, & vti Ciuis ſemper bonis
Ciuitatis potiri voluit, & ſoluit, vt ex proceſſu
clarè liquet, Non obſtat aſſerta eius natiuitas in
Ciuitate Capuæ,quoniam illa figuratur, & aliqua
baptiſmatis fides non producitur, ſed quodam
nudum teſtimoniale quorundam mulierum, qui-
bus nequaquã creditur,non citata parte, & abſq;
iuramento, prout comprobat Præſ. de Franch.
dec.60.nu.11, per multa iura,magis ergò creden-
dum tot publicis documentis Ciuitatis,ex quibus
Iulia ciuis oſtenditur, & prout ipſamet ibi confi-
tetur,quæ quidèm confeſsio, etiam ſi mendacium
contineret,contra mentientem probat,vt ait Bar.in
l.aſſumptio,nu.2.ff.ad municip. Sed dato, & non
conceſſo,quòd Iulia etiam Capuæ nata, prout nõ
eſt,adhùc origine paterna fuit effecta Ciuis Sueſ-
ſana,ſicuti erat eius pater, natiuitate .n. propria,
vel paterna quis efficitur Ciuis, vt probant iura,
Bar.in l.1.n.2.ff.ad municip.adeò ꝙ attenta pater-
na origine Sueſſana,adhùc de iure iſta filia eſt Ci-
uis Sueſſana,maximè cùm in dicta Ciuitate ſem-
per domicilium tenuerit,& teneat;vndè in omni-
bus fuit ſemper Ciuis habita,& tractata: Nec pa-
ritèr obſtat prætenſum priuilegium Ciuitatis Ca-
puæ in perſonam patris Iuliæ, nam tale priuile-
gium abſquè conſenſu Ciuitatis Sueſſæ non præ-
iudicat Sueſſæ propriæ patriæ dicti Scipionis
Coſſæ,firmat idem Bart.in dict.l.aſſumptio,num.
2. & filia tenetur ſubire onera patrimonialia, vbi
bona ſunt ratione propriæ, vel paternæ originis
tradit Bart.dict.l.aſſumptio,§.filius, num.2. tantò
fortiùs,quia priuilegium Capuæ quòad iſtas col-
lectas nunquàm effectum habuit, immò per non
vſum contrarium actum,illi fuit renunciatum,
Bart.in l.2.C.de iure domin.impetr. Doct.in cap.
cùm acceſsiſſent, de conſtit. & in l.1.ff. de nund.
cũ concord.Hinc eſt quòd præfatus Scipio Coſſa
pater ſemper poſteà habitauit in dicta Ciuitate
Sueſſæ, ibiq; ſemper omnia officia Ciuibus con-
decentia exercuit, & omnia munera ſubijt, ibiq;
tandẽ mortuus eſt,adeò quòd tàm Auus,quã Pa-
ter,& iſta Iulia filia ſemper Ciues Sueſſę fuerunt,
vt ex numerationibus Regię Cameræ iam exhi-
bitis

Digitized by Google

bitis claré conſtat,& deniq; quòad tertiam oppoſitionem dicitur,quòd ideò Iulia in vltima numeratione non eſt numerata, quia tempore vltimæ numerationis erat ſub viro Neapolitano,& pater Scipio erat tunc defunctus,ſed in veteri numeratione eſt numerata cum eius patre in Ciuitate Sueſſæ,quæ quidèm Ciuitas ſemper ſuſtinuit,prout hodiè etiam ſuſtinet onera pro ea, dùm ipſa Medicis à Ciuitate ſalariatis ſemper vſa fuerit,dũ cum innumeris eius animalibus paſcua Ciuitatis gratis ſumpſerit,& hodiè quoq; ſumat,& alijs bonis Ciuitatis gauiſa fuerit, & gaudet vti Ciuis Sueſſana,& vti talis,non mirum ſi hucuſq; ſoluit, & ità continuare tenetur. Minus refragatur,quòd prætenſo priuilegio ſui viri Neapolitani per tot ſolutiones ab ipſa vti Sueſſana factas non ſit præiudicatum,tanquàm habẽs priuilegium tractum ſucceſſiuũ,& requiratur ſpatium 30.vel 40.annorum,vt illi præiudicetur,per ea, quæ tradũt And. de Barul.in l.2.C.qui ſpon.mun.pnbl.ſub. Alex.in conſ.33.col.4.vol.2.Cyn.& Salyc.in l.voluutariè, C.de excuſat.tut. cũ ſimil. Nam multipliciter reſpondetur, & primò, hoc reſpicere petitorium, & nõ poſſeſſorium, & nil commune habet poſſeſſorium cũ petitorio,vulg. iur. & in petitorio poſteà (Deo dãte) fundabitur latiſſimè, priuilegio habẽti cauſam reiterabilem per vnicã contrauentionẽ vniuerſalem abſq; dicto ſpatio preiudicari,prout annuit Dec.& alij in d.c.cùm acceſſiſſent, nu.17. col.2. verſ.non obſtat, de conſtit. Menoch. lib.6. præſump.41.nu.6.cum alijs in cauſa petitorij allegandis,ſecundò, & fortius dicitur,quòd aſſertum priuilegium viri Neapolitani in proceſſu non apparet, & ſi appareret, iàm ſuperiùs abundè fuit fundatum, priuilegiũ viri vxori nõ prodeſſe quòad iſta bona extradotalia,de quibus Iulia percipit fructus, adeò quòd fruſtrà in hac cauſa allegatur priuilegium viri Neapolitani,quocirca iuſtiſſimè R. C. prouidit, quòd lite pendente vti Ciuis Iulia ſoluat,tàtò magis,quia Iulia iſta fuit pluriès in Catastis Ciuitatis Sueſſæ deſcripta vti Ciuis, & ſẽper acquieuit, & vti Ciuis ſoluit, & non appellauit, niſi nunc poſt tot annos, & proindè hodiè nõ eſt audienda,per ea,quæ dicit Ang. in l.1.§.ſi quis tutor,ff.quando appell.ſit,Alciat.reſpon.16. n.13. lib.4.Ant.Gabr.comm.opin.in tit.de iure immun. concl.1. Gozad. in conſ.16. in fin. & ex Noſtratibus ità expreſsè firmat Io.Ant.Niger in Cap.Regni Porrecta,nu.116.Reliquum eſt,vt tàm iuſtum decretum R. C. reiectis tot dilationibus(cum reuerentia partis)debitæ exequutioni demandetur, vt Ciuitas in ſua poſſeſſione cõſeruetur, & ità indè iudicatum fuit, referente eodem Præſide Minadois,& exequutum,pœnès Barrilem in Banca Rationalis de Acampora,in cauſa Ciuitatis Sueſſæ cum Iulia Coſſa,ſub patrocinio,& tutela egregij I.C.Fabij de Falco mei patrui, Aduocati eiuſdẽ Ciuitatis. Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Ciuitas emens res emphyteoticas an teneatur ad laudemia domino directo,fuit deciſum, quòd ſic, Franch.deciſ.659.Ricc.deciſ.136.p.1. in magnis.

Ciuitas an poſſit compelli, vt res emphytheoticæ emptæ ponantur extrà manus ipſius, nè iuribus ſuis fraudetur Dominus directus; fuit deciſum, quòd ſic,Franch.dec.659. Ricc.in praxi Eccl.dec. 10.in dec.omiſsis, idem in feudalibus,vt infrà eo. verbo vniuerſitas, *Fontanell. de pact.nupt.clauſ.4. gl.12.n.17.Franc.Hieron.de Leo dec.Valent.77.n.4. Nouar.in ſumm.Bullar.rub.de quind.ſolut.ſub n.21.*

Ciuitas an poſsit prohibere homines Caſalis,nè ducant panem in Ciuitatem,ex quo nolunt accipere granum partiti Ciuitatis;fuit deciſum,quòd ſic in fauorem Ciuitatis, Io.Paul.Montauar. in prag.2. n.72.& ſeq.de Adminiſtr. Vniuerſ.

Ciuitas an poſsit diuidi per quarteria, & quolibet quarterium de per ſe gubernari;fuit deciſum per Reg.Cam.quòd ſic in caſu citat. per Io.Paul.Mõtanar.in prag.2.n.318.de Adminiſt. Vniuerſ.& in alio facto idem fuiſſe deciſum refert Vrſill.deciſ. 254.ſub n.2.in fin.

Clauſula,vnica ſolutione contentus,ordinariè in ſupplicationibus apposita, quando agitur cõtra tertios poſſeſſores,vnde ſumatur, concluditur ex gl. in l.1.C.de fideiuſſ.tut.Franch.dec.305. *Beninten. dec.81.n.8.*

Clauſula in priuilegio confirmationis conceſsionis feudi apposita,& quatènus opus eſt de nouo concedimus,an operetur,vt virtute verborum predictorum cenſeatur donatio,vel aliqualis cõceſsio, ita & taliter vt infeudatus poterit poſſeſsionem feudi recipere, non obſtante exceptione oppoſita de Regia Pragmatica edita Thori, fuit deciſum, vt caperetur informatio circa concernentia Pragmaticam in 2. capite, & interim fuit ſuperſeſſum in cauſa principali,teſtatur Io.Ang. Piſanell.in prag.1.n.23.& 64.de poſſeſſ.non turb. *ſequitur Camill.de Medic.conſ.158.n.32.*

Clauſula conſtituti, & precarij an ad incerta, & ad futura extendat vires ſuas, & an habens hypothecam non poſsit aſsiſtentiam petere,concluditur,quòd ſic, contra mentẽ Affl. & in occurrenti caſu dũ fuiſſet præſtita aſsiſtẽtia ſuper bonis debitoris cũ adiudicatione, & hoc vigore clauſulæ prædictæ,& quia in Inſtrumento poſtmodùm nõ fuit clauſula ipſa appoſita ratione ſolius hypothecæ; fuit ſententia confirmata in S. C. vt refert Vrſill.dec.139.n.5.Muſcat.in praxi S.C. lib.2.p.1. gl.ſententia,n.149.Molfeſ.in Conſuet.Neap.p.10. q.20.n.16.*Barbat.de aſsiſtent.gl.7.n.49.Conſil.Merlin.controu.forenſ.c.35.n.8.*

Clauſula adiecta in cautione præſtita per fideicommiſſarium de reſtituendo hæreditatem poſt eius mortem,quatènus teneretur,ei tenebitur fideicõmiſſarijs,& ſit tollenda ad inſtãtiam ipſorũ fideicommiſſariorum pretendentium,reſtitutionẽ eſſe faciẽdã ſimpliciter per inſtitutã, dùm ipſa inſtituta prætenderet tanquàm agnata medietatẽ hereditatis,iuxtà Conſuet.Neap.S.C.decreuit,cautionem præſtitã debere remanere,ità vt præſtita eſt, Capyc.dec.210.quem citat Franch.dec.91.nu.15. Io.Ang.Piſanell.in Conſuet. filiusfamilias, incip. nec te decipiat,f.188.& vide infrà verb.cõſuetudo, Molfeſ.in cõmen.ad conſuet.Neap.p.4.q.46.n.29.

Clauſula in aſſenſu ſolita apponi quòad expreſſa,an excludat ea,quæ tacitè cõprehenduntur, & ſolita ſunt apponi in inſtrumentis, cùm non ſint expreſſa; fuit iudicatum in S.C. quòd non, Minad. in Conſt.In aliquibus,in 3.not.n.54.

Clauſula adiecta in ordinationibus,aut iuſsibus Officialis inferioris,non obſtãtibus quibuſuis priuilegijs,& gratijs in contrarium facientibus,etiam ſi de eis eſſet facta mẽtio,an operetur reuocatio-

nem priuilegij, ſeù decreti lati per Superiorem; in ſa to dùm fuiſſet latum de... per Regiam Cameram Summariæ, nè Aprutini ſoluerent ſidam Dohanellæ pro omnibus ibidè exiſtentibus, nec aliter accedentibus ad Apuliam, fuit deſtinatus Cõmiſſarius per Regnum Dohanenſium cõtra prædictos, vt ſoluerent, nõ obſtantibus quibuſuis priuilegijs, exeptionibus, & decretis, & c. & ſic cõcluditur, quod nõ operetur talis clauſula reuocationẽ, quarè iterùm habito recurſu ad eandem Regiam Cameram fuit per eam confirmatum decretum alias latum, ac mandatum Exactori, vt omne exactum reſtitueret, vt refert Franc. Viuius in Sylua commun. opin. in 641. opinione, priuileg. num. 4.

Clauſula inſtrumentis ſolita apponi, ità quod res tranſeat in dominium, deſumpta ex doctrina Bal. in c. 1. in fine, de Capit. qui cur. vẽd. multæ eſt efficaciæ, & præſertim ſi erit facta datio inſolutum, quæ ſimilis eſt emptioni, virtute illius clauſulæ, et ſic ſecundũ dictũ Bal. allegati his S. R. C. decreuit, patrocinante Nardo Liparulo, vt ipſe fatetur in addit. ad Aff. d. c. 1. ſub n. 17. lit. N. incip. libera.

Clauſula in aſſenſibus ſolita de communi ſtylo Cancellariæ apponi, dummodò ſucceſſorem habeat, quando apponitur diſpoſitioni, perfectæ dicitur modus, non conditio, & in hoc caſu intelligenda erit, quatenùs erit neceſſaria ad validitatẽ actus, & quatenùs Prorex alias aſſentire non potuiſſet, vigore Pragmaticæ nouem capitum, et ſic ſecũdũ eam fuit deciſum in Regia Camera Summariæ, vt tradit nouiſſimè Reg. de Ponte in deciſ. 4. num. 50. annuens, clauſulam ipſam eſſe introductam in exequutionem dictæ Pragmaticæ, quæ loquitur in feudis eo tempore poſſeſſis per feudatarium, ſecus in acquirendis, licèt obligatio contrahatur cum aſſenſu antè dominij acquiſitionem, & ceſſãte diſpoſitione Pragmaticæ ceſſat clauſula prædicta, quia ea, quæ ſunt de ſtylo, non alterant, nec aliquid operantur.

Clauſula in memorialibus ſi ſit appoſita, ꝙ fiat Iuſtitia, & de iure nequit procedi in cauſa, in tali exiſtẽte clauſula procedi poſſit, fuit cõcluſum, quòd nõ, quia decretario nil aliud vult, niſi quòd fiat id, quod iuris erit, Franch. dec. 700. idem ſi diceretur in reſcripto Regio, prouideat talis Officialis, intelligeretur de iuſtitia, ſi enim fuerit quod petitũ eſt iuſtum, iuxtà nouellam prag. 71. de offic. S. C. & optimè Vrſillus in dec. 255. qui dixit, talia verba, quòd fiat iuſtitia operari exercitium, & exequutionem iuſtitiæ, per quæ verba in reſcripto Papæ expreſſa fuit decapitatus Corradinus Rex, licèt aliqui Hiſtoriographi dicant, Clementem Papam reſpondiſſe ſub illis verſibus;

Vita Corradini mors Caroli,
Mors Corradini, vita Caroli,

vt per Fuſcũ in ſing. 105. lit. A. & propterea dũ in Regia Terra Sũmæ pergerẽ, quãdo ibidè pro Iudice illius præerat meus conſobrinus Franciſcus Antonius Salinas, nũc meritiſſimus Auditor Prouinciæ Hydruntinæ vidi compoſitionem factam per Curiã illius Terræ à prædeceſſoribus Officialibus de fratricidio, quæ, iudicio meo, fieri nõ poterat, dùm in memoriali porrecto Proregi ad inſtantiã fratricidæ petentis compoſitionem, iuſſum fuerat, quòd Curia ipſa de iuſtitia prouideret, & ipſa Curia ad compoſitionem admiſit, adeò quòd talis clauſula nec ordinem iuris tollit, Anna in alleg. 74. nu. 11. & ſucceſſiuè quæ iuris ſunt permiſit, nõ quæ ſunt gratiæ, vt eſt compoſitio, quam Regij Officiales facere prohibentur, niſi expreſsè fuerit ità mandatum, præuia informatione delicti, cauſæ, perſonæ, & aliorum requiſitorum, de quo demùm certiore facto Prorege Regni per Curiæ Coadiutorem mandauit olim circumſpectus Regens de Ponte, vt originalia acta tranſmitterentur, & credo, fuiſſe annullatam talem tranſactionem, nõ ſeruato ſtylo in his adhibendo, & nupèr in eodem Iudicatus munere ſucceſſit ad præſens de anno 1617. mox in Ciuitate Nolana Horatius Salinas Germanus dicti Franciſci Antonij, ſimilitèr meus conſobrinus, Io. Bapt. de Thoro I. C.

Clauſula in inſtrumento adiecta, pro quibus omnibus, &c. non tamen per Notarium extenſa, & ſic poſtmodũ in reaſſumptione inſtrumẽti deſcripta, an operetur obligationis exemptionem, poſtquã in eius extẽſione obligatio, & perſonalis, & realis continebatur, cuius omiſſione exiſtente paritèr obligatio ceſſare videbatur, & ſucceſſiuè creditori iure ſuo vti non permittebatur ad conſequẽdum eius creditum, & illius potioritatem. Egerat enim Doctor Anellus Faleſius meus conſobrinus in M. C. V. virtute inſtrumẽti ſui crediti aduerſus illos de Burrello tertios poſſeſſores bonorũ eius debitoris, venditorũ ſub haſta, vndè ad excludendum actorem ipſi de Burrello vigore ſuorum inſtrumentorum anteriorum hypothecarum inter cætera exhibuerunt inſtrumentum cum clauſula prædicta, pro quibus omnibus, &c. non alitèr per Notarium extenta, neque deſcripta extenſiuè in reaſſumptione, licèt pro parte actoris diceretur, illam nil prodeſſe producentibus, dum ſpecificè obligatio non fuerat expreſſa, & proindè potioritatis priuilegio no iuuari, nã in dubio actus obligationis præcedere debet ſuper executione, inquit Aff. deciſ. 287. nu. 3. & ideò ſi fiat obligatio, exequitur, quòd interueniat ſtipulatio, Alex. cõſ. 60. num. 1. lib. 3. indè obligatio iuris vinculum appellatur, Franc. Balduin. in tract. de pignor. & hypot. cap. 2. in princ. & talis obligatio non ſolùm ex delicto, vel quaſi, ſed etiam ex contractu deſcendit, Matheſ. ſing. 167. num. 3. dùm igitur non reperitur ſpecificata in inſtrumento, neque extenſa, ſubſequitur, quòd catenùs obligatio tenet, quatènus verè debitor appareret, Grãm. dec. 103. nu. 168. aliàs ſecus eſſet, nã ſicut fideiuſſor non ex nudo pacto obligatur, ſed per ſtipulationem, inquit Cataũ. in Ritu 159. n. 1. ità & principalis, qui eodẽ modo obligatur, et potiſſimũ ſi obligationes principalis, et fideiuſſoris tẽderent ad eũdẽ effectũ, nã diſpoſitio, quæ locũ habet in vno, locum vendicat in alio, Muſcatel. in praxi fideiuſſ. par. 1. modo 11. num. 9. ſed cùm nulla obligatio in contractu reperiatur expreſſa, faciliùs præſumendum erit, nullam interceſſiſſe ſtipulationem, tamen ex aduerſo replicabatur, clauſulam ipſam conſuetam eſſe apponi de ſtylo, et cõſuetudine Notariorum, et ſicuti clauſula conſueta apponi regularitèr appoſita eſſe videtur, ſi non ſit expreſſa, inquit Aff. deciſ. 265. nu. 83. multò fortius in caſu iſto, eo quia appoſita fuit; ſed cum breuiatura, vndè talis abbreuiatura Notarii ſuppletur ex clauſulis cõſuetis, Ant. Gabriel. in ſuis comm. concl. tit. de conſuet.

Digitized by Google

fuet. concl.4.num.9. vbi ſingularitèr ſubnectit ad propoſitum noſtrum ſub num.14. & propterea ſi eſſet de cóſuetudine apponere hypothecam, poſſit hypotheca extendi in inſtrumẽto per Notariũ, ad quod vltra eum, & Doct. ab eo citatos allego punctualitèr Negulant. in tract. de pignor. in primo membro 3. par. num.24. & ſeq. vbi quærit, ſi non fuerit in inſtrumento adiecta hypotheca, an Notarius poterit illam ſuppl ere, & apponere ex ſuo officio, & concludit affirmatiuè, ſubdens num.25. quòd clauſulæ ſolitæ apponi, ſubintelliguntur, & habentur pro appoſitis, nec retragari videtur, ea benè procedere in Notario conficiẽte inſtrumentum prædictum cum clauſula prædicta; abbreuiata etenim imbreuiatura Notarij, ſeù nota originalis Notarij ſinè ſubſcriptione, & ſigno ipſius prædefuncti erit efficax, dũ tamẽ reperta ſit inter alias notas illius Notarij, etiã ex ea nota poterit alius Notarius ad hoc commiſſus conficere inſtrumentum publicum, & authenticum, ità Bellac. inter commun. opin. tit. de Tabell. & fide inſtrum. num.64. vbi ad hoc citat Cyn. Bal. & Salyc. in l. contractus, C. de fide inſtr. & ſi rectè ipſius clauſulæ perpendatur effectus, iuxtà opinionem Doct. citat. per Molfeſ. in Conſuet. Neap. par. 10. quæſt. 20. n. 18. & 19. eſt, vt ipſa clauſula pro quibus omnibus obſeruandis, &c. referatur ad omnia contenta in inſtrumento, & enunciatiuè narrata, immò ea intelliguntur, dũmodo non alteretur, nec mutetur principalis diſpoſitio, quia cùm hæc ſit clauſula poſita tit exequutiuis, & in confirmatione diſpoſitionis principalis, illa non ampliat, nec mutat, nec alterat principalem diſpoſitionem, in diſpoſitione autem deſcripta in inſtrumento cauſi potiſſimũ obligationis cõſideratur, adeò quòd ſi non eſſet cauſa in inſtrumento adiecta, non valeret, nec exequutionẽ haberet, Anna in ſing. 150. & ſucceſſiuè obligatio ſine cauſa nõ valeret, Alex. conſ. 180. num. 7. nam ceſſante cauſa, ceſſaret obligatio, Anchar. in quæſt. famil. 67. num. 4. pat. 1. at cùm in memorato inſtrumento cauſa notoriè expreſſa appareat, ſubſequitur, quòd talis clauſula ad eam relata operetur obligationem ad inuicẽ, hoc eſt ad rei traditionem, & ad pretii ſolutionẽ, & ſic iuxtà allegata per me ſuperiùs, non tamen tempore expeditionis cauſa diſcuſſa, me quidèm abſente audiui ab eodem actore, contra ipſum fuiſſe pronunciatum per M.C.V. referente erudito Iudice ipſius Aloyſio Nicueſa in beneficiũ dictorum de Burrello, eos abſoluendo ab impetitis per actorem, & ſic prælati fuerũt in pretio domus virtute inſtrumenti allegati cum dicta clauſula abbreuiata, nõ tamen extenſa, penès Anaſtaſium Actorum Magiſtrum in anno 1618. Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Clauſula conſtituti, & precarii in inſtrumento omiſſa an operetur, vt cenſeatur appoſita ex ſolita Notariorum obſeruantia, ità quòd rectè agi poſſit aſſiſtentia, iuxtà formam pragm. 1. de aſſiſt. quę requirit expreſſionem clauſulæ prædictæ, vt aſsiſtẽtia agi poſsit, pro affirmatiua parte infraſcripta fuerũt breuitèr allegata. Notarius ſimplicitèr rogatus facere inſtrumẽtum tenetur apponere omnes clauſulas ſolitas, & ſi non apponit, habentur pro appoſitis, vt dicit Iaſ. in l. certi conditio, §. ſi nummos, num. 24. verſ. Notarius ſimplicitèr, ff. ſi cert. pet. & allegat l. fin. C. de fideiuſſ. Bal. & alios Doct. inter quos eſt Io. Andr. ad Specul. in tit. de inſt. edit. §. 9. incip. inſtrumentum, in addit. quæ incipit, inſtitut. o, vbi ipſe Io. And. dicit, quod cõſueta veniunt in quolibet inſtrumento, etiam ſi non ſint appoſita, arg. l. quod ſi nolit, §. quia aſsidua, ff. de ædil. edict. vbi inquit tex. placuit ex empto agi poſſe, etiam quod duplè venditor non caueat, ea enim, quæ ſunt moris, et cõnſuetudinis, in bonæ fidei iudiciis debeat venire, hoc etiam firmat Alex. conſ. 27. in cauſa, et lite, num. 2. vol. 2. et Dec. in l. vt liberis, nu. 15. C. de coll. t. et ad hoc propoſitum Bart. ſummat l. ſi prius, §. 1. ff. de aqua pluu. arc. dicens, contractus intelligitur factus ſecundùm cõſuetudinẽ loci, idem dicit Præſ. de Franc. dec. 302. num. 4 ratio illius concluſionis ſumitur ex d. l. fin. C. de fideiuſſ. ibi, vt nec ſimplicitas ſuſcipientium cõtractus poſsit ius creditoris mutilare, et ſic glo. fin. ibi notat, non fieri præiudicium contrahentibus per Tabellionis ſimplicitatem, ità etiam concludit Iaſ. in l. fin. num. 29. in 10. notab. C. de iure emph. igitur dùm clauſula conſtituti, et precarii non legitur expreſſa in inſtrumento dotali Olimpiæ Faggiæ fol. 18. debet ſubintelligi in cęteris ibi appoſitis, et non extenſis, et quòd clauſula conſtituti ſit de natura contractus, expreſsè dicit Oldr. conſ. 139. ad habendam, n. 13. verſ. nemo autem, et quòd cẽſeatur appoſita in eo, tenet Io. Andr. in d. addit. ad Specul. vbi ſuprà, in verſ. per prædicta terminatum fuit, quem ſequitur Ant. de Butr. in c. ex literis, de fide inſtr. Iaſ. in l. vt liberis, nu. 4. C. de collat. Dec. conſ. 449. viſis duobus, nu. 25. et Affl. in Conſt. Baiulos, 10. notab. nu. 16. Socin. conſ. 239. vol. 2. reperito in vol. 4. conſ. 231. Felin. in d. c. ex literis, de fide inſtr. et in cap. cùm M. Ferrariẽſis, de conſt. Steph. Bertrand. cõſ. 286. in fine, vol. 1. et alii relati per Vrſill. ad Affl. deciſ. 139. num. 6. et ratio eſt illa, quæ ponitur in d. c. cùm M. Ferrarienſis, ibi ſicut conſueuit, quam rationem Bal. ibi num. 15. verſ. item illud, quod debet, dicit, eſſe meliorẽ de Mundo, eamquè confirmat ibi Abb. nu. 5. vbi citat alios concordantes, et latiſsimè Tiraq. in tract. de iure conſt. poſſeſſ. limit. 31. et ſic ſecundùm iſtam opinionem iudicatum aſſerit Vrſill. vbi ſuprà, ſicquè paritèr aſsiſtentia præſtãda erit eidem Olimpiæ viduæ appellãti à decreto M.C.V. quæ abſoluit conuentos, dùm in ſuo inſtrumento dotali fol. 19. non reperiatur expreſſa clauſula conſtituti, et precarii, nam extrema aſsiſtentiæ ſunt probata fol. 27. iuxtà ſuas petitiones fol. 13. et 50. quamuis huic opinioni aduerſari videantur Alex. conſ. 28. vol. 2. num. 4. et 8. Cagnol. Dec. et Io. Crot. allegati per Ant. Gabr. lib. 6. commun. opin. tit. de conſuet. concluſ. 4. nu. 12. de quo meminit, et de aliis Maſull. ad Capy. dec. 159. n. 17. vltrà alios relatos per Tiraq. vbi ſuprà, qui in fine num. 15. dixit, ſcio autem obſeruatũ eſſe in noſtra Curia Pariſienſi, etiã clauſulam non ſuppleri, nec intelligi ſub illa nota, et c. niſi expreſsim fuerit in inſtrumento appoſita, vbi reperi Apoſtillam incerti Authoris manuſcriptam, ſic dicẽtem, Et ſecundùm hãc opinionẽ audiui fuiſſe deciſum in S.C. Actuario de Felice, in cauſa Illuſt. Marchionis Fuſcaldi; ſic etiã deciſum fuit per M.C.V. in cauſa prædictæ Olimpiæ Faggiæ, penès Anaſtaſium Actor. Magiſt. et deuoluta appellatione ad S.R.C. referente tunc Reg. Conſ.

Marco

Marco Antonio de Ponte fuit confirmata ſententia ipſius M.C. benè prouidentis, abſoluendo cõuentos, et hoc, vt ab Aduocato ipſius Actricis audiui, quia inſtrumentũ confectũ fuerat in Prouincia Aprutij, et credo, quòd non erant ſoliti Notarij dictæ Prouinciæ talem clauſulam in viu habere, ſed ſi eſſet Neap. fortè procederet deciſio Vrſilli allegata. *Barbat. de aſſiſtent. gloſ.7. num.50. Scapp. de iure non ſcripto, lib.4. cap.31. num.2. ad 5.* Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Clericatus an poſsit per teſtes probari, multi Doct. tenuerunt, quòd non, ſed tamen pluriès contrariũ fuit iudicatum, vt dixit Io.Franc. Scagl. in Ritu M.C.V. 65. in princ. ſed in amiſsione Bullarum propriè ità iudicatum refert Guid.Pap. dec. 449. Rebuff. in praxi benefic. par.1. Rub. form. lit. tonſ. num.23. quomodò autem id intelligatur, & procedat, vide Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cleric. in præl. num.206. & ſeq.

Clericatus probatio & ſi per teſtes, & ſcripturas probari poſsit, iuxtà dictũ Carau. in Ritu 275. nu. 18. & alijs modis relatis nouiſsimè per Carol. de Graſſ. in præl. ſui tract. de effect. cleric. nu. 197. cum ſeq. cõmunitèr autem per ſcripturas probari, dixit Marcell. Calà de modo articul. §.2. gloſ. vnica, num.150. & Graſſ. vbi ſuprà num.200. hoc eſt per literas teſtimoniales authẽticas Epiſcopi, ſicut ibi num.198. idem Graſſ. proſequitur, quæ vulgò Bullæ dicuntur, quæ ſiquidèm pro obtinenda remiſsione ad Curiã Epiſcopalem originalitèr exhiberi debent ſæculari Iudici ad illius inſtructionẽ, Præſ. de Franc. dec. 329. n.9. Reg. Tapia in annot. ad Ritum 65. M.C.V. ſed nec id ſufficiens erit, niſi ſeruitium continuum probatum fuerit, & habitus inceſſus clericalitèr, iuxtà Conſt. Paulinã, et Clementinam, de quo per Vrſill. dec.24. n.7. et propreteà attenta diſpoſitione Sacroſancti Côc. Trident. concludit Carau. in Ritu 235. ſub nu.21. quòd Clerici niſi requiſita omnia probauerint, cauſæ ipſorum faciliùs remanerent in Regijs Tribunalibus, et hoc potiſsimùm dixit procedere in Clericis primæ tonſuræ, non alitèr beneficiatis, at cùm menſibus elapſis caſus contigiſſet in Regia Prouincia Calabriæ Citra in perſonam Antonini Buccherij interfectoris quondam Lucæ Antonij Pariſe cum ſclopo, et comitiua aliorum, dùm contrà ipſum procederetur ad citationem ad foriudicandum vigore poteſtatis extraordinariæ, pro ipſius parte eius pater comparuit, allegando clericatum eius filij ad impediendam ſententiam foriudicationis, nonnulla aſſerendo, et producẽdo, et principalitèr fidem Archiepiſcopi Conſentini aſſerentis, inquiſitum ipſum de anno 1601. fuiſſe promotũ ad primam tõſurã, præterea etſi habitum clericalem continuè nõ aſportaſſet, per reaſſumptionem ipſius eſſet locus remiſsioni, et ſic aliàs deciſum ex voto 33. Gramm. et demùm per notoriam deciſionẽ Præſ. de Franch. 329. apparet, fuiſſe etiam ſuperſeſſum in foriudicatione clerici, ex allegatione clericatus, et his pro parte inſtãtiũ querulãtium de Pariſio facillimè reſpondebatur, tàm aduerſus fidẽ Archiepiſcopi præſentatam, nõ alitèr authẽticè probatam in publicam formã, adeò, quòd nõ creditur literis Epiſcopi de clericatu, niſi ſint in publicam formam redactæ, ſecundùm Innoc. in cap. poſt ceſsionem, num.1. verſ. alij, de probat. quẽ nouiſsimè citat Mant. dec. Rom. 360. num.2. & ſequitur Graſſ. vbi ſuprà, eod. num.198. in fine, nec ſimilitèr opitulari videbatur reaſſumptio habitus, nam id poſt delictum fraudis ſuſpitionem arguebat, ex dictis per Io. Ant. de Nigr. in Extrauag. de vita, & honeſt. cler. n.16. adeò quòd huic fraudi obuiatum eſt per Bullam Sixti V. de qua per Graſſ. in d. tract. in primo effectu, nu.143. vbi præſupponit, in fraudem reaſſumptum fuiſſe habitũ, & fraus nemini patrocinari debet, l.1. ff. ſi quid in fraud. pat. & propterea non obſtabat allegatum votum Grã. 33. quoniàm Gramm. loquitur in caſu, quo clerici in habitu clericali cũ Bullis comparebant, & remiſsionem petebant, & ſi reaſſumpſiſſent habitum, quod nõ erat in caſu iſto, nã pater, nõ filius reus comparebat, præterea votum Gramm. antè diſpoſitionem Sacroſ. Concil. Trid. prodiuum fuit, nam aliud ſtatutum pater in dicto Concilio, & innouatum circa probationem aliorũ requiſitorum, vt ſuprà dixi, Nec etiam deciſio allegata Præſ. de Franch. obſtare videbatur in caſu iſto; nam in caſu Præſ. Bullæ originales præſẽtatæ fuerãt, quod nõ fuit in caſu noſtro, & ibi Clericus erat beneficiatus; nam alitèr cũ eo agẽdum erat, quàm cum ſimplici clerico primæ tonſuræ, adeò quòd fundatur intentio Iudicis remittentis in beneficio principalitèr, vt poſt Gramm. in cõſ.1. poſt dec. num.23. ait Vrſill. dec.24. nu.7. idem Franch. deciſ. 384. in fine, & ratio diuerſitatis in promptu demõſtratur, nam clericus beneficiatus dimittens habitum, & rõturam diceretur Apoſtata, quod ſecus eſt in clerico ſimplici, Abb. in cap. tua, nu.3. de Apoſt. nec ſufficeret beneficiũ habere, & in Bullis clericum nuncupatum fuiſſe, niſi de clericatu conſtaret, vt dixit Carau. in Ritu 125. n.10. & alia requiſita probauerit, idem Franch. dec. 189. qui in dec.688. ſeipsũ declarat, allegando Affl. in Cõſtit. Pœnam eorum, num.55. & Foller. in praxi crim. Rub. foriudicentur, n.7. et 26. immò contra reum ipſum ex aduerſo verificabatur, ſemper inceſsiſſe in habitu laicali, Doctoratus dignitatem aſſecutum fuiſſe, in colloquijs Balliuæ Roblani pluriès interfuiſſe, et proteſtatum fuiſſe circa electiones Officialiũ, et inter ciues in libro æſtimi deſcriptũ fuiſſe pro oneribus, imò iuriſdictionalia officia exercuiſſe, hoc eſt officiũ Conſultoris Baiuli eiuſdem Terræ, de quo extat pragm.4. de cler. ſaluat. vbi decernitur, quòd tales clerici ſe ingerentes rebus laicalibus, ſe immiſcentes muneribus publicis, et officijs Regijs, lætari nequeunt fori priuilegio, et quòd peius, enormibus ſe immiſcuiſſe, nonnullos homines vulneribus afficiendo, et alia peiora, quo caſu nec monitio vlla locũ habet, nec erit neceſſaria, ſecundùm Quarant. in Bullar. verbo habitus clericalis, vbi Additio citat Reg. de Põte, et Aloyſ. de Leo in l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſ. Eccl. et nouiſsimè incedere cum comitiua per dictam Terram armatum ad modum Foraſciti; Quarè facta relatione per Iudicem Macedonium in Collaterali Conſilio in anno 1614. deciſum fuit, eſſe procedẽdum ad vlteriora, oppoſitis non obſtantibus, et ſic remiſſa cauſa eidẽ M.C.V. in cauſa Doctor. Antonini Buccherij cum illis de Pariſio querulãtibus de Terra Roblani Prouinciæ Calabriæ Citra. Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Clerici pro eorum bonis, et offenſionibus factis in eorum

eorum perſonas an habeant fori electionem; fuit deciſum, quòd quòad bona non habeant electionem, verùm quòad offenſas factas in eorum perſonas habeant electionem fori, Franch. deciſ. 597. & aliam deciſionem nouiſſimam ponit Fab. de Anna in nouiſſ. addit. ad alleg. 146. eius patris, vt competat fori electio clerico ob offenſionem ſuæ perſonæ, & infrà eod. ver. clericus, Ricc. in praxi var. reſolut. reſolut. 147. & collect. 2503. Paſchal. de vir. pat. pot. par. 2. cap. 1. num. 90. *D. Conſil. Carlenal de indic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 6. ſect. 7. num.* 587.

Clerici an teneātur ſoluere collectas, & gabellas pro bonis emptis; fuit deciſum, quòd ſic per Regiam Cameram Summariæ, ſecundùm Io. Ant. de Nigr. de Campan. in Extrauag. clement. de vita, & honeſt. cler. num. 132. Caran. in Ritu 229. num. 5.

Clerici, & cęteri non ſubditi Regi an poſſint exercere iuriſdictionalia in Regno; fuit concluſum, quòd non, Franch. deciſ. 479. Io. Franc. Capiblanc. in pragm. 5. de Baron. num. 93. Tapia in Conſtit. Clerici quoquè, num. 3. & in cap. Regni 283. Item quòd prædicti Officiales Iuſtitiarij, nu. 1. Maſtrill. deciſ. Sicil. 159. n. 17. Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 2. gloſ. competentes, in addit. lit. C. in fine citat iſtam deciſionem, & ſubdit, conſuluiſſe contra quendam clericum primæ tonſuræ, qui renunciauerat in manus Epiſcopi, ne iuriſdictionale officiū exerceret, & dicta conſultatio fuit admiſſa per Collat. Conſilium, vt ibi per eum, nouiſſimè Petr. Caball. reſolut. crimin. cent. 3. caſu 64. Carrab. ſingul. 171. Ricc. in praxi var. reſolut. in reſolut. 414. Maſtrill. in tract. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 10. nu. 10. 37. & 69. Theſaur. lib. 1. quęſt. forenſ. q. 18. num. 6. verſ. ego in puncto. *Fontanell. deciſ. 190. num. 19. D. Conſil. Carlenal de iudic. to. 1. tit. 1. diſp. 2. quæſt. 6. inſpect. 3. num.* 455.

Clerici, ſeù Religioſi hæredes non inſtituti inſimul cum fratribus an ſuccedant in bonis paternis, vel maternis, ſecundùm Conſuet. vel ſecundùm ius commune; fuit deciſum, ipſos ſuccedere ſecūdùm ius commune, Franch. deciſ. 411. in fine, vide Molfeſ. in comment. ad Conſuet. Neap. par. 2. quæſt. 7. num. 24. Marta de iuriſd. par. 4. caſu 57. num. 17. & caſu 4. num. 13. caſu 5. num. 17. & 40.

Clerici pro bonis feudalibus licèt conueniantur corām Iudicibus laicorum, hoc eſt de proprietate, non autem de poſſeſſione feudi, iuxtà mentē gloſ. tamen fuit contrarium determinatum, vt etiam de poſſeſſione poſſint conueniri corām Iudicibus ſæcularibus, & ob id obtentis literis hortatorialibus à Regia Cancellaria contrà Epiſcopum, nunquam fuerunt reuocatę, ex allegatis per Reg. Rouit. ſuper pragm. 2. in princ. de cler. & diac. ſalu.

Clerici in minoribus conſtituti non incedentes continuò in habitu, & tonſura, & non beneficiati an priuilegium fori amittant; fuit deciſum millies in Magn. Cur. Vic. quòd ſic, ſecùs in clericis Neapolitanis, Vrſill. deciſ. 24. num. 7. Ricc. in praxi Eccleſ. deciſ. 606. num. 6. & collect. deciſ. 1610.

Clerici in minoribus cōſtituti quamuis nō incedant in habitu, & tonſura an ſint remittēdi ad Curiam Epiſcopalem; fuit pluriès in M.C.V. & in S.C. deciſum, quod ſic, & remiſſa cauſa ipſorum ad Iudicem Eccleſiaſticum, Grammat. in Conſtit. Apoſtantes, nu. 4. quamuis extent plures in hoc deciſiones, tamē alitèr fuit deciſum in caſibus occurrentibus, cum declarationibus vt infrà, & ſuprà eod. ver. clericus.

Clericorum depoſitiones ad inſtantiām Fiſci contra inquiſitos an ſint validæ, obſtante Ritu M.C.V. 144. quòd in criminalibus ad teſtificandum non admittantur; fuit in S.C. iudicatum, nullam habēdam eſſe rationem de corū depoſitionibus, Reg. Tap. in d. Ritu in ſuo iure Regni, incip. Item ſi teſtes iurant, num. 2.

Clericus an poſſit de bonis ſuis antiquis diſponere ſecundum Conſuet. Neapol. fuit pluriès deciſum, quòd non, Franch. deciſ 411. ſed ad eorum libitū, cùm non comprehendantur in Conſuet. Neap. & in fin. eod. ver. clericus, Molfeſ. latè in comment. ad Conſuet. Neap. par. 2. quæſt. 7. nu. 24. & in conſ. 27. nu. 12. Marta de iuriſdict. par. 4. caſu 57. nu. 17.

Clericus an poſſit conuenire iure cōgrui ſæcularem in foro ſæculari; fuit deciſum, quòd non, quemadmodùm nec laicus clericum conuenire in foro Eccleſiaſtico poſſet, Franch. dec. 285. et in Cōſuetud. Si Eccleſia, de iure congrui, incip. vide Tiraquell. f. 341. Baltaſſ. Benedellus de iure prothom. ad princip. Conſtit. num. 121. meminit Hieronym. Campanil. in addit. ad Oliuā ſuper Ritib. Archiepiſc. Curiæ Neap. in Ritu 22. nu. 17. Fab. de Anna conſ. 113. num. 49. Maſtrill. ad Capyc. deciſ. 66. & nouiſſimè Reg. Carol. Tap. in Conſt. Sancimus, num. 60. & ſeq. vbi ſub nu. 66. ſubdit, idem poſteà fuiſſe deciſum in contingenti caſu, Ricc. collect. deciſ. 6. Molf. conſ. 27. num. 13. Marta de iuriſdict. par. 4. caſu 30. num. 25. *Conſil. Theodor. in alleg. 65. num. 8. Paul. Squillant. de priuil. cleric. cap. 7. ſub nu. 96. Lel. Caput. in proęm. ad Conſuet. §. in princ.*

Clericus iudicium retinendæ poſſeſſionis intertando contra laicum an poſſit recōueniri ſuper proprietate à laico, ità vt petita remiſſione per Clericum ad Iudicem Eccleſiaſticum, denegari poſſit; fuit deciſum, quòd non contra Clericum, Franch. dec. 193. Muſcatell. in praxi S.C. p. 3. ver. Actores, n. 7. & 13. Tapia in Ritu 63. Item quòd ſi clericus, idem Muſcatell. in lib. 2. p. 1. gloſ. ſententia, nu. 93. & 100. Iul. Cęſar Imbrian. in tract. de primo, & ſecundo benef. conſid. 3. n. 32. Ricc. collect. dec. 366. Marta de iuriſd. par. 4. caſu 107. num. 1.

Clericus, vel profeſſus effectus poſt delictū cōmiſſū an poſſit remitti ad Iudicem Eccleſiaſticū, quāuis dolo, vel fraude effectus eſſet Religioſus; non fuit deciſū, Frāch. dec. 209. Proſp. Farinac. in tit. de inquiſ. q. 8. n. 105. & 107. Fab. de Anna cōſ. 140. dum in illā, et Reg. Tap. in iure Regni, in annot. ad Cōſtit. Regni De perſonis, n. 33. refert, audiuiſſe fuiſſe deciſū cōtrà Fiſcū, et remiſſū inquiſitū ad Magnū Magiſtrum Militię, licèt Aloyſ. de Leo in l. qui ſub prætextu, n. 16. C. de ſacroſ. Eccl. allegādo iſtā deciſionē inquit, nō alitèr fuiſſe deciſū, tamē in deciſ. 417. videtur inclinare, quòd ſic, Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 7. n. 16. Petr. Caball. reſol. crim. cent. 2. caſu 108. Bāmac. in cap. naturales, n. 76. ſi de feud. defunct. cōt. et idē Frāch. in dec. 384. in fine idē affirmat, alias deciſiones afferens, Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cleric. in primo effectu, n. 1141. *Coſta de retrotr. act. caſu 10. c. 9. n. 3. Guazz. in tract. ad defenſā, defenſ. 1. c. 8. n. 20. Cācer. var. reſol. to. 2. c. 2. n. 136. & 137. Ricc. collect. 2588. D. Cōſil. Carlenal de iudic. to. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 7. ſect. 3. n. 909. Paul. Squillāt. de priuil. cler. c. 7. n. 107.*

Cle-

Clericus primæ tonſuræ delinquẽs ſi fuerit repertus illegitimus, ob quod ordinis exequutio impediri debeat, an remittendus ſit ad Curia Epiſcopalem; fuit deciſum, pũctũ validitatis ordinis eſſe remittẽdũ ad Iudicẽ Eccleſiaſticũ, & cõſignandã perſonã Clerici eidẽ Curiæ, reſtituẽdã declaratione facta ſuper inualiditate ordinis, Franch.dec.189.Io. Grand.de bello exulum, in prædicamẽto pati, q.3. ſpeciale 97.Tapia in Ritu 235.Iiẽ ſeruat ipſa Curia, quòd nullus Clericus, nu 6.& 8.concludit, S.C. ſemper remittere pũctũ ſapientẽ ſpiritualitatẽ ad Iudicẽ Eccleſiaſticũ, vt in caſu iſto fuit ſeru..tũ, & demũ refert, fuiſſe per Iudicẽ appellationis circa incapacitatẽ beneficij prouiſũ in beneficiũ Clerici, ob quod Clericus fuit remiſſus ad Iudicẽ delicti, vbi alia cumulat, & in cap.Regni Item ſtatuimus, quòd Officialis, vel ſæcularis, Maſcard.de probat.cõcl.302.n.20.ſuprà verbo articulus, Borgnin.Caualc.deciſ.Fiuiz.10.nu.15.p.5. & dec.21. nu.22.Ioſeph Seſe dec.Arag.162.n.13.p.2.Carol. de Graſſ. in tract.de effect.cleric. in primo effect. n.340.& n.1259. *Reg.Rouit.deciſ.55.D.Conſil.Carleual de iudic.tom.1.lib.1.diſp.2.q.7.ſect.2.nu.866.*

Clericus alicuius Diœceſis extraneæ ſi deliquerit in aliena Diœceſi an ſit remittẽdus ad Epiſcopũ originis, & domicilij, vel ad Epiſcopũ loci, in quo deliquit; fuit deciſũ, eſſe remittẽdũ ad Epiſcopũ loci, in quo deliquit, Frãch.dec.37.Io.Franc.Capibl. in prag.8.n.253.de Baron.Tapia in prag.1.licèt vt vniuerſalis, n.8.& 9.vbi de delagi oportet, & nu. 52.Aloyſ.de Leo in l.1.C.de Sũm.Trinit.n.6.Riccius in collect.dec.53.reliquos Doct.hic Viſcon. citat.

Clericus dimiſſo habitu ſi cõtraxerit matrimoniũ, et antequã eſſet matrimoniũ cõtractum homicidiũ perpatrauerit an ſit remittẽdus ad Iudicẽ Eccleſiaſticũ; fuit deciſũ, quòd ſic, Grãm.dec.10.Frãch. dec.417. Iul.Clar.in §.fin.q.36.n.9.Franc.Mazzia in addit.ad pract. Frãc.Ant.de Iudice de liquid.& exequut.inſtr.in 4.conſid.ſub n.71.incip.vndecim fuerũt traditę, vbi refert, idẽ poſteà fuiſſe deciſum in ſimili caſu per S.C. de hac deciſione meminit Foller.in Ritu Item, quòd ſi aliquis citatus fuerit, nu.2. Rubr.cler.coniug.non admitt.ad priuil.per eand.Cur.Aloyſ.de Leo l.Officiales, C.de Epiſc. & cler.in princ.& l.qui ſub prætextu, C.de ſacroſ. Eccleſ.nu.14.Ricc.in collect.deciſ.724.854.1864. & 2377.Carau.Ritu 66.n.9.idẽ Ricc.in praxi Eccleſ.dec.590.*Carol.de Graſſ.in tract.de effect.cleric.in 1.effect.n.647.& ſeq. D.Reg.Capyc.Latro deciſ.45.n.28.*

Clericus, ſiuè Eccleſia in authores allegati à ſæculari conuento in foro ſæculari, an poſſint remitti ad Iudicẽ Eccleſiaſticũ, fuit pluriès deciſum, eſſe procedẽdũ in cauſa quoad ſæculares tãtũ, ſaluis iuribus contra Clericos, & Eccleſias, Gramm.dec.21. Muſcarell.in praxi S.C.p.1.gloſ.intimato, n.36.et p.3.verbo nominent, n.5.Marant.p.4.mẽb.5.n.76. Frãch.dec.426.in fin. Baltaſſ.Benedell.in tract.de iure prothom.in princ. Conſt.nu.107.Sigiſmund. Scacc.in tract.de iud.cauſ.ciuil.& crimin.c.30.nu. 16. Nũt.Tartagl.in praxi ciuil.c.2.n.4.Cornazan. dec.Lucẽſ.134.Peregr.dec.Patauiæ 60.n.4.Carraba ſing.21.Marta de iuriſd.p.4.caſu 24.nu.21.Carol.de Graſsis in tract. de effect.clericat. in primo effectu, n.261.*D.Conſil.Carleual de iudic.to.1.lib.1. tit.1.diſp.2.q.6.inſpect.8.nu.668. Paul.Squillant.de priuileg.cleric.c 7.num.78.*

Clericus citatus per edictũ in materia cõſeruatorij, iuxta Capitula Regni, an poſſit remiſſionẽ petere ad ſuum Iudicẽ Eccleſiaſticũ; fuit deciſũ, quòd citrà præiudicium remiſſionis petitæ capiatur informatio, iuxtà formam Capitulorũ Regni, vt capta, & viſa prouideri poſsit ſuper dicta fori declinatoria, Grãm.in dec.78.Reg.de Ponte cõſ.96.nu. 16.Borgn.Caualc.dec.Fiuizan.23.n.117.p.2.Muſcatell.in praxi S.C.lib.1.p.1.gloſ.intimato, n.31. Caroc.in ſuis deciſ.caſu 137.nu.3. Maynard.dec. Tholoſ.28.lib.1.Idẽ Reg.cõſ.144.vol.2. Marta de iuriſd.p.2.c.39.n.15.*Cabed.deciſ.Luſitan.71.par.2. Græuen.pract.concluſ.lib.1.concluſ.36.conſider.6.*

Compromiſſum factum per tutorem de re pupilli abſq; decreto Iudicis, an iure ſubſiſtat, Caualc. in tract. de tut. & cur. n. 55. tenet, quòd tutor cõpromittere non poſſit in cauſis dubijs, ſi non fecerit prius ſolemnia, ſed magis ſpecificè comprobat Io. Paul. Galter. in praxi tutel. part. 2. rub. 2. ſub nu. 96. in fin. vbi arbitratur, neceſſarium eſſe Iudicis decretum, quamuis ex neceſſitate ſtatuti noſtri, hoc eſt Pragmaticæ odia litium, neceſſitati ſubijciatur ad compromittendum, & melius id cõprobat Menoch. de arb. iud. caſ. 171. nu. 43. & 44. Ioſeph Seſſe dec. Arag. 168. cùmq; talis quæſtio verteretur in S. C. coràm Reg. Conſil. Proijda in cauſa compromiſſi facti per Antoniũ Faue de Theano cum Troiano de Patre Petrę Molariæ, fuit iudicatum per S. C. non valere compromiſſum, neq; laudum indè ſequutum, in Banca de Felice de hoc præſenti anno 1614. & menſe Iunij, & ità audiui ab ipſis partibus in Ciuitate Theani commorantibus, in qua vti Iudex illius per Excellentiſsimũ Principem Aloyſium Caraſam electus cum onere conſultationis Ciuitatis Caleni, Roccę Monfinę, Roccæ Mondragonis, & Liardi præſui. Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

Compromiſſum an admittatur in cauſa alimentorũ, quæ eſt cauſa iuris, nam quando ſumus in articulo iuris non compromittitur, fuit deciſum in S. C. referente Freccia Reg. Conſiliario iunctis aulis in cauſa Io. Franc. de Franchis, & Liuiæ Ambroſinæ coniugum cum Io. Baptiſta Ambroſino procedẽdum eſſe ad vlteriora, non obſtante petito compromiſſo, & indè dictis coniugibus fuerunt liberati duc. 1400. in cauſam declarãdam, Andr. Molfeſ. in addit. ad eius Cõment. in Conſuet. Neap. ad tit. de aliment. q. 3. & 4. n. 7.

Compromittere an poſſit curator bonorum hęreditatis iacentis; fuit practicatum in S. C. quòd ſic, Ann. in ſing. 121. curat. Reg. Rou. in prag. 1. de arbitr. n. 16.

Conceptus in Ciuitate ſi alibi naſcatur incidẽtèr an gaudeat ciuilitate, & prærogatiuis, vbi eſt conceptus ex diſpoſitione iuris, qui in vtero eſt pro nato habetur, quãdo de commodo eius tractatur, l. qui in vtero, vbi DD. ff. de ſtat. hom. fuit deciſũ, quòd ſic in R. C. S. in fauorem conceptorum in Ciuitate, nàm licèt alibi nati ſint, vt Ciuès iudicẽtur, & hoc in cauſa Io. Michaelis, Thomæ Antonij, & Franciſci Antonij Caſtaldi fratrum conceptorum in Ciuitate, & à caſu natorũ in Caſali Arzani die 30. Decembris 1581. pęnès Io. Vincentium Coppolam Actuarium, & iterùm in cauſa Thomæ de Sancto Mangho die 6. Maij 1585. pœnès Paulum Palumbum. Io. Bapt. de Thoro I. C.

Conceſſio facta à Rege alicui de certa re ſtabili, an ea deſtructa, & diruta, ſibi, & eius hæredibus duret; fuit deciſum, non licere iterùm ædificare rem conceſſam dirutam, Affl. dec. 392. à n. 1. ad n. 15.

Conceſſio Actuariatus ab Epiſcopo facta Magiſtro actorum ad vitam ipſius Notarij, an teneat, ſi defuncto Epiſcopo ſucceſſor reuocauerit; fuit deciſum, quòd non, ſed tantùm durante vita concedentis, non conceſsionarij, Affl. deciſ. 101. Ann. in ſing. 488. ſucceſſor, Hieron. Campanil. ad Oliuam in Ritu 32. Curiæ Archiep. Neap. nu. 12. Io. Franc. Capibl. in pragm. 5. de Baron. nu. 60. Puteus deciſ. Rom. 421. par. 1. Ricc. in collect. deciſ. 158. Triuiſ. dec. Venet. 4. lib. 2. nu. 40. Maſtrill. in tract. de Magiſtr. lib. 1. c. 25. n. 22. & par. 2. lib. 4. c. 17. n. 33. *Reg. Tap dec. Italiæ 6. n. 40. Iacob. Gallus conſ. 124. n. 22. Phębus dec. Luſit. 27. n. 8. Epiſcop. Genuenſ. in tract. de Eccleſ. ſeũ Practic. ab Eccleſ. q. 468. ſub nu. 2. Molin. de iure primog. lib. 1. c. 25. n. 17. & ſeq. vbi declarat, qualiter procedat iſta deciſio.*

Conceſsio facta ab Eccleſia alicuius rei pro ſe, & hęredibus quibuſcunq; an tranſeat ad Collegium laicorum, vel ad aliam Eccleſiam; fuit deciſum, quòd ſic, Vrſill. dec. 100. Viu. in Sylua comm. opin. in 248. opin. Emphytheoſis in fin. Ricc. dec. Arch. Neap. 132. par. 1. in magnis.

Conceſsio ſi adſit exigẽdi certũ quid ex Baiulatione certæ Terræ, quę cõſiſtit in exactione iuris Scãnagij, & iuris Dohanæ, ſi in Terra ipſa ſit ſolitum talia iura exigi, & in Caſali adiacenti Terræ prædictæ vnum ipſorum conſueuit exigi, an virtute cõceſsionis poterit aſtringi omnia exigi; fuit deciſũ, quòd non, & proindè fuit ab impetitione Caſale abſolutum, Franch. deciſ. 397. Io. Franc. Capibl. in prag. 8. n. 173. de Baron. Io. Franc. del Caſtillo dec. Siciliæ 66. n. 4.

Conceſsio rei ſolitæ concedi licèt valeat deindè cõcedi ſine ſollemnitatibus, non alterata forma primæ conceſsionis, nã tunc alteratur tribus modis, circa perſonas, res, & iura, vt ſingularitèr Vrſill. dec. 305. ſub n. 7. & 8. attamẽ cũ fuiſſet cõceſſa res ſolita concedi cuidam Eccleſiæ, licèt primo loco fuiſſet laico conceſſa, & ſic alterata forma ſecundæ cõceſsionis, ob quod de iure annullari debuerat, ijs non obſtantibus fuit deciſum contrarium, & vt putat ibidem Vrſill. ſub n. 8. & 9. quòd res illa erat redditritia alteri Eccleſiæ, quãuis alienata laico ſub illo onere debito illi Eccleſię in defectũ laici fuerit alteri Eccleſię conceſſa, & ſic non alterata forma, *Iul. Cæſ. Gallupp. in method. feud. part. 1. c. 3. n. 113.*

Conceſsio emphytheoſis ſolita concedi pro maſculis, ſi concedatur etiam pro fœminis, an vitietur, fuit per S. C. in cauſa S. Martini iudicatum, quòd non vitietur, Io. Ant. Lanar. conſ. 47. n. 5. eum citat Octau. Bammac. in cap. beneficium, nu. 32. & 33. ſi feud. defun. contr. infrà eod. verbo filiæ fœminæ.

Cõceſsio rei ad beneplacitum an poſsit reuocari ſine

ne

tèt opitulari videtur objectio de tertia generatione, ex quo tertia generatio dèpra perſona cótrahentis fit, incipiens ab eius filio, & demùm excludi non videtur fęmina ipſa ex maſculo dependens, & iuxta formam conceſſionis fuit per S.C. cum adiunctis votatum in fauorem conuentæ, vt abſolueretur ab impetitione Monaſterij, Io. And. Georg. in alleg. 10. primum argumentum, vbi nu. 21. ponit deciſionem.

Cóceſſio alicui facta beneficij, quod dicebatur vacans, & nó vacabat de facto, licèt de iure poterat dubitari per clauſulas motu proprio, ex certa ſcientia, an erit valida, eſtò quòd eiuſdem beneficij cóceſſio fuerat per prius facta poſſeſſori cum poteſtate renunciandi eius filio, & fuerat capta poſſeſſio, & ſic quæſitus titulus, & quamuis dictus filius eſſet minor, támen eius pater exercuerat ſicut ſolitum erat exerceri per ſubſtitutú, & ità continuata poſſeſſio, verùm dùm peruenerat ad ætatem perfectam paruio ordine R.C. iurauit, & cauit de benè adminiſtrando, iterùm poſſeſſionem adipiſcẽdo, item eadem R.C. ſoluerat ſalarium dicto eius patri pro temporè, quo exercuit perſonalitèr, & in ſecunda conceſsione non erat facta mentio nec de priuilegio, nec de gratia renunciandi, nec de renunciatione, nec de poſſeſsione, in qua reperiebatur dictus primus poſſeſſor; fuit per R.C. in reclamatione deciſum, facto verbo in Collat. Conſ, non valere ſecundam conceſsionem, & poſſeſſionem vigore primæ debere reintegrari, reuocata ſententia R. C. & ſic exequutum, Io. Andr. de Georg. in alleg. 37. poſsidente D. Petro, vbi n. 46. ponit deciſiones, eandem deciſionem examinat, & decidit nouiſsimè Reg. de Ponte dec. 27. immemor de illo authore, Ricc. collect. dec. 1776.

Conceſsio perpetua an extendatur ad tertiam generationem, licèt concludatur, eſſe attendendam loci conſuetudinem; tamen fuit in S.C. iudicatú, conceſsiones perpetuas eſſe cenſendas, non apparentes, atq; tranſitorias ad extraneos, Minad. in Conſt. In aliquibus, verſ. filiorum, n. 32.

Conceſsio ſi ſit facta à Rege Baroni certorú Caſtrorú, quę habebát priuilegia penès Regem, vt Ciuitates conuicinæ poſsint contribuere in reparatione murorum, ac aliorum, an cenſeatur per eam conceſſum tale priuilegium; fuit per Barthol. de Capua determinatum, quòd non in Conſilio Regio in quęſtione Caſtri Caſertæ, quod ex donatione Regis fuerat deindè conceſſum cuidam Comiti, ex communi ratione, quia natura ſeruitutum eſt, vt qui debet eas, non tenetur aliquid facere, vel reficere, Luc. de Penn. in l. 2. n. 4. verſ. & ſic, vt ſcripſi vidi, C. de iure Reipub. lib. 11.

Conceſsio facta a Principe in dubio pręſumitur libera, & non feudalis, vt poſt Oldr. conſ. 159. n. 5. cum alijs allegatis per Carol. Tapiam in rubr. ff. de cóſtit. Princip. cap. 4. num. 27. & num. 28. refert, procedere, etiam ſi in conceſsione eſſet facta mentio inueſtituræ, ſeruitij, iuramenti fidelitatis, reſeruationis iurium concedentis, quod non placet And. in cap. 1. nu. 14. ex quib. cauſ. feud. amitt. niſi eſſet conceſſa res modici valoris, quo in loco ait, præſumi feudum, cùm eſſet facta conceſsio pro ſe, & liberis ex corpore, vt teneat à Reg. Cur. immediatè, vel eſſet huiuſmodi conceſsio regiſtrata intèr regeſta cóceſsionum feudalium, quarè huic opinioni And. ſe ſubſcribit Tap. loc. cit. n. 29. & refert, ita obſeruari in R.C.S.

Conceſsio feudi ſecunda per Regem alicui facta in præiudicium primæ conceſsionis an valeat, concluditur, non valere, & ita inter alias rationes fuit deciſum in S.C. in caſu tradito per Affl. dec. 282. ſub num. 7. cum citat Parif. conſ. 2. num. 98. & conſ. 11. num. 48. vol. 1.

Conceſsio in emphyteuſim in vtilitatem Eccleſiæ tendens an tranſeat ad hæredes extraneos, Frách. deciſ. 255. refert, quòd quando capta informatione conſtiterit, eſſe in vtilitatem Eccleſiæ, tranſiret etiam ad hæredes extraneos, vt multotiès fuiſſe antiquis, & modernis tẽporibus deciſum in S.C. dicunt Viu. dec. 496. Reg. de Pont. in repet. Rubr. de ſucceſſ. feud. ſect. 15. num. 32. Ricc. in collect. dec. 35. Marta de iuriſd. p. 4. caſ. 20. nu. 38. & de clauſul. p. 2. in clauſ. 4. in fin. *Epiſcop. Gemnenſ. in tract. de Eccleſ. ſeu practicæ ib. Eccleſ. q. 98.*

Conceſsio in emphyteuſim facta per Monaſterium citrà Apoſtolicum decretum, an valeat; fuit deciſum, quòd non, Affl. dec. 85. nu. 5. & 6. Valer. Vall. dec. Lucenſ. diuerſ. 48. col. 2. *Græuen. pract. concluſ. lib. 2. concl. 9. conſid.* 1.

Conceſsio feudi Regi deuoluti facta alicui ab eodẽ Rege ob rebellionem feudatarij replicantis, quámuis hoſtis, non tamen rebellis, prout ſupplicatum fuerat, adeò quòd cauſa, & ſi vera fuiſſet hoſtilitatis, falſa erat expreſſa quòad rebellioné, an valeat, deciſum fuit in S. C. in cauſa Comitis Materæ de Terra Ginoſæ ob rebellioné Antonij Griſonij dictam conceſsionem eſſe inualidam, Hercul. Mareſcot. var. reſol. p. 1. c. 49. ſub n. 29. verſ. & ex his.

Conceſsio alicuius territorij ab Eccleſia facta ad renouandum ſingulis 29. annis, pro ſe, & liberis, & deſcendentibus, an iudicanda ſit hæreditaria, ità quòd territoriú ipſum ſubiaceat oneri æris alieni obnoxium, ſi fuerit facta cóceſsio eiuſdẽ territorij alteri, & illud etiam reperiretur ſcriptum in inuẽtario hæredis vltimò decedentis, hec quęſtio ventilari contingit in cauſa Petri de Tráſo cum creditoribus quond. Io. Camilli, & Aloyſiæ de Gallucijs ſuper territorio, dicto de Caſamare, & quòd non ſit hæreditarium productæ fuerunt conceſſiones antiquæ de anno 1523. & 1553. ab Eccleſia S. Lazari factæ quond. Fabio Gallucio prædeceſſori, eiuſq; liberis, & deſcendentibus in perpetuú ad renouandum ſingulis 29. annis, & verbum nullum de hæredibus ibi expreſſum pater, quo ſiquidèm caſu quilibet deſcendens alteri præiudicare non poterat, cùm non ſit res hæreditaria, & vnicuiq; ex beneficio primi acquirentis ex primæua ceſsione ſit ius quæſitum, Grat. conſ. 22. n. 9. lib. 1. latiùs Iul. Clar. in lib. 4. ſent. §. emphytheoſis, q. 16. verſ. & hæc quidèm, & hanc concluſionem firmát Doct. in materia feudali, accepto .n. feudo pro ſe, & liberis non erit hæreditarium, verùm ex pacto, & prouidentia, & tunc de nihilo feudatarius diſponere poteſt, Andr. de Iſern. in c. 1. col. 1. An agn. & in c. 1. §. & ſi libellum 3. col. verſ. quid ergò, de alien. feud. pater. congerit multos, & de communi atteſtatur Iaſ. in l. ſi poſt mortem, nu. 3. ff. de leg. 1. tradens, quòd ſi pater acquiſiuit emphytheoſim, vel feudum pro ſe, & filijs, & nepotibus, non addendo, & hęredibus, videtur acquirere filijs vti filijs, & non vti hæredibus, & in hoc nulla cadit alter-

Digitized by Google

tercatio, & dùm hoc territorium non ſit hæredibus conceſſum, meritò nec hæreditarium, & ſucceſſor, non ex perſona morientis, ſed primi acquirentis habet, & cenſetur ad vitam vniuſcuiuſq; datum, adeò quòd vnus alteri in re illa non hæreditaria præiudicium afferre non poteſt, vt copioſè hæc, & alia explicat poſt Iſern. in c.1. col.3. Imper. Lothar. Mann. Frecc. in lib. 3. de ſubfeud. in different. inter feud. ex pacto, & prouid. & hæred. n.2. & huiuſmodi concluſio abſq; difficultate, tũ in feudis, tùm quoq; in emphytheoſi militat, etenim validũ eſt de vno ad aliud argumẽtum, Socin. conſ.167. nu.24. lib.2. & Socin. iun. conſ.72. nu.57. vol.1. idcircò Io. Camillus, & Aloyſia ſucceſſores nullum æs alienum ſuper eo contrahere valuerũt, nec Petrus ſucceſſor, ſeù poſſeſſor primam cõceſſionem perquirere, & afferre tenetur, cùm illa nõ reperiatur tanquàm antiquiſsima, excedens metam 100. annorum, ex quo dictæ conceſsiones, ſeù renouationes, & confirmationes eiuſdem Eccleſiæ, etiam antiquæ ſufficiant, ſicuti feudatarius feudum tenens, & confirmationem petens, primam inueſtituram, ſiuè conceſsionem oſtendere non cogitur, Andr. in addit. in titul. de feud. §.1. verſ. porrò, quem refert ſequendo Iacobut. de Franc. in prælud. feud. nu. 106. & 107. inter Deciſiones Domini Præſ. de Franch. Nec huic aduerſantur duę partis obiectiones, quarum vna eſt, quòd vltima renouatio facta ab Eccleſia in perſonam Petri ſit colluſiua, & in præiudicium creditorum, nam ſi creditores ipſi ius ſuper dicto territorio adepti ſunt, ergò nullo pacto, quòd ſit colluſiua, & in ipſorum perniciem facta, opinari poteſt, ſed tãtummodò fuit illa obtenta reſpectu Eccleſiæ directæ dominæ, ne caducitatem territorij prætenderet ob renouationem factam vigore pacti in conceſsionibus adiecti, & ipſe Petrus non ex hac renouatione vtile dominium, verùm ex antiquis conceſsionibus quond. Fabio factis adeptus fuit, idcircò tradunt Doct. quòd renouatio iſta non eſt noua alienatio, Alex. conſ.29. n.23. vol.1. Caſſan. in Conſuet. Burgund. rub.2. de conceſſ. n.19. ſiquidẽ liuellarius contractus ad renouãdum ſingulis 29. annis eſt conceſsionis perpetuæ, Andr. in c.1. §. liuellario, quib. mod. feud. amitt. & durat perpetuò, etiam ſi nõ dicatur, Bal. in c.1. col.2. de alien. feud. de quo meminit Capyc. in inueſt. feud. rub. feud. locat. verſ. & datio ad liuellum, iſtæq; cautelarum renouationes, vel ex pacto, vel ex conſuetudine fieri conſueuerunt, Bal. in Auth. ſi quas ruinas, C. de Sacroſ. Eccl. n.4. non vt de nouo dominium rei trãsferatur, cùm illud ab initio propriè ſit tranſlatum, ſed nè longitudine temporis pereat memoria contractus, ità pulchrè inquit gl. in c.1. verſ. retrouenditur, extrà de precar. & renouantur cautelæ, nè currat cõtra dominum aliqua pręſcriptio, ità poſt gloſ. in d. Auth. ſi quas ruinas, Andr. in d. §. liuellario, nu.28. & in fin. nu.46. quib. mod. feud. amitt. Altera verò obiectio minus obſtabit, quòd Petrus territorium hoc in inuentario tanquàm hæreditarium deſcripſerit, ex quo multifariàm diluitur, primò, quia talis deſcriptio fuit erronea, & per publicas ſcripturas iam de errore docuit, & prætextu erroris quælibet confeſsio, & poſitio reuocatur, cùm error nemini obeſſe debeat, ad text. in l. error, C. de iuris, & fact. ign. Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra, col.5. in verbo confeſsionẽ, de probat. reuocatur etiam ſi erronea cõfeſſio eſſet geminata, Bal. in l.1. in primo not. C. de error. calc. Catell. Cotta in memor. verbo confeſſio, ſecundò, quòd Petrus tempore dicti inuentarii erat minor, & iuſtam ignorantiæ cauſam habebat, territorium etiam in hæreditate credebat, & tamen non erat de hæreditate, & proteſtatio iuuat ignorantem, tradit Bart. in l.1. §. non eſſet, n.4. ff. de offic. præſ. vrb. tertiò, in eodẽ inuentario fuit expreſſa proteſtatio appoſita, quod ea, quæ non erant deſcribenda, non intelligantur deſcripta, & appoſita, quo quidem caſu præſumptio, quæ oritur ex confeſſione, & deſcriptione prędicta, tollitur quãdoquidẽ etiam contra præſumptionem iuris, & de iure, ſi fiat proteſtatio per illum, contra quem inſurgit præſumptio, tunc non obſtat, Villal. in tract. commun. opin. lib.4. tit. de probat. nu.372. ex clauſula illa proteſtatiua nullum fuit præiudicium generatum, Bal. in l. ordinarij, & l. fin. C. de reiuend. Rolan. in tract. de inuentario, cap. incip. Cautus, n.92. Milan. latè dec.1. n.187. & ſeq. eoq; vehementiùs, quoniam contra dictam deſcriptionem videntur deducta publica inſtrumenta, per quæ patet error inuentarij, de vtroq, atteſtatur Socin. in reg 314. in 2. & 3. fallent. cùm igitur Petrus ſit deſcendens à Fabio primo acquiſitore, qui nullum ſuper hoc territorio contraxit debitum, & cùm tale non ſit hæreditarium Io. Camilli, & Aloyſiæ, meritò illorum prætenſi creditores nil ſuper eo prætendere poſſunt, proteſtatio enim in inuentario appoſita ſatis operatur in beneficium proteſtantis, Angel. in l.1. §. hæc, n.24. ſi pluſquàm per l. falc. & propterea iuſtè abſoluendus erit iſte poſſeſſor, & procedi ad venditionem aliorum bonorum hæreditariorum, & ita fuit per S.R.C. iudicatum, referente quond. Reg Conſil. Iulio Palermo, tunc cauſæ commiſſario, ſub patrocinio celeberrimi I.C. Fabij de Falco mei patrui, præſentiũ allegationum authoris in eius vol. deſcriptarum. Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Conceſſio facta à Regè alicui feudatario introituum annuorum ſuper Fiſcalibus focùlariorum, & ſalis debitis ab aliqua Vniuerſitate, vnà cũ illorum augmento, ſi per filium eiuſdem feudatarij dicta Vniuerſitati, & hominibus particulari gratià cõceſſum fuerit, vt de dicto augmento futuro non citrà tamen aſſenſum Regium, an & ſi per nepotem dicta conceſſio reuocata fuerit, prætextu quòd eſſet diminuere feudum, & ſucceſsiuè fieri non potuiſſet, iure ſubſiſtet, licèt autem per R. C. S. prolata fuerit ſententia, decidendo, gratiam ipſam conceſsionis ſic factam non valere, abſoluendo pariter Vniuerſitatem pro functionibus de præterito, interpoſita tandèm reclamatione, iudicauit, conceſsionem ipſam nullam, & condemnauit Vniuerſitatem ad fructus omnes præteritos, non obſtante conceſsione prædicta, in cauſa Vniuerſitatis Caſtriuillaris, cum Duce ipſius, & pro eo cum Principe Biſiniani vltimo poſſeſſore, Io. And. de Georg. in repet. feud. c.44. nu.2. & 19. vbi deciſiones tradit.

Conceſsione cognitionis cauſarum an veniant cauſæ criminales, concluditur, quòd non, ſecus ſi eſſet dictum, cognoſcas de cauſis, & negotijs, vt fuit diſcuſſum in S.C. Anna in ſing. 85. conceſſa.

Cõceſsiones rerum Eccleſię factę per Abbates Mo-

na-

naſterij,an inualidentur ex defectu tractatus conſenſus Capituli,& citationis eorum,quorum intereſt,nam Papa mandabat Commiſſario,vt ſe informaret, ſi ita eſſet repertum ;;fuit per S. C. concluſum,titulos conceſsionis eſſe validos,ob duo;Primò,ob antiquitatem côceſsionum.Secundò, licèt quod requirantur ſollemnitates in alienatione rerum Eccleſiarum,non habet locum,quando Papa alienationem ipſam fieri mandaret, ſeu diſponeret,prout proſequitur Capyc. dec.16. qui in citat Ann.in ſing.373.Papa,Reg.de Pont.conſ.1.n.119.Putęus dec.Rom.426.p.3.vol.1. Ricc. in collect.dec.collect.510. 46. & dec.13. Cur. Archiep. Neap.in magnis,p.1.Roder.de Ann.reddit.lib.2.q.19.n.34.

Conceſsiones rerum feudalium factæ per vaſallum fraudulentèr,hoc eſt pro viliſſima penſione, & in perpetuum,an ſint reuocâdæ tempore reintegrationis feudorum,fuerunt per Conſilium reuocatę, vt tradit Paris in cap. 1. qualitèr feud. olim poter. alien.in fin.verſ.nota hic tex.

Conceſsiones factæ ad certam partem fructuum ſine aſſenſu an valeât,& quid quando eſſet additû aliquid in pecunia;fuit deciſum per S. C.poſſeſſores eſſe abſoluendos,Franch.deciſ.561.Reg.de Pont. in tract.de pot.Prot.tit,3.§.4.n.3. *Bilatt.concl.feud.10.n.1.*

Côclutione facta in cauſa,ſalua productione ſcripturarum,ſi demum producatur ſcriptura priuata, abſq; tamen ſubſcriptione teſtium, & producens voluerit illam teſtibus comprobare,ipſos examinando,an debeat talis probatio admitti;fuit deciſum in S C.quòd ſic,admittendo talem probationem,& conceſſit breuem dilationem ad examinâdum ſuper comprobatione , non tamen reſciſſa conclusione,ſed iuſſum,ponatur extrà proceſſum pro veritatę inquirenda,& habeatur ea ratio,quę de iure habenda erit,Affl.in c.1. nu.44. ſi de feud. inueſt.inter Domin.& vaſall.Muſcat.in praxi S.C. lib.1.par.7.gloſ.præſentatas,n.14.

Concurrentia creditorum an procedat in debitis ex cauſa penſionis domorum,& rerum comeſtibilû; fuit deciſum,quòd non,Ann. in ſing.101 concurrentia,& hoc iu Coll. Conſ. in cauſa Thomæ Caraccioli cû Sturilio dello Baglillo anno 1557. Act. Amenuto,& in S. C. in cauſa Ciuit. Neap. ſeû Alfonſi Muſcatelli cû Carolo Valderio die 21. Iulij 1572.Roppullus Act.corâ Protege,& in M. C. V, in cauſa Mercurij de Alexandro die 2.Martij 83. Act.Mezateſta,Muſcat.in praxi S.C.lib.1.p.4.ver, petendo,n.21. Io.Paul.Galter, in praxi inſtrum.2. par.3.partis,nu,15.Paſcal.in tract. de vir.pat.pot. p.2.c.9.n.69.Reg.Rou.in prag.3.n,32.de ceſſ.bon. Ric.collect.dec.8.Maſtrill,de indultu c.46. nu,15. *Alex.Trentac.in.var.reſol.lib.3.tit. de ſolut.reſol.2, n.13.Nouar.in tract.de dat.inſol.ſect.3.q.8.in princ.*

Condemnari an poſſit quis ex indicijs indubitatis pęna ordinaria;fuit deciſum,quòd nô, ſed mitigabitur pœna,Franch.deciſ 372.Io.Franc.Capibl.in prag.6.n.44.de Baro.Battaglin.in addit.ad Cyn.l. & ſi ſeuerior , C, ex quib. cauſ. infam. irrog. Ric. collect.dec.133.& collect.1561. *Angel.Steph.de iure Fiſci.c.4.art.36.n.14 Reg.Sanfel.dec.47.n.4.*

Condemnatio per Iudicem an ſit facienda in minori ſumma, vel maiori ex depoſitionibus teſtium , quorum alij deponant de minori , cæteri verò de maiori,fuit concluſum , in quo in maiori ſumma ineſt minor , quòad quantitatem minorem benę omnes concordant,& propterea per S. C. fuerunt taxati fructus hæreditatis,attenta minori quantitate,Affl in dec.240.nu.4.5.& 6.Prop.Farinac.in tit.de oppoſit.contra dicta teſtium,q.64.n.241.& ſeq. Viu. in Sylua com n. opin.in opin.908. incip. teſtes ſingulares,n.2.nouiſſimè Gerard.Maynard, dec.Tholoſ.50.lio.4.

Condemnatio ob incertitudinem an ſit facienda per pretij æſtimationem ; fuit deciſum, quòd ſic, Affl. dec.23.& Vrtill.hic latè in addit.

Condemnatio in criminalibus an fieri poſsit per Iudicem alternatiuè,hoc eſt, vel ad exulandum, vel ad ſoluendum talem quantitatem pecuniarum, concludit Io.Berard.Muſcatel. in eius praxi crim. poſt rub.de vulner. læthal.vel non cicatric.aliſuè percuſſ.&c.in rub.de priuil.& pœnis prædict.nu. 25.poſſe Iudicem mediante ſententia pęnam corporalem in pecuniariam commutare, & erit ſatiſfactum iuſtitię,ſubdens,vidiſſe practicari,& audiuiſſe obſeruari in M. C. & ità ipſum decreuiſſe in multis cauſis,quòd fiat côdemnatio alternatiua , videlicet , vel ad exulandum per annos, ſeù menſes tot,vel ad talem pecuniarum quantitatem, ad electionem inquiſiti, tunc enim erit in electione ipſius,vtram eligere , an pœnam corporalem , vel pecuniariam,& vtraq; erit pœna principalitèr de per ſe,abſq; alia commutatione,&c.licèt hodiè ſit eidem M. C. V. id inhibitum per nouellam Pragmaticam ſub tit. de Offic. Magiſtr. Iuſtit.in prag. 45.in nouiſsimo volum.recollecta.

Sed quid ſi fuerit in ſententijs Principis reſeruata facultas,vel gratia faciendi,vel redimendi;côcludit Mutius Surgens in annot. ad opus eius fratris de Neap.illuſt.c.18.ſub n.12.fol.348. verſ. Ideòq; in ſententijs,ſibi eſſe improbatam talem reſeruationem,iuxtà opinionê Guliel.de Cun.in l.adiectos , C.de Epiſc.aud.& ſimilitèr Iudicibus inhibitum, l.apud acta,ff.de re iud.itidem,& Baronibus,aliſq; Regijs Officialibus,ex nouell.Prag. poſteà verò ſubdit ipſe,ad reorum copiam exhauriendam, cùm ego Fiſco patrocinarer, inſtiti, vt id faciendi facultas eſſet in M. C. V.& in ijs criminibus, quæ triennij pęna corripienda eſſent,obtinui.

Condemnatus ad exulandum ſi non alitèr petita dilatione ſolita ad colligendû ſarcinulas infra menſem fuerit captus,an contra ipsû incuſari debeat pœna obligationis;fuit deciſum,quod nô,Franch. dec.487. *Dianz.de pugna Doct.tit.de exul.et releg.c. 1.n.29.*

Condênatus ad intereſſe partis in criminalibus non habens in ære,ſi ad luitionem corporis ſe admitti petierit,reluctante creditore,an ſit admittendus ; fuit deciſum,quòd ſic,Franch.deciſ.358. Io.Bapt. Baiardus ad Clarum,§.fin.q.95.n.15.Io.Franc.Capibl.in pragm.6.n.53.de Baron. Muſcat. in pract. S.C.lib.2.par.3.gl.detinebatur,n.96.Sebaſt.Guazzin.in tract.de confiſc.bonor.in ampliat.68. concl, 24.f.57.& côcl.31.n.15.& ſeq.Peguet.dec.Cathal. 68.n.4. Petr.Caball.reſol.crim, cent.1.caſ.77.n.3.

Condemnatus ad amputationem manus ex delicto pœnam ipſam merente,ſi vnicam habuerit manû, an illa ei amputari debeat;in caſu occurrenti condênatus alia vice fuit eidem manus amputata ; & ſic fuit deciſum,q ſic,attęta delicti reiteratione,

Gram-

Gramm. deciſ. 94. de qua meminit Campagn. in Cap. Ad hoc, n.42. & idem Gramm. in Conſt. Eos, qui ſcientèr, in fin. n.22. licet hęc deciſio impugnetur a Iul. Clar. in § fin. q.69. n.5. tanquàm rigoroſa, optimè defenditur a Proſp. Farinac. in tit. de delict. & pœn. q.19. n.28. vbi aſſerit, idem Romę fuiſſe ſeruatū in facto, Menoch. de arb. iud. lib.2. cent. 5. caſ.449. n.7. Carrer. in pract. crim. tit. de ind. & tortur. in princ. verſ. in tex. ibi itemq; n.61. Caball. reſol. crim. cent.3. caſ.236. n.50. *Guazzin. ad defenſam, defenſ.33. c.5. n.3. in medio.*

Códemnatus ad reſtitutionem rei alienatæ ex defectu decreti Iudicis, & ad fructus ex ea perceptos, an poterit impēſas factas in meliorationibus habere, & fructus expenſarū ipſarum; fuit decium, dictum conuentum eſſe condemnandum ad rei reſtitutionem cum fructibus à tempore ceſſionis, compenſatis fructibus expenſarum factarum in reparatione rei pro rata, ac refectis expenſis meliorationum, Affl. dec.87. nu.5. Franch. dec.705. & dec.191. n.11. Peregrin. de fideic. art.49. nu.66. & 67. Viu. in Sylua commun. opin. in opin.622. poſſeſſor, nu.1. Menoch. de arb. iud. lib.2. cent.2. caſ. 171. nu.62. Gamm. dec. Luſit.230. vbi tradit, iuxtà dicta Affict. fuiſſe in dicto Senatu deciſum, condemnando reum ad reſtitutionem rei, à fructibus perceptis ex meliorationibus per eum factis liberando, & dec.364 Bertaz. tract. clauſul. clauſ. 10. gl.2. n.14. Marc. Ant. de Amat. dec.23. Anconit. Franc. Stephan. dec. Aquenſ.81. n.3. Ricc. collect. deciſ.1780. *Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent.98. n.18.*

Condemnatus per ſententiam, ex quo nil probauit, vel poſuerit, & paritèr in expenſis, ſi appellauerit, non proceditur in cauſa, niſi priùs reficiat expenſas, iuxtà formam Regiæ Pragmaticæ, ſed an procedat in S.C. in reuiſione ſententiæ latę per idem, fuit deciſum, quòd non, ex quo reclamatio non ſuſpendit iudicatum, ſicut appellatio, Afflict. deciſ.231. Carauit. titu 252. num.5. Muſcatell. in praxi S.C. lib.2. part.3. gloſ. proceditur, nu.53. Rota Bononiæ Benint. concluſ.78. Valaſ. deciſ. Luſit. conſult.51. n.28. Maſtrill. deciſ. Sicil.39. n.8. idem Muſcat. vbi ſupra gloſ. probaudum, n.13. Hieron. de Lauren. deciſ. Auenion.120. n.7. *Borrell. in ſumma deciſ. to.3. tit.13. n.258.*

Condemnatus ad reſtitutionem feudi ceſſi, ſeu inſolutum dati per primogenitum ſecundogenito pro vita, & militia, an poſſit aduerſus actorem vti retētione feudi ob debitum vitæ, & militiæ; fuit deciſum, quòd actor teneatur ad omnem vitam, & militiam, ex quo de tota loquebatur ſententia, Capyc. dec.11. Hector Felic. in alleg.43.

Condemnatus pro aliquo debito ad pœnam extraordinariam, non autem ordinariam delicti an teneatur ad damna, & intereſſe parti offenſæ, & ad omne, quod parti offenſæ quæri poteſt; fuit aliàs per S. R. C. in cauſa Aicanij Caraſæ cum D. Cæſare Caraſa iudicatum, quòd ſic, ex quo in prædictis non attenditur ſententia, ſed factum verum, Reg. de Pont. dec.24. n.27.

Condemnatus ad aliquam pœnam, putà exilij pro delicto intuitu officij commiſſo, nulla facta mentione priuationis officij in ſententia, an cenſeatur condemnatus ad priuationem officij; fuit in Collater. Conſil. deciſum, quòd non, ex rationibus traditis per Reg. Rou. in prag.3. à nu.17. cum ſeq. ſub tit. de milit.

Cōditio ſi ſit appoſita in teſtamēto à patre, vt ſi filius eius in 17. anno eſſet inmorigeratus, ſuccedere debeant Curatores relicti, ſi demum filius ipſe in anno 13. perduellionis crimen commiſerit, hoſtibus Regis inhærendo, ob quod bona fuerunt ad Fiſcum conuolata, & per Regem alteri conceſſa, an ſit verificata in caſu iſto talis conditio, vt comprehendatur in dicta diſpoſitione, propter quod Curatores ſuccederent, & non Regis conceſſionarius, concludi videtur contra Curatores, licèt inter eos tranſactione fuerit terminata iſta quæſtio, Affl. dec.141.

Conditio adiecta per hæredem legato ſimplicitèr facto per teſtatorē pro puellarū maritagio, vt certū quid eis daretur, ſi per hæredē fuerit in conſtitutione dotis relictæ vigore dicti legati dictū, quod puella ipſa ex legato dotali honeſtè vixerit, & ſi contrarium egiſſet, legati commodo priuaretur, & ſucceſsiuè ad reſtitutionem dotis teneretur, an iure ſubſiſtat; hæc quæſtio in Barolitana Curia contingit inter Reuerendum Capitulum S. Nicolai de Barolo donatarium cuiuſdam donantis eius bona, vt inter cætera ſingulis annis in matrimonium collocaret certas puellas pauperculas, ſorte eligandas, cum promiſsione dotis ducatorum octuaginta, & Portiam Bagatte vxorem quond. Antonij Ioannis Andreę de Trigniano in matrimonium collocatam per ipſum Capitulum, dotem prędictam ducatorum octuaginta aſsignans, vt honeſtè viueret, & in caſu contrario teneretur ad reſtitutionem dotis, cùm itaq; caſus factus eſſet ex cauſa allegatę reſtitutionis dotis, eadem Curia Barolitana vigore pacti prędicti condēnauit conuētam ad reſtitutionem dotis, & ſucceſsiuè ad relaxationem domus emptę ex pretio dotali, deducta indè appellatione ad M. C. V. ſub tutela mei conſobrini V. I. D. Franciſci Antonij Salinas, qui cum mecum de prædictis verba faceret, allegaui pro contraria opinione in fauorem d. mulieris Bal. in l.2. nu.4. ff. ſol. mat. quē ſequitur Angel. in tract. de teſtament. in cap. incip. item reliquit centum pro puellis maritandis, in fine fol. 280. dicentem, quòd in legato ſimplicitèr relicto pro maritanda puella paupere non poteſt apponi aliqua conditio, cùm poſteà puella nuptui traditur, ſed dos erit puellæ, & ſuorum hæredum, reiecta cōditione fortè appoſita per Exequutores teſtamenti, ad cujus opinionis corroborationem allegabam text. in l. rei iudicatæ, §.1. ff. ſol. matr. vbi caſus habetur, quòd hæres mariti poteſt obijcere compenſationē vxori ob res donatas, & amotas, non ob mores, vbi text. rationem aſsignans dixit, morum verò coerctionem non habet, vbi gloſ. in verbo, non habet, ſubdit hæc .ſ. hæres compenſationē, nam aut vir per hoc eam non reiecit, & non licet hæredi hoc excitare, vt arg. l. fin. C. de reuoc. donat. in fine, &c. vbi hęc formalia verba habentur; etenim ſi is, qui hoc paſſus eſt, tacuerit, ſilentiū eius manet ſemper, & nō à poſteritate eius ius ſuſcitari concedatur, vel aduerſus eū, qui ingratus eſſe dicitur, vel aduerſus eius ſucceſſores, per quę omnia concludi videbatur in fauorē mulieris, vndè pars aduerſa cernens, malā fouere cauſam, ceſſit liti, & contenta remanſit, vt domus exequuta reſti-

reſtitueretur,& ità pro conualidatione præmiſſorum interpoſitum fuit decretum per M. C. V. ad relationem Iudicis Citharę de hoc anno 1619.pęnès Lanzettam Actuarium M.C.V. at ſi per teſtatorem ipſa conditio adiecta fuiſſet,ſecus eſſet, vt per Borgn.Caual.in tract.de vſuſruct.mulier. relicto,n.70.Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Conditio adiecta in legato magnæ quantitatis, vt daret legatarius ipſe certam pecuniarum quantitatem alteri ſingulis mẽſibus,ità quòd nullum ius habeant creditores in dicta ſumma, ſi contingerit per eos prohiberi, nè ſolueretur ſublegatario; dictus legatarius ſic oneratus ſoluere teneatur infrà menſem,& tollere ſequeſtrũ,aliàs legatum pro non facto habeatur, & cedat in beneficium hęredis inſtituti,an facto cũ effectu ſequeſtro per creditores ſublegatarij,ſi per legatariũ ſit ſpõtè oblata ſolutio,& procuratum diſſequeſtrum,quod nõ aliter tolli poterat infra menſem, cẽſeatur impleta per eum, ità quòd poſſit cõmoditate legati priuari,vel factus ſit caſus priuationis legati ob non implementum infrà tempus à teſtatore præfixũ, articulus diſputatur per Molf.in conſ.36.quidam, ſed fuit deciſum in fauorem legatarij onerati, in cauſa Sororis Illuſtr. Card. Aquauiuæ cum Sacro Monte Pietatis de Neap. iunctis aulis, vt idemmet refert in addit. ad eius Comment. Conſuet. Neap.par.4.q.25.& 26.n.12.

Cõditionem in aſſenſu feudi alicui alienati, qui cauſam à priuato, & à Rege habet, an poſſit Rex ex interuallo apponere,ſicut quando Rex ſolus conceſſerit, concluditur, quòd non, & ità in Conſilio Regis apud Hiſpaniã ſuper Baronia de Hoſtulio in Sardinia obtinuiſſe fatetur Aff. in Conſt. Cùm conceſſionis,poſt n.5.verſ.& ideò cùm ille.

Conducens in affictum ab aliquo rem ſuam an ſibi præiudicet in dominio ipſius rei,in caſu occurrẽti dùm Vniuerſitas conduxerat in affictum Montaneã propriam à certo Monaſterio, fuit dictum, ꝙ ſibi attulerat præiudicium,& ſic fuit lata ſentẽtia,Vrſill.dec.164.n.7.in fi.Ric.collect.dec.1725.

Conductor ad certum tempus ſi impediatur per tertium abſq; culpa locatoris per aliquos annos vti re conducta,an poſſit elapſo tempore affictus habere retentionem contra locatorem pro totidem annis,pro quibus fuit impeditus vti frui re locata, quia cẽſentur anni diuerſi, fuit deciſum,quòd nõ, Franch.dec.451. Ioſeph Seſſe dec. Arag.176.n.5. Ric.collect.dec.1725. Maſtril.de mag.lib.1.c.21. n.90.*Fontan.dec.99.n.9.*

Conductor nauis an teneatur ad omnia damna, & intereſſe ad redemptionem hominum nautarum, ſi nauis capta fuerit à Turcis, & ad taleas ſolutas ab eis; quia contractus fuerat locationis, & conductionis ab initio voluntarius,& caſus ſucceſſus præuideri poterat à locante, propterea in contingenti caſu Ciuitas noſtra Neap. conductrix fuit in Regio Collaterali Conſilio abſoluta, Reg. de Pont.dec.17.*Ciuitas,Reg.Conſtant.in l.1. C. de re milit.lib.12.n.11.& 12.*

Conductor primus, ſeù antiquus an facta noua locatione nouo conductori opponere poſsit, relocationem eſſe factam per Dominum, eamq; per teſtes probare;fuit deciſum,quòd non,& ità contra talem conductorem antiquum, Franch.deciſ.278. Reg.Tap.in iure Regni,par.4.tit.de locat.domor. ſuper prag.1.de locato,&c.nu.3.& vide limitationẽ ad iſtam deciſ. infrà verbo recõductio,nouiſsimè *Battaglin.*ad *Cyn.*in l.ñe cui, *C.*locati, Maranoto 35.n.15.Paſcal.in tract.de vir.pat.pot. part. 4.c.6.nu.34. & iſta deciſio procedit,quando eſſet elapſum tempus primæ reconductionis, & vellet probare reconductionem, cæterùm ſi non eſſet elapſum tempus reconductionis, admitteretur,& ſic iudicatum in M.C.V. & confirmatum per S.C. ait Reg.Rou.in pragm.1.nu.12.cum ſeq. de locato,& in cauſa illorum de Mari idem per S. C. deciſum fuiſſe contra iſtam deciſionem refert Ric.in praxi Eccleſ.in deciſ.pręteriniſsis,dec.12.ſub n.3. Giurba dec.Sicil. 59.n.16. idem Ric.collect. dec. 1725.*Schult.obſeru.forenſ.29.*

Conductor primus an præferatur ſecundo conductori in re locata pro eodem pretio;fuit deciſum, quòd non,Franch.dec.406.Reg.de Pont. conſ.23. & latiſsimè Fab. de Ann.in conſ. 77. dùm conductor,vbi n.33.ponit,deciſum fuiſſe id pluriès,Borgn.Caualc.dec.Fmizan.27.n.36.par.3. Viſcont.in addit. ad Franch. in dec. prædicta, *Maſtrill.deciſ. Sicil.309.n.17.to.4.Caſtil.deciſ.Sicill.114.part.2.in fine,Gizzarell.dec.10.in princ.Reg.Sanfel.dec.109. n.4.Barbat.de diuiſ.fruct.par.1.c.8.n.22.*

Confeſsio trium latronum, & trium ſociorum criminis in Regno pro furto commiſſo ſufficit ad condemnationem ſocij, dummodò fuerit leuis,& infamata perſona,adhibitiſq; alijs qualitatibus in furto in nouella Pragmatica expreſſis .ſ.ſcaſſatione,& diſcalatione,& alijs,an his ceſſantibus Pragmatica ipſa locum vendicet in furto commiſſo, abſq; diſcalatione, & ſcaſſatione;fuit deciſum per S.C.quòd ſic,Franch.deciſ.570.Ric. collect. dec.282. *Reg.Sanfel. deciſ.37. Reg.Merlin. controu.forenſ.c.64.n.7.Taſſon.de antephat. verſ.8. obſeru.1.n.10.*

Confeſsio inquiſiti ſuperueniens perempta inſtãtia, an operetur in criminalibus,vt procedi poſsit, nõ obſtante peremptione inſtantiæ; fuit deciſum, quòd non,Franch.dec.653.& 654.*Palm.in diuerſ. iur.comm.et Regni,gl.5.Cap.Deteſtantes,n.4.*

Confeſsio facta cum aliquo, quòd ſit hæres, an ſibi præiudicet quòad alios;fuit per S.C.deciſum contra hæredem,qui ſic ſe aſſeruit,Franch.deciſ.694. Paſchal. in tract.de vir.patr.poteſt.part.4.cap.10. num.28.*idem nouiſſimè fuit indicatum in cauſa hæredum Seluagiæ Caſo cum Hæredibus Io. Antonij Caſo, referente Ioanne Baptiſta Meliore, penès Turinum, vt teneantur creditoribus paternis, ex quo negabant eſſe hæredes,ſed quia fecerant vti hæredes retrouenditionem creditori paterno,et pecuniam receperunt per Bancum, fuerunt condemnati vti hæredes.*

Confeſsio trium latronum quamuis ſufficiat ad cõdemnandum ſocium criminis pœna ordinaria an per intermediam torturam ſocij,ex qua debilitatur confeſsio tectè procedi poſsit ad condemnationem; fuit deciſum in S. C. quòd non, Franch. deciſ.577.*Guazzin.ad defenſam, defenſ.30. c.40.n. 1.in medio.*

Confeſsio in tortura ſola licèt non ſufficiat ad plenam probationem,niſi teſtes,ſeù delinquẽtes fuerint repetiti, citato illo, contra quẽ fuit facta cõfeſsio, ità vt ſi non repetantur, an ſit nullius roboris ob quod receptator ſit abſoluẽdus; fuit de-

ciſum, quòd ſic, & ità fuerunt abſoluti inquiſiti, Reg.Rou.in prag.1.n.11.de perſeq.malef. *Ric.collect.2976.p.7.*

Confeſsio facta per tortum,& ratificata,ſi fuerit per eum oppoſitum,fuiſſe tortum illatum abſq; ſufficientibus indicijs,an inualidetur,ità vt condemnari nequeat inquiſitus, quamuis in vno caſu dicat,certos fuiſſe liberatos Gramm.dec.34.ſub nu. 59.vt ſi eſſet ſenex, vt inquit Iul. Clar.in §.fi.q.69. n.21.tamen concludit ibi Gramm. ex voto eſſe in caſu, de quo agebatur, condemnandum inquiſitum ex delictis per eum commiſſis, prout ſic per M.C.V.& Regium Collaterale condemnatus fuit, vt patet ex dec.35.& ſeq.& Sigiſmund. Scacc. de iudic.cauſ.ciuil.& crimin.c.97.num.88.verſ.quartum, quòd extent, & Conſtant. Papa in tract. ad arbitrium M.C.V.c.4.n.121. Farinac.in eius praxi,rub.de Reo confeſſo,& conuicto,ſub q.83.c.1. nu.18.

Confeſsio extraiudicialis facta parte abſente de locatione facta, quamuis ſemiplenè probet, an vnica cum vno teſte de veritate faciat plenam probationem, ità vt conuentus opponendo quæſtionem dominij ex re ſibi locata,cogi poſsit ad reſtitutionem;fuit deciſum,conuentum eſſe condemnandum ad reſtitutionem rei locatæ, Affl.dec.12. Gabriel.in lib.1.concl.tit.de probat. concl.1.n.3. Borgn.Caualc.de tutor.& curat.n.165.& dec.13. Fuizan.par.2.n.78.Peguera dec.Cathal.162.n.2. Cagnol.l.neq; pignus,ff.de reg.iur.nu.19.Ducñ.in regul.120.de Pont.conſ.11.n.26.vol.2. *Galli.pp.in praxi S.C.par.2.c.21.n.7.*

Confeſsio iudicialis ſocij rei credendi, receptionem debiti à debitore concernens,an præiudicet conſocio rei credendi,tantò magis cùm ſolutio fuerit promiſſa per debitorem vni ex eis; fuit dictum, valere,& proindè debitorem eſſe liberandum,ſaluis iuribus conſocio contrà alium ſocium confitentem, Affl.dec.94.Bellon.conſ.75.n.6.

Confeſsio cedentis poſt ceſſionem an noceat ceſſionario; fuit concluſum, quòd cedens poſt ceſſionem ſi confitetur,quòd ſibi fuit ſatisfactum,antequàm cederet talis confeſſio,non nocet ceſsionario,quia non potuit ei præiudicare,Affl. dec.163. n.3.Baldaſſ.Benedel.de iure prothom.§.in primis, num.71.Bertazol in tract.clauſulat.in clauſul.29. gloſ.4.n.11.verſ.eſt & quartus,Battaglin.in addit. ad Cyn.l.in pecuniarijs, C.de procur. Hieronym. Marilian.deciſ.Ianuæ 21.nu.6.Ioſeph Seſſe deciſ. Arag.170 n.1.

Confeſsio facta per partem de debito ſoluto an valeat,ſi fuerit verificata per duos teſtes deponẽtes de tali confeſsione,parte præſente; fuit deciſum, quòd ſic,Affl.dec.105.Iul.Cęſar Imbrian.in tract. de repulſa,par.1.conſid.6.nu.11.Dueñ.regul.119. *Conſil.Theodor.alleg.78.n.12.*

Confeſsio fideiuſſoris an præſtanda ſit per debitorem ſuſpectum de fuga, in caſu prædicto in tranſactione per eum cum creditore facta,vt poſt eius mortem hæredes, & vxor ſoluerent certam ſummam;fuit deciſum,quòd ſic,Affl.dec.108. eum citat Ioſeph Ludo.dec.Peruſ.36.nu.12. Viuius dec. 403.n.16 & 463.nu.5.& 6.Alph.collect.23.idem. Ioſeph Ludouic. inter commun. opin. titul. de ſolut. concluſ. vnica, verſ. quartò limita, Mareſc. var.reſol.lib.2.c.119. *Alex.Trentacinq.var.reſol. lib.3.tit de ſolut.reſol.10.num.25.Fontanell.de pact. nupt clauſ.4 gl.9.par.5.n.32.*

Confeſsio procuratoris facta coràm Arbitro perempto compromiſſo an valeat; fuit deciſum, valere talem confeſsionem,Affl.dec.148.n.3.Ric.collect. dec.852.

Confeſsio procuratoris,nomine procuratorio facta; an nociua ſit ſibi, ſi alitèr de veritate conſtet;fuit deciſum,quod re integra non nocebit, ſecus,quando res non eſſet integra,Affl.dec.148.nu.4.*Ioſeph Ludou.deciſ.Lucenſ.5.n.4.*

Confeſsio facta enunciatiuè in aliquo inſtrumento, in quo aſſeritur, talem fundum eſſe Monaſterij, an præiudicet confitenti,& ex illa quæratur actio Monaſterio, fuit deciſum, quòd ſic, tantò magis cùm per alios teſtes fuerit verificatum de tali cõfeſsione pluriès extrà iudicium facta, Affl. deciſ. 164.Anto.Gabriel.lib.1. titul. de confeſſ.concluſ. 1.n.41.& ſeq.Maſcard.,de probat. concluſ.347.n. 22.& concluſ.545.n.10. Peguera deciſ. Cathalon. 139.Hieron.de Laurent.deciſ.Auen.67.nu.8. Rota Romana deciſ.229.par.2.Battaglin.ad Cyn. in l.vt inter diuinum, C. de Sacroſ.Eccleſ. Caroc.in ſuis dec.caſ.90.nu.4.Dueñ.in regul.119.nu.2.& 8. *Epiſc.Iſernienſ.in tract de Eccleſ.ſeù pract.ab.Eccleſ q.449.Fontanell.de pact.nupt.gloſ.4.n.15.Cancer.var.reſol.tom.1.c.11.n.29.*

Confeſsio ſi ſit facta incidentèr à vidua inquiſita de furto, adulterij cõmiſsi per eã,an eius vigore poſſit puniri ex adulterio,nulla tamen inſtantia præcedente;fuit deciſum, quòd dicta confeſsio, quæ incidentèr in inquiſitione ſuper furto facta fuerit, non poteſt fieri ex ea condemnatio nunc, & proindè fuit liberata ſub fideiuſsione de ſe præſentando totiès,quotiès pro crimine adulterij,& procedatur prout iuris fuerit,Affl. deciſ.176. quem citat Iul. Clar. in §. fin. quæſt.19. num.4. Franch. deciſ.140. & Baiard.ad Clar. in d.§. fin. quæſt.55. num.7. Sigiſmund. Scac.in tract.de iudic. cauſ.ciuil.& crimin.cap.75.num.3.verſ.ſi verò ſit probata,Maſcard. de probat.concluſ.1107.nu.5. & Carauit.ad Affl. in d. deciſ. aſſerit, idem fuiſſe iudicatum,Valaſ.deciſ.Luſit.65.in fine,Ricc.deciſ.52. part.1.in magnis,Marcell. Calà in tract. de modo artic.& proban. gloſ.4.num.27. Battand. in praxi crimin.reg.78.Mareſc. variar. reſol. lib.2. cap.89. *Borrell.in ſumma deciſ.tom.3.tit.6.num.174.Guazzin.ad defenſam,defenſ.32. cap.1. num.2. Ricc.collect.1565.Reg.Capyc. Galeota controuerſ.61.n.55. tom.2.*

Confeſsio filiæ renunciantis bona materna, & paterna coràm Arbitris an fidem faciat coràm Iudice;fuit deciſum,fidem facere coràm Iudice,vt extra iudicium,Affl.dec.178.n.9.& 10. Mareſc. var. reſol.lib.2.c.131.n.2.

Confeſsio minoris ſpontanea alicuius delicti facta in iudicio ſinè curatore,an valeat, fuit deciſum, quòd ſi minor confeſſus eſſet delictum ſine curatore,& poſteà dixiſſet ſe læſum ex illa confeſsione, & petijſſet reſtitui in integrũ,quòd talis confeſsio nihil ſibi nocet, Afflict. deciſ.208. quem citat Marc. Anton.Genuenſ.in praxi Curiæ Archiepiſcop.Neapol. cap.48. vbi ſubdit, in Curia Archiepiſcopali non interuenire curatorem, quando minor torqueretur, nec etiam quando examinatur,Reg. Tap.in Conſt.Minorum iura,num.32.

Sforz.

Sforz. Odd. in tract. de reſtit. in integr. quæſt. 65. art. 9. num. 37. Annib. Troy. tit. 201. Follet. in praxi crimin. rub. & ſi confitebuntur, n. 19. Riccius in collect. deciſ. 683. & 323. Dueñas in regul. 259. nu. 5.

Confeſsio defuncti erroneè facta an poſsit per hæredem reuocari; fuit deciſum, quòd ſic, tantò magis cùm hæres per ſcripturam publicam probauerat contrarium, Affl. dec. 233. eum allegat Surd. dec. Mantuæ 130. nu. 2. & Borgn. Caual. dec. Furz. 18. n. 9. *Ricc. collect. 2204. p. 6.*

Cõfeſsio facta per fratrem, altero fratre abſente circa conſequutionem certæ ſummæ debitæ ipſis ab aliquo ex bonis paternis, an probetur per teſtes, quãuis nõ cõteſtes, exiſtẽte ſcriptura capitulorũ, in quibus nulla fit mentio de confeſsione ſummæ receptæ, eam eſſe de bonis paternis, ità quòd talis confeſsio poterit conuentum condemnari facere ad reſtitutionem medietatis ſummæ prędictę; fuit deciſum, conuentum eſſe abſoluendum, nec obeſſe talem confeſsionem ſic probatam, Affl. deciſ. 375. vbi Vrſill. quamplura cumulat, Ant. Gabriel. lib. 1. tit. de confeſſ. n. 51. & ſeq. Marc. Anton. de Amatis deciſ. Anconit. 13. Vetall. deciſ. Rom. 206. par. 2.

Confeſsio principalis alicuius actus an infringat dicta teſtium contrarium deponentium, cõcluditur, quòd ſic, & in occurrenti caſu in Reg. Cam. dùm principalis Inquiſitus de ſubornatione depoſuiſſet, fideiuſsionem quandam fuiſſe domi captam, & teſtes contrariũ aſſerentes, fuiſſe in Regia Dohana captam, quia erat contrarietas principalis, & teſtium, & vnicus actus fideiuſsionis fuerat in proceſſu deductus, ſtãtibus aliquibus indicijs subornationis, fuit tortus, tãdèm quia in tortura perſiſterat, fuit abſolutus, Vrſill. dec. 364. n. 6.

Confeſsio abſente parte facta de æquitate canonica valet, & probat, & per hanc ſolam confeſsionẽ abſente parte factam probatur contractus ſimulatus, & in fraudem iuris congrui, prout in facto in M.C.V. obtinuiſſe fatetur Vrſill. dec. 364. n. 9.

Confeſſio facta in iudicio mediantibus articulis, ſeù poſitionibus, nulla habita ratione incompetentiæ iuriſdictionis, an valeat, ità vt opponi poſſit per actorem reiuendicantem feudum, ex titulo venditionis conceſſum per Regem contra conuentum poſſidentem ex titulo antiquiſsimo, fuiſſe iã titulum extinctum per notoriam rebellionem ſumptam ex articulis, & probationibus factis aliàs per conuentum de rebellione eius anteceſſoris patrui coràm incompetenti Iudice; fuit deciſum, quòd non valeat, vndè conuentus fuit abſolutus, Capyc. dec. 179.

Confeſsio verbalis ſi nõ eſſet redacta in ſcriptis, ſtatim poteſt reuocari, an procedat, quando pars cõfitetur aliquid in Rota S.C. nam teneretur obſeruare, vt fuit deciſum in occurrenti caſu, Ann. in ſing. 87. confeſsio, Ricc. collect. deciſ. 1031. *Alex. Trentacin. var. reſol. lib. 2. tit. de confeſ. reſol. 1. n. 82.*

Confeſsio extorta abſq; legitimis indicijs metu tormentorum pluriès in tortura interrogatus de homicidio commiſſo, per quem nominatur mandatarius, an noceat mandãti, & ſi conſtiterit de aliquali inimicitia inter mandãtem, & occiſum, quãuis inter committentes homicidium ineſſet alius inimicus capitalis, fuerunt nominati relaxati ſub fideiuſſoribus, poſtmodùm liberati ſub cautione in forma per M.C.V. Grammat. in voto 6. Summi Opificis, Boer. dec. 163. n. 8. *Ricc. collect. 2263. p. 6.*

Confeſsio focij ſola an faciat indicium ad torturam contra conſociũ, & maximè in crimine læſæ Maieſtatis; cõcluditur, quòd licèt faciat indicium ad torturam, hoc verum eſt, ſi cũ dicto ſocij ſit alia præſumptio, vel aliud indiciũ, aliàs ſola depoſitio ſocij non ſufficeret ad torturã, & ità vidiſſe iudicatum, & practicatum teſtatur Affl. in c. 1. §. Et bona committentium, ſub n. 15. quæ ſint regal. feud.

Confeſsio delicti an iudicetur ex pacis tranſactione, ſeù compoſitione delicti facta per tertium nõ habentem mandatum ad faciendum pacem; fuit deciſum, quòd non in M.C.V. Gramm. in voto 30. ſeù 40. quem citat Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 21. nu. 26. & ſequitur Proſp. Farinac. in tit. de inquiſit. quæſt. 5. nu. 24.

Confeſsio ſola ſocij an faciat ſufficiens indicium contra ſocium ad torturam in criminibus, in quibus licita eſt interrogatio de ſocijs, concluditur, quòd non, niſi alia præſumptio cõcurrat, vel aliud indicium, & ita vidiſſe iudicari, & practicari per Sapientes Regni, teſtatur Affl. in Conſt. Si damna clandeſtina, not. 9. q. 4. eum citat Foller. in praxi crim. rub. Et ſi confitebuntur, ſub n. 102. & in prag. 1. de ſodom. n. 57.

Confeſsio patris per inſtrumentum publicum facta, in quo declarauit, eius familiam nunquàm in aliquo ex quinq; Sedilibus gauiſam fuiſſe, an noceat filijs eius; fuit deciſum in S.C. non nocuiſſe filijs confeſsionem patris publico instrumento vallatam, Fab. de Ann. in conſ. 17. licèt ad excludendã, n. 22. & conſ. 80. nu. 11. & pro filijs fuit Aduocatus Franc. de Amicis, qui idem refert in c. 1. de his, qui feud. dar poſſ. §. Et veniendo ad primam, ſub nu. 8. f. 156. Ric. collect. dec. 733. Reg. Valenzuela conſ. 90. n. 106.

Confeſsio patris facta in beneficium generi de dote recepta, ſoluto tamen matrimonio, an obſtet filiæ ipſius pro recuperatione dotis, non obſtante tranſactione habita inter patrẽ, & generum, accedente quoq; abſolutione a iuramẽto, fuerat enim facta confeſsio de dote recepta per Camillum de Nigris in beneficium illorum dell' Oria Ciuitatis Ruborum, & interpoſita tranſactione inter dictũ Camillũ, & Bartholomęũ dell' Oria maritũ Lauræ de Nigris, vti eius procuratorẽ, attenta inſuper læſione tranſactionis ſuper recuperatione dotiũ intentatam per ipſam Lauram prępia abſolutione à iuramẽto, infraſcripta fuerũt allegata, & primò, Et ſi pater in bonis aduentitijs legitimam perſonã gerat, vt ſolidum, ac perfectum dominiũ in bonis ipſis videatur tranſlatum, l. 1. C. de bon. matr. in princ. hoc eſt circa vſumfructum ipſorum, adhùc illa ei alienare permiſſum eſt liberè, abſq; tamen Iudicis decreto, legitima tamẽ, ac iuſta cauſa exiſtẽte, cuius quidèm opinionis auriga fuit Azo in rub. C. de bonis, quę lib. eãq; ſequuti ſunt Bal. Paul. Caſt. Alex. in l. præſes, C. de tranſact. Bal. in l. de re ff. eo. à qua opinione nec in iudicando, nec in conſulendo recedendum eſſe, teſtatur Iaſ. ibi col. 2. eamq; ſequitur Bal. in l. fin. §. ſin autem, C. de bon. quæ lib. & ibi Paul. Fulg. & Corn. Tiraq. latè in l. ſi vnquã, in princ. nu. 28. C. de reuoc. donat, latiſsimè poſt alios Pinell. in d. l. 1. part. 3. nu. 71. C. de bon.

Contractus venditionis trigintatrium tumulorum frumenti annuorum æſtimatorum pro ducatis decem, ſicut valebat ſuper bonis vēditoris pro pretio ducatorum centum,ſi tempore ſolutionis pretium excederet ſummam ducatorum decem,contra formam Regiæ Pragmaticæ, an validus ſit,ità vt propter incertitudinem videbatur dicendum, quòd valuerat,ſicut iudicauit M.C.V,tamen quia cōtractus iſte non continebat vniforme commodum,& incommodum, cùm pretium frumēti valdè poterat augeri,non autem minui,quia diminutiò modica fuiſſet,fuit tandèm per S.C.decretum, declarando licuiſſe venditori ſolutis ducatis cētū ab illa vēditione recedere,Camil.Salern.in addit.

ad

ad proęm.Caroli Cõſuet.Neap.incip.pro concluſione,col.4.lit.B. verſ.vndè alias fuit dubium f.27.

Contractus venditionis ſtabilium ſine arra, vel rei traditione,non valet,etiam quòd interuenerit ſtipulatio,iuxta Conſuetud.Neap.Venditionis contractus,an etiam militet data fide; fuit deciſum, Conſuetudinem ipſam locum non habere data fide, Apoſtilla ad dictam Conſuet.incip.ad materiam iſtius, fol.386.

Cótractus nullus an reddatur ex eo,quòd onus collectarum ſpectet ad emptorem,& in eo fuiſſet pactum adiectum, quòd onus prædictum ſpectet ad venditorem, in quo fuerant venditi annui introitus ad rationem decem pro centenario;fuit iudicatum,contractum eſſe nullum, Camill.de Curt. in diuerſ. iur.feud. in verſ.tecundo igitur,fol.24. num.7.

Contractus emptionis alicuius feudi cum iuriſdictione ſecundarum cauſarum an debeat reſcindi prætextu euictionis dictæ iuriſdictionis ſecundarum cauſarum, vel debeat dari actio ex empto quanti minoris, concluditur, quòd euicta quota parte feudi committatur ſtipulatio, non ſic particulari re euicta, quia tunc agitur ex empto ad intereſſe, cùmque euictio prædicta dicebatur de quota parte feudi, itá demùm fuit iudicatum in S.C. referente D.de Franch. vt refert Franc.de Amic. in c.t.de his, qui feud. dar. poſſ. §.pro hac concluſione, verſ.prodeſt iſte,fol.51.

Cótractus rerum conſiſtentium in pondere,&c.quæ certa die debebantur conſignari,& non alitèr fuerunt conſignatæ, an diſſoluatur, vt ab eo diſcedi poſſit; fuit deciſum,quòd non, Carau.in addit.ad Affl.dec.280.eſt opinio.

Contractus,in quo venditur annuus redditus pecuniarius certus,& ad certum tempus,an cenſeatur factus in fraudem vſurarum, & fructus indè percepti ſint excomputandi in ſortem principalem, concluditur, eſſe reſcindendum, ſtante abſolutione obtenta per debitricem, tanquàm factum in fraudem vſurarum, & cõtinentem enormiſſimam læſionem,& itá fuit deciſum in Audientia Bari,& confirmatum per Sacr. Conſil. Franc. Viuius deciſ.84.

Contractus factus per carceratum non valet, cùm metu carceris fieri videatur, l.qui in carcerem, ff. quod met. cauſ. idem procedit in carcerato per palatium, dummodò contractus fieret cum ipſo carcerante,vel eius participe,vel iniuſtè,ſeù indebitè carceretur, niſi contractus tenderet in eius vtilitatem, vel fierent contractus cum captiuis in bello,quia tunc valerent,& itá in contingenti caſu fuiſſe deciſum in S.C. ad relationem Magn. Cur.Vic.fatetur Io.Iacobus Maſullus in addit.ad Capyc.deciſ.154.n.6. & de hac materia videndus eſt Farinac.in tit.de carcer. & carcerat.q.35.à nu. 32.cum ſeq.

Contractus vſurarius liquidari nequit, intelligitur data vera vſuraria prauitate, vel de bonis datis ad partem, data enormi læſione, ſecundùm Reg. Pragm. de contract. ſed quando fieret talis contractus, & daretur pecunia, & merces priùs appretiata per Expertos electos inter partes, quia tunc ceſſat læſio, & dolus, poſſet liquidari, & ſic fuit in contingenti caſu iudicatum in Sacr. Conſ. ad relationem M. C. V. vt refert Io.Iacobus Maſullus in addit. ad Capyc.deciſ.175.num.5.& 6.

Contractus geſtus cum immediatè ſucceſſuro ſuper feudo an valeat abſquè Regio aſſenſu; fuit deciſum,valere quemcunque contractum cum immediatè ſucceſſuro,abſquè alio aſſenſu,Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg. tit.8.§.1.n.24. in fin. & hoc fuit in Collaterali Conſilio deciſum in cauſa Ducis Boiani, & iterùm in cauſa Marchionis S.Lucidi cum Placido de Sangro.

Cotractus cenſualis cum pacto reſciſſorio ob defectum non ſolutionis tertiarum an reſcindi poſſit, attento tali pacto, non eſt dubium, quin poſſit reſcindi, dùm tamen debitor per duas, aut tres tertias non ſolueret, & ita quotidiè practicatur in Sacr. Conſil. verùmtamen ſi talis contractus eſſet vitalitius,hoc eſt ad vitam alicuius ex cõtrahentibus, & communitèr ad maiorem quantitatẽ conficiuntur,quia hodie non excedunt iſti contractus ſummam ducatorum quatuordecim pro centenario,etiam exiſtente tali pacto non reſcinduntur, & itá pluriès iudicatum nouiſſimis temporibus, licèt aliàs contrarium, quamuis non fuerit iunctis Aulis determinatum,refert Reg. Tapia in 4.p. iuris Regni,Rubr.de cenſ.in 1. pragm. incip. Alphonſus, n.2.3.& 4.

Cõtractus cenſualis an reſcindi poſſit alienato corpore, ſuper quo cenſus debetur,vigore pacti reſciſſorij, non eſt dubium, quin reſcindi poſſit, & itá in dies practicatur, tàm in M. C. V. quàm in S.C.vt tradit Reg.Tapia in 4.p. iuris Regni ſuper 2.pragm.de cenſib.n.113.ſed an iſtud procedat in contractibus vitalitijs, poſt allegationes vtriuſq; partis ibidem adductas ſub nu.124.& ſeq. refert, fuiſſe in S.C. iudicatum, nullo modo contractum reſcindi poſſe,nec inſtrumenta liquidari, niſi pro conſequutione tertiarum tantùm, & ſubdit, poſt deciſionem cauſæ prædictæ vidiſſe ſententiam S.C. per quam contractus vitalitius fuit reſciſſus, & condemnatus debitor cenſus ad ſortis principalis reſtitutionem, ex quo non ſoluerat cenſus decurſos, ſeù tertias, licèt in caſu tradito per Tapiam,vt ipſemet ibidem n.126.fatetur,alitèr in facto demõſtrabatur, quoniam in contractu aderat pactum, quòd in caſu, quo annui redditus, ſuper quibus erat conſtitutus cenſus, redimerentur, & pecunia illa conuerteretur in reemptionẽ hypothecata, quarè conuentus fuit, condemnatus ad ſoluendum centum creditori vita eius durante, vt facilius in futurum fieri potuiſſet aſſignati fuere tot annui redditus ex bonis ipſius vſq; ad ſummam cenſuum venditorum tempore contractus. vide infrà eo.vet.Inſtrumentum,vbi aliæ adducũtur deciſiones,quę declarantur per iſtã deciſionẽ.

Contractus fœneratitius, ſiuè vſuratius an iudicari debeat, ſi fuerit pecunia ad certum cambium cõuentum data ſoluenda infra certum tempus conuentum, & non alitèr facta ſolutione prædicta, pactoquè adiecto,licere creditori accipere pecuniam ad cambium, & recambium, cum omnibus damnis,& intereſſe debitoris,& quòd ſtetur iuramento creditoris quòad cambia recepta vltrà intereſſe expenſarum ratione laboris; fuit bis in S.R.C. contractus habitus pro vero, & reali, & proindè cõdẽnatus debitor ad ſoluendũ intereſſe cambiorum, ſecundùm declarationem cum iuramẽto factam per creditorem, & paritèr fuit habi-

tum

tum pro vero, poſſe vltrà valorem exigi, quod ratione laboris, & expēſarum taxatum erat, cùm id non reſpiciat intereſſe pecuniæ, ſed aliam rem, vt tradit Reg. Tapia in 4. par. iuris Regni, Rubr. de cambijs, nu. 15. & ſeq. *Anton. de Amat. var. reſol. to. 1. reſol. 27. n. 25. D. Conſil. Carleual de iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 7. nu. 168.*

Contractus vſurarius an præſumatur, ſi contineret debitum ex mutuo, & ex venditione alicuius rei, & conſtaret in facto, quòd confeſſio eiuſdem rei fuerit facta ſub ſpe futuræ conſignationis, item quòd creditor non erat alitèr mutuaturus, concluditur, quòd ſic, licèt non fuerit deciſum, Capy. dec. 49. latiùs Petr. Caball. reſol. crim. cent. 2. caſu 188. ſub n. 7.

Contractus an ſit totus vſurarius declarandus prætextu tandæ anticipatæ ſolutæ in caſu nō permiſſo, ſi in eo pactum adiectum ſit, per quod vēditor cenſus ſubeat alia onera, quibus oneribus computatis cenſus ipſi tranſcenderent quantitatem promiſſam, ob quod talis pactio redderetur vſuraria, fuit deciſum, quòd pactio dùmtaxat, cùm ſit quid ſeparabile, vſuraria iudicetur, & non contractus, Reg. Rouit in pragm. 1. de cenſ. nu. 8. & 9. & nu. 14. in nouis. *Et iterùm deciſum in cauſa Cæſaris Riuera cum illis de Antonellis die 10. Decembris 1600. in Banca Martini.*

Contractus factus per creditorem ſuper emptione rei ſtabilis ſub annuo reditu ad vitam ipſius an reſcindi debeat prætextu, quòd tertius poſſeſſor bonorū hypothecatorū habebat poteſtatē redimēdi, ob quod venditio reſoluebatur, fuit iudicatum per S.C. pro validitate cōtractus, & condemnatus debitor ad ſolutionem tertiarum in præteritum, & in futurum, Reg. de Ponte conſ. 41. cauſa hæc, vol. 2. & ſic pro obſeruantia dicti decreti debitor obligauit dicta bona tali oneri cēſus annui. *Sequitur Molfeſ. in 2. tom. ſuæ ſummæ, tract. 2. p. 2. de contract. c. 6. n. 102. Nouar. dec. 101. n. 2.*

Contractus continens debitum alia ex cauſa, quàm ex vera, an dicatur ſimulatus, vtputà ſi fuerit facta emptio cenſus annui, & deindè verificatum per teſtes in inſtrumento interueniētes in iudicio criminali, ꝙ pecunia fuerit reſtituta illicò poſt contractum viro domino pecuniæ, Item attenta ceſſione facta per creditorem ſtipulantem in beneficium dictæ mulieris dominæ pecuniæ, pecuniam ipſam eidem competere, fuit deciſum contra dictam mulierem, quamuis reuocatio indè decreti petita fuerit, Reg. de Ponte cōſ. 32. in cauſa, vol. 2.

Cōtractus vitalitius an reſcindi poſſit criminalitèr, aut ciuilitèr, iuxtà Ritum M.C.V. ſtante pacto reſciſſorio in inſtrumento adiecto, quòd deficiente debitore per duas tertias, vel vltrà à ſolutione cōtinuata, teneatur reſtituere ſortem cum tertijs; fuit iudicatum in S.C. in cauſa Illuſtriſſimi Cardinalis Sauli cum D. Antonio Caracciolo iunctis Aulis, non eſſe locum petitæ reſciſſioni, ex quo ſors eſt irrepetibilis in his contractibus, ſed teneri D. Antonium ad aſſignandum Cardinali aliud corpus, ex quo durante vita percipiat introitus venditos, & ad tertias præteritas vnà cum intereſſe die 24. Decembris 1607. Reg. Rou. in prag. 2. n. 4. & ſeq. de cēſ. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 2. c. 3. n. 2.*

Contractus dationis in ſolutū rei feudalis, vel ſimilis an corruat, ſi poſt impetrationē aſſenſus p verbū, fiat, lapſoq; biennio ad expediendū priuilegiū in forma Cācellariæ ſucceſſerit mors vnius ex cōtrahētibus, fuit habitū pro vero in S.C. ꝙ dominium nō fuerit trāſlatum in creditricem iam mortuam, ſed remanſiſſe creditricem in pecunia, & proindè iudicauit S. C. declarando hæredem creditricis pro concurrenti ſumma eius crediti, & ei licere eā conſequi, ac eſſe ſatisfaciendum ſuper feudis iam obligatis, vnà cū intereſſe, &c. in cauſa Ducis Cerſæ maioris cum Mario Caraſa die 23. Nouembris 1602. referēte Regio Conſ. de Ponte, Reg. Rouit. in pragm. 1. de fide memorial. ſub nu. 12. ad finem.

Contractus emptionis annuorum introituum ſuper certo corpore an reſcindi poſſit prætextu alienationis corporis alienati, & ſucceſſiuè aſſiſtentiam præſtari ſuper eo, vt optimo iure talis reſciſſio procedat, non ſolùm ob tertias non ſolutas ſolui promiſſas cum iuramēto ſingulis annis, & per annos quinque ſolutæ non fuerunt, quo caſu ex regula illa, quòd ſi nō ſeruatur pactum, reſcinditur quicquid eſt actum, inquit Bal. in l. cùm te, C. de pactis inter empt. & vend. quem ſequitur Affl. deciſ. 335. nu. 16. tùm etiam, quia corpus introituum hodiè non extat penès venditorem, & eius ſucceſſorem, ſed penès tertium poſſeſſorem, & nihilominùs venditor promiſit annuos introitus duc. 50. venditos, & poſſeſsionem, ac perceptionem illorum ſuper iuribus focvlariorum præcipuos, & de primis exigendis in iudicio, & extrà defendere cum integro ſtatu, ſed dū alienauerat totos hos introitus, quomodò de primis fructibus ſoluere potuerat, certè nullo modo, & pindè mutauit cauſā poſſeſsionis, & mutauit debitorē inuito creditore, & de iure creditor non cogitur mutare ſuū debitorem, per tex. in l. ſi mandato meo, verſ. idem ſi negotia mea, ff. mand. prout expreſsè firmat Præſ. de Franch. dec. 202. n. 2. & latè dec. 615. n. 5. in fine, Hippol. Marſil. in Rub. de fideiuſſor. in 30. quæſt. nu. 250. Præterea ille, qui contractum ex ſui parte iuratum non ſeruat, cadit ab omni commodo ipſius, & acceptum pretium reſtituit, aliaſq; luit pœnas, vt per Doct. in l. ſi quis maior, C. de tranſact. optimè tradit Roland. conſ. 31. vol. 2. indè infert Caccialup. in tract. de tranſact. in quæſt. 15. quòd ſi quis promiſit ſoluere centum in decem terminis, ſi in primo, vel ſecundo termino ſoluere ceſſauerit, tunc tanquàm non implens promiſſa, ad integra centum conueniri poteſt, ſequitur Brunus in conſ. 46. quem refert Bolognett. in d. l. ſi quis maior, n. 33. vndè tàm ob defectum ſolutionis tertiarum, quàm ob alienationem corporis, & mutationem debitoris contractus iuſtè reſcinditur, & pretiū reſtitui debet, & hoc euenit ab intellectu, & diſpoſitione iuris, vt colligitur ex tex. l. quotiès, verſ. erit ſanè; & ibi Iaſ. n. 48. C. de rei vend. & licèt nunc in iſtis caſibus pactum reſciſſorium apponi ſoleat, ideſt pro maiori cautela, & expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt, vltrà quòd venditor, qui eandem rem duobus vendidit, & pignorauit, criminalitèr etiam teneretur pœna ſtellionatus, vt in l. ſi quis in pignore, §. fin. ff. de pignor. act. & toto tit. C. de crim. ſtellion. vndè fas eſt, aſsiſtentiam petitam præſtari pro tertijs, & damnis ſuper bonis in iudicio deductis, iàm quòd requiſita aſsiſtentiæ ſunt benè per ſcripturas verificata, & tandèm facta relatione de prædictis in S. R. C. per

Digitized by Google

Reg.Conſil.Gaſparem Palatium fuit deciſum in fauorem Petri de Tranſo contra Ioſeph.Mattuccium & alios litis conſortes,reſciſſo cõtractu fuiſſe præſtitam aſsiſtentiam ſuper corpore iam alieparo, iuxtà petita, patrocinante illo expertiſsimo legũ Doctore Fabio de Falco meo conſanguineo, à quo hęc habui.Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Contractus vſurarius adiudicari debeat,ſi animalia vendita eſſent, vel locata ad rationem quinque carolenorum pro quolibet menſe, in quibus ſpeciale pactum interat appoſitum,quod periculum mortis naturalis animalium ſpectaret ad venditorem,ſeù locatorem,& ſucceſsiuè talis venditor puniri debeat pro vſura,ad eius fauorem dicebātur plura, cum ſimiles contractus permiſsi eſſe cernantur de iure, ad tex.in l.qui fundum, ff.de contrah.empt.& de iure canonico,& diuino comprobat Bartho .Cepoll.in tract.de ſimul.cõt. in 2. caſu principali,idem affirmat Alber.in l.2. C.de pact.inter empt.& vend. gloſ.in c,conqueſtus,de vſur. vbi reſpondent ad tex.in c,ad noſtram, de empt.& vend.indè indubitata concluſio verificatur, contractum emptionis iunctum cum cõtractu locationis, ac pacto de retrouendendo omni iure permiſſum eſſe,ſepoſita tamen fraude,ac læſione, quę extrinſecùs ſunt legitimè probanda,cõſiſtunt enim in facto,quæ non præſumuntur, ex reg. tex, in l.in bello, §.factæ, ff.de capt.& poſtlim. reuerſ, arg.l.ſi meritò, ff.pro ſoc.at in caſu noſtro non aliter fama pbata fuit,& teſtes examinati ſunt principales,qui non deponunt formalitèr, dixit Bal.in §.dictātibus, C.de teſt.& alij teſtes repulſati,poſtquàm enim ceſſat fraus,ſi aliqua læſio adeſſet,quę conſideratur reſpectu fructuum , qui ex re locata percipiuntur,vt idẽ Veron.in d,loco 3.præſumpr, principali aduertit,ſed habita ratione ad fructus, qui percipiũtur ex animalibus læditur potiùs locator,quàm conductor,ſi enim dietim locarētur, ad minus ad rationem vnius caroleni locarentur , & ità pro quolibet menſe penſio eſſet carolenorum 30.ſint ſaltim 15.demptis ſumptibus pro victu ipsius,ſi quindecim haberētur quinque, dicatur,in quo læſio? non video,nõ mirum ſi pro duc, ſex, quibus emitur animal pro eius locatione ſoluantur caroleni quinq; vel ſex , quod non eſſet, ſi ad rationem tot pro centenario darētur, maxima quippè differentia per DD.cõſtituitur,dũ aliquis redituum habet ad rationem tot pro centenario, vel dũ habet ex ſimilibus animaliũ locationibus , primo caſu reditus eſt certus, tutus,& vniformis, & in hoc non adeſt periculum, eapropter non poteſt excedere metam à Bulla taxatam , releuatur ergò creditor in hoc,quia reditum certum,& vniforme habet, grauatur in alio, ex quo Bullam excedere nequit, ſecũdo verò caſu qui locat animalia,reditũ perpetuum,& vniforme non habet,fructus iſti non ſunt ſemper, nam ſi animalia talitèr locata moriũtur,fructus iſti non percipiũtur,cùm igitur in hoc grauetur , quia ſtatim tali reditu per caſum forſan contingentẽ,priuari poteſt,iuſtũ eſt, vt in alio releuetur,ex reg,l.eum,qui,ff.de iureiur. facit ad hoc,quod dixit Card. in c.ſalubritèr , extrà de iureiur, refert etiam Capy.dec.65.n.11.ſed dato, & non conceſſo, quòd talis contractus eſſet vſurarius , ꝙ ex mente Theologorum nõ damnatur,adhùc inquiſitus puniri nõ poſſet,cum in hac Ciuitate paſſim fieri videãtur tales cõtractus,ſicuti nonnulli Notarij teſtãtur,& profectò conſuetudo taliter cõtrahendi , ſi q; ex mente Doct.aſſeritur, quòd gerens actu cõtra legẽ prætextu prauæ conſuetudinis,dũ tamẽ ipſius conſuetudinis prauitas non ſit declarata,puniri nequaquã poteſt,tãquàm legis trãſgreſſor, Abb.in c.venerabilis,n.5.de conſuet,vbi Anchar. optimè,portò quælibet cauſa,ẽt iniuſta excuſat à dolo,& a pęna,l.igitur,veri,& generalitèr, ff.de lib.cauſ.& in proprijs terminis, ꝙ vſurarius non poſſit pro vſura puniri,ſtante fęnerandi cõſuetudine, Alex.conſ.107.vol.2.Dec.cõſ. 9.col.fin.Iaſ,quamplurima cõgerit in l.de quibus, n.8.ff.de leg. ſubſequitur ex iſtis,quòd cùm vſura in cõtractibus illis non adſit, & quãdo adeſſet,ob cõſuetudinẽ,& paruitatẽ nõ deberet puniri,& ſic per diffinitiuã ſententiã M.C.V. fuit liberatus Io. Vincẽtius de Auguſtino inqſitus de prędictis,ſuffragãte patrocinio egregij viri quondam Fabij de Falco mei conſanguinei , ex cuius allegationibus hæc notaui. Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Contractus an reſolui poſſit prętextu fideicommiſſi appoſiti in re vendita per venditorem iam expirati,ità vt emptor non teneatur eius occaſione ad ſolutionem partis pretij promiſſam,ſed potiùs ad rei reſtitutionẽ,caſus erat talis,Matthæus de Falco auus meus maternus donauerat quãdã maſſariã,ſitã à Põticello Petro Paulo de Falco eius filio contẽplatione matrimonij, cũ onere fideicõmiſſi, vt non potuiſſet vendi,neç quouis modo alienari, mortuo dicto eius filio ſuperſtite patre prædicto poſt aliquos annos d. maſſariã vẽdidit illis de Pãdolpho,qui promiſerunt certam partẽ pretij dictę maſſariæ antè omnia in duabus vicibus exoluere ſoluta prima pagha medietatis quãtitatis pmiſſę renuerunt aliã ſoluere,prętextu dicti fideicõmiſſi appoſiti,addẽdo etiã, vẽditorẽ ipsũ hodiè donaſſe,& eas vendidiſſe, quod non erat abſq; ſcrupulo ſimulationis contractus, ſed inſtante ipſo vẽditore ad reliquæ partis quãtitatis ſolutionem dicebatur,omninò eos cogẽdos eſſe ad ſolutionẽ prædictam, non obſtantibus allegatis,& dato, & non conceſſo, quòd fideicommiſſum fuiſſet appoſitum in dicto contractu donationis , adhùc expiratum erat,donatario in vita donãtis decedẽte ſine filijs, quẽadmodũ in fideicõmiſſario decedente in vita teſtatoris concludit Peregr.in tract.de fideicommiſſ.art.22.n.2. & ſicuti refutãs ſuccedit refutatario decedente abſq; deſcẽdentibus in feudo refutato, Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit. de refutat,feud.in princ,n.13,& in ſpecie de patre refutante loquitur Anna in repet.Rubr.de vaſall. decrep.etat.n.350.cũ ſeq.ità fortitèr in donatione facta à patre filio decedente in vita patris, l.quod ſcitis, C.de bonis,quæ lib.ſequitur Anna loco cit. n,362.quò fit,vt dũ pater donãs cum onere ſuccedat filio,res illa ad ipſum reuerſa fuit nõ alitèr cũ onere fideicõmiſsi,ſed liberè,cùm res de facili reuertatur ad ſuã ꝓpriã naturã, Affl.dec.282.n.10.& quia in dubio res quælibet libera præſumitur, Anna in alleg.6.nu.2.quis in hoc aduerſari videatur doctrina Bar.in auth.res, quæ, n.8.C.cõmunia de leg. vt iſto caſu reuerſionis rei recuperatæ in priſtinã fideicõmiſsi cauſã reſtitutã cẽſeri videatur , attamẽ id procedere dixit Pereg. in d.tract.ar.42. nu,20. quotiès pater eſſet grauatus dotare filiam

cum

cum tali onere fideicommiſſi, & vt eius opinio rectè procedat, ſubnectit ex mente aliorum Doct. per eum citatorum, non tamen ſufficere, reliquias matrimonij non extare, quia filia eſſet patri præmortua ſine liberis, ſed in caſu noſtro pater ipſe donator grauauerat, & cũ rei ſuæ moderator fuerit, & arbiter, l. in re mandata, ff. mand. per reuerſionem rei in ſui poſſe legem aliàs ſuper re factam tollere nullo iure prohibetur, qui enim legẽ facit, eã deſtruere poteſt, ſic & deſtruere eius eſt, cuius eſt condere, vulgatis iuribus, non mirum igitur ſi pater iſte rem ſibi deuolutã alienare poterat, ſed dubium verſabatur ex motiuo partis figurantis, maſſariam ipſam die præcedenti donatam, & ſequẽti die venditã, & vltrà quòd de prædictis nulla probatio apparebat, veritas tamẽ rei alitèr ſe habebat, poſtquã poſt tot menſes, & annos donationis fuerit vendita: quinimmò facta relatione de prædictis in S.C. referẽte Regio tũc Cõſ. Nicolao Ant. Gizzarello fuit per S.R.C. condemnatus emptor ad ſolutionem reſidui pretij promiſſi, ſaluis iuribus in diſcuſſione fideicõmiſſi, & ſic exequutum, in Banca tunc Iubeni, nunc Turinæ, in cauſa Matthæi de Falco mei aui materni cum Io. Vinc. Pandolfo, & eius fratre, de quo magnum teſtum fecit Io. Franc. de Falco I.C. ſolertiſſimus, vnus ex filijs d. Matthæi, qui Iudicatus munere functus fuit in Ciuitate Mãfredoniæ, & Vigiliarum, meus patruus obſeruãdiſſimus, cuius anima requieſcat in pace. Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Contractus illicitus, & inualidus juxtà formã Regiæ pragm. primæ de contract. an iudicandus ſit, ſi in eo conſtitutus ſit annuus cẽſus ex pretio affictus Actuariatus, vini, frumenti, equi, & monetæ quantitatis ſolutæ per creditorem creditori debitoris non valentis pretium ſoluere, quòd ſit illicitus ex prag. allegata de anno 1579. & de alia ſequente anni 1571. expreſsè cauetur, tales contractus illicitos eſſe nullos, & inualidos, in quibus bona conſignantur pro pretio, ſicuti vulgò dicitur *dar le robbe à partito*, accedit etiam prædictis, quòd vſura paritèr contrahitur, ſi aliquis emit decem annua, & in ſolutionem dat argentum in platta, & vaſibus, l. frumẽti, C. de vſur. vt dixit Anna in ſing. 588. vſura, ex mente Gloſ. Pariſ. ibidẽ citatæ, Præterea ex forma Bullæ Pontificiæ exquiritur, vt pecunia numeretur coràm Notario, & teſtibus, vt cenſus conſtitui poſsit, ità Boccat. in tract. de cenſ. p. 1. nu. 44. & p. 3. n. 21. in tantum eſt verum, quòd non ſufficeret confeſsio de recepto, dùm pretium numerari non contingit, Idem in d. par. 1. nu. 46. & ſubſequitur n. 47. quòd pretium debet eſſe totum in pecunia numerata, & non partim in pecunia, & partim ex confeſsione de recepto, quod videtur concordare cum diſpoſitione citatæ pragmat. annullantis contractum iſtũ partitarium, in quo pretij pars interuenit, & alia bona mobilia, de qua meminit Muſcat. in praxi crim. Rub. de vſuris, nu.
24 inſupèr dùm ſumus in claris, contractum ſic contra formam pragmaticarum eſſe illicitum, iudicandum erit multò fortius, ſi eſſemus in dubio, cùm in eo verſetur fauor animæ, latiùs Ioſeph Ludou. in ſuis commun. concl. tit. de ſimul. contract. concl. 1. in princ. verſ. ſed iſta concluſio, nec obſtabit, quòd contractus à iure prohibitus, ſicuti eſt iſte contractus *dare le robbe à partito*, qui non ſolùm ex iure Regni, ſed etiam ex iure cõmuni prohibitus eſſe videtur, vt dixit Reg. Rouit. in d. pragm. 1. n. 1. de contract. quòd firmetur iuramento, & maximè ſi prohibitio in perſonã dirigatur, ex cõmuni opinione Doct. citatorum per Suarez in l. 1. tit. de las arras, n. 25. & ſucceſsiuè cõtractus, qui alias non obligat, fit efficax ad obligandum, ſi ei iuramentum accedat, Zabarell. conſ. 46. num. 2. quemadmodùm & contractus factus, non ſeruata forma ſtatuti valet, ſi ſit iuratus, Soc. ſen. conſ. 239. n. 4. vol. 2. hoc enim procederet aliquãdo ratione publicæ vtilitatis principalitèr, vt dixit Rom. cõſ. 509. n. 12. & quatenus valeret talis contractus factus, non ſeruata forma ſtatuti, procederet de iure canonico, ſecundùm magis communem opinionem, vt idem Soc. ſen. conſ. 131. nu. 3. vol. 4. refert, negari tamen non poteſt, quòd cùm aſſeritur in inſtrumento, pecuniam interfuiſſe, & rei veritate alia res loco pecuniæ cõſignetur, vt ſit contractus ſimulatus, dixit Ioſeph Ludou. vbi ſuprà, verſ. decimaoctaua coniectura, & proindè contractus ſimulatus non dicitur firmari iuramento, Soc. ſen. conſ. 80. n. 4. vol. 3. Gozad. conſ. 69. n. 2. adeò quòd cùm contractus ſimulatus dicatur, non alitèr contractus dici poteſt, Idem in conſ. 69. nu. 14. immò contractus magis efficitur ſimulatus, appoſito iuramento, ſicuti teſtificatur in conſ. allegato 69. nu. 11. & Ioſeph Ludou. ibi verſ. vigeſima prima coniectura, iuramentum enim cùm ſit acceſſorium ad cõtractum, Dec. conſ. 508. n. 6. recipit conditiones contractus, ſuper quo interponitur, Idem in conſ. 304. nu. 4. & conſ. 600. nu. 12. vndè ex his concludi videtur, contractum ipſum fore declarãdum partitarium, nulliuſq; roboris, & momenti; attamen in contingenti caſu vertente in S.R.C. in cauſa Zenobiæ, & Claudiæ de Libertinis creditricum Notarij Io. Caroli de Libertinis comparentium aduerſus depoſitum pretij vineæ cuiuſdam debitoris, factum per Io. Andream Galluppũ emptorem, & liberatum quõdam Thomæ Bonito creditori inter cetera vigore dicti inſtrumẽti partitarij, vt prætendebatur, confecti modo ſuprà relato, ad illius reſtitutionẽ, nulla habita ratione anterioritatis dicti inſtrumenti ſic contra formam prag. facti, tandẽ ad relationẽ eruditiſsimi Regij Cõſiliarij Io. Baptiſtæ Melioris cauſæ Commiſſarij deciſum fuit, eſſe cõuentos abſoluendos ab impetitis, annuendo, contractũ prædictũ non alitèr partitarium eſſe, nec contra formam Regiarum pragmaticarũ de hoc præſenti anno 1619. de mẽſe Ianuarij, penès Romanum Act. Mag. ad cuius deciſionis corroborationem principalitèr dicebatur, nõ obſtare pragmaticas relatas, quæ loquuntur in caſibus ſuis, nam extenſio in diſpoſitione valdè odioſa non fit, Enerard. in Topic. loco à ratione legis, n. 49. pragmatica enim prima de contractibus illicitos contractus declarat *dar le robbe à partito*, quotiès bona, ſiuè mobilia, ſiuè immobilia dantur cũ aliqua pauca quãtitate pecuniarum, õ iunctim cum bonis iam dictis æſtimanda venit pluſquàm pretium ipſorum bonorum, & multiplicat iuſtum pretium vltrà duplicitatẽ, & hac cauſa contractus venditionum concelebrãt ſub annuis redditibus, cum maxima læſione, ac iactura bonorum cõtrahentium ſimilia, ità quòd ex his vſurarium etiam iudicari dixit Boccat. de cenſib. p. 2. nu. 50. tamen

Digitized by Google

ex his duo principalitèr colligũtur,vt pragm.ipſa ſibi locum vendicet, nempè interuẽtus bonorum mobilium, aut immobiliũ, item aliqua pecuniarũ quantitas, quæ deficiunt in iſto cõtractu,& potiſſimùm quantitas pecuniæ, & ſicuti contractus,in quo duo copulatiuè requiruntur, vno deficiente nullus redditur, Io.de Anan. in conſ.32.nu.7.ſic è contra ad annullandum contractum, in quo duo copulatiuè requirũtur, vno deficiẽte in ſuo robore perſiſtere non debet;nec paritèr obſtat alia prag. de anno 1571,vbi expreſſe cauetur,quòd ſufficiat bona dare abſq; interuentu pecuniæ, nam ibidem duo caſus exceptuantur, vt locum habeat,primò, vt probetur, quòd bona, quæ dantur alicui, eis non indigeat, item quòd appareat,quòd bona ipſa ſint vltrà ejus vſum neceſſarium, & iſtæ qualitates non fuerunt probatæ in actis, ergo ceſſat diſpoſitio huius ſecũdæ prag. nam qualitas requiſita a ſtatuto antè omnia verificari debet,vt ſtatutũ ſibi locum vendicet, Gramm.dec.65.n.2.& in cõſ. 1. de fortiud.nu.50,51,& 52.propterea non obſtat dictum Gloſ.Pariſ. ab Anna allegatum, nam idem Anna ibidem in fine reſpõdet,quando daretur argentũ vltra debitũ valorem,eo caſu vſura iudicaretur; neç obſtabit ſecunda ratio de pecunia,quæ numerari debet coram Notario,& teſtibus, iuxtà Bullã Pij V. quæ in ſe veriſſima eſſe demonſtratur in foro fori,at dùm ſumus in foro cõſcientiæ,quærit Nauarr.in tract.de vſuris,nu.88,verſ.eſt tamen quæſtio,quem citat Boccar.in d.tract.de cenſ.p.1. n.52. quòd ſi vendens cenſum debebat anteà cẽtũ ſcutos ob aliquas cauſas veras emptori cenſus, vt centum in emptionẽ 10.ſcut. cõſtitui pro illius pretio eidem venditori emptor ceſſit, & cõceſſit, & eundem ab illo debito liberauit,an emptor cẽſus percipiat annuatim cenſum ſic conſtitutum,ſit tutus in foro conſcientiæ:& cõcludit n.121.affirmatiuè,licèt impugnetur à Boccat.in d.loco,attamen ſi veritas contractus intuatur, vt debitor ſit verè ex cauſis enarratis in inſtrumẽto debitor, & non habens vndè ſolueret, conſtituit cenſum annuum prædictum, ſi venerit reſcindendus ex cauſa pecuniæ nõ numeratæ, non ne teneretur ad debitum principale,quãdo contractus non ſubſiſteret,ex diſpoſitione dictæ Bullæ,cùm contra ipſius tenorem celebratum ſit,nõ eſt dubium,quòd pretiũ redditur,vbi contractus reſcinditur, Affl.dec. 178.nu.6.& Anna in Conſt.Conſtitutionem diuæ memoriæ,n.103.& 190.& ſic decisũ fuit per S.C. vt infrà eo.verbo contractus, nam ſolutione eius, ꝙ debetur tollitur obligatio, §.1. Inſt.quib.mod. toll.obl.ideò S.C.nõ proceſſit ad reſciſſionem cõtractus, quia creditor fuerat ſatisfactus per liberationẽ depoſiti peruẽti ex pretio vineę obligatę, ſed in caſu noſtro dùm non fuerit contractus ipſe celebratus,attẽtis qualitatibus Regiarũ pragmaticarũ,& ſucceſſiuè nõ fuit habitus cõtractus pro partitario, S.C.veritatem contractus intuẽdo decreuit, non eſſe iuſtum, vt eius credito priuaretur creditor ipſe, dũ debitor in rei veritate obnoxius erat ex cauſis ibi relatis,nã ſolitũ eſt, S.R.C.iudicare ſecundũ veritatẽ,& æquitatẽ naturalẽ,ex ſuprema eius iuriſdictione,perſonã Principis repreſentans, Gramm.dec.76.n.33.& 34.nec demũ obſtat illud dictum, ꝙ in dubio iudicandũ ſit,cõtractũ eſſe illicitũ, nã illud procedit in foro poli, cęterũ in foro fori, oppoſitũ à Doctoribus enũciarũ eſt, cum cõtractus in dubio nõ præſumatur vſurarius,Dec.cõſ.166.n.2.& 5. Bonacantor cõm.opin. tit.de cõtrah.empt.n.139.verſ.quotieſcũq; cõtractus, ntã bona fide, & abſq; labe vſurarũ celebratus præſumitur, idem Ioſeph Ludou. vbi ſuprà in prin.multò fortius in dubio nõ erit partitarius iudicãdus, nec demũ obſtãt quæ de iuramẽto dictũ sũt ſuperiùs,quę in ſe vera eſſe cernũtur,ſed quotiès ſtatutũ,non in rẽ,ſed in perſonã loquitur,vt in caſu dictarũ pragmaticarũ,contractus ipſe cõtra formã ipſarũ factus iuramento cõualidatur reſpectu debitoris in odiũ creditoris,vt in ſimili cõcludit Alex.conſ.29.n.14.lib.7.vndè ex his à me currenti calamo ad deciſionis ornamentum adductis arbitror, deciſionẽ ipsã S.C.rectè proceſſiſſe,ſaluo meliori iudicio. Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Cõtractus annuorũ redditũum ad rationem duc.decem pro centenario factus per aliquẽ emptorẽ cũ aliqua Vniuerſitate ex pretio frumẽti dictæ Vniuerſitati cõſignati, nõ habẽti illius cõmodã facultatẽ ſoluendi,citrà tamen aſſenſum Regiũ,an iure ſubſiſtat, & qd ſi ſolutio tertiarũ fuerit tertiatim promiſſa, inſuper ex alio cõtractu eadẽ Vniuerſitas recipiẽdo ab eodem creditore aliã ſummã pecuniarũ,& eidem creditori ſoluẽdo anticipatẽ ex cauſa primæui cõtractus, ſi ſe obligauerit ad illorũ intereſſe,talis contractus ſimilitèr de iure validus iudicetur,prima facie ꝓ validitate primi contractus videbatur dicẽdum,eſſe validũ,tũ quia in Bulla non ſpecificatur pretium,vel in pecunia,vel in rebus æſtimatis ſoluendum, & quatènus id ſpecificatũ eſſet,adhùc in foro cõſciẽtię ſubſiſtere videtur,multò fortius in foro fori,ex traditis p Nauar.in tract.de vſur.n.88.verſ.eſt tamen,quẽ citat Bocc.de cẽſ.p.1.n.53.ꝙ vendẽs cenſum,ſi debebat anteà cẽtũ ſcutos ob aliquas cauſas veras emptori cẽſus,vt cẽtũ in emptionẽ 10.ſcut.cẽſus cõſtitui poſſet ꝓ illius pretio eidẽ vẽditori emptor ceſſit, & cõceſſit,& eũdẽ ab illo debito liberauit,vt poſſit cenſum annuatim percipere, & ꝙ Vniuerſitas poſsit ſuper rebus ipſius cẽsũ cõſtituere,nõ dubitatur, ex traditis per Foller.in praxi cẽſual.verbo hujuſmodi cẽſus,n.24.adhibitiſq; ſolemnitatibus ab eo citatis ibidẽ in ſeq.n.36.cũ ſeq.& ꝙ ſit permiſſa annua præſtatio ad rationem decimæ partis pretij ſingulis annis,vltrà Bullã regiſtratã in prag. 1.de cẽſ.cõmunitèr ſic Doct.fatẽtur, Innoc.in c.in Ciuitate,de vſur. quẽ citat Claud Tur. in alleg.5. n 6.Cãp.in c.Pro publici,n.36.Viſil.dec.8 Muſcat. in praxi crim.Rub.de vſuris, n.25.& ſeq.Foller.in d.pract.de cenſ. verbo huiuſmodi annual.cẽſ.nu. 27.quamuis per nouellam pragm. ſit prouiſum,vt ad ſummam duc. ſeptem pro centenario Vniuerſitates teneantur in prag.5.de cenſ. id nil opitulari videtur cõtractui principalitèr, neq; etiã omiſſio aſſenſus Regij,poſtquã tales contractus apparent celebrati antè pragmaticã deſupèr factam in anno 1606. in prag.12.de adminiſt.vniuerſ. q̃uis ex iuris diſpoſitione cautũ ſit, vt ſine Principis licentia,& eius aſſenſu Vniuerſitates eorum bona alienare nequeant, Montan.in pragm.2.nu.172. & ſeq. de adminiſtr. Vniuerſitat. attamen ſemper aſſenſus deſupèr expediri poterat, cũ præcedere, & ſequi poſſet, Anna in alleg.69.n.62.ſed his non obſtantibus referente tunc Reg.Conſil. periti ſſi-

mo

mo Nicolao Antonio Gizzarello cauſæ Commiſſario per S.R.C. deciſum fuit, omnes contractus allegatos nullos, & inualidos eſſe, verùm cõdemnata fuit Vniuerſitas ad id, quod tenebatur ex pretio frumenti, in cauſa Vniuerſitatis Agropoli cũ Maſſentio Bonito in anno 1605. penès Figliolum Act. Mag. & hoc ſumma cũ ratione, nàm etſi aſſenſus in contractibus memoratis interueniſſet; ad nihilum prodeſſet, eò quòd aſſenſus regulariter ſecundùm formam actus, ſuper quo interponitur; Idem Anna in alleg. 67. n. 4. & propterea aſſenſus non validat contractum aliàs inualidum, præterquàm ex defectu aſſenſus, Franch. dec. 302. nu. 21. vndè non obſtat primum fundamentum, quòd pecunia in conſtitutione cenſus nõ exprimitur, nàm cùm de pretio ibi mentio fiat de pecunia numerata, intelligitur, quia pretium propriè in numerata pecunia conſiſtit, inquit Tiraq. de retract. §. 1. glo. 14. nu. 44. & ſic patet expreſſum in alia Bulla Cenſuali Pij V. vt numerario fiat in præſentia Notarij, & teſtium, ſicut ponderat Boccat. in d. tract. ead. par. 1. num. 44. & ſeq. qui in d. num. 52. impugnat varijs medijs opinionem Nauarr. reſpectu conſtitutionis cenſus ex debito rerum, non interueniente pecunia, cuius quidem opinio in foro poli pro conſequutione crediti procedere videtur, teſciſſoq; contractu in foro fori, tanquàm celebrato contra formam Bullarum, quemadmodùm ex Bulla ipſa cautum eſt, ſimilitèr corruunt cetera, pacta anticipatæ ſolutionis annuę tertiatim, & inſtrumentum indè confectum alterius emptionis pro ſolutione anticipatarum annatarum, poſtquã expreſsè inhibentur ſolutiones anticipatæ in hoc caſu, vt refert Boccat. in d. tract. de cenſ. pat. 1. nu. 44. & par. 3. nu. 22. hoc eſt, ſi fuerit conſtitutus annuus reditus ad rationem decimæ partis pretij, iuxtà formam Bullarum, in tantum eſt verum, quòd ſi emens annuum reditum ad rationem decem pro centenario, ſeruata forma Bullæ, ſi faciat pactum, quòd venditor teneatur ſoluere ſportulas Tabellioni pro cautelis, cõmitteret vſuram, ſecùdùm Reg. Rouit. in Rub. pragm. de vſuris, n. 18. ex mente Gregor. de vſur. lib. 2. c. 8. & quatenus ſubſiſteret contractus, excedendo formam, reſcinderetur eatenus, quatenus excederet formam, & veram ſortem, & non vltrà, vt dixit Petr. Gallin di- cto 140. ſed in præmiſſis caſibus vndiquè apparet contractus defectiui ex defectu aſſenſus, & pertinentiæ non interuenientis ex pactis anticipatæ ſolutionis, meritò ex his optimo iure per S.C. fuerunt nulli, & inualidi declarati, ſub patrocinio Michaelis Zappuli mei colendiſſimi coniuncti, & Aduocati d. Vniuerſitatis. Io. Baptiſta de Thoro.

Contrahi cum prodigo rectè poterit, donèc per ſententiam ei non fuerit interdictum, vt fuit iudicatum in cauſa Principis Biſiniani cum Hoſtrio Vrſino, Io. Fran. Capiblanc. in prag. 4. n. 48. de Baron.

Contribuere an cogatur poſſeſſor rerum pro eodem creditore obligatarum, vt contribuat pro modo, & rata bonorum ab alio poſſeſſore vnius rei ex pluribus obligatis, ſi creditori ſatisfieret ſuper re ab ipſo poſſeſſa, citrà tamen oblationem crediti, ac ceſſionem iurium; in facto occurrenti fuit deciſum, quòd non, vt per Io. Ant. Lanar. in conſ. 77. in princ. & 78. in fine, in quibus quidèm conſilijs iuſtificatur multis rationibus deciſio prædicta.

Contribuere an teneantur Vniuerſitates ad expenſas erogádas circa perſequutiones forafcitorum, ſi in Prouincia inſurgiſſet latronum incurſus, ſeù foraſcitorum, licèt videatur dicendum, id potiſſimùm ad Regem ſpectare, hoc eſt protegere, & hoſtes repellere, propter quod tributa ſunt cõſtituta, tamen contrarium de iure concluditur, ex quo promiſſio facta ab aliquo defendendi aliquẽ, non tenet, ſi culpa illius offenſa venerit, vt late per Graman. decis. 102. num. 109. & ob id cùm in Prouincia Calabriæ latronum procliuiè vndiquè turbaretur, fuit ità obſeruatum, iubente Illuſtr. Protege, & ità obtemperatum per Vniuerſitates ad contributionem, vt cenſet Mutius Surg. ad opus eius fratris de Neap. illuſt. c. 22. priuil. 42. fol. 389. verſ. cęterùm quę de Neap. *Nouar. de grauam. vaſſall. tom. 1. grauam. 114. in fin.*

Cõtribuere an teneantur in functionibus fiſcalibus Ciues vnius Caſtri poſſeſſores bonorum ſitorum in alio Caſtro conuicino, probata tamen centenaria præſcriptione per actores per teſtes, conſimilem cauſam habentes, quòd dicti poſſeſſores contribuerant in dicto Caſtro, vbi bona ſita erant, & poſſeſſiones, ibi accataſtratos fuiſſe in eorum Caſtro per annos quinquaginta, & vltrà, & paritèr de auditu auditus, communi opinione, & fama, per annos centum, & vltrà, fuit ſeruatis ſeruandis deciſum in R.C.S. referẽte Præſidẽte Thoma Salernitano Commiſſario, poſſeſſores ipſos eſſe abſoluendos ab impetitione actorum, in cauſa Terræ Rendarum cũ illis de Caſtro Franco, Io. Franc. Scagl. in pragm. ſtatuimus, de reſtenat. teſt. in antiquis, in addit. ſub n. 15. in fine.

Contributio in collectis an fieri debeat per Vniuerſitatem pro certa parte taxata, hoc eſt tertia, an verò pro rata bonorum, & ſi aliàs fuerit deciſum, eſſe pro tertia parte faciendam, tamen attentis paupertate Vniuerſitatis cõtribuentis, & diuitijs alterius Vniuerſitatis, cui fit contributio; fuit deciſum, dictam Vniuerſitatem teneri pro rata bonorum, & non pro tertia parte, Anna in alleg. 16.

Contumacia in criminalibus quomodò ſit accuſanda, quando incideret in diem feſtum, cõcluditur, eſſe incuſandam die ſequenti, & cùm in facto fuiſſet demonſtratum, contumaciam fuiſſe die ſequẽti incuſatam ob feſtum contingentem, non fuit habita ratio de tali poſtpoſitione, ex allegatione nullitatis ſententiæ foriudicationis, Franch. deciſ. 639. n. 4. ad 7. Ricc. in collect. dec. 74.

Contumacia accuſata pendente ſecuritate an inualidet ſententiam foriudicationis; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. deciſ. 673. Molfeſ. in comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 47. n. 12. Ricc. in collect. dec. 74. *Guazzin. ad defenſam, defenſ. 12. c. 1. ſub nu. 58. verſ. & ſaluuſconductus.*

Contumacia procuratoris etiam vera an præiudicet Domino, quominùs appellare poſſit poſt decem dies, ſi de ſententia non habuerit notitiam; concluditur, quòd non, ſed debet appellare infra decem dies, Capyc. deciſ. 139. nu. 5. Vrſill. deciſ. 344. nu. 4.

Contumacia contracta per clericum citatum à Iudice laico ob aliquod crimẽ, propter quod deberet pena, an facta exequutione pro pena ſit reſtituenda exequutio, vel pena ſoluenda, conſtito de clericatu, licèt per M.C.V. fuiſſet determinatum, quòd ſolueretur pena, tamen facta longa diſcuſ-

 ſione

ſione per S.C. fuit decretum, quòd non, vndè exequutio fuit reſtituta clerico, de quo meminit Grãmat. in voto 27. Indiuiduæ Trinitatis præſidio, quẽ citat Iul. Ciar. lib. 5. §. fin. q. 36. n. 4. & Farinac. in tit. de inquiſit. q. 8. n. 17. Carauit. ritu 65. n. 1. quẽ citat Viuius deciſ. 138. n. 8. Foller. in praxi crimin. Rub. audiantur excuſatores, n. 39. in medio.

Contumacia ex citatione cõtracta an cenſeatur valida, ſi fuerit expedita ipſa cõtra inquiſitos de homicidio, aduerſus quos fuerat bannum ſtatim homicidio commiſſo emanatum, quod inter cętera Capitula continebat, vt nemo ipſos recipere, & alloqui poſſet, & poſteà fuerunt citati, & allegata abſentia fuerat petitum tempus ad perquirẽdum delinquentes, vt notificari poſſet citatio, & fuerit denegatum, ex quo viſi fuerant eadem die delicti, & conuicti erant de homicidio, & tandèm contumaces reputati, à quo decreto contumaciæ fuerat appellatum, & per conſanguineos defendentes allegatum, contumaciam illam nullam fuiſſe, & inualidam ex pluribus; Primò, quia citatio fit, vt citatus notitiam habeat, ſe eſſe citatum, vt poſſit comparere, vel eo non comparente reputari contumax, & re vera ſtante prohibitione prædicta, quæ comprehendebat omnes familiares, notitia nullatènus peruenire potuiſſet, tantò magis, cùm fuiſſent expediti milites ad illos perſequendos, & per conſequens citatio nulla, Secũdò, quia fuit denegatus terminus ad perquirendum delinquẽtes, quos vel conſanguineorum multitudo, atquè potentia, vel Iudicis, vel Principis ira fugauerat, licèt per Fiſcum eſſet replicatum, bannum non obſtare in prædictis, quia poſt dictam prohibitionem fuerũt citati, & citatio fuit facta præſentibus, & audientibus omnibus familiaribus, nec poterãt excuſari, cùm fuerit facta domi citatio, item non obſtabat prohibitio alloquutionis, quia ipſa erat intelligenda in his, quæ ſunt contra Fiſcum, non circa ea, quæ continent fauorem ipſorum; his tamen, & alijs diſcuſſis fuit per S.C. deciſum, quòd M.C.V. benè prouiderat, reputando eos contumaces, & quòd hæc omnia potuiſſent allegari per ipſos, quando exiſterent in carceribus, ad euitandum indicium, quod ex contumacia reſultare videtur, quod hoc caſu non erat neceſſarium, quia erant conuicti, ſicuti etiam quæ allegabantur de cauſa homicidij, Reg. Tapia in opere iur. Regni, in annot. ad Conſt. Citationis literæ, à n. 5. ad 24. vbi ponit deciſionem.

Contumax an ob ſolam cõtumaciam amittat nominationem, ſeù electionem Officialis, & bona; fuit in S.C. iudicatum, quòd non, Vincent. de Franch. dec. 213. nu. 29. eum citat Moliſſ. in comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 47. n. 31.

Contumax ob delictum ſi comparuerit infrà annum an recuperet officium in Continuo Suæ Maieſtatis, qui militia fuerat ſpoliatus, cùm comparuiſſet infrà annum, & petiſſet, ſibi militiam reſtitui, non potuit obtinere in Collaterali Cõſilio, & alijs pro Actorum Magiſtro M.C.V. qui ob contumaciam fuerat ſuſpenſus ab exercitio officij, cùm comparuiſſet, decretum eſt ibidem, quòd reſtituerentur etiam fructus, Fabius Iordanus in addit. ad Conſtit. Dubitationem, in fin. incip. quid in Officiali.

Contumax ex iure Conſtit. Regni tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus punitur in tertia parte bonorum mobilium, & hoc militat in prima citatione antè litis conteſtationem, cęterùm lite conteſtata contracta contumacia pęna prædicta ceſſabit, vt in contradictorio iudicio ſeruatum vidiſſe teſtatur Affl. in Conſtit. Pęnam nouem vnciarum, ſub n. 15. verſ. in gloſ. 1. in fine, eum citat Foller. in praxi crimin. Rub. accuſentur contumaciæ, n. 18. vbi tradit, in facto idem obtinuiſſe Salerni, licèt obſtet Ritus M.C.V. incip. Item ſeruat ipſa Curia in primis, & ſi rectè verba illius Ritus ponderentur, fruſtrà cernitur, fuiſſe allegatum ad propoſitum, ex quo ibi pęna tertiæ partis mobilium in citationibus poſt litem conteſtatam factis, non principaliter imponitur, ſed pęna quatuor vnciarum, ſiuè ad tertiam prædictam, ſi dicta tertia major pars dictæ pęnæ exiſtat, non tamen expectato triduo fit condemnatio, & ſubdit ibi Ritus, oportet, vt fiat condemnatio, ad hoc vt fiat actus contumaciæ, & citatio expedienda erit, mandando alicui ad talem pęnam vnciarum quatuor, non tamen in citatione dicitur, ſeù ad tertiam partem bonorum mobilium, &c. vndè Carau. in dict. Ritu ſe remittit ad dicta in Ritu 97. vbi in medio column. verſiculo diſpoſitio iſtorum Rit. concludit, aliter hodiè ſeruari quoad citationes lite conteſtata factas, ex quo in illis citationibus, in quibus pęna fuit appoſita, ad quam de neceſſitate oportet citatum condemnare, & vocare, expectandum eſt triduum, ſicut in his, quæ antè litem conteſtatã expediuntur, & eo elapſo Curia ſedente fit condemnatio ad pęnam, & quoad alias citationes, quæ fiunt ſine pęna, putà ad publicandum, & ad concludendum, non accuſatur contumacia, nec fit condemnatio, ſed elapſo termino fit publicatio, vel alius actus, & hoc quoad criminales, quoad ciuiles cauſas extat Conſt. Si quis poſt litem.

Conuentio, vt territoria quoad certas perſonas habeantur pro non bannitis, valet, & ità concluditur per Io. Anton. Lanar. conſ. 58. n. 15. vbi refert, malè fuiſſe deciſum per S.C. vt poſſint ſe concordare in præiudicium baiulationis, in caſu tunc vertente inter Vniuerſitatem Piſticij, & Baronem Aquariæ, referente Cæſare Vitello.

Conuentio reciproca ſuccedendi facta inter fratres an valeat, ſi fuerit inæqualis, vt putà vnus eorum ſine filijs, & ſpe procreandi, alter verò cum filijs, & ſi fuerit facta de medietate bonorum, nam ſi eſſet omnium bonorum, proculdubio non valeret, non tamen probatis bonis paternis, & quid ſi fuerit reuocata antè adimplementum conditionis, vt putà ſi ſinè filijs decederet, alter ſuccederet, & talis reuocatio acceptata per alterum fratrem, eſtò quòd filij in caſu prædicto eſſent poſiti in cõditione diſpoſitiuè, tanquã hæredes patris, obſtantibus tranſactionibus, & quietationibus; concluditur, talem conuentionem non valere, & proindè pupilli filij alterius fratris laici fuerũt per S.C. abſoluti, Fab. de Anna in conſ. 53. in hac cauſa, per tot.

Conuentio facta inter partes, vt ſi vna pars oſtenderet inſtrumentum, tunc ſolueret certam quantitatem pecuniæ, ſi verò non oſtenderet, teneatur ad aliud excambium, an valeat, ſi fuerit fide firmata; cùmq; autem fuiſſet inſtrumentum oſtenſum, fuit per S. C. condemnatus ad ſoluendum iuxtà conuentionem, Affl. dec. 389. Viuius in ſylua commun. opin. in opin. 569. pactum, n. 3.

Con-

Conuentio habita inter ciues Vniuerſitatis, non debere fieri appretium juxta formam Regiæ Pragmaticæ bonorum omnium, etiam induſtriæ pro ſoluendis functionibus fiſcalibus an valeat; fuit deciſum, talem conuentionem non valere, quia carebat Regio aſſenſu, Vrſill. dec. 303. n. 7.

Conuentus actione hypothecaria ſi non fecerit melioramenta in re, totum creditum offerre tenetur, etiam quòd res obligata ſit minoris valoris, ſecus ſi fecerit meliorationes, & ita concluditur per Franch. dec. 38.

Conuentus in cauſa poſſeſſorij recuperandæ ſi ad euitandum iudicium alium nobilem nominauerit in dominũ, & poſſeſſorem, an excuſetur ab obſeruatione iudicij; fuit deciſum, quòd ſi conuentus in libello narrauerit, quòd ipſe eſſet ille, qui ſpoliauit, vel mandauit, ſpolium fieri, vel ratam habuerit ſpoliationem, quòd nõ poſſidet nomine alterius, ſed ſuo, non habet locum nominatio domini, ſed ſi ageretur conditione cap. ſæpè, de reſtit. ſpoliat. vel remedio Conſtit. Circa violentias, vel remedio Cap. Reintegrandæ, in quibus non agitur de facto conuenti, tunc habebit locum nominatio Domini, Affl. deciſ. 217. Muſcat. in praxi S.C. par. 3. gloſ. pari paſſu, nu. 8. & 9. Ant. Gabriel, lib. 5. tit. de reſtit. ſpoliat. concluſ. 5. n. 69. Vinc. Caroc. tract. de loc. & cond. part. 2, tit. de nominationibus, idem Muſcat. in gl. nominet, n. 14. Caroc. de locat. par. 6, tit. de nominat. n. 15. & tit. de ferijs in 2. except. n. 10, *Cancer. variar reſol. tom. 2. c. 13. nu. 66. Ioſeph Ludou. deciſ. Lucenſ. 34. n. 1.*

Conuictus, & confeſſus quamuis non appellet, an appellationi ſit deferendum, quando confiteretur cum qualitate, quæ minueret delictum; fuit deciſum, eſſe deferendum appellationi, & fuit mitigata pœna ob dictam qualitatem, Franch. dec. 556. Ric. in collect. dec. 621. & 21.

Copia repertorum an ſit danda inquiſitis antè litem conteſtatam, cõcluditur, in arduis cauſis Fiſco reluctante eſſe denegandam copiam, quamuis capitula tantùm dari debeant, ex multis deciſionibus relatis, & adductis per Franch. deciſ. 629. ſecus in alijs cauſis ordinarijs.

Copia repertorum antè litem conteſtatam ex communi obſeruantia conceditur inquiſito, ſed quid ſi poſt litem conteſtatã nouitèr fuerint teſtes examinati, an ſit copia ipſorum teſtium concedenda; fuit deciſum, copiam eſſe dandam repertorij, aliorum verò poſt litem conteſtatam teſtium examinatorum nouitèr non eſſe concedendam, Capyc. deciſ. 74. quem citant Foller. in eius pract. rub. Et ſi confitebuntur, n. 51. Campagn. in cap. Subiungendo, poſt n. 8. Franch. dec. 629. Baiard. ad Clar. in §. fin. q. 49. n. 32. Sigiſm. Scacc. de iudic. cauſ. ciuil. & crimin. c. 100. n. 11. verſ. in hac contrarietate, Conſtant. Papa ad arbitrium M. C. V. cap. 3. num. 44. Carrer. in pract. crimin. tit. de appellat. in 10. caſu n. 26. & ſeq.

Copia petitionis an danda ſit per actorem reo juxtà formam Pragmaticæ diſpendia litium; in S.C. fuit deciſum, quòd ſic, ſumptibus actoris, Ann. in ſing. 152. Dominus, vide ſupra verbo clericus, Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. par. 1. gloſ. reus, nu. 3. immemor iſtius deciſionis tradit, non vidiſſe ſeruari in S.C. nec in M. C. V.

Copia teſtamenti an ſufficiat, etiã ſi eſſet exemplata manu eiuſdem, qui teſtamentum ſcripſerit, ſi non fuerit reaſſumptum, fuit deciſum in S. C. ad relationem M. C. V. in cauſa Iulij, & fratrum de Morſa quòd non, Reg. Rou. in prag. 11. n. 74. de feud.

Correi, qui ſunt ſoluendo, ſi fuerunt condemnati ad expenſas ſyndicandi Officialis inſimul cum alijs querulantibus, qui non ſunt ſoluendo, an teneantur ſupplere portionem ipſorum correorum, fuit judicatum per S.C. ad relationem M.C.V. in cauſa Syndicatus V.I.D. Alexandri Viuſtini quòd ſic in anno 1615. die 15. Septembris, Reg. Rou. in prag. 1. n. 72, de Syud. Official.

Correus an poſsit opponere exceptionem rei iudicatæ pro eius rata aduerſus decretum præceptiuũ, quòd debitores facerent depoſitum, & hoc virtute inſtrumenti, quod nec liquidari poterat, nec ordinariè agitum; fuit deciſum per M.C.V. & confirmatum per S. C. exequutionem eſſe faciendam inſolidum, Franch. deciſ. 680. Ric. in collect. deciſ. 246. *Barbat. de aſsiſtent. gl. 12. n. 174.*

Corpus mortuum debitoris an impediri poſſit à creditore, nè ſepeliatur, donec de debito non fuerit ſatisfactum, concluditur, quòd non, Gramm. deciſ. 82. & eum citat, & ſequitur Proſp. Farinac. in tit. de delict. & pœnis, q. 20. nu. 142. Matth. Brun. de ceſſ. bonor. q. 3. n. 8. Viu. in Sylua commun. opin. in opin. 171. creditor, Ioſeph Ludon. deciſ. Peruſ. 78. nu. 24. Aloy. de Leo l. 2. nu. 11. C. de Sacroſ. Eccleſ. Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. part. 3. gloſ. detinebuntur, n. 51. Petr. Caball. reſol. crimin. caſ. 203. Fuſcus ſing. 246. lit. C. *Polydor. Rip. in tract. de actis in articulo mortis, c. 37. n. 13.*

Creatio Capitanei ad Guerram in aliqua terra ad quem ex Baronibus poſſeſſoribus ipſius ſpectat, ad habentem iuriſdictionem ciuilem, vel ad habentem Iuriſdictionem criminalem, fuit votatum, ſpectare ad Regem, Capyc. deciſ. 27. à n. 1. vſq; ad 8. Campagn. in cap. Caſtellanos, nu. 50. Io. Grandis de Bello Exulum, in prædicamento pati, quæſt. 7. *Cabed. deciſ. Luſitan. 29. n. 2. par. 2.*

Creditor mulieris nuptæ poſt contractum matrimonium exiſtente debitore in alia ſumma, an poterit compenſationem opponere contra virum, vt indè exequutio fieri poſſit in bonis dotalibus; fuit deciſum, compenſationem ipſam non militare, reſeruatis iuribus competentibus eidem creditori cõtra mulierem, Franch. deciſ. 636. Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. titul. 10. in rub. de decret. Collat. Conſ. n. 2. Io. Franc. del Caſtillo deciſ. Siciliæ 97. nu. 6. & ſeq. Ric. collect. deciſ. 1533. *Anton. de Amat. variar. reſol. to. 1. reſol. 45. ſub nu. 1. Caſtell. de donat. to. 1. diſcurſ. 2. part. 10. n. 75.*

Creditor chyrographarius ſi intendit obtinere virtute l. ſcripturas, C. qui pot. in pignor. hab. an neceſſe habeat probare requiſita in dicta lege; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec 644. Ric. in collect. dec. 19.

Creditor ſecundus cum hypotheca an poſſit rem ſibi, & alteri priori creditori obligatam, & à venditore eandem inſolutum datam priori creditori vendicare, & ſuper eam aſsiſtentiam petere; fuit deciſum, quòd ſic, dummodò ſolueret quantitatẽ debitam priori creditori, Franch. dec. 453. num. 5. Maſtrill. dec. Sicil. 78. n. 10. & dec. 120.

Creditor ſecundus ſi fuerit poſtpoſitus exiſtente anterio-

Digitized by Google

teriore creditore ad offerendum in venditione ſub haſta rei ipſis obligatæ, an teneatur cedere iura ſua anteriori,& quæ iura, vel ipſa tantùm facere debitum verum,& non exactum, fuit deciſum per S.C. ſecũdum creditorem teneri promittere debitum verum,& non exactum,Franch. deciſ.427.Ric.in collect.dec.11.

Creditor an cogi poſſit ad inſtantiam fideiuſſoris eius debitoris,ſtante ſolutione facta per eum, vel depoſito ad liquidandum contra debitorem; fuit deciſum, quòd non, ſed ſufficere dicto fideiuſſori ceſſionem creditoris,Franch.dec.353. Ric.in collect,dec.152.

Creditor apud quem fuit datus fideiuſſor an cogi poſſit ad liberandum fideiuſſorem, etiam quòd offeratur alius æquè idoneus; fuit deciſum, quòd non benè verum eſt, quòd quando in concurſu creditorum liberatur pecunia,& creditor ob paupertatem non valet dare fideiuſſorem, ob quod pecunia fuit fideiuſſori idoneo data loco ſecuritatis, ſi poſtea creditor æquè idoneum obtulerit fideiuſſorem; poterit primus fideiuſſor amoueri, & ſecundus oblatus acceptari, ſi non fuerit ab Actuario recuſatus,Franch.dec.202. Muſcatell.in pract.fideiuſſ.part.2.q.6.nu.15.Petr.Caball.reſol. crim.cent.2.caſ.131.n.5. Roderic. de Ann.reddit. lib.1.q.12.n.25.

Creditor poſterior in maiori quantitate an cogere poſſit creditorem anteriorem in minori ſumma, vt pro iuſto pretio bona debitoris recipiat,dùm non reperitur iuſtus emptor bonorum debitoris; fuit deciſum in fauorem primi creditoris, Franch. deciſ.82. Muſcatell. in praxi S.C. part.4.gloſ.petendo,nu.16.Viuius deciſ.34.n.1.& 7. Ric, in collect.dec.76.

Creditor anterior an præferatur ſecundo creditori, ſi poſt ceſſionem factam ſecundo creditori impetrauerit aſſenſum in feudo vendito, concurrentibus ipſis in pretio;fuit deciſum in fauorem primi creditoris,Franch.dec.75.& in addit. inquit, S.C. prætuliſſe creditorem, qui primo loco impetrauit aſſenſum,& ſecundo ceſſionem, ei, qui primo loco obtinuerit ceſsionem,& ſecundo impetrauerit aſſenſum,Monter.dec.Arag.4.n.28.diffusè hic per Viſcont.Mart.de iuriſdict.par.4.caſu 123. nu. 12.& in tract.de clauſ.clauſ.34.n.4.*Cæſar Manent. deciſ.Mantua* 30.n.1.*Reg.Tap.dec.S.C.*12.*Reg.Rouit.dec.*48.*n*.1.

Creditor ſecundus an admittatur ad oblationẽ pretij in proprietate rei venditæ ſub haſta ad inſtantiam creditoris,primo creditori liberatæ;fuit deciſum,quòd ſic,Franch.dec.69. Fab.de Ann.conſ. 37.n.4.& Io.Andr.de Georg.in alleg.6.n.49. Maſtrill.dec.23.n.7.Milaneſ.dec.Sicil.12.lib.2.num. 122.Ric.in collect,dec.11.& 67.Petr.ad Gramm. deciſ.51, Ric.in praxi var. reſol.in reſolut.163. in magnis,*Barbat.de aſsiſtent.gloſ*.2.*n*.57.

Creditor virtute laudi condemnantis debitorem ad certam quantitatem,per quem fuerunt inſolutum certi introitus dati in vim ſolutionis,ſi demum ſecuuta euictione introituum concurrerint alij creditores poſt laudum prolatum eiuſdem debitoris,an ſit illis præferendus;fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec.50. & Viſcon.in addit. nonnullos cumulat Doct.*Fontanell.de pact.nupt. clauſ*.5.*gloſ*.8. *par*.14.*n*.91.*Reg.Merlin.contron.forenſ.c*,27.*nu*.7.

Creditor vigore inſtrumenti liquidati via ritus,ſi facto depoſito per debitorem quantitatis debitæ, eidem liberato, & poſtmodùm alteri anteriori concreditori reſtituto,an poſsit vigore inſtrumẽti liquidati cõtra debitorẽ exequi facere realitèr, & perſonalitèr,vel via ordinaria iterũ agere, fuit deciſum, quòd debitrix audiatur in iuribus ſuis, non obſtante decreto M.C.V.per quod fuerat ordinatum,vt renouarentur literæ exequitoriales, Reg.Rou.in rub.de inſtrum.liquid.à n.20. & ſeq.

Creditor ſecundus offerens primo creditori ſoluere expenſas per ipſum prætenſis contra communẽ debitorem,& in poſſeſsionem exiſtentem, an debeat audiri circa oblationem, ſtante nullitate venditionis; fuit deciſum, eſſe exequendum contra debitorem, & interim non moleſtari poſſeſſorem, Grammat. deciſ.51. vbi Petra in addit. plura.

Creditor Titij in certa ſumma an poſsit ex eius perſona hæredis Caij habere recurſum vigore obligationis factæ in inſtrumento venditionis per Sempronium Caiò de certa parte terræ venditæ, quæ fuerat euicta,ad reliquam partem terræ venditam Titio per eundem Sempronium, captam per creditorem Sempronij pro euictione obligatam tanquàm priùs hypothecatam Caio;fuit per S.C.deciſum, quòd prædictus creditor Sempronij condemnetur ad reſtituendum prædicto creditori Titij dictam partem ſequeſtratam,vnà cum fructibus, lite pendente perceptis,& expenſis litis,Afﬂ.dec.8.eum citat Surd.dec.266.in princip. Maſtrill.dec.Sicil.34.n.3.Ric.in collect. dec.495. Faber in eius Cod.tit.ſi vend.pign.agat. definit.5. Maur.iun.alleg.9.n.5. Roderic. de annuis reddit. lib.2.q.19.num.5.& 34.*Barbat.de aſsiſtent.gloſ*.12. *nu*.112.

Creditor poſterior, qui habet obligata bona communis debitoris,& paritèr creditoris anterioris ſe obligantis pro communi debitore virtute inſtrumenti; an facta liquidatione inſtrumenti contra omnes per eum ſubingrediatur, ſiuè ſuccedat in locũ dicti creditoris anterioris pro iure ſuæ hypothecæ ad excludẽdum reliquos creditores,fortè medio tempore contrahentes,ità vt poſsit eius nomine contra communem debitorem exequi, contingit hoc in facto,nàm facta liquidatione inſtrumẽti per V.I.D.Franc.Ant.Salinas,& Fratres, vti hæredes quond. Io. Alfonſi Salinas pro ducat. mille capitalis vnà cum tertijs contra Lauram de Roberto,obligatam,tàm nomine proprio,& principali, accedente obligatione ſuarum dotium, & iurium dotalium, præuia Regiã diſpenſatione, quàm etiam tutricio nomine ſuorum filiorum minorum illorum della Turina, paritèr etiam interuenientibus iuris ſolemnitatibus, & decreto Iudicis,indè vigore dicti inſtrumenti liquidati exequi fecerunt in bonis ſpecialitèr obligatis, qui dũ ad venditionem ipſorum procederent,alijs ſuperuenientibus creditoribus, eorum creditum conſequi dubitantes,inſtiterũt ad ipſorum excluſionem pro conſeruatione ſuorum iurium in locum dictæ Lauræ ſubingredi,& ſuccedere ex cauſa dotium ſibi obligatarum, vt breui manu pupilli iam maiores effecti correſponderent,non tantùm pro capitali,quàm pro tertijs de dotibus in ſpecie obligatis,& videbatur,id affirmari poſſe,vt ipſo iure

ſubin-

ſubingreſſio ſibi locum vendicaret, etenim creditor quilibet, non per viam agendi, ſed excipiendi comparens in iudicio pro iure ſuæ prioris hypothecæ ad impediendum alium creditorem poteſt hoc facere, etiam ſi prius non obtinuiſſet ſententiam contra ſuum principalem debitorem, & exiſtentem ſoluendo, & ſic nondum facta aliqua diſcuſſione in bonis debitoris, dummodò doceat de ſuo credito, & potiori hypotheca, Xuares inter comm. opin. tit. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. alien. ſunt, nu. 7. attamen contrarium deciſum fuit per M. C. V. referente doctiſſimo olim ipſius Iudice, nunc Fiſci patrono eiuſdem Io. Franciſco Santchcio, non eſſe locum petitæ ſubingreſſioni, ſed Actores vtantur literis exequutorialibus, pœnes Mancinum Act. Mag. de anno 1606. in circa, & hoc iure optimo procedi cernitur, nam ſi loquimur de creditore ſecundo ſubingrediente in locum primi creditoris, vt locum habeat ſucceſsio, ſeu ſubingreſsio, neceſſe erit, quòd ſecũdus creditor offerat primo creditori ſuum creditum ſoluere, Gramm. dec. 51. n. 5. 6. & 7. nam tale ius offerendi inter creditores locũ habet, And. Gayl. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 91. n. 1. immò ſi pecunia ſecundi creditoris peruenerit ad primum, non ſuccederet in hypotheca, niſi actum ſit, quòd ſuccedat in ea, l. 1. C. de his, qui in prior. loc. ſucc. & in alijs caſibus ibi expreſsis, & in hoc caſu creditor, qui in locum primi ſuffectus eſt, eius iure vtitur, & creditoribus, quibus ille itidem, & hic præfertur, Hugo Donell. in tract. de pignor. tit. de iure poſt. credit. Neguſant. in eodem tract. part. 5. memb. 2. nu. 15. ſi verò loquamur de creditore ſecundo, non alitèr offerente debitum primo ſoluere, habet etiam nomen obligatum, ſimilitèr communis debitoris; eo quòd venit in generali obligatione bonorum, idem Neguſ. in d. tract. par. 2. memb. 2. n. 8. & ſucceſsiuè creditor ad illud agere põt vtili hypothecaria abſq; excuſsione debitoris principalis, Idẽ p. 7. memb. 2. n. 19. Vrſil. dec. 8. n. 3. & in cauſam iudicati de pignore capi, Guid. Pap. dec. 508. immò ei permiſſum eſt agere cõtra dictum nomen debitoris ſui debitoris, illudq; exactum retinere, Maut. ſen. in alleg. 34. nu. 2. & 3. ſed verius exiſtente liquidatione inſtrumenti facta, vt in caſu noſtro, poſſet creditor nomen illud debitoris debitoris ſui exequi facere, & maximè ſtante ipſius confeſsione, vt dixit Galter. in praxi inſtrument. 2. 2. par. principalis, ſub n. 44. verſ. quod ſublimita, nam poteſt capi pro exequutione ſententiæ, Donat. à Fin. inter comm. opin. tit. de exequut. rei iudic. nu. 43. & ità venale exponi plus offerenti, vel ſibi indè adiudicari, & ità practicatũ fuit in caſu noſtro, facta exequutione ſuper nomine fuerunt banna emanata, indè adiudicatum creditori, & per talem actum creditor in locum primi creditoris ſucceſsit, & creditum conſequutus fuit, Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

Creditor ſecundus ſi vigore eius crediti vellet euincere domum alterius concreditoris anterioris pro certa parte, & quantitate an ſit admittendus, non ſoluta quantitate prædicta; fuit deciſum, eſſe admittendum ſecundum creditorem ad euictionem domus, ſoluta quantitate, pro qua eſſet prius creditor anterior, Affl. dec. 16. Ann. in alleg. 56. & in ſing. 365. Minad. conſ. 19. n. 12. Maſtrill. dec. 34. Siciliæ n. 3. & dec. 78. n. 10. Io. Franc. del Caſtillo deciſ. Sicil. 91. n. 2. Ric. in collect. dec. 495. & 29. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. c. 135. n. 2. Franc. Stefan. deciſ. Aquenſ. Capellæ 26. nu. 4. *Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 12. nu. 212. Reg. Merlin. controu. forenſ. cap. 27. num. 2.*

Creditor liberans confideiuſſorem ſuum inſolidum obligatum, an cenſeatur pro medietate liberare; concluditur, attentis narratis in inſtrumento renunciationibus non eſſe liberatum à toto, licèt partes tranſigerint, Affl. deciſ. 182. à nu. 9. ad finem, Bertazol. in tract. clauſul. in clauſul. 40. gloſ. 5. n. 9. *Borgn.* Caual. dec. Fiuizan. 28. nu. 68. par. 2.

Creditor ſecundus vti tertius poſſeſſor condemnatus per ſententiam aſsiſtentiæ, appretij, & adiudicationis, tàm ad debitum principale, quàm etiã ad pęnam, an ſit præferendus primo creditori quòad pœnam, ſicuti in vſuris, vt decretum latum in hoc; fuit deciſum, eſſe retractandam ſententiã quòad pœnam, Affl. dec. 186. Ric. collect. dec. 304.

Creditor anterior primus vigore inſtrumenti cum hypotheca generali, & conſtitutione precarij an agere poſsit contra ſecundum creditorem, ad quem peruenerunt pecuniæ ſolutæ per debitorẽ hypothecaria actione ad dictas pecunias prius ei obligatas per ſecundum creditorem bona fide conſemptas; fuit deciſum, quòd non; & ideò fuit abſolutus ſecundus creditor, Affl. dec. 190. Grammat. q. 1. poſt dec. num. 6. ponit aliam deciſionem ſimilem, Anna in ſingul. 538. tex. dicit, tàm in S. C. quàm in Regia Camera in cauſis Arrendatorum Fiſcalium ſępè deciſum eſſe, Math. Brunus de ceſſ. bonor. quæſt. 24. Io. Andr. de Georg. alleg. 39. num. 11. Couarr. pract. quæſt. cap. 29. num. 2. Andr. Gayl. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 25. num. 15. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 45. num. 4. Flamin. Cartar. deciſ. Genuæ 19. Reg. de Ponte in tract. de Poteſt. Proreg. titul. 7. §. 9. num. 18. Borgn. Caual. deciſ. Fiuizan. 29. num. 69. part. 2. idem Reg. de Ponte deciſ. 24. num. 7. & 20. Tartagl. in praxi M. C. V. ciuil. cap. 7. in fine, Hieronym. de Laurent. deciſ. Auenion. 96. Molfeſ. in conſuet. Neap. par. 4. quæſt. 26. num. 16. Ric. in collect. deciſ. 63. Matta voto 42. num. 4. & voto 48. de Ponte conſ. 83. nu. 4. volum. 2. Alph. collect. 1258. Franc. Stephan. deciſ. Aquenſ. 31. num. 4. idem Ric. in praxi var. reſolut. in reſolut. 123. & 375. in magnis, Matta in tract. clauſ. par. 1. clauſ. 165. num. 4. Mareſcott. variãr. reſolut. lib. 2. cap. 38. Theſaur. lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 16. num. 3. Mich. Craſſ. inter commun. opin. tit. qui pot. in pignor. hab. num. 16. Phanuc. de inuentar. part. 5. num. 147. Peregr. de iure Fiſci lib. 6. tit. 6. num. 18. verſ. in hoc, Card. Serafin. dec. Roman. 174. Ioſeph Seſſ. deciſ. Arag. 206. *Alex. Trentacinq. var. reſol. lib. 1. tit. de iure Fiſci, reſol. 7. num. 18. & lib. 3. tit. de ſolut. reſol. 23. num. 13. Reg. Tapia deciſ. Italiæ 19. num. 9. Genuenſ. in tract. de Eccleſ. ſeu practic ab. Eccleſ. quæſt. 601. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 6. num. 27. et part. 7. num. 60. et ſeq. Pereir. deciſ. Luſit. 7. num. 3. et deciſ. 45. num. 3. et 5. Ant. de Amat. variar. reſolut. tom. 2. reſol. 51. num. 2. ad 8. et num. 13. vbi meminit de Anna, Cutell. deciſ. Sicil. 13. num. 27. et in tract. de donat. tom. 1. diſcurſ. 2. part. 6. num. 65. Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 5. num. 64. Flor. Diaz de Mena lib. 1. pract. quæſt. q. 6. ſub n. 10. 14. et 17.*

Digitized by Google

Creditor primus an cogatur date rē ſibi, & ſecundo creditori obligatam eidem ſecundo creditori offerenti eius creditum ſoluere, ſicut è contra poterit primus offerre ſolutionem eius crediti; fuit deciſum, quòd ſic, Affl. deciſ. 259. Granunat. deciſ. 51. num. 7. Reg. de Pont. conſ. 29. num. 3. volum. 1. Hieronym. Marilian. deciſ. Ianuæ 55. Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. c. 202. nu. 9. Franc. Stephan. dec. Aquenſ. cap. 37. num. 7. *Conſil. Thrbodor. alleg. 73. in fine.*

Creditor an poſsit à Iudice petere familiam ad aſſociandum ipſum contra debitorem vigore inſtrumenti, in quo ex pacto datur poteſtas capiendi bona debitoris, & eius hæredis propria authoritate, & debitor ſe conſtituit precario nomine creditoris tenere, & poſſidere ad capiendam poſſeſſionem bonorum prædictorum, nulla præcedente citatione; fuit deciſum in fauorē creditoris; & ità fuit obſeruatum in hærede creditoris petentis aſſociari cum familia ad capiendum poſſeſſionem bonorum feudalium, mediante Regio aſſenſu obligatorum, eo modo, & forma, vt ſupra, Affl. deciſ. 326. Sigiſm. Scacc. in tract. de iudic. cauſ. ciuil. & crimin. cap. 62. num. 32. & 24. verſ. ſi verò loquamur, vbi allegat eundem Affl. in Conſt. Pacis cultum, nu. 22. in fine, idem dicentem, Nunt. Pellic. in Conſuet. Auerſæ cap. 8. nu. 23. Foller. in pract. cenſual. verſ. huiuſmodi cen. ſuper reb. nu. 111. Viuius dec. 44. num. 2. & in Sylua commun. opin, opin. 93. citatio, num. 1. Maranta in tract. de remed. poſſeſ. nu. 43. Reg. Rouit. in pragm. 1. de conſeruatorijs nu. 14. Rican collect. deciſ. 7. *Borrell. in ſumma deciſ. tom. 3. tit. 14. num. 29. Barbat. de aſsiſtent. gloſ. 6. num. 18.*

Creditor recipiendo rem alienam à ſuo debitore inſolutum cum proteſtatione debitoris; quòd erat aliena, an dicatur fuiſſe in mala fide; fuit deciſum, quòd ſic, & ſucceſſiuè fuit condemnatus ad pretium rei habitæ, inſtante Domino rei, Affl. deciſ. 369. à num. 7. ad finem, Anton. Gabriel. in lib. 1. titul. de teſtibus, concluſ. 1. num. 18. Nunt. Pellic. in Conſuet. Auerſæ cap. 9. num. 186. Viu. in Sylua commun. opin. in 472. opinione malafides, num. 4. Monter. dec. Arag. 13. n. 19.

Creditor hominis interfecti an recuperet ab interfectore ſuum creditum; quamuis de iure teneretur, S.C. non determinauit ſecundùm prædicta, Vrſill. deciſ. 34. n. 12.

Creditor an teneatur accipere pecuniam oblatam antè tempus ſolutionis faciendæ, quando eſſet timor mutationis monetæ, vel alia iuſta cauſa; fuit deciſum, quòd non, Vrſill. dec. 90. n. 3. & 194. nu. 4. Viuius in Sylua commun. opin. in 515. opin. moneta n. 2.

Creditor ſecundus ſi pecuniam exegerit à nomine debitoris, an primus creditor auocare poſsit; fuit deciſum, quòd non, Vrſill. deciſ. 190. num. 5. Molſeſ. in Comment. ad Conſuetud. Neap. par. 4. quæſt. 26. num. 17.

Creditor agens pro aſsiſtentia vigore inſtrumenti ſi fuerit proceſſum ad litis conteſtationem, immò & ad publicationem, an poſsit criminalitèr via ritus contra debitorem agere; fuit deciſum per S.C. quòd ſic, teſte Rober. Marant. in diſput. 6. quæſt. citat Nunt. Tartagl. in praxi M.C.V. cap. 1. nu. 22. *Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 53. n. 23. Barbat. de aſsiſtent. gloſ. 6. num. 33.*

Creditor anterior ſi emerit rem ſibi hypothecatam à debitore, an poſsit vti hypotheca anteriore aduerſus vxorem debitoris, petētem ſibi adiudicari rem illam vigore hypothecę dotalis; fuit votatum in fauorem creditoris, vt liceret ſibi retinere terram pro ſua hypotheca, Capyc. deciſ. 43. meminit Franch. deciſ. 453. Lanar. conſ. 42. nu. 15. Maſtrill. deciſ. Sicil. 24. num. 3. & deciſ. 78. num. 10. Anton. Fab. in eius Cod. titu. de ſolut. definit. 49. & tit. de Euict. definit. 20.

Creditor petēs plus debito, ad hoc vt amittat debitū quatuor requiruntur, ſcilicèt quòd cautio, ex qua agitur ſit extorta de maiori ſumma, & quòd propter dolum, & quòd reus ſit vocatus in iudicium, & lis cōteſtata, & quòd in probationibus liqueat de dolo actoris; at in occurrenti caſu dùm non fuiſſet id petitum per conuentum, vt ſcilicet actor à toto debito cadat, non fuit condemnatus, nec in hoc prouiſum, Capyc. deciſ. 49. n. 4. Ric. in collect. dec. 437. Caeſ. Manent. de iure cont. luell. q. 1. pact. 4. n. 31. & q. 5. n. 59.

Creditor primus hypothecarius an poſsit auocare à ſecundo hypothecario pecuniam ſibi ſolutam per debitorem vtriuſq; creditoris, etiam conſumptā; fuit deciſum, quòd non, Capyc. deciſ. 78. num. 1. & 2. Matth. Brun. de ceſſ. bonor. quæſt. 24. num. 2. Io. Andr. de Georg. in allegat. 39. num. 11. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 45. num. 4. Regens de Ponte in tract. de Poteſt. Proreg. titul. 7. §. 9. num. 18. Viuius deciſ. 451. num. 26. Molſeſ. in comment. ad Conſuetud. Neapol. part. 4. quæſt. 26. num. 16. Ric. in collect. deciſ. 63. Marta voto 48. *Pereir. deciſ. Luſitan. 45. n. 3. in fine.*

Creditor ex cauſa arrendamenti alicui conceſsi ad tempus triennij ſub certa ſolutione facienda ſingulis annis, an præferatur alijs creditoribus, nondùm elapſis annis tribus prædictis, & ità pendente triennio, ſi mortuus fuerit debitor, in his tantùm paghis, quæ in vita debitoris debebantur, non autem poſt mortem, fuit deciſum, quòd præferatur etiam in paghis, quæ currerant poſt mortem conductoris, & quando in cauſa nihil oppoſitum fuiſſet de lignaminibus Syluarum creditoris, quibus vti potuiſſet conductor, ſi arrendamentum duraſſet toto tempore, S.C. non habuit rationem, tamen deductiones debuiſſet pati creditor pro concurrenti quantitate dictorum lignaminum, Capyc. dec. 87. à n. 4. ad fin. Maſtrill. deciſ. Sicil. 119. n. 14.

Creditor ex cauſa venditionis mercium an præferendus ſit cæteris creditoribus, communis ſe habet opinio negatiua, vt nō præferatur, maximè ſecuta traditione illorum, Eman. Suarez inter cōm. opin. lib. 8. titul. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. alien. ſunt, num. 6. idemquè tradit Benuen. Stracc. in tract. de Mercat. part. vlt. in tract. de Decoct. n. 5. Viuius in Sylua commun. opin. in opin. 1012. Villal. inter comm. opin. lib. 7. tit. qui pot. in pign. hab. nu. 18. nam traditio rei facit, vt cenſeatur habita fides de pretio, Tiraq. de retract. conuent. in fine num. 77. & ſucceſsiuè dominium tranſlatum eſſe videtur habita tali fide de pretio, Rom. ſing. 310. l. quod vendidi, niſi tamen putaret ſtatim ſoluturum ſubnectit ex mente gl. d. l. quod vendidi, quæ in princ. dixit, ideoq; poteſt venditor vendi-

care

quare, per text. in l. procuratoris, §. pen. ff. de tribut. act. §. venditæ, Inſt. de rerum diuiſ. ſicq; intentata rei vendicatione per Mag. de Saluiati contra illos de Acampora ex tranſmiſſionis pannorum cauſa creditores obtinuerunt ſententiam in eorum fauorem, vt præferantur in pretio dictorum pannorum, ex Ciuitate Florentiæ tranſmiſſorum, indè S. C. pro vero habuit, adhùc dominium non fuiſſe translatum in illos de Acampora, & credo, quòd dum non apparebat de termino dato ad ſoluendum, vndè præſumebatur habita fides de pretio, vt dixit Alex. in conſ. 92. n. 2. lib. 1. putabat tamen creditor ipſe, quòd ſtatim ſolututus erat debitor, vt dixit gloſ. in d. l. quod vendidi, etenim in omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur, l. in omnibus, ff. de reg. iur. & ſucceſſiuè dominium tranſlatum eſſe non videbatur, cùm regularitèr non transfertur, niſi ſoluto pretio, Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 2. nu. 41. quod ſolui ſtatim non potuit ex locorum diſtantia, & ex coniecturis aliquando verificatur, non fuiſſe habitam fidem de pretio, prout hæc, & alia tradit Bertach. in repert. in verbo vẽditor rei ſuæ, §. 30. qui in verbo mercator annuit, quòd mercator præſumitur habere pecunias in promptu, ſimilitèr & creditor ità præſumitur diligens in exigẽdo, & potiſſimùm mercatores Florentini, qui ſunt diligentes, & pecunias dormire non ſinunt, idem Strac. de Mercat. par. 2. nu. 14. & Paul. de Caſtr. in conſ. 279. n. 1. par. 2. dicit, creditores decoctorum, ſeu falitorum debere omnes eſſe æquales pro rata deluti, & bonorum repertorum, tamen verſus finem dixit, etſi eſſet caſus, in quo aliqui creditoros deberent eſſe potiores alijs, ratione alicuius priuilegij, tunc illi poſſent reuocare totum, quod eſſet ſolutum alijs creditoribus non priuilegiatis, l. ex facto, §. fin. ff. de pactis, cum alijs ibi allegatis, & demùm in mercatore decocto ſemper præſumitur, præcedentem dolum cauſam dediſſe fidei habendæ de pretio, & perindè habetur, ac ſi fides non eſſet habita, & conſequentèr mercium dominium non intelligitur tranſlatum, Benuen. Strac. in d. tract. in tit. de Decoct. par. 3. n. 31. non mirum ſi S. C. habuit pro vero, dominium non fuiſſe tráſlatum in hoc caſu; ſed maior difficultas ex his orta fuit, ſi venditis pannis, ſeù mercibus ipſis, & ex pretio fuerunt alij panni, ſiuè merces emptæ, an ex hoc potior creditor reddi videatur, fuerunt infraſcripta breuitèr in fauorem creditorum allegata, Mag. de Saluiati, dùm agitur de liberatione depoſiti duc. 2000. liberationem ipſius prætendũt obtinere, eò quia peruenirũt partim à pannis tráſmiſſis à Ciuitate Florentiæ per ipſos hic Neap. & partim à pannis emptis de pretio pannorum per ipſos tranſmiſſorum. Sententia enim S. C. præfert ipſos in pretio pannorum tranſmiſſorum à Ciuitate Florentiæ in Ciuitate Neap. ac venditorum ordine S. C. vndè abſq; difficultate ſumus reſpectu pannorum tranſmiſſorum, qui tempore diſmiſſionis fundaci reperti fuerunt, & ex infraſcriptis eodem modo prælationẽ prætendunt in pannis non tranſmiſſis, emptis tamen de pretio pannorum tranſmiſſorum per ipſos, & ſucceſsiuè in eorum pretio, de cuius liberatione agitur, virtualitèr ſententia S. C. declarauit, atq; ſententiauit, dominium pannorum tranſmiſſorum à Ciuitate Florentię per ipſos de Saluiati, non fuiſſe tranſlatum in prædictos de Acampora, nam alias fruſtrà fuiſſet petita vendicatio, & obtenta prælatio in pretio, ſi dominium fuiſſet tranſlatum, ex reg. l. quod vendidi, ff. de contrah. empt. l. inciuile, C. de rei vend. quia tantùm actio ad pretium ſupereſſet, vndè ſi prælatio datur pro pretio pannorum tráſmiſſorum, vigore ſententiæ, & ex pretio pannorũ fuerunt empti alij panni, non video, cur Regula, quòd ſubrogatum non debeat habere locum in caſu noſtro, in rebus vniuerſalibus, & in fideicommiſsis pretium nó ſolùm ſuccedit loco rei, verùm etiam res empta ex pretio ex vi ſubrogationis, nã vice permutati dominij reſtituetur, l. ſed quod indè comparatum ff. de leg. 2. & Bart. in l. Imperator, §. fin. in princ. ff. de leg. 2. gloſ. Alber. & Bart. in l. ſi rem, & pretium, ff. de petit. hæred. Bart. poſt gl. in l. Labeo, §. Sabinus, ff. de verbor. ſignif. in iſto caſu eadem actione, ſicuti res petebatur, petitur pretium redactum, & ſic ſubrogatum ſecundùm Albet. in d. l. ſi rem, & pretiũ, vt pulchrè declarat Bart. in d. l. Imperator, in §. fin. in princ. Si ergò in vniuerſalibus, & in fideicommiſsis iſtud abſq; difficultate eſt, quia vice permutati dominij reſtituitur, & videtur, rem adhuc eſſe in patrimonio, ità etiam & in caſu, de quo agimus, nam aut panni tranſmiſsi ſunt non quid vniuerſale, & dato, ſed non conceſſo illud idem ſtatuendum, & judicandum eſt, ex quo in particularibus regularitèr pretium non ſuccedit loco rei, l. qui vas, §. fin. ff. de furt. cum concord. niſi in certis caſibus, vt quando agitur actione reali in ſubſidium, re præſcripta, vel perempta, datur actio ad pretium contra venditorem, cauſam lucratiuam habentem, l. mater, C. de rei vend. vbi Bar. & Alber. Docto. in l. ſi cùm ſeruum, ff. ſi cert. pet. Bar. in l. qui à debitore, ff. quæ in fraud. credit. & adducunt text. in l. item ſi verberatum, §. ſi quis rem ex neceſsitate, ff. de rei vend. & etiam in actione perſonali pretium ſuccedit loco rei in particularibus, ratione doli, Bar. in præalleg. l. qui à debitore, in princ. Neguſ. in primo memb. quintæ par. n. 48. in verſ. in iudicijs autem particularibus, not. Affl. dec. 359. & Bar. Veron. ad hunc propoſitum in l. mancipia, n. 4. ff. pro empt. allegat text. in l. Iulianus ſcribit, ſi hominem, ff. de rei vend. & in caſu noſtro vẽdicatur res ratione dominij tranſmiſſa per dolum, ſi ità dici poteſt, præmiſſa reuerentia, cùm vigore literarum illorum de Acampora fuerunt Mag. de Saluiati inducti ad tráſmittẽdum, ex Regula tex. in l. & eleganter, §. fin. & l. quod ſi cùm ſcires, ff. de dolo, vndè eſtò quòd ſumus in particularibus, vt prætenditur, nihilominùs in prędictis caſibus ceſſat Regula d. l. qui vas, in §. fi. & ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, l. ſi cùm, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. l. qui id, quod, ff. de don. ſicuti dicimus de rebus vniuerſalibus, hinc videmus, fundum emptum de pecunia fęnebri, nõ ſolùm eſſe fęnebrẽ, verùm etiam ſi vẽdatur, & ex pretio alia res ematur, ſi credimus Lapo in alleg. 74. num. 2. antè num. 3. ſentit Tiraq. tit. 1. de retr. §. 32. gloſ. vnica, nu. 14. & ſic emptis pannis de pretio pannorum tranſmiſſorum, rectè dicitũr, ipſos ſuccedere loco pretij, vt dixit Anchar. conſ. 102. num. 5. verſ. ſi ergò pretium; tantò fortius in caſu noſtro, cùm ſumus in rebus vniuerſalibus, nam

pan-

panni tranſmiſſi ſunt Magnificorum de Saluiati ſociorum,qui tenent hanc rationem pannorum, hi igitur panni,dùm eſt ſententiatum, eos eſſe de dominio Mag.de Saluiati,ſunt de ſocietate, & ſic cenſentur quid vniuerſale, & certè Sacrum Conſilium,vt ſolet, debet iacturæ ipſorum præcurrere, quia caſus exemplaris; Nec obſtare poteſt, quòd in facto non eſt probatum, quòd pretium ſit conuerſum in emptionem iſtorum aliorum pannorum, nam id præſumitur, & onus aduerſariorum, contrarium demonſtrandi erat, *Bart.* tangit quæſtionem in l.Imperator, §.fin.num.3.ff.de leg.2.ibi,quæro dicitur hic,quòd de pretio rerum venditarum aliquid comparat,cui incumbat onus probandi,quòd ex illo pretio ſit comparatum,tex. in l.fin.*C*.de pign.videtur velle,quòd quando quis comparat,ſibi videatur in dubio comparaſſe ex illa pecunia,quam,conſtat in dubio,ad eum perueniſſe,hæc ſunt eius verba, & ſubdit,quod eſt notandum,& idem Bar.in l.ſi ventri,§.fin.in fin.ff.de priuil.cred. idem dicit, quòd ſi aliquis mutuo accepit pecuniam,& deindè facit expēſas pro ſe,vel pro coniunctis,quòd preſumitur expendiſſe de ea pecunia mutuata,per tex.in d.l.fin.quod dictum Caſtr. in l.fin.§.in computatione,num.4.*C*.de iure deliber.dicit,eſſe notabile,ſi tempus,& quantitas conueniantur, per tex.in l.fin. ff.de exercit.actio. tempus adeſt,quia infrà menſes ſex proximos diſmiſsioni fundaci ſunt tranſmiſſi panni valoris duc.5000.& plus.& iſti panni petuntur, ſiuè eorū pretium tempore diſmiſſionis fuerunt iuncti duc. 2621.de pannis tranſmiſſis,cæteri venditi, & alij ſubrogati, ex Regula l.cùm tabernam, ff.de pign. quantitas adeſt,quia panni empti de pretio pannorum tranſmiſſorum non excedunt pretiū peruentum; immò adeſt etiam locus, nàm idem fundicus pannorum, vt ſentit etiam Roman. conſ. 426.n.7.per tex. in d.l.fin. C. de pign. & verè de pretio pannorum tranſmiſſorum fuerunt empti alij panni,quia aliàs diceremus,quod pretiū conuerterunt in proprium vſum,furtum committendo,meritò,vt excludatur delictum, prædicta procedunt,& ſic ſunt duæ præſumptiones. Et ex his ſperant liberationem; cætera ſuppleat Illuſtrium Dominorum Iudicantium religio. Additio.Non tamen deſunt alij DD.contrariā ſententiam tenere, vt per Strac.in dict.tract.de Decoct.vltim.par. num. 8. cum ſeq. Tiraq. de retract.conſ ing. §.32. gloſ. vnica,num.20. Ioan. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Creditor ſecundus an poſſit in re vendita ſub haſta aliquid pretendere circa augmentum temporis; fuit deciſum, quòd non, & conuenta, prouiſum, quòd non moleſtetur, Ann.in alleg.56. & in ſing. 443.res.Ric.in collect.dec.697.Maſul.dec.41.n.1. Carrab.de ſind.p.2.n.130.*Alex.Trentacinq.lib.3. var.reſol.tit.de ſolut. reſol.33.n.5.*

Creditor primus, & anterior an teneatur ſecundo creditori offerenti promittere ſe anteriorem, & potiorem; fuit deciſum, quòd cedat iura qualia habet, Ann. in alleg.78. *Ant.de Amat. var.reſol. tom.1.reſol.32.n.16.*

Creditor Titij an aliquid prætendere poſsit ſuper pecunia girata tertio creditori per literas cambij, tranſmiſſas per Titium,& acceptaras per Sempronium,Titij creditorem antequàm fieret realis ſolutio tertio; fuit deciſum in fauorem creditoris Titij ius prætendentis habere ſuper pecunia, quamuis per tales literas Titius fuiſſet liberatus, & eius creditor acceptans obligatus ad ſoluendū, licèt pendeat reclamatio, Ann.in alleg.89.

Creditor debitorem fugientem capiens in alia terra,an puniri poſsit de vi publica,cōcluditur,quòd non,& dùm in caſu occurrenti fuiſſet compoſitus creditor ob talem actum ad ſoluendum duc. 50. fuit per M.*C*.V.liberatus,& reſtituta ei pecunia, & ita exequutum,Gramm.in Cap.Regni *C*ontra effrenatas,n.4.

Creditor poſterior an præferatur creditori anteriori in re hypothecata, ſi ex eius propria pecunia res hypothecata fuerit refecta, & pro tali refectione res ipſi à debitore obligata,licèt ex diſpoſitione iuris determinetur,quòd ſit præferendus,iuxtà tex.in l.interdum,ff.qui pot.in pign.hab. vbi DD. tamen expreſsè in hoc requiritur neceſſarium requiſitum,vt ipſa pecunia cum effectu redigatur in refectionem rei, vt ſingularitèr tradit Marc. Ant. Peregrin.in tract.de fideicomm.articulo 50.num. 34.in fine,ad quod allegat Alex.in conſ.vlt.col.1. vol.7.& ità fuit practicatum,& deciſum in S.C.in cauſa Iudictæ Salinæ cum creditoribus Ioan.Hieronymi Surrentini, in Banca de Scacciauento, & fuit primo loco prelata in penſionibus domus refectæ ex ſua pecunia, mediante decreto S. C. referente Regio *C*onſiliario Ioanne Miſtanza in anno..... & deindè per duo decreta conformia eiuſdem S. *C*. prælata in pretio domus, contradicentibus creditoribus, referente Regio Conſiliario Scipione de Curte in anno præſenti 1610. & iterùm in anno 1616.facto verbo in S.C.per Règ. Conſ. Didacū Salinas fuit pro declaratione iſtius deciſionis deciſum,eſſe præferēdam dictam Iudictam pro ſumma ipſa quòad partitas ſolutas, & realitèr per debitorem expenſas in refectionem domus,reſpectu verò aliarum partitarum ſic etiā ſolutarum,non tamen expēſatum per debitorem realitèr in beneficium refectionis fuerunt iura ipſius reſeruata in graduatione creditorum facienda ſuo loco, & tempore, vt paritèr audiui ab V.I.D.Franciſco Antonio Salinas meo Conſobrino,illius cauſæ patrono,& patet in actis S.C.memoratis ex doctrina Paul.de *C*aſt. in l.creditor, la prima,ſub n.1.ff.ſi cert.pet.Io. Baptiſta de Thoro I.C.Neap. *Meminit de hac deciſione Andr. Capan. de iure releuij,p.3.q.15.n.3.*

Creditor,& cognatus præfertur de iure in venditione rei ad inſtantiam creditorum procurata, l.1.ff. de priuil.credit.pro eodem in pretio, quo fuit vēdita,non tamen procedit in venditione iam facta, nam tunc comparente creditore cognato debet excludi, vt fuiſſe deciſum in S. *C*, iunctis aulis in caſu occurſo,refert Iacob. Anell. de Bottis in addit.ad Batt.in d.l.1.ff.de priuil.cred.incip. die 10. Iunij 1575.*Reg.Sanfelic.dec.*100.*nu.*117.*in medio, & dec.*104.*n.*19.

Creditor poſterior abſq; aſſenſu in feudalibus excluſus ab alio creditore circa liberationem pretij feudalis,vigore memorialis aſſenſus expediti per verbum, fiat, non alitèr regiſtrati iuxtà ordinem Reg. Pragm. licèt adhùc tempus regiſtrandi non erat elapſum,ob quod fuerat per Iudicē pecunia eius crediti liberata,an elapſo biēnio, & regiſtratione

Digitized by Google

tione non facta poterit auocare pecuniam ipſam liberatam dicto creditori, fuit iudicatum in Sacr. Conſil. iunctis tribus Aulis, quod ſic, & ita in fauorem illius creditoris poſterioris, ex quo tria tempora conſiderantur in actione, ſcilicèt natiuitatis quando naſcitur ex contractu, exercitij, & conſeruationis ipſius aduerſus alios creditores, Franc. de Amicis in titul. de his, qui feud. dat. poſſ. §. dixi etiam rei, num. 2. & ſeq. fol. 15. & 16. & in §. pecunia iſta, cum §§. ſeqq. fol. 17. & ſeq. ponit allegationes illius puncti, & optimè ipſam defendit, allegando Authorem hic, Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 9. num. 6. & ſeq. *Reg. Tapiæ deciſ. S.C. 8. nu. 16. Iul. Cæſ. Gallupp. in method. feud. par. 2. c. 1. n. 35.*

Creditor, qui per laudum latum obtinuerit, quòd in cauſa deficientiæ poſſit exequi ſuper medietate Conſuetudini ſubiecta, an poſsit agere aduerſus debitorem opponẽtem extricationem bonorum, in cuius fauorem fuerit latum decretum, quòd præſẽtaret ſcripturas, vt deponeret pecuniam debitam pro dicta medietate, ità vt priùs teneatur exequi ſuper nominibus debitorum, & deindè contra ipſum principalem debitorem, & ità in ſubſidium ipſorum debitorum recurrat ad eundem; concluditur in fauorem debitoris principalis, & dùm allegaret, non adeſſe bona libera, ei incumbebat onus probandi, Fab. de Ann. in conſ. 85. dum pars; tamen in apoſtilla in 2. volum. Conſil. poſt argumenta ipſorum impreſſa, incip. audiui aliquos, qui magis aliena ſcripta; ponit deciſiones, inquiens, caſus conſ. 85. prima vice fuit in paritate Dominorum de Conſilio, tres pro qualibet parte, & demùm datis adiunctis deciſus contra conſilium.

Creditor hypothecarius, qui habet facultatem vendendi rem, cogi nequit ad rem recipiendam, procedit etiam in quolibet creditore hæreditatis, qui vellet res hęreditarias diſtrahere, & admittitur, ſaluo iure recipiendi, quando iuſtus empor non reperiretur, quo caſu eam ęſtimationem admittunt, ſecundùm quam licitator tutus fuiſſet, vtpotè ſi non minùs ſexta parte iuſtę æſtimationis licitando viciſſet, vt fuit concluſum, & deciſum in cõtingenti caſu, Minad. in Conſt. In aliquibus, verſ. de ſucceſſione, nu. 34. & 35. de Ponte conſ. 88. nu. 5. vol. 1.

Creditor feudatarij immiſſus in poſſeſſionem ex actione reali, quam habebat ſuper feudo pro fructibus tantùm, quos percepit, an teneatur ad ſeruitium Domino directo, ſtatutum fuit, quòd ſic, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. cùm igitur, nu. 69.

Creditor alicuius, qui mandauerat debitori ſuo, vt ſolueret ſuo creditori, ſi debitor ipſe poſt acceptationẽ ſoluendi aufugerit, an ipſe poterit habere recurſum contra debitorem mandantem ſolui, fuit pronunciatum, quòd ſic, Barth. de Capua in ſing. 75. per literam, aliàs 89.

Creditor antequàm agat, ſi debitor offerret, an teneatur oblationem accipere; fuit deciſum in S.C. in cauſa Comitis Sanctæ Seuerinæ cum Comite Lauri, quòd non, vt refert Iacob. Anell. de Bottis in addit. ad Auth. hoc niſi, C. de ſolut. in additionibus textualibus nouiſſimè impreſſis.

Creditor habens domum debitoris obligatam an poſſit impedire, nè domus diruatur ob delictum debitoris, ſi eſſet tale delictum tali pœna condignum, fuit practicatum, poſſe creditorem impedire talem dirutionem, in cauſa Baronis Coni, Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rub. de prouiſio. fien. ſolu. in princ. n. 35. & 36.

Creditor an ſit admittendus ad recuperationem rei emphytheoticæ, ſi pro illius hypothecę conſeruatione ſolueret cenſus, nè in commiſſum incideret, concluditur, re integra id facere poſſe, quando per reuerſionem nõ eſſet extincta hypotheca, antequàm emphytheota eſſet moroſus, & fuerit declarata caducitas, & capta poſſeſſio, nam iſto caſu non erit admittendus, etiã quòd habeat intereſſe, & veniret, ſtante ignorãtia via reſtitutionis in integrum, ſecundùm Bald. l. 2. C. de reſcin. vend. & ita per tres ſententias fuiſſe determinatum tradit Affl. in cap. 1. §. item ſi clericus, num. 20. de Capit. Conrad. quem citat Maſtrill. deciſ. Sicil. 154. num. 28. *Reg. de Pont. conſ. 156. n. 11. vol. 2. vbi nos hic citat.*

Creditor, qui habet bona burgenſatica, & feudalia ab homine obligata cum aſſenſu Domini, an debeat primò recurſum habere ad burgenſatica, & in ſubſidium ad feudalia, vel ſit in eius electione, vtra eorum eligere, fuit in Sacr. Conſil. deciſum, eſſe in electione creditoris eligere, vel bona burgenſatica, vel feudalia, Afflict. in Conſtitut. Fratribus, num. 7. & vide ſupra eod. verbo bona feudalia.

Creditor priuati an poſsit agere cõtra Fiſcum bona occupãtem debitoris inſolidum, vel pro rata partis tantùm, fuit tempore Regis Ferdinandi obſeruatum, pro rata tantùm eſſe conueniendum, Affl. in Conſtit. Si quis in poſterùm, nu. 26. Hieronym. de Laurent. deciſ. Auenion. 121. num. 7. Gutier. conſ. 49. num. 1. *Franch. dec. 5. Felician. de cenſibus, lib 3. c. 4. n. 11. to. 1.*

Creditor Emphytheotæ, ſi res emphytheotica ad directum dominum redierit virtute l. fin. C. de iure emphyt. ſolutis meliorationibus, & poſtmodùm per eundem Dominum directum alteri fuerit in emphyteoſim data, an contra poſſeſſorem nouum ſuper meliorationibus eidem obligatis agere poſſit; fuit deciſum in fauorem poſſeſſoris, Franch. deciſ. 226. Maſtrill. deciſ. Sicil. 154. nu. 27. Borgni Caualc. deciſ. Fiuizan. 8. num. 35. in 3. part. nouiſſimè Reg. de Ponte in deciſ. 3. num. 27. Ricc. collect. deciſ. 1537. & deciſ. Archiep. 58. part. 2. in fine, *Praſ. Fulu. Lanar. in addit. ad repet. ſui Patrui, capitul. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtur. num. 32.*

Creditor filij, & hæredis patris, cui fuerat facta donatio à patre cõtemplatione matrimonij de ſumma ducatorum mille, conſiſtente in certis introitibus, & ſtabilibus, & eiuſq; filijs naſcituris ex matrimonio prædicto, ſi decedente filio prędicto, relicto filio, cui pupillariter ſubſtituerat auia, & facto caſu ſubſtitutionis prędictę, bona ad auiã peruenerant; an poſsit bona ipſa vẽdicare, cùm filius cenſeatur vocatus cum qualitate hæreditaria, & ſucceſsiuè patris factum ratum habere, fuit deciſum per S.C. in fauorem filiorum, excluſis creditoribus paternis, in cauſa Lucretiæ Longhæ cum

Digitized by Google

Aloyſio Anello Incarnato, penès Carbonũ Actuarium, Anell. Amatus in conſ. 68. tempore contracti, vol. 1.

Creditor alicuius mulieris, quæ inſimul cum fratre, & alio extraneo ſe obligauit inſolidum, mediante instrumento, conſtituendo reditum annuum ſuper bonis fratris, an poſſit poſt lapſum temporis annorum viginti in circa pecuniam poſterioribus creditoribus liberatam auocare, nõ obſtante præſumpto metu mulieris ob fratrem, ac leſione, dùm pecunia data ad eum peruenerat, & ex alijs conjecturis apparentibus, potiùs fuiſſe interceſſionẽ, quàm obligationem realem, præterea ex curſu tanti temporis, quo creditor non ſtetit in poſſeſſionẽ exigendi introitus, iuxtà Conſuet. Neap. immò vigore cartulæ aſſerti inſtrumenti, nullam fidem facientis ad petitionẽ creditoris, in iudicio exhibitæ petebatur, fuerunt infraſcripta breuitèr adducta contra creditorem ipſum in fauorem conuentorum, Primò, quia creditor egerat vigore cuiuſdam cartulæ, nullam fidem facientis, erat .n. exemplar ex prothocollo Notarij mortui deſumptum, abſq; Iudicis decreto, ac alijs requiſitis, quo caſu nullam fidem facere de iure comprobatum eſt in cap. cũ P. tabellio, de fide inſt. Couar. plenè pract. quæſt. cap. 21. num. 11. tantò magis cum nedùm Notarius, ſed & teſtes erant defuncti, & inſtrumentum non apparebat cum ſubſcriptione teſtium, & aliàs reaſſumptum fuiſſe iuxtà formam Conſt. Inſtrumentorum robur, & in Conſt. Baiulos omnes, & eo caſu ſcriptura eſt cartula, & ſine fide, prout teſtatur Præſ. de Franc. dec. 77. in fine. Secundò obſtare videtur actori exceptio S. C. Velleiani; nam licèt contraxerat mulier, tamen frater eius, & alter extraneus cum muliere ſe obligauerant, & venditio facta fuerat ſuper bonis fratris, & ex partitis Bãci clare apparebat, mulierem non alitèr remanſiſſe debitricem pecuniæ, tamen in ſubſtantia fuit fideiuſſor, vt ex Soc. Alex. & alijs comprobat Præſ. de Franch. dec. 279. num. 8. & 9. & ſucceſſiuè frater fuit principalis debitor, & mulier re vera interceſſit, idcircò potiùs obligatio fuit, & eſt nulla, toto titul. ff. & C. ad Velleian. & etiam virtute Regiæ Pragmatic. vnicæ eiuſdem tituli, vbi omnes interceſsiones etiam iuratæ annullantur, nec eſt facienda vis in text. in l. mulier tanquàm, ff. ad Velleian. & in l. ſi ſenebris pecunia, C. eod. cum ſimilibus, etenim iura prædicta loqui videntur, quando ſola mulier contraxerat, & non quando cum alio ſe obligauerat, quia primo caſu ſi mulier pecuniam ex contractu perceptam pro alio impendit, hoc nil ad creditorem, ſecus autem eſt in ſecundo caſu, quando cum alio ſe obligauerit, & pecunia penès eam non remaneret, tunc clara eſt interceſsio, & proindè obſtat Velleianũ, & ità vltrà Azon. tenet Theſaur. in deciſ. 222. in fine, cuius meminit Conſil. de Georg. qui eandem firmat opinionem in allegat. 32. num. 9. & 10. quam ſententiam vltrà prædictos annuit nouiſſime Gaſp. Roder. in tract. de annuis reddit. lib. 2. quæſt. 5. num. 21. & ſeq. & propriè num. 34. & 35. verſic. vndè cùm principalitèr, adeò quòd benè obſtat exceptio Velleiani ob dictam mulieris interceſsionem, quæ eo faciliùs erit præſumenda in iſto caſu, propter ſilentium actoris per tot annos, Cur enim tandiù tacuit contra mulierem, quia benè ſciebat, mulierem fideiuſſiſſe nullitèr pro fratre, & ſic procedit text. in l. ſi quis forte, ff. de pen. & cap. 1. de trig. & malef. cum concord. Tertiò obſtabat actori alia metus ratio, adeò quòd contractus ille geſtus fuerat meticulosè, & eius vigore obtinere non debet, mulier enim ſoror erat illius, qui pecuniã quærebat, & in fratre cõſideratur metus reuerentialis, Aret. conſ. 24. Iaſon in l. interpoſitas, C. de tranſ. & quicquid Capy. dixerit, ità firmat Vinc. de Anna in ſing. 139. qui quidèm metus reuerentialis cum enormi læſione reſcindit contractum, Aym. conſ. 11. num. 12. & conſ. 114. num. 1. Rod. Xuarez in alleg. 24. Riminal. iun. conſil. 5. num. 31. quinimmò dùm mulier de ſumma recepta nil habuit ex hoc, & ſic fuit totalis enormiſsima læſio, meritò nec ipſa, nec eius creditores ex aduerſo ſunt vexandi, Vltimò obſtabat creditori, non docuiſſe de poſſeſsione perceptionis annuorum introituũ ab eo emptorum infra annum, & quamuis contrarium aſſerere videatur, attamen ei non creditur, ex regula iuris, ei enim, qui dicit, incumbit onus probandi, quo caſu vigore Conſuet. Neap. incip. Venditionis contractus, in titul. de contrah. empt. & in alia Conſuet. incip. Inſtrumentum venditionis, dùm emptor à die contractus intrà annum non accepit realem actualem rei emptæ poſſeſsionem, tunc non niſi pretium tantùm, non fructus prætendere poſſet, & ſic à poſterioribus creditoribus, non niſi ad ſolutionem capitalis tantùm eſſet prætenſio actoris, ità Napodan. in gloſ. prima Conſuet. prædictæ, in rub. de inſtrum. confect. per Curial. tollitur enim actio ad rem tradi, & ad intereſſe ſpatio vnius anni. Napod. ibi in verſic. poſt annum, Nec ſufficit, in contractu emptionis eſſe appoſitum conſtitutum, & precarium, quoniam Conſuetudines noſtræ requirunt actualem poſſeſsionem per actum verum, & non fictum, & ità obſeruari pleniſsimè teſtantur Regni Prudentes, prout eſt Anton. Capy. in citata Conſuet. Venditionis contractus, in apoſtilla incip. Nota etiam, cum alia ſequenti apoſtilla, quę incipit, ſeruatur Neap. quòd non ſufficit ficta traditio, & eſt illa apoſtilla, quæ incip. Nota ex iſta gloſ. quæ eſt doctiſsimi Regentis Villani, idem vt ſupra affirmantis in Conſuet. Inſtrumenta donationum, vbi multa fortitèr ſtringit, non ſufficere conſtitutum, & precarium, quicquid ſenſerit Napodan. qui ſicco pede in hoc articulo pertranſit, & ideò cautela eſt, vt in contractu in ſpecie dicatur, non obſtante Vſu, & Conſuetudine Neap. & ità Dominus Antonius de Alex. in apoſtill. incip. Cùm hodiè Notarij, in præalleg. text. Conſuet. Si inſtrumentum, & idem tenet ibi Joann. Ang. Piſanell. in apoſtilla incip. Nota in practica; vndè cùm non conſtet, actorem actualem poſſeſsionem introituum emptorum infra annum habuiſſe proculdubio ex vi Conſuetudinis prędictæ tantò magis repellitur, & actoris prædicta negligentia annorum 29. ipſi, & non alijs nocere debet, & ob id iuſtiſsimè conuenti creditores ſunt abſoluendi, & tandèm referente Regio Conſiliario Iacobo de Franchis, cauſæ tunc Commiſſario fuerunt per Sacr. Conſ. condemnati conuenti ad ſoluendum.

his

Digitized by Google

his non obſtantibus, in cauſa Anelli de Martino creditoris, vt ſuprà, contra quondam V. I. D. Fabium de Falco meum patruum colendiſsimum, qui non alitèr in aula auditus fuit tunc, ob eius abſentiam, & alios litis conſortes, in Banca Cioffi Actuarij de anno 1610. ni fallor, & ſic exequutum pro reſtitutione pecuniæ liberatæ in concurſu creditorum Iuliæ Piſcicellæ, & Mutij eius fratris. Ioannes Baptiſta de Thoro I. C. Neap..

Creditor poſterior an vigore ceſsionis ſibi factæ à creditore anteriore cenſeatur porior, & anterior pro reuocatione pecuniæ liberatæ alijs creditoribus, eſtò quòd ceſſio talis facta fuerat poſt prætenſam ſolutioné, quo caſu iura cedentis erant extincta, & tunc ceſſio nil operatur, iuxtà vulgatos terminos tex. in l. Modeſtinus, ff. de ſolut. nec iuuare videtur dicto creditori, ſe fuiſſe fideiuſſoré, cui etiam poſt fideiuſſionem fieri poteſt ceſsio, ſiquidèm talis cõcluſio militaret in ſimplici, & mero fideiuſſore, non autem in fideiuſſore, qui renúciauit omnibus beneficijs competentibus ipſis fideiuſſoribus, & qui proprio, & principali nomine, atquè inſolidum ſe obligauit, prout eſt caſus noſter, quo caſu quòad creditores omnes ſunt principales, & ideò poſt ſolutionem non tenet ceſsio, pro qua extat particularis deciſio Senatus Mantuæ doctiſsimi Surdi 308. adeò quòd optimo iure conuenti ſunt abſoluendi, & demùm referente Regio Conſiliario Iacobo de Franchis cauſæ Commiſſario fuerunt condemnati conuenti creditores ad ſoluendum pecuniam ſibi liberatam in concurſu creditorum Iuliæ, & Mutij Piſcicelli inter V. I. D. Iulium Cæſarem Iannettaſium, & quondam Doctorem Fabium de Falco meum patruum, non alitèr in Rota auditum ob eius abſentiam, & alios litis Conſortes, in Banca de Cioffo Act. & credo in anno 1610. Io. Baptiſta de Thoro I. C. Neap.

Creditor viri an præferri debeat in donatione certorum bonorum à matre ſibi facta contemplatione futuri matrimonij; vel vxor pro antephato, quamuis poſterior; in iure fuerunt ſequentia allegata per maximum I. C. Ioan. Franc. de Ponte tunc cauſæ patronum, poſtmodùm Regentem Regiam Cancellariam, & Marchionem Murconi ad excluſionem mulieris; Hæc prætenſio in altero de duobus fũdari poteſt, aut in priuilegio particulari mulieris, aut in iure particularitèr quæſito, ex eo quòd donatio fuit facta contemplatione matrimonij, & ex hoc vel prætendit rei donatæ acquiſitionem in perſonam propriam, vel ſpecialem hypothecam, quæ cæteris creditoribus anterioribus præfertur, hæc omnia ſunt contra veros iuris terminos, ſi enim tractatur de priuilegio particulari, non eſt dubium, mulierem non præferri prioribus creditoribus hypothecam habentibus; ſecundùm comm. opin. gloſ. & Doct. in l. aſsiduis, C. qui pot. in pign. hab. Neguſant. de pignor. in 4. membr. 2. part. num. 100. limitatur hoc in bonis poſt obligationem dotis quæſitis, nam tunc ad inſtar Fiſci præfertur etiam anterioribus, ex regula tex. in l. ſi is, qui, ff. de iure Fiſci, quæ limitatio & ſi ſit diſputabilis, & contra eam videatur tenere gloſ. in dict. l. aſsiduis, & ibi Petr. de Bellapert. Bart. & Bald. Nouell. in ſuo tract. de dote, in 10. part. non auſus fuit firmare, ſed reliquit cogitandum, tamen quia videtur magis communis opinio, vt præferatur, ſecundũ Iacob. Butrig. Cyn. Bal. Ang. & alios per Neguſant. vbi ſuprà, & loquendo ſecundùm hanc limitationé, cùm pars dicat, quòd cùm hęc ſint bona, quæſita poſt matrimonium, quia eſt donatio facta cõtẽplatione illius, quòd ideò ipſa præferri debeat, quia idem priuilegium, quod habet pro dote, habet etiam pro antephato, ex regula text. in l. vbi adhuc, C. de iure dot. Hæc omnia ſunt vana, primò, hæc non poſſunt dici bona quæſita poſt obligationem pro dote contractam, nam eſt donatio facta filio præſenti contemplatione futuri matrimonij, & licèt hypotheca incipiat à tempore promiſsionis dotis, tunc intelligitur matrimonio contracto, hinc voluerunt Doct. quòd ſi dos fuiſſet promiſſa per annum antè cõtractum matrimoniũ, hypotheca non oriatur, niſi à die contracti matrimonij, ità Cyn. Saly. & Doct. communitèr in d. l. aſsiduis, Bal. Nouell. vbi ſuprà n. 29. ſi ergò bona ſunt acquiſita antè matrimonium, igitur remanet caſus deciſus ſub prędicta communi concluſione, quòd mulier non pręferatur in expreſſa anteriori, ſecundò hic non tractatur de dote, ſed de antephato, & indubitata eſt concluſio, quòd nó datur priuilegium antelationis, per text. d. l. aſsiduis, vbi Doct. Bald. Nouell. vbi ſuprà 10. limit. num. 12. Neguſant. vbi ſuprà num. 68. & eſt ratio concluſionis, quia in dote tractatur de damno uitando, in antephato de lucro captando, ſi verò vult prætendere ius aliquod queſitũ ex donatione viro facta contemplatione matrimonij, & tunc dico, quòd aut prætendit dominium rei donatæ, quia contemplatione matrimonij, & eſt falſum, quia donatio eſt facta filio, & hæredibus filij, licèt occaſione matrimonij, quæ quidèm occaſio non facit, quòd res non fiat accipientis, & donatarij, vt in donatione facta Ambaſciatoribus, de qua per gloſ. in l. qui proprio, §. vt in cæteris, ff. de procur. per Bart. Alex. & alios in l. ſi verò, §. quicquid, ff. ſol. matr. aliud eſt, quòd donetur alicui vti procuratori alterius, vel in beneficium alterius, aliud eſt, quòd donetur mihi, & quòd occaſione alicuius cauſæ quis mihi donare voluerit, hic eſt caſus noſter, vndè etſi contemplatum eſt matrimonium per donantem, non eſt illud contemplatum, vt mulieri, ſed vt filio donetur, eiq; acquiratur, ergò nullo modo mulier poteſt prætendere dominij acquiſitioné, & nullus Doctor de hoc dubitauit, alioquin vana eſſet diſpoſitio Doct. ſi hæc donatio computetur in quartam filio, de quo per Bart. & alios in l. in quartam, ff. ad l. Falcid. ſi eſt donatio ob cauſam, vel pura, & tenuerunt, eſſe puram, & cauſam matrimonij eſſe impulſiuam in dubio, ſecundùm conſil. Oldrad. 5. Aym. conſ. 81. 114. & 136. Dec. conſ. 216. nec in præſenti caſu erit tractandum de traditis per Guid. Pap. & de alijs deciſis per S. C. in donationibus factis contemplatione matrimonij, ſiquidèm aliud eſt tractare reuocationem donationis, quo caſu non ex iure quæſito ſuper donatione, ſed ex intereſſe, quod maritus habet in donatione, ſine qua nó eſſet matrimonium contractum, vt ſit diues, & commodius viuat, dicimus, actionem habere mulierem, vt reuocatio donationis retrahetur, illaq; firma

remaneat, vt ſimulatæ, & fraudulentæ, & nullæ admittantur, & aliud eſt, quòd donatio ſit facta, & firma remaneat, & quòd effectum ſortiatur, ſed quòd maritus non poſſit rem donatam obligare, quaſi cum ſpeciali hypotheca mulieris in maritũ transfuſa, & hoc nullo iure cautum reperiri poteſt, & quantò magis donatio firma remanſit, tantò magis maritus dominus donationis rem donatam obligare potuit, & ad hoc nil commune habent deciſiones aliàs factæ ſimiles, hinc ad alienationes impediendas ſolent donationes fieri, non ſolùm filio, ſed etiam filijs naſcituris, ità vt filijs, & non vt hæredibus acquirantur, iuxtà tradita in l. quod dicitur, vbi Doct. ff. de verb. oblig. & per And. & Feudiſtas in c. 1. de alien. feud. pat. dicuntur nonnulla alia, & tandèm facta relatione tunc per quond. Conſ. Scalaleonem in S. C. Mulier fuit excluſa, & Io. Thomas Saluidius creditor mariti fuit abſolutus, & licèt pro parte ipſius mulieris reclamatum, attamen in anno 1579. iunctis aulis, referente tunc Regio Conſil. Alderiſio ſeniore fuit confirmata ſententia aliàs facta, & impoſitum perpetuum ſilentium dictæ mulieri, quæ nonnulla deduxerat in termino ad non poſitra ponendum, & hæc omnia collexi ex vol. alleg. quond. probi viri Fabij de Falco mei patrui plurimùm dilecti. Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Creditor alicuius in aliqua ſumma ſuper feudo debita, ſi ceſſionem ab eius hærede obtinuerit, prauio aſſenſu ſuper bonis feudalibus, licèt ceſsio facta fuerit longè poſt acquiſitionem actionis per cedentem, an præferendus ſit in concurſu creditorum alijs creditoribus, In cauſa Ducis Siciniani, & Gubernatorum Montis pauperum in ceſsione facta per creditorem contrà Baronem Poliſciani obtinuerunt ceſsionem ipſi ab hærede primogenito cum Regio aſſenſu in concurſu creditorum ſuper bonis feudalibus, quapropter deciſum fuit per S.C. eſſe præferendos à die actionis acquiſita per cedentem, quàmuis ceſsio longè poſt facta ſit, referente Reg. Conſil. Io. Andrea de Georgio, vt ipſemet fatetur in repet. feud. c. 43. n. 47.

Creditores an poſſint cogere cõcreditorem ex cauſa dotis ad concurrendum in fauorem debitoris, concedendo dilationem quinquennalem; non fuit deciſum, quàmuis dubitari videatur cõtra dotem, Franch. dec. 219. Anna in ſingul. 101. Muſcatell. in pract. fideiuſſor. p. 2. q. 9. n. 10. & in praxi S.C. p. 5. gloſ. impertinentes. n. 24. vbi etiam commemorat, punctum iſtum fuiſſe aliàs deciſum per S. C. de quo idem de Franch. non meminit, fuiſſe deciſum in fauorem debitoris contra dotem, vt refert Carauit. in ritu 287. poſt nu. 19. Nunt. Pellic. in Conſuetud. Auerſæ c. 9. n. 33. citat Franch. & Carauit. & ſimilitèr Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. p. 4. gloſ. petendo, nu. 21. *Borrell. in ſumma dec. tom. 3. tit. 5. n. 444. & ſeq. Gratian. diſcept. forenſ. c. 22. n. 32.*

Creditores concurrentes an poſſint cogere alios nõ concurrentes ad concedendam dilationem debitori quòad perſonam tantùm; fuit deciſum in S. C. quòd non, Franch. dec. 179. Muſcat. in pract. [illegible]ſſ. p. 2. q. 9. & in praxi S.C. p. 4. gloſ. petendo [illegible]piblan. in pragm. 8. n. 145. de Baron.

[illegible]es ante[illegible]iores non habentes aſſenſum an [illegible]eferendi creditoribus poſterioribus aſſen[illegible]bentibus ſuper feudo vendito, & ſucceſſi[illegible]er pecunia obuenta ex pretio feudali; concluditur, quòd quando creditores vrgerent ſuper venditione rei feudalis eis obligatæ, in tali caſu quia non ſoluitur ius hypothecæ, ſed remanet, ſolet S.C. ſuper prædicto pretio mandare, vt creditores ſatisfierent cum aſſenſu, ſecus verò, quando feudum venditur per retrouenditionem neceſſariò factam, quia tunc extinguitur hypotheca, & ſucceſsiuè anteriores præferuntur poſterioribus cum aſſenſu, & ſic fuit deciſum, Franch. dec. 64. Io. Andr. de Georg. in alleg. 18. nu. 1. Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. in cap. incip. in hoc igitur, num. 10. Riccius collect. dec. 888. Et quid in creditoribus habentibus aſſenſum ſuper feudis Titulatis, fuit deciſum in R.C.S. eſſe priùs ſatisfaciendum creditoribus anterioribus habentibus aſſenſum ſuper feudis Titulatis ex pretio ipſorũ, deindè alijs habentibus aſſenſum ſimpliciter, facta relatione in Collat. Conſ. in cauſa creditorum Illuſtris Marchionis Montis Nigri, in Bãnca Faſani, Amatus conſ. 95. quotidiana, in fine, *Cæſar Manent. deciſ. Mant. 58. num. 16. Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 9. num. 21. & ſeq. Ric. collect. 2219. D. Reg. Capyc. Latro deciſ. 43. & deciſ. 44. num. 16. Cutell. deciſ. 13. n. 23. Conſil. Theodor. alleg. 83. nu. 43.*

Creditores poſteriores quamuis habeant de iure ius offerendi in re debitoris, concreditori anteriori adiudicata, an debeant offerre pretium vnà cum intereſſe ipſius, vel creditor anterior compellatur recipere oblationem pretij oblati tantùm, & pro intereſſe compẽſare fructus perceptos ex bonis prædictis, non obſtante, quòd fructus prædicti non aſcenderent ad ſummã debitam pro intereſſe; fuit deciſum, creditores teneri ad offerendum creditum cũ vſuris, in quibus compenſantur pro concurrenti ſumma fructus percepti, Franch. deciſ. 12. Fab. de Ann. in conſ. 36. audiui, Maſtrill. deciſ. Sicil. 119. num. 3. Riec. in collect. deciſ. 689. nouiſsimè conferunt addita huic deciſioni per Viſcont. & Caroc. in tract. de oblat. p. 2. q. 11. n. 14. *Maia conſult. 16. n. 1.*

Creditores in maiori numero an, & quando poſsint præiudicare minori parti creditorũ in remiſsione debiti debitori, fuit concluſum, in tribus caſibus tantùm maiorem partem creditorum poſſe præiudicare minori parti, Primò, quando debitor eſſet defunctus, & eius hæres nollet adire hæreditatẽ, niſi pars cuiuſlibet debiti à creditoribus remitteretur, per rationem ibi poſitam, Secundò, quando debitor fugerit extrà Ciuitatem, ità quòd non eſſet facilitas creditoribus ipſum conuenire, nec inuenirent bona, tunc ſi vellet venire, & reuertere, procederet regula allegata, Tertiò, quando debitor propter paupertatem paratus eſſet cedere bonis, niſi creditores concederent dilationem ad ſoluendum, tunc ſtabitur maiori parti, & ità fuit deciſum, teſte Afſl. deciſ. 288. quem citat Franch. dec. 82. n. 4. Matth. Brunus in tract. de ceſſ. bonor. q. 22. nu. 6. Ric. in collect. dec. 8. Alex. Raud. deciſ. Piſan. 12. nu. 76. Duennas in regul. 294. Marcheſ. de commiſſ. part. 2. c. 6. nu. 57. & ſeq. Card. Seraph. dec. Roman. 1233. Iacob. Machel. in patrocin. 56. nu. 1. & 55. ſub nu. 5. *Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſp. 3. c. 2. n. 411. & ſeq. Ripol. var. reſol. c. fin. n. 386.*

Creditores in maiori numero præiudicant minori parti creditorum in caſibus allegatis, quod procedit, quando omnes eſſent creditores hypotheca-

rij

Digitized by Google

rij,ſed ſi maior pars non haberet hypothecam, & minor haberet, ſecus eſſet, non tamen in dilatione concedenda; prout ſic fuiſſe deciſum in S.C. tradit Affl.dec.288.n.5.Matth.Brun.de ceſſ. bon. q.26.in princ.Ric.in collect.dec.66.Seraph.deciſ. Rom.1233.Marcheſ.de commiſſ.par.2.c.6 nu.57. & ſeq. *Statil.Paciſ.vbi ſupra in præcedenti deciſ.*

Creditores ex cauſa adminiſtrationis tutelæ, ob q habent tacitam hypothecam,an præferãtur creditori Reginę ex cauſa adminiſtrationis officij Theſaurarij Regij in cenſibus habitis à debitore,licet dependeant ex adminiſtratione Theſaurarij officij, qui fuerunt in ſolutum dati à Rege, circumſcriptis alijs rationibus, ſi competat tacita hypotheca Reginæ;fuit iudicatum in fauorem creditorum ex cauſa adminiſtrationis tutelæ,Capyc.dec. 129.Reg.de Pont.in tract.de poteſt.Proreg. tit.4. §.8.n.8.& *9.Fontan.de pact.nupt.clauſ.7.gloſ.2.par. 3.n.11.*

Creditores hypothecarij præferuntur creditoribus in actione perſonali, quod adeò procedit in feudis, vt nec remediũ ſeparationis detur,ità vt creditor filij habens aſſenſum ſuper feudo, erit præferẽdus creditori patris ſine aſſenſu ſuper feudo, quod à patre ad filium hæredem peruenit, vt fuit deciſum in S.C. in cauſa vertente in Terra Sexti, & in S.R.C.in cauſa Comitiſſę Mignani,non tamẽ procederet cõtra ſororem creditricem fratris pro paragio,quæ extitit etiam aliàs prelata creditoribus fratris aſſenſum habentibus in cauſa Ducis Andriæ,Franc.Viu.dec.285.nu.8. *Ad hoc vide D. Reg.Capyc.Latro dec.44.n.6.*

Creditores anteriores an præferri debeant in meliorationibus domus emptæ per debitorem cum reſeruatione,quòd dominium non transferatur,donec fuerit pretium ſolutum creditoribus habentibus expreſſam obligationem domus,quamuis poſterioribus,fuit deciſum, eſſe præferendos in meliorationibus creditores anteriores in tempore, Franch.dec.506.Reg.de Pont.in tract.de poteſt. Proreg.tit.8.§.3.n.10.&15.Ric.in collect.dec.508. 150. & 1636. Mart. vot. 43. Giurba deciſ. Sicil. 63.n.16.& 18.

Creditores an poſsint conuenire debitorem debitoris principalis eorum in actione perſonali,& promiſsione habita inter eos de ſoluendo,& ſatisfaciendo creditoribus debitoris principalis ad euitandum circuitum;fuit deciſum,quòd ſic,Franch. deciſ.273.Borgn. Caualc.deciſ.Fiuiz.8.part.4.nu. 22.& ſeq.Io.Franc.del Caſtillo dec.Sicil.41. nu.9. Giurb.dec.Sicil.62.nu.23.Gratian.diſcept.forenſ. c.532.n.2.to.3.

Creditori agenti hypotecaria contra tertios poſſeſſores an ſufficiat probare,rẽ fuiſſe pœnès debitorem cum ſimplici allegatione dominij ; fuit deciſum in occurenti caſu,ex quo tertius poſſeſſor habebat cauſas per medias perſonas,quæ emerant à debitore,quòd ſufficiat actori probaſſe,poſſeſſionem rei fuiſſe pœnès ipſum debitorem cum allegatione dominij,& ſic ſufficit probare, rem fuiſſe in bonis,& de bonis dicti debitoris, Affl.deciſ.37. nu.5. Viu.in Sylua commun.opin.in opin.632.hæreditatem,n.6.Seſſe dec. Aragoniæ 42.n.36.

Creditori defuncti in actione perſonali an competat actio vendicandi à legatario pecuniam ei ſolutam de bonis hæreditarijs ; ſub diſtinctione per S.C. fuit deciſum, quòd quando hæres non erit ſoluendo,competeret creditori cõdictio indebiti cõtra legatarium,qui in bonis hæreditarijs impetrauerat immiſſionem,& poſtea adiudicationem, ſed ſi ſoluẽdo erit,ſecus eſſet,Franch.dec.246.n.4. Caball.conſ.26.n.17.vol.2.*Ric.collect.3183.par.7.*

Crimen falſę monetę eſt adeò exceptuatum,vt nemo de ipſo cognoſcere poteſt, niſi ſolus Princeps, & ob id dùm eſſet dubitatum,ſi Ciuitas Capuana, quæ habet ampliſſima priuilegia Regis cognoſcendi de omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus,&c.an poterit cognoſcere de ipſo crimine cõtra ſuos ſubditos; fuit tàm per M.C.V. quàm per S.C.deciſum,quòd non, Gramm.in conſ.crimin.6. ſummi opificis præſidio,Capibl.in prag.8.nu.109. de Baron.

Crimen læſæ Maieſtatis,vel rebellio an commiſſum, ſeù commiſſa iudicetur per vaſallum iuramentũ præſtantem hoſtibus Regis,per quem fuerat conceſſa licentia eundi ad ipſos hoſtes pro recuperatione Caſtrorũ ab Inimicis occupatorum, fuit per ſententiam Regiam vaſallus abſolutus à rebellione, & crimine læſæ Maieſtatis Io. Ant. de Nigris in c.Nupèr ad vindictam,n.55. & ſeq. vbi ſub nu. 63.poſuit deciſionem.

Criminis læſæ Maieſtatis capita quot ſint, latiſſimè diſcutiuntur per Capyc.dec.130. à nu.1. ad 17. & Fab.de Ann.in conſ.12.nouiſsimè Marius Italia in tract.de immunit.Eccleſ.lib.1.c.5. §.7. Reg. de de Pont.conſ.1.nu.27.& 29.vol.2. Regn.Sixtin.in tract.de regalibus lib.2.c.20.per totum.

Cumulatio actionum hypothecarię,& perſonalis ſimul, ſed in diuerſo libello ſeparato ex poſt facto cumulatarum, an contra tertium poſſeſſorem militet,fuit deciſum,quòd non, ſed tantùm contra principalem debitorem, vndè ſi fuerit principalis conuẽtus actione perſonali, poſset & tertius poſſeſſor hypothecaria conueniri,Capyc.dec.80.n.2. Gabriel.lib.2.de action.concl.1.n.32. Viu.in Sylua commun.opin.in opin.13. actio hypothecaria num.2.

Curator ad litem an dandus ſit per Iudicem in cauſa, in qua tutor conuentus nomine pupilli ſolemnia non curauit implere,vt iudicium eſſet validũ, pupilloq;non petente curatorem;fuit concluſum, quòd quando alius non tutor litigaret cum pupillo maiore infante, tunc dabitur per Iudicem curator,etiam quòd ipſe pupillus non petat, ſeruata forma l.1.C qui pet. tut. & Iudex faciat mãdatum pupillo maiori infante, vt compareat ad petendũ curatorem,& ſi comparuerit, dabitur ille, quem petijt, ſin autem fuerit contumax, Iudex dabit ei curatorem ad litem, prout ità fuit obſeruatum, Affl.dec.256.Franch.dec.86.n.8.Muſcat.in pract. S.C.par.3.gloſ.comparentis,ſub n.21. Fab.de Anna conſ. 104. in princ. Andr. Gayl. in lib.2. pract. obſeru.in 108.obſeru.Mynſing.ſing.obſeru. cent. 2.obſeru.31. Maſtrill. dec.Sicil.54. idem Muſcat. par.1.gloſ.intimato,n.49.

Curator hæreditatis iacentis etiam ſi fuiſſet captus à Turcis,quis dari debeat;fuit deciſum,magis coniunctum dari debere,Vrſill.dec.256.n.3. Viu.dec. 31.n.12.

Curator ad litem ad hoc vt valeat proceſſus cum eo factus quinq; adimplere debet, Primò, quòd detur ad inſtantiam creditorum, & quòd in hoc cõ-

Curator ad litem ad hoc vt valeat proceſſus cum eo nati n'citentur ij, quorum eſt prima cauſa ſucceſſionis nec ſufficiet citatio generalis, Tertiò, quòd citato, ſi eſſet heres extr aneus, non ſtatuatur tempus ad deliberandum minus centũ dierum, Quartò, quòd talis curator faciat inuentarium, Quintò, quòd curator ſatiſdet, C py. decif.87. Comiz in dec. Lucenſ. 143. Galt.in praxi tutel par.2.rub.2.n. 58. *Borrel in ſumma dec.to.3.tit.3.n.245.*

Curator minori d. linquenti an ſit conſtituendus, in facto dum quidam minor occidiſſet alium contocium minorem, & ipſum igne comburẽdo, poſteà de carnibus illius manducauit, ſponte confitendo; fuit curator adhibitus, & in corda ratificauit, quarè fuit condemnatus, vt eſſet maniuoltus, ſeu carnifex, & ſic fuit actum, Paris de Put. de ſynd. ver. Officialis poſuit ad cordam t.8. *Ant de Virgil. in tract.de leg.t perſon.c.3.n.7.*

Curatoris datio hæreditati iacenti an ſit neceſſaria, dùm in facto cernebatur, Regem ſucceſſiſſe Regno, qui poſſederat quoſdam introitus, & ſic facto poſſeſſionem bonorum habuit, à quo habuit altera Regina, cui poſteà virtute donationis ſucceſſerat alius Rex, & ſic concluditur, nõ eſſe neceſſariã, quarè fuit per S.C. ad relationem R. C. decifum, eſſe procedendum ad expeditionem cauſæ, non obſtantibus exceptionibus inhibitionis ſcripturæ, donationis, tranſlationis inſtantiæ, & dationis curatoris, Fab.de Ann.in conſ.108. in hac cauſa à n. 33. ad finem, vbi n.38. ponit deciſiones.

Curia Admiratiæ an cognoſcat de offenſa facta M. C.V. in reſiſtendo ipſius exequutioni, fuit deciſũ per maiorem partem, quòd ſic, & fuit cauſa eidem remiſſa, Franch. dec.722. Maſtrill.dec.Sicil.147. n.18. *Ric.collect.2377.& 3603.p.8.Nouar.de elect. fori to.2.p.2.ſect 3.q.27.n.80.& ſequitur Taſſon.de anteph.verſ.3.obſeru.3.n.223.& 305.*

Cuſtodes portarum Ciuitatis, qui debent creari per Vniuerſitates, & per Barones non tamen ſi non erint idonei, erit Iuriſdictio Baronum priuare, & caſtigare, nàm hoc reſpicit Iuſtitiam, vt fuit deciſum in S.C. inter Baronem, & Vniuerſitatem Lauri, Capibl.in prag.19.n.46.de Baron.

Cuſtodes rerum Eccleſiæ ponit Rex mortuo Epiſcopo iuxtà Conſt. Regni Peruenit, & ibi Foller. ſub n.14. qui refert, fuiſſe ſeruatum in Archiepiſcopo Salernitano; nam Curia deputat vnum, apud quẽ deueniunt, & conſeruantur fructus, & introitus, Idem ibidem n.64. in beneficiũ ſucceſſoris, quod paſſim obſeruatur in omnibus Eccleſijs Cathedralibus Regni huius, in quibus Rex noſter habet Ius patronatus, quæ ſunt viginti quattor, & Prorex expedit Oeconomos pro cuſtodia fructuum, ait Reg. de Pont.dec,12.n.13.

Cuſtodia Caſtri temporè guerræ an ſpectet ad Dominum directum Caſtri ſui vaſalli poſſeſſoris; fuit in Collat.Conſil. deciſum, quòd ſic, Ann.in alleg. 94.n.9.& in ſing.142.decima, Viu.dec.4.n.41. Maſtrill, de magiſtr.par.2.lib.4.c.16.n.176.

Cuſtodia Clauium Ciuitatis ad quem ſpectare videtur, an ad Baronem, vel ad Vniuerſitatem, de hoc latius per Fab. de Ann.conſ.72. licèt non decidat, tamen nouiſsimè fuit deciſum in S.C. ſpectare ad Baronem, vt in contingenti caſu, relato per Petrã in addit.ad Capyc.dec.27. ſub nũ.7. verſ. fuit votatum, ibi, quòd autem cuſtodia.

Cuſtos bonorum mobilium vi hoſtium ereptorum, an teneatur tam ciuilitèr, quàm criminaliter de dolo, vel lata culpa; fuit deciſum, quòd citrà criminalitatem liberetur, ſaluo iure proſequendi ciuilitèr, Affl.dec.54.

Cuſtos carceris an teneatur de culpa, & negligentia eius ſubſtituti, ſi è carceribus, abſq; tamen fractura capitales carcerati aufugerunt, ex quo oſtium non erat bene clauſum, ſed negligentèr fuit per ſubſtitutum apertum relictum; fuit per M. C. V. condemnatus ad officij priuationem, Granim. in vot.29. ſummi Opificis ſuffragio, quem citat Iul. Clar. in §.fin.q.68.n.8. idem Gramm.in Conſt.Cuſtodes, col.2.verſ.& dum annis decurſis, Farinac.in tit.de carcer.q.31.n.2. latè Petrus Peckius in tract. de iure ſiſtendi,c.27.n.6. Boer.dec.216.n.3.& 217. n.4. latè Fab.de Ann.in conſ.31. prima concluſio, Maſcard.de prob.concl.460.

D

DAmnum dantes in Territorijs quoad paſcua, quando teneantur ad pœnam, diſtinguitur, aut Territoria ſunt bannita, & tunc ad pœnam tenerentur ratione contemptus vltra damnum, & pœna poterit excedere damnum, aut non ſunt bannita, & tunc non tenerentur ad pœnam, ſed tantùm ad reſtituendũ damnum, vt fuit deciſum in S.C. teſte Ann.in ſing. 138. amnum, Ric.in collect. dec.103. *Nouar de grau m.vaſ.l.to.1 grau.48.n.3. vbi alias deciſiones conſimiles tradit, & iterum grauam.51.n.5.*

Datio in ſolutum feudi creditori facta per debitorẽ exiſtentem carceratum, ſine Regio aſſenſu, licèt fuerit dictum feudum obligatum, & poſteà reuocatum, & in eo aſſenſus impetratus, & obtentus poſt reuocationem; an valeat, maximè ſi per creditorem ſui eſſet facta quietatio, & liberatio; fuit deciſum, de iſta datione in ſolutum nullam haberi rationem, Affl.dec.335. à nu. 18. vſq; ad 20. Pereg.de iure Fiſci lib.4.tit.6.n.30.

Datio in ſolutum rei alienæ an valeat; fuit per S. C. deciſum, dationem in ſolutum eſſe emptionem, & venditionem, & ſicuti venditio rei alienæ erit valida, ità & datio in ſolutum, quamuis non præiudicet domino, quin non poſsit agere, & vendicare res ipſas, quãdo extarent, cæterũ ſi non extarent, licèt in particularibus pretiũ nõ ſuccedat loco rei, in ſubſidiũ tamẽ ſuccedit loco rei in particulari; ſed cùm non eſſet actum hac via, ſed ad intereſſe, dùm creditor recepiſſet ſcientèr à debitore bona aliena in ſolutum, & ſucceſsiuè fuerat in mala fide, quo caſu ſuccedit intereſſe, & ad intereſſe tenetur, in quo venit æſtimatio rei, & tantò magis cùm eadẽ ſolutio fuerat coactè facta, præuia carceratione, quo caſu in iudicio particulari pretium ſuccedit loco rei, Affl.dec.369. à num. 1. ad 6. Maſcard.in tract.de probat.concl.1424.nu.16. Pellic. in prælud.ad Conſuet. Auerſan.nu.128. Bertaz. in in tract.clauſ.clauſ.19 gl.2.n.3. Borgnin. Caualc. dec.Fiuiz.3.n.35.par.1. Pariſ.conſ.81. vol.2.n.32. Pharuc.de inuent.pat 7.n.177. *Nouar.in tract. de datione inſolutum, q.11.n.5. in vltima impreſsione.*

Da-

Datio in ſolutum an procedat, ſi fuerit licentia conceſſa feudatario, vt poſſit vẽdere feudum, & illud dedit in ſolutum ſuo creditori; fuit deciſum, quòd ſic, & ita refert obtinuiſſe Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 18. Pet. Garſia dec. 50.

Datio in ſolutum rei emphyteuticæ per debitorem an incidat in commiſſum, ſi fuerit irrequiſito domino facta; fuit concluſum, quod quando fieret ex cauſa voluntaria, procederet, ſecus ſi ex cauſa neceſſaria, tunc enim non incideret in commiſſum, Affl. dec. 191. à n. 1. vſq; ad 4. Franch. dec. 177. Viu. in ſylua commun. opin. in opin. 174. datio in ſolutũ, n. 8. Borgnin. Caualc. dec. Fiuiza. 6. n. 25. in 3. p. Caroc. in ſuis deciſ. caſu 117. num. 4. *Barbat. de aſſiſt. gloſ. 5 n. 24 in vlt. impreſ.*

Debita hæreditaria exoluere an teneatur hæres inſtitutus extraneus in feudalibus, an verò is, ad quẽ feuda ex prouidentia iuris debentur, ſi ambo ſuccederent ſimul, S. C. iudicauit in cauſa vtroq; cõdemnando, ſaluo tamen hæredi iure inuentarij, & quòd eatènus, quatènus de toto debito facta diſcuſſione inuentarij tenerentur, Capyc. dec. 199. quem citant Franch. dec. 687. Anna in alleg. 127. nu. 34. Lanar. conſ. 80. nu. 45. & ſeq. Reg. de Ponte conſ. 13. nu. 19. vbi refert, pluriès idem fuiſſe deciſum, & in conſ. 52. n. 18. & conſ. 88. n. 27. vol. 1.

Debita particularia vaſſallorum an comprehendantur in tranſactione facta inter Baronem, & Vniuerſitatem; fuit deciſum in S. C. quòd non, Anna in ſing. 554. tranſactio.

Debitor conuentus vigore Regiæ Pragmaticę ſuper recognitione apocæ B. ner, quam priùs facere tenetur, nec aliter auditur, niſi facto depoſito, ſi renuerit recognitionem facere, & per Iudicem dictum, quòd habeatur pro recognita, an diſpoſitio eiuſdem Pragmaticæ locum vendicet in caſu prędicto; fuit deciſum, quòd ſic, Frãch. dec. 502. quem citat Reg. Rouit. in pragm. 63. §. item volemo. de offic. Procur. Cæſar. & Maſtrill. in addit. ad Capyc. in dec. 139. n. 1. & 2. vbi cẽſet, pluriès per S. C. fuiſſe deciſum contra iſtam deciſionem, vt non ſufficiant tria pręcepta; ſed debet apoca verificari per teſtes, vel ꝙ principalis pſonaliter cognoſcat, alias nõ haberet locum Pragm. ꝙ habeat exequutionẽ paratam, vel ſi fieret vnicum pręceptũ pro tribus.

Debitor acceptans literas miſſiuas, ſi medio tempore creditor, quas miſerat decoctus eſſet, an teneatur illam quãtitatem ibidem contentam ſoluere, cui erat ſolum mandatũ, non obſtante decoctione; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. deciſ. 301. Fab. de Anna conſ. 81. n. 22. declarat, hãc deciſionem procedere, quando mutatio ſtatus per multum tẽpus poſt acceptationem accidiſſet, ſecùs ſi antè acceptationem, vt in caſu ſuo iſtam deciſionem citat Maſtrill. in deciſ. Sicil. 19. nu. 4. vbi ait, ſecundùm ipſam ibi fuiſſe deciſum, Reg. Rouit. in pragm. 1. de liter. cambij, n. 5. Ricc. in collect. dec. 40. Philip. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 1. c. 8. n. 70. *Palm. in diuerſitat. commun. & Regni, gloſ. 1. nu. 20. Fontanell. deciſ. Cathal. 124. nu 21. Anton. de Amat. var. reſol. tom. 1. reſol. 47. n. 20.*

Debitor an teneatur ad vſuras, ſi non habuerit cui ſolueret vſuras, diſtinguendo concluditur, quòd aut vſuræ non cęperunt currere, quod eſt in vſuris debitis officio Iudicis, & tunc ſi non adeſſet cui offeratur, ſufficeret oblatio ſola, ſi verò ſumus in vſuris, quarum curſus cęperat, & in hoc caſu nõ excuſatur debitor, niſi deponeret, vt quando eſſemus in vſuris rei iudicatæ, quæ currũt elapſis quatuor menſibus, vt in caſu, de quo dubitabatur, ob quod fuit deciſum in fauorem hæredum petentiũ, vſuras, Franch. dec. 227.

Debitor an teneatur cauere creditori ob pecuniam, ei ſolutam libere, & reſtituta creditori ſub cautione iudicialiter forrè peruenta ex vẽditione bonorum ad cautelam emptoris; fuit deciſum, quòd ſic, Frãch. dec. 200. Muſcatell. in pract. fideiuſſor. modo 16. p. 2. q. 6. Tapia in Ritu 262. Item ſeruat ipſa Curia, n. 7. Reg. de Põte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 9. n. 17. Monter. dec. Aragon. 2. n. 7. Ricc. in collect. dec. 152. idẽq; poſteà deciſum fuit per Collat. Cõſ. in cauſa Lucretiæ de Sũma cũ Illuſtri Duce Grauinę, referẽte Domino Pinario, vt habui ex fragmentis quondã V. I. D. Fabij de Falco. Thoro.

Debitor an poſſit repudiare partẽ hæreditatis ei obuẽtam in præiudicium eius creditorum hypothecariorum; fuit deciſum in fauorem conuentorum, & ſic contra creditores, Franch. dec. 101. vbi in fine apparet, fuiſſe deciſum cõtrarium; ſed ibi in inſtrumento colligebatur inductio acquiſitionis in perſonam cedentis, Fab. de Anna in conſ. 76. n. 2. Franc. de Amic. in titul. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. prodeſt iſte, n. 29. fol. 134. & §. & veniẽdo ad primam, ſub num. 29. fol. 204. Molfeſ. in comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 12. nu. 7. Paſchal. in tract. de vir. par. pot. p. 2. c. 24. n. 172. Alph. collect. 2. *Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. p. 5. nu. 75. & 117. in fin.*

Debitor ſi fuerit bonis omnibus ſpoliatus an conueniri poſſit ab eius creditoribus; fuit deciſũ, quòd durante ſpolio non poſſit conueniri, Grammat. dec. 85. quem citat Muſcat in pract. fideiuſſor. p. 2. q. 7. n. 12. Tapia in Conſt. Si exceptio, Pet. Garſia in dicto 3. *Danza de pugna Doctor. &c. tom. 1. tit. de foro indic. c. 1. n. 1.*

Debitor alicuius ſi fuerit ab aliquo conuẽtus, & ipſe actor obtinuiſſet moratoriam cõtra ſuos creditores an poterit per retorquutionem iuris iniqui ſuum creditorem reconuenire, quamuis Affl. dec. 66. caſum figuret alitèr, vt debitor conuentus opponet, ſe eſſe creditorem, ob quod fuit per S. C. deciſũ, quòd quando conuentus conſtare faceret, quòd eſſet creditor, tunc poterit ius ſuum retorquere, tamen iuxtà mentem Vrſill. ibidem cõcluditur iuxtà ſupradicta, de quo meminit Gloſ. in Ritu M. C. V. incip. Not. quòd quando eſt conceſſus, in Rubr. de ſalu. cõd. vel morat. verſ. an autem debitor, & Muſcatell. in pract. fideiuſſor. p. 2. q. 9. n. 15. Borgnin. Caualc. deciſ. Fiuizan. 30. n. 34. p. 1. Ricc. in collect. dec. 8. Iacob. Thoming. dec. Lypſię 26. Fuſcus ſing. 11. lit. D.

Debitor moroſus ſi ex ſuperuenienti caſu non proprio creditori; ſed alteri ſoluerit, an erit liberatus, vel iterùm ſoluere teneatur; concluditur, non eſſe liberatum, ſed iterùm teneri; vt per Affl. dec. 150. n. 1. vſquè ad n. 32 Ant. Gabriel. lib. 3. tit. de ſolut. concl. 11. Monter. in deciſ. Arag. 2. n. 27. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 2 n. 45.*

Debitor, qui fuit in mora; ſed erat intrà tempus purgandi, ſi intrà illud tempus iuſſu Officialium ſoluerit alteri, an erit liberatus, ità quòd mora eſſet, ac ſi non eſſet; fuit concluſum, ꝙ ſic, Affl. dec. 150. poſt n. 32. Anchar. q. 31. p. 2. n. 11. Caroc. de locato

p. 2.

M. C. V. facta relatione in Aula prouiſum, quòd licentietur, Scaglion. in Ritu M.C.V.163.nu.20.

Debitor conuentus à creditore creditoris ſui ſuper adiudicatione ſui nominis, qui cõfitetur debitum verum, nolle ſoluere, niſi citatis omnibus creditoribus ſui creditoris, petẽdo quietationem, nè quotidiè moleſtaretur à creditoribus ſuperuenientibus, quos ipſe ſciebat eſſe, & ob talem ſcientiam ſi ſoluiſſet, malè ſoluiſſet; S.C. decreuit, quòd proceſſus non impediretur ob hoc, quòd iſtud nomen ſciat ſe alijs obligatum, quia non eſt par ratio, quæ eſt in hærede, & quia iſte debitor fatebatur, ſe eſſe in certa quantitate debitorem, coegit ipſum ad faciendum depoſitum de ipſa quantitate, Minad. deciſ.9. Paulus, eum citat Franc. de Amicis in c.1. de his, qui feud.dat.poſſ.§.& veniẽdo ad primam, fol.168. Muſcatell. in praxi S.C. lib.2.p.1.gloſ.ſentẽtia, n.150. Io.Paul. Galter. in pract.crim.inſtrum. in 2.2.p.n.31.& ſeq. *Conſil. Theodor. alleg.83.n.26.*

Debitor interrogatus ſuper tenore inſtrumenti, ſiuè confiteatur debitum, ſiuè neget, condemnabitur, etiã ſi diceret, ſatisfeciſſe, niſi in promptu doceret iuxtà Ritum M.C.V.174.incip. item ſeruat ipſa Curia, ꝙ ſi aliquis, vel aliqua, vbi Mar. Anto. Puluer. in addit. incip. idem fuit obſeruatum in S.C. ſi fuerit facta præuentio, non in M.C. ſed in S.C. quia attenditur præſentatio inſtrumenti, ità dicit obſeruatum in duabus cauſis per eum ibi relatis.

Debitor ſcribens apocham Banco, vt aliquam quantitatem pecuniæ ſoluat Titio tanquàm procuratori alterius, ſi poſteà reperitur ſcripta apocha in faciem Titij proprio ipſius nomine, an liberationem conſequatur; fuit iudicatum, quòd ſic in S.C. Reg. de Ponte conſ.70. dùm per Principem, vol.2.

Debitores, qui non fuerunt in mora ſoluendi eorum creditoribus, ſi ex iuſſu Officialiũ alteri ſoluerint vigore alterius Regis largitatis, & fecerunt quicquid eis fuerit poſſibile, vt non ſoluerent, an erint liberati ob iuſſum penalem; cõcluſum fuit in S.C. quòd ſic, Affl. dec.150. poſt nu.32. Petr. Peckius in tract. de iure ſiſtendi c.4.n.10.

Debitores alicuius ſi iuſſu Iudicis alteri ſoluere cõpellantur, ob quod ſe concordauerint, an erint liberati, ſi non oſtenderint ſolutionem in totum, vel in partem, concluditur, quòd non, Affl. deciſ.150. poſt n.36. Tiraq. de retract. conuent.§.4.gl.6.n.34.

Debitum ſi ſit contractum per feudatarium accipiẽdo pecuniam pro emptione feudi cũ Regio aſſenſu, cum clauſula, dummodò ſucceſſorem habeat, & tempore expeditionis aſſenſus habebat filium, licèt Clericum, & beneficiatum, qui poterat re integra prędictis renũciare; ſed tempore venditionis reperiebatur mortuus, propter quod feudum Domino reuerſerat, an ob id Dominus teneatur ad debitũ prædictum, licèt per S.C. fuiſſet conceſſa aſſiſtentia ſuper feudo ad inſtantiam creditorũ petita, habita notitia à Fiſco, cauſã reuocauit ad Reg. Cam. vbi diſcuſſo articulo clericatus, & obligationis antè dominij translationẽ de feudo emẽdo, ac alijs, fuit communi voto deciſum in fauorẽ creditorum feudatarij contra Fiſcum, fuitq; feudũ vẽditum, & de pretio ſatisfactũ creditoribus pro rata debiti; & reliquum, fuit dictũ, quòd implicaretur in emptionem loco feudi, cuius fructus perciperet feudatarius vita durante, & poſt mortem omnia deuoluerentur ad Fiſcũ, nouiſſimè Reg. de Põt. dec.4. Io. Alphõſus, vbi in fin. ponit deciſionẽ.

Decima animaliũ quo tempore ſoluenda ſit, pro vna parte affirmabatur, eſſe inſpiciẽdum tempus, quo lacte non indigebant, pro alia verò dicebatur, eſſe habẽdam rationem temporis circa cuſtodiam ipſorũ; non fuit alitèr deciſum, quia partes tranſigerunt, Franch. dec.114. Anna conſ.64.nu.11. Ricc. collect. dec.192. conferunt ſcripta per Eundem in praxi var. reſol. reſol.252.n.2. in magnis. *Barbat. de diuiſ. fruct. p.1.c.7.nu.54.*

Decima debita à vaſallis de omnibus fructibus an debeatur de palea Baroni ab Vniuerſitate, & vaſallis; fuit deciſum contra Baronem in fauorem Vniuerſitatis, Franch. dec.203. Ricc. collect. deciſ. 192. & in praxi var. reſol. reſol.109. per tot. in magnis. *Iacob. Gallus conſ.118.n.2.*

Decima an debeatur de caulis, lupinis, mileo, palea, oliuis, & arboribus; fuit deciſum in S.C. & in Regia Camera Sũmariæ quòd ſic, & ità de omnibus fructibus inferioribus, & ſuperioribus, Anna in alleg.94.n.6.& 12. Borrel. cõſ.20.n.8. Ricc. collect. deciſ.192. Idem Anna in ſing.142. Idem Ricc. in praxi var. reſol. in reſol.109. *Barbat. de diuiſ. fruct. p.1.c.7.n.53.*

Decima debita pro animalibus incluſis in aliquo loco, vt colũbi in colũbario, piſces in ſtagno, & alia animalia in foreſta, an ſit cenſenda perſonalis, vel realis, aut mixta; Cõcluditur, eſſe realem decimã, habito reſpectu ad valorem antè, & poſt incluſionem, iuxtà communem opinionem, vt fuit aliàs in Conſilio Regio determinatum, refert Paris de reintegr. feud. in cap. incip. & circa prædicta eſt, n.5. fol.125. à ter.

Decima pars dotis an ſit detrahenda per matrẽ, quæ dedit filiæ ducatos mille; fuit deciſum, quòd ſic, Iacob. Anel. de Bottis in addit. ad Conſuet. Si qua moriens, incip. dos magnificæ Corneliæ *fol.194.*

Decima debetur nõ tantum pro fructibus perceptis in territorio; ſed etiam de alijs fructibus perceptis extrà territorium; vt fuit iudicatũ in Regio Collaterali Conſilio, dummodò alteri non ſolueretur decima de fructibus perceptis extrà Ciuitatẽ, & ità in facti contingentia fuit iudicatum in S.C. referente Domino de Franchis, refert Franc. Viuius in dec.4.n.63.& 64. Ricc. var. reſol. reſol.90. *Barbat. de diuiſ. fruct. p.1.c.7.n.79.*

Decima debita à vaſallis Baroni ex fructibus collectis ex territorijs per eoſdẽ vaſallos cultis, an debeatur in area, vel vaſalli in horrea eã conducere teneãtur, fuit dictũ, ꝙ ſeruetur cõſuetudo ex præterito, q̃ cũ nõ fuiſſet adhùc verificata, nõ fuit deciſum, Frãch. dec.124.& aliàs vertente ſimili cauſa idem fuit deciſum, circumſcripta cõſuetudine, vt vaſalli teneantur, Anna in alleg.94.nu.11.& infrà verbo vaſallus, Borgn. Caualc. dec. Fiuiz.14. in fin. p.4. Ricc. collect. dec.192.& in praxi var. reſol. in reſol.109. *Nouar. de grauam. vaſal. to.1. grau.307.*

Decimæ papales quamuis debeãtur per principales proprietarios, non autem per conductores, exceptis Cardinalibus, ad quæ nõ tenentur, ſi fuerit facta cõductiõ p Cardinalẽ Archiepiſcopũ de eius fructibus, an mortuo Cardinale ſuccedente ſimplici Archiepiſcopo teneatur ad decimas papales conductor; fuit per S.C. abſolutus conductor, Franch. dec.107. Marta de iuriſd. p.4. caſu 13.n.13.

Decimæ quamuis debeantur de omni fructu, etiã de

feudis,

feudis, an debeantur, ſi fuerit conceſſum feudum à Rege abſq; onere ſoluẽdi decimas; fuit deciſum, non obſtante tali reſtrictione, quod teneatur Baro ad exolutionem decimarum, & ſic in fauorẽ Eccleſię pronũciatum in Reg.Cam.Campagn.in c.Regni, Et quia nupèr, nu.8. Marta voto 66.nu.2. Riccan praxi var.reſolut.reſol.323. *Barbat.de diuiſ.fr uct. p.1.c.7.n.96.*

Decimæ ex piſcatione debitæ an debeãtur deductis expenſis; concluditur, quòd non deducentur expenſæ, Capyc.dec.20.a n.1.vſquè ad 16.Foller.in Conſt.Quantò cęteris, nu.34. Maxill.in Conſuet. Bari, Rubr.de immunit.Eccleſ.§.à decimis, nu.29. Viuius deciſ.4. Gamma deciſ.Luſitan.150.& 232. Mateſcott.var.reſolut.lib.2.c.108.num.15.& ſeq.

Declarare an teneatur quærelans, ſi intendit vti teſtibus antè terminum datum quærulato ad ſe defendẽdum, & ſic in criminalibus; nam in ciuilibus extat pragm.teſtẽ falſum, fuit facto verbo in S.C. remiſſa cauſa decidendo, eſſe procedẽdum ad vlteriora, nec teneri quærulantes ad declarandum, Anna in alleg.2. Viuius deciſ.71.n.3.Muſcatell.in praxi S.C.lib.1.p.6.gloſ.termino, nu.10. Borgnin. Caualc.dec.Fiuizan.39.p.5.n.6. Ricc.collect.dec. 1380. *Reg. Tapia in ſuo iure Regni, tom.5. ſuper pragm.1.de falſis, num.2.*

Declarare libellum an teneatur actor, qui petijt, ſequeſtrari pecuniam in Banco, de qua fecerat apocham alicui, dùm in ſuo libello dixerat, aut apocham non eſſe ſua manu ſubſcriptam, aut ſi reperiretur, ex alia cauſa proceſſiſſe, & contraria allegaret, ob quod ſiuè ſit actor, ſiuè reus eligere, & declarare tenetur; Concluditur, quòd ſic per Fab. de Anna in conſ.58.Cęſar Scãnapecus, & in Apoſtilla impreſſa in 2.vol.cõſil. incip.audiui aliquos, &c.verſ.caſus 58.deciſus pro conſilio.

Declarare actor an teneatur in burgenſaticis, ſi eſſet hæres ad inſtantiam conuenti, licèt de iure concludatur, quòd nõ, tamen in practica ſeruatur cõtrariũ in S.C. verùm ſi actor in petitione aſſeruerit, eſſe hæredem, vel ſucceſſorem, nõ tenetur iterùm declarare, & ità cõcluſum fuit in S.C.Capyc. dec.97.in fine, & idem refert Boctis ad Bartol. l.ſi defenſor, §.illud quæritur, ff.de interrog. action. Muſcat.in praxi S.C.lib.1.p.3.gl.hæreditaria, n.3.

Declarare an teneatur actor ſucceſſor in feudo ad inſtantiam rei, ſi petierit vt hæres, vel non etiam ſi hæres inſtitueretur; fuit concluſum, & votatum, quòd non, Capyc.dec.97.in princ. Lanar.conſ.80. n.20.& 25. Muſcatell.in praxi S.C.lib.1.p.3.gloſ. hæreditaria, n.4. Anna in ſing.198.

Declaratio circa vſum in quacunq; parte iudicij peri poteſt, etiam lata ſententia, & tranſitu facto in rem iudicatam, prout in S.C.practicatur, & Vrſill. dec.266.nu.4. inquit, ſic eſſe deciſum, quem citat Muſcat.in praxi S.C.p.6.gloſ.terminus, n.9.& 10. hodiè per nouellã pragm. Comitis de Lemos iunioris editã die 11.Maij 1612. in 8.capite iſta declaratio circa vſum teſtium peti debet infrà quindecim dies poſt publicationem teſtium examinatorum, & infrà dictos dies poſt pręſentationẽ ſcripturarum, infrà quem terminum peti etiam debet ratificatio principalis, aliàs elapſo termino predicto nulla ratio habẽda erit de declaratione petita

Declaratio circa vſum teſtium, & ſcripturarũ an fieri debeat cum proteſtatione, quatènus vera reperiretur, vel ſimplicitèr ſpecificè renunciando tali teſti, vel ſcripturæ; fuit deciſum, eſſe facienda ſimplicitèr, dùm ſimplicitèr petatur, renũciando ſpecificè teſti ſuſpecto, vel ſcripturæ, maximè quãdo talis declaratio peteretur à parte, ſecùs ſi non fuerit petita, quoniàm tũc talis proteſtatio admitteretur, Afil.dec.189. Troyſ.in pragm.21.n.9.de falſ. teſt. Ant.Gabr.lib.7.tit.de malef.concl.7. & Piſanell.in addit.ad iſtam deciſionẽ refert, idem in alia cauſa fuiſſe deciſum, Iacob.Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.cent.4.caſu 316.n.22.Fab.de Monteleone in praxi arbitr.p.4.q.1.n.209.Muſcatel.in praxi S.C.lib.1.p.6.gl.termino, nu.7.Farin.dec.Rom. 783.cent.7.& in deciſ.crim.prima per totam, & in conſ.30.n.188.*Cancer.var.reſol.to.1.c.20.n.47.Iul. Cæſ.Gallupp.in praxi S.C.p.2.c.27.n.5.*

Declaratio ſpeciei ſubiectionis non militat, quando libellus ſuper ſubiectione procederet, ità an declaratio ſpecierum bonorum facienda ſit per Nobilem petentem, admitti ad honores Sedilis; fuit deciſum, quòd non, Anna in ſing.315.libellus Riccius in collect.dec.608.

Declaratio circa vſum debet eſſe, vt ſimplicitèr interrogatus reſpondeat ſinè replica, & ſecundùm iſta fuit aliàs in S.C.deciſum, quamuis in alia cauſa ad relationem M. C. facto verbo in S.C. fuerit determinatum contrarium, vt declaratio facta, velle vti in partibus talibus, admittatur, & hoc contingit in M.C.V. eſſe in poſſeſſione ſic declarandi per multum tempus, vt pluriès fuit deciſum in S.C.Vrſill.deciſ.189. Viuius in ſylua commun. opin.in opin.800.ſtatutum diſponens, n.2.

Declaratio circa vſum teſtium facta, quòd voluerit vti ſuper certis, & ſuper certis non, nõ admittitur in S.C. ratione iuramenti, quod eſt indiuiduum, Franch.deciſ.173.num.6.quem citat Muſcatell.in praxi S.C.p.6.gloſ.terminus, num.8.Surdus deciſ. Mant.16. *Fontanell.deciſ.Cathal.*281.*n.*15.

Decreta S.C.priùs debent exequutioni demandari, vt poſſit in cauſa reclamationis procedi, quid ſi fuerit promiſſa per inſtrumẽtum ſolutio condemnationis infrà certum tempus, & interim correſpondere, deficiente in prima pagha promiſſore, an per hoc impediatur proſequutio in cauſa reclamationis; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.deciſ. 603. Ricc.collect.dec.1328.*&* 3079.*p.*7.

Decreta M.C.V.& S.C.ſi in aliquo diſcordant, an in eo, in quo concordant ad euitandum reclamationem dicantur cõformia; fuit deciſum, quòd ſic, & ità fuit reclamatio reiecta, Franch.deciſ.710. Maſtrill.dec.Sicil.110.n.18. Ricc.collect.deciſ.1328. *Conſil. Marcian.conſ.4.n.1.ſed hoc procederet reſpectu decretorum latorum per Curiam Admiratiæ, ſi eſſent conformia cum decretis S.C.vt fuit per S.C. iudicatũ iunctis omnibus Conſiliarijs de ordine tunc Propræſidis Reg.Conſil.D.Io.Sãchez de Luna annis præteritis in cauſa Scipionis Ruſsi in Banca Cioffi, nam fuit admiſſa reclamatio per S.C. & ratio fuit, quia in Curia Admiratiæ præeſt vnus Iudex, ſed in M.C.V. præſunt quinque Iudices cum duobus Conſiliarijs, vt refert Præſ.de Franch.dec.720.n.19. & eſt Tribunal celebre, vndè firmius eſt Cõcilium plurium, quàm vnius tantùm, cap.prudentia, de offic.& poteſt.Iudic.deleg. Reg.Valenz.in diſcurſu ſtatus, & belli, p.2.conſid.20.n.32. ideò dũ eadem ratio non militat, neque iuris diſpoſitio militare debet.*

De-

Decreto an opus ſit in remiſſione facta per tutorem ex iuſta cauſa; fuit deciſum, eſſe interponendum decretum, & ità ſeruauit S.C. Franch. deci.535. de Ponte conſ.150.n.13.vol.2. Philipp.Paſchal.in tract.de vit.pat.pot.p.2.c.1.n.84. & 97.

Decretum nullum infra quod tẽpus dici poſſit; fuit deciſum, poſſe dici de nullitate vſq; ad annos 35. & tanto tempore præſcribitur ius prædictum, ſeclus p viã exceptionis, Affl.dec.178.n.5. vbi Vrſill. n.5.latè Muſcat.in praxi S.C.lib.2.p.1. gl.nullitatis,n.12.vbi plures DD.allegat, excepto Affl.hic.

Decretum an dici poſſit nullum, ſi per eum fuerint bona adiudicata non citatis hæredibus debitoris, quamuis vigore inſtrumenti dotalis fuerint petita bona, quæ licèt propria authoritate capere, & ſimilitèr ſi fuerit erratum in æſtimatione rei; fuit concluſum,quòd non, Affl.dec.178.num.6.& ſeq. Reg.de Ponte conſ.74.n.3.vol.1.Hieroym.Marilian.dec.Genuæ 8.nu.3. Ricc.collect.deciſ.1328.

Decretum Iudicis interpoſitũ ſuper datione inſolutum rei emphyteuticæ datæ creditori irrequiſito domino, ob quod res incidit in commiſſum, an ſit nullum,ex quo non fuerunt ſeruatæ ſollemnitates prætextu ordinis iudiciarij, fuit declaratũ validũ, & proindè conuenti abſoluti ab impetitione domini prętendẽtis,rem fuiſſe in cõmiſſum inciſam, ex cauſis ponderatis per Affl. in dec.191. à nu.4. in fin. Borgnin.Caualc.dec.Fiuizan.3.par.1.n.19.

Decretum latum ſuper bonis nõ obligatis an ſit nullum in totum, vel pro parte ipſorum bonorum nõ obligatorum; fuit deciſum,quòd in totum ſit nullum, cùm ſit indiuiduum decretum Iudicis, Affl. dec.218.Franch.dec.86.n.6.& 147.nu.4.Io.Andr. de Georg.in alleg.36.num.11.Borgnin.Caualc.in tract.de vſufructu mulieri relicto,n.208. Viuius in ſylua comm.opin.in opin.175.decretum,Bertazz. in tract.clauſul.in clauſul.10.gloſ.2.n.9.Milanenſ. dec.Sicil.15.lib.1.n.39.& dec.9.lib.2.nu.77. Hieron.de Laurent.dec.Auenion.27.nu.3. Duenn.in reg.185.nu.4.& regul.186.nu.2. *Franc.Hieron.de Leo dec.Valetiæ 25.n.8.& Barb.de aſſiſt.gl.1.n.19.*

Decretum,ſiuè ſententia latũ,ſiuè lata ex cauſa partim vera,& partim falſa,an ruat in totum,licèt ſẽtentia lata ex falſa cauſa cõtra ius litigatoris peccet in iuſtitia,cùm ſit nulla;fuit votatum,quòd ex ęquitate remaneat decretum validum,Capyc.deciſ.51.à n.1.vſq; ad 7. licèt de rigore iuris oppoſitum eſſet verum, Vrſill.dec.178.nu.9.& dec.218. n.4.eum citat Ant.Gabriel.in lib.2.tit.de ſentent. concl.10.n.15. Ricc.in collect.dec.175.

Decretum Iudicis an ſit neceſſariũ ſuper alienatione feudorum facienda per Balios pupilla, prætẽdentes,id eſſe in euidentem vtilitatem pupillæ,cũ ex eis reperiretur maius pretium,quam æſtimata fuerant;maior pars Conſiliariorum votauit,quòd decretum minimè interponi deberet, Capyc.dec. 113. Aloyſ.de Leo in auth.ſi quas ruinas,C.de ſacroſ.Eccleſ.n.8.Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cẽt.2. caſu 171.n.62.Stephan.Quarant.in ſumma Bullarij,verbo alien.rer.Eccleſ.n.31. Maſtrill.dec.Sicil. 121.n.2.Borgn.Caualc.deciſ.Fiuizan.46.p.1.n.64. optimè Surd.in tract.de aliment.tit.8.priuil.45.in princ. Io.Franc.del Caſtillo deciſ.Sicil.18.nu.22. Ricc.collect.deciſ.345. Galtet.in prax.tutel.p.2. rub.4.n.37.*Cæſar Manent.dec.Mantuæ 9.nu.5.Reg. Hector Capyc.Latro dec.19.n.4.*

Decretum latũ ſuper vna partita pro actore non demandatur exequutioni,niſi diſcuſſis omnibus rationibus, hoc eſt in iudicio conuentionali, & reconuentionali computorum,& ità in facti contingentia iudicauit S.C.Reg.Tap.in annot.ad prag. 5.incip.ſententias, de offic.S.C.n.10.

Decretum latum in S.C.Fiſco nõ alitèr vocato,quotieſcunq; læderetur Fiſcus in conſequentiam, & ipſe petiſſet audiri,& per Dominos Regẽtes fuerit decretum, quòd aſſiſtet,vndè vocari debuerat, vt moris eſt in deciſionibus cauſarum,an ſit nullũ; fuit deciſum, quòd ſic, Reg.Tap.in prag.2.nemo eſt,§.item vt Regia,n.4.de offic.Procurat.Cæſar.

Decretum,ſiuè pręceptum factum de ſoluendo penſionẽ domus,ſiuè affictus locatori habet exequutionem paratam,l.præſes,ff.locat.quarè ſinè mora exequi debet,nec reuocari poteſt, vt in facto fuit iudicatum per S.R.C. ait Franc. Viuius in ſylua comm.opin.in opin.678.pręceptum,n.26.idem in materia cẽſuali obſeruari in M.C.V.tradit Foller. in praxi cenſuali,verſ.tanquàm res iudicata,n.60.

Decretum,ſiuè ſententia proferenda ex ſtylo Regiæ Cameræ Summariæ, data paritate votorum, proferri debet in beneficium rei,vt dixi in verbo ſententia,quid autẽ ſi actor in aliqua exceptione oppoſita per reũ, reus efficeretur, & reus actor,iuxtà terminos l.inter pares, ff.de re iud.vtputà intẽtata lite per actorem de redditione computorum tutelæ adminiſtratæ, & per reũ oppoſita ſuſpitione in perſonam alicuius ex Iudicãtibus,ſuper qua ſiquidẽ ſuſpitione cęteri Collegæ in paritate fuerunt votorum, an pro actore, vel pro reo,iam per exceptionẽ actore effecto ſit promulgandum,fuit deciſum in fauorem actoris eſſe proferendum,qui per exceptionẽ à reo oppoſitam reus effectus fuerat, in cauſa Ducíſſæ Caſtri cũ Creditoribus Ducis Audriæ, Anell.Amatus in cõſ.27. Mota Iãdiu.

Deductio fit in hęreditate non ſoluenda exiſtẽtibus legatis,quòd ſi alteri quãtitas,& alteri ſpecies legetur, an ſit deductio facienda;non fuit deciſum, quamuis concludi videatur,eſſe faciendam deductionem;ſed in caſu,de quo agebatur,erat factum legatum,etiam antè inſtitutionem in erectionem iuriſpatronatus,ob quod non fuit habita ratio diminutionis,Franch.dec.236.Peregrin.in tract.de fideicommiſſ.in 4.art.n.63. nouiſſimè Molfeſ.cõſ. 13. impreſſ.poſt comment.ad Conſuet. Neap. & ibi n.5.tradit,fuiſſe iudicatum in S.C. vt dùm hæreditas non eſt ſoluendo pro omnibus legatis,fiat diminutio pro rata ab omnibus legatis,etiam pijs. & vide infrà eod.verb.diminutio, *Epiſc.Genuenſ. in tract.de Eccl.aliàs practicabil.Eccleſ.q.329.Reg. Rou.dec.87.n.3. Reg.Hect.Capyc.Latr.dec.12.n.5.*

Defenſæ abſq; Regia conceſſione quamuis inſtitui nequeant,an procedat contra Eccleſias,Eccleſiaſticaſq; perſonas; fuit deciſum,quòd ſic,Reg.Rouit.in pragm.1.§.& cùm nec Comitibus, nu.8.de ſalar.eor.qui mitt. pro ſeru.cur.

Defenſæ impoſitæ illi, cui res per ſententiam eſt adiudicata, nè rem ipſam ſibi in dotem pẽdente lite traditam ingrediatur,an ſit parendum;fuit determinatum,ꝙ iuſta eſt defenſio, & tenetur obedire, Andr.de Iſern.in ſing.8.incip.per l.fin.C.de litig.

Delens arma, & inſignia aliena à domibus alienis qua pœna puniri debeat; fuit in exilium miſſus Comes, qui deleuerat inſignia domus Carafæ ab

Ec-

Digitized by Google

Eccleſia Baroniæ Formiculæ, Anna in ſingul.382. pęna, Viſcont. ad Franc.dec.443.

Delicta plura ſi ex eodem facto reſultarent puniuntur vna pęna tantùm, vt portatio armorum ad faciendum delictum, & ità fuit iudicatum, vt tradit Anna in Conſt.Si quis aliquem, n.90.& ſeq.

Delicta reiterans, non tamen pęnam mortis merentia, an capitalitèr puniri debeat ex reiteratione; fuit deciſum, quòd non; ſed puniri debet pęna debita illius delicti tantùm, Gramm.dec.16.n.6.quē citat Campagn.in cap.Regni Exercere, ſub n.25. in addit.Iul.Clar.in §.fin.q.84.n.6. Petr.Garſia in dicto 23.

Delicta Officialium ſola M.C.V.examinat, & de eis cognoſcit, iuxtà Ritum ipſius, quod non ſolùm in Officialibus Regijs, ſed etiam Baronalibus procedere affirmat Præſ.de Franch. dec.407.nu.2.an igitur exiſtētibus ampliſſimis priuilegijs alicuius Baronis cognoſcendi delicta omnium delinquentium in eius terra, &c. extendatur poteſtas ipſius delinquentis in terra, & ſucceſſiuè ad eum facienda remiſſio; fuit in S.C.deciſum, non eſſe faciendam remiſſionem Baroni ſimilia priuilegia habenti Officialis delinquentis, & hoc in perſonam Capitanei Caianelli cum Barone ipſius, habentis priuilegia Ducis Sueſſæ, quæ ſunt ampliſſima, die 10.Octobris 1580. vt ibidem Franch. in eo.nu.ſubnectit, vbi Viſcont.& Amend.ad ſaturitatem exornant. *Reg.Sanfelic. deciſ.66.num.1.*

Delictum an probetur per Miniſtros capientes delinquentes; Concluditur, quòd eorum depoſitiones non ſufficiunt ad conuincendum; ſed ad inquirendum tantùm, & torquendum; idcircò dùm fuiſſet captus quidam cum ſclopo, & Miniſtri depoſuiſſent, Magn.Cur.Vic.condemnauit eum ad mortem, vel ad ſoluendum ducatos 2000.quamuis S.C. ad torquendum tantùm condemnaſſet, quem cùm non confeſſus eſſet, liberauit in forma, Franch.dec.379.Baiardus ad Clarum in § fin.q.8. num.2. latè Petr.Caball. in reſolut.crimin.cent.2. caſu 126. Farinac.in eius praxi crim.tit.de var.& diuerſ.crim. quæſt.108. num.156. & in conſ.100. num.8. Riccius in collect.deciſ.646.& 855.& in praxi Eccl.deciſ.359.quid in Curſoribus Cur.Archiepiſcop.& in collect.646.

Delictum commiſſum in crepuſculo, quod eſt inter diem, & noctem, an iudicetur factum de die, vel de nocte; fuit in Regia Camera Summariæ iudicatum, eſſe Iudicis arbitrio remittendum, conſiderata qualitate delicti, ac claritate, vel obſcuritate, Affl.in Conſtit.Multæ leges, nu.15.eum citat Viuius deciſ.452. num. 17.& ſubdit ipſe num.18. in contingenti caſu per Regiam Audientiam Capitinatæ fuiſſe iudicatum in fauorē inquiſiti, ſtante iſta dubietate, & poſtmodùm decretum confirmatum in M.C.V.& in S.R.C. Marta voto 157. num.7. *Viſcont.in ſuis concluſ.iur.verbo arma.*

Delictum proditorium in materia indulgentiæ per Regem conceſſæ quando dicatur, & quid ſi fuerit commiſſum homicidium cum ſclopo rotato; fuit deciſum, delictum tali armatura, quando ſub colore amicitiæ fieret, proditorium cenſeri, Franch. deciſ.713. Catalan.in tract.de indultu, c.31.ponit allegationes factas in hac cauſa pro parte inquiſitorum, & alias pro parte Fiſci in eo.capit.& latè Marius Italia modernus Doctor Siculus in tract. de immunit.Eccleſiaſt.lib.1.cap.5.§.4. ſub nu.14. & ſeq. licet videatur contra iſtam deciſionem irruere, Ricc.in collect.deciſ.475.& iuxtà opinione ipſius Marij nouiſsimè fuit promulgata Reg. Pragm.ſituata in titul.de armis in pragm.52. Comitis de Lemos ſub die 14.Aprilis 1614. declarādo expreſsè, delictum cum ſclopo cōmiſſum, eſſe proditorium, vbi alia adnectuntur ſpecialia, Reg. Rouit.in prag.2.de abolit.nu.56.Gratian.diſcept. forenſ.q.380.num.40.tom.1. *Ill.Epiſcop.Marantá tom.2.reſponſ.46.ſub num.5.Taſſon.de anteph.verſ. 10.obſeru.2.ſub num.4.*

Delictum feudatarij an præiudicet agnatis; fuit deciſum in R.C. quòd ſic in fauorem Fiſci, facta relatione in Collaterali Conſilio, Camill. de Curte in diuerſ.iur.feud.verſ.nunc de altera, num.68.fol. 61.à terg. *Iul.Cæſ.Gallup.in method.feudal.part.1. cap.5.num.21.& part.4.cap.1.num.4.*

Delinquens inſimul cū aliquo ſubdito maiori Iudici an debeat cognoſci ab ipſo Iudice ratione connexitatis, vel remitti ad Iudicem ſuum competentē, in facto Nauta quidā ſubditus Curiæ Admiratiæ deliquerat cum Neapolitano, & fuit remiſſus ad Curiā Admiratię, vt refert Vrſill.dec.213.ſub n.8.

Delinquens coràm Iudice pro Tribunali ſedente, aliquem iniuriando, an puniri debeat, & quid ſi non ſediſſet pro Tribunali, ſed ius reddebat partibus litigantibus, refert Paris de Puteo in tract. de ſindicat.ver.Notorium iudicium, ſub nu.14.in fine, quòd per decretum fuit condemnatus quidā litigans cum aduerſario coràm ipſo Poteſtate, qui ignem aptabat, audiendo partes in iure earum; dedit cum quodam inſtrumento in faciem aduerſarij, quia Poteſtas tunc ſtabat ad ius reddēdum, licèt non eſſet in Tribunali.

Delinquens intus Eccleſiam licèt poſſet puniri ab Eccleſiaſtico tāquàm ſacrilegus, tamen laicus delinquens ratione huiuſmodi delicti poteſt etiam per Iudicem ſuum puniri, & ità vidiſſe ſeruari in Magn.Cur.Vic.refert Aſcan.Tholom.in addit.ad praxim Tartagl.cap.7.num.9. quem citat Viuius deciſ.497. ſub n.5.

Delinquens captus in alieno territorio an ſit remittendus ad Iudicem loci delicti, vel cognoſcendus à Iudice capiente, ſcilicèt originis; fuit per Sacr. Conſil.remiſſus ad Iudicem delicti, Grammat. in deciſ.26. quem citat Tuntol. in iudic.6. num.16. Fabius de Pauliſs in addit. ad Nunt. Tartagl. in Margarita Fiſci, c.7. incip. magna eſt controuerſia, Io.Franc.Capiblanc.in pragm.8.num.122.de Baron. & in num. 253. cum ſeq. Foller. in pract. crimin. rubr.pœnis debitis feriantur, num.44. & Rubr. audiantur excuſatores, num.66. Viuius in ſylua commun.opin.in opin.420. Iudex domicilij, in princ. Reg.Rouit.in pragm.1.vbi de delict.agi opor.num.15. ad materiæ ornatum videndus eſt Petr.Caballus in reſolut.crim. caſu 162. Riccius in collect.deciſ.48.& in praxi var.reſolut.reſolut. 74. Michael Craſſ.inter commun.opin.tit.vbi de crim.agi oport.num.20.

Demanium an poſsit per Regē reuocari, ſi Ciuitas proprijs pecunijs ſe redimerit, & fecerit de demanio, in quo illam Rex tenere promiſit; fuit deciſum, Regem potuiſſe reuocare demanium, & obſtitiſſe Vniuerſitati exceptionē Pragmaticæ, Camillus Salern. in addit. ad proęm. Caroli in Conſuet.

fuet.Neap.incip.magna eſt principis,fol.31.lit.C. verſic.ſi aliqua Ciuitas,& latè per Annam in allegat.50. vbi ponit alias deciſiones, de tali deciſione meminit Io.Andr.de Georgio in alleg.13.num. 12.& Reg.de Ponte in conſ.70.num.45.vol.1.nouiſſimè Ioſeph Seſſe in deciſ.Atagon.36.num.25. Moltef. in proœm. Conſuetud. Neapol. quæſt.6. nu.n.11. Philipp.Paſchal,de vir.pat.poteſt.pat.1. cap.1.num.83.

Demanium an petere poſſit Vniuerſitas, ſi abſquè proteſtatione nouum emptorem in dominum receperit; fuit deciſum,quòd non, Camill.Salern.in addit.ad proœmium Caroli in Conſuet.Neapol. incip. magna eſt principis, fol.32.lit.B.verſ.ſi autem tale Caſtrum, Maſull.ad Capyc.in deciſ.162. num.2.latè Maſtrill.in conſ.vnico poſt deciſ.Sicil. num.47.

Demanium an petere poſſit non tantùm Vniuerſitas magna; ſed parua, vt Oppidum, in hoc caſu pariter fuit pluriès deciſum, quòd ſic, licèt aliàs contra, attenta perſonarum, locorum, & temporum differentia, vt refert Camill.Salern. in addit, ad proœm.Caroli in Conſuetud.Neap. incip.magna eſt principis, fol.34. col.4.lit.D. verſ.ità iuris eſſe cenſeo, Maſullus ad Capycium in deciſ. 162. num.2.vide Reg.Rouit.in pragm.63.§.item atteſo, num.20.de offic.Proc.Cæſar. qui ponit aliam deciſionem de hoc,

Demanium petere an prohibeatur Vniuerſitas elapſo termino à Iudice præfixo,ità vt denegari debeat regreſſus;fuit deciſum cõtra Vniuerſitatem, licèt & aliàs iuxtà tradita per Camerar. in l. Imperialem,car.fin.column.vltima, de prohib.feud, alien.per Feder.fuerit deciſum;ſed hoc iuxtà perſonarum qualitatem, cauſas, & tempora, prout clariùs proſequitur Camill. Salern. in addit. ad proœm. Caroli in Conſuetud.Neapol. incip. magna eſt principis,fol.32,column.2.lit.D.verſ.quod namque tempus, tandèm inquit Camill.de Curt, in diuerſ.iur.feud. cap.licèt autem veriſſima, fol. 10. num.62. ità ſæpè fuiſſe iudicatum in Camera, vt abbreuiari poſſit tempus anni per Iudicem, infrà quod debet facere depoſitum, quo tempore elapſo non audiatur, citando Addentes ad Conſuetud.annuens ſub num.63.& ſeq. id ipſo patrocinante accidiſſe in Terra Summæ, & pluriès deciſum refert Anna in Conſtit. Conſtitutionem. num.261.

Demanium an peti poſſit ab Vniuerſitate, ſi ipſa fuerit permutata, quæ ſiquidèm permutatio ex multis rationibus habebatur vti emptio,& venditio,& non ad alium finem ſic facta fuerat, quàm ad fraudandum iura demanij; nam verè fuit emptio, & venditio, & quid ſi petito demanio per Vniuerſitatem Baro ceſſauerit, & Fiſcus ceſſionem acceptauerit,& ſi aſſenſu careret talis ceſſio, & demùm Vniuerſitas ipſa renunciauerit demanio congregato conſilio, accedente aſſenſu, citrà tamen decretum Regium; Concluditur in fauorem Vniuerſitatis per Fab. de Anna in conſ.55. quod in hac,de qua agitur,& in Apoſtilla impreſſa in ſecundo volum. conſil.incip.audiui aliquos, &c. verſ.caſus conſ.55. deciſus contra conſilium, tempore meæ iuuentutis, nec ego onus cauſæ ſuſtinebam,& contra ipſam Vniuerſitatem allegauit Ioann.Andr.de Georg. in allegat.7. cùm Illuſtr.Princeps, in princip.& num.43. ponit deciſionem, annuens, quòd Vniuerſitas ſtante ceſſione fuit abſoluta, cùmquè dixiſſet de nullitate decreti in reclamatione; fuit primum decretum cõfirmatum, & impoſitum ſilentium, Riccius in collect. deciſ. 599. Reg. Rouitus in pragm. 63. §.in primis,num.27. de offic.Procur.Cæſar.

Demanium petitum per vnam ex Terris inſimul venditis ſub vno pretio,an ſit concedendum; fuit deciſum in R. C. quòd ſi Terra prædicta ſub aliqua Baronia eſſet,ceſſaret demanium; ſed ſi eſſet diſiuncta, admitteretur, habità conſideratione valoris, & aliarum, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud.ver. licet autem veriſsima, num.69. fol.10. à terg.

Demanium an ſit concedendum contradicentibus cæteris de Vniuerſitate,aliquibus tamen petentibus; fuit deciſum,competere ius prædictum ipſis petentibus, dummodò ipſum onus in ſe ſuſcipiãt, Camill. de Curt. in diuerſ. iur.feud. ver.licèt autẽ veriſsima.num.70.fol.10.à ter.

Demanium an peti poſsit per Vniuerſitatem ex venditione feudi facta per feudatarium primogenito, vel alteri agnato proximè ſucceſſuro; fuit per Reg.Camer.Summar.iudicatum,non eſſe admittendum, teſte Octau.Bammacar.in cap.beneficium à vaſſallo,num,112.ſi de feud.d·funct.cont,

Demanium an peti poſsit per vnam ex Terris vnico pretio venditis,alijs nõ petentibus; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.dec.17.num.22. *Biloſta concl, feud*.28.

Denuncians crimen, ſi detecta innocentia inquiſiti, ipſe fuerit abſolutus, an teneatur ad expenſas litis prædictæ; fuit deciſum,quòd ſic,Grammar,deciſ. 59. quem citat Carault. in Ritu 297. num.4. Proſp.Farinac. titul.de accuſat.quæſt.16.num.12. & ſeq.Cotnazan.deciſ.Lucenſ.193. Ricc.collect. deciſ.1218.1219.*&* 2247.*p*.6.

Denunciatio ſi ſit facta contra aliquem, an ſi teſtes renuerint venire, erit abſoluendus denunciatus ab ipſa denunciatione prima, condemnatis teſtibus ad quatuor vncias; fuit denunciatus abſolutus per Mag.Cur.Vic.vt refert gloſ.in addit.incip. & ità fuit ſeruatum in Ritu Mag. Cur. Vic. incip. Item ſeruat ipſa Curia, quòd ſi proceditur extraordinariè, in tit.in proceſſ. ſeru.non dat.cop. par. & in Ritu incip.Item ſeruat ipſa Curia,quòd quãdo aliquis appellat,Rub.præſt.ſuper præſ·nt.proceſſ. appellat. in addit. incip. & ità pridiè de præſenti anno.

Deponete vt principalis an teneatur ſcribens literas cambij;quamuis concludatur,quòd ſic,tamen contrarium fuit deciſum in Sacr. Conſil, ad relationem Mag,Cur,Vic, vt refert Io.Iacob. Maſull, in addit,ad deciſ.Capyc,15.ſub num.3.

Depoſitio principalis an ſit admittenda petita per contentum,& per Iudicem concedenda in materia literarum cambij verificatarum, & proteſtatarum; fuit deciſum in Sacr.Conſil. quòd ſic, & ità admitti depoſitionem principalis cum iuramento, quia non dicitur vera probatio; ſed releuatio ab onere probandi, vt refert Io. Iacob.Maſull. in addit.ad Capyc.deciſ.145.poſt num.6.in fine.

Depoſitio principalis prodigi an in beneficijs conceſſis petita ſit admittenda, vel deneganda; fuit per S.C. iunctis Aulis mediante decreto denega-

ra, in cauſa Principis Biſiniani, Octau.Bammac.in allegat. impreſſ. poſt Comment.tit.ſi de feud.defunct.controu.incip.circa negotium, num.3.

Depoſitio principalis an ſit admittenda ſuper articulis reiectis, tanquàm impertinentibus; non fuit admiſſa depoſitio, ex quo pars, quæ reclamauerat, probare volebat, & videbatur per actores nõ inficiari in primis articulis actorum, Franch. deciſ.220. quem citat Muſcatell.in praxi Sacr.Conſil.par.5.gloſ.impertinentes, num.24.& lib.2.p.3. gloſ.min.nima,num.34.& gloſ.partis per totam, & par.5.gloſ.legaliores,num.11.*Conſil.Gizzarell.deciſ.66. Fontanell.dec.25.nu.15.*

Depoſitio principalis ſi ſit petita ab aduerſario poſt latam ſententiam in termino liquidationis, factaq; publicatione, ſi ipſe principalis negauerit ſe examinare, an erit cogendus, fuit votatum, vt Commiſſarius videret articulos, ſi qui ſunt impertinẽtes, & quòd ſuper impertinentibus etiam principalis non interrogetur, Capyc.dec.15. quem citãt Anna in ſingul.501.termino, & Franch.dec.220. Maſtrill.de magiſt.p.2.lib.5.c.13.n.60.

Deportati rumpentes deportationem qua pœna puniri debeant; fuit deciſum, eſſe reponendos in priſtinam deportationem, niſi in ſententia fuerit comminata pœna mortis, Franch.deciſ.140.quem citat Baiardus ad Clarum §. finali, quæſt.67. n.13. Ioan.Franciſc.Capiblanc. in pragmat.6. num.16. & in pragm.7.n.25.de Baron.latiſſimè iſtam deciſionem exornat Modernus Petr. Caball. in reſol. crimin.centur.1.caſ.8.à nu.49.& ſeqq.& caſ.164. Ricc.in collect. deciſ.262. Marta de iuriſd. par.4. caſ.176. num.10. *Reg.Conſt.ant.in l.1.C.de Claſſic. lib.11 num.15. Guazzin.in tract. ad defenſam,in 5. defenſ.c.4.n.27.*

Depoſitate coactus vigore pacti, vt laudum indè ferendum exequi poſſit ſuper dicto depoſito, ſi demùm fuerit factum depoſitum, & Bancherius, in cuius poſſe fuit depoſitatum decoxerit, an teneatur iterum pars depoſitare; fuit deciſum, quòd non, ſecùs ſi eſſet prætoria ſtipulatio, Afflict.dec. 172.Franch.deciſ.480. Ant.Gamma dec. Luſitan. 189.num.3. *Alex.Trentacinq.variar.reſolut. lib.3. tit.de ſolut. reſolut.22. ſub num.2. verſ.decimò requiritur.*

Depoſitarius frumenti ſi fuerit condemnatus ad reſtitutionem ipſius, an teneatur paritèr ad reſtitutionem intereſſe quantiplurimi ex mora contracta, vltrà quòd frumentum depoſitum fuerat mixtum cum frumento ipſius depoſitarij in vna fouea; fuit per Curiã Melfictenſem condemnatus ad reſtitutionem frumenti in eadem bonitate, & tàm per Iudicem appellationis, quàm per S.C. confirmata ſententia, remittendo cauſam dictæ Curiæ, verùm quoad pretium frumenti iuſtitiam faceret, Marant. in conſ.65.in præſenti, & ad prædictum intereſſe condemnatus, non tamen per Sac.Conſ.

Depoſitarius, cui ab aſſerto tutore fuerunt bona pupilli depoſita, vt reſtitutio illorum fieret, vel ipſi, vel pupullis, an erit liberatus, ſi probauerit per ſcripturam reſtitutionem factam tutori; fuit deciſum, quòd ſic; Afflict.deciſ.147. Io. Andr.Georg. in allegat.38.nu.14.vbi ampliat deciſionem, Marta voto 136.

Dictio diſiunctiua reſoluitur in coniunctiuam, tàm in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, quando eſt inter perſonas, & ità alias deciſum per S.C.refert Reg.de Ponte in conſ.56.duo tractantur,n.5.vol.2.

Dilatio quinquennalis non procedit in debitis Fiſcalibus, nec facta carceratione, vt pluriès in Reg. Cam.Summar.obtinuiſſe ait Io.Franc.Capibl. in pragm.8.ſub num.145.ver.& procedit, de Baron. *Nouar.in trac.de dation.in ſolutũ.ſect.3.q.7.in princ.*

Dilatio conceſſa per vnum tutorem abſq; conſenſu alterius tutoris debitori prædictorum inſolidum, an impediat liquidationem inſtrumenti incuſati ad inſtantiam illius tutoris non conſentientis; fuit deciſum, quòd non, Franch deciſ.281. Galret.in praxi tutel.part.2.rubr.2. num.41. *Barbat.de aſſiſtent.gloſ.12.nu.202.*

Dilatio quinquennalis, ſeù moratoria, aut ſaluus conductus an concedi poſſit ad inſtantiam creditorum chyrographariorum contra hypothecarios, fuit deciſũ, quòd ſic, Scaglion.in rit.M.C.V. 283. & ità audiui nouiſſimè fuiſſe ſimilitèr iudicatum in S.C. de anno 1611. in cauſa Iulij Orlienza cum eius creditoribus, penès Amatrudam Actuarium, referente Reg.Conſiliar. Alonſo Vargas.Io.Bapt.de Thoro I.C.

Dilatio quinquennalis conceſſa principali an competat eius fideiuſſoribus; Concluditur, quòd non, niſi reus compareret in iudicio, & acciperet defenſionem fideiuſſoris, opponendo de priuilegio ſibi conceſſo, tunc enim ipſe principalis cõparendo, ſumendoq; defenſionem pro fideiuſſore faceret eum huiuſmodi inducijs quinquenalibus gaudere, & ità extitiſſe iudicatum in Sac. Reg. Conſ. refert Vrſill.deciſ.288.ſub nu.1. eum citat Viuius in ſylua commun.opin.in opin.176.debitores, ſub num.6. verſ.ſed hoc fallit; ſed in contingenti caſu vidi deciſum in Sac. Conſ. poſt conceſſionem dilationis factam per idem Sacr.Reg.Conſ. cuidam debitori Sabbati Trayetto, concediſſe eandemquè fideiſſoribus dicti debitoris ſimplicitèr, abſquè comparitione principalis debitoris aſſumentis iudicium defenſiuum pro eius fideiuſſoribus, referente Regio Conſiliario Alphonſo Areualo Sedeño Hiſpano in anno 1601. aut 1602. penès de Ferrarijs Actuarium. Io.Bapt. de Thoro V.I.D. Neap.

Dilatio quinquennalis an ſit concedenda debitori ad inſtantiã creditorum concurrentium, reſpuentibus alijs creditoribus minoribus in quãtitate, inter quos extàt clericus petens remiſſionem ad Iudicem Eccleſiaſticum, fuit deciſum in S.C.eſſe concedendam talem dilationem, nec alitèr fuit facta remiſſio; vt tradit Vrſill.dec.380.n.7. eum citat Viuius dec.38.n.8. Muſcat.in praxi S.C. lib. 1.par.2.gloſ.veniens,nu.100. in fin. *Mata conſult. 20.num.8.*

Dilatio quinquennalis, ac ceſſio bonorũ quãuis cõtra Neapolitanos fieri nequeant vigore priuilegij eis cõceſſi; fuit tandèm deciſum per S.C.quòd ſic, Franch.dec.179. Muſcatel.in pract.fideiuſſor. p.2.q.9.nu.19.hoc eſt pro cenſibus, affictu Terræ, & penſionibus domorũ, de qua deciſione in Collaterali Conſilio facta meminit Franciſc.Maczia in addit.ad Franciſc. Ant. de Iudice in pract. de liquidat.& exequut.inſtrumen.in conſid.4. ſub n. 66.incip.pone, quòd in inſtrumento, Ioan. Paul.

Galter.

Galter. in pract. crimin. inſtrument. ſecunda tertiæ partis, ſub nu. 20. Muſcatell. in pract. S.C.p.3. gloſ. detinebatur, n. 105. in lib. 2. & in lib. 1. p. 4. glo. petendo, n. 20. Reg. Rouit. in prag. 1. de ceſſ. bon. n. 1. Ricc. in collect. dec. 7. Amat. conſ. 50. vol. 1.

Dilatio quinquennalis an ſit cócedenda debitori ad inſtantiá creditorum, qui tenent emptos annuos introitus cum pacto de retrouendendo, ſeruata forma Reg. prag. fuit deciſum in Collat. Conſ. ad relationem Conſiliarij de Conſtantio, quòd non, ex quo ipſi ſunt Domini, & patroni dictorum introituum; niſi pro tertijs maturatis, Reg. Rouit. in prag. 3. de ceſſ. bon. n. 11. & ſeq.

Dimidia iuſti pretij quæ nàm dicatur eſſe in materia reſciſſionis inſtrumenti emptionis ex remedio l. 2. C. de reſcind. vend. fuit recepta per Sacr. Conſil. opinio gloſ. in dict. l. 2. quòd ſi res, quæ valebat decem, eſſet empta pro ſexdecim, decem enim dicuntur iuſtú pretium, quorum medietas eſt quinque, exceſſus erit in ſex, tunc læſio diceretur vltrà dimidiam, Franch. deciſion. 243. num. 3. Ioan. Iacob. Laurent. in tract. de iudic. ſuſp. capit. 16. num. 92.

Diminutio legatorum piorum an facienda ſit, exiſtente hæreditate non ſoluendo, fuit deciſum in cauſa hæreditatis Comitis Murconi affirmatiuè, & ità communitèr practicatur, Io. Aloyſ. Ricc. de ciſ. Cur. Archiep. Neap. 231. in cauſa, ſub num. 6. par. 1. ſuprà verbo deductio.

Directus dominus emphyteuſis an præferatur vicino in venditione rei emphyteuſis, etiam quòd in conceſſione ſit data facultas affrancandi in pecunia; fuit deciſum in fauorem domini directi, Franch. deciſ. 610. *Franc. de Petr. conſ. 21. num. 3. & Epiſc. Ricc. collect. 2300. par. 6.*

Diſponendi facultas ſi ſit conceſſa donatario per donantem de certa ſumma, etiam inter viuos, & in cæteris ſubſtituit Titium, an decedente ab inteſtato donatario, nulla facta diſpoſitione ſuccedat Titius ſubſtitutus, vel venientes ab inteſtato; fuit deciſum in fauorem venientium ab inteſtato, Franch. deciſ. 45. cum nouiſſimè citat Ioſeph de Seſſe deciſ. Aragon. 48. latè ſubdens, iuxtà iſtam deciſionem idem fuiſſe deciſum in Regio Conſilio Aragonum, Borgnin. Caualc. deciſ. Fiuizan. 12. num. 12. pat. 4. & num. 18. Riccius in collect. in deciſ. 178. Caprosè hic modernus Viſcont. Molfeſ. in addit. ad Conſuet. Neap. par. 2. queſt. 22. Gratian. diſcept. forenſ. q. 221. num. 14. tom. 1. *Caſtill. deciſ. Sicil. 142. par. 2. Cæſar Manent. conſ. 116. vol. 2. Font anell. de pact. nupt. clauſ. 4 gloſ. 23. num. 10. & clauſ. 7. gloſ. 2. num. 7. Merlin. de legit. ma. lib. 1. tit. 2. quæſt. 9. num. 28. & lib. 3. tit. 2. quæſt. 19. num. 16. Cancer. variar. reſolution. tom. 1. cap. 2. num. 46. Merend. controuerſ. tom. 3. lib. 6. cap. 38. Ant. de Amat. variar. reſolut. tom. 2. reſolut. 66 num 22. & 27. Marius Cutell. de donat. diſcurſ. 2. partic. 2. num. 17.*

Diſponere an poſſit pater de ſuis bonis, quæ obuenerunt eius filiæ ob ipſius forjudicationem, licèt poſteà fuerit reſtitutus ob publicam vtilitatem, cum clauſula, continentibus tamen omnium prædictorum bonorum filijs, & filiabus dicti Inquiſiti, & cæteris, quibus bona peruenerunt, & perueniri poſſint, & tamen per eandem filiam fuerat facta ceſſio dicto eius patri, accedente Regio aſſenſu, cum pacto, quòd dicta retroceſſio pro ſe, & hæredibus vtriuſquè ſexus, ad finem, vt in defectum ipſorum remaneret realis ſuccedit rix, & eodem die coràm eiſdem Notario, Iudice, & teſtibus fuerit facta declaratio per alium cótractum, quòd intentio ipſius filiæ erat cedere in beneficium ipſius patris pro ſe, & hæredibus maſculis, ad quod accederat conſenſus patris, qui contentabatur, quòd conſenſus præſtitus reſtitutioni intelligeretur in beneficium ipſius, & eius hæredum maſculorum ex ſe deſcendentium, & ſub iſta conditione acceptauerat dictam reſtitutionem, & non alitèr, nec alio modo, ſic ex prædictis ea oritur difficultas, ſi non obſtante tali conuentione poſſit de prædictis bonis ad ſui libitum diſponere, relicto patagio dictæ eius filiæ, ſtante donatione facta ab auo eius filio, præterea attento generali indultu, ex quo reſultat pleniſſima reſtitutio, etiam reſpectu bonorum, vndè omnibus ijs circumſcriptis concluditur, prædictum patrem non poſſe de ſuis bonis diſponere, niſi ſeruata forma contractuum cum filia initorum, & ſecundùm prædicta fuit iudicatum in fauorem filiæ contra patrem, Regens de Ponte conſ. 69. vol. 1. fuit iudicatum, vbi in fine ponit deciſionem, Capiblanc. in pragm. 6. de Baron. num. 84.

Diſpoſitio facta per filiam de bonis dotalibus antiquis vltra medietatem in perſonam remotam, patre exiſtente in medio, ac ſororibus contra Conſuet. Neapol. an reformanda ſit, fuit deciſum, legitimam dari patri, reliquum hæreditatis obuentum filiæ ex bonis maternis diuidi inter inſtitutos pro medietate, & in alia ſuccedere ſorores, Franch. deciſ. 486. Molfeſ. in Conſuet. Neapol. par. 4. q. 46. num. 29.

Diſpoſitio auth. hoc niſi, C. de ſolut. quamuis non procedat, quando cum iuramento eſſet renunciatum exceptioni de dandis bonis in ſolutum, & maximè quando cum prædicta renunciatione concurreret alia renunciatio, ſcilicèt omni legum auxilio, an procedat, quando mortuus eſſet, qui renunciauit, relicto hærede cum beneficio legis, & inuentarij; Concluditur, quòd ſic, Franch. deciſ. 83. Molfeſ. in Comment. ad Conſuetud. Neap. par. 4. quæſt. 2. num. 8. Amend. in addit. ad iſtam deciſionem Franch. latè, vide infra verbo hæres. *Conſiliar. Gizzarell. deciſ. 7. Paul. Durand. deciſ Roman. 40. num. 37. tom. 1. Reg. Conſtant. in l. 1. C. pen. fiſcal. lib. 10. num 11. Angel. Stephan. obſeruat. in Conſtit. Mediolan. tit. 10. §. 1. Nouar. in tract. de dation. in ſolut. quæſt. 17.*

Diſpoſitio §. & hoc præſenti, auth. de ſanctiſſ. Epiſc. cum ſimilibus an procedat grauato inſtituto, ſi ſine liberis ex legitimo matrimonio deceſſerit filius, inſtituendo deſcendentes, ſubſtituendo, & prohibendo alienationem, vt bona in familia remanerent; fuit deciſum, quòd non, Franch. deciſ. 29. Aloyſ. de Leo l. Deo nobis, C. de Epiſcop. & cler. num. 18. Maſtrill. deciſ. Sicil. 153. num. 31. Borgnin. Caualc. deciſ. Fiuizan. 1. par. 3. num. 32. & deciſ 9. par. 2. num. 83. *Ill. Epiſc. Gennenſ. in tract. de Eccleſ. quæſt. 147. num. 6. & quæſt. 211. Ricc. collect. 2221. par 6. Barbat. de diuiſ. fruct. par. 2. cap. 2. num. 124. & 141.*

Diſpoſitio legis 2. C. de pignot. non habet locum, quando in inſtrumento eſſet appoſita clauſula,

M 2 quòd

quòd generalitas non deroget ſpecialitati, & itâ fuit deciſum, Franch.dec.5.late Io.Franc.del Caſtillo deciſ.Sicil.98.in princ.Riccius in collect.deciſ.73. Iacob.Thoming.deciſ.Lypsiæ 50.videnda eſt deciſ.Peruſ. authore Aegid. Magiſtr. in tract. de præſcript. cap.32. vltrà alios Doct. hic relatos per Viſcont.in addit.vide Gratian.diſcept.forenſ, cap.150.num.15.Gutier.conſ.50.num.20. *Conſil. Theodor.allegat.39.num.8.& ſeq.*

Diſpoſitio vltimæ voluntatis facta per teſtatorem de omnibus bonis paternis in beneficium Eccleſiæ an ſit valida intus Ciuitatem Neap, fuit deciſum, quòd nõ, niſi vſquè ad medietatem ipſorum, Vrsill.dec.310. ſub num.15. *latiùs Cancer.variar, reſolut.tom.3.cap.11.num.191.& ſeq.*

Diſpoſitio l.fin. C.de edict. diu.Hadrian.toll. habet locum in feudis, quia agitur ſolùm de poſſeſſione, non de proprietate feudi, si tamen agnatus demonſtrauerit, quòd inſtitutio eſſet contra legem feudi, quia fortè non erat immediatus ſucceſſor, tunc ſtatim ceſſaret d.l.fin.& itâ pluriès in S.R.C. & Collaterali Conſilio obtinuiſſe ait Io.Andr.de Georg.in allegat.18.Dominus Fabius, num.36.

Diſpoſitio tex. l.fin. C.de edict, diu. Hadr.toll. licèt procedat in feudis, quando inſtitutus eſſet immediatus ſucceſſor, an procedat, quando agnatus in promptu doceret de iure ſuo; Concludunt omnes Doctores relati per Io. Andr, de Georg. in alleg. 12.agitur de iuſtitia, n.42. quòd non, & itâ pluriès deciſum fuiſſe tàm in Regia Camera, quàm in S.C, refert nu.43.& ibidem concluditur pro hac parte in caſu contingenti, dùm eſſet quis hæres inſtitutus, & petiiſſet conſeruari in poſſeſsione capta ſuper feudo, imminente turbatione per alium agnatum intentata mediante perſona ſui filij, & vigore teſtamenti prædicti poſſeſsionem adipiſcẽtem ex diſpoſitione d.l.fin, & ob id procedi ſummariè, abſquè termino prouideri petentem, ad quod ex parte conuenti replicabatur, circa ordinem non militare libellum, dùm tractabatur de interdicto retinendæ debere dari terminum, quò verò ad iuſtitiam pariter ſuccumbere deberi, quoniã actor non probauerat requiſita, ſcilicèt poſſeſsionem non vi, aut clàm, & ſcriptura producta de per ſe non probabat poſſeſsionem, licèt contrarium per ſcripturas conuenti probabatur, replicareturquè per actorem, poſſeſsionem captam fuiſſe per Cõmiſſarium, Primò, non fuiſſe legitimè ordinatum, quia prouiſiones M. C. V. fuerant ſubreptitiæ, Secundò, non fuiſſe legitimam perſonam eandem ad exercendum officium Commiſſarii, & Procuratoris, Tertiò, non fuiſſe completam, Quartò, non perſeueraſſe in eadem voluntate; ſed conſenſiſſe poſseſsioni poſteà captæ per actorem, & ſucceſsiuè poſſeſsionem captam per ipſum non fuiſſe in tuto, vndè ijs reſolutis per Georg. vt ſuprà fuit per S.C. datus terminus ſummarius, in reclamatione autèm fuit per S.C. iudicatum tàm in primo, quàm in ſecundo decreto in fauorem agnati, non obſtante teſtamento, ibi n.52.& in alleg.19.n.29, Amat. conſ.100.n.95.

Diſpoſitio facta per mulierem in vltima voluntate de omnibus ſuis dotibus, non exiſtentibus filijs, inſtituta Eccleſia hærede, ac factis multis legatis diuerſis perſonis, an valeat in præiudicium agnatorum proximiorum, vndè bona obuenerunt, poſito, quòd dicta mulier patris hæreditatem adiuerat, qui erat debitor ipſius pro reſtitutione dotiũ matris, & eam hæredem inſtituerat, & ſic confuſo patrimonio, extinctiſq; actionibus eadem mulier matrimonium contraxerat iuxtà morem Magnatum, ſtantibus qualitatibus perſonarum, in qua conſuetudine datur libera diſponendi facultas in morte, nec per hoc opitulari debeat agnatorum oppoſitio, non poſſe mulierem diſpoſitionem aliquam facere in fraudem ipſorum reſpectu medietatis, dùm ceſſante fraude nupſerat in vita, ſic cõtrahendo, vt poſſet diſponere iuxtà dictum nouũ vſum, ijs omnibus ruminatis, ac doctiſſimè congeſtis per Reg. de Ponte in conſ.8.vol.1, Illuſtr.quõdam dominus, qui in conſ.ſequenti 9.tota vis præſentis, refert, iuxtà eius concluſa in fauorem Eccleſiæ conuentæ ab agnatis fuiſſe in S.C.deciſum, ſcilicèt eſſe abſoluendam.

Diſpoſitio facta per aliquem Ciuem Neapolitanum habentem auiam paternam, & ſororem vtrinquè coniunctam, inſtituta hærede auia, eiq; fideicommittendo, vt hæreditatem reſtitueret extraneis, an valeat in præiudicium ſororis excluſæ à medietate bonorum obuentorum ex linea paterna; fuit iudicatum in S. C. non potuiſſe teſtatorem diſponere de medietate bonorum obuẽtorum, Minad, dec.26.Io.Antonius; Franch.dec.537.Aloyſius de Leo in l.4.C.de precib.Imper.offer.n.34.intelligit hanc deciſionem in coniunctione vtriuſq; lateris, quæ non niſi in patris, vel fratris ſucceſſione attẽditur, Molfeſ.in Commẽt.ad Conſuet.Neap.p.4. q.45.n.19.& q.46.n.29.& 33.

Diſpoſitio Regiæ Pragmaticæ Regis Ferdinãdi editę Thori an trahatur ad eos, qui habuerant diſpoſitiones aliorum Regum contrarias diſpoſitioni Regis prædicti in cauſa; fuit aliàs iudicatum in S.C. procedere in cauſa cępta à tempore dictæ pragmaticæ, Minad, dec, 37.ſub n.3. verſ, quinimmò diſpoſitio.

Diſpoſitio facta per decedentem in præiudiciũ aſcẽdentis in fauorẽ extranei an valeat; Concluditur, quòd non, quia fieret fraus Cõſuetudini, & itá fuit deciſum in S.C.in contingenti caſu, Minad.deciſ. 38.an conſuetudo, ſub n.4.verſ.hic dubitatur, vbi ſubdit, an ſi diſpoſitio fuerit facta in fauorẽ aſcendentis, & in præiudicium eorum, qui poſſunt concurrere cum aſcendente, per auth.defuncto, C.ad Tertull. valeat, Napod.videtur concludere, quòd non in Conſuet.Filiusfam.in 1.gloſ.in fine, ibi de alia medietate fuit deciſum ſimplicitèr in cauſa Ferdinandi Roberti, quòd poſtquàm Conſuetudo non habet locum, patre, vel matre exiſtẽte in medio, vel alio aſcendente, quòd poteſt ſimplicitèr, & liberè filius diſponere, & iſtam deciſionem latiùs declarat Franch. dec. 537. nouiſſimè Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p.4.q.45. nu.19. vbi n.22.affert aliam nouiſſimã deciſionẽ S.C.ad corroborationem præmiſſorum, vt Cõſuet.Neap. ceſſet, non tantùm patre, vel matre exiſtente in medio; ſed etiam auo, vel auia, & q.46.n.29.& 33.

Diſpoſitio c.1. de homicid. in 6. non ſolùm in mandante procedit, ſed etiam in mandatario, & itá paſſim iudicatum eſt in M.C.V. & S.C. Reg.Tapia in annot.ad Conſtit.Regni De perſonis, col.4. n.14.& Triuiſan.deciſ.Venet. 18.lib.2. vbi tradit, paritèr ibi fuiſſe huiuſmodi deciſum.

Di-

Diſpoſitio feudi hæreditarij per feudatarium, poteſtatem habentem diſponendi cum Regio aſſeſu, ſi fuerit facta in extraneum, an in præiudiciū filij militet; fuit iudicatū in cauſa Marchionis Lauelli detrahi debere ab æſtimatione legitimā tantùm, quia in ea videbatur filius præiudicatus, tāq̃ debitor iure naturæ, Reg. de Pōt. in tract. de poteſt. Proreg. tit. 8. de refut. feud. §. 2. poſt n. 28. illi fi.

Diſpoſitio feudataria quælibet facta in vltima voluntate in dominū directum, abſq; Regio aſſenſu valet, vt fuit practicatum in cauſa Reginæ Poloniæ, quæ legauerat Regi Philippo Secundo Statū Bari, & Roſſani, non obſtante, quòd habebat filium, Regem Poloniæ, eandemque diſpoſitionem fecit Marchio Oriæ eius Status habens ſororem vtrinquè coniunctam, Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 8. de refut. feud. §. 2. num. 30. vbi tenet, idem ſi eſſet in vita facta; ſed quid in prodigo, an poſſit refutare feuda domino directo, vt contingit Principi Biſiniani, qui refutauerat omnia bona Regi, prole legitima orbatus; & nō fuit per Regē talis refutatio acceptata, tanquam à prodigo facta; vt Idemmet fatetur loco allegato, num. 27.

Diſpoſitio bonorum facta per Nouitiū antè profeſſionem an ſapiat naturam contractus inter viuos, vel vltimæ voluntatis; fuit deciſum in S.R.C. talem diſpoſitionem ſapere potiùs naturam contractus, quàm vltimæ voluntatis, & ſucceſſiuè non eſſe ſubiectam diſpoſitioni Conſuet. Neap. vt nouiſſimè tradit Andr. Molfeſ. in Comment. ad Cōſuet. Neap. p. 3. q. 8. n. 12. & in tit. de renunc. q. 16. n. 24. Philip. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 1. c. 3. n. 99.

Diſpoſitio l. ſi poſt perfectam, C. de euict. quamuis in agēdo procedat, an in excipiendo militet; fuit deciſū, q̄ ſic, Frāch. dec. 557. Ricc. in collect. dec. 24.

Diſpoſitio auth. hoc ſi debitor an locum habeat, quando adeſſet ſpecialis hypotheca, ità vt nō requiratur excuſſio principalis; ſed recta via contra tertium poſſeſſorem hypothecaria agi poſſit; fuit deciſum, excuſſionem eſſe neceſſariam, & iudiciū poſſe continuari contra tertium poſſeſſorem, Franch. dec. 587. Ricc. in collect. dec. 27.

Diſpoſitio facta de dotibus per filiā viduam, relicta legitima filio, & in omnibus, quę de iure diſponere poterat hærede inſtituta matre cū fratribus, an militare poſſit, patre exiſtente in medio, cōtra Cōſuet. Neap. fuit deciſū in fauorē patris, & ſucceſſiuè diſpoſitionē ipſam eſſe annullandam, niſi pro decima parte, Franch. deciſ. 606. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 46. nu. 36. & q. 51. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 4. c. 10. nu. 54.

Diſpoſitio teſtatoris ſi ſit facta in teſtamento, inſtituendo hæredem in feudalibus ſecundogenitam, pretērita primogenita, relictiſq; debitis hęreditarijs, an ſi fuerit primogenita ex ſententia admiſſa ad hæreditatē feudi ex propria perſona, teneatur ad debita hęreditaria: S.C. viſa æſtimatione feudi, & pretiū ipſius nō ſufficere p̄ debitis, & legatis, diſcuſſo negotio in Collat. Cōſil. declarauit, diſpoſitionē valere, Io. Andr. de Georg. in alleg. 20. Secūdus articulus, n. 44. de Pōte cōſ. 147. n. 48. Vol. 2.

Diſpoſitio l. hac edictali, C. de ſecūd. nupt. an ſit correcta per Conſuet. Neap. fuit deciſum, quòd non, Franch. dec. 435. Molfeſ. in Comment. ad Cōſuet. Neap. p. 3. q. 1. n. 2. & ſ. q. 8. & q. 12. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. p. 4. n. 2.*

Diſpoſitio l. ſi vnquàm, C. de reuocan. donat. an locū habeat in feudis; fuit deciſum, quòd ſic in S.C. Anna in ſing. 285. Et verum, & in repet. c. 1. n. 256. de vaſ. ll. dec. reparta. Ricc. in collect. deciſ. 728.

Diſpoſitio l. fin. C. de dotis promiſſ. quemadmodum locum vendicat in dotatione, ad hoc vt filia dotetur tam de bonis paternis, quàm maternis, an locum habeat, ſi filia renunciauerit in forma, & ità in renunciatione; fuit in S.C. deciſum, quòd ſic, Affl. dec. 178. nu. 13. Claud. Tur. in alleg. 4. nu. 4.

Diſputātes de promulgationibus pragmaticarū puniri debent pœna triremium; vt fuit per M.C.V. obſeruatum, & iudicatum in facto, condemnando quendam ad triremes per quinquennium pro verbis palā prolatis contra banna emanata de pretio frumenti, eò q̄ emanari non debuerant aſſerebat, & idem fuit contra quēdam Procuratorem ſeruatū per S.C. p̄ tex. Conſt. Regni Diſputare, vbi Affl. n. 2. intelligit tex. illū etiā procedere in eo, q. cōtra Officiales Regis loquer, Franc. Viu. in dec. 28. n. 5.

Diuiſio bonorum hęreditariorum prohibita per teſtatorem inter filios vſq; ad certū tempus, an exiſtentibus inimicitijs inter filios, ità quòd bona faciliùs ad detrimētum peruenire poterāt, fieri poſſit; deciſum fuit per S.C. quòd procedatur ad diuiſionem, iuxtà Conſuet. Neapol. Granim. deciſ. 7. Ioſeph Ludou. inter commun. opin. tit. de ſociet. concl. 1. col. 24. verſ. ſecunda cauſa, *vlterà Bal. conſ. 72. n. 3. p. 2.* Sed ceſſante dilapidationis ſuſpitione, dumtaxat inimicitijs inter fratres exiſtentibus, nō per hoc videtur eſſe procedēdum ad diuiſionem bonorum à teſtatore prohibitam; ſed tantùm alimenta præſtari ſeparatim, prout in facto cōtingit, & deciſum fuit tàm per M.C.V. quàm per S.C. in Aula de Curtis in cauſa illorum de Salinas, penès Anaſtaſium Actuarium M.C.V. in anno 1604. in menſe Decembris, de qua quidē quęſtione videas Rolād. in 1. p. flor. teſt. c. 33. qui tenet, procedi poſſe ad diuiſionē bonorū. Io. Bapt. de Thoro V.I.D.

Diuiſio debiti an inducatur, ſi per creditorem actum fuerit contra debitores inſolidum obligatos, & nō cōtra omnes; fuit deciſum, quòd ſi omnes debitores eſſent ſoluendi, tunc agendo videtur diuidere pro virili, etiā ſinè proteſtatione, quod ſecus eſſet, ſi non eſſent ſoluendi, Affl. deciſ. 142. latè Iacobus Thoming. deciſ. Lypſiæ 47. Ant. Fab. in eius Cod. definit. Sabaudiæ, tit. de fideiuſſ. definit. 7. vbi tradit, fuiſſe ſimpliciter in dicto Senatu deciſum, per electionem vnius debitoris idonei ad ſoluēdum, nulla facta proteſtatione diuiſionē eſſe inductam, aliàs ſecùs eſſet. *Alex. Trentacinq. lib. 3. var. reſol. tit. de ſolut. reſol. 6. ſub n. 6. verſ. ſecunda eſt, Ant. de Virgil. in tract. de legit. perſon. c. 29. n. 22. Ioſeph Ludou. dec. Lucenſ. 21. nu. 1. Ant. de Amato var. reſol. tom. 2. reſol. 70. n. 3. & 11.*

Diuiſio facta per collaterales euincentes rē emphyteoticam iure congrui an operetur diuiſionē canonis, ità vt Dominus exigere poſſit ratam vniuſcuiuſq; & ſi alter ipſorum non ſoluerit, eius dumtaxāt partem vendicare poterit, dùm in cōmiſſum inciderāt; fuit deciſum, quòd ſi Dominus directus tali alienationi conſenſerit, ſibi præiudicaret, tā in ſolutione canonis, quàm in commiſſo, ſecùs ſi non conſentiret, Affl. dec. 153. Anna alleg. 3. n. 4. Benedeil. in tract. de iur. prothom. in princ. Conſtit. nu. 113. Fab. de Ann. in conſ. 16. licèt plures, & meliùs

Digitized by Google

in conſ.83. emphyteotæ, per tot. Benintend. deciſ. Bonon.4.n.3. Aloyſ. de Leo in auth. qui rem, n.20. C. de ſacroſ. Eccleſ. Borgn. Caualc. dec. Finiz.30. n.121.p.2.& ſeq. Foller. in prax. cenſuali, verbo inſtrumentum gratiæ, poſt num.37. in fin. M. Ant. de Amat. dec. Anconit.31.n.18. del Caſtill. dec. Sicil. 41.n.5. Fab. in eius Cod. tit. de iure emphyt. defin. 12 Boccat. in tract. de cẽſibus, p.2.n.106. Gutierr. conſ.49.n.8. Caroc. de locato, p.2.q.2.in 2.p.n.166. Mareſcott. var. reſol. lib.1.c.38.n.1. *Alex. Trentacinq. lib.3. var. reſolut. tit. de cenſib. reſol.1.n.15. Antonin. de Amat. var. reſol. to.2. reſol.70.n.13. Ripol. var. reſol. c.8.n.18. Capan. de iur. releu. p.3.q.11.*

Diuiſio an cenſeatur facta inter fratres, quando fratres lõgo tempore res paternas diuiſas tenuerint; in facto occurrenti fuit obtentum, quòd ſic, refert Vrſill. dec.368. ſub n.3.

Diuiſio vbi commodè fieri non poſſet, tunc deueniẽdum erit ad licitationẽ, in qua an obtinebit is, qui habet maiorem partem, offerendo pretiũ æquale, quod pars aduerſa obtulerat; Concluditur, quòd creditoribus pluribus exiſtentibus, data paritate crediti præualeat numerus perſonarũ, adeò quòd duo creditores in centum præferantur vni creditori in centum, iuxtà l. maiorem, ff. de pact. & per illum tex. ità in materia diuiſionis, & licitationis concluditur per Capyc. dec.56.n.1.2.& 3. Valaſc. deciſ. Luſitan. n.12. Borgo. Caualc. dec. Finiz.25. p.2.n.16. Vrſill. dec.23.n.7. Boccat. de cenſ. p.2.nu. 177. *Reg. Sanfelic. in dec.110.*

Diuiſio debiti an inducatur, ſi diuiſo cenſu per hæredes emphyteutæ creditor partem vnius receperit ab vno, maximè ſi diceretur in apodixa, quòd recepit pro ſua portione, ità vt ſolués ad nil aliud teneatur, quàm ad eius ratam tantùm, fuit deciſũ, quòd non moleſtetur; ſed ſufficiat ſoluere pro ſua portione, Ann. allegar.3. Rendell. in tract. de iure proth. verbo per emphyteuſis, n.22. *Alex. Trentacinq. var. reſol. tit. de cenſib. reſol.1. n.15. Anton. de Amat. var. reſol. tom.2. reſol.71. n.32. Donat. Ant. de Marin. reſol. quotid. c.13. n.4.*

Diuiſio feudi an fieri poſſit accedente aſſenſu Regio in præiudiciũ primogeniti; concluditur, quòd non; vndè Rex reuocauit aſſenſum, & licentiam conceſſam patri diuidendi feuda, & reuocauit diuiſionem ipſam factã. & ità iuriſprudentia Doct. Antiquorum firmabat, vt refert Ant. Capyc. in inueſt. feud. in rub. feudorum genera, verſ. ex pacto, & prouidentia, f.258. ex relatione Affl. intelligentis, id habuiſſe ab Ant. de Alex. ſed ipſe nihilominùs ait, contrà iſtud pluriès iudicatum fuiſſe, quod intelligit eſſe, vt feudũ, in quo primogenitus Fratrum iure ſuccedit, dicatur ei deuolui ex pacto, & prouidentia reſpectu aliorum fratrum, & quòd quòad eos dicatur habere ex pacto, contra communes regulas feudorum; ſed alijs reſpectibus dicatur hæreditarium, vel ex pacto, prout tenor inueſtituræ ſonat, hanc eandem deciſionem Capyc. refert Liparul. ad Andr. in c.1. de ſucceſſ. feud. ſub n.8. verſ. ſi ergò. & inquit idem Capyc. dixiſſe in Apoſtillis ad Andr. in d. loc. meminit de iſta deciſione Mareſcott. var. reſolut. lib.2.c.28. dubitatio.

Diuiſio domus ſi cõmodè fieri nequit inter fratres, quomodò ſit agendum; fuit in S.C. deciſum ad relationem M.C.V. vt aſsignetur integra domus vni ex fratribus, alteri verò compẽſare in pecunia, Io. Iacob. Maſui. in add. ad Capyc. dec.63. in fin. Rendell. de iure protho. in verſ. vnuſquiſq; ſecundùm ſuam port. ſuam accip. n.5.

Diuiſio iuriſdictionis feudi Titulati cõſiſtentis in diuerſis caſibus an fieri poſsit per Baronem, conſtituendo plures Officiales, fuit iudicatum, quòd ſic in Terra Giſoni, & in contrariũ in Ciuitate Nuceriæ Paganorum, vt tradit nouiſsimè Reg. de Pont. in repet. rubr. de ſucceſſ. feud. lect.12.nu.10. in fin. annuens, ex qualitate factorum id eueniſſe, vno tempore fieri, & alio non, & meliùs in dec.6. nu.1. vbi cẽſet, nouiſsimè per S.C. fuiſſe deciſum, quòd nõ, & confirmatum per Collat. Conſil. ex eo quòd aſſenſu carebat, nec concedi poterat ob diuiſionem, Ricc. collect. dec.1459.

Diuiſio debiti an cenſeatur facta per receptionem partis debiti ab vno ex inſolidum obligatis, fuit in S.C. deciſum in cauſa Iacobi Caſtaldi non alitèr fuiſſe factam ob defectum requiſitorum, nam primò exquirebatur, quòd debitor partem ſuam tantùm ſoluat, & non plus, & tanquàm ſuam, ſecũdò, quòd creditor recipiat de ſorte principali, & non de vſuris, tertiò, quòd creditor non ſit proteſtatus, Vrſill. deciſ.142. in princ. Ricc. collect. dec.1053. *Ant. de Amat. var. reſol. tom.2. reſol.70.n.8.*

Diuiſione facta inter ſocios rei communis de domo, ſeù Terra, iuxtà quam extat alia domus, vel Terra alterius ſocij, an in electione partis poſsit illa pars ſocio adiudicari, ſi ipſe voluerit, cui alia eius domus, vel Terra propinqua eſſet; fuit bis deciſum, quòd ſic, Capyc. deciſ.42. quem citant Io. Vincen. de Anna in ſingul.158. Dominus, Benedell. de iure protho. §. item de ipſa prothomiſi, n.6. Maxilla in Conſuet. Bari, rubr. de iur. prothomiſ. §. iſtis prothomiſeos, n.5. Valaſc. in prax. partition. c.22.n.19. *Reg. Capyc. Latr. dec.28.n.8.*

Diuiſionem non recipientes res communes, vt ſunt gradiatæ ex parte, per quã deuenitur ad domũ, an recipiant licitationem; fuit deciſum, quòd nõ. Capyc. dec.63. quem citat Benedell. de iur. prothom. §. item de ipſa prothomiſi, n.12. Maxilla in Conſuet. Bari, rub. de iur. prothom. §. iſtis prothomiſeos, n.8 *Fontan. de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.9.p.2.n.96.*

Diuiſionis contractus inter cohæredes habitus an irritari debeat, prætextu læſionis, ex remedio l.2. C. de reſcind. vend. nõ fuit deciſũ, Frãch. dec.675.

Doctor in Chyrurgia an aſſequatur dignitatem, ità vt in genere pœnæ iudicetur Nobilis, fuit deciſũ, quòd ſic, Franch. dec.564. Ricc. in collect. dec.664. & 147. & 1848. & deciſ.93. nu.7. p.2. in magnis. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p.1.c.5.n.85.

Doctor legens per viginti annos efficitur Comes Palatinus, prout in facto fuit per S.C. deciſum. Franch. deciſ.115. cum citat Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. in princ. in cap. incip. feudorum materia, n.22. in fin. Ricc. collect. dec.1848. Maſtril. de Magiſtrat. lib.4. in 2.p.c.10.n.5. *Camill. Tambr. in ſuo reſponſo pro Doct. dignit. n.68. Ioſeph Mele in addit. ad Conſil. Gizzarell. deciſ.10.*

Doctor ſubrogatus in locũ Nobilis, qui debet in cõſilio Vniuerſitatis ſedere pro Capite Concilij per quadrimeſtre, an præferendus ſit alijs verè Nobilibus ex genere, ipſo non exiſtente Nobile ex genere; fuit deciſũ in Collaterali Cõſilio, quòd ſic, Frãciſcus Tutolus in eius Iudicijs, & Votis, Iudic.14. incip. in Ciuitate Monopoli, Ricc. coll. dec.1848.

Doctor.

Doctor, aut Clericus cum ſcholaribus an ſint expellendi a Conuicinio honeſto vigore Capituli Neapolitani; fuit deciſum, quòd non, Ann. in ſing. 338. meretrices, Reg. Rou. in pragm. 4. de Meretr. Viſcont. ad Franc. dec. 316. Ric. var. reſol. reſol. 403.

Doctor is pro ſuo delicto ad condignam pœnam relegationis erat damnatus, non valens cautionē de ſeruandis finibus præſtare, iurauit, ſe pœnam triremium iuiturum, an in caſu contrauentionis pœna ipſa erit exequēda; Audiui, fuiſſe deciſum in Collater. Conſi. factaq; relatione per M.C.V. coràm Illuſtr. Protege Comite Lemenſium in beneficium Doctoris, vt non poſſit pœna ipſa exequi de hoc anno 1610. interueniente paritèr Fiſci Patrono Integerrimo I. C. Laurentio de Franchis, vndè ad conſolidandum iuſtiſſimam hanc deciſionem iuris fundamentis operèpretium duxi aliqua notatu digna allegare pro exoneratione obligationis, ac pœnæ exequutionis impedimento; Exorta enim in Orbe generis acceptatione per Nobilitatem, quam ſiquidèm acceptationem ſemper importare inquit Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. n. 88. ex quo, Homo ex ignobili efficitur Nobilis ob meritorum præmia, facit tex. in l. 1. C. de diuerſ. offic. lib. 12. ibi, in rerecto verò locum is potiſſimùm deſtinetur, cui meritorum adſtipulantur inſignia, & hoc potiſſimùm per medium ſcientiæ nobilitatur, vt ait idem Bart. in l. 2. §. ampliùs, n. 2. ff. de excuſat. tut. quę cùm ſit de per ſe ſcientia nobiliſſima, dum nobilitat, Andr. in c. 1. §. habita, ſub n. 2. de ſtatut. & conſuet. cont. libert. Eccl. latè Muſcat. in tract. de doctorat. qual. par. 1. Vndè homo, qui eſt prudens, & virtuoſus, nobilis dicitur, idem Bart. in l. 1. nu. 4. C. de cond. in publ. hor. lib. 10. & nemo enim altero nobilior eſt, niſi cui rectius ingenium eſt, & actibus bonis abundat, ſecundùm Senec. 3. de benef. ad Ebur. quem citat Napodan. in Procem. Caroli, nu. 271. & Tiraquell. de nobilit. c. 5. n. 11. non enim gradus elegantior; ſed vitę melioris actio comprobatur, can. ſunt in 23. q. 4. gloſ. in can. militi, §. 1. verſ. in honore 40. diſt. indè in Orbe ex munificentia Principum Doctoratus dignitas prouenit, quæ in præmium virtutis confertur, vt per Gomeſ. in §. fuerat, nu. 11. Inſt. de action. qui citando gloſ. in clem. 1. de Magiſtr. verſ. ſequētes, inquit, quòd Doctoratus eſt quædam authorizatio, & declaratio, quæ declarat illum dignum ad officium doctrinæ, & dat authoritatem, vt doceat, & demùm per inſignia doctoralia confertur, vt per Cathedram, librum, anulum, togam, biretū, Luc. de Penn. in l. vnica, C. de profeſſ. qui in Vrbe conſtant. lib. 12. col. 9. verſ. & nota quatuor, Muſcat. vbi ſuprà in 3. par.

Quarè Doctoratus cum ſit dignitas, cap. quanto, de Magiſtr. Bart. in 2. Conſt. Cod. in tit. de nou. Cod. facien. n. 14. & in l. omnes, nu. 3. C. de decur. lib. 10. ſubſequitur, vt Doctores dignitatem habere dicātur, Bar. d. l. 1. n. 14. de dign. Alex. ad Bar. in princ. ff. vet. verſ. quia Doctores, ob quod nobiles eſſe, inquit Tiraq. de nobilit. c. 5. nu. 3. quò ſit ſtante hac acceptatione, diuerſimodè agēdum ſit cum ignobilibus, tùm in honoribus, quàm in oneribus, & præſertim in pœnis infligendis, non enim eſt æqua pœna Nobilium, & Ignobilium; nam circa pœnā pecuniariam magis punitur Nobilis, quàm Ignobilis, can. qui contra 24. q. 1. & l. quædam, cum l. ſi quis aliquid, ff. de pœn. ſecus in corporali, gloſ. in c. 2. verſ. non cogantur 41. diſt. & ita alitèr Nobilis, quam Ignobilis punitur, gl. in can. aut facta, verſ. eius, de pœn. diſt. 1. maximè in hoc Regno, in quo extat pœna diuerſa inter eos, Franch. dec. 569. nā, vt ipſemet teſtatur dec. 96. n. 9. Nobiles damnantur ad mortem, deportātur, & relegantur, Ignobiles verò ad triremes damnantur, quamuis pœna exilij ſit communis vtriſq; vt ipſe ait; ſed diuerſimodè eis infligitur, circa verò pœnam mortis ex conſuetudine Italiæ Nobiles decapitantur, Ignobiles ſuſpenduntur, *Bar.* in l. deſertorem, de re milit. & Farinac. in Praxi, tit. de pœn. temp. q. 98. n. 98. exemplū patet in Paulo Apoſtolo, qui fuit decapitatus, gl. in can. quamuis 21. diſt. verſ. eodemq; die, cùm aduerſus iniurioſos Romanum Ciuem ſe eſſe teſtaretur, can. ſi in adiutorium 10. diſt. ſubdit ibi gl. verſ. ciuem, quòd in ſignum fuit data ei penula, quæ erat veſtis conſularis, qua induebantur Conſules ingredientes Curiam; Sed reſpectu huius pœnæ triremium cenſet Franch. dec. 442. n. 3. ipſam plebeis imponi, & eſſe actum irretractabilem, Idem dec. 139. n. 2. quæ ſucceſſit loco damnationis in metallum; vt per Campagn. in cap. Contra effrenatas, n. 33. quæ quidèm damnatio in metallum eſt pœna cæteris grauior, gloſ. in l. ad tempus, C. ex quib. cauſ. infam. irrog. quarè attenta diuerſitate pœnarum Nobilium, & Ignobilium decet ambos puniri pœna eis decenti, non è contra, immò magis decet, Ignobilem, dummodò non ſit plebeus, puniri pœna Nobilium, ſicuti ſi Nobilis erit decapitandus, niſi eſſet proditor, idem in popularibus diuitibus, & honeſtioribus, gloſ. in cap. Regni Ad hoc, q. noſtrorū, col. 2. & ita fuit in facto contingenti obſeruatum, Franch. d. deciſ. 569. verùm reſpectu pœnæ triremiū non fuit obſeruatum in popularibus diuitibus, & honeſtis, vt per Ann. conſ. 34. quod non erit è contra, non .n. erit condecēs, vt Nobilis pœna Ignobilium puniatur, dedecus .n. orietur ex tali actu; nam Doctoratus cùm ſit dignitas, quę dat honorem perſonę, inquit gloſ. in §. fin. Auth. de Monac. verſ. ſuffragantes, & propter perſonæ priuilegium pœna ignominioſa ceſſat, arg. l. decuriones, C. ex quib. cauſ. infam. irrog. Decuriones, inquit ibi text. item & filios Decurionum fuſtibus caſtigari non poſſe, vbi gl. verſ. prohibitum ſubaudit, propter priuilegiū perſonę, & ideò non eſt remiſſa pœna ipſo iure, ſed propter Decurionatum infligi nequit; indè paritèr reſultaret offenſio, & macula, non tantū ipſius dignitatis, vt dixi arg. l. 2. C. ſi ſerui, aut liber. ad decur. aſpir. ibi ob violatam ſeruili macula Curię dignitatem, congruenti pœna afficiet, & tex. in l. ſi cohortalis, C. de cohortal. lib. 12. vbi omnes Artifices à dignitatibus repelluntur, vt omnis honor, atq; militia à contagione huiuſmodi ſegregetur, ſed etiam toto cœtui Doctorum, arg. cap. ſi diligēti, de foro compet. ibi cùm non ſit beneficium perſonale, cui renūciare valeat; ſed potiùs toti Collegio Eccleſiaſtico publicè ſit inductum, cui priuatorum pactio derogare non pôt, quemadmodum ſententia lata pro aliquo Ciue circa Nobilitatē facit ius quòad omnes, Aloyſ. de Leo in l. 1. C. ſi plur. vna ſent. n. 7. ità è contra nec debet pœna ignominioſa Nobili imponi, ne tota familia, & agnatio vituperetur, tradit Petr. Caball. reſol. crim. cen. 1. caſ. 98. nu. 15.

vt in

Digitized by Google

vt in facto obſeruauit Gregorius Papa XIII. in quodam Nobili inquiſito de furtis, tradito per Farinac. tit. de pœn. modera. q. 98. cauſa 14. nu. 117. quò fit, vt talis obligatio per iſtum Doctorē facta nullius roboris, & mometi reddatur multis rationibus, adeò quod licet quis ſub pœna beneficij anathematis ſe obligare poſsit, gl. in can. ſi quis verſ. conſeruationem 2. q. 5. non tamen ad pœnam perſonalem, & maxime ignominioſam, ea .n. pœnas, quæ ex delicto oritur, paciſci nequit, Carau. in tit. 275. n. 4. cùm nemo ſit dominus membrorum ſuorum, l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. & Rex eſt dominus perſonarum, quemadmodùm quis non debet detineri pro debito, C. 2. de pignor. etiam ſi fuerit pactum, quia ſaperet ſpeciem ſeruitutis, ad quam per pactum quis non debet deduci, l. hoc ſi volens, ff. de lib. cauſ. facit quod notat Bar. in l. Titio centum §. 2. de condit. & demonſtr. quòd vbicunq; inſtringitur ius libertatis peractum, non valet, Alex. ad Bar. l. 2. C. de exact. trib. verſ. per hanc legem, & hinc eſt, quòd licèt homo liber poſsit obligare ſe ad operas ſuas perpetuò, gloſ. §. 1. inſt. de viuſfruct. vbi Port. non tamen ad perpetuū carcerem, quia eſſet ſeruitus, quare cùm iſtud priuilegium Nobilitatis ſit inductum in fauorem Nobilium, vt diuerſimodè puniatur nobilis, quàm Ignobilis, ſeu plebeus, Carau. tit. 276. num. 18. non debet in odium ipſius, ac aliorum Nobilium retorqueri, propter quod nemo poteſt beneficio legis renunciare in præiudiciū alterius, Bart. l. Titia, §. Imperator, n. 9. ff. de leg. 2. et ſi iuramentum interfuerit, vt ibi n. 10. fatetur, & paritèr ijs, quæ introducta ſunt ad bonos mores, & ratione honeſtatis ſeruandæ quis nequit renunciare, Porma. ad Bar. in Auth. matri, & auiæ, C. quando mul. tut. offic. fung. pot. ver. vlt. col. 2. cùm ſint publici iuris, ex quo Doctor legum poteſt agere de vi publica pro iniuria ſibi illata, Guid. Pap. dec. 88. n. 5. vbi annuit ſub n. 2. in fin. quòd ex eis Princeps, & Patria decorantur, & iure publico renunciari nequit, l. ius publicum, ff. de pact. & ſicuti ſuperueniente Doctoratu quis non tenetur ad promiſſa, quæ Doctori nō decent, inquit Gomeſ. in §. in perſonam, n. 14. de action. ità paritèr tempore Doctoratus non tenetur ad indecentem obligationem, tantò magis nulla redditur, cùm ad euitandum carceris vexationes ſe obligauerat, l. quod in carcerem, ff. quod met. cauſ. de quo latiùs per Farinac. in tit. de carcer. & carcera. q. 33. per tot.

Quò verò ad ſecundum, vt pœna nullo modo exequi debeat, euidentiſſimis rationibus, ni fallor, demōſtratur, & Primò, quia Nobilitas non naſcitur ictu oculi, Franch. dec. 62. n. 33. nàm Nobilis is dicitur, quem Rex facit Nobilem, Idem dec. 1. n. 6. nec efficitur quis Nobilis ex ipſa origine, ſed Princeps ipſe nobilitat, Bart. l. fin. nu. 1. C. de incol. lib. 10. & propterea Nobilitas à Principe prouenit, Caſtr. in l. fin. n. 6. vbi Senat. vel Clariſſ. quarè nullus dignitatē habere poteſt à ſe ipſo; ſed oportet, quòd per alium ei conferatur, & eam ſibi aſſumens incidit in crimen falſi, Bar. l. 1. num. 64. C. de dign. & hoc ſeruatur in Clerico, Milite, & Doctore, vt quotidiè fit per actualem inueſtituram inſigniorum, & iuſtiſſimè concluditur, vt dū corporalitèr Doctor puniri debeat, nequit puniri, niſi degradetur, Bar. l. 1. n. 21. de dign. id quoq; tradit Rauenn. in ſing. 317. quem citat Matheſil. ſing. 59. n. 9. quòd ſi Doctor damnetur ad mortem, non debet decapitari antequam degradetur, quia nemo debet mori in dignitate, ad quod optimè facit tex. in l. Iudices, C. de dign. lib. 12. vbi Iudices, qui ſe furtis, & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, ablatis codicillorum inſignibus, & honore exuti inter peſſimos quoq; & plebeos habeantur, nec ſi poſt hac de eo honore blandiantur, quò ſe ipſos indignos iudicauerunt, nunc .n. Doctores, & Iudices iudicantur eſſe Nobiles, qui tamen exuti ſunt dignitate, inter priuatos habentur, notat Bart. d. l. Iudices, & humilis dicitur, qui dignitate caret, Idem in l. tutor, §. tutores, n. 2. ff. de ſuſp. tut. quod fuit ſeruatum in Regno annis elapſis in perſonam cuiuſdam Auditoris, qui falſificauerat m[illegible]um Præſidis, & poſt degradationē Doctoratus fuit deportatus, vt refert Gramm. in Cap. Regni Ad hoc, n. 28. Non immeritò ſi pœna Ignobilium puniri debeat, nam qui pro ſuo delicto amittit honorē, amittit etiam commodum honoris, l. fin. §. fin. ff. de pœn. degradatur inſupèr quis dùm dignitate ſpoliatur, gl. l. 1. verſ. Senatores, C. de priuil. Scholar. lib. 12.

Secundò ſuadetur illa ratione iſta cōcluſio exemplo pœnæ talionis, quæ olim pro iniurijs infligebatur, & eſt ſimilitudo ſupplicij, vt ſi quis amputaret membrū amputetur ei ſimile membrū, l. fin. C. de calum. Io. de Platea in §. pœna, Inſt. de iniurijs, & antiquitùs locum habebat contra eum, qui ſuam, ſuorumq; iniuriam proſequi volebat, vt ad eandē ſe ſubſcriberet, Carau. in tit. 194. n. 1. quarè ſi nobilis accuſaret plebeū de homicidio, non erit cōdēnandus pœna talionis, ſed mitigabitur in eo pena, Add. ad Bart. in §. ſic igitur, ver. puniūtur, auth. de iud. ſine quoq; ſuff. allegat Felin. in cap. 2. de conſt. in vltima col. in fine, quicquid dixerit ibi Io. de Platea, quòd intelligitur in ordinarijs criminibus; ſed in extraordinarijs eſt pœna, quæ cōſueuit imponi, id puto, non poſſe procedi, Nobile exiſtēte accuſatore, adeò quòd ſi Doctor cōmiſerit crimen, quod in alijs eſſet pena ſuſpendij, ipſe ſuſpēdi non pôt, Add. ad Matheſil. ſcilicèt Sarayn. in d. ſing. 59. nu. 9. allegat Alex. l. milites, ff. de re iud. & pariformitèr ſi nobiles, qui nō habēt in ære, luere debēt in corpore, intelligēdū erit de diſſimili pœna, Gomeſ. in §. itē ſi quis in fraudē, n. 42. de Actio.

Tertiò alia efficaciori ratione ſuadetur; nam dùm habemus remediū ordinarium, nō debemus quærere extraordinarium, l. in cauſe, ff. de minor. Si .n. diſponitur in l. relegati, ff. de pœn. quòd relegati nō obtemperantes, aut citiùs reuertentes mittuntur in exiliū, & qui exulare non obedierit, pœna capitis plecti debet, lex .n. ità ſtatuens, ſic erit ſeruāda, l. proſpexit, ff. qui, vel à quibus; ergò ſuperflua erat talis ignominioſa obligatio extraordinaria, ſtante remedio ordinario circa duplicationē pene, vt per Campagn. in c. 81. Item prædicti Admirati, nu. 11.

Quartò fortiſsimè ſtringitur concluſio ex claritate verborum text. in l. moris, §. fin. ff. de pœn. ſi rectè ponderentur, & credo eſſe tex. particularem decidentem caſum iſtum, & propterea non me piget formalia verba inſerere, inquit .n. ibi I. C. ſed .n. ſciendum eſt, diſcrimina eſſe penarum, neq; omnes eadem pœna affici poſſe, nàm in primis Decuriones in metallum damnari nō poſſunt, nec in opus metalli, nec furcæ ſubijci, vel viui exuri, & ſi fortè

huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi ſentẽtia fuerint affecti, liberandi erũt; ſed hoc non pôt efficere qui ſententiã dixit, verũ referre ad Principem debet, vt ex authoritate eius pœna, aut permutetur, aut liberetur, vbi gloſ. verſ. erũt, reſpõdit pęna deportationis, vel relegationis. Vltimo, quid plura, ſi habemus caſum ſpecialẽ deciſum in Regno; nã ſi Nobilis ad relegationem dãnatus fuerit, ſi fractis finibus alia delicta cõmiſerit, qua pęna erit puniendus, fuit concluſum, iterũ relegari, vel in exilium mitti, citra pœnam triremium, ad quam fuerat condemnatus, Gramm. dec. 42. & latè Fab. de Ann. d. conſ. 24. hęc .n. condemnatio, vel obligatio ad triremes in Nobili potiùs ad terrorem, quam ad exequutionem fit, arg. eorum, quæ ſcripſit Gramm. dec. 36. hæc currenti calamo ſcripſiſſe ſufficiant pro tuitione nobiliſsimę dignitatis Doctoratus, quæ non fuerunt allegata in deciſione cauſæ, poſt hæc vidi nouiſſimè ità deciſum in Curia Archiep. Neap. pœnès Ric. in prax. Eccl. dec. 588. & in dec. Arch. 93. p. 2. *Ioſeph Mele in Add. ad Conſ. Gizzar. dec.* 10. Io. Baptiſta de Thoro V. I. D. Neap.

Doctor, qui petijt admitti ad Collegium, & deindè lapſo tempore præfixo ad docendum de eius iuribus, ſi poſt certum temporis interuallum fuerit admiſſus, an præferri debeat Doctori admiſſo pendente tempore prædicto, ita vt à die petitionis admitti videatur, vt cæteris preferatur, quamuis in cauſa Camilli Sanfelicij V. I. D. Regij Conſiliarij tàm per Almum Collegium Neapolitanum fuerit deciſum, vt attẽdatur dies decreti admiſſionis, ex doctrina Abb. in c. 2. in princ. de his, quæ fiunt à maiori par. cap. Felin. in c. ſuper eo, el 2. col. 4. verſ. item ſi fiat mentio de l. ſi quis à multis, ff. de noxal. action. eod. tit. quàm ẽt ità ſolemnitèr deciſum in S. C. vt reperi adnotatum in fragmentis quond. V. I. D. Fabij de Falco mei patrui, Cùm aũt iterùm caſus iſte contingiſſet decidi in Almo Collegio Neapolitano, & poſtmodũ in S. C. in perſonam Io. Aloyſij Calcidij eximij I. C. mei amici fuerunt per eum infraſcripta in iure allegata. Doctor Io. Aloyſius Calcidius cùm per plures annos in publico Gymnaſio legiſſet, non alitèr tẽtatus ſumpſit Doctoratus gradum, (& vti Neapolitanus) Ianuis apertis ſub die 4. Aprilis 1573. & eodem die dùm ad Collegium admitti petijſſet, fuit dictum, ꝙ capiatur informatio, quam capi alitèr nõ curauit, quia ſic Omnipotenti Deo placuit, attamen eo ab hac Ciuitate poſtmodùm abſente fuit per eius germanum fratrẽ continuando primęuam petitionem de nouo petitum, ad Collegiũ admitti ſub die 7. Maij 1577. & eodem die iniuncto, quòd capiatur informatio, fuerunt die ſequẽti quatuor examinati teſtes, ex quorum depoſitione plenè de Ciuilitate conſtito fuit ſub die 25. eiuſdẽ menſis ad Collegium admiſſus, cũ clauſula ab hodiè, verùm pręferatur Octauio Raſtello, qui Doctoratus gradũ ſumpſerat die 8. dicti menſis, & admiſſionis decretũ obtinuerat ſub die 14. repertum eſt modò, quòd Lelius Olimpius Doctor prętendit, pęferri Calcidio, ex quo die 11. dicti menſis obtinuit admiſſionis decretum ab hodiè, & ſic per dies 13. vel 14. antè decretũ Calcidij, & quòd nõ prioritas Doctoratus, nec petitionis, nec captæ informationis tàm cęleritèr ſatis infrà terminum, ſed dies decreti admiſſionis tantũ attendatur, ſed indubitantèr de iure cenſeo, Calcidium præferẽdum, ad quod fundandum rogo peritiſſimos Iudices recordari, quòd ad hoc vt Doctor Neapolitanus in Collegiũ aſcribatur, requiritur vt petat, & illicò, quòd fuerit dictum, nemine diſcrepante capiatur informatio dicitur aſſumptus, ſi qualitas Ciuilitatis adhæreat, & cùm deindè probata fuerit, decretum declarans hoc retrahi debet ad tempus petitionis, ex quo non eſt qualitas, ſiuè ius ſibi cõpetens per ſententiam, principalitèr itaq; dubitari poterat, ſi retrotrahatur ad diem petitionis in præiudicium alterius, ſecundũ Bart. & alios in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucap. ſed erat ius ſibi competens, cauſatũ ex Ciuilitate, quę non tantùm erat tempore ſententiæ, ſed tẽpore petitionis: quinimmò tempore Natiuitatis, quarè per ſententiã indè ſequutam nil de nouo videbatur, ſed declarare, & ſignificare quod per prius datum erat, l. hęredes palàm, ff. de teſt. ibi nil enim nunc dat, ſed datum ſignificat, Roman. conſ. 45. & Boer. deciſ. 172. n. 25. & ad huiuſmodi propoſitũ facit rit. 235. qui incipit. Item ſeruat ipſa M. C. in quo dicitur, quòd clerico venienti datur terminus ad probandum de clericatu, oblata per eũ petitione declinatoriæ fori, & eò ipſo, quòd datur terminus, intelligitur remiſſus, illudq; optimè comprobat Carau. n. 5. & clarum eſt, ritus ius commune in hoc Regno dici, vt per Franch. dec. 148. nn. 5. Hinc alter ſententiæ ſequitur effectus, nempè vt per eam fiat retrotractio ad diem petitionis, l. qui ſe dicit, ff. de iudic. ibi qui ſe dicit ſuis nummis redemptum, ſi hoc probauerit, exindè liber erit, l. ſicuti, §. ſi quæratur, ff. ſi ſeru. vend. ibi quia per ſententiam non debet ſeruitus conſtitui, ſed quæ eſt declarari, & quòd tẽpus Doctoratus, & petitionis inſpiciatur, vltrà iuris diſpoſitionẽ dicit Alciat. in indiuiduo in tract. de præſumpt. in 45. præſumpt. nu. 9. cuius verba ſunt hæc, & propterea infertur, quòd ſi aliquis Doctor petierit ſe admitti ad Collegium, & propter inuidiam aliorum fuerit retardatus, quòd nihilominùs debet præferri illis, qui interim dùm ipſe pulſat, ad oſtium fuerunt admiſſi, & quòd ità priuilegium Reginæ Ioannę II. diſponat probatur ab vſu, & ex ipſius interpretione diutiùs ab ipſo vſu recepta, vt in facto ex decretis Almi Collegij à fol. ... quæ omnia dicunt à die Doctoratus, ex quo eodem die petijt, & nulli dubiũ eſt, quòd verba priuilegij ab vſu, & conſuetudine interpretationem recipiũt, ad tex. in l. ſi de interpretatione, & l. minimè, ff. de leg. & in l. ſi prius, §. placuit, ff. de aqua pluu. arc. & latè per Roman. conſ. 89. n. 8. Et quamuis in nonnullis decretis dicatur, ab hodiè, attamen in eis, vt plurimùm, dicitur, verùm prefeferatur tali, & tali, & omnibus alijs, qui fuerunt Doctorati, & admiſsi poſt eius Doctoratum, ſicuti in decreto Calcidij, in quo, vt dixi, additur, verùm præferatur Doctori Raſtello, qui admiſsionis decretum priùs fuerat conſequutus, ex quo ſequitur pernecesſſe, quòd idem erat, & eſt dicendum quòad Olimpium, cùm eadem in eo militet ratio, quæ in Raſtello, vndè diuerſum non eſt ius ſtatuẽdum, l. illud, ff. ad l. Aquil. & vna determinatio reſpiciens duo determinabilia, debet illa paritèr determinare, nõ diſparitèr, l. iam hoc iure, §. ſed ſi alter, ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, l. cum, qui ædes, ff.

de

Digitized by Google

de vſucap. Ex quibus apertè cernitur, Almũ Collegium Doctoratus prioritatem ſemper in conſideratione habuiſſe, ſe conforme reddẽdo iuris diſpoſitioni, quæ dictat, vt antiquior Doctor iuniori præferatur, l. 1. ff. de alb. ſcrib. l. 1. de conſ. §. audiẽt. in verbo Iudice, in Auth. de Defenſ. Ciu. col. 3. l. fin. C. de Decur. lib. 12. l. ſemper in Ciuitate noſtra, ff. de iure immun. c. 1. de maior. & obed. can. Epiſcopi, & ibi gl. 24. diſt. Abſurdum eſt, n. vt noui antiquis præferãtur, inquit S. P. in can. ſtatuimus 61. diſt. & indiuiduo dicit Dec. in l. cùm quid, n. 16. in 2. lect. ff. ſi cert. pet. quòd conſuetudo in contrariũ non valet, & idem Ant. de But. in d. c. 1. de maior. & obed. Aret. conſ. 23. in præſenti conſultatione, in fine, quæ prioritas eſt adeò efficax, vt de hora ratio ſit habenda, Dec. in c. clerici, poſt n. 8. de iud. & in d. l. cùm quid, nu. 15. in fin. in prima lect. per gloſ. in l. ex pluribus, § fin. ff. de ſol. & per text. in l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & poſth. & dũ huic paritati addatur qualitas Ciuilitatis probatæ tàm celeritèr intra terminum impartitum, quis aſſerere audebit, Calcidium non eſſe præferendũ Olimpio poſteriori in gradu, in petitione, & probatione, quamuis poſt 13. vel 14. dies admiſſionis decretum in eius fauorem fuerit interpoſitum, tãtò fortius, nulla pro Calcidio exiſtẽte mora, nec per diei lapſum, nec per interpellationem, & dato, non tamen cõceſſo, quòd pro tàm modico tempore mora eſſet commiſſa, non quidèm Calcidio, ſed Iudici imputandum, qui forſan ob ſenectutis affectus ad Collegium accedere minimè valuit, vt ſępè ſępiùs contingit, & vt finem imponam fingamus, quòd hodiè quis Doctoretur, & dùm ad Collegium admitti petit, terminus ad capiendam informationẽ de Ciuilitate impartitur, die verò ſequenti doctoratur Titius, & quia eſt filius Collegiati ſtatim ad Collegium admittitur, Fab. Ann. ad ſing. 216. eius patris, quæro an iſte Titius præferẽdus erit ei, qui die præcedẽti fuit Doctor effectus, dùm infrà terminum capi fecit informationem, & quidèm non præferendum, luce meridiana clarius ex ſupradictis colligitur, & paritèr ex eo, quod per Almum Collegium fieri ſolet, vndè idẽ cùm Calcidio, quia ſi diuerſum, afflictio afflicto adderetur, ꝙ ius abhorret, l. diuus, ff. de offic. præſ. ſiquidem ſatis eſt, cum fuiſſe excluſum à prioritate anni 1573. quo tempore Doctoratus gradũ ſumpſit cũ petitione admiſſionis ad Collegiũ, & ex his ſpero, per S. C. decernendum eſſe, malè per Almum Collegium fuiſſe iudicatum, & proindè mandari, quòd Calcidius Olimpio præferatur, & ꝙ portiones interim ſequeſtratæ ipſi Calcidio ſoluantur. & tandèm facta relatione in S. C. per præſtantiſſimum I. C. D. Ferdinandũ della Quadra cauſæ Commiſſarium cum interuentu aliorum Conſiliariorum, integritate, & ſcientiæ præditorum Fœlicis de Ianuario, Marci Antonij Morrę, Pomponij Salui, & Io. Baptiſtæ Valenzuela Velazquez, die 11. menſis Iunij 1618. fuit pronunciatum in beneficium eiuſdẽ Io. Aloyſij Calcidij, & die 14. eiuſdem menſis publicata fuit ſentẽtia prædicta, & in poſſeſſionem immiſſus ad portionem Almi Collegij ſibi debitam, pœnès Sarrum Actorum Magiſtrum, reuocando, ſententiam dicti Almi Collegij. Nec obſtat dictũ Bart. in l. qui ad tempus, ff. de Decur. quem citat Feli. in conſ. 1. n. 30. quòd Doctor reſtitutus ad ius Collegij, ꝙ ex aliqua cauſa amittitur, non cenſetur reſtitutus ad ius antiqui loci, nec ſoliti pręmij quia talis reſtitutus ſuccedit iure nouo ex nouo titulo, ſubdit ibi Felin. nu. 29. & tunc habetur pro nouitio; vt etiam tradit Gayl. lib. 2. de pace publ. c. 19. n. 5. ſecus tamen quando vigore iuris veteris admitteretur, & impeditus eſſet ob aliquod impedimentum, putà abſentiæ, & ſic intelligit Felin. ibi dictum Anchar. in c. cum aliquibus, de reſcript. in 6. ſed Dec. in c. clerici, n. 4. in fin. de iud. dixit, non eſſe in conſideratione habendam reſtitutionem, cùm contra ius ſpecialitèr fuerat impetrata, & ſic determinat, Licentiatum præferri Doctori poſteà Doctorato, facit conſ. 23. de Pont. vol. 2. Rendin. recept. ſent. tit. 30. n. 2. *idem poſteà fuit per idẽ S. C. deciſum in cauſa Io. Franciſc. Mirabilis cum Almo Collegio penès Sarrũ.* Io. Bapt. de Thor. I. C. Neap.

Doctores ſupernumerarij de Collegio an habeant ſoni delinatoriam; fuit deciſum, quòd nõ, Franch. dec. 234. Reg. Tap. in Conſt. Statuimus, vt M. C. n. 29. & in rit. 234. Item vbi pupillus, Aloyſ. de Leo l. 4. num. 10. C. de Sacroſ. Eccl. Quid in Cauallarijs Reg. Dohanæ, vide Reg. de Pont. in tract. de pot. Proreg. tit. 4. §. 8. n. 54. Maſtril. dec. Sicil. 156. n. 33. Ric. collect. dec. 300.

Dohanati in Regia Dohana Menepecudum Apuleæ non gaudent, niſi maiorem partem Animaliũ poſuerint in Regia Dohana, & Paſcua ſumant in Apulea, &ità fuit deciſum per R. C. S. in occurrẽti caſu, Flau. Amend. ad Franch. dec. 175. *Danza de pugna Doctor. &c. 10. 2. tit. de elect. fori, c. 5. n. 4.*

Dohanerius Regiæ Dohanæ Neap. an cogere poſſit Nautam portantem ferrum in vaſcello ad exonerandum ipſum, ſi per Nautam eſſet certioratus Dohanerius, quòd ferrum non alitèr pro Neap. ſed pro extrà Regnum portauerat, & eo Dohanerius non indigebat; fuit determinatum in R. C. nõ poſſe cogi ad exonerandum, Affl. in Conſt. Magiſtros fundicarios, ſub n. 6. verſ. item ſi portatur.

Dominium in ſecundum donatarium abſentem non ſequuta traditione an tranſeat tempore adueniẽte, ità quòd agi poſsit vtili vẽdicatione; fuit deciſum, quòd non, Franch. dec. 74. Capibl. in prag. 4. de Baron. n. 60. Sempron. Aſcia determ. iur. 49. n. 3. citrà alios hic per Viſcon. enunciatos, de Pont. conſ. 14. nu. 46. vol. 2. *Reg. Merlin. controu. forenſ. c. 60. n. 5.*

Dominium introituum Baronalium, ac functionum Fiſcalium an cẽſeatur tranſlatum in Baronem, cui fuit in ſolutum Terra Baronalis data ob eius creditum, nondùm facta liquidatione introituum prædictorum; fuit deciſum, quòd ſic in fauorem creditoris, Franch. dec. 23. Reg. de Pont. in tract. de pot. Proreg. tit. 7. §. 4. n. 19.

Dominium rei an plenè probetur, ſtante diuerſitate confinium per ſigna, indicia, & coniecturas; Concluditur, quòd ſic, ex traditis per Affl. dec. 23. Peregr. in tract. de fideic. art. 44. nu. 48. Magon. deciſ. Lucenſ. 93. nu. 14. & ſeq. Ant. Fab. in eius Cod. tit. de probat. in definit. 69.

Dominium Terræ an cenſeatur tranſlatum creditori per conſignationem Terræ factam per Curiam pro eius credito, non alitèr facta adiudicatione, nec apprezio; fuit per Reg. Cam. iudicatum, tranſlatum eſſe dominium Terrę pro tribus mille ducatis, habito reſpectu ad illius valorem tempore con-

conſignationis,Ann.in alleg.104. ſub n.17.

Dominium Terræ, ſeu Caſalis an cenſeatur tranſlatum creditori, ſi in ſententia fuerit dictum, ꝙ adiudicẽtur fructus Terræ,& quòd poſſit locare,diſlocare,& manu ſua fructus percipere,& quòd cõductores,& affictatores recognoſcant in dominũ, & proindè aſſiſtentia præſteiur ſuper fructibus in forma,qui poſteà fuerunt adiudicati ad rationem octo pro centum, præuia æſtimatione, ſiuè appretio;fuit deciſum,eſſe tranſlatum et dominiũ Terræ,& ob id conuentus abſolutus,Ann.alleg.104.

Dominium rei an neceſſe ſit probari per actorem in materia aſſiſtẽtiæ,circumſcriptis requiſitis traditis per Affl.dec.383.ꝙ ſit in bonis, & de bonis debitoris, concluditur,eſſe neceſſariũ;quod in contingenti cauſa vertente in R.C. S. fuit paritèr deciſum, vbi Fiſcus actor Baronem conuenerat in eadem R.C.ad oſtendendum titulum certi feudi; vt per Reg.Rou.in prag.1.de Aſſiſtentia,n.3.

Dominium bonorum donatorum peruentorum ad donatarium vigore donationis ex ſubſequẽti foriudicatione donantis an reuertatur ad donantem obtẽta gratia delicti;fuit deciſum in fauorem donatarij,Franch.dec.213.n.10. & ſeq. & Reg.Tap. in rub.ff.de Conſt.Princip.c.3.n.22.vbi n.21.dicit, idem fuiſſe deciſum in R.C.S.& in M. C. vt bona Neapolitanorum licèt publicari nequeant, niſi in crimine hæreſis,& læſæ maieſtatis,eo caſu perueniunt ad agnatos, & reſtituuntur reſtitutis dominis,allegat Aquilin.in l.Gallus,§. & quid ſi tantũ, nu.74.ff.de lib.& poſth.Molfeſ.in Conſuet.Neap. par.2.q.4 & par.4.q.50.nu.7.Maſtrill.in tract.de indultu,c.22.n.86.& 87.

Dominus feudi an poſsit reuocare alienationem rei venditæ per vaſallum ſub certa ſolutione, de qua dubitatur,an ſit feudalis,vel cẽſualis,non fuit deciſum,Gramm.deciſ.77.Reg.de Pont.in tract.de pot.Proreg.tit.3.de elect.offic.§.4.n.22.Vrſill.deciſ.255.in princ.& 129.n.3.vbi ponit deciſionem iſtius quæſtionis,de qua infra eo.verbo res feudalis,Ant.Fab.in eius C.tit.de iuriſd.omn. iud. definit.17.Ric.dec.Arch.141.par.2.

Dominus Nauis an teneatur de damno illato à ſuis Nautis alicui contra eius expreſſam prohibitionem;fuit deciſum,quòd non,Affl.dec.82. Peguer. dec.Cathalon.45.in addit.Rot.Anconit.dec.8.nu. 68.authore Marc. Ant.de Amat. Stephan. deciſ. Aquenſ.72.in fin.

Dominus directus an pòſsit emphyteotam propria authoritate expellere à poſſeſsione rei emphyteoſis alienatæ ſinè eius conſenſu, & requiſitione directi domini;fuit deciſum, quòd non, niſi præcedente citatione,& ſententia,Affl.dec.97.Marant. conſ.29. nu.26. Quaranta in Summa Bullarij,ver. alien.rer.Eccl.n.44. Maſtrill.dec.Sicil.193.nu.10. vbi refert, ità fuiſſe in dicto Regno deciſum, & Milan.dec.Sicil.17.lib.2.n.59.Caroc.in dec. caſ.9. nu.6. Rip.in obſeru.259. Maur.iun.alleg.43.nu.3. Ric.collect.dec.1804.& dec. Archiep.142.part.2. *Alex.Trentacinq.variar.reſol.lib.3. tit.de iure emphyt.reſol.4.n.3.Coſt.de retrotract.caſ.16.c.9.n.13.*

Dominus animalium intrantium in paſcua alicuius Baronis,in quibus extabat prohibitio pœnalis M. C.V.vt nemo accederet cum animalibus ibidem ſub pœna contenta in banno, an teneatur ad pœnam bãni,vel tantũ ad fidam pro rata tẽporis;fuit deciſum,quoniam bannũ promulgatum erat elapſum per exitum officij Regentis veteris M.C.V. teneri tantùm ad fidam pro rata temporis, Affl. dec.290.in princ.vſq; ad n.5.Franch.dec.301.n.5. Maxilla in Conſuet.Bari rub.ſi animal in hom.vel in aliud damn.§.cùm animal,nu.16. & ſeq. Rip.in obſeru.332.Campag.in cap.pondus,q.10.

Dominus feudi an poſsit ex conſuetudine inducere, quòd reditu non ſoluto caperet rem propria authoritate,& mora nõ poſsit purgari;fuit deciſum, quòd ſic,Vrſill.dec.97.n.4.

Dominus directus an præferatur in alienatione rei emphyteoſis venditæ ob debitum emphyteotæ, mediante decreto Iudicis, & Exequutore vendẽte;deciditur,quòd ſic,quia iſta alienatio non cenſetur neceſſaria;ſed voluntaria,facto debitoris præcedens, & ità in multis caſibus fuit iudicatum in S.C.vt per Vrſil.dec.191.n.3. ità paritèr in feudis fuiſſe practicatum in R.C.S. in venditione Terræ Auellarum,vbi fuit Fiſcus prælatus tanquàm dominus feudi,nouiſsimè teſtatur Reg.de Pont.dec. 3.in princ.& vide infra eo.verbo ius congrui.

Dominus directus rei emphyteoſis licèt in venditione facta per emphyteotam cæteris præferatur, ſi idem dominus ablata re per ſententiam alteri cõceſſerit, non tamen pro eius ſeruitio, an primus emptor poſsit in prædictis præferri,reuocata prælatione domini; fuit deciſum, quòd ſic, vt dominus directus excludatur à iure prælationis, refert Vrſil.dec.238.n.6.& idem in feudis fuiſſe deciſum tradit Frecc.de ſubfeud.lib.2.in 30.author. quem citat Reg.de Pont.dec.3.n.28.

Dominus an poſsit cogere ſuos ſubditos burgenſes ad ſe ipſos armandum ad capiẽdos malefactores, concluditur,quòd ſic ex mẽte Baldi,quod fuit obſeruatum ob multitudinem delinquentium,& foriudicatorum, Vrſil.dec.265.n.5.

Dominus directus an præferatur in alienatione rei emphyteoſis poſt ipſius traditionẽ, ſi in primo inſtrumẽto vẽditionis fuiſſet appoſita clauſula, ſaluo aſsẽſu domini,nec alitèr,nec alio modo;fuit deciſum,ꝙ ſic,vt per Frec.de ſubſeud.fol.101.quem citat Vrſil.deciſ.265.n.72. vbi refert,contrarium fuiſſe deciſum in S.C.in ſimili caſu,& paritèr fuiſſe euitatam caducitatem, non obſtante, ꝙ fuiſſet poſſeſsio tradita per hanc clauſulam, ſaluo, & reſeruato aſſenſu domini,non alitèr,nec alio modo.

Dominus ſoli an poſsit vendicare aſtracum, ſeù ſolarium ſuperius à Superiore domino poſsidente, tres deciſiones in hoc dubio reperiuntur, prima ſiquidèm reperitur, quòd aliàs fuerit deciſum in fauorem dominorum ſuperiorum contra inferiorem dominum ſoli vendicantem aſtracum, quod per eos detinebatur;ſed in ea deciſione nõn fuerunt quædam diſcuſſa de iure,aliàs & ſecundò lata fuit ſentẽtia per S.C.in cauſa,in qua is, qui habebat membrum inferius,alio habente aſtracum ſuprà illud membrum ædificauit ſuprà illud aſtracum, & fuit iudicatum, quòd debebat demoliri; ſed ex æquitate,nè ædificia ruinæ darentur dictũ fuit in ſententia,quòd is,qui ędificiũ fecit,debeat illud retinere, & ſoluere victori iuſtum pretium aſtrachi,ſiuè terratiæ,de vtriſq; tradit Capyc dec. 117.n.10.& 11.Sed poſtremò in caſu vrgẽti refert ſub n.12. fuiſſe per S. C. votatum, quòd qui iam ædificauerit cameram ſuprà dictum aſtracum tenea-

nea-

neatur illam demoliri facere, & reducere aſtracũ in priſtinam formam,ſeu ſpeciem,quatenùs actor vendicaret aſtracum;fuit voti,quòd ab hac impetitione abſolueretur poſſeſſor; ſed quòd illud tenere debeat,vt per priùs, vt ſic non potuerit innutare formam antiquam,dando maius onus parietibus exiſtentibus ex parte inferiori, Borgn. Caualc.dec.Fiuiz.19.n.62.par.2.Caroc. in tract. de locato,par.2,tit.de ſuperficieb.q.14.

Dominus directus ſi ſit prælatus in venditione rei ſub haſta alteri remãſa,& alium inſtituat hæredẽ, an iſte hæres poſsit dominum moleſtare quoad læſionem in ſexta parte,aſſerendo, debitorem eſſe læſum;fuit per ſententiam S. C. abſolutus ab impetitis dominus directus,Ann.in alleg.43.

Dominus Terræ an dicatur qui habet iuriſdictionẽ criminalem, tantum;fuit deciſum,quòd non,Frec. de ſubfeud.lib.1.n.27.in tit.de offic.iuſt.quem citat Ann.in alleg.52,n.68.

Dominus feudi an poſsit linea finita capere feudum propria authoritate; fuit deciſum, Baronem non potuiſſe,& illo reſtituto fuit dictum,quòd procederetur ordinariè,Ann.in ſing.151.dominus, Teſtay in alleg.2.nu.199. Auditor Petra ad Gianm, dec.49.n.12.

Dominus domus ſuperioris an poſſit prohibere domino domus inferioris; nè faciat fumum, & pro hoc imponere defenſam,ſicut dominus domus inferioris prohibere poſſet domino domus ſuperioris,nè proijciat aquam;fuit concluſum,ꝙ ſic,& licèt fuiſſet replicatum, obſtare verba Conſt.Iuriſgentium,quæ vult,quòd pro violentia ablatiua, vel expulſiua habeat locum,fuit reſponſum,quòd ſatis per fumum, vel aquam quis patiatur violentiam expulſiuam,Affl.in Conſt.Iuriſgentium,n.12.

Dominus directus rei emphyteoſis facta conceſſione domorum per ipſum in emphyteoſim alicui cũ pactis ſolitis deuolutionis,& prælationis,data tamen poteſtate affrancandi annuum cenſum in pecunia numerata intra annos decem, & poſtmodũ ipſemet emphyteota domum prædictam vendidit,ſaluo aſſenſu,& tradidit poſſeſſionem, an poſſit cõtra emptorem ſuper deuolutione, & ſucceſſiuè quando deuolutio non procederet,ſuper prælatione agere, iuxtà terminos l.fin. C.de iur.emphy.fuit deciſum in fauorẽ emptoris,Franch.dec. 367. quem citat Genuenſ. in Praxi Cur. Archiep. Neap,c.50.Quaran.in Sũma Bullarii,verbo alien, rei Eccl.num.9.Ric.in collect.dec.526. Paſchal.in tract.de vir,pat.pot.par.4.c.6.n.70.*Epiſc.Genuenſ. in tract. de Eccl.ſeu practica ab.Eccl.q.*101.*Reg.Tapia dec.S.C.*5.*n.*14.

Dominus prædij ſeruientis eò quòd in eo alter Dominus prædij dominantis fidam exigere conſueuerat,& ſic per annos centum, an poſſit in eo plãtare,clauſuras facere,ſiuè Mezanas, non obſtante prohibitione ei facta,attenta etiam longæua præſcriptione ex iure paſcendi,ſic cõtinuata;pro parte Domini prædij dominantis iuris illa concluſio allegabatur,quòd ſeruitutem debens nil in prędio ſeruiẽte facere poteſt, ex qua ſeruituti noceatur, vt colligitur ex l.ædificia,ff.de ſeru. vrb.præd. ibi ea,quæ obſtatura ſunt,non poſſunt, & l.ſi arborẽ, ff.eo.ibi contra impoſitam ſeruitutem, &c. l.ſeruitutes,§.ſi ſublatum,verſ.ſi ſeruitus,ibi non licet Domino ſeruientis areæ,&c. & l.certo generi,§.ſi totus,in princ.ff.de ſeru.ruſt.præd.ibi Dominus in eo, &c. l.loci corpus, §.ſi quis, verſ. nam & ſi arborem,ibi iter perennũ, ff.ſi ſeru. vend. ita vt Dominus ſeruitutis poſſit prohibere à principio, ꝙ nihil fiat in præiudicium ſuę ſeruitutis per Dominum prędij ſeruientis,l.ſi manifeſte,C.de ſeru.ibi, nè quid contra veterum, &c. adeo ꝙ talis prohibendi facultas Domino prædij dominantis competit ſtatim,quòd ſeruitutẽ acquirit,ſed ẽt ex iuris diſpoſitione,quæ illicò, ꝙ quis ſeruitutem habet, facultatem prohibendi tribuit Domino prædij ſeruientis,nè quid fiat,l.ſi eo loco,in princ.& §.Iuſtianus,ff.ſi ſeru.vend. ibi poſſum inrędere, &c.at cũ Dominus iſte prædij dominantis ſeruitutẽ paſcendi pro ſe,& quibus id promiſerit in prędio alterius Domini, & pro illa promiſſione pecuniam exigit,quæ fida nũcupatur,vt dixit Io.de Amic.in conſ.8.n.54.quã Imperator in Conſt.Cùm per partes affidaturam nũcupauit,ſubnectitur ex tali iure, ipſum habere facultatem prohibendi, nè quis ſine ſua permiſſione paſcua ſumat, & dũ aliquis ingreditur,ſoluat pęnã, quæ diffida dicitur, vt dicit Affl.in d.Conſt.Cùm per partes,n.13.Frecc.in 46.author.n.11. fuit verbum Antibol. in tract.de mun.§.4.nu.195. Prætereà & ſi ſeruitus prædialis vſum tantùm prædij dominãtis commeat, vtpotè quando animalia culturæ mei territorij attenoũt, paſcua ſumere poſsũt in agro vicino,l.ità ſic,ff.de ſeruit. vrb.præd. & l.teſtatrix,§.1. ff.ſi ſeru. vend. ſeruitus autem huiuſmodi caſus nó tantùm vſum prędij habet illud plus,vt compendium,quia alijs facultatem paſcẽdi dare poteſt,mediãte pecunia, quod ſiquidèm compendium etſi quodammodò prædialem in ſeruitutem reddat, l.ergo,& l.veluti ſi figulas,ff.de ſeru.ruſt.pred,erit tamẽ ſeruitus prędialis,predio alteri prędio,vel perſonę ratione alterius prædij debita, qa vel ſeruitus pſonalis erit, ꝗ perſonæ nedũ viumſed cõpendium affert,vt eſt vſusfructus:ità vt prædialis dici poterit, ꝗ nedùm vſum,ſed & compẽdium affert,& in ſpecie de ſeruitute iuris paſcendi in alienis territorijs quòd ſit realis,& pro ea competit confeſſoria contra quẽcunq; poſſeſſorẽ,vltrà Io.Fab. in §.æquè, in princ. Inſt.de action.Zaſ.in lib.1. Reſponſ.c.11. Aym.in Conſ.1. Aluet.tit.28.n.20.ſequitur Veron. in tit. de iure paſc.in prin.in verſ. vltimò dixi, & de iſto iure paſcendi loquitur Corn. conſ.188. lib.4. Zaſ. vbi ſuprà,Io.Longouall.in l.Imperium,nu.222. & ſeq.ff.de iuriſd.omn.iud. vndè ex his concludi videtur, poſſe fieri hanc prohibitionẽ contra plantationes,& clauſuras iſtas,cùm ſint actus, qui directò contradicunt perpetuæ facultati paſcẽdi, & illas potiùs aperiendas,iuxtà pragm.Audiuimus, & Ad perpetuam memoriã.cùm de iure conceſſũ ſit habenti facultatẽ paſcẽdi præſcriptione quęſitam prohibendi omne id, & præſertim clauſuras, ex quibus tollitur facultas paſcendi, vt conſuluit Aym.conſ.4.n.6.7.& 9.poſt Soc.in conſ.105.in prima quęſt.& conſ.141.in prin. Vlteriùs ſi Dominus prædij ſeruientis Meczanas pro vſu proprio conſtruere vellet, moderatè tamen agere debet pro quantitate territorij,& animaliũ,quæ illius culturæ deſeruiunt.d.l.teſtatrix,in prin.ſi ſeru.vend.& l.irẽ ſic poſſunt, ff.de ſeru. ruſt. præd.demonſtrat Calcan.cõſ.34.n.6.loquẽs de iſtis Meczanis.Aym. conſ.60.nu.2.quò verò ad plantationes arborum

ſini-

Digitized by Google

ſimilitèr Doct. concludunt, in præiudicium prædij dominantis, & ſeruitutis præſcriptæ fieri non poſſe, cū penitùs ſeruitus perpetuò tollatur, Caſſan. in Conſ. Burg. §. 3. tit. dez foreſt. ver. quærit vlteriùs, Couar. var. reſol. c. 17. lib. 1. nu. 11. verſ. ſed & quotiès quis, Veron. de ſeruit. ruſt. præd. rub. de ſeru. in paſc. num. 5. vbi ponit exemplum, & in terminis ad partes arguendo conſuluit Calcan. conſil. 50. contra Commune de Odula, pro quo allegat tex. l. fin. ff. de vſu, & habit. & alia plura conſilia in hac ſpecie idem Calcan. edidit conſ. 45. col. 3. verſ. ſecundum dubium, & opinionem Veron. ſequitur Bertran. conſ. 64. viſis, colum. 2. lib. 2. vbi ſpecificè loquitur de plantatione vinearum, vt fieri non poſſit in præiudicium iuris paſcendi, & meliùs idem Bertran. conſ. 243. cùm dudùm, lib. 3. & ſicuti domino ſeruientis prædij nō licet facere in eo, quod ſeruituti obſit, l. 2. §. labeo, ff. de aqu. quot. & æſt. & l. ſi quando, §. cū in domo, ff. ſi ſeru. vend. ità è contra domino dominātis prędij non licet facere in ſuo prædio ꝙ ſeruituti obſit, d. l. 1. §. labeo, ff. de aqu. quot. & æſtiu. ibi, deterior ne fiat. Accedat inſupèr præmiſſis longęua præſcriptio centenaria domini prohibentis fidam in prædio ſeruiente percipientis; quæ ex iuris deciſione vim tituli, & conſtituti, & priuilegij habet, cap. ſuper quibuſdam, §. prætereà, de verbor. ſignif. eò quòd Principis authoritate introducta eſt, & ideò vim conceſſionis habet, Bald. conſ. 449. ampliùs, col. 4. verſ. 3. prohibetur, lib. 3. & tantum poteſt, quantū Imperator cum cauſa, Iſern. in cap. 1. verſ. flumina, colum. 1. quæ ſint regal. & pro veritate habetur, Alex. conſ. 6. num. 1. volum. 1. & ex ea imprǽſcriptibilia præſcribuntur, etiam ea, quæ reſeruata Principi dicuntur, Iacob. in inueſt. verbo, cum mero, & mixto, col. fin. quidquid enim eſt quæſibile per priuilegium, eſt & per pręſcriptionē quęſibile, Fel. in c. accedētes, n. 6. de pręſc. hinc Ang. in l. hoc iure, §. ductus aquæ, de aqu. quot. & æſt. dixit, ꝙ ſi Nobilis tēpore immemorabili in aliquo loco imperio vſus ſit, fundatam habet intentionem, dato quòd alio priuilegio non oſtendatur, Ripa alios citans in cap. decernimus, num. 73. de iud. nec alitèr ſcientia aduerſarij neceſſaria eſt, gloſ. & Ang. d. §. ductus aquæ, nec ipſa præſcriptio interrumpi poteſt per actus iudiciales, Corn. conſ. 22. num. 5. lib. 1. & per tale tempus 100. annorum acquiritur nedùm vtile, ſed directum dominium, Bald. S. dyc. Dec. num. 11. l. traditionibus, C. de pact. & quòd poſſit quæri præuia centenaria præſcriptione ſeruitus iſta, tradit Pariſ. conſ. 27. num. 69. ad 87 lib. 1. & quamuis ex aduerſo dici poſſet, non eſſe conueniens, duos dominos inſolidum eſſe eiuſdem rei, l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. cōmod. nàm id procedit, quādo inſolidum eſſent domini, reſpectu verò diuerſorum hoc iure non vetatur, aliud .n. eſt habere iuriſdictionem, aliud territorium, aliud ius paſcendi, vt Soc. declarat conſ. 15. col. fi. verſ. prætereà ex alio, lib. 3. Calcan. conſ. 43. pōt .n. vnus percipere certam ſpeciem fructuum, putà paſcua, & fidam, vel alia in territorio, & alius aliā, putà decimā, vt in terminis tradit Capy. dec. 96. n. 97. citat tex. in c. cū in tua, de decim. indè ad propoſitū Bal. conſ. 202. col. fin. verſ. prætereà non eſt omninò, lib. 2. dixit, ꝙ iuriſdictio, reſpectu cuius dicitur territoriū, diuiditur in ſuas ſpecies, putà in cognitione Caſtri, pceptione pedagiorū, aliorūq; fructuum, at ſi ipſe non perceperit pedagiū, territorium quòad iſtud non ſpectat, quia iuriſdictio nō eſt ſua, quòad hoc allegat c. dilecto, de offic. Arch Bar. l. fin. ff. vti poſſ. idem Bald. in c. 1. §. è contrario, de inueſt. de re alien. fact. ꝙ męnia Caſtri poſſunt eſſe vnius, iuriſdictio verò alterius, cū ſint ad inuicem ſeparata, quod maximè in hoc iure fidæ, & diffide conſideratur, poſtq̄ deſignat ius dominij, & ſuperioritatis, vt in Conſt. Cū per partes, Alex. conſ. 88. pen. col. lib. 5. Prętereà ex aduerſo inficiabatur, non fuiſſe probatam ſeruitutē iuris fidæ, ex eo, quòd requirebatur, vt in ſeruitute causā habēte diſcōtinuā, immemorabilis pręſcriprio, arg. d. §. ductus aquę, & l. apparet, ff. de itin. act. priu. probanda inſupèr ex requiſitis à gl. in c. 1. de pręſcript. in 6. quæ deficiunt in caſu iſto, dùm anni centū nondùm effluxerant, cui reſpondetur. Nam etſi naturalis ſit interruptio, quādo aliꝙ ex requiſitis ad præſcribendum deficiat, vt in præſcriptione longi temporis, vel vſucapione, ſtatim atq; ſit litis conteſtatio, quia id inducit, vt ceſſet bona fides, requiſitum vnū ex tribus, vt naturalis fiat interruptio, Doct. in l. naturalitèr, ff. de vſuc. & in c. illum, de præſcrip. Balb. de præſcrip. 3. p. 6. p. in princ. Gom. in reg. Cancell. de trien. poſſ. q. 22. & eo caſu lis iſta effectū habet naturalis interruptionis, vt omnibus proſit: dùm .n. ſumus in præſcriptione, quæ aliud nō requirit, niſi ſolum vſum, citrà ſcientiam rei, bonam fidem, & titulum, qualis eſt centenaria, tunc lis non operatur, niſi ciuilem interruptionem, quæ ex vera opinione interrumpenti tantùm prodeſt, & non alijs, leg. inter quatuor, ff. de diuer. & temp. præſc. l. 2. §. præſcriptio, ff. nè de ſtat. def. l. mariti, §. quinquennium, ff. de adult. lis .n. propoſita non inducit interruptionem, minus exceptio carentiæ, & incompetentiæ oppoſita ex aduerſo inducere debet, etenim iſta exceptio non aduerſus fidam, ſed ad id, quod principalitèr controuertebatur, fuerat oppoſita, & ob id interruptio nullatènus per exceptionem ipſam inducitur, ſemper actor continuando vſum, gloſ. in c. 2. de or. cogn. verbo modum, Felin in c. illud, n. 12. de præſcrip. vbi Bell. n. 8. Innoc. n. 10. Hęc inſupèr allegata fuere per Fabritium Brancatium, Iulium Palmerium, & Io. Marcum Aquilinum, & tandèm relata cauſa in S. C. fuit diffinitiuè decretum, his allegatis non obſtantibus, quòd conuentus abſoluatur, & dictum, licere ei facere clauſuras ad ſui libitum, in cauſa Scipionis Loffredi domini Carouinei cum Goffredo Palagano domino Terræ S. Viti, & Terræ S. Iacobi in anno 1570. prout habui ex vol. allegat. V. I. D. Fabij de Falco eximij doctoris. Io. Bapt. de Thor. I. C. Neap.

Dominus alicuius domus, in qua extat vacuū derelictū propè domū, aliquibus ſignis, & ſtigmatibus ornatū, denotātibus poſſeſsionē, an poſsit ibi ędificare, ſuffragante ēt, proteſtatione facta aduerſus aſſertos poſſeſſores vacui, eoſq; in mala fide conſtituēdo. Exemplum de hoc patet in quodam vacuo exiſtente in angulo domus Marchionis Lauri propè Sedile Nidi, lapidibus circūcirca piperneis extructo, cū quadā ātiqua ſtatua marmorea ibi repoſita, ac gradibus ab vtraq; parte ornato, ex quibus apparet, antiquiſsimo tpē ibi fuiſſe Sedile Nidi, put ſic ex ſcripturis antiquis appellabatur, ſup

quo quidẽ vacuo prędictus Marchio dominus domus cõtiguę feneſtras habebat,& inſupèr accedẽte cõſenſu aliquorũ de platea ipſa Nidi ſuperædificare intẽdebat,præmiſſa ꝓteſtatione Sedilis,& cõuicinis notificata,& ſucceſſiuè tàm in poſſeſſorio,q̃ in petitorio cõſeruandũ eſſe aſſerebat,quarè ꝓ defenſione Sedilis plura,& in facto, & in iure allegabatur, nẽpè in facto ex loci viſura apparebat,domũ illã iã magnam in principali brachio nõ habere aliud, quã duas cameras cũ vno camerino tantũ,quo fit,vt quomodò credendũ ſit ædificantẽ ius ad vacuũ habere, ꝙ ab illo principali loco nõ incępiſſet ędificiũ,ibiq; duas alias cameras ad domum neceſſarias feciſſet, ſine quibus ad præſens apparet,domũ abſq; brachio eſſe amputatã,& propterea exiſtẽtibus duabus illis cameris cũ camerino conſtructis,cùm tamen camerinũ cõſtructũ,patet,eſſe non camerã, nam ſi vacuũ eſſet illius aliæ cameræ ad ornatũ domus, ac illius neceſſitatẽ ſequebãtur,& non camerinũ, & ſi architectura domus attendatur,ianua domus in medio illius ſituari decebat,ꝓut patet ad oculũ,at ſi vacui eſſet,domus ianua eſſet in angulo, cõtra ordinẽ architecturæ. Hæc in facto cõſiſtunt; in iure aũt conſideratis podijs circũcirca vacui poſitis de piperno,ſcalis,& gradibus de piperno pro ingreſſu vacui ab vtraq; parte poſitis ſuccedit Cõſuet. Neap. de ſeruitutibus loquẽs,ꝙ quãdo in aperturis ſunt cãtones,ſeu taloç,vel ſecũdũ Addẽtes,vbi ſunt lapides marmorei, ſeu cancella ferrea; ſecundũ Affl. dec. 225. quòd eo caſu dubitari non poſſit de ſeruitute, & quòd iure dominij apertura licito iure tenetur,quod videtur ſatis ad propoſitũ, Rurſus ſtatua Nili tàm antiqua ibi collocata, pictura cum armis, & inſignis Sedilis, ad tex. l.ſtigmata,vbi Luc.C.de fabric. & tandẽ locus vniformis à tot annis memoriã hominum excedẽtibus, abſq; alia immutatione. Accedat ẽt venditio dictæ domus aliàs facta Violantæ Popinæ,& Coniti Aliſatũ in anno 1506. vbi non alitèr fuit euictio promiſſa, immò pacto ſpeciali cautũ,vt nõ teneatur ad pretij reſtitutionẽ, tunc .n. factum recens erat,& veritas melius haberi poterat, Ad ſecundũ de proteſtatione facta apparet,per litẽ ipſam motã in ann. 1556.& non eſt dubiũ, vacuum à Sedile poſſeſſũ eſſe p tẽpus immemorabile, adeò ꝙ proteſtatio ex aduerſo adducta eſt in anno 1444. quo tẽpore ẽt Sedile poſſidebat,& vſq; hodiè poſſedit, & hic eſt titulus ſufficiens, ex l. 1. § ductus aquæ, ff.de aqua quot.& eſt.verũ tamen ſi non fuiſſet intermedia proteſtatio,nõ haberet difficultatem,cũ ſit præſcriptio cõtinuata per tot annos,& propterea de effectu ipſius eſt videre, aut .n. ipſa adducitur ad cõſtituendũ Sedile in mala fide, & interrumpendã præſcriptionẽ,& indubitata eſt tũc iuris cõcluſio,ꝙ cùm Sedile tunc poſſidebat, denũciatio,ſeu proteſtatio nil releuat,caſus eſt in l.pen. ff.pro empt. vbi gl. quam ſequuntur Bart. Bal. & cęteri l.ſi fundũ ſciens, C. de reiuend. aut vult ex ea elijcere ꝓbationẽ dominij,& tũc replicatur, ꝙ poſſeſſio cõtinuata hùcuſq; operata fuit duos effectus pręſcriptionis, nẽpè amiſſionẽ dominij ex aduerſo,& acquiſitionẽ illius plateæ: ſi .n. platea ex tunc nõ poſſediſſet, poſſet hodiè ad probandũ titulũ adducere d. proteſtationẽ, quæ ei neq; iuuat, cũ non fuerit facta cõgregata platea,& collegialitèr ad hunc actũ,quæ poſteà cõfeſſa fuit, ius non fouere, nec potuiſſet hoc facere in præiudicium intereſſe prætendentium .i. habentiũ domos vicinas; ſed ſi ex antecedenti poſſeſſione vſq; hodiè continuata lex inducit validã pręſcriptionẽ,quam non interrũpit proteſtatio ex aduerſo,cùm poſteà ſint decurſi pluſquam centũ anni à die litis motæ, nec in mala fide platea conſtituitur, quapropter non deuerunt Doct. magnæ authoritatis tenentes,in præſcriptione cẽtenaria, ſeu immemorabili non requiri bonam fidẽ,vt per Saly.l.2.C.de ſeru. & aqua, quem ad hoc allegat Dec. in l.traditionibus,nu.12.C.de pact.qui ẽt reſpondet ad tex.in c. fi.de præſcr.& in conſ.496.2.col.Boer.dec.39.n.7. vlterius aliud eſt tractare de mala fide expreſſa, nã eo caſu juxtà comm.op.præſcriptio non iuuat, aliud de mala fide præſumpta, tunc ſecus erit, vt Bart. exemplũ tradit in veteri, & nouo poſſeſſore,vt illa mala fides actoris, & ſi præſumatur in ſucceſſore,tamen per curſum temporis purgetur, maximè in immemorabili in l.fin.C.vndè vi,& eſt cõis opin. Aym.de antiq.temp.4.p.nu.16. verſ.15. quæro,congerit multa Molin.in tract.de primog. lib.2.n.68. hic ergò nequit tractari de mala fide expreſſa,quia nõ fuit facta denũciatio plateæ,rurſus poſt tẽpus proteſtationis platea fuit gubernata per alios quinq.adminiſtrata,& recta, in ijs .n. ſucceſſoribus non adeſt mala fides expreſſa, ſed præſumpta, vndè per curſũ tanti tẽporis illa purgatur: quinimmò ex prædictis referente Reg.Cõſil.Ant.Cadena fuit per S.C.deciſum in fauorem Sedilis Nidi, contra Marchionem, prout habui ex vol.alleg.optimi patrui Fabij de Falco I. C. nõ modicæ authoritatis. Io Bapt.de Thor.I.C.Neap.

Dominus feudi an priuetur proprietate ratione iniuriæ factæ vaſallo; deciſum fuit per Reg. Camer. Summ. in cauſa Vniuerſitatis Montorij affirmatiuè, Regens Valenzuel. præſtantiſsimus I. C. in omni ſcientiarum genere præditiſsimus in conſ. 41.nu.28.

Domus priuatorum captæ pro ampliatione mœnium Ciuitatis, ſi ipſę poſteà ampliarentur,an ſint reſtituendę prioribus dominis; fuit deciſum,quòd ſic, Ann.in ſing.84.Ciuitas.

Domus ſeditionis authoris an ſit deruenda; Iam in contingenti caſu domus cuiuſdam Pharmacopolę ex iuſſu Proregis cum voto Collat.Conſil. diruta fuit ob tumultũ in populo, & ſeditionem, de qua author fuerat,refert Marc. Ant. Surg.de Neap. Illuſt.c.11.ſub n.37.verſ.Et noſtra ẽt,licèt hoc ſit iure cautum, vt in c. 1. §.conuenticulas, de pace tenen.ibi pręterea bona eius publicentur, & domus eius deſtruatur,& idem nouiſsimè tradit Reg. de Pont. in tract. de pot. proreg. rub. de prouiſ. fieri ſolitis,in princ.n.25. & anteà obſeruatum fuit cõtra illos,qui occiderunt Andręam de Iſernia,quorum domus deuaſtatæ fuerunt,vt refert Affl. d.§. conuenticulas, quem ſequitur Regnet. Sixtin. in tract.de regal.lib 2.c.20.n.56.

Dona percepta à Domino cõdemnato ad reſtitutionem rei cum fructibus,medio tẽpore à uaſallis,an teneatur inſimul cum re reſtituere; fuit deciſum, quòd non, exceptis donis ſolitis ab Vniuerſitate ſingulis annis dari Baroni,Franch.dec.172. Nunt. Pellic.in Conſuet. Auerſ.c.8.nu.237.*Barbat. de diuiſ.fruct.p.1.c.14.ſub n.58.verſ.corroboratur.*

Dona-

Donare an poſſit filiusfamilias bona aduentitia, in quibus pater habet vſumfructum, ſine conſenſu patris; fuit deciſum, quòd non, Franch.deciſ.71. Sed quid ſi fuerit facta cum iuramento donatio, ità pariter fuit deciſum, non valere, vt ibi Franch. nu.10.& in ſimili idem fuiſſe deciſum tradit Ann. in alleg.73.Reg.Tap.in auth.ingreſſi,ver.ſua,cap.4.num.6.C.de Sacroſ. Eccleſ. Caroc. in ſuis deciſ. caſ.62.nu.3.Ric.in collect.dec.221. de Pont.conſ. 150.num.7.vol.2.*quod idem fuit deciſum in cauſa Aſcanij Genuini cum illis de Preite,ad relationem Reg. Conſil. Ioſephi Brandolini die 27. Nouembris 1627.penès Verruſium Actorum Magiſtrum.*

Donare an poſſit filiusfamilias rem extraneo, quam pater ſibi donauerat, abſquè eius conſenſu; fuit decretum, donationem non valere mortuo filio in præiudicium patris ſuperſtitis, quia Sacr.Conſ. habuit ſuſpectam donationem factam à iuuene extraneo, verſuto, & callido, excluſo patre, nam ob matrimonium filius improuiſa morte non ſequutum donauerat, Anna in alleg.73. & vide ſup. ver.donare.

Donata à conſanguineis mariti vtrum ſint vxoris, an hæredum mariti; fuit deciſum, eſſe vxoris, Anna ſingul.167. donata, Maſull. ad Capyc. deciſ.180. num.12. *Epiſcop. Maranta in reſponſ.8. num.19.*

Donata an præſumantur dona magni valoris miſſa ſponſæ de futuro, fuit deciſum in S. C. in cauſa Iulij Scalaleonis cum hæredibus quondam Vmbriani, quòd non, Andr. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet.Neap.par.6.q.6. & 8.nu.13. in addit.vbi intelligit, quando non eſſet ſequutum matrimonium, ſecus ſi eſſet ſubſequutum, nam ex communi obſeruantia alitèr ſeruatur.

Donatarius an ſit manutenendus in poſſeſſione rei donatæ irreuocabilitèr inter viuos ex nunc pro tunc, & è contra ſequuta morte donantis, & in præambula hora mortis, & per duas horas antè, cum reſeruatione vſusfructus vita dicti donantis perdurante, ſi conuentus fuerit ab hærede donãtis ſuper nullitate donationis, ſeù alijs prætenſionibus lite pendente; fuit deciſum, quòd ſic, & ità liberatum depoſitum donatario introituum prædictorum bonorum donatorum, Ann.in ſing.156. donatarius, *Barbat.de aſſiſtent.gloſ.7.n.40.*

Donatarius an poterit agere, ſi ei fuerit donatum debitum per aliquem, ad quod ſibi tenebatur aliquis; fuit deciſum in S. C. quòd ſic, Gramm.in rit. 14. M. C. V. incip. & priuilegiatus trahit ad Curiam ipſam, fol.155.

Donatarius an agere poſſit, non tantùm virtute donationis; ſed etiam iure ceſſionis contra debitorem donantis ad conſequendum dictum debitũ ſibi donatum, non obſtante Ritu M.C.V. 290.diſponente, vt non poſsit agi vigore ceſsionis, niſi ex cauſa oneroſa, non lucratiua; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, quia iſta ceſsio non fuit facta principalitèr; ſed acceſſoriè ad donationem, quarè donatio principalitèr fuit facta, & id attendendum eſt, quod principalitèr fit, Iacob. Aneſl. de Bottis in addit. ad Ritum prædictum, incip. Item, quòd nullus admittatur, in addit.incip. adde, quòd hic Ritus, verſ.ego tamen audiui.

Donatario an ſufficiat offerre alimenta in eius domo donatrici ad euitandum deductionem, quæ fieri debet ex beneficio legis, per quam prouidetur, quòd donans non teneatur, niſi in quantum facere poteſt; fuit deciſum, oblationem ipſam non eſſe admittendam; ſed procedendum ad deductionem prædictam, Franch.dec.697. Ric.collect. dec.227.Paſchal.in tract. de vir.patr.pot.par.2.c. 9.n.44.*D.Conſiliar.Carleual.de iudicijs tom.2.lib.1. tit.3.inſpect.30.n.10.*

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, reſeruata facultate teſtandi ad pias cauſas, vel ad certum vſum, an ſic reſtricta valeat; fuit deciſum per Præſid. de Franch. tanquàm Arbitrum, donationem ipſam inualidam eſſe, etiam ex alijs cauſis, vt ipſe dicit in deciſ.594. Philipp. Paſchal.in tract. de vir. patr. poteſt.part.1. cap.8. num.120.

Donatio ſi ſit facta per conſanguineos viri vxori, ſi ad ſecunda vota tranſierit, ob quod de proprietaria efficiatur vſufructuaria, an filij ſecundi matrimonij poſsint vendicare medietatem bonorum donatorum à filijs primi matrimonij, fuit deciſum in fauorem filiorum primi matrimonij, Franch. deciſ.595. Molfeſ.in Commen.ad Conſuet.Neap. par.3.q.1.nu.4.& q.22.num.2. *Reg.Rouit.deciſ.12. num.14.*

Donatio ſi ſit facta per matrem filijs ſecundi matrimonij de omni eo, quod diſponere poterat, vel de iure conſuetudinario, an veniant integræ dotes, deducta legitima, vel tantùm decima pars, non fuit alitèr deciſum, ex quo apparebat, æqualitatẽ eſſe inter filios vtriuſquè matrimonij, Franch.deciſ.607. Molfeſ.in Conſuet.Neap.par.3.quæſt.14. Riccius collect. deciſ.198. *Cutellus de donat. to.1. diſcurſ.3.partic.10.n.21.de Marin.reſol.quotid.cap. 274.nu.31.*

Donatio facta à viro vxori an debeatur filijs primi matrimonij, vel diuidi debeat cum filijs ſecundi matrimonij; fuit deciſum, donationem ipſam reſeruari filijs primi matrimonij, excluſis filijs ſecũdi matrimonij, Franch.dec.632.num.5. Molfeſ.in Comment.in Conſuet.Neap.par.3.q.21. nu.4. & q.90.n.10.Ric.in collect.dec.51.Paſchal. in tract. de vir.pat.pot.p.3.c.10.n.47.

Donatio cauſa mortis ad hoc vt valeat requiritur numerus quinque teſtium, & quòd eodem contextu adhibeantur, & propterea fuit deciſum, quãdam donationem non valere, ex quo teſtes non fuerant omnes vnico contextu præſentes, Franch. dec.693. Ric.in collect.dec.225.

Donatio ſi ſit facta à patre filio contemplatione matrimonij certæ ſummæ conſequendæ poſt mortẽ, quam in morte pater reuocauerat, ſubſtituendo filio alium fratrem defuncto donatario, & alio extraneo hærede inſtituto, ſi in donatione rei donatæ concurrerent, & hæres extraneus inſtitutus, & frater ſubſtitutus, an eadem donatio cauſa mortis primo loco facta ob id iudicari debeat tanquàm facta inter viuos, vt indè extraneus inſtitutus admittatur, vel cauſa mortis; fuit deciſum in fauorẽ extranei inſtituti, & declaratum, donationem ipſam eſſe inter viuos, Franch.deciſ.436. Reg. de Pont.in tract.de pot.Proreg.tit.6.§.2.n.21.*Fontanell.de pact.nupt.gloſ.4.n.6.& ſeq.Reg.Capyc. Galeot.controu.21.n.7.& ſeq.*

Donatio facta ab vxore viro licèt non valeat, niſi quantum dederit vni ex filijs primi matrimonij,

an procedat etiam, quando eſſet facta filijs ſecundi matrimonij; fuit deciſum in fauorem filiorum primi matrimonij, petentium integram medietatem primatum dotium, Franch. dec. 435. Maſtrill. dec. Sicil. 175. n. 16. idem Franch. dec. 666. ſub n. 5. *Cutellus de donat. tom. 1. diſc. urſ. 3. partic. 5. n. 5. Merlin. de legitima lib. 4. tit. 2. q. 3. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 5. num. 197. & clauſ. 5. gloſ. 8. part. 3. nu. 2.*

Donatio facta filijs naſcituris ex ſecundo matrimonio iuxta diſpoſitionem l. hac edictali an valeat tanquàm facta in fraudem Conſuet. permittentis mulieri diſponere de decima parte dotis; fuit deciſum, donationem ipſam factam in capitulis matrimonialibus valere, nec aliter illius legis diſpoſitionem eſſe correctam per Conſuetud. Neapol. Franch. dec. 434. Molfeſ. in Conſuet. Neapolitan. par. 3. q. 11. n. 4. Ric. in collect. dec. 3.

Donatio ſi ſit [illegible] abſenti, & Notario ſtipulãte pro eo, [illegible] donans moriatur, an ei acquiratur [illegible] vtilis, abſq; ceſsione, ſiuè irreuocabiliter, vel reuocabiliter, vt non excludatur donatarius à donatione prætextu acceptationis nõ factæ; fuit deciſum in fauorem donatarij, Franch. dec. 339. Franc. de Amicis in titul. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. ex hoc etiam, nu. 3. f. 73. declarat, iſtam deciſionem intelligendam eſſe, vt idem donator antè acceptationem poſſit reuocare, non verbo; ſed alijs tradẽdo, alias tam ipſe, quàm hæredes ſui tenerentur non contrauenire, Pet. Caball. reſolut. crimin. cent. 1. caſ. 107. Molfeſ. in Conſuetudin. Neap. titul. de renunt. quæſt. 4. num. 14. de Pont. conſ. 147. ſub num. 32. vol. 1. Phil. Paſchal. in tract. de vit. patr. pot. par. 1. c. 8. nu. 148. *Borrell. in ſumm. deciſ. tom. 3. tit. 10. nu. 153. & 156. Fontan. de pact. nup. clauſ. 4. gloſ. 8. nu. 4. Reg. Capyc. Galeot. controuerſ. 4. in 1. addit. tom. 1. Ant. de Amat. var. reſol. to. 1. reſol. 30. nu. 5.*

Donatio omnium bonorum cum reſeruatione vſusfructus, ac facultate diſponendi de eis in morte, an ſit deducenda ex quarta bonorum vxori debita; fuit deciſum in fauorem vxoris, Franch. deciſ. 318. Io. Andr. Georg. in alleg. 22. donationem, nu. 26. Ricc. in collect. dec. 4. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 9. nu. 41. Conſ. Marcian. conſ. 38. ſub nu. 12.*

Donatio facta à patre filio in capitulis matrimonialibus ex nunc pro tunc ſequuta morte, & è contra, & in præambula hora mortis, cum clauſula conſtituti, an operetur tranſlationem dominij à die initi contractus donationis, exiſtente etiam promiſſione euictionis; fuit concluſum, quòd à die prædicto acquiſiuit actionem pro conſecutione bonorum donatorum, Franch. dec. 213. Fab. de Ann. in conſ. 1. in princ. Viu. dec. 434. num. 16. Molfeſ. conſ. 2. n. 31. Ric. in collect. dec. 71. *Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 21. par. 2. n. 77. Barbat. de aſſiſt. q. 7. n. 40.*

Donatio ſi fuerit facta à viro vxori de omnibus ſucceſſionibus ei delatis, & deferendis, etiam paternis, & maternis viuente matre viri ſinè eius conſenſu, an mortua matre inſtituta filia, & filio tantùm in legitima poſsit donataria non tantùm legitimam; ſed ét nouem partes dotis petere iuxtà Conſuet. Neap. fuit deciſum donationem ipſam non valere, Franch. dec. 89. Io. Andr. de Georg. in alleg. 29. num. 18. Franc. de Amic. in tit. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. prodeſt iſte, num. 4. f. 131. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. titul. de renunt. q. 6. n. 19.

Donatio propter nuptias, ſiuè antephatum, ac aliæ res donatæ tempore ſponſalitiorum, & legatum in ſe continens antephatum an debeatur hæredi mulieris per mortem viri, matrimonio nullo declarato; fuit deciſum, quod non, Franch. deciſ. 52. Nunt. Pellic. in Conſuet. Auerſ. cap. 5. num. 166. & de hoc puncto, ſi mulier lucretur dotarium, matrimonio nullo declarato ex legitima cauſa, ſcilicèt affinitatis, & ſi mulier ſciuerit impedimentum, ſiuè ignorauerit, amitteret lucrum, & ità obtinuiſſe in facto refert Lanar. conſ. 88. quem citat idem Pellic. in addit. ad cap. 4. incip. adde an mulier, fol. 122. Viuius in ſylu. commun. opin in opin. 1057. vxores duas, nu. 3. Molfeſ. in Conſuet. Neap. part. 7. q. 7. nu. 16. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 1. n. 69. tom. 1. Epiſc. Ric. collect. 2219. part. 6.*

Donatio facta à filijs matri, ipſa ſibi authorante, cùm fuerit tutrix relicta, & pro tempore curatrix, exiſtente ſubſtitutione filiorum reciproca, ac prohibitione, ne bona hæreditaria alienarentur infrà decennium, infrà quem terminum donatio ipſa fuerit facta, an valeat, & dato, quòd pro inualida reputaretur, ſi donatarij Religionem intrauerint, per quam fuerit facta ceſſio eidem donatrici citrà requiſita à iure quòad ſollemnitates ceſſionis, data dubietate Religionis prædictæ, eſſe in communi capaces, & virtute ſubſtitutionis factæ inter filios, aliquid non competere ſubſtituto defuncto antè mortem naturalem donantium; ſed ſubſtitutionem fuiſſe effectam caducam, tandem iudicauit Sacr. Conſ. donationem, & ceſſionem prædictas eſſe validas, Franch. deciſ. 14. Reg. Tap. in auth. ingreſſi, vet. ſua. c. 13. num. 13. C. de ſacroſ. Eccl. de Ponte conſ. 159. n. 1. vol. 2. *Cancer. variar. reſolut. tom. 3. cap. 2. num. 211. iterum tom. 2. cap. 1. num. 128.*

Donatio facta ab Vniuerſitate Baroni, vt ab eo eligatur in ſuam Cameram reſeruatam an valeat; fuit deciſum, quòd ſic, Reg. Rouit. in pragm. 5. nu. 22. de Adminiſtr. Vniuerſ. & prag. 3. de milit. n. 11. Ric. collect. dec. 775.

Donatio facta in codicillis à teſtatore in vltimo exiſtente vitæ ſpiritu ad interrogationem alterius, nec aliter teſtatore obloquente, an valeat, probata imperfectione carentiæ memoriæ, & intellectus teſtantis; fuit deciſum, valere donationem ipſam in beneficium donatariæ, concurrente etiam, quòd teſtator fuerat tutor tempore pupillaris ætatis, ac ſeruitijs præſtitis per eam teſtatori, Grammat. deciſ. 75. Gammà deciſ. Luſitan. 302. Borrell. conſ. 44. num. 39. Hieron. de Laurent. in repet. l. ſi emancipati, C. de Collat. num. 428. poſt ſuas deciſiones.

Donatio ſi ſit facta per hæredem alicui de re fideicommiſſo ſubiecta an poterit per hæredem hæredis vendicari res ipſa, petendo, donationem infirmari, exiſtente teſtatoris prohibitione; fuit deciſum, quòd ſic, Grammat. deciſ. 93. Franch. deciſ. 153. num. 17. Marc. Ant. Peregr. in tract. de fideicomm. art. 33. in princ. Reg. de Pont. conſ. 61. n. 14. Carmet. in Extrauag. Sicil. Volentes, §. non poteſt reuocari, nu. 8.

Do-

Donatio facta à patre fratri de bonis quibuſdam ſtabilibus paternis, & maternis an valeat in præiudicium ſororis in capillo exiſtentis; fuit viſum Sac. Conſ. quòd dicta donatio non ſit ſinè fraude, & ſeruitia aſſerta non erant digna tanta remuneratione, & ob id iudicatum fuit, donationem ipſam fuiſſe factam in fraudem dictæ ſororis, & ità non potuiſſe ipſam facere in ſui præiudicium, quā fraudare non poterat frater ſucceſſione bonorum antiquorum pro medietate, iuxtà Conſuet. Neap. Affl. dec. 370. nu. 18. & ſeq. Io. Andr. Georg. in alleg. 22. donationem, nu. 25. & alleg. 31. nu. 60. Reg. de Pont. conſ. 8. nu. 18. & conſ. 35. nu. 24. vol. 1. Sebaſt. Guazzin. in tract. de confiſcat. bonor. concluſ. 29. num. 62. Ricc. collect. dec. 126. nouiſſimè Marc. Ant. Pereg. in dec. Paduæ 109. n. 9. Farinac. conſ. 42. nu. 31. Reg. de Pont. conſ. 27. nu. 5. vol. 2. Maut. iunior alleg. 79. num. 2. Mart. in tract. de clauſul. par. 1. clauſ. 307. *Iacob. Gall. conſ. 122. num. 16. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 3. tit. 10. num. 381. & ſeq.*

Donatio facta patri, & filio nominatim per nomina propria cenſetur facta pro medietate, & ità concluditur per Afflict. deciſ. 393. num. 3. vſquè ad 7. & ibi Vrſill. nu. 3. *Andreol. controuerſ. iur. controu. 2. nu. 14.*

Donatio omnium bonorum quamuis de iure non ſubſiſtat, tamen erit valida quòad præſentia bona, virtute clauſulæ, omni modo meliori, quę facit donationem valere quòad præſentia, & ità de facto fuit deciſum, vt cenſet Vrſill. dec. 107. num. 4. Viuius in Sylua Commun. opin. in 207. opin. donatio omnium, nu. 6. Polydor. Ripa in obſeru. 136. num. 3.

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, etiam nominum debitorū ad hoc vt valeat, intelligi debet quòad præſentia tantùm, ſaltim quando non poteſt in totum valere; & ſic fuit deciſum in S.C. refert Vrſil. dec. 338. n. 3.

Donatio rei ſtabilis emptæ à patre filio facta an valeat, ſi fuiſſet facta in fraudem vicini ad euitandū ius congrui; fuit deciſum, valere in S.C. Vrſil. dec. 370. à n. 7. ad 11. licèt de tali deciſione dubitet ſub n. 10. cùm ſit contraria dec. 338. Affl. eum citat Viuius dec. 256.

Donatio feudi facta per patruum clericum eius nepoti, accedente Regio aſſenſu an valeat in beneficium donatarij, excluſa amita, & ſorore donantis ex pluribus defectibus aſſenſus, hoc eſt dùm in eo eſſet facta mentio per donatarium, tenere feudū legitimè, & pleno iure ex ſucceſſione paterna, & ipſe erat Prælatus, nec poterat ſuccedere, Secundò, ex quo narrabatur, quòd donatarius erat filius naturalis tantùm eius patris, & in veritate erat ſpurius, Tertiò, quoniam per donatarium fuerat narratum, non habere fratres, & ſic nèdum fuerat tacitum de ſorore, quæ ſuperuiuebat, verùm fuit negatum; hæc cauſa non fuit deciſa ob votorum varietatem, Capyc. deciſ. 32. Lanar. in conſ. 15. nu. 24. at Octau. Bammacat. in cap. ſi clericus, nu. 87. ſi de feud. defunct. mil. refert, fuiſſe deciſum, vt nec Cardinales poſſint ſuccedere in feudis, & Minad. in Conſtitut. In aliquibus, verſ. filiorum, nu. 5. & in 3. not. nu. 56. Regens de Ponte deciſ. 4. nu. 2. Catol. de Graff. in tract. de effect. cleric. in 4. effect. num. 119.

Donatio facta à muliere de omnibus eius dotibus, relicta legitima filiæ alicui abſenti cum clauſula in fine inſtrumenti adiecta, quæ omnia ſupradicta per me ſupradictum Notarium vulgaritèr ſtipulata fuerunt, an ſit valida, attentis verbis prædictis operantibus, vt cenſeatur, Notarium ſtipulaſſe pro abſente; fuit deciſum, non valere donationem ipſam, vt per Capyc. deciſ. 73. quem citat Ant. Gabriel. lib. 3. titul. de verbor. obligat. concl. 1. num. 96. Maſullus hic in addit. nu. 4. latè Bertazol. in tract. clauſul. in clauſ. 18. gloſ. 5. n. 14. Vrſill. deciſ. 134.

Donatio facta à ſorore fratri an cenſeatur in fraudē hęredis alterius ſororis maſculiatæ, dùm in ea concurrebant tria, ſcilicet donatio omnium bonorum, & fuerat facta coniunctæ perſonæ, & nulla ſpes erat procreandi liberos in donataria; fuit votatum pro donatione, ex quo iſta habens fratrem maſculum, & ſororem fœminam, donando maſculo non videtur feciſſe in fraudem; ſed potiùs ob conſeruationem familiæ, & honorem agnationis, Capyc. dec. 85. nu. 1. & 2. non tamen procedit hæc deciſio, quando eſſet diſparitas in gradu, vt conſiderat Anna in alleg. 55. nu. 11. Io. Andr. Georg. in alleg. 22. donationem, n. 29. & 42. cum ſeq. Reg. de Pont. conſ. 8. n. 17. & conſ. 35. nu. 24. vol. 1. & in tract. de poteſt. Proreg. tit. 8. in princ. nu. 8. & conſ. 115. nu. 2. vol. 2. Marcell. de Maut. in alleg. 79. nu. 3. *Iacob. Gall. conſ. 122. n. 16. Capan. de iur. releu. par. 4. q. 47. nu. 5.*

Donatio cauſa mortis facta per clericum concubinæ an valeat; quia in dicta cauſa conſideratum fuit; quòd non apparebat, quòd tempore mortis donantis, & ſic tempore donationis concubinatus durabat; votatum fuit pro donataria, Capyc. deciſ. 102. eum citat Anton. Theſaur. in deciſ. Pedemont. 111. vbi ait, ſecundùm dictam deciſionem fuiſſe deciſum in illo Senatu in fauorem donatariæ, Riccius collectan. deciſ. 149. Farinac. in deciſ. Roman. crimin. 4. litera E. Marcell. Calà in tract. de modo articul. & proban. gloſ. vnica §. 2. nu. 804.

Donatio facta alicui de certa ſumma debenda vita durante cuiuſdam donatarij an cenſeatur realis, vel perſonalis, ità vt tranſeat ad hæredes, vel non, & quid ſi inſinuatio erit neceſſaria, maximè vbi tractatur de remuneratione ſeruitiorum, quorum ſpecifica exquirebatur probatio; fuit iudicatum in fauorem hęredis donatarij contra hæredem donantis, attenta qualitate donatarij, & donantis, & ſeruitijs præſtitis, cum moderatione tamen, vt pecunia ſolueretur per duas præſtationes infrà duos annos, Capyc. deciſ. 203. Reg. de Pont. conſ. 31. num. 4 vol. 2. *Reg. Conſtant. in l. 1. & 2. C. de filijs Offic. lib. 12. n. 141.*

Donatio facta per Monialem exiſtentem in Monaſterio donatariam alterius Monialis certæ rei alicui laico conſanguineo an valeat in præiudicium Monaſterij; fuit deciſum, dictam rem donatam ſpectare Monaſterio, & ſucceſſiuè donationem ipſam non valere, Ann. alleg. 51.

Donatio feudi facta per feudatarium deſperatum de prole in beneficium matris filiorum patruelium in præiudicium neptis ex ſorore, accedente Regio aſſenſu an valeat, vt Terra in familia remaneret, diſcuſſis omnibus rationibus fuit per ſententiam

abſoluta donataria propter renunciationem ſororis feudatarij matris neptis dotatæ de paragio in ampla forma, quia illi agnati, & filij donatariç erát proximè ſucceſſuri, & propterea valuit teſtamentum ſinè aſſenſu, & dicta donataria potuit opponere de iure ſuorum filiorum excluſiuo, vt euitarentur lites, Ann. alleg. 55. Mart. in tract. de clauſulis par. 2. clauſ. 40. n. 4.

Donatio feudi noui queſiti per patrem facta filio ſecundogenito an iure ſubſiſtat, reluctante primogenito, ſi fuerit ſuper ea aſſenſus impetratus, nulla facta mentione filij primogeniti, licèt duo ex Cõſiliarijs tenuerint, aſſenſum fuiſſe validum, & donationem tenere, cæteri verò iudicauerunt, aſſenſum eſſe ſubreptitium, & condemnauerunt reos conuentos ad relaxandum poſſeſſionem feudi, ſiuè eius pretium, quamuis diſcuſſum fuiſſet, an donatio eſſet inoſficioſa, tamen ex priori capite obreptionis fuit cauſa determinata, Frec. de ſubfeud. lib. 2. in prima quæſt. num. 13. in fine, & 14. Reg. de Pont. in tract. de pot. Proreg. tit. 8. de refutar. feud. §. 10. in princ. *Reg. Tap. in dec. Ital. 2 n. 328.* ſed indè iunctis Tribunalibus S.C. & R.C.S. fuit iudicatum in fauorem ſecundogeniti pro validitate aſſenſus, & donationis, & confirmata prima ſententia die 14. Octob. 1568. Reg. Rouit. in pragm. 1. nu. 124. de titulor. abuſ. in ſcrib. ſub. & nu. 128. aliam addit ſimilem deciſionem inter Marchionem Gruptulæ, & D. Ioannem Sanchez Reg. Conſil. de donatione S. Arpini.

Donatio facta à patre filio primogenito de feudo ſinè aſſenſu Regio, vſufructu reſeruato an iure ſubſiſtat, quamuis mortuo ipſo filio relicta filia, idem feudum filio ſecundogenito cum aſſenſu donauerit; Concluditur per Loffred. conſ. 3. in dubio occurrenti, quòd talis refutatio non valet, & pariter reijcitur reſeruatio vſusfructus; ſed ſaltem ope exceptionis excluderetur filius, cui feudum refutatum eſt ſub inualida vſusfructus reſeruatione, & neutrum valebit; attamen contra eius opinionem deciditur per Ann. in alleg. 35. Reg. de Pont. dec. 4. n. 37. & ſeq. & in tract. de poteſt. Proreg. tit. de refutat. feud. §. 3.

Donatio facta certorum bonorum à fratre ſecundogenito primogenito contemplatione matrimonij contrahendi per dictum primogenitum cum aliqua, expreſſo nomine in capitulis, ſi effectum non habuerit tale matrimonium; ſed cum alia contraxerit primogenitus, an reuocari poſſit; fuit per Sacr. Conſil. reſciſſa, & fortè ex capite cauſæ non ſequutæ, Franc. de Amicis in titul. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. dicitur ſecundò contractus, in fine, verſ. & quia vidi aliquos, fol. 78. & in §. ſeq. incip. dicebam ego. fol. 79. defendendo donatarium concludit, cauſam matrimonij eſſe impulſiuam, non finalem, quando donator non expreſſerit, ſe aliàs non donaturum.

Donatio cauſa mortis facta ad pias cauſas per filiumfamilias an poſſit reuocari, concurrente licentia patris; in hoc concluditur, quòd non, & ità in facto fuit deciſum in S.C. refert Nuntius Pellic. in Conſuet. Auerſ. c. 3. n. 407.

Donatio contemplatione matrimonij facta à fratre minore in beneficium fratris maioris an reſcindi poſſit prætextu ætatis, metus reuerentialis, & læſionis, quamuis de tali læſione dubitaretur, in iure tamen læſio conſiderari videtur, quotieſcunquè deduceretur per modum conjecturæ ad interpretandum, vt cùm metus, vel dolus, aut ſeductio interuenerit, item dato, quòd diſpoſitio leg. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. etiam procederet in donatione contemplatione matrimonij facta; vndè talis donans cenſetur de liberis cogitaſſe, procederet hoc in donatione facta reſpectu proprij matrimonij, ſecus matrimonij alterius, vt in caſu iſto, & tantò magis non procederet talis diſpoſitio, cũ talis donatio ſic facta non cẽſetur ob cauſam, quare militare cernitur tex. dict. l. ſi vnquàm, & ob id per Sacr. Conſ. fuit iudicatum in fauorem minoris, reſciſſa donatione prædicta, etiam contra tertios poſſeſſores, Fab. de Anna in conſ. 73. verè fateor, per totum, & in fine num. 30. ponit deciſionem, idemquè confirmat in A. ottilla impreſſa in ſecundo vol. Conſ. poſt argumenta, incip. audiui aliquos, &c. verſ. caſus conſ. 73. deciſus pro Conſilio, referente Domino Io. Miltanza Conſiliar. Hiſpano, &c.

Donatio facta alicui Eccleſiæ ſub conditione, quòd dentur annui ducati 200. pro fabrica domus Profeſſorum, quæ conditio nunquàm fuit purificata, accedente quoquè defectu impoſſibilitatis donatricis non adimplentis totaliter detentionem, ac etiam commutatione volũtatis. ex diſpenſatione S.P. an valeat, non adimpleta conditione, vel ſi nõ fuerit cõditio; ſed modus, qui eſt cauſa finalis donationis, & cùm non fuerit impleta dat repetitionem datorum, & ſi talis modus deficeret ob impoſsibilitatem vitiaret diſpoſitionem in cõtractibus, item quòd dũm fuiſſet correſpectiua, vt titulum fundatricis donans conſequeretur, quo non obtento reuocarentur bona donata, ijs optimè examinatis, atq; reiectis fuit per S.C. iunctis aulis deciſum, validam, potiorem, & anteriorem eſſe donationem ipſam, vt per Io. Andr. Georg. in alleg. 21. validitas apparet, nu. 61. *Epiſc. Genuenſ. in tract. de Eccl. ſeu Practicab. Eccl. q. 128.*

Donatio facta à patre filio certæ quantitatis contẽplatione matrimonij, in quo interfuerunt alicui contrahentes ex parte vxoris, ſi fuerit retroceſſa per filium tantùm patri, citrà tamen conſenſum aliorum contrahentiũ, ob quod reddebatur nulla ex vulgatis deciſionibus, an cenſeatur valida, vel inualida, ſi filius per contra cautelam ſe pro quarta parte hæreditatis hæredẽ adſcripſerit, dictamq; partem adiuerit in præiudicium donationis, & contrahentium, atq; filiorum; Concluditur, retroceſſionem ipſam iuxtà aliàs deciſa eſſe inualidam, firmamquè eſſe talem donationem, cùm in ipſa ſint contemplatæ perſonæ filiorum; à qua totaliter imputatio, & collatio aberant, & ideò ſi aditio quartæ partis hæreditatis fuerit voluntaria, & potuit hoc fieri per vim in præiudicium filiorum, & aliorum contrahentium, & ex aditione abdicaretur donatio, confunderetur cum bonis hæreditarijs, & penitùs reſolueretur, aut aditio ex obligatione cauſata ortũ habuerit à retroceſſione, & cõtracautela, tunc dara nullitate ex prællegatis ceſſaret aditio tanquàm erronea; immò penitùs reſolueretur effectus, & executio prædictæ contracautelæ. quæ non potuit fieri in præiudicium vxoris, & filiorum illius, & ità ſecundùm concluſa fuit deciſum in S. C. iunctis Aulis, Reg.

de

Digitized by Google

de Pont.conſ.25.hæc cauſa,vol.1.vbi in fine ponit deciſionem,Molfeſ.in conſ.2.n.6. poſt Comment. ad Conſuet.Neap.

Donatio facta ab aliquo conceſſionario Regis de aliqua re,ſeù aliquo iure conſtruendi Turrim cũ Lanterna in Molo,ob commodum nauigantium, tam ipſi,quàm eius hæredibus,eius filio,quem nominauerat,eſſe legitimatum, & non alitèr de ipſa legitimatione apparebat,an valeat; Concluditur, quòd nõ includatur in diſpoſitione Principis prædicta,Sed quia eſſe poterat,quòd fuiſſet legitimatus reſcripto Principis, & quòd Rex intellexiſſet de hærede,cui aliquid pater poterat relinquere, ideò in hoc dubio non fuit facta tanta vis, Affl.deciſ.392.a n.21.ad 24.

Donatio ſi fuerit facta in ſpurium, vel ſimilem perſonam infrà duos menſes per conſanguineos debet reuocari, poſt excluduntur conſanguinei, & admittitur Fiſcus, Andr. de Capua in ſing.8. 14 ita benè ſic concludit,vbi Petrus de Mõteforte in addit. inquit, alia eſt additio ſimilis huic, & fuit D.Bartholomæi de Capua,& ita iudicatum fuit in cauſa Sueſſana cuiuſdã Octauiani de Sueſſa Aduocati Cõſiſtorialis. Amẽd.ad Frãch.dec.27.n.11.

Donatio facta à viro vxori ob remunerationem, vel recõpenſationem conditionis nobilitatis,pulchritudinis,& iuuentutis ſuæ,quaſi deperditæ nobilitatis,an amittatur ob tranſitum mulieris ad ſecũda vota, & ſucceſſiuè an militet in hoc diſpoſitio l.fœminæ,C.de ſecund.nupt.Concluditur,quòd nõ, & ſucceſſiuè diſpoſitionem d.l.fœminæ procedere in quæſitis titulo lucratiuo,& ita fuit in contingẽti caſu determinatum in Regia Curia Aquilana, & cõfirmatum per S.R.C. in cauſa appellationis, vt refert Franc. Viuius in ſylua commun. opin. in opin.535.mulier,poſt num.16.verſ.& licèt Afflict. *Barbat.de diuiſ. fruct.p.2.cap.3.n.167.*

Donatio facta filiæ an reuocetur per ſuperuenientiã aliorum filiorũ poſtmodùm ſuſceptorum;fuit pluriès deciſum in S.C.quòd ſic, & reuocata vſq; ad legitimam ipſorum,teſte Præſ.de Franch.in Conſuet.Neap.Si moriatur,ſub n.60,incip.ſed an poſſit dici, verſ. & quid ſi pater donauit filiæ natæ, fol.99.quem citat nouiſſimè Molfeſ.in Comment. ad Conſuet.Neap. par.4.q.26.n.2.

Donatio ſi ſit facta per patrem filijs naſcituris ex ſecundo matrimonio, & in teſtamento confirmata, & inſtituto hærede filio primi matrimonij,ad quẽ minor ſumma debetur, ſtãte donatione,an diſpoſitio l.hac edictali,C.de ſecũd.nupt.procedat;fuit deciſum, quòd poſtquàm legatum ſe referebat ad donationem, quòd deberet cẽſeri eiuſdem qualitatis,& proindè ſummam donatam deberi eidem donatario,citrà præiudiciũ legitimæ competentis filio primi matrimonij, Franch.dec.583.n.2,Molfeſ.in Comment. ad Conſuet.Neap. p.3.q.23.n.2. *Taſſon.de anteph. verſ.5.obſeru.1.nu.14.*

Donatio facta alicui conſanguineo de familia an cenſeatur facta in fraudem Conſuetudinis Neap. ſi donans ſibi reſeruauerit vſumfructum,& alia, & hoc,vt bona conſeruarentur in familia, & ſi tẽpore ſtipulationis eſſet infirmus, qui poſteà recõualuerit,fuit deciſum in fauorem donatarij,ſtante etiam renũciatione ſororum donantis actricium, Reg.de Ponte conſ.115.ſi magnificus,vol,2.

Donatio facta contemplatione matrimonij an dicatur in fraudem,per R.C.S.fuit iudicatũ,quòd non in cauſa Comitis Sinopolis, & aliorum, Reg.de Ponte conſ.117.ſub n.18. pars dicit,vol.2.& idem refert fuiſſe deciſum , donationem factam cõtemplatione matrimonij valere,citrà fraudem futurorum creditorum,in cauſa Ducis Veteris.

Donatio facta contemplatione matrimonij an dicatur cõditionalis,vel modalis,ità quòd mortuo donante res donata deduci debeat in hæreditate,de qua portio alijs ſucceſſoribus cõtingere poſſet vigore verborum in conditione , & lege , quòd teneatur donans cedere,& renũciare, concluditur, non alitèr eſſe conditionalem, ſed modalem,quia modus, vel cõditio appoſita poſt actum perfectũ, & in eſſe deductum,modalem actum conſtituunt, & transfertur dominium , & ex defectu modi datur actio,&c.& ſic ex his,& alijs congeſtis fuit iudicatum in fauorem donationis, licèt remaneat actio perſonalis pro cõſequutione portionis,Reg. de Ponte conſ.118.tract.Mag.vol.2.

Donatio facta alicui abſenti , & Notario ſtipulante pro eo , an nondùm facta acceptatione per donatariam,ſi moriatur donans cum tali voluntate,valeat in præiudicium hæredis , fuit iudicatum in fauorem donatariæ, quòd valeat per S.C.Reg.de Ponte conſ.120.fuit facta vol.2.

Donatio facta infanti , & Notario ſtipulante pro eo an valeat, bis fuit iudicatum in S.C.non valere in cauſa Violantis Brancatæ cum Ferdinando de la Bella,referente Altomare Reg.Conſil.ſecundò in cauſa illorum de Faleſio , referente Salernitano, Flau.Amend. ad Franch. dec.74.

Donatio facta contemplatione matrimonij , & filijs naſcituris ex eo an teneat,ità vt donatarius poſſit de illa diſponere , at facta diſpoſitione iam dicta creditores præferendi ſint filijs naſcituris , Andr. Molfeſ.in conſ.1.concludit in fauorem creditorũ , & licèt fuiſſet iudicatum per S.C.contra creditores, præſtando aſſiſtentiam ſuper omnibus bonis, exceptis bonis ei donatis, & filijs naſcituris,nihilominùs fuit deindè iunctis Aulis contrarium iudicatum in beneficium Creditorum , vt Idemmet ſubnectit in addit. ad dictum conſ.1. num.7.

Donatio facta per viam refutationis officiorum alicui an reuocetur per ſuperuenientiam filiorum,vigore l.ſi vnquàm,C.de reuoc.donat.fuit per S.C. reuocata donatio facta per Marinum de Forma, eius fratri Thomæ, cui refutauerat officia Magiſtratus Ciuitatum Sulmonis,& Lanziani,procreatis filijs poſtmodùm in anno 1564. referente tunc Regio Conſiliario Quadra . Io. Vinc. de Anna in Rub.de vaſall.decrep.ætat.poſt n.256. verſ. & cũ hæc cauſa.

Donatio facta à viro vxori ad euitãdum ius congrui domus emptæ per virum an iure ſubſiſtat,probata inſupèr poſſeſsione eiuſdem rei per vxorem, vt excluderet vicinum à iure congrui,quamuis enim ex iuris diſpoſitione expreſsè cautum ſit,donationẽs inter viros , & vxores irritas eſſe , ne mutuo amore ſe inuicem ſpolient, l.1.& ſeq. ff.de donat, inter vir.& vxorem , Tiraq.in l.ſi vnquàm,verſ.libertis. n.91.& ſeq.C.de reuoc.donat.Fuſc.in ſing. 125.lit.D.Duenn.in regul.221.donatio,tamẽ quãdo in ea appoſitum eſſet iuramentum, tenuerunt aliqui DD.citati ab Ant.Gabr. lib.3. comm.opin. tit.de donat.cõcl.3.& alij,quos citat Ricc.collect.

dec.

dec.799.valere,limitant tamen,concluſionem ipſam locum non habere, quando tale iuramentum eſſet appoſitum in contractu ſimulato,ſiuè eſſet aſſertorium,ſiuè promiſſorium,tunc enim non operaretur ex defectu conſenſus, vt tradunt DD. citati à dicto Gabr.ibidem n.10.& quòd talis donatio videatur eſſe ſimulata, ex cóiecturis apparet, primò ex vicinitate actuum, & tẽporis breuitate, vt dixit Maurus ſen.alleg.12.n.7.ſic enim donantes ad euitandũ congruum agunt,vt poſt emptionem donãt, indè ortum habuit vulgatum dictum, hodiè emo,& cras dono,& hoc caſu loco iuris cógrui eſſe in ſpecie dixit Napod.in Cóſuet.Si quis emit,de iure congr.n.42.& ibi Buccin.in addit.ad declarat, Benedel.in tract.de iure prothom.verbo ſimulatè donauerit,ſub n.12.& 13.ſecũdò præſumitur datio in ſolutum facta coniunctæ perſonæ ſimulata, vt dixit Affl. in tract. de iure prothom. §.4.verſ.item probatur,ſub n.2.& quæ magis perſona coniuncta ſit,quàm vxor,nam vna caro,vnum corpus iudicantur,in tantum quòd ſi vxor venderet rem viro,qui confiteretur,pretium recepiſſe, non valeret venditio,idem Affl.in loco citato in 3.notab. tertiò, dato,quòd valuiſſet hæc donatio in ſe,& vera fuiſſet, non animo fraudandi vicinos,cũ itaq; ſit ex iuris cenſurá expreſsè quælibet donatio inter coniuges vetita,vt dixi ſuprà,& lex dùm reſiſtit actus, nequit celebrari,durante obſtaculo, c.cùm perſonæ,de priuil.in 6.& qui vetãte prætore fecit,hic aduerſus edictum feciſſe propriè dicitur,l.qui vetante,ff.de reg.iur. & ſucceſſiuè nullitèr,l.fraus,ff.de leg.neq; caſus iſte inter limitationes à DD. traditas reperitur;tandèm in cauſa Victoriæ Scaglione donatariæ Sigiſmundi Grippo cum Io. Dominico Mirabaſſo, referente Regio Cóſil.Alphonſo Ximenes fuit deciſum in S.C.donationem ipſam non valere , & cõdemnat. ad relaxationem domus emptæ vicino , iuxta Conſuet. Neap.etiam ad expenſas , cùm interuentu doctiſſimi olim Præſidis Vincentij de Franchis,in Banca de Felice. *Barbat.de diuiſ. fruct.* p.2.c.... n.154. *meminit de iſta deciſione*. Io.Bapt.de Th. 10 V.I.D.

Donatio facta alicui per aliquam mulierem alicuius rei ſtabilis, quæ fuerat alteri priùs donata,ſcilicèt filio,an iure ſubſiſtat,probato metu per ſecũdu... donatarium illato mulieri, eo quòd clauſo oſtio, vt non exiret,niſi donaſſet,teſtes depoſuerant,fuit iudicatum per M. C. V. confirmando ſententiam Regiæ Audientiæ Hydruntinæ in fauorem primi donatarij,reuocando ſecundam donationem meticuloſè factã , Sẽpron. Aſcla decis.m.86. Nardus.

Donatio facta ab vxore viro magnæ quãtitatis abſq; ſcriptura, & citrà inſinuationem, exiſtente cauſa, an valeat,& iure ſubſiſtat,in facto apparebat,fuiſſe factam à Iulia Monaca Comitiſſa Miſanci donationem mille modiorum frumenti eius viro , vt Regi inſeruiret,& vt Turcæ à Prouincia Hydrũtina arcerentur,ad infringendam donationem ipſam duo principalitèr ponderabantur,hoc eſt defectus perſonæ , & rei , & proindè ex poſt facto in aliquo confirmari nequit, nec infrà ſummam 500. ſolidorum ſubſtinetur , per tex.in l.donationes,la prima, vbi Salyc.poſt n.3. C.de donat.inter vir.& vxor.quam opinionem,quòd in totum ſit inualida donatio, etiam donantis morte ſuperueniente, & ſic abſquè vlla confirmationis ſpe, tuetur Io.Lop. in repet.c.per veſtras,§.8 1.n.1.extrà de donat.inter vir. & vxor. & Ant.Gabr.commun.opin.lib.3. in tit.de donat.conc.1.n.57.quod plura,ſi negotiũ hoc ſecũdùm partis lecturam adhùc obtinere debet vxor,profectò in facto Comes deduxerat Comitiſſam ſibi elargitam,ad finem vt in neceſſitatibus militiæ tunc inſtantis,& in ſeruitio ſuæ Maieſtatis Comes erogaſſet;vndè cauſa donationis ſecũdum partem eſt militia, & ob id finalis eſt cauſa, ſine qua non valet, tùm quia proptea illam donatio prætenditur collata , ita Cyn. & Salyc. poſt Petr.de Bellapert. in l.generalitèr , C.de Epiſc. & cler.tùm quoq; cùm ad actus validitatem,perquã neceſſaria fuiſſet, alioquin circumſcripta prædicta cauſa alijs in caſu iſto totalitèr deficiẽtibus donatio colorari non valuiſſet,tãquàm prohibita inter cóiuges,& eò magis finalis cauſa eſt cẽſenda,cùm rẽ contineat fauorabilem,vt Regi inſeruiret,& vt Turcæ à Prouincia Hydrũtina arcerẽtur,ità Cyn. Alber & alij in d.l.generalitèr,Bart.Imol.Rom.& cæteri in l.2.§.vlt. ff.de donat. cum congeſtis per Tiraq.in tract.ceſſante cauſa.limit.1.nu.38.et 41. quò fit vt ſi donatio ob hãc cauſam emanauit, ſequitur clara iuris concluſio , quòd cauſa prædicta non ſequuta,nec formalitèr adimpleta,donatũ repetitur,toto tit.ff.& C.de donat.ob cauſ.Alber.in d.l.generalitèr,col.2.verſ.circa hoc tãtùm,& proindè tex.in l.quod adipiſcẽdæ dignitatis,ff.de donat.inter virum,et vxor. diſpoſuit, catènus ualere donationẽ , quatènus in dignitate de pecunia donatá fuerit impenſum,& ad idem tendunt tex.in l. ſed ſi mors, §.fin.& tex.in l.ſeq. ff.eo. quibus iuribus cauetur,donationem inter cóiuges factam ad refectionem domus in tantum valere,in quantum refectio fuerit ſubſequuta , vndè cũ ex rebus donatis nil in deſtinatam militiæ cauſam Comes erogauit, licèt id benè articulauerit,nil tamen probauit , nemo enim ex eius teſtibus id teſtari auſus eſt,poſtquàm Comes rem ſibi totalitèr donatam in ludis conſumpſit, vt probatũ extat,ideoq; cauſa prædicta non alitèr ſequuta Comes ad accepti reſtitutionem obnoxius ſine dubio remanſit , nec prætermittendum erit,duplicem conſumptionem ineſſe,quarũ vna eſt,quotiès bona fide, altera verò quando mala fide proceſſerit , prima ſiquidèm conſumptio ſicuti mutui à non domino facta, recõciliationem operatur,l.rogaſti,§.fin.& l.ſi à fundo,vbi DD.ff.ſi cert.pet.ità conſumptio bona fide concomitante, quod erit,dùm ſimplicitèr donãtis volũtas concurrit, inualidam coniugum donationem recõciliat,& ità intelligitur tex.in l.ſi mulier, §.in donationibus,ff.donat.int.vir.& vxor.hoc sẽtire videtur gloſ.in l.ſed & ſi lege, §.ſi quis re ſua, in verbo accepit,uerſ.item ibi habet,ff.de pet.hered.ſpecies cõſumptionis mala fide interueniẽte, prout eſt caſus,de quo agitur,poſtquàm cõtra donantis uolũtatem,non in militiam tũc contemplatam res donata per prætenſum donatariũ nequaquàm reconciliationem, ſeù confirmationem aliquam inualidæ donationis inducere potuit,DD.in locis alleg. quinimmò contra talitèr mala fide cõſumentem lex rem cõſumptam facit extare,ex regula tex.in l.quòd ſi dolo, ff.de rei vẽd.l.qui deſtituere,§.ſi verò non poteſt,ff.eo.l.rogaſti,§.ſi fugitiuus,uerſic.aut ſi dolo malo deſinant, ff.ſi cert.pet.

Nec

Nec obſtat tex. in l. de his, C. de donat. inter vir. & vxor. ex aduerſo adductus, qui loquitur in rebus bona fide conſumptis, vt dictum eſt, & inſupèr addendum eſt, quòd iſta donatio tanquàm excedens 500. ſolidos requirit ſcripturam, gloſ. in c. 1. de ceſ. in 6. & nihilominùs hic non adeſt ſcriptura, ſed duo teſtes vaſalli mendicati, & repulſati, quinimmò ſi vbi adſunt publica inſtrumenta donationis S.C. de donationibus iſtis inter coniuges modicā, aut nullā [illegible]ationem habere conſueuit, per iura per Gramm. in dec. [illegible] n. 2. allegata, quātò magis in caſu iſto, quocirca prætenſio partis donationē figurantis vndiq; corruit, & demum ità per S.R.C. deciſum fuit in fauorē ipſius Iuliæ, iunctis Conſiliarijs duarum Aulatum, referente doctiſſimo Conſiliario Vincentio de Franchis, deindè Præſide S.R.C. poſtulante quond. perito I.C. Fab. de Falco meo conſanguineo, cuius hæc allegationes in manus meas peruenerunt, quas prælo tradi curaui, Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Donatio facta per filiumfamilias eius ſocero de intereſſe dotium futuro per bienniū, abſq; conſenſu patris an valeat, cùm itàq; côtigiſſet in Terra Pedimontis de Aliſe donationem quandam factam fuiſſe per Hieronymum Brādum filiumfam. futuri intereſſe dotis per biennium Annibali de Agoſt. eius ſocero, citrà patris conſenſum, & proindè petitum à Io. Thoma Brando, eam reſcindi debere per S.C. pro confirmatione ſententiæ primo loco latæ per Iudicem Terræ prædictæ infraſcripta in iure allegata fuerūt per illum eximium I.C. quōd. meum patruū Fabium de Falco, Primò, quia figuratur id, quod facilius ſuadetur, cùm in prima inſtantiā d. ſocer illam obligare auſus non fuerit, itē quia teſtes eam deponētes ſunt domeſtici, affines, mendicati, & ſingulares, quibus nulla fides eſt adhibenda, & in hoc non refragatur tex. in l. conſenſu, C. de repud. etenim domeſtici nō probant, licèt actus ſit domi factus, quando alij extranei teſtes conuocari, & de facili nō adeſſe poterant, vt dixit Io. de Platea in l. quotiès, C. de naufrag. lib. 10. col. 11. verſ. intellige tamen, quem etiā ſequitur Præſ. de Franch. dec. 538. n. 11. Ceterùm in caſu iſto præſupponitur per partem aduerſam tempore remiſſionis dicti intereſſe plures adfuiſſe teſtes, vt legitur in ſuo art. 7. & 8. fol. 60. à t. dùm ibi deducitur in præſentia plurium, & diuerſarum perſonarum, & tamen non produxit, niſi quandam famulam, & quendam eius nepotem, & generum, qui proindè non probant, ex regula l. etiā, ff. de teſtibus. Secundò, quia ſi donatio, ſiuè pactum de nō petendo intereſſe verum fuiſſet, quod expreſsè negatur, non ſpontè, & liberè proceſſiſſet, ex quo dictam donationē ſocer figurauit in ſua domo factam, & quòd ipſe irrationabilitèr de hoc matrimonio erat ſatis iratus, rumorem nimis faciens côtra propriā vxorem, quę illud concluſerat, vt in ſuo art. 2. fol. 60. & teſtes ſuper 5. f. 67. latè poſuit, ex quo quidèm facto ſic ex aduerſo ſuppoſito oritur proculdubio metus, nedùm reuerentialis in adoleſcentem erga ſocerum terribilem, & iracundum, ſed etiam compulſiuus, dùm ſocer propriam côiugem indiſcretè ex hac cauſa verberare voluerat, Gener iuuenis, & manſuetæ qualitatis timere debuit, & ſuſpicari in domo ſoceri, & paria sūt aliquid fieri per metū, vel per probatiuam ſuſpitionem metus, Angel. in l. metum, ff. quod met. cauſ. ex quo non debet quis expectare periculū, Innoc. & Bal. in c. 1. quod met. cauſa, quinimmò meticuloſa etiā dijudicatur donatio, ſi precibus eſſet obtenta à præfato ſocero, quia importunæ preces metum inducunt, hinc, & quod pius, impetrata, & obtenta à Rege, ſiuè Pontifice propter importunitatem annullatur, ad tex. in l. 1. C. de pet. bon. ſubl. lib. 10. vbi notatur, quòd quando quis aliquid dat, vel promittit per importunitatē alterius, coactus, & inuitus dicitur dare, vel promittere, vt dixit Luc. in d. l. 1. in 2. col. verbo ſperare, qui allegat Innoc. in c. petitio, de iureiurā. vbi æquiparat iſta duo, obtenta per importunas preces, & obtēta per metum, vndè cùm iſta donatio eſſet meticuloſa, tantò minus erit obſeruanda, tertiò, eſto, citrà veri præiudicium, quòd donatio fuiſſet vera, & libera, prout nō fuit, adhùc alia ratione nō tenet, enimverò poſt figuratam remiſſionem fuit ab ea receſſum, & ſocer in ſe reuerſus ſedata ira, ſpontè poſteà propria manu capitula matrimonialia ſubſcripſit, in quibus hoc fauorabile intereſſe dotis expreſsè promiſit, donec dos ſolueretur, adeò quòd dum in ſubſcriptione nō ſe cautelauit, vel caſſando dictā ſuam promiſſionē intereſſe ibi ſcriptā, vel ſcribendo, nolle ad illud teneri, proculdubio ſibi præiudicauit, & à priſtina côuentione, & donatione receſſit, quę quidē ſua vltima promiſſio in ſcriptis præualet, & poſtquā vltima conuentio derogat præcedēti, ex regula tex. in l. pacta nouiſſima, C. de pact. tātò magis cū in aſſerto pacto de nō ſoluendo intereſſe nō interuenit aliquod verbum derogatoriū futuri actus, oportuiſſet enim, quòd tūc fuiſſet conuentum, quòd quamuis ſocer ſubſcriberet capitula, nō per hoc intēdebat approbare ſuā promiſſionē illic deſcriptā de ſoluēdo intereſſe, iuxtà cômunē diſtinctionē DD. in hac materia in l. non ſolū, §. morte, vbi Bar. in prin. & reliqui, ff. de oper. nou. nunc. Felin. in c. cùm M. Ferrar. de côſt. n. 68. & ſeq. & fortiùs, quoniā d. Annibal non probauit, eius ſubſcriptionē fuiſſe factā ſtatim, & incôtinēti poſt primā conuentionē, & niſi teſtes hoc ſpecificè deponant, non probant, etenim ſecundus actus ſubſcriptionis fieri potuit ex interuallo, & ſic præſumitur, quo caſu receditur à prima côuentione, vt notabilitèr decidit Bal. in d. l. pacta nouiſſima, n. 6. verſ. ex hoc aduerto, uerbo nā niſi teſtes, C. de pact. & idem etiā firmat Paul. Caſtr. ibi n. 7. re uera ultimus actus fuit ſubſcriptio capitulorum ex poſt facto, & ultrà quòd ſic præſumitur, poteſt etiam colligi ex art. 6. aduerſarij f. 60. & ex art. 7. in ultimis uerbis eod. f. à t. ultimò, ſiuè dicta donatio ſit prius, uel poſterius facta, ſemper erit nulla, tāquā facta à filiofam. abſq; côſenſu patris, contra formā Reg. pragm. de S.C. Maced. per quā omnes contractus, diſtractus, donationes, & pacta de nō petēdo abſq; paterno conſenſu prohibentur, ut per Bal. Ang. Paul. de Caſtr. Fulg. & Alex. in l. ſi unus, §. pactus, ne peteret, ff. de pact. & Tiraq. congerit alios in tract. de leg. connub. gl. 5. in tex. contracter, n. 4. Carau. in côměť. d. prag. §. 6. in uerbo audeat, n. 11. & licèt in contrahendo matrimonio nō requiratur conſenſus, id côtingit, quia agitur de re ſpirituali, & de Sacramēto Eccleſiæ, in quibus nō curatur patria poteſtas de iure canonico, quis ſecus eſſet de Iure ciuili, ut in leg. 2. ff. de ritu nupt. cū ſimilibus; copioſè Carau. in d. cômēt. §. 17. n. 51. ſed dos nō eſt

quid

Digitized by Google

quid ſpirituale,ſed tēporale, ergò ſubiacet diſpoſitioni legis ciuilis, & ſic prag. & ,pinde circa dotē procedit Iudex ſęcularis,& non Eccleſiaſticus, de reſpectu matrimonij tantū procedit Iudex Eccleſiaſticus,q̄a ſunt diuerſæ res, vt per DD.in l. I. ff.ſol.matr. multò fortius cōclusio præfata militat in caſu iſto,vbi agitur,no de dote,ſed de intereſſe ipſius, cuius reſpectu filiusfam. nil ſinē paterno conſenſu,& in præiudicū patris agere poteſt,pragmatica ſiquidē prædicta principaliter etiā voluit prouidere patribus,ne dāno propter filios afficiātur, vt late ,pbat idē Carau.loc.cit.§.6.n.15.& §.8. n.28.& Scagl.in eadē prag.in princ. optimè ſudat inter cętera,prag.editam fuiſſe,adeò,q, perſpicuè patet,ſine cōſenſu patris nullā eſſe donationē filij, & q̄uis pater hunc filiū habilitaueit in capitulis matrimonialibus ad recipiendū dotē,& intereſſe, & ipſius intereſſuriū,nō per hoc eū habilitauit ad donādū, & remit ere, donare eſt,vt in l.ſi mulier, ff.de c. .nd.ob cauſ.quę ad hoc allegat Iſernan c.1. n.6 q ſiue.teneant.conſenſus .n. paternus de vno contractu nō extēditur ad alium, vt ,pbāt iura allegata per eūdē Iſern.Camer. & alios in c.Imperialē,de ,phib.feud.alien.per Fedet. vndè hunc filiotam.& ſi ſolui,& ipſe acceptū ferre potuiſſet,iuxta l.1.ff.de duob.reis,nihilominùs prętenſā donationē facere nō potuit, cū nec terminū prorogare ſibi licuiſſet,vt in ſimili fatis proximo deciſum refert Frāch.dec.281. ſiq̄dē per filiū in capitulatione appoſuit,tanq̄ adiectum ſolutioni,qui proindè recipere ſolutionē,& non aliter paciſci,& donare valuit, iuxtà notat.per DD.in l.cum,qui,§.1.ff.de verb.oblig. Idcircò vndiq; nulla,& inualida cernitur prætenſa remiſſio tā iuſti intereſſe dotis pro oneribus matrimonij, & tot filiorū ex hoc matrimonio procreatorū,poſtremò pars vidēs malā ſouere cauſā,& q omninò tā ad dotē,q̄ ad ipſius intereſſe tenetur,dixit,q tāg ſocer nō tenetur,niſi in quantū facere pōs,deducto ne egeat, iuxtà notata in l.alia,§.elegātèr,& l.rei iudicatæ,§.fi.ff.ſol. mat.& l.Neſennius,§.fi.ff.de reiud.& ſimilibus, ſed hallucinatur,nā tale priuilegiū datum ratione reuerētiæ gener ſocero debet, ſed Io.Thom.Brādus,qui hodiè agit,& cuius principalitèr intereſt, nā ipſe ſubſtinet onera matrimonij,aliq̄ reuerentiā Annibali exhibere nō cogitur, & reſpectu ipſius ceſſat tale beneficium,ad notata in gl & DD. in l.ſi prior,ff.ſol.mat.Iaſ.& Hercul.in l.Neſēnius, ff.de re iud.vt aduertit & Præſ.de Frāch.dec.164. n.12.& 17.& proptereà rationabilitèr ſētētia primi Iudicis Terræ Pedimōtis condēnatoria ad dictum intereſſe venit cōfirmanda, nulla habita ratione de decreto ſecundi Iudicis, qui nemine audito,ac præcipitantèr illam in peius reformauit,& itá deciſum fuit per S.R.C.confirmando primam ſententiam,iuxtà allegata, referente Reg.Conſil. Alderiſio cauſæ Cōmiſſ.in Banca......patrocināte quond. expertiſſimo I.C. Fabio de Falco meo patruo, ex cuius allegationibus hæc exemplaui, vt prælo darentur.Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Donatio facta à patre, & matre ſimul alicuius domus filio cōtēplatione matrimonij ſeuſq; hæredibus, & ſucceſſoribus ex d.matrimonio naſcituris cū clauſula,ad ſemper habēdū domū prædictam, tenendū,vendendū,& alienandū,an iure ſubſiſtat ex infradicendis cauſis,& primò,cùm talis domus dotalis eſſet eius matris,ideò donari non poterat, ſecundò ex eo, quia donans ipſa maiorem partem facultatis donāuum abſorberet, & ſine ea viuere donantes ſenes no poterant,alτιmq; filiā in capillo habentes, tertio,ex eius inoſſicioſitate,quartò, ex tali donatione mater donans indotata remāſerat,quintò,eo q mater donans per metum,& violenti an donauerat, vltimò, cum ſit facta donatio eius filio in poteſtate conſtituto, & ob id cū eſſet donatio ipſa profectitia,vſumfructum parentibus de iure deberi, eapropter nullatènus ex iſtis cogi poterant parentes ipſi ad extractandum ex domo donata, ad primum pro defenſione donatarij dicebatur, ſiguratā cū alitèr probatū apparebat, non eſſe dotalē, & quando verè dotalis eſſet,militaret regula tex.in c.cum contingat,de iureiur.de qua per Bar. in l.ſi quis pro eo, ff.de fideiuſſ. nam fundus dotalis benè cū iuramento donari poteſt, nec ſecundum obſtabat,eo quòd in facto demonſtratum fuerat ex probationibus, vltrà domū donatam donantes poſſidere quādam aromatariam cum apotheca, & cameta cum alia domo pretij duc. 700. ſimilitèr tertium non obſtabat duplici ratione, primò, cùm ex allegatis contrarium probatum apparebat, multa alia bona ſupereſſe,quapropter donatio immoderata ex querela inofficioſæ donationis nō habet locū,patre donante viuo,ſed eo mortuo, vt voluit gloſ.in l.ſi totas,C.de inoffic.donat.in verbo dettaclū,in fine.Immò donatio omnium bonorum præſentium adhùc valet,vt in caſu noſtro,vbi non proptereà tollitur teſtandi facultas, cùm adſit aliquid,de quo donans poſſit teſtari,vt per DD.in l.ſtipulatio hoc modo concepta,ff de verb.oblig. Iul.Clar.in §.donatio, q.19.verſ.& ex hac,circa quartum dicebatur,nullo iure prohiberi mulierem cum conſenſu viri donare in beneficium filij cōtemplatione matrimonij, ad hoc vt filius ducat vxorem nobilem, quæ aliàs ſine tali donatione matrimonium non contraxiſſet, vt dicunt DD.in l.ſi conſtante, C.de donat.C.uoniſt.d.c.cùm contingat,ſiquidèm alienatio, ac donatio rei dotalis conſtante matrimonio cum iuramento facta valida cenſetur, & caſus prag.1.de S.C.Velleian.nō obſtat, ex quo mādat, omninò obſeruari Senat.Conſult.& q ei non poſſit renunciari, q ſiquidèm Senatuſcōſul.tantùm loquitur in muliere pro alio fideiubente,non autē in muliere donante, quia donare non prohibetur, firmat Cepolla conſ.17.num.3.in fine, & ob id ſiguratur indotatio donantis, quintum autem corruit ex pluribus, primò cùm quædam mulierculæ modicæ fidei id deponebant,proptereà non credendum, ſecundò ex qualitate d.matris,quæ erat virago, & maritum paruifaciebat, & de ea maritus timoratus erat, ſicq; probatum, & demùm cū eſſet periura, nam promiſerat non contrauenire donationi, omninò repellenda erat, vulgatis iuribus,nec ei abſolutio iuramenti proderat,cùm poſt litem ceptam ipſam obtinuerat, vltimum inficiebatur, nam quòd in bonis profectitijs à patre filio donatis de iure pater non habet vſumfructum, ſecundùm gloſ. & DD.in l.frater à fratre, ff.de cōdit.indeb. Iaſ.in l.2.§.quod ſi in patris, ff.ſol.matrim. latiùs comprobat Aym.Crauet. conſ.39.nu. 14. & quamuis enunciatum ſit in donatione ipſa, quòd caſu, quo filij ex hoc matrimonio naſcituri mo-

moreretur, vel nati poſteà infrà legitimã ætatem, vel poſteà quandocũq; ab inteſtato morerentur, ſeruata forma dictæ donationis, tũc reſolueretur dicta donatio, & domus reuerteretur ad donãtes, ſed interim donatio eſt pura, & valida, non .n. ex hoc ſequitur, ꝙ donatio ſit conditionalis, etenim eſt pura, ſed reſoluẽda ſub cõditione, iuxta tradita per DD. in l. 2. ff. de cõd. indeb. & in l. quibus diebus, §. quidã Titio, ff. de cõd. & demõſt. Ruin. conſ. 182. n. 7. vol. 1. ex quibus omnibus cõcluditur, donationem ipſã eſſe omni iure validã, oppoſitis exceptionibus ex aduerſo, vti de iure nõ nullitãtibus nõ obſtantibus, & ità iudicatũ fuit per M.C.V. referente olim Frãciſco de Vera, tũc Iudice M.C.V. in cauſa Innocẽtij Muſchi, & Antoniȩ Thomaſinȩ cõiugũ de Licio donãtium, cũ Bello de Muſco eorũ filio, & donatario, matrimoniumq; cõtrahente cũ Lucia Pirice, ſub patrocinio quõd. mei clariſſimi patrui Fabij de Falco I.C. Neap. ex cuius vol. alleg. hæc recollexi. Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Donationes factȩ per patres filijs cõtẽplatione matrimonij an poſſint in partem reuocari per filios in beneficium patrum, & in præiudiciũ contrahẽtium; fuit concluſum, quòd non, Franch. dec. 205. Io. Frãc. del Caſtillo dec. Sicil. 51. n. 8. Reg. de Põt. conſ. 25. n. 2. vol. 1. & in tract. de poteſt. Proreg. tit. 6. §. 2. n. 22. Molfeſ. conſ. 2. n. 2. & conſ. 11. hanc deciſionem citat Franc. de Amicis in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. §. nolui tamen, in fin. fol. 215. vbi refert, fuiſſe in S.C. iudicatũ in fauorem matris donatariæ eius filij, cui fuerat facta donatio à matre cõtemplatione matrimonij certorum introituum ſũmæ notabilis, & donatio filij facta matri loquebatur de fructibus tantùm, qui erant viri, & dominium ipſorum non abſceſſerat à donatario, idem Molf. in add. ad conſ. 9. n. 18. citat aliam deciſionẽ, Philipp. Paſ. Ital. in tract. de vir. pat. pot. p. 1. c. 4. n. 36 Anell. Amat. conſ. 6. nu. 35. & ſeq. *Iallong. var. cent. 19. n. 4. Caſtill. dec. 106. n. 8. Conſil. Theod alleg. 45. n. 20. Conſil. Gizzarell. dec. 22. n. 14. Cæſar Mnẽt. dec. Mantuæ 31. n. 14. Borrell. in ſumm deciſ. tom. 3. tit. 10. n. 400. & tit. 11. n. 163. Fõt. ncl. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 1. n. 19. Cancer. var reſol. to. 1. c. 8. n. 34. & 36. Maſtrill. dec. 301. nu. 8. Dn aud. dec. 40. nu. 29. Ripol. var. reſol. c. 9. n. 35.*

Donationes immenſæ, ſeù legata factæ, ſeù facta per vxores viris an commenſurari debeant cauſis expreſſis in eis, vtputà ſi eſſent facta ob remunerationem, quæ eſt cauſa obligatoria, Oldr. conſ. 226. n. 8. concludit, ꝙ quãdo cauſa eſſet vera, & obligatoria, tunc cauſa, quæ præcedit frænat, & limitat actũ, & proindè donatio debet cõmenſurari meritis expreſſis, & per hoc conſ. aliàs obtinuiſſe, & iudicatum fuiſſe tradit Frãc. de Amic. in tit. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. hoc etiã verbũ, nu. 1. & 3. f. 68.

Donatiua, quæ imponuntur in Regno an ſint iudicanda ſicut adhoæ, ſtante pacto, quòd pendente ſolutione non poſſit imponi adhoa; fuit iudicatũ, quòd ſic, & ità in fauorem Fiſci, Io. Anton. Lanar. conſ. 57. ad tollendam nouiſſimam.

Donatiua facta à ſponſo ſponſæ nõdùm matrimonio cõſummato, ſi ſponſa deceſſerit, an ſint reſtituẽda ſponſo; fuit deciſum, quòd ſic, deductis tamen expenſis factis in veſtibus præparatorijs, & mercede ſoluta aſportatori donorũ, Franch. dec. 503. Sed ſi eſſet oſculata tantùm ſponſa, ex dictatem lucraretur donorũ; vt fuit deciſum in S.C. teſte Frãch. ibi. n. 8. Io. Andr. de Georg. alleg. 45. nu. 31. Nunt. Pellicc. in Conſuet. Auerſ. c. 1. n. 148. & c. 2. n. 130. Molf. in Conſuet. Neap. p. 7. q. 8. nu. 6. Io. Franc. del Caſtillo dec. Sicil. 93. Ricc. in prax. var. reſol. reſol. 493. in fi. Maſullus ad Capy. dec. 65. n. 4. vbi refert, fuiſſe deciſum in S.C. vt medietas antephati debeatur mulieri, quæ fuit oſculata per Procuratorẽ à Viro conſtitutum ad hunc actum; ſed ſi pacto conuentum fuiſſet, vt pro oſculo aliquid certum debeatur, debet integrè ſolui promiſſum, vt fuit nouiſſimè iudicatum in M.C.V. inter D. Petrum Mazullũ Procuratorem Apolloniȩ Mazullæ, contra Victoriã Adimari hæredem viri oſculantis, referente Iudice Morales, in Bãca Saluſtij Lãzettæ. *Borrell. in ſumma deciſ. tom. 3. tit. 9. n. 105. Ill. Epiſc. Genuẽſ. in tract. de Eccl. aliàs practicab. Eccl. q. 210.*

Donatiua tranſmiſſa à ſponſo, ſponſæ antè contractum matrimonium, ſeù conſummationem illius, an cenſeantur donata, ità vt ſoluto matrimonio debeantur vxori, infraſcripta breuitèr allegata fuerũt inter cȩtera ab illo viro omnium virtutum prædito, recolendæ memoriæ quondam Fabio de Falco in cauſa Hippolytæ Mondello cum Hæredibus quondam Io. Mariæ Bartilis. & ſolùm dubitatur per hæredes prædictos, an bona, & iocalia prædicta tradita, & donata per quondam virum ſuum per ipſos, vt ſuprà, cenſeantur verè donata in totum, vel in partem, vel commodata ad vſum, vt prætenditur per ipſos; verùmtamen ſtantibus probatis in proceſſu, ex quibus apparet, dictum quondam Io. Mariam eius virum tradidiſſe, & expreſsè donaſſe prædicta bona ipſi Hippolytæ in domum patris ipſius, antequam fuiſſet deſpõſata, vt moris eſt, ac de vera voluntate, & intentione donandi declarata, & confirmata per dictũ quondam eius virum, indubitantèr concludo, nõ ſolùm de iure Conſuetudinario per aſportationem ad domum prędictam, ſed etiam de iure communi illa verè, & realitèr fuiſſe donata, & eſſe in dominio ipſius vxoris, ità conſuluit Ang. in conſ. 251. Nicol. Tartagni, diſtinguens, quòd aut conſtat, quòd vir voluit donare, & ſunt uxoris, aut ſimplicitèr miſſum, & ſolùm veſtes quotidianȩ intelliguntur donatæ, & ità ſimilitèr diſtinguit Alex. in l. ſi is, qui quadraginta, §. dos legata, ff. ad l. falc. nu. 2. dicens, hanc eſſe communem opinionem, quam refert, & ſequitur Iul. Clar. in §. donatio, q. 10. in fin. dicens, ab ea in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, & in ſpecie, quòd ſint in dominio vxoris, quando maritus, ſeù ſponſus donare uoluerat, eſt tex. in l. ſi mater, C. de donat. antè nupr. iuncta l. conſentiente, C. eod. l. ſi ſeruus communis, ff. de donat. idem tenet Ant. de Butr. conſ. 37. in 2. dub. Iaſ. in §. arrogato l. ſi plures, ff. de uulg. & pupill. Corn. conſ. 81. uol. 2. col. pen. & alij, quos breuitatis ſtudio omitto. Prætereà quando à ſponſo ſponſæ fit donatio, indubitati iuris eſt, ualere donationem, l. ſponſus ſponſȩ, & l. pen. ff. de don. int. uir. & uxor. quos refert Cagnol. in l. contractus, nu. 35. ff. de reg. iur. dicens in terminis queſtionis noſtrȩ, num. 34. quando expreſsè donantur, & à ſponſo ſponſȩ, uerè effici uxoris, & hanc eſſe ueram diſtinctionem, & à DD. approbatam, & ſic in caſu noſtro, ut dictum eſt, conſtat per probationes de uoluntate, & intentione uiri uolentis uerè

donare,

donare, & ſi facta à ſponſo ſponſę antè contractum matrimonium, nulli dubium eſt, etiam de iure communi, quòd illa cenſeantur donata, & ſint in dominio vxoris: Hodiè verò de vſu non ſcripto Ciuitatis Neap. ſi ſponſus mitteret ſponſæ veſtes, iocalia, & ſimilia, ſine dubio cenſentur donata, vt refert Capyc. in add. ad Napod. in Conſuet. Si qua morìes, in verb. ad vſum, qui licèt dicat, de cõſuetudine Capuanæ, & Nidi, fuit tamen hodiè extenſa ad omnes ciues, vt quotidiè videmus, & vbi vigeret dicta Cõſuetudo, eſſet ſeruanda, vt dicit Bald. in l. cùm in te, in fin. C. de don. antè nupt. quẽ ſequitur Alex. d. §. arrogato, ità tamen, quòd hodiè, vt dixit Præſ. de Franch. dec. 503. iſta donatiua ſunt redacta ad neceſſitatẽ, vt dentur decem pro cẽtenario. Nec obſtat dec. Affl. 315. cum allegatis per eũ, & ſimilibus, quia loquuntur poſt cõtractum matrimonium, & vbi non erat dictum, nec cõſtabat, an vir donauerat, prout in caſu noſtro, & colligitur in fine deciſionis prædicta, & in quantũ dicit de ſimpliciter traditis in domũ patris ſponſæ, hodiè eſt receſſum ab illa obſeruantia, & deciſione prædicta, vt per prædictas, & alias deciſiones S. C. per quas ità fuit inductus ſtylus iudicandi ſecundũ prædictã opinionẽ, qui ſtylus inducitur, ſi bis ità fuerit iudicatũ, Præſ. de Franch. dec. 91. n. 16 per doctrinã Andr. in c. 1. col. 7. verſ. vndè ſi bis, de his, qui feud. dar. poſſ. & gl. in l. 2 C. de Epiſc. aud. & eſt pro lege obſeruãdus, Affl. dec. 255. n. 3. Cataul. tit. 260. n. 7. & tit. 79. nu. 12. & demùm hæc quæſtio reſoluitur per Napod. in Conſuet. Quartã autem, in tit. de iur. quart. in verb. à quo viro ſuo, verſ. ſed quid dicemus in donatione, n. 22. & 24. f. mihi 253. in fin. vbi diſtinguit, quòd aut donatio eſt facta antè nuptias, & valet, aut eſt dubium, & tùc aut eſt facta donatio in domũ patris, & valet, vt à ſponſo ſponſæ, ſecùs autem in domum viri, ad quod alleg. tex. not. in l. cùm in te ſimplicem, C. de don. antè nupt. & l. Seia, §. fi. ff. eod. ex qua doctrina credo, eſſe inductam prædictam obſeruantiam in Ciuitate Neap. quòd tradita vxori in domum patris ſint donata, & per eam fortaſsè ità deciſũ pluriès per S. C. vt in cauſa Comitis Loreti, & aliàs in cauſa Virgiliæ de Guadio, & alijs innumeris, & nouiſſimè in cauſa Ioa. Leonardi Borrelli, referente Reg. Conſ. Scipione Conſtantio, penès de Mõdellis, hæc ille. Additio. hodiè verò iſta donatiua alitèr fuerũt taxata, quã olim dabantur ad rationẽ duc. 10. pro centenario, vt dixit Franch. d. dec. 503. nã attenta qualitate dotium, pro dotibus duc. 4000. infrà, antephatũ erit pro tertia parte, & donatiuũ ad rationẽ 8. pro centenario, in dotibus duc. 4000. ad decẽ mille antephatũ erit ad rationẽ duc. 25. p centenario, & donatiuũ ad rationem duc. 6. pro centenario, in dotibus duc. 10000. ad 20000. antephatum erit ad rationem duc. 20. pro centenario, & donatiuum ad rationem duc. 5. pro centenario, ſin autem dos erit duc. 20000. in duc. 30000. antephatum erit duc. 15. pro centenario, & donatiuum ad rationem 4. pro centenario, in dotibus verò duc. 30000. ſuprà, tàm antephatum, quã donatiuum erit iuxtà conuenta inter partes, dummodò antephatum non excedat ſummam duc. 15. & donatiuum ſummam duc. 4. vt nouiſſimè diſpoſitum eſt ad ſupplicationem huius fideliſſimæ Ciuitatis in pragm. vnica, de donat. propter nupt. ſiuè quartæ, vel anteph. *Hector Capyc. Latro deciſ. 49. n. 3.* Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Donator, qui fundũ alicui donauit cum pacto, quòd poſt certum tempus ſit alicuius Eccleſię, an poterit donatario poſteà remittere, & Eccleſiæ præiudicare; fuit iudicatum ſecundum opinionem Bal. dicentis, poſſe id facere, non tamen eius hæres; Affl. in c. 1. n. 9. ſi vaſal. feud. priuet. cui deb. applic. Grati. in diſcep. forenſ. q. 575. n. 7. tom. 3.

Dos inofficioſa an reuocari poſsit, etiam quòad fructus à tempore litis conteſtatæ; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 558. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 26. n. 12. Ricc. in collect. dec. 180. *Larrea dec. Granat. 67. n. 35. tom. 2.*

Dos ob ſtuprũ commiſſum per viduã an amittatur, & quid in donatione propter nuptias, ſeù antephato; fuit reſpectu dotis deciſum, quòd non, tàm ſi fuerit infrà, vel poſt annũ cõmiſſum; ſed quòad antephatum non fuit deciſum, Franch. deciſ. 669. videnda eſt deciſio Lypſiæ 28. teſte Iacobo Thomyngio idem referẽte, in illo Senatu fuiſſe obſeruatum, ſatis eſſe iam eſſe mulctatos integri biennij cuſtodia, & ità reſponſum Principi, accedente voto aliorũ Iudicantiũ. Viſcon. ad Franc. dec. 421.

Dos an lucretur per virum licitè occidentem vxorem; non fuit deciſum, Franch. deciſ. 678. & infrà verb. dos extat deciſio antiqua, Ricc. in collect. dec. 497. & 236.

Dos an ſit reſtituenda vxori facta ſeparatione matrimonij quòad thorum; licèt non fuiſſet deciſum, tamen concluditur, quòd ſic, & eo caſu debet præſtari cautio, quando ſepararetur ob ſæuitiam viri, & quando ſepararetur quòad thorum ex culpa viri, vxor lucraretur donationẽ, & è contra, Frãch. deciſ. 244. quem citat M. Anton. Genuenſ. in praxi Cur. Archiep. Neap. c. 27. n. 3. Reg. de Ponte dec. 24. n. 12. Card. Seraph. deciſ. Rom. 1308. *Reg. Capyc. Galeot contrau. tom. 2. contrau. 61. n. 27. & contrau. 62. n. 27.*

Dos an ſit reſtituenda vxori adulterium cõmittenti prætenſo conqueſtu mariti per teſtes duos diuerſos probato, fuit deciſum contra hæredes viri, vt teneantur ad reſtitutionem dotis, Franch. dec. 184. Nunt. Pellicc. in Conſuet. Auerſ. c. 4. nu. 180. Maſtrill. dec. Sicil. 57. n. 3. Philipp. Paſchal. in tract. de vir. pat. poteſt. p. 1. c. 5. n. 51. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gl. 3. p. 12. n. 5.*

Dos inofficioſa à patre, vel matre filiæ ſi ſit tradita, p quã minuitur legitima aliorũ filiorum, an ea mortua poſſint filij quærelã inofficioſæ dotis intẽtare contra virum, vel expectare, quòd vir moriatur, & dos reuertatur ad vxorem; fuit deciſum, quòd nõ, contra Paul. de Caſtr. Gramm. dec. 90. Vrſill. deciſ. 86. nu. 1. Molfeſ. in Conſuet. Neap. p. 4. q. 26. nu. 7. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. p. 3. n. 77.*

Dos promiſſa conſtitui per virum non Nobilem vxori Nobili, ſi matrimonium fuerit ſolùm contractum per verba de præſenti, non ſequuta copula carnali, nec fuerit traducta in domum viri, an debeatur ab hæredibus viri uxori; fuit deciſum, quòd ſic, Afflict. deciſ. 61. num. 4. & 5. quem citat Frec. in addit. ad Conſuet. Quartam autem, incip. an iſto caſu, f. 254. qui aſſerit, aliàs fuiſſe deciſum, iuxtà prædictam deciſionem, Aloyſ. de Leo l. 1. C. de donat. antè nupt. num. 9. Iacob. Thomyng. deciſ. Lypſiæ 36 Marta voto 122. Theſaur. lib. 2,

quæſt.

quæſt.forenſ. q.60. num.4. Roland. de lucr.dot. q.106.num.9. Molfeſ.in addit.ad eius Comment. Conſuet.Neap. par.3.q.21. num.11.

Dos promiſſa conſtitui per virum nō Nobilem vxori Nobili, & ſoluto matrimonio contracto per verba de præſenti,non ſequuta copula carnali,an debeatur prædictæ vxori tranſeunti ad ſecunda vota poſt annum; fuit deciſum, quòd ſic, Afflict. deciſ.61.num.6.Pariſ.conſ.95.vol.2.num.41. Michael Craſſ. inter commun.opin.,tit.de dot. promiſſ. num.24. Theſaur.citat. in præcedenti deciſione.

Dos confeſſata per virum in inſtrumento dotali, in quo promiſit fideiuſſores dare de dotibus reſtituendis ſoluto matrimonio,& è conuerſo pro patre mulieris promiſſum,habitis fideiuſſoribus integras dotes eidem dare, an facto caſu diſſolutionis matrimonij poterit peti à patre contra virum; fuit deciſum, eſſe abſoluēdum maritum ob talem dotem confeſſatam, quam realitèr nō habuit,nec potuit fideiuſſores dare ob paupertatem, Afflict. deciſ.323. Phanuc. de lucr.dot.§.reſtiruendum, nu.45. *Borrel.in ſumma deciſ.tom.3.tit.5.num.*101.

Dos data puellę an poſſit per dotantem reuocari ob ingratitudinem,vel ob ſuos malos mores; fuit deciſum, quòd ſic, vt tradit Vrſill.deciſ.111.ſub n.7. Marta voto 36.num.8. & voto 188.nu.5. Amend. ad Franch. deciſ.82. num.3.

Dos mulieris excluſæ propter maſculos à ſtatuto vtrū remaneat penès filios, an verò reuertatur ad dotantem;non fuit deciſum,ſed concluditur cum opinione Ioann. vt de iure communi in tali caſu reuertatur ad patrem, Capyc.deciſ.176.à num,6. ad 14. licèt contrarium fuiſſet deciſum in S.C. vt actio recuperandæ dotis ſpectet ad filiam ſoluto matrimonio,& non ad hæredes patris promittentis, Franch.in Conſuet. Si qua moriens, in addit. incip.an autem in hac decima parte,fol.195.& dixi ſuprà in verb.actio, Minad.in Conſt.In aliquibus,in 3.not. num.11.in fin.

Dos materna an detur filijs ex conſuetudine generali eorum fauore; concluditur,quòd ſic, Capyc. deciſ.176. num.28.

Dos an lucretur per virum occidentem vxorem ex cauſa adulterij, fuit deciſum in Sac.Conſil.contra virum,qui non accuſauit, Grammat.in Conſtit.Si maritus,à num.4.ad 6. vide ſuprà eod.verb.dos.

Dos Monialium debet eſſe ſolita dari Monaſterio, quamuis alitèr iudicatum fuerit per S.C. in occurrenti caſu, Stephan.de Gaieta in addit.ad Cōſuet.Si moriatur, §.eas autem, incip.de hac quæſtione fol.100. quam deciſionem declarat Capyc. in addit.ibi,incip.an autem hæc Conſuetudo,fol. eod.vbi inquit, quòd in illa cauſa Gloſſ.Conſuet. fuit intellecta, vt procedat, vbi Monialis fuerit profeſſa,& tunc paragium ſit legitima; ſed ſi non eſſet profeſſa, quia poſſet exire à Monaſterio, & nubere,tunc poterit petere paragium,ſicuti quælibet mulier non nupta, vbi refert aliam deciſionem, & vidiſſe proceſſum ſuper hoc agitatum in S.C. vbi lata ſententia fuit deciſum, quòd condemnentur conuenti ad præſtandam, & ſoluendam actrici, quæ aſſumpſit habitum moniale, & dicit,ſe adhùc non eſſe profeſſam in Monaſterio, legitimam ſibi debitam de iure naturæ in bonis, & hæreditate quondam ſui patris, de qua etiam per Franch. deciſ.44. Ricc. in collect. deciſ. 13. *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5. gloſ.8. par.1.nu.59. Reg.Merlin.controu.forenſ.cap.3.num.6.*

Dos legata in teſtamento per maritum, ſi legatum ſe referret ad inſtrumentum dotale, an debeatur ſtatim, & non ultra annum propter commodum repræſentationis; fuit deciſum bis in contingentibus caſibus, quòd ſic, Iacob. Anell. de Bott. in addit.ad Conſuet.Viro mortuo, incip.ſi dos legetur,fol.237. cum citat Nunt.Pellic.in Conſuetud. Auerſ.c.9.num.182. *Ant.de Amat.var.reſol.tom. 1.reſol.49.num.*30.

Dos quamuis peti non poſſit abſquè inſtrumento dotali iuxtà Conſuetud.Neapol. Dos,& quarta,ſi fuerit petita reſtitutio, & probata ſolutio per teſtes an reſtitui debeat;fuit deciſum,quòd non,benè verum fuerunt condemnati conuenti ad conficiendum inſtrumentum, & ſic obtinuit,& dotem exegit, Camill.Salern.in addit.ad Conſuet.Dos, & quarta, incip. licèt dos non probetur, fol.265. Molfeſ.in Comment.ad Conſuetud.Neap. par.7. q.15.num.17. *Conſil.Marcian.conſ.*53.

Dos,& quarta peti non poſſunt abſquè inſtrumento dotali,iuxtà Cōnſuetud.Neap. & ità deciſum fuit per S.C.Vrſill.deciſ.398.nu.4.quem citat Franch. deciſ.361. num.4. *Conſil.Marcian.conſ.53.per totum,vbi hæc deciſio limitatur multifariàm.*

Dos data ſpuriæ à patre an debeat reuerti ad hæredes dotantis poſt mortem filiæ ſine filijs, Minad. deciſ.21. fuit data,in princ.ponit,aliàs fuiſſe iudicatum, quòd ex quo dos fuerat promiſſa viro ſtipulanti pro ſe, & filijs ex dicto matrimonio procreandis,quòd mortua vxore dos debebat remanere penès virum; Sed quia in caſu, de quo agebatur,non ſupererant filij;fuit decretum per S.C. quòd dos reuerſa fuiſſet ad hæredes dotantis, nō obſtante, quòd dicta ſpuria in vita diſpoſuerat de dote prædicta,vbi in fine refert, in illa cauſa fuiſſe habitam rationem ſeruitiorum præſtitorum à filio patri, & quia fuerāt præſtita magna ſeruitia, quæ videbātur excedere paternam pietatem, fuit arbitratum,quòd pro medietate dotium potuiſſet diſponere ad hæredes extraneos, Frāch.dec.283. n.8.Borgnin.Caualc.dec.Fiuiz.10.p.3.n.28.& ſeq. Ricc.collect.dec.110. Amat.conſ.82.nu.20.vol.1. Theſaur.lib.1. quæſt.forenſ. q.25.n.9.

Dos per virum acquiritur prole ſuſcepta,ſiuè ſuperuiuat,ſiuè moriatur, & mulier amittit ipſam conſiſtētem in pecunia, ſeù mobilibus, & ſic per S.C. fuit deciſum in facti contingentia, & dicitur hæres nedùm ab inteſtato, ſed ſcriptus qui adijt hæreditatem, Nunt.Pellic.in Conſuet.Auerſ.c.5.nu. 41.& 42.

Dos ſi ſit data æſtimata marito, commodum, & incommodum erit mariti, prout fuiſſe deciſum teſtatur Viui.dec.261.quæ fuit approbata in S.C.in anno 1592. vt inquit Sempron. Aſcia in eius determin.in 7.determin.incip.fuit contrarium, n.1. idem Viui.dec.450.n.19.

Dos de paragio in Baronibus quanta eſſe debeat; fuit iudicatū in cauſa Comitis Triuēti cum Thoma de Afflicto in anno 1536.die 8.Aprilis non eſſe minus legitima,& ſic taxata, Paul.Fuſc.in ſing. 105.lit.F.

Dos congrua æſtimatur ſecundùm qualitatem perſonæ vxoris, & viri, & ſecundùm conſuetudinem

Regionis,undè per S.R.C. fuit iudicata dos congrua duc.800. in quadam muliere nobili de domo Spinella, Præſ.de Franch.deciſ.410.Molſeſ.in Conſuet.Neap.par.7.q.1.num.3.

Dos ab hærede patris ſpuriæ legata, & ſi compenſandi animo relicta cenſeatur, an mortua ſpuria ipſa maritata abſq; filijs ad hæredes ſpuriæ tranſmittatur,uel ad dotantem; fuit abſolutus conuentus reſpectu dotis, condemnatus tamen ad quantitatem debitam pro ſeruitijs diù præſtitis in domo dicti hæredis patris, in cauſa D. Andreæ Gattulæ cum hærede Lauræ Gattulæ, Anell.Amatus conſ.82.deceſſit,uol.1.

Dos data à fratre primogenito ejus ſorori congruèter dotatæ de paragio, quæ deindè abſq; filijs deceſſerit, ob quod factus eſt caſus reſtitutionis dotis, an ad omnes fratres, vel ad primogenitum tantùm redeat,adducebatur tex.in l.dedit dotem, ff.de collat,bonor.vbi dos ab auo nepti data, contemplatione filij data intelligitur, quò fit vt dos iſta mortua nepte non ad auum dotantem, ſeù ad eius hæredem reuertatur, ſed ad patrem, licèt ſit exhæredatus, eo quòd eius contemplatione data fuerat; ſicq; in caſu præmiſſo ſuccedunt omnes filij, & non ſolùm primogenitus, ex quo hoc paragium datum eſt etiam occaſione aliorum fratrũ, qui maiorem vitam,& militiam habuiſſent, ſi paragium prædictum datum non fuiſſet, & ità obtentum, & ſententiarum dixit Lanarius, vt habui ex volum. alleg, quondam peritiſſimi Doctoris Fabij de Falco mei patrui, quemadmodùm deciſum refert idem Lanar. conſ.59. num. 28. quòd omnes filij ſuccedant inſimul cum primogenito in officio remãſo in hæreditate,vt dixi infra in verb, primogenitus. Io.Bapt.de Thoro I.C.

Dotalis fundi alienatio per virum facta cum conſenſu vxoris recipiẽtis aliam rem ſtabilem in excambium,an poterit vendicari per mulierem afferentem ſimulationem pignoris,ex quo interuenerant pactum de retrouendendo, modicitas pretij vltrà dimidiam iuſti pretij,& venditio ipſa proceſſerat per vim,& metum viri, quia non conſtabat de pacto de retrouendendo, nec de minoritate pretij vltrà dimidiam in tempore venditionis, nec probatus fuerat metus, nec vis verificata, ſemota ſimulatione pignoris,cùm tempore contractus non erat dotalis,ob permutationem anteà factam; fuit deciſum, conuentum eſſe abſoluendum ab impetitis per mulierem, Afflict. deciſ. 336. quem citat Campagn.in Cap.Regni Comites, num.11, & 17, Ioſeph Seſſe deciſ.Aragon,52. num.16.& 130.in fin. Peregr.in deciſ.Patauij 2.num.2. Theſſ.lib.1, quæſt.forenſ.q.19.num.3 *Virgil.Pinginzer. in ſuis quæſtion.Saxonicis,quæſt.27.num.40.*

Dotare filiam quamuis pater teneatur,quid ſi filia in nubili etate exiſtens non nupſerit,an teneatur dare eidem dotem iuxtà facultatem,& qualitatem; fuit deciſum,quòd ſic, Franch.deciſ.616. Maſtrill. deciſ. Sicil. 107. num.8, Molſeſ. in Comment. ad Conſuet.Neap.par.4.q.3.num.3.*Borrell.in ſumm. deciſ.tom.3. tit.4.num.31, Fontanell.de pact.nupt. clauſ.5.gloſ.1.par.1.num.36.in fine.*

Dotarium,ſeù Tertiaria conſtitutum, ſeù conſtituta more Magnatum, & Procerum Regni an mortua vxore vadat ad filios, vti hæredes patris conſtituentis; fuit deciſum, quòd ſic, Iacob. Anell.de Bott. in addit. ad Conſuet. Si quis, vel ſi qua incip. 14.Martij 1570. die,ſ.142.

Dotarium an conſiſtere poſſit,ſi nulla dos detur, Afflict. in Conſult.Licentiæ,ſub num.3.dixit, quòd ſic,& ità determinatum vidiſſe.

Dotem inofficioſam ad tuendam legitimam an filij poſſint conſtante matrimonio dicere, iuiſſe conſtitutam à matre, fuit deciſum, quòd ſic, Franch, deciſ.104. Nunt.Pelicc.ad Conſuet.Auerſ. num. 293. Ricc.in collect.deciſ.180. Philipp.Paſchal.in tract.de vir.patr.poteſtat.par.1. cap.8. num.115, *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.8 par.6.nu.11, & Blaſc.memorab.27.num.3.*

Dotem inofficioſam datam reſcindere an poſſint fratres cõſtante matrimonio pro eorum legitima; fuit deciſum, quòd non, Afflict.deciſ.86.Franch, deciſ.104.Maxill.in Conſuetud.Bari, rubr.de iur. dot.§.dos a patre,num.92.& 97. Bartaglin.ad Cynum in l.cùm omnia, C.de inoffic.dot. Molſeſ. in Comment. ad Conſuetud.Neapol. p.4.q.26.nu.7. Alph.Peruſ,collect.998. Gratian. diſcept,forenſ. 422.num.1.tom.3. *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5. gloſ.5. par.3.num.15 & gloſ.8 pa .3.num 78.Merlin.de legitima, lib.2.tit.19.& 20.num.11. Cutell. deciſ.20.num.2.Blaſc.memorab.17.num.2.*

Dotes an ſint deducendæ ex actione confuſa, ſi ipſæ non ſunt confuſæ; fuit deciſum per Sacr. Conſil. quòd ſic, Franch.in addit.ad Conſuetud.Si quis, vel ſi qua,incip.de actione confuſa,fol.138.de qua meminit Io Angel, Piſanellus in addit.incip. ſed quæro,quid ſi creditori, fol,141. in ead.Conſuet,

Dotes mulierum vnà cum antephatis an ſint deducendæ à tota ſubſtantia hæreditatis, vel à medietate tantùm, excluſa alia medietate debita agnatis, in facto dùm filij primæ vxoris petierant dotes maternas, & vxor ſecunda ſimilitèr dotem, & antephatum ſuper omnibus bonis; dùm fuiſſet obiectum per filios primæ vxoris,medietatem eſſe præcipuam,& tantùm ſuper alia medietate debere omnes dotes detrahi;tandèm per Sacr.Conſil.fuit deciſum, aſſiſtentiam filijs primæ,& ſecundæ vxori eſſe præſtandam ſuper omnibus bonis, & quòd medietas bonorum antiquorum ſpectet ad filios primæ vxoris, & quatènus auocaretur de dotibus prædictis ambarum vxorum de medietate, quòd suppleretur in bonis quæſitis per virũ, verùm ſi adeſſent alia bona, quòd non per hoc impediretur ſatisfactio ambarum dotium, & ratio eſt, quia in vita potuit vir alienare, & ſic obligare, Io. Ang.Piſanell.in addit ad Conſuet.Si aliquis moriens,incip,aduerte tamen,quòd mortuo, fol.170.

Dotis reſtitutio facienda viro mortuo iuxtà Conſuet.Neap.an facienda erit viro foriudicato; fuit deciſum, quòd ſic, verùm deberi intereſſe à tempore in dicta Conſuetud.ſtatuto, & ad rationem Conſuet. Viro,& fuerunt data alimenta ei in multo minori ſumma,quàm erat intereſſe,Franch.deciſ.562. Molſeſ. in Comment.ad Conſuet Neap. par.4.q.47. num.21.23.& 24. & par.6.q.5. num.3. & q.10.num.15. de Pont.conſ.159.num.21.uol.2. Giurb.deciſ.Sicil.16.nu.7. *Reg.Merlin.controuerſ. forenſ.cap.52.num.8.*

Dotis reſtitutio fieri debet per reſtituentes inſolidum, & non in quantum facere poſſunt, iuxtà Conſuetud.Neap.an idem ſeruari debeat in promittente

mittente dotem, vt paritèr inſolidum teneatur; fuit deciſum, quòd ſic, Affl.deciſ.222.in princ.vbi Vrſill. num.3.refert, idem alias fuiſſe deciſum in Sacr.Conſil.quem refert Franch. dec.366.& 424. & 164. Iacob.Anell.de Bott.in addit.ad Conſuetudi.1. Vbi dos, incip.iſtam conſuetudinem.f.234. Molfeſ. in Comment.ad Conſuetud.Neap. par.6. q.9.num.7.Paſchal.in tract.de virib.patr.pot.p.2. cap.9.num.22. *Io.Caſtagn.in tract.de benef.deduct. ne egeat q.7.n.29.*

Dotis exactio an iudicetur iuxtà conſuetudinem loci, vel fori vxoris, in quo eſſet factus contractus; fuit concluſum, circa exactionem dotis forum viri militare, & circa lucrum, verùm reſpectu aliorum forum vxoris præualere, & ità iudicatum, Afflict. deciſ.226. Reg.de Ponte conſ.35.num.3. vol.1. Gamm.deciſ.Luſit.306.num.22.Bertazz.in tract.clauſular.clauſ.4.gloſ.38.latiſſimè Molfeſ.in Comment.ad Conſuet.Neap. par.2.q.12.n.12.& ſeq. Marta voto 5.num.1. Alph.collect.6.Theſ. lib.2.queſt.forenſ.q.6.num.6.Phanuc.de lucr.dot. gloſ.9.num.1.

Dotis æſtimatio an referenda ſit ad tempus donationis, vel reſtitutionis, ità vt ſi mulier in dotem dederit viro bona ſtabilia æſtimata pro certo pretio, quæ tunc neq; minus, neq, plus valebant, & ſoluto matrimonio petierit ab hæredibus viri æſtimationem bonorum datorum in dotem, prout valent nunc tempore reſtitutionis dotium, ex quo bona illa ſunt augmentata ex tempore, non viri induſtria; fuit deciſum, quòd ſi ſimplicitèr fuerit facta æſtimatio bonorum datorum, & non eſſet dictum, quòd in reſtitutione dotis reſtituerentur dicta bona, ſed dicta æſtimatio, quòd maritus videretur emiſſe bona, & ſic omne augmẽtum proueniens à natura erit viri, & eius hæredis; verùm ſi fuiſſent data in dotem eſtimata, vt ſciatur valor, ità quòd dicta bona debeant reſtitui, tunc ſiuè ſint deteriorata, ſiuè augmentata, omne deterioramentum ſine culpa viri, & omne augmentum proueniens ex tempore eſſet vxoris, Afflict.deciſ. 270. Nunt.Peſſicc. in Conſuet. Auerſ.c.10.n.136. & 155.Tapia in Conſtitut.Priuilegia,num.4.Sempron.Aſcia determin.7.in fin.Borgnin.Caualcan. deciſ.Fiuiz.8.par.3.num.93. Pariſ.conſ.81. vol.2. num.41. Ioſeph Ludou.in ſuis concluſ.tit.de iur. dot.concl.1.verſ.limitatur decimò.

Dotis reſtitutio in dubio an fieri debeat ſecundùm conſuetudinem loci, vel iure Francorum, aut iure communi; concluditur, eſſe faciendam ſecundùm ius commune, ex quo conſuetudo loci Licij in caſu occurrenti erat diuerſa inter Nobiles, & Ignobiles, nec iure Francorum, cùm non probata appareat talis conſuetudo, Capyc.deciſ.176.num.1. Maxill.in Conſuetud.Bari, rub.de iur.dot.§.dos à patre,num.5.Phanuc.de lucr.dot.§.reſtituendum, num.31.Mareſc.var.reſol.lib.1.c.41.

Dotis reſtitutio in caſu ſoluti matrimonij an debeat fieri patri ſic ſtipulanti, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, extantibus filijs ex matrimonio, contrà opinionem Ioannis aſſerentis, quòd ſic, approbata in hoc opinione Martini tanquàm æqua, & conſuetudine approbata, an talis conſuetudo ſit verificanda: concluditur, attenta tali conſuetudine generali ità ſeruandum, nec alitèr probari debere, cùm ſit generalitèr ita ſeruatum, Capyc.dec. 176.à num.18.ad 23.Vrſill.deciſ.236.num.7.Phanuc.d.tract.de lucr.dot. §.reſtituendum,num.31. Mareſc.var.reſol.lib.1.c.41.*Borrell.in ſumm.deciſ. tom.3.tit.4.num.195.*

Dotis reſtitutio non exiſtentibus bonis, de quibus poterit ſatisfieri, an ſuper medietate bonorum agnatis debitorum fieri debeat; cõcluditur, quòd ſic, & ità deciſum, in ſubſidium eſſe faciendam reſtitutionem ſuper dicta medietate, Capyc. deciſ. 195.nu.2.eum citat Minad.in Conſt. In aliquibus, in 4.notab.num.15. ſubdens, ità in alio caſu fuiſſe deciſum, de deciſione Capyc.teſtatur Piſanell.ad Affl.dec.237. Vrſill.dec.347. Molfeſ.in Commẽt. ad Conſuet.Neap. tit.de renunc.q.5.num.18. de Pont.conſ.143.nu.11.vol.2.

Dotis reſtitutio faciẽda per hæredem proximiorem ex parte patris ſuccedentem in bonis paternis an ſit integrè reſtituenda, vel eatènus, quatènus extarent bona illius; in occurrenti caſu fuit bis per S.C.iudicatum, quòd quatènus extarent bona viri, qui receperat dotẽ ab vxore, & bona ſua obligauerat pro dotis reſtitutione, eatènus dos ipſa mortuo filio ipſorum veniret reſtituenda fratri vxoris, uti proximiori ex parte matris, & non ultrà, Ant.de Alex.in addit.ad Conſuet.Si quis, uel ſi qua, incip.iſta uerba uidentur, fol.141. & aliàs fuit determinatum, ut refertur in ſequenti deciſ. incip.nouiſſimè autem, eod.fol.eum citat Reg.de Pont.conſ.8.nu.10.uol.1.

Dotis reſtitutio quamuis fieri nõ poſſit abſq; inſtrumẽto dotali, iuxtà Conſuet.Neap.an fieri debeat, ſi non producatur inſtrumentum; ſed tantùm capitula, in quibus promittitur, ſolutis dotibus cautam facere mulierem, & per partitam Banci appareret ſolutio, undè probaretur, ac ſi eſſet inſtrumentum dotale; fuit ſępè interpretatum, quòd ſic, & ità deciſum in Sacr.Conſil. Ant.de Alex.in addit.ad Conſuet.Dos, & quarta, incip. ſi non producerur, fol.267. Molfeſ.in Conſuet.Neap. par.7. quæſt.15.num.10. *Conſil.Marcian.conſ.53.num.2. vbi etiam refert conſimilem deciſionem factam in cauſa Hippolytæ Geſualdæ.*

Dotis reſtitutio per hæredes mariti an erit facienda uxori, ſeudum inęſtimatum danti, quod pendente matrimonio à tertio euictum fuerat, de cuius lite notitia erat uiro, & ſucceſſiuè tali euictione ſtãte an ad totalem antephati reſtitutionem hæredes teneantur, uel pro rata, iuxtà quantitatem remãſã ex euictione; Caſus autem talis eſſe proponitur, Iulia Monaca Caſale Guagnani Prouinciæ Hydruntinæ in dotem dederat inæſtimatum, Regio mediante aſſenſu, pro cuius contemplatione eius uir Comes Miſanei antephatum duc. 8000. conſtituit, reſtituendum tempore ſoluti matrimonij in caſu ſuperuiuentiæ ipſius, ob mortem uiri iuxtà formam capitulorum deſupèr confectorum, ſuccedente indè morte dicti uiri cùm eſſet factus caſus reſtitutionis dotium, & antephati, etiam legatorum in teſtamento à dicto uiro, oppoſita fuit ex aduerſo exceptio euictionis paſſæ ſuper feudo iam dicto ex lite ſuper co..gitata in Reg. Cam.Summariæ ad inſtantiam Io.Antonij Albirij, qui per ſententiam Regiæ Cameræ feudum euinxit, & ob id nec ad dotem, nec ad antephatum teneri hæres uidebatur; Tamen pro iurium ipſius mulieris tuitione infraſcripta allegata fue-

runt: Nam & ſi euictio promiſſa non eſſet, adhùc illam ſibi deberi ab hærede, aſſerebatur, quanuoquidèm non à traditione, ſeu à promiſſione ſumpſit exordium ipſius dotis conſtitutio, iuxta tex. in l. 1. vbi gloſ. & Doctores, C. de iur. dot. latiſſimè Gomez tom. 2. cap. 2. tit. de empt. & vend. num. 37. in fin. Tandem ad hoc plura replicata fuerunt, & primò, cùm tam antè matrimonium, quàm in ipſius tractatu pleniſſimè per teſtes fide dignos probatum fuit de hac lite, & ſcientia Comitis; nam ſciebat Comes, qualiter Caſale prædictum erat litigioſum, & relaxari petebatur à dicto Albritio ab ipſa Iulia in R.C. & ob id cùm euictio nõ fuerit ſpecificè promiſſa, non alitèr debebatur, ad tex. in l. ſi à matre, C. de iur. dot. l. ſi fundum ſciens, C. de euict. de quo abundè per Dec. conſ. 411. in fi. Iaſ. in §. fuerat, n. 34. Inſt. de act. inſupèr ſcientia litis prædictæ corroboratur ex publica voce, & fama notoria, diutiſſimo tempore ventilata in dicta Prouincia, & nihilominùs quilibet præſumitur ſcire, de quo eſt publica vox, & fama, Bart. in l. is poteſt, col. 9. ff. de acquir. poſſ. notant DD. in l. ſi tutor petitus, C. de peric. tutor. Alex. conſ. 36. col. 2. vol. 1. tum quoquè cùm terra prædicta Guagnani tunc litigioſa erat ſita, & propè Terram Suigianei, vt pars aduerſa deduxit in 13. art. ibiq; continuò Comes tunc incolebat, erat ergo vicinus, & tanquàm vicinus eo vehementius præſumitur ſciuiſſe facta vicini, vulg. c. quoſdam, de præſ. hoc inſupèr aſſumpto præſuppoſito ſubnecti videtur, quòd Iulia ipſa ſimplicitèr, ac inæſtimatum dans Caſale in dotem, ius tantùm, quod in eo habebat, viro tranſtuliſſe cenſetur, argum. tex. in l. cùm vẽderes, & l. qui tabernas, ff. de contrah. empt. quod etiam in dote procedit, inquit ibi Bal. & in effectu ius retinendi Caſale habebat, donec ſibi pretium primum reſtituebatur, hoc ſiquidèm ius, & pretium intelligitur doti datum; Nec obſtabit tex. in l. ex ijs prædijs, C. de euict. quoniam procedit, quando emptor qualitatem rei emptæ neſciuit, verùm quando de qualitate rei fuiſſet certificatus, prout eſt in caſu noſtro, tunc benè militaret text. in dict. l. qui tabernas, vt elegantèr explicat Bald. in addition. vbi Doct. Fabian. de Monte in tract. de emption. in ſexta quæſtione principali, num. 34. verſic. rurſus videns, ſcienti enim ius, quod habet quis tantùm vendere cenſetur, Bologn. in conſ. 2. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 81. num. 5. cùmquè Comes ſatis de qualitate litigioſa iſtius Caſalis fuerit certus, proculdubio ius tantùm, quod vxor in eo habebat, in dotem recepiſſe intelligitur, propter quod nulla euictio contingit in hoc iure, & pretio. Secundò, conſiderandum eſt, dotem eſſe ius vniuerſale, ſecundùm Bart. in rubr. ff. ſolut. matrimon. pro quo multa congerit Neguſant. in tract. de pignor. 4. membr. 3. part. num. 50. & ſeq. ſed in vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei, vulg. l. ſi rẽm, & pretium, ff. de petit. hæredit. & l. Imperator, §. fin. ff. de legat. 1. vel quando non eſſet dos quid vniuerſale, eſſet tamen ſpeciale in dote, vt pretium ſuccedat loco rei, firmat gloſ. in l. ſi vt proponis, C. de reiuendic. ergo dùm Comes ſimplicitèr abſquè proteſtatione ab Albritio Terram euincente, loco ipſius recepit pretium ducatorum 11500. profectò rem ipſam dotalem veriſimilitèr, & iuris miniſterio habuiſſe dicetur, l. ità conſtante, & ſi res, quæ ex dotali, ff. de iur. dot. abundè probat Ioann. Campeg. in tract. de dote, par. 1. quæſt. 41 num. 4. Immò per viri acquieſcentiam in receptione dicti ſubrogati pretij tacitè actum intelligitur inter coniuges, vt dictum pretium vice rei dotalis ſuccedat, maximè cùm hoc ad mulieris cedat vtilitatem, poſtquàm ex hoc euitat vxor, ne marito de euictione teneatur, quæ præallegata iura principalitèr conſiderauerunt, adſtipulatur quoquè Bald. Nouell. in tract. de dot. par. 2. nu. 5. cœterùm in tali pretio dotali nulla acceſſit euictio, igitur fruſtrà ex aduerſo de eo diſputatur. Tertiò, & fortiùs Comes, vt matrimonium cum ipſa D. Iulia perficeret, in ſpecie in illius tractatu, & concluſione contentus remanſit litis periculum ſubire, dictamquè terram in dotem recipere ſuo riſico, & periculo, pro comperto habens, quòd ſaltim dictum pretium ducatorum 11500. ab Albritio exigiſſet, quandò propriè in lite ſuccubuiſſet, vt in facto notatum eſt, & probatum, eapropter de ſeipſo Comes conquæratur, cùm in ſe litis periculum ſuſceperit, ad tex. in l. ſi fideiuſſor, §. 1. verſ. ſin autem, ff. qui ſatiſdar. cogant. cum gloſ. at huiuſmodi probatio actricis, nempè quòd Dominus Comes litis periculum ex certa ſcientia ſubijt, nedùm vera, ſed ſatis veriſimilis redditur, quod autem eſt veriſimile, venit in iure attendendum, Aretin. plenè conſil. 9. porrò veriſimilitudo èſt adeò potens, quòd pro lege habetur, Oldrad. conſ. 13. qui & alia in propoſito congerit, Præſ. de Franch. deciſ. 153. num. 5. enimuerò iuſtificari nequit, dotem D. Iuliæ etiam abſquè Terra computato dicto pretio per Comitem recepto, adhùc remanſiſſe ducatorum 35000. quæ ſatis conuenientiſſima erat, coniugum quoquè attenta qualitate; Nam ipſa D. Iulia pulchra, matrem de Nobiliſſima Capyciorum habens, filia Baronis, Baroniſſa quoquè ipſa erat, quo caſu Nobilis iam erat effecta, cùm ex feudi quaternati infeudatione contrahatur paradogium, & Nobilitas, vt notat Andr. de Iſern. in cap. 1. ſi de feud. fuer. contr. & in cap. 1. §. final. de Cap. qui cur. vend. Caſſan. in Cathalog. glor. mund. 8. par. conſid. .... & Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 12. num. 4. verſic. ſeptimò; ſi loquimur de Comite, erat enim pauper, & nimis ære alieno grauatus, ideòque ducendo vxorem quoquè nobilem, pulchram, & ditiſſimam, cum dote ducatorum 35000. quis eſt, qui neſciat, matrimonium condecens, ac dotem fuiſſe abſquè terra ſatis condignam; Nec mirum videtur, ſi tale pactum in capitulis matrimonialibus non fuerit deſcriptum, vbi alia pacta leguntur, etenim id proceſſit ex cœleritate, & velocitate concluſionis iſtius matrimonij, vt aliud matrimonium excluderetur, vndè ob cœleritatem actus omnia pacta, omneſquè conuentiones non fuerunt ſcriptæ, plus ergo concluſum, ac dictum, quàm ſcriptum, eoquè fortius de hoc non mirandum, ſiquidèm negotium hoc à tutoribus agebatur, qui proprio commodo, non pupillæ operam dabant, vt extorquerent quietationem administratæ tutelæ, abſq; redditione computorum, quæ indè fuerunt annullatæ, referente Reg. Conſil. de Franchis. Nec tandèm tale pactum ſcripturam

Digitized by Google

ptuτam aliquam requirebat, non enim eſt de caſibus per glo.enumeratis in c.1. de cenſ.in 6. cùm eandem vim habeant teſtes, & ſcripturæ in hoc caſu, ex vulg.l.in exercendis, C.de fid.inſtr. quinimmò cùm in capitulis nulla mentio tacta ſit euictionis, arguete poſſumus, id proceſſiſſe, quia pactum aderat, vt Terra tiſico Comitis eſſet, alioquin ſi pactum non fuiſſet, Comes expreſsè de euictione ſe cautelare feciſſet, & non ſicco pede pertranſiſſet in re tàm graui, generale ſolitum attendendo, à quo validum eſt argumentum, Iſern. in c.1.n.18.qui ſucceſſ. ten. Nec obſtabit longæua partis probatio, quòd Comes litem ignorauit; nã ſi ſciuiſſet, non contraxiſſet, etenim inter cęteros teſtes id deponẽtes adeſt mater actricis, quę odio filiã proſequebatur, & ex regula tex.in l.parentes, C.de teſt. de qua per Spec.tit.de teſt. §.1.in princ. non admittitur pro teſte, etiam volẽs, nec pro, nec contra in cauſis filiorum, præterea teſtes partis ob nonnullas cauſas repulſati cernuntur, nã deponũt de tractatu, nõ autem de cõcluſione, & propterea non obſtant; enimuerò multa tractantur, quæ non cõcluduntur, Bal.in l.cùm allegas, C.de vſur. & in l.multum, C.ſi quis ali.vel ſibi, Dec.conſ.11.vol.1. nu.1. Item teſtes ipſi negatiuam deponentes dùm in effectu dicunt, de lite tempore matrimonij actũ non fuiſſe, contra teſtes affirmatiuam actricis deponentes, quo caſu magis duobus teſtibus ità affirmantibus, quàm mille partis negantibus de iure credendum eſt, iuxtà glo.in l.diem proferre, §.ſi plures, ff.de recep.arb. Doct.in l.hæredes palàm, ff.de teſt. tùm maximè, quia negatiua ex aduerſo caret implicita affirmatiua, nec loco, & tempore coarctatur; opus eſt enim, vt teſtis deponens de negatiua, vt actum à ſenſu, non autem ſenſum ab actu remoueat, cùm dicere debeat, conuẽtionem prædictam tali die, ac tali loco, vbi ipſe teſtis ſemper interfuit, factam non fuiſſe, quæ nunc fieri potuiſſet, quãdo ipſe teſtis vidiſſet, & audiſſet, vt docet Bar.d.l.hæredes palàm, n.7.in fin. Bal.in l.1.C. de bon poſſ.ſecundùm tab. Franc.Curt.in tract. de teſt.in 27.concluſ.n.31. Lanfranc.in repet.cap. quoniam contra 3.col. de probat. quod ceſſat in caſu noſtro; Demùm conſiderandum eſt, quòd & ſi intereſſe euictionis Guagnani aliquando fuiſſet debitum, vt ex allegatis indebitum oſtenditur, tamen hodiè nullo iure debetur, enimuerò remiſſio prætenſi intereſſe eſt inducta poſtquàm Comes dùm vixit nunquàm tale intereſſe petijt, ſiluit, & indè obijt, at per taciturnitatem, & mortem viri lex de intereſſe dotis non ſolutæ, aut ſolutæ, & demùm euictæ donationem, validamq; remiſſionem induxit in vxoris ſuperſtitis beneficium, l.vir vſuras, vbi DD. ff.de donat.inter vir.& vxor. l.cùm quidam, §.diuus, ff.de vſur. Rom.conſ.517. nu.16. Balb.in tract.de pręſcript. 1.par.tertiæ partis, col.11.verſ.ſubdit, Boer.deciſ.196.num.4. licèt enim in marito tacente per aliquot annos inter DD.ſit diſputatio, an ſit inducta remiſſio intereſſe, tamen in tacente viro, & poſteà defuncto non cadit ambiguitas, prout ſędere iſtius diſtinctionis contrarias concordat opiniones, prædicta, & alia referendo Senat.Pedemon. dec.132.num.19. & ſeq. Cęterùm in caſu noſtro diſputatio ceſſat, cùm nedùm duo, ſed tria concurrant, nempè ſilentium viri, mors ipſius, & legatum dotis per eum factum, qua de re intereſſe dictæ Terræ nullo pacto debetur, quò deniq; ad petitum antephatum duc.8000. nulla cernitur difficultas; fuit enim illud legitimè cõſtitutum per publicum, & ſolemne inſtrumentum, & factus eſt caſus illius lucrifactionis per obitum uiri; Nec alitèr euictio Guagnani diminutionẽ antephati operari poteſt, pluribus de cauſis, & potiſſimùm, quia euictio allegata nullius eſt momenti, vt dictum eſt: Item quia non fuit conſtitutũ contemplatione dotis, ſed cõtemplatione matrimonij, vt cãtat inſtrumentum, quapropter ſi non cõtemplatione dotis, eſtò quòd dos eſſet diminuta, non ob id antephatum minui debet, præterea matrimonium eſt cõtractum more Magnatum, quo caſu antephatum eſt tertiaria dotis, attentaq; hac conſuetudine cùm dos remãſiſſet, dempta Terra Guagnani in duc.35000. proculdubio antephatum eſſe debet duc.11000. & nihilominùs conſtitutum fuit duc.8000. in quo non Comes, ſed actrix læſa fuit. Vltimò ſi idem Comes poſt euictionem paſſam in vltimis legauit dictæ D.Iuliæ dotes, & antephatum, ſeruata forma cautelarum, & cautelę ſunt pro duc.8000. ergò ſumus in claris, nedùm antephatũ hoc diminuendum nõ eſſe, ſed ad tertiariæ ſummam duc.11000. reducẽdum; & demùm referente Regio iuc Conſil. Vincentio de Franchis cauſæ Commiſſario fuit per S.R.C.cõdemnatus Comes ad antephatum, & ipſam D.Iuliam ad duc.5000. tantùm condemnauit pro euictione, *& tenor ſententiæ eſt videlicèt. Decreto S.C. declaratum eſt, habita ratione ab hinc inde prætenſa, dictam Spectabilem Iuliam remanſiſſe, & remanere creditricem dicti Spectabilis Comitis eius filij pro cauſa antephati prædicti in duc.2123. vnà cum intereſſe quantitatis prædictæ, liquidando vſq; in præſentem diem in alijs duc.643.3.2. ita tamen, vt in caſu reſtitutionis antephati dicta Iulia teneatur reſtituere integros duc.8000. hoc ſuum, &c. ſub die 10. Iunij 1590. penès Burrellum.* nec alitèr pro vera habuit donationem, & legitimã ob Comitis prodigalitatem, & fatuitatẽ, qui nec tacitè, nec expreſsè donare poterat, cùmq; negotiũ iſtud verſabatur inter matrem ditiſſimam, & filiũ Comitem pauperrimum, S.C. mediam viam, & æquitatẽ ſequutus fuit, ſub tutela, & patrocinio quõdã Præclaris Doctoris Fabij de Falco mei patrui hęc allegantis, & in manus meas peruenta, vt in lucem proderem. Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Dotis reſtitutio, ſiuè donationis ꝓpter nuptias mortuo viro abſq; liberis, ob ꝙ factus eſſet caſus ſubſtitutionis paternæ, vt altero eius filiorũ decedente ſine filijs, cęteri ſuperſtites ſuccederent, an non exiſtentibus bonis liberis fieri debeat de bonis fideicõmiſſo ſubiectis, & quid ſi expreſsè quoq; ꝓhibita fuiſſet alienatio bonorum hęreditariorum ex quauis cauſa vrgentiſſima, pia, fauorabili, dotali, carceris, &c. debeatur ſaltim ex legitima, quarta, Trebellianica, & ex reliqua portione viro contingẽte, & ſi de alienatione bonorum aliquorum hæreditariorũ per virum facta cõſtaret, propter ꝙ prętendi poſſet, imputari debere in legitimam ipſius, pulcherrimus caſus iſte ventilari contigit, dũ in Ciuitate Caſtrimaris aliquãdo degerẽ ſub Præſidatu mei cõſobrini Horatij Salinas V.I.D. deindè Iudicis Terræ Sũmæ, poſtmodùm Nolanæ Vrbis, inter Io.Paſchalem de Alexandro ſecundũ vi-

nam Conſtantiæ Coppulæ cum Roberto, Thoma, & Franciſco Vaccarijs germanis quondã Andreæ Vaccarij primi viri ipſius Cõſtãtiæ, & ſic cõpilato proceſſu auditis iuribus vtriuſq; partis, & potiſſimum conuentorũ iuribus bene ruminatis, aſſerẽtium principalitèr obſtare paternum præceptum, prohibẽs in ſpecie alienationem ex cauſa dotali, vndè ſequtur vulgata illa regula, diſponat teſtator, & fiat lex, §. diſponat, in auth. de nupt. ità & ſubſtitutionis paternę obſtaculum vrgere, adeò quòd ſubſtitutio omnis eſt inſtitutio cõditionalis, Boer. dec. 38. n. 27. & ſubſtitutus nõ ſuccedit hæredi, ſed primo teſtatori, Idẽ dec. 156. n. 10. & demum alienatio aliquorum bonorum ſtabiliũ per ipſum filiũ decedẽtem facta ſatis militare cernebatur ad excluſionem creditorum; nàm pretiũ ipſorum ad integrã legitimam aſcẽdebat, & ſucceſſiuè dùm talis prohibitio fieri nõ poſſit circa legitimam filio debitam, vt per Romul. in tract. de teſtam. præcep. alien. ex famil. nu. 47. & 48. vtiq; poterit filius, cui legitima debetur, ſi grauatus fuerit per fideicommiſſũ conditionale alienare quarũ capit legitima, latè Peregr. in tract. de fideicõmiſſ. art. 39. n. 1. immò ſuſtinebitur talis alienatio pro quantitate trebellianicæ, ſi eueniente fideicommiſſi caſu trebellianica ſibi debetur, Idẽ ibidem n. 2. ſed aduerſus hæc pro parte actorũ dicebatur, primum obiectũ iure non ſubſiſtere; nam teſtator præſumitur velle id, quod lex ordinat, Ann. in alleg. 137. nu. 22. & in dubio præſumitur velle ſequi legis volũtatẽ, ordinem, & diſpoſitionem, Boer. conſ. 2. n. 6. nec poteſt facere, quin leges in ſuo teſtamẽto locum habeãt, l. nemo, ff. de leg. 1. Iacob. à Canib. in tract. de exeq. vlt. volunt. §. cõſultis, n. 5. iure autem cautũ eſt expreſſè, vt poſſint bona ſubiecta fideicõmiſſo alienari, etiam ex cauſa dotis, auth. res, quę, C. cõmun. de leg. latiſſimè Romul. in dicto tract. n. 116. cum ſeq. vbi n. 120. ità cõcludit cũ Paul. de Caſtr. conſ. 13. aliàs 80. p. 1. etiã ſi eſſet facta expreſſa prohibitio alienãdi à teſtatore ob cauſã dotis, & ſic deciſum refert Surd. dec. Mantuæ 62. antè n. 11. quem nouiſſimè alios citando ſequitur Peregr. in dicto tract. art. 42. n. 65. & ſeq. at verba illa in teſtamẽto adiecta, ex cauſa dotali, intelliguntur reſpectu tertij, putà ſi voluiſſent ij filij dotare aliquã extraneã, vel fideiubere pro dote recipiẽda ab alio, non autẽ intelliguntur, nec poſſunt intelligi reſpectu dotium recipiendarum ab ipſiſmet, & hoc in ſpecie tãgit Peregr. vbi ſuprà n. 66. quod clariſſimum fit ex eo, quia in fideicommiſſo expreſsè dictum fuit, quòd vnus ſuccedat alteri decedẽti abſq; filijs legitimis, & naturalibus, ex eorũ corpore legitimè deſcendẽtibus. & ſic patet, teſtatorem conſideraſſe, eius filios habituros fuiſſe filios legitimos, & naturales, & per cõſequens cõtracturos matrimoniũ, ſine quo filij legitimi, & naturales haberi non poſſunt, nam qui vult conſequens, habere debet ſuum neceſſarium antecedens, Maur. iun. in alleg. 55. n. 3. ſi ergò cogitauit, & permiſit, filios habere filios legitimos, & naturales, & per cõſequens cõtrahere matrimonium, ergò paritèr ex neceſſario antecedẽti cenſetur permiſiſſe obligare bona pro reſtitutione dotis, & conſtituere antepharum, vt ſolet in matrimonijs fieri, prout doctè conſiderat Surd. in caſu ſuo dicta dec. 62. n. 13. verſ. & confirmatur, ad quod punctualitèr tradit idẽ Peregr. in d. tract. & loco prææallegato, n. 81. ſi reſtitutio dotis de bonis fideicõmiſſarijs fieri permittatur in omni caſu, ſi filius vxorẽ duxerit in vita patris fideicommittentis, ſiuè etiam poſt illius mortem poſt iniunctum fideicommiſſum, & concludit nu. eod. verſ. contrariam opinionem, iuxtà communẽ opinionem affirmatiuè, & n. 6. multa autem ad ornatum ipſius auth. res, quæ, C. comm. de leg. collegerunt Alph. collect. 167. & Ricc. collect. 2. & 1437. circà alienationẽ bonorum ſubiectorũ fideicommiſſo, tam ex cauſa conſtitutionis dotis, quã reſtitutionis donationis propter nuptias, ſiuè quartę, & eorum intereſſe, quæ quidẽ ſatis conferunt pręmiſſæ quæſtioni: Ceſſat paritèr ſecundùm obſtaculum ſubſtitutionis paternæ, poſtquam clarũ eſt de iure, filio grauato onere fideicommiſſi competere duas detractiones, ſcilicèt legitimæ, quæ de neceſsitate debetur, & ſucceſsiuè relinqui, & in ea nullũ poteſt imponi onus, nec dilatio, ad tex. in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam. itẽ & trebellianicæ, quã in caſu noſtro prohibitam eſſe nõ cernitur, immò quòd nõ poſsit prohiberi filijs primi gradus, vt eſt caſus noſter, ex l. Iulianus, C. ad Trebell. tenent magis cõmunitèr Doctores, & eſt communis opinio, de qua per Ann. conſ. 20. n. 20. & latiſsimè conſ. 25. n. 3. cum ſeq. etiam quãdo detrahuntur duæ quartæ, vt ibi n. 12. & ibi habetur, quòd filius grauatus onere fideicommiſsi cõditionalis, prout erat caſus, de quo agebatur, ſcilicèt ſi ſine liberis deceſſerit, detrahit duas quartas, nempè legitimã, & trebellianicam, vt n. 31. & 32. ſed meliùs Afſl. deciſ. 36. refert, ità fuiſſe deciſum, ibiq; etiã habetur, quòd de bonis prohibitis alienari filij primi gradus detrahunt trebellianicam, Ann. ibi n. 29. & 30. ad quod circà legitimæ detractionem videndus eſt Peregr. in d. tract. art. 8. nu. 42. & quòad trebellianicæ detractionem Idem in art. 3. n. 13. & 132. & ſi poſsit prohiberi filijs primi gradus, Idem in art. 30. n. 107. Nec demùm obſtat alienatio bonorum ſtabilium alienari prohibitorum, cùm ſatis, ſuperq; ex facti ſerie probatũ apparet, non tantum ab ipſo, quãtum ab eius matre tutrice fuiſſe alienationẽ ipſam factã ob æs alienum paternũ, quo caſu prohibitio ipſa ceſſat ex iuris diſpoſitione, ex quo non extenditur prohibitio talis in præiudiciũ creditorum teſtatoris, vt dixit Romul. in d. tract. n. 16. Ijs omnibus diſcuſsis deciſum fuit per Curiã ipſam Caſtri Maris in fauorem dictorum Actorum, cõtra illos de Vaccario, eoſq; condemnauit ad ſoluendum duc. 850. ex reſta dotis, & alios duc. 687. 2. 10. pro antephato cũ intereſſe decurſo à die obitus dicti quond. Andreæ ſuper iàm dictis bonis paternis, competentibus ex quarta trebellianicæ cauſa fideicõmiſsi in ſubſidiũ bonorum liberorum, non obſtante paterno fideicommiſſo, pro quibus aſsiſtentia præſtita fuit ſuper bonis in iudicio deductis. & demũ poſt appellationem interpoſitam coràm Iudice ſecundarũ cauſarum dictæ Curiæ, re tamen in S. R. C. deducta, ad relationẽ Regij Cõſiliarij benemeriti Alphonſi Vargas confirmata fuit primæua ſententia lata per dictum meum cõſobrinum Horatium Salinas, tunc Gubernatorem dictæ Ciuitatis Caſtrimaris de Stabia, qui tribus vicibus in eo Regimine præfuit, & hoc in anno 1613. penès Scacciauentum Act. Mag. poſtmodùm in anno 1618.

com-

commiſſa fuit per S. C. calculatio intereſſe. Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

Dux aſſumptus in Collateralē Cōſiliariū an præferri debeat Marchioni ſimilitèr aſſumpto in Conſiliariū; fuit pronunciatū in Collat. Conſil. pro Marchione, ex quo illa dignitas in iſto caſu non fuit ſpectata, Frecc. de ſubfeud. lib. 1. de offic. Magiſtr. iuſt. n. 29. Reg. de Pont. dec. 8. nu. 10. *Reg. Tap. dec. Italiæ 21. nu. 29. Reg. Conſt. mt. in l. 1. C. de conſulib. lib. 12. Ric. collect. 2594. p. 7. Gallupp. in ſuo method. feud. par. 1. c. 5. n. 95.*

E

ECcleſia quamuis poſſit vicinum cogere ad vendendum domum contiguam pro neceſſaria ampliatione Eccleſiæ, an procedat in capellis: fuit deciſum, quod non, Franch. deciſ. 223. & Reg. Tap. in prag. 3. de monial. n. 6. refert, fuiſſe deciſum in S. C. vt etiā pro dormitorio, & domibus erigendis vicini compellantur rem ſuam Eccleſiæ vendere, & nouiſsimè Ric. in dec. 138. & 147. p. 1. & Reg. Valenzuela conſ. 18. *Epiſc. Genuenſ. in tract. de Eccl. al. ds practicab. Eccleſ. q. 241. Nouar. lib. 2. quæſt. forenſ. q. 1. n. 8.*

Eccleſia, & Clerici an debeant vendere frumenta vili pretio tempore neceſsitatis iuxtà moderationem taxatam à Principe; Cōcluditur, quòd ſic, pariterq; deciſum fuit, quòd quādo laici de facto frumentum cepiſſent à Clericis, fuerunt condemnati ad ſolutionem pretij iuxtà taxam in Pragmatica contentam, Franch. deciſ. 6. Reg. Tap. in annot. ad c. 98. Item ſtatuimus, quòd Clerici, qui clericalitèr, Reg. de Pont. in tract. de pot. pror. tit. 2. in prin. n. 2. Maſtr. dec. Sicil. 17. Reg. Rou. in prag. 1. de Annona, n. 6. Caball. in tract. reſol. crim. cent. 1. caſ. 9. nu. 5. & ſeq. vltrà alios hic allegatos per Viſcont. Carol. de Graſſ. de effect. cler. effect. 1. n. 938. *Manent. dec. Mantua 6. n. 19.*

Eccleſia an habeat electonem fori Iuſtitiarij Regionis, fuit determinatum in Cōſilio Regio, quòd ſic, Andr. in Conſt. Regni Statuimus, verbo miſerabilium, verſ. de Eccleſia, & ibi Affl. n. 16. quos citat Tap. in d. Conſt. n. 21. Viu. dec. 521. n. 3.

Eccleſia an habeat fori electionem, etiā vbi ageret, ità quòd conueniendo aliquem in aliquo Tribunali, non poſsit petere remiſsionem cauſæ ad ſuū Iudicem competentem; fuit deciſum, habere fori electionem, Capyc. dec. 160. Foller. in Cap. Regni Quod decretum, n. 13. Reg. Tap. in Conſt. Statuimus, n. 21. Franch. dec. 234. nu. 4. Caran. in rit. 135. num. 1. & ſeq. Ric. in collect. dec. 86. Marc. Cala in tract. de modo articul. & proban. gl. 1. §. 1. nu. 100. Vaſq. controu illuſt. lib. 1. c. 5. n. 1. Mart. de iuriſd. p. 2. c. 30. n. 19. Ric. in praxi var. reſol. in reſol. 147.

Eccleſia pro bonis feudalibus poteſt conueniri in R. C. S. prout ità fuſſe deciſum tradit Ann. in repet. Conſt. Conſtitutionem diu. mem. nu. 35. infrà verbo Eccleſia, Carol. de Graſſ. de effect. cler. in 1. effect. n. 719. cum ſeq.

Eccleſia ratione feudi conuenitur corām Domino feudi, etiam ſi agatur poſſeſſorio, & Dominus feudi erit Iudex competens, & ità obtinuiſſe refert in cauſa Baliatus S. Stephani Ant. Capyc. in inueſt. feud. ver. feudorum Iudicia, verſ. Eccleſia ratione feudi, f. 253. Quia Rex circa iſta iuriſdictionalia feudorum poterit ſtatuere, quòd reddatur ius corām aliquo Iudice, & non corām alio, & hoc benè procedit, quia non in totum denegat audientiam, ſed dicitur, quòd non ſit Iudex ille, ſed iſte, vt fuit iudicatum in S. C. pro Galeatio Caracciolo, idem Capyc. in rubr. feudorum clauſulæ, verſ. etiam ad inſtantiam, f. 128. ſupra eo. verbo Eccleſia, Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cler. in 1. effect. nu. 718. cum ſeq.

Eccleſiaſtica perſona pro bonis Eccleſiæ an habeat priuilegium eligendi forum, ſicut miſerabilis perſona; fuit deciſum, quòd ſic, Affl. dec. 257. in princ. quem citant Capyc. dec. 160. Reg. Tap. in Conſt. Statuimus, vt M. C. n. 17. Ric. collect. 86. Franch. dec. 234. n. 4. Mart. de iuriſd. par. 4. caſ. 49. nu. 15. *D. Conſ. Carleual de iud. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 6. ſect. 7. nu. 527. D. inz. de pugn. Doct. to. 1. tit. de accuſat. monaci, c. 1. n. 35.*

Educatio pupillorum an ſit concedenda auiæ, & patruo tutoribus relictis à teſtatore inſimul cum vxore teſtatoris, vita eius durante, & viduitate, ſi deindè eadem vxor dictis filijs alios tutores reliquerit, cum conditione, vt educarētur penès eos, & quòd non poſſit de lite habita cum pupillis, & dictis tutoribus relictis per certum tempus pertractari, accedentibus inſupèr alijs defectibus ipſorum tutorum .ſ. ſpe ſuccedendi, debito pupillis per eos conſequendo ab eis, ac inuolucro tutorū debitorum onere oppreſſorum, fuit iudicatum in fauorem tutorum primo loco à patre relictorum, nulla habita ratione de tutoribus relictis per matrem, ac de pœna incurſa per pupillos, & ſic eis educatio fuit conceſſa, Reg. de Pont. conſ. 93. hæc cauſa, vol. 2.

Educatio ſororis facta diuiſione inter fratres hæreditatis paternæ ad quem ex fratribus conſtituenda ſit, dubium iſtud annis elapſis determinati cōtingit in occurrenti caſu, nàm Arbitri electi per quond. Io. Alphonſum Salinas, & Io. Hieronymū Salinas, præuio laudo arbitrauerunt, ſorores ipſas de Salinas educandas eſſe pœnès d. Io. Alphonsū maiorem natu, & cùm per d. Io. Hieronymum fuiſſet laudo contrauentū, dùm in abſentia ipſius fratris in certa die de ſero duas ex ſororibus ſubſtuliſſet, & in ſuam domum collocaſſet, habito recurſu ad S. C. & corām Regio tunc Conſiliario Ludouico Quadra, præuia petitione ipſius Io. Alphonſi, fuit prouiſum, vt cum effectu reſtituerentur dictæ ſorores eidem Io. Alphonſo, ſed interpoſita appellatione per d. Io. Hieronymum, factoq; verbo in eodem S. C. iuxtà Regiam decretationem deciſū apparet, benè fuiſſe prouiſum per Magnif. cauſæ Commiſſarium in anno 1571. de Menſe Octobris, pœnès Figliolam Mag. Act. annuendo, talem educationem pœnès maiorem fratrem eſſe conſtituēdam, quæ ſiquidèm deciſio ijs medijs (meo quidē iudicio) corroborari poterit, etenim cū talis educationis materia arbitrio Iudicis relicta ſit, in quo loco, & apud quem decerni debeat, attenta conditione perſonarum, & patrimonij qualitate, l. 1. ff. vbi pupil. educ. deb. quia eſt certiſſimū, vt quando ſint plures hæredes, alimentarius compellitur

de-

degere apud vnum ex eis,& alter cogitur contribuere alimentorum impenſis,Surd.in tract.de aliment.tit.4.q.15.nu.20. vbi ſubnectit,quòd potius alimentarius ſtare debet cū hærede, qui remanſit in domo teſtatoris,quàm cum alijs,attamen in dubio quando plures tenerentur præſtare alimenta, Iudex eliget unum,cui cœteri contribuant,Idē in tit.3.q.9.nu.22. hcc fortè contingi poſſet inter extraneos hæredes,ſed dùm verſamur in caſu iſto inter fratres hæredes, quòd omni iure educatio fratri maiori ſit decernenda, ex prærogatiuis a lege tali conceſſis cenſeo, cùm primogenitus reputetur dignior inter fratres, vt idem Surd. in dict. tract.tit.4.n.27.& n.22.dixit,ipſum habere quandam præeminēriam inter fratres,& ei deberi lautiora alimenta, ad quod Bart. in l.prædijs, §. qui domum,nu.1.ff.de leg.3.dixit,quòd maior natu ſi debet habere principaliorem domum, habebit ēt omnia domui annexa,hinc ſubdit ibi Surd.nu.26. ad ipſum ſpectare alimenta ſecundogenitis dare, ſecundùm dignitatem,& quantitatem, non mirū igitur, ſi maior frater alijs fratribus præferendus ſit,inquit Gomez in l.40.Tauri,num.7.hinc claues Caſtri communis frater maior tenere debet,Petr. Vbal.in tract.de duobus fratribus,p.4. q.9. Mynſing.ſing.obſeru.cent.4.obſeru.37.n.8.vbi ſubnectit, pariter & inſtrumēta communia hæreditaria pœnès fratrem maiorem,& digniorem conſeruari debere, quos etiam citat Amend. ad Franch. dec. 386.*Griuell.dec.*146.*num.*1. Io Baptiſt. de Thoro I.C.Neap.

Educatio pupillæ etſi pœnès matrem binubam concedi non debeat, an autem valeat conſentiente tutore illius ex noua conuētione, vt educetur pęnès matrem,quòd non obſtante tali noua conuentione tutoris adhùc educatio ipſa à matre debeat auferri,& tutori dari, ex ſequentibus oſtenditur, pręſuppoſito eſſe iuris axioma clarum,nullum impunitum legem dimittere crimen,l.ità vulneratus, ff.ad l.aquil. dùm .n. mater ad ſecunda vota pertranſit,effecta eſt ſuſpecta,& incidit in crimen publicū ſuſpitionis, ſic appellat I.C.in l.1.ff.de ſuſp. tut. pœna iſtius criminis eſt totalis expulſio à tutela,Auth.Sacramentum,C.quando mul. tutel.offic.fung. poteſt, quæ ſiquidèm expulſio circa duo verſatur, in adminiſtratione bonorū,& educatione perſonæ,quamuis iſta mater non habeat bonorum adminiſtrationem, tamen ſi pęnès ſe pupillā educare poſſet, per nouam conuentionem certè totali pena non plectitur mulier ità ſuſpecta, pars .n. plenè tutelæ perſonæ educatio eſſe dignoſcitur,ità Bald.in l.omnem,nu.11. verſ.ſed nunquid, C. ad Tertull. quam quidèm pœnam tutor minorare non potuit, non .n. ius publicum, & pœnæ, quæ pro publico crimine per legem imponuntur, prout eſt iſtud,vt habetur d.l.1.§. conſequens, ff. de ſuſp.tut.priuatorum pactis tolli,aut minui poſſunt,ad tex.vulgatum in l.iuriſgentium,§.ſi paciſcar, ff.de pact. ideò talis conuentio non ſubſiſtit de iure,ſecundò per text.in l.1. ff. vbi pupil. educ. deb.vbi dicitur,prætorem agere oportere, vt ſine vlla maligna ſuſpittione alatur partus,& in l.1.C. eod.ſed dicatur(quęſo)quę maior ſuſpitio eſſe poteſt,quam in matre ad ſecunda vota tranſeunte, ſatis.n.in propoſito lex matrem ſuſpectam habet, immò pręſumit lex,matrem velle filium ob ſecundum virū excoriare,l.lex, quæ tutores, §.lex enim C.de admin.tut.refert Affl.dec.356.n.2.modò cui dubium eſt,quòd noua conuentio iſta eſt de directo contra legis diſpoſitionem,nam ſi attendi deberet,certè ſequeretur, quòd iſta pupilla eſſet pęnès ſuſpectam,& cum nimia ſuſpitione. Tertiò, dato, quòd iſta mulier non obſtante binubatu, & eius maritus vitricus pupillę adhuc tutores eſſēt, & remāſiſſet certè pœnès illās hæc pupilla educari non poſſet,ità gl.in l.1.verb. ſi non vitricum, C. vbi pup.educ.deb.gl.1.in l.fin. C. de contrat. iud. tutel.modò ſic, quādo vitricus tutor remanet,pupillum priuignum pœnès ſe educare non poteſt, multò magis in hoc caſu, nam ſi hæc conuentio eſſet attendenda,ſequeretur hoc abſurdum,quòd pupilla iſta exiſtens apud matrem,educaretur pęnès vitricum,non tutorem,quod quàm ſit durum, vnuſquiſq; noſcit. Adeò quòd non obſtante dicta conuentione debet prouideri, quod pupilla pœnès tutorem educatur,& ità fuit per M.C.V.iudicatum,referente domino Iudice de Vera in cauſa Aloyſij Sāces tutoris Catharinæ Sances, pro quo patrociniū aſſumpſit venerandus Doctor quond. Fabius de Falco meus conſanguineus, qui hæc ſcripta in iure confecit,& mihi obuenerunt,& ſic prælo tradidi,*Tap.dec.S.C.*51.*nu.*15.*vbi hic nos citat.*Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Electio ſi ſit neceſſarie factā an per eam acquiratur ius electo, ità vt eligentes reuocare non poſſint: fuit deciſum,ius eſſe quęſitum electo,nec ampliùs Electores reuocare poſſe,Franc.dec.539.ad iſtam materiam adde Maurum iun.alleg.41.nu.2.& 98. n.6.& alleg.90.n.11.fuit etiam deciſum in R.C.in cauſa electionis mei Genitoris Matthęi de Thoro in prima eius electione facta Conſulatus Artis Lanæ, vt mihi dixit, Adde *Nouar.in Lucern.regul. verbo electio,n.*26.

Electio eſt emptoris, vel rem reſtituere, vel ſupplementum iuſti pretij offerre ex diſpoſitione l.2. C. de reſcind. vend.& vſq; quo emptori cōpetat talis electio; fuit deciſum, vſq; ad litis conteſtationem in exequutionem iudicati, Franch.dec.495. Io.Iacob.Laurent.de iudic.ſuſp.c.16.n.93.

Electio an ſit mulieris,velle pecuniam, vel intereſſe ipſius circa reſtitutionē dotis; fuit deciſum, quòd ſic,Franch.dec.472.in fi.Molfeſ. in 7.p. q.11.n.27. in addit.ad comment. Conſuet.Neap. refert aliā deciſionem S.C.

Electio fori ſi ſit facta per viduam, vel aliam perſonam miſerabilem priuilegiatam, ſi primus Iudex proceſſerit ad receptionem teſtium, vel aliorum iurium,non oſtante tali electione, per quam effectus eſſet incompetens,an inualidentur acta prædicta;fuit deciſum,quòd ſic,Franch. dec.294. Capibl.in prag.8.nu.166. de Baron.Muſcat.in praxi S.C.lib.2.p.1.gl.in forma,n.65.Maſtrill. dec. Sicil. 127.nu.2.Ric.collect.dec.300. *Nouar.de elect.fori,to.*2.*q.*10.*n.*3.

Electio an ſit debitoris dilationem quinquennalem acceptare,vel bonis cedere;fuit concluſum,ab initio eſſe in electione debitoris, alterutram viam eligere,ſed acceptata dilatione denegabitur alia, ſcilicet ceſſionis bonorum,Franch.dec.251. Tap. in 4.p.iuris Regn.ſub prag.1.de ceſſ.bon.in prin.

Electio Syndici,& Electorū an fieri debeat per eoſdēmet Syndicum,& Electos repręſentantes Vniuer-

uer-

Digitized by Google

uerſitatem,vel per Vniuerſitatem cógregato Cócilio; fuit concluſum, fieri debere electiones per Vniuerſitatem congregato Concilio,Franch.dec. 210,quem citat Montanar.in prag.2.n.357.de admin. Vniuerſ.Aloyſ.de Leo in auth.præſides,C.de Epiſc.aud.n.3.& ſeq Reg.de Pont.in tract.de pot. Proreg.tit.2.de abundan.Ciuit §.1.n.5.Reg.Rou. in prag.2.n.12.de admin.Vniuer.inſupèr Viſcont. in addit.huic dec.aliam deciſioné S.C.citat, Maſtrill.in tract.de magiſtr.p.2.lib.4.c.17.n.100.Ric. collect.dec.1837.*Nouar.in prag.2.collect.3.de admin.Vniu.n.12. Barbat.de diuiſ.fruct.p.1.c.16.n.27. & 35.*

Electio Syndici,& Electorum an fieri poſſit per Baronem in poſſeſſione exiſtentem, præuia nominatione Vniuerſitatis:fuit deciſum, quòd non, Franch. dec.210,n.2.quem citat Montanar.in pragm.2. n. 358.& ſeq.de adminiſtr. Vniuerſ. Capibl.in prag. 10.n.44.de Baron.

Electio Magiſtri iurati in Terris an ad Baronem, vel ad Vniuerſitatem ſpectet;deciditur,in Terris Baronũ ſpectare ad eos,in Terris verò domanij ſpectare ad Vniuerſitatem, Franch.dec.43. meminit Montanar.in prag.2.n.191.de adminiſtr.Vniuerſ. *Taſſon de antepb.verſ.4.obſeru.5.n.2.*

Electio Officialium Regiminis Ciuitatis fieri ſolita ſub certo numero, nulla expreſſione facta nobilium, aut popularium, ſi demùm fuerit contrariũ obſeruatum per tres annos ſortè cum expreſſione trium nobilium ex eis,& trium ex ciuibus,an iure ſubſiſtere poſſit,fuit deciſum, electionem ipſam eſſe faciendam abſq; expreſſione verborum illorum,pro Nobilibus,& pro Ciuibus, non obſtante contraria obſeruãtia proximorum annorum,Reg. Rou.in prag.2.poſt n.11.de admin.Vniuerſ.

Electio an ſit emptoris rei ſub haſta reliquum pretiũ cum intereſſe ſoluere, vel rem vnà cum fructibus pro rata pretij non ſoluti reſtituere; fuit deciſum in fauorem emptoris,& ſic ad eum ſpectare talem electioné,Vrſil.dec. 140.n.8.Reg.de Pon.in tract. de pot.proreg.tit.4.§.5.n.39.Ric.collect.dec.801.

Electio an ſit nulla,ſi non vocentur omnes, qui intereſſe debent;fuit deciſum, quòd ſic in S. C. & ità annullata prima electione fuit proceſſum ad aliã electionem,quia in prima non fuerant vocati omnes,Ann.in ſing.161.electio,Carrab. de ſyndic. p. 1.nu.35. & iterum in cauſa Particularium Terræ Solofræ, referente domino Hato, ſub die 2. Septembris 1578.in Bãca de Caro fuit deciſum,quòd electio Officialis fieri debeat conuocatis omnibus ciuibus,patrocinante quond.meo conſanguineo Fabio de Falco I.C.erudito.Thoro.

Electio cópetens mulieri pro eius dote, & antephato an miliret,ſi vigore ſentẽtię aſſiſtentiæ pro dote,& antephato fuerit exequutũ ſuper feudo,vndè ob talem exequutionem cauſatur diuiſio vaſallorum,& iuriſdictionis,dùm poteſtat mulier aliundè commodè ſatisfieri, vel de introitibus feudi, aut baiulatione;fuit per S.C.decretum,quòd non procederetur ad exequutionem in dicto Caſtro, non obſtante iure eligendi ſibi competente, ex quo fuerant oblati introitus cum idonea cautione de ſoluendo capitale,Minad. dec.13. Comitiſſa,Fab.de Ann.conſ.48.n.14. Tap. in Conſt.Continuatem ciuilem,n.4. Reg. de Pont.in tract. de pot.pror.tit.6.de aſſenſu Regio,in princ.n.38.Ric. in collect.deciſ.collect.382.Matt. de iuriſd.par.2. c.32.n.28.

Electio Officialium per Vniuerſitatem facienda an ſit per Barones procuranda,vt Officiales ad eorũ votum ſint;fuit deciſum,quòd Barones abſtineãt, & permittant Ciues liberè eligere,Capibl.in prag. 10.n.43.de Baronib.*Aug.Caput.de regim.Reipubl. c.4.n.9.*

Electio Officialium, hoc eſt Aerarij, vel Cameratij facienda erit de habilibus perſonis, & in hoc attendendum eſt ſolitum,& obſeruantia, ſi nobiles ſint ſoliti, vel idiotæ, nam non debent ſtare æmulationi Baronis, vt iudicatum eſt inter Vniuerſitatem Contront cum Barone, refert Capiblan. in prag.16.nu.72.de Baron.ſubdens, quòd dùm electio ſolita ſit fieri per Baronem, de iure Vniuerſitas tenetur dare Cameratium, & ſic ipſa tenetur dare idoneũ,& diuité,aliàs eſſet in periculo,ſecus quando Baro eligeret, tunc ſibi imputanda erit mala electio.*Barbat.de diuiſ.fruct.p.1. c.11.nu.18. Nouar.de grau.vaſall.to.1.grau.77.n.9.*

Electio Officialium deſtinandorum ad emptionem frumenti pro annona Ciuitatis an ſpectet ad Decuriones Ciuitatis, vel ad Proregem Regni, olim fuit practicatum, ſpectare ad Proregem, ſub Præſidatibus Comitis Mirandæ, & Comitis Oliuares, & ſic diſcuſſo negotio in Collat. Conſil. fuit deciſum,ſpectare ad Proregem,Reg.de Pont. in tract.de poteſt.Prot.tit.2.de abundant.Ciuit.in princ.n.22.& 23.

Electio an ſit creditoris agendi principalitèr hypothecaria ſuper feudis, omiſſa diſcuſſione ſuper bonis burgenſaticis, quando in obligatione feudi Regius interfuerit aſſenſus, Affl.in Conſtit.Si dominus vaſallum,ſub n.6.tenet,quòd ſic, & ità in S.C.determinatum.

Electio illorum de Regimine Vniuerſitatis fieri ſolita per prædeceſſores tantùm an corruat, Barone contrarium aſſeuerante,vt fieri debeat per totam Vniuerſitatem,fuit per S. C. interpoſitum decretum, vt caperetur informatio, & interim pro illo anno electio nõ fieret per veteres tantùm de Regimine, ſed per totam Vniuerſitatem congregatam,Reg.Rou.in prag.2.n.35.de admin. Vniuerſ.

Electio Syndicorum, aliorumq; de Regimine Vniuerſitatis non cadit in perſonas debitrices, aut litigantes cum Vniuerſitate,iuxtà pragmaticam de admin.vniuerſ.& dùm paſſiuè procedat,an autem actiuè,vt ſint excluſi à voce actiua,fuit iudicatum in Collat.Conſ. referẽte Marchione Corleri Fulnio de Conſtãtio in cauſa Vniuerſitatis Neritoni, quòd ſint excluſi actiuè,& paſſiuè,Reg.Rouit.in prag.5.n.52.de admin.vniuerſ.

Electi in Decuriones ab aliquo Syndico electo, & confirmato, ſi ob aliquam cauſam Syndicus amoueretur,& alius eligeretur, qui alios Decuriones elegerat,an ſint manutenendi in poſſeſſione,concluditur, quòd ſic,& ità fuit iudicatum,& confirmatum per S.C.Aſcia determ.186.incip. ſyndicus in anno.

Electus an poſsit eligi ad idem officium per quinquennium, vel ad aliud per triennium etiam volens,quando officium non eſſet cum ſumptu; non fuit deciſum,ex quo annus prætetijt, tamen in ſimili caſu fuit confirmatus Syndicus in poſſeſsione,Franch.deciſ.264.Capibl.in prag.5.nu.71.de Baron.

Baron.Tap. in cap. Regni 285. Item quòd prædicti Officiales Iuſtitiarij,n.1. Aut. determ.75. nu. 13.Maſtril.decii.Sicil.188.Reg.Rou.in prag.2. de admin.vniuerſ.n.6.Ric.collect.dec.318. & ita fuit nouiſſimè iudicatum in Reg.Collat.Conſ. refe rẽte Reg.Conſtantio in cauſa Vniuerſitatis Nettoni,vt non admittantur ad idem officium per quinquennium,& ad aliud per triennium, niſi in defectum idoneorum, atq; habilium, Reg. Rouit. in prag.5.ſub n.32 de admin.vniuerſ. & in pragm.2. n.15.eo.tit.Paſchal.in tract.de vir.patr.pot.par.4. c.10.n.2.& 3.

Electus Ciuitatis Neap.an poſſit imponere aſſiſiam hominibus Caſalis conducentibus panem in Ciuitatem;fuit deciſum,quòd ſic,Montanar.in prag. 2.n.76.de admin.vniuerſ.

Electus ad aliquem cętum Nobilium, ſiue Montis 29.familiarum,vt eſt Neap.præuio Albarano maioris partis nobilium iuramento vallato promittentium ſub pœna infamiæ conſenſum præſtare, etiam per ballottas ſecretas ad allectionem,an ſit admittendus, exiſtente Capitulo Nobilium prædictorum expreſsè diſponente,quòd vota ſecretò præſtentur,vt liberè proferantur ſub pœna priuationis per annum, data inobſeruantia prædicti Capituli,& ſcientia,& poteſtate concedentium, fuit per S.C.decretum in fauorem Electi, & confirmatum in reclamatione, & impoſitum perpetuum ſilentium, in cauſa circumſpecti Secretar. Regni Andreę Salazar, facto verbo in Collater. Conſil.pœnès Burrellum Actuar.Anel.Amat conſ. 89.ſententiam,vol.1 *Aug.Caput.de regim.Reipubl. c.1.nu.79.*

Emancipatus an traſmittat hæreditatem non agnitam ad hæredes, fuit deciſum in S. C. quòd non referente Conſiliario de Curtis in cauſa Io. Pauli Calabrenſis,Andr.Molfeſ.conſ.21.argumentum, nu.10.

Emphyteoſis an extinguatur deſtructa re emphyteoſi; fuit deciſum, dominum directum eſſe reintegrandum in ſolo rei dirutę,qua ceſſante reintegrationem in pretio eſſe faciendam,Afflict.deciſ.83. num.14.

Emphyteoſis conceſſa ab Eccleſia pro ſe,& hæredibus an tranſeat ad extraneos hæredes; fuit deciſum,quòd non,niſi eſſet legitimè facta cum ſollẽnitatibus Eccleſię,Affl.dec.100. Viu.in ſylua cõm. opin.in 248.opin.Emphyteoſis,in princ.Matt.voro 207.nu.3. Ric.dec.124.Cur.Arch. Neap.par.1. Alph.collect.429.*Alex. Trentacinq. variar. reſol. lib. 3.tit.de iure emphyt.reſol.3.ſub n.4.& 10.*

Emphyteoſis in perpetuum conceſſa poſt cõceſsionem vſq; ad ſecundam generationem non finitã an valeat ſine ſollennitatibus à iure requiſitis in alienatione rerum Eccleſiæ, vel contractus reſoluatur in aliam conceſsionem vſq; ad ſecundam generationem; fuit deciſum in fauorem Emphyteotæ primi,vt non valeat ſecunda, Affl. dec.107. Franc.de Amic.in tit.de ijs,qui feud.dar.poſſ.§.& nouiſsimè,in fine, f.38. & in §.ad hæc omnia, f.39. ipſam declarat,ex quo iſta procedit, quia conceſſio cautabat de certis perſonis vſq; ad tertiam generationem, & ſic conceſſum erat ius citò finiturum,& reſpectu nouæ qualitatis in perpetuum dicebatur noua conceſsio.Quarant.in ſumm. Bullar.verb.alien.rer.Eccl.n.2.Borgn.Caualc.dec.Fiuiz.31.n.356 p.2.Farinac.dec.Rom.207.ſub n.17. Ric.dec.Arch Neap.117.n.6.p.1. Caroc.de locato p.5.tit.de locat.innouat.n.6. Phantic. de lucro dotis,gl.10.n.24.Anch.q.26.p.2.*Caſtill.dec.Sicilia 114.p.2.n.5.*

Emphyteota an teneatur ſe obligare de facie ad faciẽ alteri, cui Dominus directus dominium directum vendidit,fuit deciſum,quod ſic,Franch.dec. 615.ad quod Viſcon.hic in add.illam deciſionẽ S.C. nouiſsimè allegat, etiam ſi fuerit per debitorem dictum,velle inſtrumentum facere, non tamen cũ guarentigia,Ric.collect.dec.1804.*Barbat.de diuiſ. fruct p.2.c.13.nu.23.Aut.de Amat. var.reſol.to.2. reſol.73.in fin.*

Emphyteota an teneatur ad ſolutionem canonis nõ adhibitis ſollemnitatibus in contractu requiſitis; fuit deciſum, quòd ſic,Franch.dec.296. Ric.dec. Arch Neap.130.part.1. *Epiſc. Genuenſ. practicab. Eccl q.104.*

Emphyteota an finita conceſsione emphyteoſis; ſi fuerit alteri conceſſa per Dominum directũ præferri debeat in conceſsione;fuit deciſum,quòd ſic, Franch. dec.123. Ric.in collect. dec.76. Gratian. diſcept.forenſ.q.357.nu.25.tom.1. Zerola in praxi Epiſcop.verbo ius congrui,in princ.pat.1.

Emphyteota alienans partem rei emphyteoſis an incidat in commiſſum pro rata rei, & quid ſi fuerit alienata abſq; conſenſu Domini;fuit deciſum, quòd reſpectu alienatæ partis tantùm remedium l.fin.locum vendicet, non in totum, & tantò magis ſi ceſſauerit aſſenſus domini, verùm ſi fuerit reſeruatum, ſaluo aſſenſu Domini, ſecus eſſet, ità quòd ſubſequerentur illa verba, non alitèr, nec alio modo,&c. aliàs inciderit in commiſſum, prout ſic fuiſſe deciſum concludit Grammat. dec. 49. quem citat Iul.Clar. in §.emphyteoſis, q.13. n.10. Viſil.dec.265.n.72. vbi refert, contrarium fuiſſe deciſum per S.C. in alienatione rei emphyteoſis, & Franch.dec.267.num.1.Marc. Ant.Genuenſ.in praxi Cur. Arch.Neap.c.50.refert,idem fuiſſe ſeruatum in occurrenti caſu in Curia Archiepiſcopali,vt alienans rem Eccleſiæ,ſaluo aſſenſu Papæ, nec alitèr,nec alio modo incurriſſe videretur pœnas,& hoc ex reſcripto S.P.ob quod alienatio reuocari debuerat,d.Grãm.citat Io.Andr.de Georg. alleg.31.n.18.Viu.in ſylua comm.op.in 241.opin. Emphyteota,n.4.Magon.dec.Flor.19.in fi. Borgn. Caualc.dec.Fiuiz.8.p.2.nu.22.Caſtill.dec.Sicil.41. nu.6.Ric.collect.dec.526. Molfeſ. conſ.44.nu.22. Theſaur.lib.1.quæſt.forenſ.q.53.n.6.Maur.Burg. in tract.de laudemio par.2.inſpect.34.n.5. Amat. conſ.64.n.45.vol.1.idem Ric.dec.Arch.Neap.56. p.1. *Quod nouiſſimè in cauſa Franciſci,& Flauij de Alexandro cum Matthæo Golino, & alijs, referente Conſ. Io. Andrea de Georgio die 11. Iulij 1615. fuit deciſum, dictum Matthæum eſſe condemnandum ad dimittendum, & relaxandum partes alienatas domorum in actis deductarum pro duabus partibus ſupradictis actoribus vnà cum cenſibus decurſis liquidandis pęnès de Ferrariis,& prædictis vltrà Caball. milloloq. 95. adde Ouid. de Amico in tract.de iure emphyt.q.6.Conſ.Grizzarell.dec.22.nu. 33 Reg Tap.dec.S.C.5.n.24.*

Emphyteota ſi ſua culpa cadat à poſſeſsione ob cenſum non ſolutum,ſolet S. C. ipſum audire, & admittere ad moræ purgationem, & cauſa cognita, poſ-

poſſeſſionis reſtitutionem fieri facere, prout multotiès in practica obtinuiſſe ait Vrſil. dec. 392. ſub n. 19. Ric. dec. Arch. Neap. 133. n. 5. p. 1.

Emphyteota ſi fuerit propria authoritate à domino directo ſpoliatus re emphyteotica, vel ob alienationem factam irrequiſito Domino, vel ob cenſus non ſolutos, an ſit antè omnia reſtituendus, & quid ſi Dominus petierit, poſſeſſionem captam confirmari, in hac ambiguitate diſtinguitur, vt intelligãtur omnes deciſiones hinc indè adductæ, nam ſi emphyteota patiatur, terminum dari in cauſa reſpectu petitionis factæ per Dominum de confirmatione ejus poſſeſſionis, tunc ſi appareret in termino de veritate reddituum non ſolutorum, alienationiſq; factæ irrequiſito Domino, reſtitutio fieri non debet, & proindè ſpoliũ ceſſare, vt multotiès fuiſſe deciſum in pluribus cauſis tradit Vrſill. dec. 392. ſub n. 20. aliàs ſecus, at ſi pars emphyteotæ efflagitet, priùs poſſeſſionem reſtitui, obſtando non dari terminum, tùm quia ſpoliatus antè omnia eſt de iure reſtituendus, debet poſſeſſio reſtitui, & ſpolium locum habebit, & ità in ſimilibus cauſis id deciſum fuiſſe congerit Vrſil. loc. cit. in fi. n. 20. Ric. dec. Arch. Neap. 133. n. 5. p. 1. & collect. dec. 1804.

Emphyteota an præferatur in dominio rei vendito per directum Dominum; fuit deciſum, quòd non ex mente Andr licèt aliàs fuiſſet deciſum contrarium, Ann. in ſing. 150. Dom. Reg. de Pont. in tract. de pot. proreg. tit. 10. §. 1. n. 9. Ric. collect. dec. 157. Rendel. in tract. de iure prothom. ver. rem immobilem, n. 10. Viſcon. ad Franch. dec. 17. ſub num. 8. Ric. dec. Arch. Neap. 134. p. 1. & dec. 58. p. 2. *Ant. de Amat. vár. reſol. t. 2. reſol. 54. n. 24.*

Emphyteota ſi defecerit à ſolutione per annum incidit in commiſſum, & hoc virtute iuramenti, licèt nunquàm fuerit obſeruatum in practica, nam iuramentum non poteſt alterare naturam contractus, ac legis diſpoſitionem, vndè in S. C. poſt ſententiam celeri ſatisfactione euitatur commiſſum, & ità fuit obſeruatum in contingenti caſu, Ann. in ſing. 286. iuramentum, Ric. collect. dec. 1704. & collect. 2170. p. 6.

Emphyteota, qui cadit à iure emphyteoſis an cadat à iure luendi, fuit deciſum in S. C. pluriès, quòd nõ, Vrſil. dec. 250. meminit Franch. dec. 361. nu. 4. & 267. n. 4. Ric. dec. Cur. Arch. Neap. 81. p. 1. n. 4.

Emphyteota tenetur Domino oſtendere inſtrumẽtum, quando fatetur eum Dominum, ſecus ſi negaret, quia tunc Dominus tenetur oſtendere de iuribus ſuis, niſi eſſet in poſſeſſione percipiendi cenſum, quia tunc debet manuteneri in ipſa perceptione, & ità pluriès fuiſſe iudicatũ in M. C. V. & S. R. C. refert Io. Iacob. Maſuil. in addit. ad Capyc. dec. 103. n. 3. Ric. collect. dec. 1854.

Emphyteota Eccleſiæ an cadat à iure ſuo, ſi conceſſio non fuerit ratificata capitularitèr per Monaſterium, item ex defectu aſſenſus ſpecifici in ipſa conceſſione, quamuis in genere eſſet data Monaſterio poteſtas alienandi à S. P. ijs omnibus ruminatis fuit per S. C. abſolutus conuentus ab impetitis quòad relaxationem rei conceſſæ, ſed condẽnatus ad rationem rot in futurum, Andr. Molteſ. conſ. 44. ex duobus, n. 18.

Emphyteota Eccleſiæ an habeat ius congrui, ex eo, quia Eccleſia ipſa eo iure caret, fuit deciſum in S. C. quod non, referente Reg. Conſ. Frecc. in cauſa Franciſci Scataui, Paul. Fuic. in ſing. 16. lit. E.

Emens ſcientèr rem furtiuam, & ſi magni valoris eſſet an puniri debeat pœna Cap. Regni Ad hoc, quæ eſt mortis, ex opinione Andreæ ibi in facto occurrẽti fuit punitus pœna triremium per quinquennium, & ſic extraordinariè, Vrſil. in dec. 369. n. 5. Baiard. ad Clar. in §. furtum, n. 117. eum allegat.

Emens ſcientèr rem feudalem, aut dotalem ſub promiſſione euictionis an reſciſſo contractu per Dominum ex capite nullæ, & inualidæ alienationis poſſit de euictione agere contra vendentem virtute promiſſionis, fuit in occurrenti caſu deciſum, quòd ſic, vt tradit Vrſil. dec. 279. nu. 4. vbi allegat Affl. in Conſt. Cõſtitutionem diuæ memoriæ, n. 49. referentem, idem fuiſſe in Conſil. Regio aliàs iudicatum.

Emptio ſi ſit promiſſa fieri ex pecunia ſoluenda pro ſecuritate euictionis an teneatur emptor illam facere in loco contractus; Concluditur, quòd ſic, & ità tractatũ, & practicatum fuit, Ann. in ſing. 415. promittens.

Emptor, & ſingularis ſucceſſor an teneatur ſtare colono, ſi in locatione primæua expreſsè fuerit facta promiſſio de non alienando per verba æquipollentia, ex quo fuerat per locantem promiſſa defenſio, & manutentio, etiam ſi vendidiſſet, vel alitèr alienaret, non fuit deciſum, quamuis inclinari videatur contra colonum Franch. dec. 302. & patet deciſio ſuprà verbo alienatio rei, impreſſa poſt iſtam deciſionẽ, Ric. in collect. dec. 631. & 1403.

Emptor bonorum hæreditariorum an poterit moleſtari à creditoribus hæreditarijs ex defectu citationis creditorum contra iuris formam factæ in inuentario; fuit dictum, quòd ſic, Franch. dec. 272.

Emptor rei alteri creditori anteriori obligatæ, vt pretium eidem ſolueretur an ſecundus creditor venditoris rem ipſam vendicare poſſit, ſi ceſſio primi creditoris non apparuerit, vel ſucceſſio in locum ipſius, non fuit alitèr deciſum, quamuis ex aliorum deciſionibus cõcludatur in fauorem ſucceſſoris, Franch. dec. 134. & ibi Viſcont. *Paul. Duran. dec. Roman. 445. n. 2. to. 2.*

Emptor reſciſſa venditione offerens rem venditam relaxare, pretio, quod ſoluerat reſtituto, non tenetur ad reſtitutionem fructuum, ſed ſi ſupplementum pretij obtulerit an teneatur ad intereſſe; fuit deciſum, quòd non, Franch. dec. 496. Ric. collect. dec. 881. Laurent. de iud. ſuſpect. c. 16. n. 28.

Emptor rei, vel magno, vel iuſto, aut iniuſto pretio cum pacto de retrouendendo infrà certum tempus an poterit ob lapſum temporis pacti declarari facere per ſententiam, rem ipſam ad eum ſpectare, nec licere ampliùs venditoribus illam redimere; fuit deciſum, quòd ſic, Vrſill. in dec. 73. ſub num. 3.

Emptor de iure nemine diffamante an poſſit inuito venditore procurare, quòd fiant banna, vt quicunq; ius prætendat ſuper re vendita, proponat, & agat: deciditur, quòd non in caſu occurrẽti, Vrſil. dec. 264. nu. 3. Ant. Gagliard. de abſol. à iurament. §. quartum, n. 34.

Emptor iuris luendi rei feudalis cum aſſenſu an præferatur emptori cum pacto de retrouendendo cum aſſenſu, nõ obſtante, quòd hic emptor primò emiſſe ius luendi prætederet, eidemq; potuiſſe

ſe fieri dictam venditionem, & remiſſionem ipſius iuris luendi abſquè aſſenſu, tanquàm poſſeſſori; fuit deciſum in S.C.iuxta mentem Camerar. in l.Imperialem,§.16.de prohib.feud.alier.per Feder.concludentis, remiſſionem iuris in re feudali non poſſe fieri poſſeſſori ſine aſſenſu in præiudicium tertij, Vrſil.dec.281.ſub n.1.in medio. *Franc. Hieron.de Leo deciſ.Valent.1.n.37.Ant.de Amato var.reſol.tom.1.reſol.7.n.42.*

Emptor rei an teneatur ad ſolutionem cenſuum præteritorum, ſi vendita re ad rationem tareni vnius cuiuslibet palmi, non alitèr fuerit facta menſuratio per venditorem, nec translatum dominiũ,nec contractus adhùc perfectus; fuit deciſum, quòd non teneatur ad cenſum præteriti temporis, Capyc.dec.14.de quo meminit Ann. in ſing.573. vẽditio, vbi paritèr aſſerit, aliàs fuiſſe deciſum idem, cùm talis venditio non cenſeatur perfecta antè menſurationem,Io.And.de Georg.alleg.43.nu.8. Vrſil.dec.68.n.4. Io.Franc. del Caſtillo dec. Sicil. 65.Ant.Fab.in eius C.titul.de action.empt.defin. 1.*Barbat.de aſſiſt.gloſ.7.n.47.*

Emptor rei à viro an ſit manutenendus in poſſeſſione rei poſt eius mortem,vel vxor, fuit in S. C. deciſum, quod vxor non turbet emptorem à poſſeſſione rei,ſaluis iuribus dotalibus, Ann.in alleg.147.

Emptor ſecundus an præferatur primo in re feudali, vel Eccleſiaſtica vendita alicui,& venditor ſe conſtituerit poſſidere nomine emptoris, licèt antequam Dominus aſſentiret, alteri vẽdiderit Domino aſſentiente; fuit deciſum in S.C.in fauorem ſecundi emptoris, Frecc. de ſubfeud. lib.2.in prima author.n.17.

Emptor rei alteri locatæ per venditorem an teneatur ſtare colono,qui conduxerat domum,accedẽte iuramento locatoris, ità vt non poſſit expelli à re conducta,concluditur in fauorem emptoris, vt non teneatur ſtare colono, non obſtante tali iuramento locatoris,& ità fuit per Cur. Reg. Aquilanam deciſum, & paritèr idem in alio ſimili caſu deciſum in S.R.C.tradit Franc. Viu.in ſylua cõm. opin.in opin.127.conductorem, ſub nu.10.verſ.& dùm eueniret.

Emptor rei furtiuæ ignorantèr licèt actione furti teneri non videtur, tenetur tamen rem ipſam tantummodò Domino reſtituere,abſq; eo, quòd poſſit pretium repetere, verùmtamen ſi rem ipſam nomine Domini emerit,eo comparente,& petente reſtitutionem rei,emptor ipſe pretium recupetabit,ſi vtile negotium geſſerit pro Domino,& id declaratur, quando emptor pro modico pretio emiſſet,quia tunc videtur vtile negotium Domini geſſiſſe,ſecus ſi magno pretio,vel quanti res valeret emiſſet,tunc enim non dicitur feciſſe vtile negotium Domini, & conſequentèr tenetur eam reſtituere, & non repetit pretium, & ità in facti contingentia fuiſſe conſultum, & obtentum in Mag. Cur. Vic. tradit Affl. in c.1.§. receptatoribus,col.2.n.6.verſ.ſecundò nota, de pace iur.firm. eum citat Boſſ.in tit.de furt. nu.50. & meliùs modernus Doctor Petr.Cabal.reſol.crim.cent.3. caſ. 291.n.18.& 19.

Emptor primus alicuius rei ſtabilis an præferatur ſecundo, cui facta erat traditio, ſi venditio fuerit facta à procuratore cum appoſitione conſtituti,tàm nomine ſuo, quàm domini, fuit in S. C. deciſum,quòd ſic in cauſa certorum de Caua contra ſententiam M.C.V.& ſententiam Tiraquel. Paul. Fuſc.ſing.6.lit.V.

Emptores a Sacro Hoſpitali Diuæ Mariæ Annunciatæ non poſſunt conueniri iure congrui,vel prothomiſeos vigore priuilegij ei conceſſi, Franch. deciſ.383.Maſull.ad Capyc.dec.66.num.4. Ric.in collect.dec.16.*Barbat. de diuiſ.fruct.part.2.cap.6. num.27.*

Emptores, qui aſſenſum non expedierunt in venditione feudi ipſis facta,an teneantur ad intereſſe,ſi pecuniam acceperint a venditoribus pro expeditione aſſenſuum,concluditur,quòd non, & ità bis in contingentibus caſibus fuerunt abſoluti, Reg. de Pont.in conſ.5.n.96.vol.1.

Epiſcopus in cauſa propriæ Eccleſiæ an poſſit recuſari vt ſuſpectus; Concluditur iuxtà communẽ opinionem,quòd Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ allegari poſſit ſuſpectus in cauſa,Capyc.dec.137.à n.1. ad 5.meminit Ric.dec.144.p.1.

Epiſcopus an poſsit cognoſcere, & iudicare de delicto commiſſo contra eius Officialem,concluditur cum opinione Bar. quòd dùm delinquitur in perſonam Officialis, vel eius famuli, ſiquidẽ ratione perſonæ principalitèr, & Officialis, tunc non cognoſcet,ſi ratione officij,& tunc cognoſcet,Capy. dec.137.n.7.& 8.

Epiſcopus inſimul cũ eius Vicario ſi ſint ſuſpecti qd fiet pro adminiſtratione iuſtitiæ; Concluditur,eſſe cauſam delegandam alicui neutri parti ſuſpecto, Capyc.dec.137.nu.10.per totum,Steph.Quarant. in ſumm.Bullar.verb. Archiep. ſub nu.19. fol.61. Rocch. in lib.1. pract. iudic. rub. de iud. ordin. Giurb.dec.Sicil.27.n.10.

Epiſcopus delegatus ſuſpenſus an poſsit ſubdelegare, & exercere iuriſdictionalia; Concluditur, quòd ſic,& ità fuit deciſum,Ann.in alleg.71.Ric. collect.dec.83.

Epiſcopus vt ciuis illius Ciuitatis an habeat intentionem fundatam,vt poſsit paſcere ſua animalia in ſua Diœceſi; fuit in Reg. Cam. Summar. datus terminus in cauſa tantum, Ann.in ſing.365.Officialis,Io.Franc.Capibl.in prag.12.de Baron.nu.5. Ric.collect.dec.848.& 1706.

Epiſcopus creatus Regius Conſiliarius an præcedere debeat omnes alios Conſiliarios priùs creatos, licèt ex diſpoſitione iuris ſedebit Epiſcopus in Capitulo vt Canonicus ſimplex,& in Regio Cõſilio vti Conſiliarius; tamen in occurrenti caſu incidente in cauſa Epiſcopi Biſiniani creati Regij Conſiliar. fuit oppoſitum deciſum, cui fuit conceſſus locus immediatè poſt Præſidem, & præceſſit omnes Conſiliarios,Franch.dec.138.nu.4. eum citat Reg.de Pont.dec.8.n.7. Molfeſ.in comm.ad Conſuet. Neap.par.1.c.5. num.40. Ric. in collect. dec.674.Marta voto 101.num 8.idem Ric.in praxi Eccl.dec.475.n.7.Carol.de Graſſ.in tract.de effect.cler.in 1.effect.nu.515.& ſeq.Amat.conſ.30. ſub nu.8. *Conſ.Anna conſ.40. num.47. quem etiam ſequitur Reg. Conſt.ant. in l. 1. C. de Conſul. lib. 12. num.17.*

Equus ſi ſit venditus alicui,abſq; tamen reſeruatione redhibitoriæ infrà tempus dierum quadraginta, juxtà vulgatam conſuetudinem Neap.immò cum ſpeciale pacto,ſicut vulgo dicitur *per tale, quale è, & per ſacco d'oſſa rotte*, an ſuccedente morbo ali-

quo

quo occulto infrà tempus prędictum locus ſit redhibitoriæ, non obſtante renunciatione ſic facta, cũ igitur caſus iſte accidiſſet in M.C.V. decidi in anno 1601. de menſe Ianuarij inter Laurentiũ S. Chirico, & Nicolaum Cerullo venditorem, ſeruatis ſeruandis, conſtitoq; de morbo iam dicto, pręuia fide Miniſcalchi deciſum fuit per ipſam M.C. referente Aloyſio Valcarcel tunc illius Iudice, nunc autem meritiſſimo Regio Conſiliario in fauorem emptoris contra venditorem ad reſtituẽdum pretium, non obſtante allegata renunciatione, prout ex actis deſuper compilatis apparet penès Anaſtaſium Act. Mag. ſub patrocinio quond. Io. Petri de Tutijs V.I. Doctoris, & mei coniuncti; cùm caſus iſte in dies accidat, quanquàm iuris authoritates in deciſione cauſæ allegatæ in mei poſſe non peruenerint, adhùc ad corroborationẽ ipſius hæc breuitèr pręmittere libuit, renunciatio. n. generalis iurata non comprehendit ea, de quibus veriſimilitèr iurans non depoſuiſſet, ſi expreſſum fuiſſet, ità Anchar. in q. 8. par. 2. nu. 14. & in terminis noſtris refert Bellac. inter comm. opin. tit. de ædilit. action. n. 1. quòd vendens equum habentem defectum latentem, dicendo, vendo morboſum, ſtrabonem, claudum, &c. quòd non obſtantibus illis verbis poterit emptor agere redhibitoria, vel quantò minoris, ex mente Specul. in tit. de empt. & vend. §. nunc, Angel. & Doct. in l. paciſci, ff. de pactis, Barbat. conſ. 16. in fin. vol. 2. & conſ. 56, col. 3. Corn. conſ. 81. par. 3. Iaſ. d. l. paciſci, Panorm. in c. iniuſtum, n. 3. de rerum permut. Alex. in l. ſi quis cũ alitèr, vltima col. ff. de verb. oblig. Ang. in §. prætorum, inſtit. de iure nat. & in §. in duplũ, in 3. col. de act. Alex. conſ. 108. col. 1. vol. 3. verſ. accedunt, & col. 3. verſ. item ibi vendens, & ſubnectit ibidẽ Bellac. n. 10. quòd vendens equum, aut aliud animal, aſſerẽs illud ſanum, ſi demùm appareat, illud animal morboſum eſſe, tenebitur, quamuis dixerit, ſe nolle teneri, nam ſi appareat de aliquibus vitijs, per hoc non excuſabitur, & ſemper de dolo tenebitur, & talis proteſtatio eum non releuat, l. 1. §. vẽdita, & ibi Bal. ff. de act. emp. & quòd demùm, ſubdit, ſi vendat cum omnibus ſuis vitijs, hoc pacto adiecto, quòd non vult teneri de aliquo vitio, ſi demùm facta venditione poſt modicum tempus appareat de aliquo vitio, de quo non apparebat tempore venditionis, tenebitur de tali vitio, eo pacto non obſtante, quia venditor videtur fuiſſe in mora, & in dolo, non exprimendo in ſpecie illud vitium, ità Paul. de Caſtr. & Iaſon in dict. leg. paciſci, Abbas dicto cap. iniuſtum, num. 3. Verùmtamen dubitari etiam poterat, ijs non obſtantibus contra emptorem renunciantem, idcircò ad confirmationem præmiſſorum vltrà allegata allego Marcellum Calà de modo articul. §. ſecundo, gloſ. vnica, num. 709. vbi hæc formalia dixit verba, deuenio ad praxim vltimi caſus, in quo dico, quòd ſic debent formari articuli, videlicet, quòd equus venditus erat morboſus antè venditionem, vt quia habebat dolorem in ſpatulis, vel alium ſimilem morbum, de quo emptor non erat conſcius, & venditor ſic, de quo, ſpecificè debebat emptorem certiorare, & non ſufficit, ſi ipſum generalitèr admonuiſſet, & certioraſſet, nam in generali ſermone non præſumitur, quis velle renunciare iuri, cui ſi ſciuiſſet veriſimilitèr non renunciaſſet, argumento tex. in leg. ſed ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi caut. cap. in generali, de regul. iur. libr. 6. capit. vnico, extrà commod. hæc ille, ſin autem venditor ſciebat morbum equi, emptor autem ſupine ignorauit, vt quia erat defectus, qui ad oculum videri poſſet, tunc venditor non tenebitur, ità dicit Bald. in leg. 1. Cod. de ædilit. act. & eſt de mente gloſſ. in dict. leg. paciſci, dum dicit, iuſtè, quem citat ibidem Bellac. num. 3. & reſpondet obiectioni illi fortè propoſitæ, quòd dolus præponderat culpæ, leg. item ſi obſtetrix, ff. ad leg. Aquil. ex mente Bald. ibidem, quòd venditor hoc caſu non fuit in dolo, quia non habebat præſumere, emptorem eſſe fatuum, Aretin. dict. §. prætorum, & ſic procedunt deciſiones contrariæ, ad quod allego textum ſingularem in leg. 1. §. ſi intelligatur, ff. de ædilit. edict. ibi vitium, morbuſquè mancipij, vt plerunquè ſignis quibuſdam demonſtrari ſolent vitia, poteſt dici, edictum ceſſare, hoc enim tantũ intuendum eſt, ne emptor decipiatur, per quem textum audiui iudicatum eſſe, venditorem mancipij nigri cum ferro in collo non teneri ad reſtitutionem pretij, prout deciſum fuit per S. R. C. referente Regio Conſiliario Cæſare Alderiſio in cauſa Anelli Porpora cum Abb. Nardo Cuſcono in Banca Gakerij, vt infra verbo ſeruus, quamuis de hoc extet notoria praxis, cũ talis ferri impoſitio ſigna fugę, & vitiorum mancipij denotent, propter eà cauti emptores circa hoc eſſe debent, vt ſpecificè loquantur in emptione ſeruorum, de quo extat ſollemnis allegatio Mauri ſenioris 73. contra emptorem ſerui, abſquè tamen ſignis, ex eius fuga indè ſequuta, & in terminis noſtris de equa cum ſigno vulneris vendita *per ſacco d'oſſi rotte*, & de venditore nolente teneri ad intereſſe pro aliquo vitio, nec ad pretij reſtitutionem ex *pacto* in venditione appoſito optimã deciſionem facit Io. Petr. Surdus in deciſ. Mantu. 146. vbi per tot. articulum iſtum benè examinat, & contra venditorem concludit, & decidit, vt teneatur ad reſtitutionem pretij recepti, ex quo nõ fecerat mentionem de morbo inueterato, ex cicatrice præſumpto, & reſpondet ad tex. in d. §. ſi intelligatur, num. 19. & ſeq. quod ſatis ad propoſitum vtriuſq; caſus facere cernitur. Io. Bapt. de Thor. I.C. Neap.

Eui*ctio* imminens in limine contra*ctus* an impediat liquidationem inſtrumenti mutui, dependentis ex venditionis inſtrumento, in quo vertebatur eui*ctio*; fuit deciſum, poſſe procedi ad liquidationẽ, non obſtante, quòd ex aduerſo dicebatur, imminere eui*ctionem* in limine contra*ctus*, Vrſill. dec. 171. nu. 5.

Eui*ctio* debetur pro feudo, ſi ſeruitia pro eo debita eſſent æquiualentia feudo, & non erit ſimplex donatio, ſed ob cauſam, vbi cauſa correſpondet donationi; ſecus ſi feudũ eſſet magni valoris, & redditus verò ſeruitiorum conſiſterent in modico, & ità per S.C. fuit deciſum in fauorem donationis, & Curiam nõ teneri ad eui*ctionem*, habendo reſpe*ctum* ad ſeruitium, quod non erat correſpondens reditui, & in conceſſione non erat promiſſa eui*ctio*, Frec. de ſubfeud. lib. 2. in § auth. n. 17.

Euictio ſi ſit promiſſa per vxorem inſimul cum viro alienante cum obtentu omnium bonorum an ſi euinceretur res, & emptor ageret ſuper alijs bo-

pis mariti ſibi hypothecatis, excludatur à muliere pro eius dotibus, & antephato agente ſuper eiſdem bonis; fuit per S. C. iudicatum, quod pro dote emptor excludatur; ſecus verò pro antephata, Iacob. Anell. de Bott. in add. ad Conſuet. Sed ſi muner. incip. pone caſum, f. 270.

Euictio an debeatur in donatione remuneratoria pro ſeruitijs, quæ ex neceſsitate officij erant facienda; fuit decretum, quòd non, in cauſa Ducis Sueſſæ cum Reg. Fiſco, Reg. de Pont. conſ. 59. D. Franciſ. Borgia, vol. 1. n. 16. & num. 23. refert, idem fuiſſe decretum in cauſ. Iulij de Capua, & ratio eſt, ad hoc vt euictio debeatur in donatione remuneratoria, requiritur, quòd ſeruitia fuiſſent talia, quòd pro eis fuiſſet actio data aduerſus donantem, nec ſufficit antidoralis donatio, ſed requiritur etiam ciuilis, vel ſaltim Iudicis officium, de quo meminit Capibl. in pragm. 3. nu. 67. de Baron. Fab. Ann. conſ. 93. nu. 29. idem Regens in tract. de poteſt. pror. tit. 5. in princ. nu. 28. *Iul. Cæſ. Gallup. in praxi Sacr. Conſil. part. 2. cap. 15. num. 13. Imbrian. in libello de Campan. Ciuit. ſtatu conſeru. fol. 36 Reg. Tap. deciſ. Ital. 6. n. 26. Reg. Conſtant. in l. 1. & 2. C. de ſil. Offic. lib. 12. n. 42. Guzman. de euict. q. 25. n. 42.*

Euictio particularis corporis feudi venditi in pluribus corporibus, & iuribus expreſsis conſiſtentis, cum clauſula, ſi quæ, vel ſi qua ſunt, cum promiſsione euictionis, an veniat, ſi tempore venditionis per venditorem res ipſa particularis euicta poſsidebatur; fuit deciſum per R. C. S. in cauſa D. Horatij Trani vtilis Domini Terræ Turini cũ Marchione Speculi affirmatiuè in beneficium emptoris, penès Conſtantinum Act. Anell. Amatus in conſ. 67. emit olim, vol. 1. *Epiſc. Ric. collect.* 2125.

Euictio an ſibi locum vendicet in donatione facta à patre filio contemplatione matrimonij de annuis introitibus conſequendis ſuper aliquo feudo, quod deindè refutauerat pater eidem filio, qui euictionem à ceſſionario patris conſequutus fuit vigore ceſſionis ab eo factæ, & ſi euictio dumtaxat à ſe, vel habente cauſam à ſe promiſſa fuiſſet in primo contractu, vbi pretium rei paritèr reciperat vltrà ſummam donatam; in facto demonſtrabatur, Matthæum Comitem donaſſe aur. duc. 430. ſuper Terra Arpadij eius filio contemplatione matrimonij per viam refutationis dictæ Terræ franchæ, & liberæ ab omni onere, cum annua perceptione duc. 4000. percipiendo pretium ex reliquis ann. 3570. cum promiſsione euictionis à ſe cauſam habentis, & ab ipſo donante, & poſtmodùm in alia refutatione facta in anno 1571. alia pacta, conditiones, & reſeruationes feciſſe, ſuggerente euictione vigore ceſſionis factæ per ipſum Matthæum Goffredo Pagano, queritur, an teneatur ad euictionem prædictam, & affirmatiuam partem intuendo iuxtà vulgatam Doct. concluſionem ſubſequitur, contractum non à denominatione contrahentium, ſed à ſubſtantia ipſius cognoſci debere, & ob id ſi contractus venditionis appelletur donatio, non per hoc talis erit, & è contra, l. ſi vno, ff. loc. Bald. & cæteri Doct. ab Afflict. dec. 80. citati, quo fit, vt iſte contractus refutationis, & donationis fuerit vocatus, non tamen vera donatio fuit, ſed mera venditio, ſeù permutatio, & proindè donans de natura contractus euictionẽ venire cernens, l. non dubitatur, C. de euict. l. pacta conuenta, vbi gloſ. ff. de contrah. empt. expreſsè ſibi, vt non teneatur ad ipſam, niſi in caſibus citatis cauere voluit, in alijs verò, & ſi ad totalẽ non teneretur, ſaltim ad pretij reſtitutionem obligatus adhùc erit, l. emptorem, §. qui autem, ff. de cõtrah. empt. Tiraq. de retract. lign. g. §. 12. verſ. & hæc quidèm, ſed eſto, quòd eſſemus in contractu refutationis, ac donationis, & à traditione, & non à promiſsione cœpiſſet, paritèr debetur euictio, quia dolus patris interceſſit, filium ſic tot contractibus præiudicialibus illaqueando, tot lites, & altercationes ſciens, illas tacendo, gl. in l. Ariſto, §. fin. verbo ſi dolo fecit, ff. de donat. quapropter & ſi vi pacti ad euictionem non teneatur, quod negatur, ſaltim ad reſtitutionem pretij teneri non ambigitur, & ſi forte obijceretur, creditum hoc duc. 430. venditum fuiſſe, & venditorem nominis obligari tantùm, quòd nomen ſit verum, & de iure exigibile, licèt de facto ſecus, l. ſi nomen, ff. de hæred, vel act. vend. gloſ. l. ſi plus, §. fin. in fine, ff. de euict. id procedit, quando emptor filius ſciuiſſet, nomen hoc debitoris non eſſe ſoluendo, pulchra eſt deciſio Alex. in l. ſi cùm dote, §. ſi mulier, verſ. & non omitto 3. col. ff. ſolut. matr. cæterùm filius ignorauit omnia, & ignorantia præſumitur, l. verius, ff. de probat. ſequutus fuit paternam fidem, & deceptus ſatis, ſuperq; remanſit, & in carcerem obijt, at etiam introitus ipſi euicti fuiſſent facto patris per ceſsionem ab eo factam dict. Goffredo, meritò ad euictionem tenetur. Nec obſtabit ex aduerſo ratio illa, refutationem hanc ſucceſsionis præuentionem fuiſſe, And. in c. 1. §. & ſi libellum, de alien. feud. pat. cap. 1. §. donare, qual. olim feud. alien. pot. & proindè in ea non veniat euictio, nam ſi eſſet mera refutatio, vtiq; tanquã præuentio aſſenſus non fuiſſet requiſitus, non aduertens, quòd in refutatione facta in ann. 1564. fuerunt donatæ Terræ franchæ, & liberæ cum dict. annua perceptione duc. 4000. & ità non alitèr propriam ſapit præuentionem ſucceſsionis, quæ cum onere ſuo, & non libera ab omni onere tranſire debet; ex l. hæreditas, ff. de reg. iur. & l. nihil, ff. de verb. ſignif. & paritèr ſecũda refutatio anni 1571. nonnulla pacta, & reſeruationes, & conditiones refutationis conditionem alterantes continet, adeò quòd nulla dici poteſt, eo quia non pura, non ſimplex, ex not. per Loffred. in conſ. 5. anteò nu. 2. & in tit. ſi de feud. defunct. mil. cont. fuer. verſ. quid ſi Titius, Frec. lib. 2. de ſubfeud. limi. 17. ad Conſt. diu. mem. Cam. in cap. Imper. catt. 25. nec refutans euictionẽ promiſiſſet, ſi vera refutatio fuiſſet, ſed quia plus refutans recepit, quàm dedit, & ob pacta reciproca fuit alterata refutatio, & in alium contractum onerosum tranſubſtantiata, Nec inſupèr obſtabit omiſsio denunciationis litis, & regula illa, quòd contra venditorem denunciatione non facta non detur regreſſus, l. emptor, & l. ſi parentes veſtri, C. de euict. l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. cap. fin. de empt. & vendit. nam regula ipſa limitatur, quotiès venditor eſſet in dolo, cùm litem moueri ſciens, emptorem non iuuit illa, non tradendo, ex quibus obtinere debuiſſet, l. Titius, la 2. l. plus, §. videamus, ff. de action. empti, vt in caſu noſtro, Immò ſi pater author laudatus fuiſſet, & litem defendiſſet, ſimilitèr ſuccubuiſſet, poſtquàm omnia, quæ ceſſionarius patris dicit, in indiuiduo ipſe allegauit, & bis ſuccubuit, meritò de euictione tenetur, abſquè denunciatione, & ſic obſeruatí

quo-

quotidiè teſtatur Addit.ad Afflict. in dec.49. nu. 4. & 5. inſupèr non eſt in regula inſiſtendum virtute iuramenti in dicto contractu adiecti, ſufficit enim, authorem litem ſciuiſſe, ad text. in cap. breui, vbi Io. Andr. de iureiur. Rip. in c. cùm M. Ferrarienſis, nu. 166. verſ. fallit iſta concluſio, de conſt. Alex. & latè Iaſ. in l. 2. §. voluntate, ff. ſolut. matr. Barbat. in cap. fin. de empt. & vend. Ant. de Butr. d. c. breui, Addent. ad Capel. Tholoſ. dec. 407. Soc. in reg. 117. vltima fallent. Capyc. deciſ. 110. Auth. comm. opin. 2. tom. tit. de euict. nu. 25. lib. 8. Prætereà præſenti, & ſcienti non eſt facienda denunciatio, etiam quòd ſit cedens, vel vendens in iudicio per interpoſitam perſonam Procuratoris, nam hoc ſufficiet, vt ſit ad euictionem aſtrictus, abſq; alia denunciatione, vt in caſu iſto, dùm ceſſionarius patris cedentis Procurator in rem propriam conſtitutus in refutatione per intermediam ipſius perſonam, præſens in iudicio iuris miniſterio cenſetur, & per conſequens filius in lite prædicta, quam pater ſciebat, nedùm ciuili, ſed naturali obligatione impellebatur, abſquè alia requiſitione, vt per Dec. conſ. 102. ex doctrina Bald. in l. libera, in princip. C. de ſentent. & Alex. in l. 2. §. fin. ff. ſolut. matr. Demùm ſi inter mercatores negotia ſunt de bono, & æquo, iuris ſubtilitate remota tractanda, Ang. conſ. 79. Fulgoſ. conſ. 7. colum. 15. Pariſ. conſ. 88. num. 3. lib. 1. quantò magis inter patrem, & filium ſic de bono, & æquo, iuris ſubtilitate prætermiſſa agendum erit, nam & ſi pater pro filio theſaurizare tenetur, nihilominùs in caſu noſtro filium depauperauit, eoq; magis cùm refutatio contemplatione matrimonij perſpiciatur, & in fauorem filij Iudex ſe debet fingere patrem mulieris, vt per Franch. dec. 436. num. 5. in fin. Ideò omni iure hæredes dicti Matthæi euictiònem dict. annuorũ duc. 430. promiſſorum nũquàm habitorum reficere tenentur, & ſic referente Salamanca iunctis aulis iuxtà prædictas allegationes fuit obtenta ſententia in fauorem hæredum de Stephano, patrocinante meo nimium dilecto patruo quondam Fabio de Falco I. C. eximio, ex cuius allegat. volum. hæc habui. Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

Exactio dotis licèt fieri poſſit inſolidum à promittente, & eius hæredibus, an idem iis ſeruãdum ſit in antephato; vt paritèr inſolidũ eius exactio permittatur; fuit deciſum, quòd non, Vrſil. deciſ. 291. num. 2. & id aliàs in S. C. iunctis aulis fuiſſe deciſum tradit Fęlix de Rubeis in addit. ad Conſuet. Vbi dos, incip. limita etiam iſtam conſuetudinem, fol. 234. de qua meminit Franch. deciſ. 71. num. 13. Maſtrill. dec. 93. n. 2. Molfeſ. in Conſuetud. Neap. par. 6. q. 9. n. 9.

Exactio dotis an impediri poſſit matri, quando fuerit tutrix, & vellet dotem exigere ob redditionẽ computorum; concluditur, quòd non, ex mente Neguſant. in primo membr. 5. part. princip. num. 36. & ità quotidiè in Sacr. Conſil. ſeruatur, vt refert Carolus Tapia in pragmatica quinta ſententia, de offic. Sacr. Conſil. num. 11. in opere iuris Regni.

Exactùm pro gabella à primis conductoribus ex frumento ciuium in fraudem ſecundi conductoris an reſtitui debeat; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. deciſ. 96. Aloyſ. de Leo l. incogniti iuris, num. 11. & ſeq. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. Marcell. Calà in tract. de modo articul. & prob. gl. vnica, §. 2. num. 121. *Cabed. deciſ. Luſit. 187. part. 1. Barbat. de diuiſ. fruct. part. 2. c. 7. n. 6. & ſeq. & Greneu. pract. concluſ. lib. 1. concl. 12. n. 3.*

Examen teſtium an ſit ſemper faciendum in cauſa, quãdo teſtes eſſent de lõginquo, ſi cauſa eſſet magna Iudex debet præcipere, quòd veniant coràm ſe, vel ſi haberet teſtes ſuſpectos, & ita fuit deciſum, Io. Ang. Piſanel. ad Affl. dec. 137.

Examen teſtium recipiendorum in cauſa repulſæ an debeat committi Examinatoribus S. C. vel debeāt examinari teſtes corã cauſæ Cõmiſſario; fuit in S. C. deciſum, poſſe committi Examinatoribus S. C. nàm videntur recipi in Curia, dùm examinãtur per prædictos Examinatores, Carol. Tap. in annot. ad prag. 25. incip. teſtium, §. cauſarum expeditioni, n. 3. de offic. S. C.

Examen factum non citato procuratore in actis cõſtituto an valeat, Bart. in l. furioſo, ff. de re iudic. dixit, quòd non, & ità in facto fuiſſe deciſum in M. C. V. refert Io. Iacob. Maſul. in addit. ad Capyc. dec. 35. n. 3.

Exceptio meliorationum factarum, pretij, ſiuè augmenti domus per poſſeſſorem an opponi poſſit contra creditorem agentem hypothecaria, quamuis ſit augmentum obligatum; fuit deciſum iuxtà ordinariam practicam, quòd ſic, Franchis dec. 445. n. 3.

Exceptio iuriſiurandij oppoſita ad impediendum litis ingreſſum per emptorem rerum feudalium aduerſus alienantem, reuocari alienationem petentem ex Conſtitutio. Conſtitutionem diuæ memoriæ an militet; concluditur, quòd non, Franch. dec. 391.

Exceptio l. benè à Zenone, & l. fin. C. de quadrien. preſcript. eſt reſeruata in deciſione cauſæ, Franch. dec. 377. vbi aſſerit, ità aliàs fuiſſe deciſum, Ric. in collect. dec. 288.

Exceptio nullitatis citationis an poſſit per procuratorem inquiſiti opponi; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 232. *Hect. Capyc. Latr. dec. 69. n. 33.*

Exceptio diſcuſſionis an obſtet in cauſa dotis agenti hypothecaria; fuit deciſum, quòd ſic, Franchis dec. 270. Nunt. Pellic. in Conſuetud. Auerſ. cap. 9. num. 147. Ant. Theſaur. dec. Pedem. 53. nu. 4. Maſtrill. dec. Sicil. 109. nu. 2. Ric. in collect. deciſ. collect. 479. *Ant. de Virgil. in tract. de legit. perſon. cap. 17. n. 25. Barbat. de aſſiſt. gloſ. 19. n. 24.*

Exceptio hoſtica an militet aduerſus dotem in ſententia expreſſa, de cuius exequutione tractatur, non fuit deciſum, quamuis veritas deciſionis appareat, vt non poſſit impediri exequutio ſententiæ, Franchis deciſion. 286. licèt Capyc. in inueſtitur. feud. verſ. hoſtici exceptionem, fol. 188. dicat, bis fuiſſe in Sacro Conſilio deciſum, Tapia in Conſtitut. Hoſtici, Maſullus ad Capyc. deciſion. 76. in princip. Liparul. ad Andr. in cap. primo, §. habita, numer. decimo ſecundo, in addit. liter. C. incip. fori, de ſtatut. & conſu. contra libertat. Eccleſ. Iul. Cæſar Imbrian. in tractat. de primo, & ſecundo benefic. conſiderat. 5. num. 38. Giurba deciſ. Sicil. 118. num. 19. Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 6. num. 451. *Borrell. in ſumma deciſ. tom. 3. tit. 5. num. 481. & 488.*

Exceptio rei iudicatæ ex iudicio ſummario reſultans an poſſit opponi in iudicio plenario, ſi fuiſſet dictum in ſummario, citrà præiudicium iurium ambarum partium; fuit deciſum, eſſe procedendum in cauſa ad ea, quæ incumbunt, non obſtante exceptione oppoſita, Franch. deciſ. 289. Muſcatell. in praxi Sacr. Conſi. lib. 1. part. 5. gloſ. reſeruatis, in addit. liter. C. incip. dicemus, Mart. de iuriſd. par. 3. cap. 6. num. 4. *Conſ Marcian. conſ. 4. num. 31. & ſeq. vbi declarat, qualitèr procedat iſta deciſio, Fontanel. deciſ. Cathal. 132. num. 16. & deciſ. 133. num. 3. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. tom. 2. controuerſ. 35. num. 23. Marta conſ. 10. in princ.*

Exceptio exequutionis ſententiæ oppoſita per victorem an impediat litis determinationem in cauſa reclamationis; fuit deciſum, non eſſe procedendum in cauſa reclamationis, niſi exequutis decretis, Franch. deciſ. 290. Muſcatell. in practic. Sacr. Conſil. lib. ſecundo, part. tertia, gloſ. inerint, num. 9. Iulius Cæſar Imbrian. in tract. de primo, & ſecundo beneficio, conſiderat. quarta, num. 125. Ric. in collect. deciſ. 12. *Taſſon. de anteph. verſ. 3. obſeru. 3. nu. 76.*

Exceptio oppoſita poſt ſententiam per ſocerum, ſe non teneri, niſi in quantum facere poſſet pro reſiduo dotis, & antephati petiti per Nurum an militet, quamuis huic beneficio renunciari non poſſit, tandèm ex cauſa euidentis doli fuit condemnatus ſocer ad ſoluendum reſiduum, Franch. deciſ. 164. & in addit. aſſerit, in alia cauſa idem fuiſſe deciſum, Ioann. Paul. Galter. in practic. crimin. inſtrument. ſecunda ſecundæ partis, num. 31. Maſtrill. deciſ. Sicil. 68. & deciſ. 93. num. 23. Ric. collect. dec. 231. Paſchal. in tract. de virib. patr. poteſt. part. 2. cap. 9. num. 25. *Ioann. Caſtagn. in tractat. de benefic. deduct. ne egeat, in proœm. primæ partis num. 22. quæſt. 1. nu. 5. & quæſt. 7. in princ. Nizol. allegat. 12. Blaſc. in memorab. 25. in fine.*

Exceptio quinquennalis an operetur contra creditorem ex cauſa depoſiti; fuit deciſum, non operari, etiam quòad depoſitum in pecunia numerata, Franch. deciſ. 151. eum citat Ioan. Paul. Galter. in practica crimin. inſtrument. in ſecunda tertiæ partis, num. 17. Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. lib. 1. part. 4. gloſ. petendo, num. 18. Ric. in collect. deciſ. 1054. Paſchal. de vir. patr. poteſtat. part. 2. cap. 9. num. 63. *Iul. Cæſ. Gallup. in praxi S. C. part. 3. cap. 8. num. 9.*

Exceptio diſcuſſionis inuentarij oppoſita per hæredem compromittentem, & ſe obligantem proprio nomine, quamuis admitti debeat, ſicut deciſum fuit, teſte Minad. deciſ. 25. tamen contrarium poſteà fuit determinatum, Reg. Rouit. in prag. odia litium, de arbitr. poſt nu. 17. in fin.

Exceptio requirens altiorem indaginem reſeruatur ad merita cauſæ, & ideò cùm fuiſſet oppoſita exceptio Pragmaticæ editæ Thori, & non oſtendebatur de iure Regis, nec apparebat de exceptione, aut confiſcatione, ceſſare poterat diſpoſitio illius Pragmaticæ, ex quo in deciſione poterat probari de iure Regis; dùm erat præſentatus aſſenſus Regius, qui annullabatur per Pragmaticam, & licet fuiſſet dictum, quòd probaretur contrarium eius, quod in pragmatica continebatur ob talem requiſitionem altioris indaginis; fuit tandèm reſeruata talis exceptio ad merita cauſæ, Io. Ang. Piſanell. in pragm. 1. de poſſeſſ. non turb. num. 63.

Exceptio Regiæ Pragmaticæ editæ Thori oppoſita per actorem prætendentem, ipſo iure eſſe à poſſeſſore vigore donationis Regis patri factæ poſſidenti dubietatem continens, an ad merita cauſæ erit reſeruanda; fuit deciſum, quòd ſic, Grāmat. deciſ. 65. Fab. de Anna conſ. 113. num. 31. Io. And. de Georg. in alleg. 13. num. 9. Tapia in Conſt. Si exceptio.

Exceptio inimicitiæ teſtium oppoſita an impediat litis curſum, vel probanda ſit incontinenti; fuit deciſum, exiſtente capitali inimicitia oppoſita impediri curſum litis ad ipſorum receptionem, ſecus ſi altiorem indaginem requireret, nam tunc differetur in termino repulſæ, Grammat. deciſ. 86. quem allegat Proſp. Farinac. in titul. de oppoſit. contra perſon. teſt. quæſt. 53. num. 17. Iul. Cæſ. Imbrian. in tract. de repulſa part. 1. conſid. 4. nu. 20. & ſeq.

Exceptio dominij an ſit admittenda contra agentem interdicto, quorum bonorum; fuit concluſum, dominij tunc obſtare exceptionem, quando in promptu conſtaret de dominio, aliàs ſi requireret altiorem indaginem, reſeruaretur in iudicio petitorio, Afflict. dec. 14. num. 4. Ant. Fab. in eius C. tit. quorum bonorum, definit. 1. *Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 24. num. 22. Ricc. collect. 2179. part. 6.*

Exceptio ſpolij rerum mobilium oppoſita per reum conuentum pro feudo quaternato an admittatur; fuit communi voto concluſum, non eſſe admittendam, cùm feuda procedant ex publico, & talis exceptio rerum priuatarum ſicuti in bonis Eccleſiarum, & alijs bonis publici iuris dicitur, quarè exceptio prædicta non videtur obſtare, Afflict. dec. 19. vſq; ad num. 5. Ant. Fab. in eius C. titul. vndè vi, in definit. 40. Lancell. in tract. de attentatis par. 3. c. 4. q. 7. *Scultes in obſeru. forenſ. 25. num. 28.*

Exceptio ſpolij per reum conuentum ex poſſeſſorio, vel petitorio operatur, vt ſuperſedeatur in iudicio intentato per aliquod temporis ſpatium, & dari terminum ad probandum exceptionem, quod procedit de iure Canonico, cap. frequens, de reſtit. ſpoliat. an etiam de iure ciuili procedat per l. ſi te bonis, C. de iure delib. quæ iura inuicem aduerſantur; fuit concluſum, diſpoſitionem cap. frequens procedere, quando reus conueniretur ab illo, qui eum ſpoliauit, & tunc ſuperſedetur in iudicio, ſecus ſi à tertio conueniretur, tunc ipſa exceptio non militabit, Afflict. deciſ. 19. à num. 5. vſquè ad finem, vbi paritèr concluditur, prædicta eſſe vera, ſi ageretur ciuilitèr, ſecus criminalitèr, tunc enim ſemper obſtabit exceptio, Ant. Gabr. lib. 5. de reſtitut. ſpoliator. concluſ. 2. num. 20. & 23. Anton. Fab. in eius Cod. tit. vndè vi, in definit. 40. Lancell. dict. tract. de attent. part. 3. cap. 24. quæſt. 7.

Exceptio iuriſiurandi oppoſita per reum, vel tranſactionis ad impediendum litis ingreſſum an reſeruanda ſit ad merita cauſæ, tanquàm requirens altiorem indaginem ex replicatione actoris offerentis probare in termino probatorio; fuit deciſū, q non, ſed debet dari terminus ad probandum

ſuper

ſuper replicatione, Affl.dec.63. Muſcat, in praxi Sacr.Conſ.lib.1.par.4.gloſ.reſeruatis, num.11. & gloſ.vlteriora,num.7. gloſ. concluſionem, Puteus deciſ. Roman.233. part.3. Farinac.deciſ. Roman. 471. num. 1. Surd. in tract. de alimentis, titul. 1. quęſt.115.Mart.de iuriſd. part.4. caſ.55. num.24. *Surd.conſ.252.n.16.vol.2.*

Exceptio declinatoria fori competens debitori contra creditorem an obſtet ſingulari ſucceſſori creditoris; fuit deciſum, quòd non, quia hæc exceptio eſt perſonalis,& cohæret perſonæ, Afflict.deciſ.74.Maxill.in Conſuet.Bari, rub. de teſtib.§.licèt viuæ,n.25. Hieron. Marilian.deciſ.Ianuæ 12. & 31. *Angel.Stephan.Garron.ad Conſtit.Mediolan. de iure Fiſci,art.2.n.14.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ an poſſit opponi in contractu mutui poſt biennium, accedente nòua promiſſione, & ſic geminatis obligationibus; fuit deciſum, quòd licèt poſt ſolutionem allegari non poſsit, poſt tamen prorogationem benè obſtabit,& ideò fuit dictum, quòd exequutio virtute obligationis retractetur, Affl.dec.110.Maſcard. de probat.concl.1246.n.2.Bologneit.l.lecta,n.31. verſ.tertia eſt quæſtio, ff.ſi cert. pet. *Ricc. collect. 2251.part.6.*

Exceptio dominij an admittatur contra agentem interdicto recuperandæ, quæ regularitèr non admittitur,tamen quando conſtaret per ſententiam latam in petitorio de dominio conuenti, tunc obſtabit exceptio dominij agenti recuperandæ,at in caſu occurrenti de dominio aliquatènus conſtabat,non alitèr per ſententiam, ſed per vota Iudicum,fuit dubitatum, ſi militauerat, vnde attentis rationibus diſcuſsis fuit votatum, quòd dicta exceptio dominij fundata vigore dictorum votorum non erit alicuius momenti, Afflict. deciſ.303. quem citat Ant.Gabr.lib.5.tit.de reſtitut. ſpoliat. concluſ.1.n.101.circa allegata vota Iudicum meminit Reg.de Pont.conſ.60,n.24.vol.1.Pariſ.conſ. 1.n.163.vol.1.

Exceptio diſcuſsionis principalis oppoſita per fideiuſſorem indemnitatis conuentum per actorem ad ſibi ſoluendum pretium rei, an obſtet,attenta notoria principalis inopia, ità quòd ſoluendi ſpes non eſſet;fuit in S.C.deciſum,talem exceptionem non obſtare,attenta notorietate facti permanentis,quòd dictus principalis, nec alius pro eo erant ſoluendi, Afflict.dec.318.Muſcat.in pract.fideiuſ. par.2. quæſt.10. num.6.Ann,in ſingul.178. excuſſio,idem Muſcat.in pract.S.C.p.3. verbo ſimiles, num.9.Ant.Gabr.lib.3.titul.de fideiuſſor.concl.1. n.53.Ric.collect.dec.237.Alph.Petuſ.collect.194. *Rhenat. Koppin. in tract. de priuil.ruſt.lib.3.c.5.ſub n.3.Barbat.de aſſiſt.gl.10.n.27.*

Exceptio oppoſita, ne continentia cauſæ diuidatur collecta ex generalibus verbis narrationis facti, an operetur denegationem audientia Iudicis ordinarij, ſi lis fuerit coràm alio Iudice paritèr ordinario;concluditur,quòd ſic per Affl. deciſ. 354. à num.1.vſq; ad num.18.Proſper Farinac.in tit.de inquiſit.q.5.num.54.Sigiſmund.Scacc.in tract.de iudic.cauſ.ciuil.& crimin. cap.12.num.66. & ſeq. & 71.Regens de Ponte conſ.70.num.12. Muſcat. in praxi Sacr. Conſil. lib.1.part.2.gloſ.Tribunali, nu.14.& ſeq. Parlador. rerum quotid. lib.2.cap.9. *Alex.Trentacinq.variar.reſolut.lib.2.reſol.3.nu.7. & 10. Dom.Conſiliar. Carleual de iudicijs, tom.1. lib.1.t.1.1.diſput.29.ſect.3.nu.900.& Monac.deciſ. Florent.66.*

Exceptio compenſationis an poſſit opponi contra instrumentum liquidum, & iuratum; fuit per S.C. approbata opinio Canoniſtarum in hoc, quòd non poſſit opponi talis exceptio, obſtante iuramento, Afflict.dec.381.à num 1.ad 5.vbi ſingularitèr Vrſil.& eum allegat Reg. Rouit. in pragm.de inſtrum.liquidat.nu.15.Ant.Gabr.lib.2. tit.de iureiur.concl.7.num.1. & 8. & Lanar. in conſ.1.nu. 22.de Bottis ad Bar. in l. amplius non peti, ff.rem rat.hab. & Viuius in ſylua comm. opin.opin.114. compenſatio,num.3.& opin.315.promittens,in princ. Io.Camill.Bilotta in tractat.de abſolut. iurament. lib.2. càp.16. num,10. idem Reg. Rouit. pragm.1.de cenſ.num.20. Pariſ. conſ.121.volum. 1.num.24. Hieron. Marilian. in repet. l. quoties, C. de reiuend. num.211. Ric.collect. deciſ.1381. Marta in tract.de clauſ.par.1.clauſ.297.Kircou.inter comm.opin.tit.de compenſ. num.12. & tit. de oblig.& action.nu.29. Anchar.q.9.par.2.num.16. *Alex.Trentacinq. variar. reſolut.lib.3. tit.de compenſat.reſolut.1.ſub num.7. & tit.de cenſ. reſolut.1. nu.3.4.20.& 24.Epiſc.Ric.collect.2170.part.6.& reperi quandam Apoſtillam manuſcriptam incerti Authoris ſic dicentem, annis præteritis iudicauit contrarium in fauorem Magnificæ Lauræ Sanctopatre.*

Exceptio dominij in promptu oppoſita an obſtet agenti recuperandæ,& ſic notorius defectus proprietatis, in occurrenti caſu dùm fuiſſet annuus reditus duobus venditus, & poſito in poſſeſſione ipſorum,ſecundus emptor petebat conſeruari in poſſeſſione, iuxtà decretum M. C. V. ex quo conſtabat in promptu de nō iure poſſeſſoris,quoniam primus emptor per prius emerat, & per cōſtitutum debebat preferri qui priùs habuerat poſſeſsionem,etiam per conſtitutum, propterea fuit reuocata ſententia M. C. V. per S. C. & prælatus primus emptor, Vrſill.dec.116.n.3.

Exceptio non numeratæ pecuniæ an poſsit opponi poſt factam ſolutionem, non obſtante lapſu biennij;fuit pluries deciſum,quòd ſic,& fuit datus terminus in cauſa, Vrſill.dec.109.n.4.

Exceptio rei iudicatæ quando militat,militabit etiā litis pendentia, ſed quando eſſet euidens iniquitas in ſententia, & quòd ſit nulla, vel non ſit nulla ſunt opiniones, tamen quòd ſit nulla fuit deciſum in S.C.ſententiam aſsiſtentiæ obtentam contra quaſdam mulieres poſſidentes domum, quæ fuerunt repertæ creditrices anteriores ipſo creditore obtinente ex inſtrumento, & ſic notoriè apparebat de iniquitate ſententiæ,non militare, Vrſill.dec.357.n.7.

Exceptio diſcuſsionis oppoſita per tertium poſſeſſorem conuentum hypothecaria an militet, attēto pacto in inſtrumento adiecto de capiendo conſtituto precarij,item ſi fuerit oppoſitum, debitorem non eſſe ſoluendo, & demùm attenta notorietate,quòd debitor,nec eius hæredes erant ſoluendi,quia fuerant ſpoliati bonis omnibus ob rebellionem,& hac potiſsimùm attenta ratione fuit votatum in beneficium actoris contra excipientem, Capyc.deciſ.54. eum citat Anna in ſing.178. excuſsio, Ant. Gabr.lib.3. tit. de fideiuſſ. concl.2.

P 3 n.12.

num.12.& ſeq.Ric.in collect.deciſ.27.Duennas in reg.335.n.17.*Barbat.de.aſſiſt.gl.10.n.27.*

Exceptio rei iudicatę vt obſtet,tria neceſſaria exquirit,copulatiuę,rei,perſonæ,ac agendi identitatem,& propterea non obſtat hæredi agenti contra hæredem debitoris ad annuam ſolutionem certæ ſummæ debitæ vigore inſtrumenti,ſi per conuentum fuerit oppoſitum,inſtrumentum debere declarari illicitũ,& reduci ad debitam ſummam,& per actorem oppoſita exceptio rei iudicatæ per ſententiam latam in fauorem eius authoris contra debitorem principalem,per quam fuit condemnatus ad ſoluendum tertias petitas in inſtrumento contentas; fuit deciſum,quòd procederetur in cauſa,exceptione rei iudicatæ oppoſita non obſtante,Anna in allegat.8.quem citat Marc.Ant.Genuenſ.in praxi Curiæ Archiepiſc.Neap.c.4.n.10.Muſcat.in praxi S.C.lib.1.p.4.gl.iudicatæ,n.8.

Exceptio rei iudicatæ an obſtet Fiſco,quando per eã pars,quæ moleſtaretur fuerit abſoluta,nec ab ea Fiſcus infrà biennium reclamauerat; fuit in R.C.prouiſum,obſtare exceptionem rei iudicatæ,& quòd Reg.Fiſcus non moleſtaret conuentum,Anna alleg.26.

Exceptio rei iudicatæ oppoſita per Vniuerſitatem abſolutam a ſolutione prouentuum donatorum per Reginam,& cõfirmatum per eius filium quatènus de nouo opus eſſet,an obſtet Fiſco,& Baroni nouiſsimè Vniuerſitatem moleſtantem ſuper petitione prouentium prædictorum; facto verbo in Collat.Conſil.fuit abſoluta Vniuerſitas ab impetitis,& in prædictis ſufficere generalem conſenſum hæredis,Ann.in alleg.47.& in ſingul.105.conſenſus,*Ric.collect.2254.p.6.*

Exceptio rei iudicatæ oppoſita per Baronem contra Vniuerſitatem petentem per Iudicis officium vsũ in montaneis,an obſtet,vel tanquàm dubia ad merita cauſæ reſeruanda,dùm diuerſitas cernitur eſſe,ex quo ſententia declarauerat montaneas liberas à ſeruitute,& aliud fuerit petitum,tanquàm deciſum,item in modo agendi diuerſitas dignoſcebatur,dùm in prima cauſa fuerat intentata confeſſoria,licere Vniuerſitati paſcua ſumere iure ſeruituris,& hodiè Iudicis officij remediũ imploratum,fuit deciſum,exceptionem ipſam tanquam dubiam eſſe ad merita reſeruandam,licèt à decreto prædicto poſteà reclamatum,non tamen deciſum,Ann.in alleg.48.& in ſing.176.exceptio,Muſcat.in praxi S.C.lib.1.p.4.gl.Iudicatę,num.8.

Exceptio periurij oppoſita per aduerſarium aduerſus ſupplicationem,ſiuè petitionem continentem,vt pactum adiectum in inſtrumento de retrouẽdendo non ſit elapſum,& ſic per indirectum contra inſtrumentum,an impediat litis ingreſſum,obſtante petitione porrecta per procuratorem,non obſtante habilitatione obtenta poſt oblationem ſupplicationis expedita per alium Epiſcopum,iuriſdictionem non habentem in actorem,fuit prouiſum,quòd procederetur ad vlteriora,exceptione periurij ad merita reſeruata,ob honeſtatẽ contractus,Anna in alleg.85.Ant.Gagliar.de abſol.à iuram.§.quartum,n.35.

Exceptio Reg.Pragm.editæ Thori in ſecundo capite an obſtabit Vniuerſitati petenti domanium ſimpliciter,nec prætendenti habere Regium priuilegium,& reuocatum; fuit deciſum,quòd ſic,& ità Baro fuit abſolutus,quia obſtabat exceptio Prag.iſto modo,Ann.in alleg.87.n.2.

Exceptio rei iudicatæ oppoſita per ſubfeudatarios,ex quo fuerunt abſoluti an nullitet,licèt per Fiſcũ diceretur,illas abſolutorias fuiſſe fraudulentes,& mediante pecunia compoſitas Principi Salerni,qui carebat prole,& feudũ erãt de breui recuſarum,& erat reintegratum; fuit deciſum,quod procedatur in cauſa reintegrationis,exceptione rei iudicatæ vnà cum replicatis ad merita reſeruata,Ann.in ſing.210.feudum.

Exceptio hoſtica an competat contra mulierem petentem dotem,in quo iudicio verſatur priuata vtilitas principaliter,licèt ſecundariò publica; fuit deciſum in Sacr.Conſ.quòd ſic; ex quo ipſa exceptio fauore publico introducta eſt principalitèr,Frecc.de ſubfeud.lib.1.titul.de Offic.magn.Admir.num.18 Et antè eum eandem deciſionem tradidit Affl.in Conſtit.Hoſtici,num.28.quem citat Cæſ.Barz.dec.Bonon.82.poſt n.7.*Ric.collect.2293.part.6.*

Exceptio iuris iurandi an tranſeat ad hæredes actiuè tantùm,quòd ipſi valeant hanc exceptionem opponere,concluditur,quòd ſic,& propterea fuit deciſum in S.C.vt iuramentum vẽditoris noceat,Vrſil.dec.285.n.4.

Exceptio l.quod cum eo an poſſit opponi per filium inſimul cum patre obligatum,ex quo ſe obligauerat cum patre tempore,quo erat ſub eius poteſtate;fuit deciſum,quòd ſic per M.C.V.Franciſcus Mazzia in addit ad Franc.Ant.de Iudice in eius pract.de liquid.& exequut.inſtr.in 4.conſid.ſub n.70.incip.aduerſus liquidationem.

Exceptio rei iudicatæ oppoſita per Sedile aduerſus aliquem nobilem petentem declarari,de aliqua nobili familia eſſe,& reintegrari ad honores Sedilis,an obſtet,ſi eodem die fuerit prolata ſententia contra fratrem de nobilitate; fuit deciſum in Collaterali Conſilio in cauſa Epiſcopi Bouini cum Sedile exceptionem nõ obſtare,Fab.de Ann.in conſ.decimo ſeptimo,licèt ad excludendum,num.40.

Exceptio rei iudicatæ contra patrem an obſtet filio,cùm filius ſit vna,eademq; perſona cum patre,& quid in cauſa nobilitatis,& Sedilinũ; fuit per S.C.datus terminus in cauſa,exceptione rei iudicatæ ad merita reſeruata,vt refert Fab.de Ann.in conſ.19.pro excluſione,vbi in fine ſe remittit ad deciſa in præcedenti conſ.18.in fine,Riccius collect.deciſ.733.

Exceptio rei iudicatæ vt obſtet,tria potiſsimùm requiruntur,vt ſit eadem cauſa,eadem perſona,idẽquè modus agendi,quid ſi fuerit iudicium intentatum à filia olim actrice contrà hæredes conuenti,& quòad modum agẽdi,dùm fuerit iudicatum,feudum eſſe hæreditarium,& donationem inualidam ex defectu Regij aſſenſus,& petitum nouiſsimè reuocationem venditionis feudi nullam,exiſtente legitima cauſa facta per matrẽ tutricem ſub figuratis coloribus crediti,quamuis ſit eadem cauſa,hoc eſt eiuſdem rei; fuit in facto deciſum per S.C.exceptionem eſſe reſeruandam ad merita cauſæ,Fab.de Ann.in conſ.99.exceptio rei iudicatæ,Ricc.in collect.dec.1058.

Ex-

Digitized by Google

Exceptio Senatuſconſul. Velleiani an militet, ſi fuerit oppoſita per donatarium tertium poſſeſſorem bonorum donatorum aduerſus creditricem donantis agentem pro aliqua ſumma vigore inſtrumenti initi cum ipſa donatrice, ex quo facto demonſtrabatur, quòd donatrix licèt principali nomine ſe obligauerat creditrici, dùm ipſa creditrix in contractu credidit, & ſoluit pecuniam tertio cũ fideiuſſionè ipſius donatricis, & tertias ſemper exigit à prædicto tertio, & eius filio, & ob id dùm fuiſſet per donatarium oppoſitũ, obligationẽ non valere, quia fuerat interceſſio, & ſucceſſiuè non poſſe creditricem iuuari exceptionibus Senatuſconſulti. Vellejan. ex ſubſcriptis, quoniam licèt in cortice verborum apparebat, quòd donatrix erat principalis, & ille tertius fideiuſſor, & apocha Bãci erat directa ipſi donatrici, tamen incontinenti patres declarauerunt, quòd negotium ſpectabat ad ipſum tertium, qui promiſerat extrahere ipſam indemnem, & illæſam, etiam antè damnum paſſum, qui quidèm duo actus ex vicinitate actuum, & quaſi connexitate reputantur vnus actus, & ob id multis rationibus corroboratur inualiditas obligationis. Primò, quia non ſuccedit in locum illius, cùm non ſit actum, quòd creditrix ſubintrèt in locum illius, nec alitèr facta ceſſio. Secundò, quòd contractus geſtus non rendit in cauſam propriam ipſius donatricis. Tertiò, attenta donatione ipſa prætendi nequit, quòd donauerat pecuniã receptam. Quartò, longè abeſt reiteratio obligationis. Quintò, nec renunciatio Senatuſconſ. Sextò, licèt aſſertio Notarij ineſſet, quòd fuerit impetrata diſpenſatio, adhùc non ſtatur tali aſſertioni, cùm ſit extrà eius officium, & id egit ad euitandum penam Pragmaticæ, nam ſi adeſſet, inſeruiſſet in obligatione, & demùm quamuis reuocari poſſint donata per creditores futuros, quãdo excogitatè, & in fraudem creditorum fuerit facta donatio, quod ceſſat in caſu iſto, dùm erat facta donatio loco pio, quarè omnibus diſcuſſis fuit deciſum in S.C. contra dictam obligationem, vt non valeat, Io. Andr. de Georg. in alleg. 37. primò, quia n. 17. ponit deciſionem.

Exceptio rei iudicatæ an obſtabit agenti, aſſiſtẽtiam petendo ſuper augmẽto ſoculariorum in ſolutum acceptorum, non obſtante partis replicatione, augmentum, & diminutionem ſpectare ad Dominum tanquàm Dominum acceptationum in ſolutum, licèt fuiſſet de nullitate replicatum; fuit tandèm deciſum, quòd obſtante exceptione rei iudicatæ ipſe actor abſoluatur, Reg. de Pont. conſ. 74. in cauſa, ſub num. 2. verſ. ſed quod plus eſt, vol. 1.

Exceptio litis pendentiæ oppoſita per conuentum ab aliquo, qui prius ipſum conuenerat pro reſtitutione alicuius rei, & verſa vice reconuentus fuerãt de alia reſtitutione, & perempta fuerat inſtantia, poſt cuius peremptionem reconuentus per principalem petitionem actorem conuenerat, & actor prius poſteà excipiens inſufflationem ſpiritus obtinuerat poſt citationem, an militet; concluditur, quòd non, quia tempore litis motæ inſtantia cauſæ reconuentionis erat perempta, & reſtitutio cùm ſit quędam gratia non debet alicui prę-iudicare, cùm extrema nõ ſint habilia, ideò locum habere non debet retrotranſlatio, & ità fuit communi voto deciſum, vltrà alias ſimiles deciſiones, Minad. dec. 5. Franciſcus, Reg. Rouit. in rub. de inſtant. cauſ. non reſtit. n. 14.

Exceptio inuentarij oppoſita per hæredem conuentum poſt promulgationem laudi præcedentis ex compromiſſo inito inter eos, in quo quidèm compromiſſo hæres prædictus ſe obligauerat ſoluere quicquid fuerit iudicatum per Arbitros; cũ obligatione bonorum ſuorum, quaſi videretur conueniri ex proprio facto laudo promulgato; ſi fuerit illud exequi petitum, non obſtante exceptione, an admittatur, per S.C. fuit declaratum, exceptionem inuentarij admittendam eſſe, Minad. dec. 25. hæres, Franch. dec. 648. Reg. Rouit. in prag. odia, de arbitr. num. 17. refert, contrarium deindè obtinuiſſe in S.R.C. contra iſtam deciſionem, Ricc. in collect. dec. 79.

Exceptio pragmaticæ editæ Thori oppoſita quando requiſita non adeſſent, ſolitum eſt decerni, ipſam non obſtare, aut verò conſtant, & tunc decernetur, obſtare: Cæterùm ſi dubitaretur, quando eſſet dubium, regularitèr decernitur, quòd capiatur informatio, qua capta, & viſa, ſiuè obſtat, ſiuè non interponitur decretum; ſed an ſit ad merita cauſæ reſeruanda, dùm in facto controuerteretur de conceſſione Regis, ſi erat realis, vel perſonalis, fuit deciſum in Reg. Cam. in prima inſtantia, eſſe ad merita reſeruandam, verùm in reclamatione contrarium fuit deciſum, ſcilicèt non obſtare exceptionem, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. in verſ. declarata igitur, num. 54. & 55. ponit hanc deciſionem.

Exceptio Pragmaticę editę Thori an obſtet, ſi actor, & reus habuerint cauſam ab ipſis Regibus, tamẽ vnus cauſam habebat à primis Regibus, alter à ſecundis, licèt concludatur, quòd non, quia priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum, tamen fuit deciſum in cauſa Ducis Seminariæ habere locum Pragmaticam, & in hoc præualere vltimam diſpoſitionem, ſi cum ea concurreret, & adeſſet poſſeſſio, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. in verſ. declarata igitur, nu. 58. f. 71.

Exceptio pragmaticæ editæ Thori an militet, quando non infringitur titulus habitus à dictis Regibus, vt ſi quis habuerit cauſam à dictis Regibus, & moriens aliquis, vt hæres apprehẽderit poſſeſſionem, & alius venerit, dicendo ſe hæredem; ſi demùm poſſeſſor oppoſuerit exceptionem prædictam; fuit iudicatum in cauſa Cæſaris Spinæ illam non militare, quia non infringitur titulus habitus, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. declarata igitur, n. 60. f. 71.

Exceptio pragmaticæ editæ Thori an poſſit opponi, ſi adeſſet ſolummodò aſſenſus illorum Regum; fuit deciſum, quòd ſic, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feudor. verſ. declarata igitur, num. 62. fol. 71. à terg.

Exceptio præſcriptionis quinquẽnalis an poſſit opponi aduerſus Fiſcum moleſtantem tertium poſſeſſorem bonorum rebellis, ex quo publicatio bonorum, quę naſcitur ex delictis non habet locum elapſo quinquennio à die mortis; fuit deciſum in R. C. obſtare exceptionem quinquennalis pręſcriptionis pro parte poſſeſſoris oppoſitam, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. declarata igitur, n. 84. & 85. f. 73.

Exceptio hoſtica an etiam militet, quando fuerit oppoſita

poſita

Digitized by Google

poſita aduerſus actorem, qui petebat examinari facere teſtes, qui interfuerat in quadam donatione ad futuram rei memoriam; fuit deciſum per S.C. ad relationem M.C.V. quòd teſtes recipiantur, quibus receptis ſuperſedeatur, ſtante exceptione hoſtica oppoſita, Iacob. Anell. de Boctis in addit. ad Conſt. Hoſtici exceptione, verſ. ad hanc Conſt. *Epiſc. Ricc. collect. 2293. par. 6.*

Exceptio hoſtica oppoſita pro parte Principis Auellini contra Octauium Piſanum an obſtet; fuit per S.C. deciſum, obſtare dùm eſſet in bellicis rebus Mediolanum appulſus, & deindè Flãdriam, Reg. Tapia in annot. ad Conſt. Hoſtici, n. 9. quod etiam de iure communi ſtatuitur, vt Comites, & Barones dùm ſunt in exercitu non poſſint conueniri, nec eius Officiales, inquit Bar. in l. qui collegio, n. 1. ff. de excuſ. tutor. vide Ann. alleg. 75. n. 4.

Exceptio tranſactionis oppoſita per conuentum nepotem an iure militet, ſi mutuum eſſet à filio factum de pecunia patris, & tranſactio eſſet facta cum ipſo filio tantùm cum debitoribus, inuito patre ipſius, item quia antè tranſactionem fuerat debitum ipſum alteri ceſſum; fuit concluſum, ex quo dictus filius mutuauerat etiam pecuniam patris, quòd poterat ei ſolui, nec ceſſio debiti opitulari videbatur, & ſi fuiſſent vtiles, & directę actiones ceſſę, quoniam directę nequeunt cedi, & proptereà fuit votatum, quòd licèt ſcientia non ſit probata conuenti de prima ceſſione, ſed poſito, quòd fuiſſet probata, non erat ſufficiens, quia ratione directę actionis remanſę penès cedentem potuiſſet transfigi, & cedi, dùm alterum ex illis tribus cõtentis in l. 3. C. de nouat. non interuenerat, Affl. dec. 335. à n. 21. ad fin. Ann. ſing. 486. ſolutio, Berazz. in tract. clauſ. in clauſ. 29. gloſ. 4. poſt nu. 9. & 10. qui iſtam deciſionem videtur impugnare, Seraph. dec. Rom. 1422. *Phœbus deciſ. Luſit. 20. nu. 4. Theſaur. lib. 4. quæſt. forenſ. q. 12.*

Exceptio oppoſita per conuentum aduerſus donatarium agentem nomine proprio, & donatricis ad impediendum litis ingreſſum, quòd antè omnia doceret, ſe talem qualem ſe fecit, & donationis, & ceſſionis cederet authenticum, & quòd aliàs non tenetur libello reſpondere, an ſit admittẽda; fuit in S.C. iudicatum in fauorem actoris, nõ admittendo talem exceptionem impedientem litis ingreſſum, Io. de Amic. in conſ. 24. in Dei nomine, &c. exceptionis peremptoriæ, vbi in fine inquit, tandèm in S. C. de communi voto Dominorum de Conſilio fuit iudicatum in fauorem Franciſci pro iſta opinione.

Exceptio oppoſita antè litis conteſtationem per cõuentum in lite intentata per tutorem fortè pro pupillo, vel per Procuratorem pro Domino, per Prælatum nomine Eccleſiæ, & ſic alieno nomine, non ſuo, an impediat litis conteſtationem, donec non fuerit adimpletum exceptioni oppoſitæ circa legitimationem perſonæ, vt ſi fuerit oppoſitum, non eſſe tutorem, nec Procuratorem, aut Prælatũ, concluditur, antè litis conteſtationem eſſe verificandam iſtam qualitatem, iuxtà exceptionem oppoſitam, quemadmodùm quando poſſeſſio Prælati agentis nomine Eccleſiæ eſſet recens, debet probari de titulo antè litis conteſtationem, ſecùs ſi eſſet in poſſeſſione antiqua Eccleſiæ, niſi eſſet quæſtio de titulo ipſius Prælati, & tunc ſatis eſt aliquid probare de titulo, ad effectum vt poſſit agere, & ita in contradictorio iudicio fuit pronũciatum in S.C. refert Afflict. in Conſtit. Exceptiones filiationis, ſub n. 1. verſ. ſed quæro, vtrum, eandem deciſionem citat Petr. Bonintend. in deciſ. Bonon. concl. 18. nu. 3. Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 3. gloſ. comparentis, n. 11. & 17.

Exceptio nullitatis an poſſit opponi aduerſus citationem ad dicendum cauſam, quarè exequi non debet pro cenſibus decurſis contra heredes debitoris; fuit in S.R.C. ad relationem M.C.V. inter votandum habitum pro vero, poſſe opponi, non tamen quando debitor reperitur in poſſeſſione exigendi, & ità concluſum, Reg. Tapia in prag. 2. de cenſib. n. 138. in 4. p. iuris Regni.

Exceptio rei iudicatæ vt obſtet ex iuris diſpoſitione tria potiſſimùm exquiruntur requiſita, hoc eſt, vt ſit eadem res, idem modus agẽdi, & inter eaſdem perſonas, ſed quid ſi fuerit petita alia res dependens ex eadem re primò petita, diuerſo inſupèr agendi modo, an obſtabit, concluditur, obſtare iuxta opinionem gl. in l. an eadem, ff. de except. rei iud. & quòd ſufficit, quòd ſint eadem perſona, idẽ modus agendi, & eadem res verè, vel interpretatiuè, & ita in cauſa Comitis Triuenti cum Principe Stillarum fuiſſe iudicatum nouiſsimè affirmat Reg. de Ponte in repet. de ſucceſſ. feud. lect. 19. n. 6. & in conſ. 30. n. 2. vol. 2.

Exceptio rei iudicatæ an obſtet agẽti ad petitionem introituum, ſiuè fructuum medio tempore perceptorum per condemnatum ad reſtitutionem rei mediante ſententia, à qua reclamauerat, & in ea nõ fuerat facta condemnatio futurorum fructuũ, ex quo de iure procedere non poterat; fuit deciſũ in fauorem actoris, non obſtante exceptione oppoſita, Reg. de Pont. dec. 32. dùm elaboraſſem.

Exceptio hoſtica oppoſita poſt concluſum in cauſa an militet, vt ſuperſedeatur in cauſa iuxtà Conſt. Regni; concluditur, quòd ſic, & ità obſeruatum fuiſſe tradit Affl. in Conſt. Hoſtici, n. 21. *Epiſc. Riccius collect. 2293. par. 6.*

Exceptio cedendarum an obſtet mulieri pro dote agenti contra tertium poſſeſſorem, concluditur, quòd non, Franch. dec. 477. n. 16.

Exceptio hoſtica an competat vxori illius, qui militat in Caſtris; fuit concluſum, quòd non, Capyc. dec. 76. Muſcat. in praxi S.C. p. 6. gloſ. priuilegiata, nu. 6. & idem Capyc. dec. 171. refert fuiſſe deciſum, quòd non obſtante dicta exceptione oppoſita eſt procedendum ad expeditionem cauſæ, Tap. in Conſt. Hoſtici, n. 14. Battaglin. in addit. ad Cyn. in l. 1. C. de vxor. milit. Ricc. in collect. dec. 157. & 2293.

Exceptio diſcuſsionis inuentarij oppoſita per hæredem cum beneficio legis, & inuentarij ſoluentem primis creditoribus venientibus, pro quibus hæreditaria bona retinuerat, an militet aduerſus creditores hæreditarios aſsiſtentiam ſuper bonis hæreditarijs obtinentes, licèt fuiſſet per S.C. deciſum, eſſe procedendum ad vẽditionem bonorum, ſuper quibus fuerat præſtita aſsiſtentia, non obſtante oppoſita diſcuſsione inuentarij, iterùm facto verbo attenta nullitate decreti contra caſum legis promulgati diſcuſſo articulo prouiſum fuit, quòd ſuſpenſo decreto intrà menſem diſcuteretur inuentarium, in cauſa Fratrum de Corcione, pe-

nes

nis Scacciauenſis, Anell. Amat. conſ. 88. inter alias.

Exceptio Regiæ pragmaticæ editæ Thori oppoſita per poſſeſſores feudi tempore litis motę aduerſus olim naturales poſſeſſores tempore Reg. Pragm. à quibus fuit per vltimos poſſeſſores ablata, an obſtet, fuit deciſum, obſtare, nec alitèr procedendum eſſe ad vlteriora, in cauſa illorum de Bucchis contra illos de Tuſo, Reg. de Ponte conſ. 155. nu. 61. vol. 2.

Exceptio periurij oppoſita aduerſus filiumfamilias obligatum inſimul cum patre agentem pro reſciſſione contractus an obſtet, & ſi fuiſſet obtenta, poſt elapſum tempus ſolutionis, circumſcripta quoque contumacia prætextu liquidationum factarū ab alijs creditoribus, ità vt audiri non poterat; fuit deciſum in S.C. q. exceptione periurij ad merita reſeruata, ac alijs exceptionibus non obſtantibus detur terminus in cauſa, verùm non impediatur venditio bonorum eiuſdem filijfamilias, & hoc in cauſa Principis S. Seuerij cum creditoribus, Andr. Moliari conſ. 45. duo ſunt.

Exceptio Pragmaticæ editæ Thori de poſſ. ff. non turb. an poſſit opponi in quacunq; parte iudicij; fuit deciſum, quòd ſic, in cauſa Principis Hoſtiliani cum Comite Altauillæ, Fab. Iordan. in addit. ad dictam Pragmaticam, in antiq. fol. 484. incip. an exceptio.

Exceptio hoſtica an poſſit opponi, ſi in inſtrumento ei fuerit renunciatum; fuit tam in S.C. q̃ in R.C.S. deciſum in cauſa Marchionis Montiſnigri, referente Caſteller tunc Præſidente, quòd non, Reg. Tap. in annot. ad Conſt. Hoſtici, quem citat Ric. collect. dec. 1373. Giurb dec. Sicil. 1. 18. n. 15.

Exceptio inualiditatis contractus partitarij contra formam Reg. Pragmaticæ celebrati cum aliquo debitore cum obligatione eius filij minoris, tunc in poteſtate conſtituti, abſquè renunciatione beneficij l. quod cum eo, an poſſit opponi per creditorem ſimilitèr vti ceſſionarium iurium dicti filijfamilias, & pro eius parte alia exceptio alterius inualiditatis eiuſdem contractus celebrati cum dicto filiofamilias ſub patria poteſtate tunc cōſtituto, & ſurdo aduerſus alium creditorem anteriorem vigore dicti inſtrumenti, & ſic poſt mortem principalis debitoris per multum ſpatium temporis, vt excludatur tàm ab anterioritate eius crediti, quàm etiam à conſequutione dicti eius crediti in facto apparebat, Claudiam, & Zenobiā de Libertinis creditrices Notarij Io. Caroli de Libertinis obtinuiſſe ſententiam aſsiſtentiæ in M.C.V. & demùm confirmatam in S. R. C. pro ducatis 180. cum intereſſe ſuper quadam vinea dicti debitoris, per Io. Andream Galluppum poſſeſſa, per quem factū depoſito pretij vineæ; Comparuit Thomas Bonitus creditor eiuſdem Not. Io. Caroli vigore cuiuſdam inſtrumenti celebrati in anno 1576. cum obligatione Io. Hieronymi de Libertinis eius filij, tūc in patria poteſtate exiſtētis, & hoc ex pretio frumēti, vini, equi, affictus Actuariæ, & monetæ de contanti debitoris ipſius creditori ſolutæ, cui ſiquidèm Thomæ fuerunt liberati duc. 162. cum intereſſe decurſo, accedente etiam cautione in forma de reſtituendo, &c. Inſtabant creditrices ipſæ pro reſtitutione dictorum ducat. 162. liberatorum dicto Thomæ vigore dicti aſſerti inſtrumenti creditori, de quo nullam rationem habendam fore aſſerebant, tùm ex capite inualiditatis ipſius cōtractus, tùm quoq; vigore ceſsionis factæ per dictum Io. Hieronymum filiumfamilias ſic nullitèr obligatum, à quo cauſam habere dicebat creditor ipſe Thomas; quarè facta relatione per doctiſsimum virum Io. Baptiſtam Meliorem Reg. Conſiliar. & cauſæ Commiſſarium in S. R. C. deciſum fuit, abſoluendos eſſe conuentos hæredes dicti quondā Thomæ Boniti, ſaluis iuribus actricibus rectius agendi de hoc anno 1619. penès Romanum Act. Magiſtr. nam circa inualiditatem contractus partitarij S.C. nullam habuit de eo rationem, vt fundatum eſt ſuprà eo. in verb. contractus illicitus, verùm reſpectu alterius exceptionis Actricibus competentis vigore ceſsionis factæ per filiumfamilias tunc obligatū in dicto inſtrumēto inſimul cum eius patre, qui non alitèr renunciauerat beneficio l. quod cū eo, & ſucceſsiuè dùm contractus ipſe ex perſona ipſius filij infirmaretur creditrices ipſæ potiores, & anteriores reddebantur, & dicto Thomæ præferebantur, qui ex obligatione dicti filijfamilias potiorem eſſe aſſerebat, & propterea ex hoc nouo capite S. R. C. rectius agendum fore decreuit, indè porrecta de prædictis noua ſupplicatione per ipſas creditrices, iterùm facto verbo in S. R. C. per eundem cauſæ Commiſſarium de prædictis abſolutè etiam conuentos ab impetitis, & motum fuit ex eo, quòd dictus Io. Hieronymus de Libertinis tunc filiusfamilias erat ſui patris hæres, quod licet non apparebat ex præambulo, ſic tamen ſe in quodam inſtrumento aſſerebat, ad quod facit optima deciſio Domini de Franchis 694. quòd confeſsio facta cum vno, quòd ſit hæres, præiudicet quoad alios, potiſsimùm ſi is, qui confitetur, tenetur eſſe hæres, vt in filio, ſicuti in caſu iſto, qui cōcordat cum caſu allegatæ deciſionis, de qua ſuprà verb. confeſsio, ſicuti ſi fuiſſet hæres inſtitutus, ſēper teneretur ad paternum contractum inſimul cum eo, dummodò hæreditatem cum beneficio legis, & inuētarij adiuiſſet, vt dixit Molf. conſ. 42. num. 29. adeò quòd ſi hæres non eſſet cum tali beneficio, teneretur vltrà vires, Montic. in tract. de inuent. §. nonò principalitèr videndum eſt, num. 116. ſi inuentarium non confeciſſet, in tantum eſt verum, quòd cùm hæc vinea paterna fuerit vendita, ex hæreditate patris prouenienns, filius ad eius exhibitionem, & in ſolutum dationem, & ſatiſfactionem creditoribus dare tenebatur, hinc filiusfamil. licèt teneatur in bonis paternis vſquè ad vnum nummum, non per hoc carcerabitur, ſed ſit exequutio contra eum, nulla habita ratione, quòd egeat, vel non egeat, idem Præſ. de Franch. dec. 70. n. 3. qui ſic deciſum refert contra filiumfamilias effectum ſui iuris, non alitèr patris hæreditatem adeuntem, hoc eſt reſpectu bonorum tempore contractus obligatorum, & ex præallegatis deciſio ipſa rectè procedere cernitur. Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Exceptio Regiæ Pragmaticæ editæ Thori in primo capite an ſibi locum vēdicet aduerſus petitionem ſolutionum collectarum, ſiuè fiſcalium vigore Regij priuilegij immunitatis, in quo non adeſt ſpecifica mentio collectarum, ſiuè fiſcalium, ſimilitèr vigore confirmationis eiuſdem priuilegij, itemq; declarationis cuiuſdam Commiſſarij; Vertēte lite

inter

inter Vniuerſitatem Sueſſæ,& Vniuerſitatẽ Rocchæ Monfinæ ſuper ſolutione collectarum, ſiuè fiſcaliũ in R.C.S. dùm fuiſſet pro parte dictæ Vniuerſitatis Rocchę oppoſita allegata exceptio Regiæ Pragmaticæ editæ Thoii in primo capite, eo quòd immunitate gaudebat virtute priuilegij cõceſſi à Principe Roſſani in anno 1462.& confirmati per Regem Ferdinandũ in anno 1464. paritèrq; virtute declarationis Ioannis Pont. in anno 1473. Commiſſarij Regij, & ſucceſſiuè moleſtari non debebat aduerſus talem exceptionẽ; Sueſſana Ciuitas inſtando aſſerebat, exceptionem ipſam nullatènus obſtare poſſe, & proindè ad fundandam exceptionem ipſam duo potiſſimum exquiruntur, hoc eſt titulus illorum Regum de Aragonia, & poſſeſſio, qua de re cùm pars vtroq; carere videbatur, meritò obſtare non poterat, & Primò quòad titulum, licèt ex aduerſo produceretur cõceſſio Principis Roſſani, in quo multa concedebantur, & preſertim Franchitia functionum fiſcalium noſtrarum, nil tamen de Vniuerſitate ſequitur, nec de illa diſponere poterat, hinc Priuilegiũ Regis non præiudicat tertio ſine ſpeciali nota, Ann. in alleg.64. num.16. & in terminis annuit Maur.ſen. in alleg.16.n.1.& alleg.85. quod priuilegium Capuanis cõceſſum circa exemptionem à gabellis, & iuribus paſſuum non nocet Auerſanis, qui ſunt Domini paſſus Pontis Sicilis; Rex enim concedit ſua, non aliena, ſubdit Ann.in alleg.62.nu.11. Præterea nec confirmationes deſuper impetratæ à Rege Ferdinando obſtare cernũtur, & prima ſiquidèm confirmatio, in qua exprimebantur immunitates, videlicèt Gabellarum, Dohanarum, Paſſuum, Scapharum, Pontium, Menſurarum, Ponderum, Fidæ; Diffidæ, &c. in omnibus Terris dicti Principis Roſſani, & de bona tenentibus verbum nullum, quanquàm in eadem ſcriptura confirmentur inſtrumenta, & Frãchitiæ, quæ ipſi Rocholani habebant cum Ciuitate Sueſſana, & dum nec inſtrumenta, nec alij tituli oſtendebantur bona tenentium; Non obſtat primò, quia confirmatio non tribuit pluſquàm conceſſio, quę non loquitur de collectis Vniuerſitatis, confirmationis natura eſt addere robur cõfirmato, non autèm extendere ipſum ad non in eo comprehenſum, Roder. Suarez in alleg.8. num. 18. Secundò, quia confirmatio dicit, in Terris, quas iuſtè poſſidebat Princeps, ſemper enim confirmatio intelligitur de iuſtè, & legitimè poſſeſſis, Gozad.conſ.9.n.37. & hoc non demonſtratur, ea enim confirmatio non comprehendit maiora expreſſis, Verall.dec.204.num.7.par.1. ſemper præſupponit præexiſtentiam iuris quæſiti, & illi commenſuratur, quod confirmat Oſaſc. dec.38.nu.51. Tertiò, eſt confirmatio ſubreptitia, non facta mẽtione de denegatione præcedenti facta per eundẽ Regem, nec etiam reſpectu functionum fiſcalium dictæ Curiæ competentium; ſubreptio enim vitiat gratiam, Puteus dec.255.num.2.par.1. Quartò, reſpectu functionum fiſcalium priuilegium eſt reuocatum, quia ſemper ſoluit Vniuerſitas ipſa Regiæ Curiæ; per contrarium enim actum priuilegium immunitatis amittitur, vt in terminis noſtris concludit Anton Corſet. in ſing. verb. priuilegium tertiò, in fin. ergo talis confirmatio nullum tribuit titulum, eo magis cùm tertij præiudicium intueatur, quinimmò confirmationes, quæ ẽt fiũt a Dominis Terrarum in principio eorũ creationis, nõ extenduntur ad petitiones, ſeù ad iniuſtè conceſſa, ac præiudicialia, Maur.iun.in alleg.3. nu.8. eò quòd confirmatio Regis de iuſtis ritibus intelligenda erit, Franch.dec.2.n.33.& potiſſimũ iſta cõfirmatio priuilegiorum ſemper ſinè præiudicio tertij intelligenda erit, And.Gayl.lib.2.practic.obſeru. in prima obſeru.num.14. Nec etiam ſecunda confirmatio aliquid operatur, & ſic ex aduerſo dici poſſet, quòd confirmatio geminata, & pluriès facta habeat vim clauſulæ, ex certa ſciẽtia, Dec.conſ.649. num.19. nam confirmatio non ſe extendit ad ea, quę ſunt iuri contraria, etiam cũ clauſula, motu proprio, & ex certa ſcientia, Gozad. conſ.60. nu.38. functiones enim fiſcales ſunt de Regalibus, Ann.in alleg.36.n.6. & Regalia nõ veniunt in generali conceſſione, niſi ſpecificè nominentur, Reg.de Curt. in diuerſ.feud. §.multotiès concedens, num.44. Ann.in alleg.29.num.12. & ſeq. qui in fine illius, deciſionis cauſam tradit, quarè in ſuo caſu functiones fiſcales fuerũt comprehenſæ, cùmq; ſpecialis mentio de eis non appareret in conceſsione immunitatis, paritèr nec in confirmatione ſubintelligi debeant, confirmari.n. non poteſt id, quod non eſt, Franch.dec.104.n.24. Secundò principalitèr adducitur declaratio Ioan. Pon. Commiſſarij particularis Regis ſuper quadam aquarum differẽtia, in qua apparet, per eum declaratum fuiſſe, Roccholanos eſſe immunes à functionibus Fiſcalibus, quæ ex pluribus reſpuitur. Primò, quia non eſt conceſsio, ſeù priuilegium Regis, eſt enim declaratio Commiſſarii vltrà fines mandati facta, Delegatus fines mandati ſeruare debet, Verall.dec.145.nu.9.par.2. talis enim declaratio priuilegii ad Principem concedentem ſpectat, Maur.ſen. in alleg.77. num.8. & tamen Pragmatica de appretio requirit ſpeciale priuilegium. Secundò, & ſi eſſet priuilegium tribuens à collectis immunitatem, non tenet, ſi caret clauſula; non obſtante, l.vacuatis, C.de decur. lib.10. DD. in l.nec damnoſa, C.de precib.Imper. offer. & l.fin. C.ſi contra ius, vel vtil.publ. Anchar.conſ. 260. Tertiò, declaratio prædicta, vt obſeruentur franchitiæ functionum fiſcalium, intelligitur de illis conceſsis per Principem Roſſani, iã per priùs verificatis, & non in alijs, & conceſsio regulatur à petitione, Franch.deciſ.213.num.44. idcircò priuilegium, ſiuè gratia Principis intelligi debet juxtà tenorem ſupplicationis oblatæ, Gramm.deciſ.103. num. 201. & 202. Accedat etiam, quòd Princeps non habebat poteſtatem concedendi aliena, ideò conceſsio debet eſſe conformis poteſtati eius, qui conceſsit, idem Franch.d.deciſ.213. nu.45. Nec demùm obſtabit acceptatio Sindicorum; Primò, quia non demonſtratur, quòd erant Sindici, vt per Afflict.dec.255.ſub nu.10. Secundò, acceptatur quòad aquam, & functiones fiſcales Principis Roſſani, & nõ quòad collectas Vniuerſitatis, de quibus in ſpecie erat facienda mentio; non enim in dubio præſumitur remiſsio collectarum, Franch.dec.22.n.4. Hæc namq; currenti calamo fuerunt congeſta à q. Fabio de Falco Aduocato Ciuitatis Sueſſæ meo patruo, meiſq; lucubrationibus nouiſsimarum authoritatum fulcita, relata cauſa ipſa in R. C. S. per Preſid. ipſius moritiſ-

titiſſimum D. Didacum de Vera è Prado, poſt duo cōformia decreta aliàs lata reijcientia exceptionem ipſam; fuit demùm per poſtremum decretum deciſum, eam non obſtare, & proindè impoſitum perpetuum ſilentium, penès Cinco Actuarium Reg. Cam. Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Exceptio vſurariæ prauitatis an poſſit allegari aduerſus exequutionem ſententię, prolata ſententia per R. C. S. in beneficium Franciſci Ant. Baldini contra Ioſeph. de Raymo ad ſoluendum tertias; fuit pro parte dicti Ioſeph. oppoſitum, cōtractum venditionis officij Archiuij R.C.S. pro certo pretio conuēto eſſe illicitum, & ſapere vſurariæ prauitatis, poſtquàm in eo pactum adiectū eſſe cernitur, quòd pro reliquis duc. 200. infra quatuor annos ipſe Ioſeph teneatur ad vitā ſuam ad rationē duc. 12. pro centenario, quo ſiquidèm quatriennio elapſo, vel capitale reſtituere habeat, vel intereſſe ipſorum ad rationem duc. 8. pro centenario in perpetuum, & proindè & ſi contractus vitalitius de iure ſubſiſtat, iuxtà allegata per Dec. in conſ. 123. non tamen tempus illud coarctari poterat infra quatriennium, ſicuti dicitur de pacto rèdimendi coarctato certo tempore, ità vt eo elapſo non teneat, non valere, & ſucceſſiuè contractum eſſe illicitum, Foller. in prag. 1. de cēſ. verb. inſtrument. grat. &c. nu. 9. & ex alijs, vt infrà oſtendetur; Attamen pro parte ipſius Baldini venditoris infraſcripta breuitèr allegata in iure fuerunt per V. I. D. Alexandrum Palmerium, mihiquè tradita a Tiberio Baldino V.I.D. meo conſobrino, vt verùm fatear, maximè ſum de tali exceptione propoſita per Ioſeph. de Raymo aduerſus Franciſc. Anton. Baldinum admiratus, neminem enim, puto, iſta admiſſurum, verba ſunt in caſu ſimili, & ferè eodem allata per Soc. iun. conſ. 66. n. 3. in fin. & 4. lib. 2. tractabatur ibi de re vendita, dilatione data ad ſoluendum pretium, ſoluto interim intereſſe ad certam rationem conuentam. Emptor adueniente tēpore nolebat ſoluere, pactum eſſe illicitum, & ſœnctatitium prætendens, Socin. meritò inuehit contra emptorem verbis ſuprà expreſſis, quæ egregiè accōmodantur ad caſum noſtrum, in quo emptor officii Archiuatus poſt multas exceptiones per ipſum propoſitas nunquàm hoc oppoſuit, cùm expertus fuerit, emolumenta prædicti officii eſſe longè maiora intereſſe conuento: nunc verò in calculo poſt multa decreta Reg. Cam. calumniosè id oppoſuit, quod ex infraſcriptis breuitèr demonſtrabo. Primò, quia hæc difficultas eſt determinata per R.C. per decretum interpoſitum ad relationem D. Reg. Montoya die 26. Iunij 1606. dando terminum in cauſa, & quòd interim Ioſeph ſoluat tertias Baldino, iuxtà formam inſtrumenti. Approbauit ergo R.C. expreſſè formam intereſſe in conuentione deductam, quod fuit approbatum per aliud decretum eiuſdem R.C. latum ad relationē D. Præſidentis Minadoy die primo Decembris 1612. per quod venditor fuit abſolutus ab impetitis, & prætenſis per emptorem, & ex cauſis à pretio officii fuerunt minorati duc. 400. à capitale, & ſubdit, & habito reſpectu ad quantitatem prædictam ſoluantur tertiæ Baldino, & ſic per primum decretum apparebat forma conuenta pro intereſſe, & iubet modo prædicto, debere ſolui tertias, & conſequentèr meritò Aduerſario obſtat exceptio rei iudicatæ, eidem iam oppoſita, vt conſtat ex calculo vltimo in replicationibus ipſius Baldini. Secundò, ex abundāti dico, conuentionem prædictam fuiſſe iuſtam, & licitam, ad quod probandum, rogo, animaduerti factum, in ipſo enim contractu fuit conuentum pretium duc. 4800. de quibus fuerunt ſoluti duc. 2800. tēpore capturæ poſſeſſionis officii, & conſignationis aſſenſus, reliqui verò duc. 2000. ad complementum integri pretii non fuerunt ſtatim ſoluti, quia emptor commoditatem non habebat illos ſoluendi, ſed habito reſpectu, tùm ad perceptionem emolumentorum officii, tùm etiam quia ſi fuiſſent ſoluti emptori, vtiq; illos implicaſſet in emptionem annuorum introituum vitalitiorum, vel perpetuorum, fuit data dilatio quatriennalis, & interim emptor ſolueret cenſum vitalitium cum periculo vitę ad rationem duc. 12. pro centenario, & elapſo quatriennio, & non ſequuta morte conſtitueretur annuus cenſus perpetuus redimilis cum obligatione Laurentii emptoris fratris ad rationem duc. 8. pro centum; fuit etiam ſpecialitèr conuentum, quòd donec venditor non fuerit integrè ſatisfactus de dictis duc. 2000. & eorum intereſſurio, officium, & emolumēta intelligantur ſpecialiter hypothecata, immò loco pignoris, & hypothecæ obligata vēditori, & emptor poſſideret precario nomine venditoris, donec, & quouſq; fuerit integrè ſatisfactus, & non alitèr, quia aliàs Baldinus non contraxiſſet. Ex hoc facto, quod nō poſſet controuerti, cùm ſint ipſa verba deſcripta in inſtrumento venditionis duo deducuntur. Primum, illam promiſſionem annuam fuiſſe cōſtitutam in vim annui cenſus vitalitii, vel redimibilis ad electionem Ioſeph. Secundum, reſeruaſſe venditorem ſibi dominium, & hypothecam, dùm integrè eſſet ſatisfactus, vtrumq; operatur validitatem pacti, vt affirmant DD. qui licèt inter ſe fuerint diſcordes, quando non adſunt ſupradicta pacta, conueniunt tamen, quando ità ſpecificè fuit conuētum, etiam ſi intereſſe excedat fructus, & conſtitutionem in vim annui reditus redimibilis valere ſcribunt Pariſ. conſ. 60. num. 13. lib. 1. Couar. var. reſol. lib. 3. c. 4. num. 6. verſ. octauò patet, Molin. de contract. tom. 2. diſput. 368. in 2. cōcluſ. verſ. in eodem corollario, & verſ. illud, Io. Bapt. Lup. in tract. de vſur. ad l. curabit, C. de act. empt. vol. 7. tract. §. 7. nu. 16. fol. 123. qui licèt valdè dubitet de opinione Couarr. tantæ apud nos authoritatis I.C. tamen num. 17. affert rationem difficultatis, quia cenſus debebat taxari ad rationem fructuum, qui ſolent percipi ex re, ſuper qua erāt conſtituti, ad hoc vt licitè tenerētur, quæ ratio vtiquè ceſſat in hoc Regno, in quo non fuit recepta in cenſibus illa conditio per Bullam Pii V. inducta, vt non poſſit conſtitui cenſus, niſi in re fructifera, & damnum, & periculum pro parte, vel in totum ſpectet ad emptionem, vt habetur in ſumma Bullar. Quarantæ in verb. contractus cenſualis, fol. 207. & quotidiè conſtituuntur cenſus ſuper certis, & æquè principalitèr ſuper omnibus aliis bonis venditoris, & dum in hoc Regno ceſſat ratio prædicta, pactum in vim annui cenſus eſt validum, quamuis annui reditus fructus ſuperent, & Lup. in hoc Regno conuenit cum Couarr.

uarr. & Molin. Reſeruationem verò dominij hypothecę, vel pignoris inducere ſimiliter validitatem pacti prędicti, exiſtimant Socin. iun. d.conſ. 66.num.7.lib.2. Anchar.iun. qq. familiar. lib.2. q.33.num.6. & Io.Bapt.Lup. d.§.7.num.18.& 19. qui omnes abſq; difficultate hoc firmāt. Nec obſtant prędictis pretenſa per Aduerſarium, quia loquuntur,non in caſu propoſito, ſed in articulo generali, in quo etiam verior, & viu recepta opinio eſt contra Ioſephum, vt benè conſiderant Dec. in c.cùm venerabilis, num.65.verſ.putarem tamen, de except.vbi dicit, quòd certa quantitas licèt promitti poteſt, habito reſpectu ad intereſſe veriſimile, Pariſ. qui latiſſimè, & melius cęteris tractat hanc materiam in indiuiduo omnino videndus, prout rogo, d.conſ.60.lib.4. nu.13.21.22. 28.& 29. Couar.d.lib.3.var.reſol.c.4.nu.5.verſ.6. poſt princ. & verſ.7.& 8. vbi allegat Bal. Paul. de Caſtr. Purpur. Cagnol.& alios eiuſdem ſententiæ,nec ei videt ſatis reſponſum ex adducto Molin.de contract.d.tom.2.diſp.368.verſ.in eodem corollario,in fi. in hanc opinionem tanquam probabiliorem inclinat, & addit, quamuis videam Panorm.& Syluest.qui non ſatis caluiſſe videntur fundamentum l.curabit, & aliorum iurium, non omninò id hactènus dictis conſentire, & indiſtinctè hoc fieri, quamuis animaduertendum dicit Vrſill.ad Afl.deciſ.20.num.3.& 4. & ideò deberi intereſſe, & non fructus; fuit iudicatum per idem S.C. vt refert Ann. in alleg.42. per totam, & hoc intereſſe deberi ad rationem duc.7.vel 10. pro cētum, quamuis fructus aſcēdant ad quinque pro centum; & iudicatum Romæ per Gregorium XIII. affirmat Gratian.diſcept.forenſ.tom.1.cap. 141.n.26.& ſeq. & nouiſſimè in proprijs terminis noſtris,quòd data dilatione ad ſoluendum poſſint cenſus exigi ad decem pro centum, determinauit Rot.Genuen. vt refert Bellon.dec.194.n.1.& 3.& hoc,non ratione dilationis,ſed fidei non adimpletæ,& poſt omnes latiſsimè tractat articulū D.Regens de Ponr.de poteſt.Proreg.tit.de regal.impoſ. §.5.num.67. verſ.quæſtio, fol.194.vbi loquitur in proprijs terminis,& nu.71. dicit,quòd communitèr practicatur in contrarium, vt intereſſe ſoluatur,non habito reſpectu ad fructus, & allegat Vrſill.f.196.col.2.in princ.verſ.dixit,concludit,quòd in Regno quæſtio eſt de indubitabili;ſimilitèr nō obſtat alia conſideratio,quòd cenſus vitalitius ad rationem duc.12. pro centenario redimibilis eſt, quia pactum prædictum fuit adiectum gratia vēditoris,qui ad libitum exercere illud poterat,& ſi non exercuiſſet, & cenſus remanſiſſet ad vitam, magnum detrimentum illi attuliſſet quatuor ſingulis eſſet pro centenario,dùm à duc.12.pro centū fuit cenſus redactus ad rationem duc.8.& à die contractus ſint elapſi vndecim anni, & debitor adhùc viuit,& propterea non debet debitor conquæri,ſed agere creditori,qui iam benignè ſecum agit, & cùm poſſet exigere cenſum vitalitium ad rationem duc.14. pro centum, iuxtà taxam Regiæ nouell.Pragm. de anno 1600. vt in pragm.2. de cenſib. contentus remanſit de 12.pro centenario, remittendo in beneficium Ioſeph.dictos ann. duc. pro ſingulis centum, prout punctualitèr decidunt Nauarr.in c.7.num.27.& ſeq.q.3. Couarr. var.reſol.lib.3.c.8.nu.7.& ſeq.latè Molin.de contract.tom.2. diſput.389.in 4.& 5. concl.diſp.591. Rebell.de oblig.iuſtit. par.2. lib.10. q.6. num.20. & nouiſsimè Molfeſ. conſ.8. poſt Commentar. ad Conſuetud.Neapol. nu.14. vbi refert, & ſequitur ſupradictos, & addit num.15. ità obſeruari indiſtinctè in praxi in hac Ciuitate Neapolis,afferens exemplum in perſonam Abb.Proſperi Staibani; immo ſi alitèr fieret,cōtractus nō eſſet licitus,iuxta diſpoſitionem Bullæ Pij V.innouantis pro conditione pactum de retrouendendo ad beneficium venditoris,tamen,vt eſt proprie in caſu noſtro,benigniſsimè egit R.C.S. cum prædicto Ioſeph.minorando ex cauſis duc.400. à pretio officij, & à ſumma capitali;Concludo igitur pro exceptione rei iudicatæ, & validitate conuentionis,pro qua iudicaturos ſpero Dominos, qui reliqua ſuppleant. Relata inſuper cauſa prædicta in eadem R.C.S.per tunc Preſidentem Iordanum Vrſinum cauſæ Commiſſarium, nunc meritiſſimum Regētem Regiam Cancellariam, deciſum fuit, quòd exequeretur calculus factus, & de reliquis habeatur ea ratio, quæ de iure habēda erit in cauſa reclamationis, & hoc in anno 1617. penès Cinco Actuarium, licèt autem huic quæſtioni aduerſari videatur quod dixit Boccat. in tract.de cenſ. p.2. nu.152. quòd pactum, quòd infrà quinquennium redimatur cenſus, aliàs ſit perpetuus, vel quòd poſſit pretium recipi, non valeat, cùm ſit contra ſubſtantiam contractus, & ità deciſum refert, & iterùm in 3.par.num.55.ſimilitèr concludit,tale pactum, quòd venditor ſolùm poſſit redimere cenſum infrà quatuor annos, & poſteà cenſus ſit perpetuus, non valere, & facere contractum vſurarium, ipſumq; annullare, ad quod etiam nouiſſimè concludit Marta in voto 165. quòd pactum de ſoluendo certum taxatum intereſſe eſſet vſurarium, & loquitur in ſpecie in creditore habilitāte debitorem ad ſoluendum infrà certum tempus,vt non poſsit paciſci modo, quo ſupra; Attamen facillimè reſponderi poteſt allegatis à Boccat.qui in d.par.3. num.55. allegat alios DD. contrarium tenentes, hoc eſt Conrad. de contractib. q.32.concl.8. Sot.de iuſt.& iur.lib.6.q.5.ar.3.in 3. concl. Io.Bapt.Lup. in tract.de vſur. comment.2. num.69.aſſerentes, tale pactum non reddere contractum iniuſtum,neq; vſurarium, nec debere reijci ab huiuſmodi contractu, ſed obſeruari, dummodò interuenerit iuſtum pretium, quod ſiquidē pretium in caſu allegato iuſtiſsimum eſſe cernitur, dùm ex diſpoſitione Reg. pragm.2. de cenſ. permiſſum ſit,in contractibus vitalitijs poſſe conſequi duc.14. pro centenario,& creditor iſte perceperat ad rationem duc.12.ſimilitèr elapſo quatriennio, dùm pretium ſoluit, non poſſet,contenti remanſerunt ad rationem duc.8. pro centenario in perpetuum cum pacto de retrouendendo,quāuis in pragm.1.de cenſib. permiſſum ſit creditoribus exigere ad rationem duc.10. pro centenario,præterea Boccat. in loco allegato iſtam opinionem reijcit ex verbis Bullæ Pij V.ibi nec directè, nec indirectè, &c. quæ ſiquidèm Bulla dùm in Regno recepta non reperitur, ceſſat eius concluſio, dùm particularem legem etiam Papalem in obſeruantiam habemus in dicta pragm.1. de cenſib.Nec ſecundò obſtare videntur quę ſcripſit Mart.in dicto voto, quia procedit in caſu ſuo, vbi

ap-

apparet, fuiſſe pecuniã pauperi debitori à creditore ſolutã, qui cùm non haberet illam præ manibus, ſe obligauerat ad tale intereſſe, & rectè quidèm, nam in mutui tranſmutationem conuerti videtur, in quo non cadit vſura, nos autem non ſumus in caſu pecuniæ ſolutæ, ſed rei venditæ, & ex pretio cõſequendo emptor ità pactus fuerat, quapropter nulli dubiũ eſt, quin paciſci rectè poſsit, quòd donec ſoluitur pretium rei emptæ ſoluãtur tot pro centenario, iuxtà communem opinionem citatam per Ioſeph. Ludou. in ſuis commun. concluſ. tit. de ſtatut. concl. 3. per tot. præſertim in fin. tale enim pactum redimendi non alitèr fuit coarctatum, vt non poſsit infrà quatriennium redimi; nam tunc eſſet odioſum, Turius in alleg. 5. nu. 10. Foller. in pragm. 1. de cenſib. verbo inſtrum. grat. nu. 9. ſed eſt appoſitum fauore emptoris, vt cũ ſuo commodo pretium ſolueret, nè creditor in damno conſtitueretur, hoc eſt, vt intra quatriennium ad vitam ſoluerentur intereſſe ad rationem duc. 12. pro cẽtenario, quo elapſo ſit in poteſtate debitoris, vel pretium reſtituere, vel retinere ad rationẽ duc. 8. pro centũ, & ſic ceſſat dictum Boccat. dicta p. 2. nu. 152. qui loquitur, quando eſſet in poteſtate creditoris, nõ facta reemptione infrà tempus ſtatutum, pretium, ſiuè pecuniã repetere, verùm tamen cùm in dubio verſemur, ſuccedit, quòd contractus in dubio quilibet præſumitur licitus, non vſurarius, Anchar. in q. 32. p. 2 nu. 9. Donat. à Fina inter commun. opin. tit. de contrah. empt. nu. 140. & ex ijs rectè deciſio ipſa procedere videtur, ſed principale dubium, de quo quærebatur, erat, ſi aduerſus exequutionem ſentẽtiæ talis exceptio opponi poterat, poſtquàm exceptiones ſolitæ aduerſus exequutionem ſententiæ ſunt compẽſationis, confectionis inuentarij, cedendarũ, pretij non ſoluti, & ſimilium, Muſcat. in prax. S.C. lib. 2. p. 3. glo. ſeruata. n. 125. & non eſt dubium, quin cùm ſit talis exceptio vſuraria iuris naturalis, Anchar. q. 55. p. 2. n. 2. quòd poſſit opponi aduerſus ſententiam ſuper inſtrumento contractus vſurarij, & impedit exequutionẽ ipſius ſententiæ, quæ nunquàm tranſit in rem iudicatam, ità Bonac. inter cõmun. opin. tit. de vſur. rei iudic. hoc tamen procederet, quando in promptu conſtaret de tali exceptione vſuraria, vel ex eodem inſtrumento, vel per ſententiã, vel publicationem factam, vt per Vrſill. deciſ. 31. n. 4. Galter. in prax. inſtrum. 2. p. tertiæ partis, rubr. 3. ſub n. 18. ſecùs tamen, quando requireret altiorem indaginem, tunc enim exceptio altiorem indaginem habere videtur, quotiès illiquida eſſet, non tamen liquida, Maur. ſen. in alleg. 23. n. 2. & in hoc caſu exceptio, quæ requirit altiorem indaginem in cauſis ſummarijs non admittitur, ſed in cauſis principalibus reſeruatur, latè Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. p. 5. gloſ. 1. per tot. & ità iure optimo hæc deciſio proceſſit; Poſt hæc vidi conſ. 90. D. Camill. de Laratha de hac materia loquentis pro contraria parte. Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Exceptio notoria, & manifeſta alicuius facti an impediat inſtrumenti liquidationem exiſtente Ritu M.C.V. reſpuẽte omnes exceptiones aduerſus liquidationẽ inſtrumenti, niſi fuerit exceptio infirmitatis, aut abſẽtię, aut captiuitatis, vt in Rit. 269. & ibi Carau. Foller. in praxi crimin. rub. audiant. excuſato. nu. 7. modernus Doct. Carol. de Craſſ. in ſuo tract. de excep. ad form. ſtatu. exclud. excep. in 5. excep. per tot. vbi plures cumulat, ſed ad noſtrũ propoſitũ idẽ Foller. in prax. cẽſual. ſuper prag. 1. de cenſ. in verb. tanquàm res iudicata, nu. 12. cum ſeq. vbi plura, & ideò facto inſtrumento ſubaffictus nonnullorum iurium ſpectantium ad Reg. Dohanam Neap. per Arrendatores ipſius cum Alphonſo Ruſſo Affictatore dictorum iurium pro duc. 2000. intra certum tempus ſoluendis, inter quæ iura ſpecificè ius Canapi includebatur, & pendente affictu prædicto emanatum fuit bannũ per Excell. Proregem prohibẽtem extractionem Canapi, donec fuerit de eis facta prouiſio in beneficiũ Galeonum Neap. quinimmò facta certa extractione per ipſum Alphonſum, poſt dictum bãnum fuit magna quantitas Canapi intercepta per Auditorem Exercitus, & vẽdita, cuius pretium in militarẽ capſam conuerſum fuit, aduenıente inſupèr tempore vltimæ ſolutionis affictus, Arrendatores de dicto banno ignorare fingentes citari fecerunt ſuper tenore inſtrumenti d. Alphonſum pro duc. 753. in partem pretij, vt liquidatio rectè procederet, quo audito per conuentũ reaſſumptis omnibus partitis ſaldi, ex quibus apparebat debitor ex reſiduo dictorum duc. 753. in vltima Curia comparuit, allegando talem exceptionem banni prohibitiui, cuius occaſione fuit impeditus iura ſua exigere in graue damnum ſui affictus, & intereſſe, vltrà interceptionem certæ quantitatis Canapi intercepti per dictum Auditorem, & proindè excompotum prætendens maxima cum inſtantia petebat, licere retinere dictum reſiduum affictus, nec alitèr procedi ad liquidationem ipſam, obſtãte exceptione prædicti banni prohibentis extractionem, & quãuis pro parte Actorum replicaretur, poſt banni promulgationem dictum Alphonſum ſoluiſſe duc. 1000. dictis Arrẽdatoribus, item per publicationem allegati bãni obnoxium fuiſſe denũciare eiſdem Arrendatoribus tale bannum, vt potuiſſent defendere eius affictũ, ad q; dicebatur pro parte dicti Alphõſi reſpectu primi capitis, ſoluiſſe cũ proteſtatione, & citrà prẹiudiciũ ſuorũ iurium, præſertim intercepti cõtra cũ facti ab Auditore; proteſtatio. n. cõſeruat omnia iura, Maur. iun. in alleg. 1. n. 19. & alleg. 80. n. 11. Nec ẽt ſecunda prætenſio denũciationis obſtabat, cùm eã facere conductor non teneatur, latè Caroc. in tract. de locat. par. 4. tit. de remiſſ. merced. q. 8. n. 95. vbi additio notabilis, Hieron. Pãtzchman. in ſuis quæſt. q. 4. per tot. vbi poſt longam diſputationẽ ſic concludit, nõ eſſe onus denũciationis in notorijs, poſtquàm notorium erat, & manifeſtum, tale bannum publicatum fuiſſe Neap. talis. n. publicatio fit, nè efficerentur ignorantes, Troyſ. in proęm. pragm. num. 26. non mirum ſi bannum publicatum in Ciuitate ligat omnes in ea exiſtentes, Affl. in Conſt. Homines, n. 4. immò dũ ſumus in banno Neap. publicato, contrahentes Neap. commorantes ligat, nam ſi etiam Regnicolæ ligantur ex pragmaticis Neap. publicatis, dixit Alex. Rom. in pragm. 1. de blaſphem. n. 58. & 59. quãtò magis & Ciues, ità tamẽ, q; ignorãtia non excuſaret Ciues Neap. ex publicatione ipſa, ſubdit ibi Rom. nu. 62. & maximè dũ in ſolitis locis, & cõſuetis publicari cernuntur, per ea, quæ ſatis ad ornatũ tradit Frãch. dec. 360. n. 3. & 4. non mirũ igitur ſi attenta tali notorietate

exceptionis bãni prohibitiui aduerſus inſtrumẽti exequutionem per conuentum liquidatio impediri poſſit, ſic enim ſpecificè tradit Foller.in praxi cenſ.rub.tanquam res ,ud.n.12.quod exceptiones euidentes, & manifeſtæ opponi poſſunt, ſicut & cæteræ notoriæ aduerſus exequutiones inſtrumẽtorũ. Accedat inſupèr notoria iuſtitia iſtius debitoris ex eodẽ banno reſultãs,cùm banna non poſſint fieri poſt Arrendamentũ in præiudicium Affictatorum,maximè quãdo impediunt extractionẽ, ob quam præiudicatur Arrendatoribus, & Affictatoribus, ità ſingulaiitèr in terminis noſtris loquitur Ann.in ſing.577. & meliùs in alleg.21.n.1. & per tot.vbi refert, deciſum fuiſſe contra Decuriones noſtræ Ciuitatis in fauorem Affictatorum gabellæ vnius tornienſis,& condemnati ad faciẽdum excomputum ex cauſa inſoliti banni contra Piſciuinulos,& Salciciarios,& ꝙ nemo extrahere poſſit ſalſumina ab hac Ciuitate.Hæc currẽti calamo ad quæſiti enucleationẽ, deciſioniſq; corroborationẽ recolligere volui,nè authoritatibus carere quæſtio ipſa videatur, & tandẽ facta relatione de prædictis in M.C.V. per Iudicẽ Lantrãcum iuniorẽ deciſum fuit,quòd dictus Alphõſus faceret depoſitũ pro duc.500.& pro reliquis duc.250. agatur ordinariè de hocanno 1619. de menſe Iulij die 13.& 18.fuit decreti declaratio facta,penès Anaſtaſium,ſub tutela, & patrocinio mei conſobrini Io.Franciſci Vitaliani I.C.præſtantiſſimi,& ſummi ingenij: ex quibus omnibus liquet, exceptionem notorij banni prohibentis extractionem impediuiſſe liquidationem inſtrumẽti memorati, etiam non facta denũciatione,ad quod facit quod dixit Ann.in alleg.132.in princ.in fortioribus terminis, quòd notitia cùm requiratur ad finem habendi ſcientiam,& non vt aliud expectetur, ſufficit, ſi detur per æquipollens,& quomodocunq; & n.4.& 5.infert, ꝙ ſi lex mandaret aliquid fieri certo modo, qui omittatur, actus non eſt ipſo iure nullus, & in ſtatuto requirente denũciationem, ſi aliundè ſcientia habita ſit,ſatisfactum erit,quæ.n. publicè fiunt, præſumuntur deuenire ciuibus in notitiam,Viui.in opin.835.ſc iẽtia,vbi plura. Nec obſtat, ꝙ ex aduerſo replicabatur, bannum alitèr non fuiſſe Neap.publicatum,ſed alibi,vbi ſolitum erat fieri ſimiles extractiones; nam per proteſtationem factam per debitorẽ in apocha ſolutionis duc.1000.dictis Arrẽdatoribus,citrà præiudicium intercepti Canapi ſibi facti ab Auditore,& vẽditi per contrauẽtionem banni præſumitur de ijs habere notitiam claram, & ſi per æquipollens quatènus teneretur debitor ſufficeret adimplere, per ea,quæ dicta ſunt ſuprà,quamuis pendeat de hoc prouiſio facienda. per S.C. dicam in verb.Inſtrumentum:Nec omittam cum occaſione iſta quę de apocis bancarijs dicuntur,poſtquàm omnes exceptiones excluduntur, & ità ſe habent in Regno; ſicut obligationes ſtipulatæ iuxtà pragmaticas; attamen quando exceptio eſſet notoria,& in promptu producta,impediret vtiq; illius rigorem,hinc accidit annis elapſis fuiſſe vigore talis apocæ cõdemnatus D.Alphõſus Baſurtus pro certo pretio equi ab eo empti ad ſoluendũ creditori,& venditori ipſius,ſimilitèr confirmatum per S.C.prout in Banca de Amico,ſed cũ in exequutione ipſius oppoſita fuiſſet exceptio vitioſitatis equi notoria,& in promptu per fides Meneſcalcorũ, dicebatur per dictum Io,Frãciſcum Vitalianum V.I.D. nõ alitèr potuiſſe ꝓcedi ad vlteriora, cũ talis exceptio notoria oriebatur ex natura actus, ad ꝙ in terminis allegabat Molf.in Cõſuet.Neap. p.8.q.4.n.14. loquẽte in apoca facta ꝓ pretio equi, qui poſtea repertus fuerat vitioſus,et in promptu demonſtrabatur,quę cũ veniret ex natura actus,nõ poterat habere apoca exequutionem, & ſic nõ fuit alitèr ad vlteriora proceſſum,licèt pẽdeat prouiſio faciẽda per S.C.ſuper hoc. Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Exceptio pragmaticæ editæ Thori oppoſita per Vniuerſitatẽ aliquã prætendentẽ ius paſcẽdi præſcripſiſſe ex promiſcuitate territorij, an obſtet Baroni Domino dicti territorij aſſerenti, tale ius præſcribi non poſſe,etiã ex cõuẽtione,inter Vniuerſitates fortè habita,neq; valere reſpectu bonorũ feudalium ſine Regio aſſenſu,adhùc Barone conſentiente; deciſum fuit per S.C.nonctis Aulis,quòd Baro conſeruetur in poſſeſſione fidæ,& diffidæ,exceptione prædicta ad merita cauſæ reſeruata,in cauſa Vniuerſitatis Manfredoniæ cũ Barone S.Angeli, Io.Andr.de Georg.in repet.feud.c.26.n.13.vbi n.14.& ſeq refert,licèt aliàs per R.C. deciſum fuiſſet in cauſa Baronis Ciuitatis Veſti cum Vniuerſitate Iſchitellæ in poſſeſſorio lite pẽdẽte homines dictæ Vniuerſitatis Iſchitellæ cõſeruãdos eſſe in poſſeſſione,quã prætẽdebãt habere ſeruitutẽ vltra vſum,attamen per S.C.indè deciſum fuit, poſſeſſionem permittendã eſſe pro vſu,vt inter ciues.

Exceptionem hoſticam allegans contra ſuos creditores an poſſit contra alios agere; fuit prouiſum, quòd procedatur ad vlteriora, exceptione oppoſita non obſtante,Ann.in alleg.75. Tap.in Conſt. Hoſtici,n.11. Ricc.in collect.dec.57.& 1373.

Exceptiones rei poſt confeſſionem per eum factam impugnantes confeſſionem prædictam,an ſint recipiendæ;fuit deciſum,quòd ſic,Franch.dec.638.

Exceptiones in facto conſiſtentes quamuis reus declarare teneatur, ſi non fuerint tales exceptiones generales, nec ambiguæ, an cogatur declarare; fuit deciſũ,ꝙ nõ,ſed ꝓcedẽdũ erit ad vlteriora in cauſa, ſalua prouiſione facienda ſuper declaratione exceptionum, quãdo contingerit illas opponi, Reg.Rouit. in pragm.6.poſt nu.12. de ordin.iud.

Exceptiones in facto cõſiſtentes an peti fieri poſſint poſt litẽ cõteſtatã;nõ fuit deciſũ, quis vtraq; opinio ſuſtineri poſſet, ꝙ nõ fieri,vel fieri poſſint,attamen æquior opinio erit, vt fieri poſſint,Franch. deciſ.263. quem citat Reg.Rouit. ſuper pragm.6. de ord.iud.num.7. & ſecundùm iſtam poſtremam opinionem bis in S.C.fuiſſe deciſum tradit idemmet Franch.in addit.ad dict.dec.263.impreſſ.poſt deciſionẽ,Fab.Ann.conſ.58.n.19.Georg.alleg.34. n.27. Muſcat.in praxi S.C.lib.1.par.3.gloſ.hæreditaria, in addit. Amend.in d.deciſ.Franch. ponit aliam deciſionem ſimilem. *Ricc.collect.2253.p.6.*

Exceptiones ſi ſint reſeruatæ ad merita cauſæ, quo tempore de eis cognoſci poſſit;fuit deciſum facto verbo in Collat.Conſil. quòd de eis cognoſci non poſſit,niſi ad concluſionem in cauſa,Ann.in alleg. 48.nu.27.& in ſing.446.reſeruata, Maſull.ad Capyc.dec.10.n.8.

Exceptiones in facto cõſiſtẽtes habẽs,ſi eas declarare teneatur,inſtãte parte an illas in ſcriptis proponere teneatur;deciſum fuit Neap.affirmatiuè,refert Mart. in tract.de iuriſd.p.4.caſu 47.ſub n.16.

Excõporũ an ſit faciendũ Affictatoribus Gabellarũ, ſi per Electos Vniuerſitatis fuerint emanata bãna inſolita, ne extraherẽtur res cõcernẽtes intereſſe gabellæ, licèt poſteà reuocata, itẽ dũ promiſerant, quòd omnes ſoluere deberẽt, & quòd poſſit exigi ab omnibus, & quibuſcunq; perſonis, & Equites Hieroſolymitani noluerũt ſoluere, itẽ attẽta treugua per annos quinque, poſteà fuerit rupta timore belli; fuit per S.C. cõdẽnata Vniuerſitas ad excõputãdũ, Ann. in alleg. 21. Ricc. in collect. dec. 148.

Excuſari ſe an poſſint ciues nobiles Electi creati ob numerũ quinque filiorum; fuit deciſum, quòd nõ, ex quo non erat honor, ſed onus, Franch. dec. 65.

Excuſationes quæ nàm ſint competentes Cardinali abſenti, vt euitet pęnas iuris, latiſſimè per Afflict. dec. 289. n. 9. & ſeq.

Excuſſio an ſit faciẽda per creditorẽ ad inſtãriã alterius Correi cõtra Correũ principalitèr obligatum sũptibus ipſius, qui pro alio promiſerat, per tex. in l. vndè quæritur, ff. cõmod. cõcluditur, quòd nõ, ex quo ipſi conuenti erant Mercatores, & ſicuti non habèt beneficiũ excuſſionis ipſi, ità etiam nec beneficiũ d. l. vndè quæritur, & pro hac parte fuit iudicatũ in M.C.V. & fuit factum decretum de exequendo, quod fuit exequutum decreto S.C. data cautione in caſu retractationis, Minad. dec. 16. in M.C.V. Nunt. Pellic. in Cõſuet. Auerſæ c. 7. n. 143.

Excuſsio an ſit ſaciẽda, quãdo notoriè cõſtaret, debitorẽ nõ eſſe ſoluẽdo, vel ex actis, vel per ſẽtẽtiã, & ſi ſemel fuerit facta ab vno ex creditoribus, an iuuet, vel noceat cęteris nõ citatis, nec anditis; concluditur, excuſsionẽ minimè eſſe faciẽdã, & paritèr factam iuuare, & nocere cęteris nõ citatis, nec auditis, & ſecundùm prædicta fuiſſe judicatum, refert Reg. de Pont. conſ. 71. ex nota, vol. 1. vbi in fine ponit deciſionem.

Exemplatio quando fit authoritate Iudicis probat, & ſi originale non exhibeatur, idem ſi de voluntate partium fuiſſet facta, & ſic fuit deciſum, teſte Vrſill. dec. 273. n. 7.

Exẽplũ, ſiuè trãsũptũ an probet, & an dicatur authẽticũ, dũ originale reperiatur regiſtratũ à Conſulibus alicuius Regni, & ex illo deſũpta authentica, & ſolemnis ſcriptura cum ſigillo, & ſubſcriptione Magiſtratuum; cõcluditur, probare, & fidem facere, vndè oppoſita iſta exceptione inter alias in cauſa Regis Poloniæ; fuit deciſum in S.C. ad relationẽ Reg. Cam. eſſe procedẽdũ ad expeditionem cauſæ, nõ obſtantibus exceptionibus exhibitionis ſcripturæ donationis, ac alijs oppoſitis, Fab. Ann. cõſ. 108. in hac cauſa, vſq; ad n. 4 & ibid. n. 38. ponit deciſionẽ, de quo etiam per Io. And. de Georg. in alleg. 33. cùm fuiſſet, num. 33. Molfeſ. in proem. Cõſuet. q. 20. n. 6. Ricc. collect. dec. 1891. & 1897.

Exequi an poſsit vigore inſtrumenti, in quo adeſt clauſula cõſtituti, & precarij contra ſingularẽ ſucceſſorẽ, etiã reſiſtẽte, nulla tamẽ facta liquidatione; concluditur, q̃ ſic, & ità obſeruatum fuiſſe in S.R.C. teſtatur Affl. in Conſt. Pacis cultum, n. 22. eum citat Menoch. in tract. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. n. 140. Marãt. in tract. de remed. poſſ. n. 43. *Gargiar. patroc. 13. col. 3. p.* 2. & ſup. verb. creditor.

Exequutio ſententiæ an impediri poſsit ob petitam reſtitutionem in integrum, non calumnioſè; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 86. nu. 9. Tapia in Conſt. Minorum iura, nu. 34. Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. p. 3. gloſ. fuerint, n. 41. & ſeq.

Exequutio ad inſtantiam creditorum an fieri poſsit ſuper fructibus feudi, ſi filius hæres de bonis paternis, & burgenſaticis nihil habuerit; fuit deciſum in S.C. quod ſic, Affl. in Conſt. Si quis poſt litem, ſub num. 19. & 20. de qua deciſione dubitat Mart. vot. 61. in fin. Ann. ſing. 180.

Exequutio ſententiæ cõdẽnatoriæ ſuper poſſeſſorio, & fructibus rei an fieri poſsit pẽdente appellatione ſuper fructibus; fuit cõcluſum, causã ſuper fructibus nõ eſſe momẽtaneã, ſicuti nec cauſam intereſſe, & p̃indè exequutio fieri nõ potuit, Affl. dec. 77. n. 8. Frãch. dec. 288. n. 2. Viu. in ſylua cõm. opin. in opin. 57. appellatio, n. 1. verſ. ſed iſta ampliatio, Marãt. in tract. de remed. poſſeſſ. n. 254. Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. p. 1. gloſ. poterit, nu. 20. latè Polyd. Rip. in ſuis obſeru. ſing. obſeru. 41. nu. 6. Alph. collect. 3. *Alex. Trentacinq. var. reſol. lib. 2. tit. de appell. reſol. 14. n. 19. D. Reg. Sanfelic. dec. 94. n. 4.*

Exequutio ſententiæ latæ in beneficium tutoris in bonis pupilli an poſſit ſuperſederi, donec rationem adminiſtratæ tutelæ reddiderit, ad hoc facit ſingul. 214. Annæ, vbi tradit, poſſe retinere dotem maternam à filijs, donec rationem reddiderit, & ità per Magnam Curiam Vicariæ deciſum, & confirmatum per Sacrum Conſilium, ſuperſedendum eſſe in exequutione ſententiæ latæ in beneficium matris tutricis in exitu redditionis tutelæ adminiſtratæ pro legati conſequutione ſibi relicti à viro, in cauſa Prudentiæ Scoppæ cum Bartholomæo de Simeone, & alijs Contutoribus, referente Aloyſio Nicueſa Iudice Magnæ Curiæ Vicariæ in anno 1617. de menſe Octobris, in Banca Caputi. Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Exequutio appellatione non obſtante in quibus caſibus admittatur; fuit iudicatum, non tantùm in cauſa aſſiſtentiæ, ſed in quocũq; decreto affirmatiuo, vt ſi appellaretur, mandaretur vtiq; exequutioni cum cautione, &c. & in hoc ſunt multi caſus talium decretorum relatorum per Affl. deciſ. 261. quem citat gl. in pragm. M.C.V. de appell. in cauſ. aſsiſt. in antiq. Annib. Troyſ. ritu 257. Muſcat. in pract. S.C. par. 1. glo. ſententiam, n. 164. in 2. lib. & lib. 1. par. 7. gl. condemnando, n. 115. & gl. ſentẽtia, num. 164. Foller. in praxi cenſual. verb. tanquàm res iudicatas, num. 48. Ricc. in collect. dec. 168. & 175. Lancell. in tract. de attent. lib. 2. c. 12. lim. 28. *Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 1. n.* 8.

Exequutio ſententiæ, ſiuè decreti affirmatiui lati, q̃ habet paratã exequutionẽ, an impediatur ob petitionẽ reſtitutionis in integrũ aduerſus decretum, ſicut impediretur exequutio per allegationẽ nullitatis decreti; fuit deciſũ, q̃ quando peteretur reſtitutio contra tale decretũ affirmatiuum non ſuſpẽderetur exequutio, ſicut nec ſuſpẽditur per appellationẽ, Affl. dec. 356. in princ. meminit Ann. in repet. c. 1. nu. 289. de vaſall. decrep. ætat. vbi refert plures deciſiones S.C. impedientes exequutionẽ, Theſaur. deciſ. Pedem. 181. nu. 3. Marant. in Spec. p. 6. 2. act. nu. 111. eum citat Sfor. Odd. in tract. de reſtit. in integr. q. 42. ar. 43. n. 26. vbi impugnat iſtã deciſionem multis rationibus, tamen optimè defenditur à Muſcatell. in prax. S.C. lib. 2. par. 3. glo. fuerint, num. 44. & 45. Io. Franc. del Caſtillo deciſ. Sicil. 78. n. 9. Mart. vot. 61. in fi. Anch. q. 41. Lancel. in tract. de attent. c. 18. nu. 4. & 15. & 108. & c. 27. nu. 90. & 148. Reg. de Ponte conſ. 101. num. 9. vol. 2.

Exequutio ſententiæ an ſit retractanda, & ſucceſſiuè venditio, non ſeruata iuris forma, vt in contingenti caſu deficiebant ſubſtantialia. Primò, quia literæ exequutoriales dicebant, iuris forma ſeruata, & Porterius non acceſsit ad domum, exequendo mobilia, ſeù ſtabilia. Secundò, quia debitor nõ fuerat citatus, quando fuerat decretum, quòd terra venderetur. Tertiò, quia fuit vendita abſq; adiudicatione facta creditori. Quartò, quando ex quo ſubhaſtãtur bona non ſunt viliori pretio dãda, & quãdo non reperiretur emptor, adiudicãtur creditori. Quintò, quandoq; adiudicatio fieret plus debito, quia plus aſſignatũ fuit in totum; vndè ex ijs fuit p S.C. retractata exequutio, ac rei vẽditio, vt tradit Affl.dec.358.vbi Vrſil. in punc. in conſimili cauſa tradit idẽ iuſſe deciſũ, licèt controuertatur per Frãch. dec.441. eundem Affl. citãt, & ſequũtur Reg. Reuit. in prag.5. in prin. de offic. S.C. Peckius in tract. de iure ſiſtẽdi c.12.n.7. Ant. Gab. lib.2. tit. de exeq. rei iud. cõcl.2. Io. Aud. de Georg. in alleg.6.n.30. Muſcat. in pract. S.C. lib.2.p.3. glo. ſeruata, n.11.& ſeq. Viu. in ſylua commun. opin. opin. 1911. vẽditio, idẽ Muſcat.d.p.3.gl. vẽduntur, n.10. & ſeq. Hieron. de Laurent. dec. Auenion. 27. nu.7. Marcell. Calà in tract. de modo articul. & proban. gl.4.n.70. Reg. de Ponte conſ.26.n.10. vol.2. Ricc. collect. dec.1156. Parlad. rer. quotid. c. vlt. p.5.§.3. nu.4. Mich. Craſſ. inter commun. opin. tit. de exeq. rei iud. n.114. *Cæſ. Manent. deciſ. Mantuæ 19. nu.34. Cutell. deciſ.5.n.78.*

Exequutio duarum ſententiarum M.C.V. conformium, quę habent exequutionem paratam, an demandari debeant contrà emphyteutam in præiudicium Domini proprietarij ad ſedandam ſeruitutem in re emphyteutica, tantò magis ſi Dominus comparuerit pro ſuo intereſſe, dũm nõ fuerat auditus in tali iudicio; fuit votatum, quòd dictarum relationum in præiudicium dicti prioris Domini proprietarij domorum in actis deductarum, qui non fuit citatus, nec ſcientiam dictarum litis habuit, maneat exequutio ſuſpenſa, Affl. dec.380. à n.1. ad 7. Marc. Ant. Bellon. dec. Genuæ 28. n.13. & 15. Caroc. de locat. p.2. grad.3.q.4.n.2.

Exequutio ſententiæ an poſſit impediri per vxorem agentem pro ſuis dotibus ſuper bonis viri, ſuper quibus creditor viri prętẽdebat ſatisfieri, cõcluditur, quòd quando mulier ageret condictione l. vbi adhùc, C. de iur. dot. nõ poterit impedire exequutionem creditoris, ſed quando ageret virtute ſui conſtituti, & precarij, quæ habet in inſtrumento dotali, tunc impediret exequutionem, etiam non probata inopia in promptu, & itá fuit in facto deciſum, Vrſill. dec.199. ſub num.2. Marcell. Calà in tract. de mod. artic. & prob. gloſ. vnica §.2.n.154.

Exequutio pro debito cõtracto per clericum an fieri poſſit ſuper fructibus beneficiorum; fuit deciſum, quòd ſic, relicto victu, Vrſill. dec.240. nu.26. eum citat Viui. in ſylua commun. opin. opin.99. Clericus debitor, n.2.

Exequutio ſententiæ an fieri debeat contra nouum poſſeſſorẽ rei litigioſæ emptæ, etiã ipſo non citato ex diſpoſitione iuris; cõcluditur, quòd ſic, ſecùs ſi fuiſſet facta alienatio rei prædictæ, inſtãtia peremptæ, & poſt inſufflationem ſpiritus vitæ, & itá fuit deciſũ in facto cõtingenti, vt refert Vrſill. dec.331. n.2. Molf. cõſ.47.n.23. *Barbat. de aſſiſtent. gloſ.3.n.4.*

Exequutio ſententiæ latæ per ſpatium annorum 12. an impediri poſſit, attenta deſertione appellationis, & quatènus militaret, an impediri poſſit prætextu nullitatum oppoſitarum; concluditur, quòd quando nullitas opponeretur principalitèr cum appellatione, tunc deſerta appellatione non cenſeretur eſſe deſerta cauſa nullitatis, ſed quãdo incidentèr fuerit dictum in appellatione de nullitate, ſecus eſſet, vt deſerta appellatione cenſeretur etiam deſerta cauſa nullitatum, & itá fuit deciſũ, vt tradit Io. Thom. Altan. in addit. ad Nunt. Tartagl. in pract. ciuil. c.6. incip. Valerius de Leone.

Exequutio decreti lati contra aliquem an impediri poſſit ob eiuſdem decreti iniuſtitiam, cùm in eo contineatur alia ſententia lata contra patrem ſuper turbatione poſſeſsionis cuiuſdam territorij, ſic ſuper interdicto retinendæ, item ad impediendam talem exequutionẽ poſsit opponi de appellatione ab aſſerto decreto interpoſito, ſtante ſimul, quòd poſsit appellari, & tamen non impediatur exequutio vltimo prætextu nullitatum actorum, ac etiam in modo procedendi; diſcuſsis omnibus fuit deciſum, exequutionem ipſam minimè fieri contra hæredem conuentum, Capyc. deciſ.1. quem allegat Franch. dec.199. Muſcatell. in praxi S.C.p.7. gloſ. ſententiam, num.16. Ant. Gabr. lib.2. tit. de appell. concl.4. & Peregr. in tract. de fideicommiſſ. art.48.n.67.& 79. Sigiſm. Scacc. de iudic. cauſ. ciuil. & crim. c.97. nu.61. Lancell. de attent. p.2.c.12. limit.53.n.42. & ſeq.

Exequutio ſententiæ latæ ſuper reſtitutione rei cum fructibus, itá quòd fructus percepti excomputentur in meliorationibus, & quòd ſi meliorationes excederẽt fructus, ipſæ meliorationes reficerẽtur, liquidandis omnibus tempore exequutionis, an fieri poſsit antè factam liquidationem, ex quo liquidatio fructuũ requirebat altiorem indaginem, dando cautionẽ de ipſis meliorationibus ſoluendis; fuit deciſum, quòd accederet Commiſſarius, vt liquidaret, & exequeretur iuxta formam ſententiæ ſummariæ, de plano, & extraiudicialitèr, & ſic fuit priùs liquidatum, Capyc. dec.17. quem citat Marc. Ant. Peregr. in tract. de fidcicom. ar.50. in cap. incip. de vtilibus, & voluptarijs impenſis, nu.82.& ſeq. Fab. de Ann. in conſ.43. in facto verum eſt, Maxill. in Conſuetud. Bari, rubr. de iure prothom. §. in permutationibus, num.9. & Carol. Tap. in pragm.5.n.9. de offic. S.C. Flamin. Cartar. dec. Genuæ 15. Maſtrill. dec. Sicil.98.n.5. Borgnin. Caualc. dec. Fiuizan.28. in addit. nu.6.p.1. & dec. 43.n.51. Vrſill. dec.231.n.5. Puteus dec. Rom.471. p.2. Hieron. de Laurent. dec. Auenion.214. nu.32. Rot. Rom. dec.111.p.3. Camill. Lepid. dec. Lucẽſ. diuerſ.57. col.2. Parlad. rer. quotid. lib.2.p.1.§.12. limit.4.

Exequutio ſententiæ latæ contra vxorem an poſſit fieri contra virum ſuper bonis in dotem datis lite pendente, ex quo vxor nil aliud habebat, fuit votatum per S.C. quòd ſuper dicta petita exequutione vocetur, ac citetur vir poſſeſſor ipſorũ bonorũ, ſuper quibus exequutio petita fuit, Capyc. dec.128. quem allegãt Franch. dec.636. Vrſill. dec. 396.n.7. Ann. ſing.28. Ant. Gabr. lib.2. tit. de citat. concl.1. nu.128. & Fab. de Ann. in conſ.35. nu.31. Alouſ. de Leo l. nulla, nu.5. C. de iur. dot. Io. Franc. del Caſtillo dec. Sicil.97. Ant. Fab. in eius Cod. tit.

de

de priuil.dot.defin.3. Ricc.collect.deciſ.1448.& 1533. Lancell.de attent.p.3.c.30.num.167.*Franc. Hieron.de Leo dec.Valent.23.nu.1. Barbat de diuiſ. fruct.p.2.c.3.n.65.*

Exequutio ſentētiæ an poſſit fieri ad inſtantiam hæredum creditoris in bonis debitoris, vti hæredis patris aſſerentis, non poſſe fieri talem exequutionem, cùm ipſe ſit hæres cum beneficio legis, & inuentarii, & bona prædicta non eſſe paterna, non obſtante alio deſuper decreto lato, quòd exequeretur ſuper iam dictis bonis, tanquàm inuentariatis in inuentario eius patris, contra quod decretum fuerat petitum, reſtitui ex clauſula generali, ſtante depoſitione creditoris, licèt in alio iudicio, & eius vxoris deponentium, bona non remanſiſſe in hæreditate patris debitoris, nō fuit alitèr deciſum, quamuis colligi poſſit concluſio in fauorem creditoris, Capyc.dec.52. vidēdæ ſunt additiones Maſull.ad iſtam deciſionem.*Cancer.var.reſol.tom. 3.c.17.n.308.*

Exequutio ſententiæ S.C.an impediatur per reſtitutionem in integrum petitam per ſententiam; fuit votatum, quòd fiat exequutio, data cautione per actorem in caſu concedendi reſtitutionem parti, nam per cōuentū nil allegabatur, niſi læſio, ex quo nō fecerat ſuas defenſiones, quæ quidē læſio inferebat ad reſtitutionē concedendam, nō ad reſcindendam ſententiam, Capyc.dec.53.eum ſequitur Franch.dec.86.n.8. Ant.Gabr.lib.2.tit.de appell. concl.1.& Ann.in repet.c.1.de vaſall.decrep.ætat. n.239.& ſeq.referens, pluriès fuiſſe deciſum, impediri exequutionem prætextu ſcripturarum productarum, de eadem deciſione recordatur Reg. de Pont.conſ.58.n.13.vol.1. & de omnibus meminit Muſcatell.in pract.S.C.lib.2.p.3.gloſ.fuerint,n.55. & ſeq. Sfort.Odd.in tract.de reſtit.in integr.q.43. ar.2.Hieron.de Lauren.dec.Auenion.2.n.8.Mart. voto 61.Lancell.in tract.de attent.c.18.nu.122.de Pont.conſ.101.nu.9.vol.2.Ricc.collect.dec.1182. *Caſtill dec.Sicil.189.n.8.p.2..Angel.Steph.obſeruat. ad Conſtit.Mediol.tit.4.§.à decretis, in fine, Maur. Burg.de laudem.p.1.inſpect.3.in addit.n.76.*

Exequutio ſententiæ capitalis cōfirmatæ per M.C. V. vel per S.C.ſi ſit ſententia ipſa lata per Iudicē alicuius Baronis cōtra vaſallum an deberet remitti ad Iudicem Baronis vigore eius priuilegiorū cognoſcendi in criminalibus in primis cauſis, vel ad M.C.V.fuit deciſum, exequutionem ſentētiæ eſſe remittēdam ad Baronem, eiuſq; Officiales, Frāch. dec.510.Io.Franc.Capiblanc.in prag.8.nu.231.de Baron. Io.Franc.del Caſtillo deciſ.Sicil.84.num.6. *Græuens pract.concl.lib.1.concl.113.conſid.6.nu.8.*

Exequutio ſententię an ſit impedienda prætextu reſcripti Regis mandantis, de ea relationem fieri; fuit dictum, quòd rata manente exequutione iam facta conſulatur Sua Maieſtas, Ann.in alleg.37.

Exequutio ſententiæ S.C.an poſſit impediri pretextu inſtrumentorum de nouo repertorum; fuit deciſum, ſententiam eſſe exequēdam, cum cautione, quia in caſu prædicto illud inſtrumentum nō erat tàm clarum ad impediendum exequutionem, ſed quòd indigebat aliqua verificatione facti, & ob id non potuit impediri exequutio, Ann.in repet. c.1.de vaſall.decrep.ætat.nu.237. infrà cod. verb. inſtrumentum.

Exequutio an fieri debeat ſtante laudo nullo, quamuis in compromiſſis ſoleat renūciari; fuit deciſum in S.C.quòd non exequatur, Minad.dec.19.in cōpromiſſis, Ann.ſing.299.laudum, Tapia in prag.2. nu.5.de arbitr. Marta de iuriſd.p.4.caſu 150.n.8.

Exequutio (aliis bonis non exiſtentibus) an fieri debeat etiam in feudalibus, quæ legitimus hæres, & ſucceſſor in feudo obtinuiſſet, etiam contra volūtarem defuncti, quia de manifeſta fraude eo modo diſponentis apparebat, S.C.in ſubſidium permiſit, talem exequutionem fieri, Camill.de Curt. in diuerſ.iur. feudor. verſ. multoriès concedens, nu.78.*Biloct a concl.12.n.4.*

Exequutio obligationis penès acta factæ per aliquē nomine alterius abſentis an peti poſſit per ipſum, in cuius beneficium facta fuit; fuit in S.C.deciſū, quòd ſic, ſi tamen illa obligatio facta fuiſſet per aliquem recipientem nomine, & pro parte abſentis, quemadmodùm poſſet peti exequutio inſtrumenti cenſualis per eum, in cuius beneficium eſſet per aliquem celebratum, ità Foller.in prax.cenſuali, verſ.tanquàm res iudicatas, nulla prouoc. nu.51.

Exequutio ſententiæ præſtationis annui introitus an retardetur prætextu appellationis interpoſitæ; in contingenti cauſa vertente in S.C.fuit exequutioni demandata cum cautione, Io.Iacob.Maſull. in dec.Capyc.17.n.10.

Exequutio reſcriptorum, ſententiarum, aliarumquè prouiſionum Regiarum an poſſit detineri cauſa conſulendi Regem, & expectandi ſecundam, & tertiam iuſſionem; fuit per Collat.Conſil.facta conſultatio Suæ Maieſtati, & non alitèr fuit facta exequutio, Reg. de Ponte deciſ.23. primus fuit, Molf.in Comment.ad Conſuet.Neap.par.4.q.47. nu.14.

Exequutio ſententiæ abſq; libello quo caſu admittenda erit; exemplum patet in credito annui cenſus, vt petat condemnari debitorem ad ſoluēdum reditum præteritum, & futurum ſingulis annis, & Iudex eo citato, & viſo inſtrumento condemnet ipſum ad ſoluendum reditum præteritum, & futurum ſingulis annis, & tūc talis ſententia faciet trāſitum in rem iudicatam, & fit exequutio abſq; libello, & ità vidiſſe pluriès iudicatum, & obſeruatum teſtatur Affl.in Conſtit.Authoritatem, ſub n.2. verſ.datur etiam bona, idem refert fuiſſe deciſum in Conſ.Cathal.Peguer.dec.154.immemor deciſ.Affl.Zerol.in prax.Epiſc.verb.cenſus, p.2.

Exequutio facta in bonis ſtabilibus primò omiſſa iuris diſpoſitione decernente, eſſe faciendam in bonis mobilibus, an ſit nulla ipſo iure, vel ſit neceſſe ab ea appellare; fuit deciſum, quòd non, tantò magis cùm ab ea non fuerit appellatum infra legitima tempora, Franch.dec.441. Muſcatell.in pract.S.C.lib.2.p.3.gloſ.ſeruata, n.12.& p.1. gloſ. ſententia, n.126.

Exequutio facta contra hæredem debitoris mortuo Iudice an iure ſubſiſtat, concluditur ex allegatis per Franch. in dec.405. eſſe hęredem audiendum in tali caſu, & ſic retractari, quamuis in eadem deciſione fuerat prouiſum, quòd cauſa remaneret in S.C. in quo erat mota lis ſuper retractatione exequutionis, quia pars obtulerat ſoluere quantitates debitas, abſquè alia diſcuſſione, meminit Catalan.in tract.de indult.c.15.num.160. Muſcatell.in pract.S.C.lib.2.par.3.gloſ.ſeruata, num.68.

& 72.& par.1. gloſ.ſententia,num.126.

Exequutio ſententiæ M.C.V.ſi fuerit infrà ſummam duc.150.an mādati debeat exequutioni iuxta formam Reg.Pragm. & an procedat in rebus, vel factis, ſummam prædictam non excedentibus; fuit deciſum,quòd ſic, Franch.dec.308.Reg.Reuit.in pragm.3. de offic.S.C.lib.2. par.1. gloſ.ſententia, n.135. Ricc.in collect.dec.168.& 183.

Exequutio ſententiæ an impediatur prætextu nullitatis diſtinguitur, aut principalitèr fuerit intentata nullitas, & impediret tātùm exequutionem, ſecùs ſi incidentèr,quod nunquàm fuit declaratū, quando incidenter, aut principalitèr,ſed tantùm dictum,non eſſe exequendum, vt in pluribus cauſis occurrentibus fuit deciſum per S.C.non obſtāte nullitate condemnandum eſſe ad penam nullitatis, Ann.in repet. cap.1, de vaſall.decrep. ætat. nu.245.cum ſeq.

Exequutio decreti S.C. pro parte acceptati, & pro parte appellati an concedenda ſit,deciſum fuit affirmatiuè in cauſa D.Franciſci Filomarini,contra Marchionem Marſiliapi, referente tunc Reg.Cōſil.Io.Miſlāza,penès de Ferrarijs Act.Mag D.Camil.de Laratha in conſ.16.in cauſa exequutionis.

Exequutio ſententiæ prolatæ in fauorem alicuius de linea collaterali ſuper rebus fideicommiſſo ſubiectis facto in beneficium deſcendentium, an impediri poſſit prætextu dicti fideicommiſſi, & auth. res,quæ, C.commun.de leg.deciſum fuit per S.C. eſſe exequendam ſententiam prædictam, referente Reg. tunc Conſil.Horatio Marcheſio in cauſa Marij de Alferio cum particularibus Iunenatij,in Banca Amatrudæ Act. Mag. & ſic pro vero habitum, prohibitionem factam in beneficium deſcēdentium, & d.auth. non procedere in linea tranſuerſali.D.Camil.de Laratha conſ.59.in hac cauſa.

Exequutio ſententiæ an impediri poſſit,ſi non fuerit facta denunciatio litis pendētiæ venditori,& ſententia non ſpecificè, & realitèr fuerit exequuta, nec reſtitutio in integrum petita aduerſus ſententiam,animo calumniandi; deciſum fuit referente Reg.tunc Conſil.Fuluio Conſtantio,quòd ſuſpenſa exequutione ſententiæ audiantur partes infrà quatuor dies in anno 1591. in cauſa filiorum, & hæredum quondam D.Marini Falangholæ contra Aemilium de Magiſtro Iudice, penès Cioff. Act. D.Camill.de Laratha conſ.62. D.Aemilius.

Exequutio ſentētiæ latæ in beneficium alicuius Officialis,vt precederet alios,an impediri poſſit prætextu ſubſequētium nullitatum. Prima,quia dato termino in cauſa petitorij fuit facta facultas ad dicendum, & intimata die 31. Decembris 1612. die feriarum feſtiuo,abſq; licentia,quę non obſtare dicebatur Primò,quia cauſæ in Regno ſunt ſūmariæ.Secūdò,quia in talibus iudicijs ſummarijs abſq; figura iudicij proceditur, ſola facti veritate inſpecta. Tertiò, dùm coràm Principe litigatur ceſſat defectus feriarum,nec ſecunda nullitas obſtare videtur, ex eo quòd non fuit conceſſus terminus repulſæ, nec facta prouiſio ſupèr petitis, quia ſumus in cauſa ſummaria, vbi ſemiplena probatio ſufficit.Item cùm cauſæ præcedentiæ,& dignitatis ſummariè,de plano, & ſine figura iudicij iudicari debeant,prætereà attenta pragmaticę Curſum diſpoſitione ipſo iure fit publicatio in cauſa,& ſi aliqua partium petierit repulſam,quia cenſetur illicò conceſſa per petitionem. Tertia, autem nullitas,ſtante petitione termini ad impugnandum ille non fuerit cōceſſus,non obſtat,quia per lapſum termini cu pa partis illi petentis fuit facta concluſio,quæ renūciationem omnium probationum operatur. Quarta paritèr nullitas dùm in iudicio ordinario vertebatur, neceſſaria erat publicatio, & concluſio, & ideò fieri non poterat facultas ad dicendum, non opitulatur, cùm tam publicatio, quàm concluſio non ſint de ſubſtantia proceſſus,nec illum reddat nullum; Item & quinta ceſſat nullitas,quòd dictus Officialis paſſus fuerat, aduerſarium procedere per annos 12.non curando litem proſequi, & agebatur ordinariè, vbi concluſio, publicatio, & monitio erat neceſſaria; Primò,quia de tali patientia proteſtatus fuerat in ingreſſu ſui officij, & ſi aliqua præſcriptio præſumeretur, non militaret, cùm per citationem fuerat interrupta,ad reliqua congruè reſponſum fuerat ſuperiùs, Sexta inſupèr nullitas opitulari non videtur,dùm conuentus ſperabat,non procedi ad expeditionem cauſæ petitorij,vbi intendebat ſupplicare pro adiunctis,ſed priùs ſuper contentis in ſupplicatione, quæ expeditionem impediebant, quia propoſitum in mente retentum nil operatur reſpectu petitionis adiunctorum, Item ex conſenſu ipſius conuenti circa expeditionem cauſæ in ſcriptis, & oretènus expreſſo, & demùm ex Principis commiſſione expeditionis cauſæ poſſeſſorium, & petitorium inſinuare cernitur, & demum Septima nullitas circa inualiditatem ſententiæ prolatæ contra caſum legis corruit, dùm caſus legis nō alitèr exprimitur, reſpectu verò nullitatum alterius Officialis conuenti paritèr dicebatur,nō obſtare primam nullitatem citationis omiſſæ,nam vltra quòd pluries fuerat citatus, dùm tamen coràm Principe agitur vnica ſufficit citatio, immò quia ſemper præſens fuerat,prætereà quando non prima alicui ſententia obſtet, vel quilibet actus, ſed in conſequentiam, tunc ſufficiet, quòd is, cui principalitèr intereſt citatio, & ſucceſſiuè ſententia lata contra eū,cui principalitèr intereſt,præiudicat in conſequentiam ei, cui in conſequentiam in iudicio intereſſe haberet;hinc iſte vltimus Officialis præfertur ab alio Officiali principalitèr in iudicio conuento, & ſucceſſiuè ei officere debet exceptio rei iudicatæ, vlteriùs exiſtente Regia pragm.3. de offic.S.C. permittente, vltimum Cōſiliariū in vltimo loco recipi; undè adminiſtratio iſtorum Officialium erat contra ordinem dictæ pragmaticæ ſtatuta, ſtante anterioritate priuilegij Conſiliariatus Actoris, & ſucceſſiuè nec iuramentorum preſtatione coadiuuari poterant,prius iuramēta de benè adminiſtrando præſtitiſſe, nam in iuramento ueritas,iudicium,& iuſtitia concurrunt,& demùm nulla cernitur defenſio coadiuuatiua iuribus iſtius ultimi Cōſiliarij, nam per regulam illam,ſi uinco uincentē te,&c. Vltimò,in ijs, in quibus Princeps habet plenam poteſtatem ex iuſta cauſa etiā ſine partis citatione procedere poteſt.Poſtremò dùm in deciſione præcedentiæ uerſatur, non tantùm nullitates,ſed appellationes,& exceptiones remoueri debent, quinimmò die 7. Maij 1617.referente Circumſpecto Reg.D.Petro Caſtellet per Collat. Conſil. cum interuentu Io. Baptiſtæ Melioris, & Io. Baptiſtæ Valenzuela

Reg.

Reg. Conſil. deciſum fuit, nullitates non obſtare, & proindè decretum latum ſub die 10. Ianuarij 1615. exequutioni demandari, in cauſa Reg. Conſiliarij Io. Ruiz Valdiuieſcio cum Reg. Conſiliar. Cæſare Freccia, & Iacobo de Franchis, D. Camill. de Laratha conſ. 88. decretum domini.

Exequutio an fieri poſſit ſuper fructibus feudi, non tamen facta prius diſcuſſione aliorum bonorum remanſorum in hæreditate contra hæredē in feudalibus, fuit iudicatū in ſui fauorem, vt fieri non poſſit, niſi in ſubſidium, Io. Franc. de Pont. in conſ. 26. exequutio, vol. 2.

Exequutio ſententiæ latæ an impediri poſſit prætextu, quòd res litigioſa fuiſſet alienata ex cauſa dotis, ob quam non impeditur tranſlatio dominij ex particulari priuilegio. Item quòd iudicium cœptum cum defuncto non fuiſſet tranſlatum in hæredem, in quo fuerat hæres auditus, fuit iudicatum, eſſe exequutioni demandandā, ex quo in datione in dotem aſſenſus non aderat, ſecundò, quia lis fuerat facta cum ſcientia viri dotatæ, tertiò, quia ſentētia quamuis ferri poſſit cum conuento, exequutioni demandatur contra poſſeſſores per Cap. Regni Conuentus, nec obſtabat tranſlatio, nam cùm fuerat hæres auditus, fit tranſlatio iuris non per hominem, Reg. de Pont. conſ. 101. aduerſus, vol. 2.

Exequutores plures in teſtamento ſi ſint dati, ſi cum vno proceſſus compilaretur à creditore hæreditatis an proceſſus ſit nullus; fuit deciſum, alios eſſe citandos, Franch. dec. 622. Ric. collect. dec. 769.

Exhibere ſcripturas actor ſi fuerit in iudicio coactus, ſi illas in promptu non habet, proceditur in cauſa, verùmtamen ad impediendum litis curſum id probari debet, & talis probatio iuramēto corroboratur, & ità concludit Io. Thom. Minad. dec. 40. Rouit. in pragm. 1. de ord. iud. Muſcat. in praxi S.C. par. 3. gl. mentionata, n. 14. verſ. decimò, & vltimò, Franch. dec. 97. n. 3. Reg. de Pont. dec. 4. n. 31. Maſull. ad Capyc. dec. 40. n. 1.

Exhibitio ſcripturarum quamuis fieri debeat Fiſco actori, inſtante reo ad fundandam eius intentionem ex particulari priuilegio, an miſceat, ſi eſſent computa præſentata in Camera, & reſtituta præſentanti, quæ poſteà domo caſualiter perempta fuerint amiſſa; non tamen probata per Fiſcum fraude, aut errore calculi iuxtà Cap. Neap. conceſſum, fuit deciſum, non eſſe faciendam reiterationem exhibitionis in R. C. Reg. de Pont. conſ. 97. punctus petitæ, vol. 2.

Exilij nomine quid continetur, ſi fuerit facta conceſſio Caſtri exceptis cauſis imponentibus pœnam mortis, priuationis, abſciſſionis membrorum, ſiue exilij; non fuit aliter deciſum, Franch. dec. 116. tamen Reg. Tap. in Conſt. Ea, quæ ad decus, nu. 31. quærit, an exilium perpetuum, vel temporale ſpectet ad conceſſionarium feudi, reſeruatis cauſis criminalibus, pro quibus corporalis pœna mortis, abſciſsionis membri, aut exilij imponitur, vel ad habentē iuriſdictionē criminalē; & refert deciſū in S.C. iunctis aulis, & declaratū, caſum exilij temporalis ſpectare ad habentē iuriſdictionem caſus mortis, abſciſsionis membrorū, aut exilij perpetui & ſic ſpectare ad criminalē habētē iuriſdictionē, Viu. dec. 391. n. 4 Galt. in prax. tutel. p. 2. rub. 5. n. 5. Maſtr. de indultu c. 15. vbi refert Neap. fuiſſe deciſum, & decapitatū quēdā antè Palatium M. C. V. eò quòd in ſententia deportationis erat impoſita pœna mortis, & nouiſsimè Reg. Rouit. in prag. 2. de iuriſd. non turb. n. 39. & ſeq. memor de iſta deciſ. Franch. 116. refert quid fuit deciſum, & credo, eandem eſſe, quam poſuit Tap. vbi ſupra, quia in deciſione interuenit votando, & in dec. S. C. 10.

Eximens carceratum pro debito ciuili à manibus familiæ qua pœna ſit puniendus; fuit deciſum, quòd puniri debeat pœna triremium per biennium, & ad partis intereſſe, Franch. dec. 442. licèt aliàs in facti contingentia fuerit obſeruatum iuſſu Proregis, quoſdam eximentes carceratum à manibus familiæ pro debito fuiſſe laqueo ſuſpenſos, & in fruſtra ſciſſos, vt per Carau. in rit. M. C. V. 160. n. 2. in fi. quamuis talis ſententia fuiſſet admodum rigoroſa, nam propriè erat arbitraria, vt per Proſp. Farinac. in tit. de carc. q. 32. nu. 7. Iul. Clar. §. final. q. 68. n. 10. Caball. reſol. crim. cent. 1. caſ. 8. n. 17. citat Carau. & num. 22. allegat dec. de Franch. vt ſupra, Ric. collect. dec. 586. Lic. Thomin. dec. Lypſiæ 15. *Guazzin. in tract. ad defenſ. defenſ. 5. cap.* 5. n. 12.

Expeditio cauſæ an poſsit impediri prætextu falſitatis oppoſitæ criminalitèr; fuit deciſum, eſſe procedendum vſq; ad concluſionem incluſiuè, ſed benè impedit, quominùs poſsit ferri ſententia, Capyc. dec. 25. quem citat Iul. Clar. in §. fin. q. 2. nu. 4. licèt poſteà prætextu falſitatis an ſit ſuperſedendum, donec de falſitate cognoſcatur, fuerit deciſum pro, & contra, vt refert Io. Ang. Piſanel. in prag. teſtem falſum, nu. 8. de falſis, tamen in addit. ad Affl. deciſ. 228. refert, fuiſſe deciſum bis per S.C. eſſe procedendum ad expeditionem cauſæ, non obſtante falſitate oppoſita, Borrell. conſ. 78. num. 14. Muſcat. in praxi S.C. par. 3. in 1. lib. gloſ. actorem, nu. 30. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. qq. q. 100. c. 2. nu. 105. Maur. ſen. alleg. 58. nu. 4. Alph. Peruſ. collect. 81.

Expelli an poſsint à Baronibus Terrarum Mercatores ſine iuſta cauſa; fuit deciſum, quòd nō, Ann. in ſing. 54. Barones, Reg. de Pont. in tract. de pot. Proreg. tit. 10. in rub. de exteris habitant. in terris Baron. Ric. collect. dec. 280. Capibl. in prag. 1. de Baron. ſub n. 129. Reg. Rou. in pragm. 1. de Baron. n. 4. Maſull. ad Capibl. dec. 118. Maſtrill. de Mag. par. 2. lib. 4. c. 18. n. 91. *D. Reg. Sanfel dec.* 123. *n.* 54.

Expènſas ſoluere an teneatur actor, ſi relicta prima inſtantia nouam inchoauerit, concludit Salic. in l. properandum, §. fin. C. de iudic. quòd agenti de nouo obſtat exceptio refectionis expenſarum, & ità deciſū fuiſſe in S.C. Neap. refert Io. Pet. Mangrell. ad Bart. in d. l. properandum, in princ. C. de iudicijs.

Expenſæ factæ in lite per tutorem allegatum ſuſpectum ſuccumbētem, & per appellationem poſteà confirmatum an ſint per eum retinendæ, fuit deciſum, expenſas factas in lite, in qua ſuccubuit nō alitèr poſſe retinere, ſecus autem in inſtantia, in qua fuit confirmatus, eo tamen caſu licitè expenſas retinere licebit, Franch. dec. 394. *quæ quidèm deciſio fuit in cauſa Deſideriæ Bonfiglio cum Tiberio Monetio, penès Carbonum Act. Mag.* adde Ric. in collect. dec. 97. Galt. in praxi tutel. par. 2. rub. 5. nu. 10. & 47.

Expenſæ ſolutæ per Actorem Reo ob peremptionem inſtantiæ iuxtà Reg. Pragmat. ſi reſtaurata

in-

Digitized by Google

inſtantia actor obtinuerit, vt reus condemnaretur in expenſis, an ſint inſimul liquidandæ; concluditur, quòd non, Franch. in deciſ. 331. late Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. p. 7. gl. ſententia, in addit. ſub n. 53. lit. E. incip. vtimur primò, Paſch. in tract. de vir. pat. pot. p. 1. c. 8. n. 213. Io. Iacob. Laurent. de iud. ſuſpecto, c. 14. n. 108.

Expenſæ infirmitatis licèt concurrant cum expenſis funerum, & eiſdem priuilegijs gaudeant, an creditores ex cauſa prædicta præferantur creditoribus habentibus expreſſam hypothecam; fuit deciſum, quòd non, & proindè debere graduari poſt creditores habentes expreſſam, Franch. dec. 51. Nunt. Pellic. in Conſuet. Auerſæ c. 3. nu. 510. Viu. dec. 306. n. 6. latè Surd. dec. 155. n. 4. & dec. 112. in princ. annuit, contrarium fuiſſe deciſum in illo Senatu Mantuano, & Maſtrill. dec. Siciliæ 10. n. 2. vbi ſimilitèr refert, ibi fuiſſe deciſum, & idem confirmat fuiſſe deciſum Polyd. Rip. obſeruat. 174. Borgnin. Caualc. deciſ. Fiuiz. 32. part. 1. Caball. reſol. crim. ceut. 3. caſ. 201. nu. 43. Caſtill. dec. Siciliæ 103. Ric. collect. 473. idem fuit deciſum in Senat. Tholoſ. Maynar. deciſ. 48. lib. 2. & demùm Viſcont. in addit. ad iſtam dec. Franch. declarat, omnes deciſiones contrarias procedere in vltima infirmitate, & aliam citat Fachin. lib. 2. contr. iur. cap. 49. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 5. nu. 26. Epiſc. Ric. collect. 2235. p. 6. D. Reg. Hector Capyc. Latr. dec. 47. Franc. de Petris conſ. 49. refert, contrarium fuiſſe poſteà deciſum.*

Expenſæ an ſint reficiendæ conuento factæ in lite, & proceſſu nullo ratione incurſionis patriæ ab hoſtibus, ſi fuerit de nouo lis intentata, non obſtante oblatione actoris offerẽtis in liquidatione ſoluere; fuit deciſum, eſſe tales expenſas reficiendas, etiam pro labore Aduocatorum, & Procuratorũ, Affl. dec. 70. Borgnin. Caualc. deciſ. Fiuiz. 10. nu. 7. & 35. par. 1. Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. par. 3. gloſ. reformando, n. 48.

Expenſæ neceſſariæ factæ in re dotali an poſſint ſoluto matrimonio per hæredem viri repeti, attento legato facto per virum vxori pro eius dotibus, & antephato; fuit in S.C. deciſum, conuentum eſſe abſoluendum à dictis expenſis, Affl. deciſ. 359. eum citat Loffred. in conſ. 43. conſideratis ijs, Carroc. de locato p. 4. tit. de expenſ. n. 38.

Expenſæ an debeantur ob mendacium in lite vertẽte; fuit deciſum, quòd ſic. Affl. dec. 126.

Expenſæ funerum alicuius Prælati an fiant ex ſpolijs, ex quibus debent deduci veſtes lugubres pro Cõſanguineis, & Nepotibus, culcitra ſerica, & ſepulchrum marmoreum, iuxtà definitionem Abba. concluditur, quòd aut ſunt impenſæ funeris, quæ tendunt ad remedium, ſeù ſolatium animæ defuncti, vt impenſæ circa Clericos confluentes ad officium ſepulturę, & in ſimilibus, & in iſtis Eccleſia tenetur, etiam ſi Clericus defunctus alium haberet hæredem in patrimonialibus, aut ſunt, quæ tendunt ad viuorum amicorum ſolatia, vt apparatus funeris, conſtructio ſepulturæ, pretioſa exequiorũ pompa, & quòd multi induantur veſtibus luctuoſis, & in ijs Eccleſia non tenetur; Vndè in hoc concurrit votum in S.C. quòd Eccleſia ſit obligata tantùm ad medelas, ad debita defuncti, ex ſpolijs tantùm ſoluenda, & ad funeralia, dempta tamen culcitra, cantura, & veſtibus, iſta .n. deducuntur, quando quis de ſuo eſt ſpeliendus, non in Prælato, Capyc. dec. 84. de quo etiã meminit Ann. in ſing. 258. impenſa, vbi Fab. de Ann. in additione in alio occurrenti caſu idem fuiſſe deciſum refert, vide Nunt. Pellicc. in Conſuet. Auerſæ c. 3. nu. 516. Aloyſ. de Leo authentica hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. Eccleſ. n. 42. Vrſill. dec. 91. nu. 4. Ricc. in collect. deciſ. collect. 483. Fuſcus ſing. 98. lit. C. Phanuc. de lucro dotis gl. 12. in fin. Mart. de iuriſd. p. 4. caſ. 54. n. 3. & 7.

Expenſæ litis an poſſint taxari lite pendente; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, & non fuit reputatum grauamen, Io. Vinc. de Ann. in ſing. 31. appellatione, Carrab. de ſynd. p. 2. n. 133. Petra ad Gramm. dec. 14. Lancell. in tract. de attentat. p. 2. c. 12. limit. 11. per tot. *Nouar. de grau. vaſall. to. 2. grau. 106. n. 5.*

Expenſæ factæ infirmo inuito, vtputà ſi eſſent factæ filiofamilias infirmo, an debeantur; fuit deciſum, quòd ſic, & pater condemnatus ad reſtituendum expenſas, Ann. in ſing. 184. expenſa, Paſch. in tract. de vir. pat. pot. p. 3. c. 5. n. 3.

Expenſæ in appretiandis bonis, quando fiunt graduationes, & in ſubhaſtandis rebus an ſint deducendæ antè omnes creditores; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, Ann. ſing. 186. expenſæ, ipſum citat Nunt. Pellic. in Conſuet. Auerſæ in addit. ad c. 10. incip. adde circa, n. 350.

Expenſæ factæ per patrem, vel fratrem in obtinendo beneficio Eccleſiaſtico filio, vel fratri, an ſint deducẽdę, ità vt pater, vel frater deducere debeat de portione filij, vel fratris, fuit iudicatum in Conſil. Reg. quòd ſic, Affl. in c. 1. verſ. Et bona committentium, n. 47. quæ ſint regal. feud. Ric. collect. dec. 2081.

Expenſæ Miniſtrorum Iuſtitiæ an ſpectent ad Baronem, vel ad Vniuerſitatem; fuit iudicatum inter Vniuerſitatem Cõtroni cum Barone pertinere ad Baronem tales expenſas facere, Capibl. in pragm. 19. n. 26. de Baron.

Expenſæ factæ per poſſeſſorem ſunt reficiendæ, non tamen id, in quo res melior facta eſſet, quod procedit tantùm, quando fundus vendicaretur à Domino; an etiam procedat, quando ageretur iure hypothecæ; fuit deciſum, contra creditorem poſſe prætendi deductionem totius valoris meliorationum, Franch. dec. 38. in fin. Ric. in collect. deciſ. 150. & collect. 2050. & in dec. Archiep. 263. par. 2. hic latè Viſcon. in addit.

Expenſæ factæ per Baronem pro cuſtodia Caſtri, ac aliorum fortalitiorum an ſint reficiẽdę ipſi in medietate fructuum debita pro releuio, fuit deciſum in R. C. quòd non, in cauſa Comitis S. Seuerinæ, Nard. Liparul. ad Andr. in c. 1. §. ſi mulier, lit. A. incip. medietas fructuum, in fin. de cap. Corad. meminit Ric. collect. dec. 2081. verſ. quartò nota.

Expenſæ factæ ab vno ſocio, vel fratre in re communi an repeti poſſint à conſocio, vel à fratre pro rata eius, ſi fuerint in vtilitatem expendentis conuerſæ, non tantùm, vt vtilitas communis reſultaret; concluditur, quòd non, & ità in facti contingentia iudicauit M.C.V. & Reg. Audiẽtia Apuliæ, teſte Franc. Viu. dec. Regn. Neap. 217. n. 3. quem citat, & ſequitur Borgn. Caualc. dec. Fiuiz. 2. n. 30. p. 4.

Expenſæ erogatæ per Fiſcum pro bonis Rebellis incorporandis an debeant ante omnia deduci contra

tra

Digitized by Google

tm creditores anteriores poſtmodùm volentes ſibi ſatisfieri in huiuſmodi bonis, fuit iudicatum, quòd ſic, Affl. in c. 1. ver. & eorum bona, col. 10. nu. 119. quæ ſint regalia, Petrus Garſia deciſ. 98. *Reg. Conſtant. in l. 1. C. pæn. fiſcal. lib.* 10. *n.* 109.

Expenſæ, ſiuè ſportulç, aut mercedes an ſoluendæ ſint per creditorem Notario, facto depoſito voluntariè per debitorem pro capitali, & tertijs cum clauſula, facta quietatione, & cautelis de recepto priùs in beneficium ipſius, vel per debitorem ipſum, ad hoc vt pendente quietatione, & receptione debiti intereſſe currat, aut non, caſus talis ventilari contingit in M. C. V. Nam cùm fuiſſet factũ depoſitum per Iulium Rumbum debitorẽ Franciſci Antonij Purpuræ V. I. D. pro capitali, & tertijs, nullo ſiquidèm præcedente ordine iudiciario, ſed voluntariè, & in eodem depoſito petiſſet, ſibi inſtrumentum caſſari & quietationem de recepto in beneficium ipſius per creditorem ipſum fieri, per creditorem replicabatur, ſe eſſe promptum, & paratum cautelas debitas facere in eius beneficium, ſoluta tamen mercede Notario per ipſum, vt valeat mediante eius fide quietationis ſibi ſatisfieri de ſuo credito, & interim donec non fuerit per ipſum adimpletum, proteſtabatur, quòd intereſſe curreret, relata tandèm cauſa in M. C. V. ad relationem Iudicis Dominici de Martino deciſum fuit contra creditorem, per quem dùm fuiſſet appellatum ad S.C. die 9. Februar. 1617. factaq; relatione per eundem Iudicem in aula doctiſſimi viri, Regijq; Conſil. Io. Bapt. Melioris oppoſitum deciſum fertur, hoc eſt in beneficium creditoris, condemnando debitorem ad ſolutionem mercedis Notario pro quietatione prædicta, ſeù caſſatione inſtrumenti, & donec non fuerit adimpletũ, intereſſe currat, & currere intelligatur in beneficium creditoris, prout hæc, & alia conſtant in actis deſupèr geſtis penès Piſacanum Actuarium, ad cuius quidèm deciſionis corroborationem cẽſeo antè omnia, Notarium ſine mercede contractum, vel inſtrumentum conficere non teneri, ità Affl. in Conſtit. Baiulos omnes, ſub nu. 8. verſ. & ſic Notarius, ſed difficultas vrget in hoc, an creditor, vel debitor teneatur Notario mercedem ſoluere, & in hoc ideminet Affl. loc. cit. n. 12. concludit ex mente Cyn. in l. eos, C. de vſuris, *quem ſequitur Monter. dec. Aragon.* 20. *n.* 67. ſpectare ad eum, qui recipit comodum, vbi ſubnectit, ſpectare ad emptorem ſoluere mercedem Notario pro contractu, quod ad propoſitum noſtrum porrigitur in creditore iſto emente annuos introitus, & ſucceſſiuè teneri ad ſolutionem pro contractu emptionis, quia ſuum commodum intuetur, *probat Viu. dec.* 269. *nu.* 6. 7. *&* 8. hinc eſt, quòd debitor inſtrumentum creditori conficere tenetur, Bart. in l. 2. n. 15. ff. ſolut. matr. Annib. Troyſ. in rit. 166. n. 20. & hoc potiſſimùm quando contractus ſtipulatur, ſin autem pro conſequutione ſui debiti à debitore mora interceſſerit culpa debitoris, eo .n. caſu debitor teneretur ſoluere facturam inſtrumenti leuati creditori. Balb. deciſ. 35. cum alijs citatis per Galt. in ſua praxi crimin. inſtr. 2. p. 3. partis, ſub. vlt. ſub n. 13. *ſequitur Viu. vbi ſupra nu.* 8. ſecus tamen mora ceſſante, vt ibi Balb. limitat, ſic è contra debitor poterit petere, vt ſibi fiat inſtrumentum liberationis, quando ſoluit, idem Bart. in l. ſi pupillus, n. 3. ff. de nouat. & l. qui tabulas, nu. 3. ff. de furt. Alex. ad Bart. in l. chirographis, ff. de admin. tutor. verſ. debitorem cogi, Arnon. ſing. 77. Immò non obſtante inſtrumento quietationis petere etiam poſſet; inſtrumentum debiti caſſari de originale, *Bar.* in Auth. caſſa, & irrita, n. 8. C. de ſacroſ. Eccleſ. & ſi fortè in ſui poſſe reperiretur inſtrumentum debiti, tenetur ſoluto debito illud debitori dare, Alex. ad Bart. in l. ſi fullo, §. qui tabulas, verſ. reſpon. ſiquidèm, col. 2. ff. de furt. & hoc cùm concernat commodum ipſius debitoris, meritò ab eo merces ſoluenda erit Notario, & non mirum ſi donec non fuerit adimpletum ex ſui parte, vt creditor quietationis actum perficiat, ad hoc vt ſibi de credito ſatisfiat, ſemper intereſſe currit, inſtrumento adhuc in ſuo robore exiſtente, vt fundabo infra eod. verbo intereſſe, nec indè benè creditori conſultum eſſet, vt pro debitore ſoluat, & indè repetat, nam nemo pro alio ſoluere tenetur, ob hoc ſolùm, quod poſt ſolutionem poſſit repetere, quia melius eſt non ſoluere, quàm ſolutum repetere, Cagnol. in l. nemo ideò, num. 1. ff. de reg. iur. Franch. dec. 42. nu. 4. ſuccederet ex hac ſolutione abſurdum illud, cuius per errorem dati repetitio eſt eius conſulto dati donatio eſt, l. cuius, ff. de reg. iur. *& quid ſi per pactum conuentum eſſet, ſolutionẽ fieri, an valeat, vide Apicell. ſen. in tut. im. pauper. tit.* 2. *ſub n.* 41. Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

Expenſis cuius eſt facienda remiſſio vaſalli, ſeu depoſitio principalis abſentis procuranda, & aliorũ ſimilium, deciditur expenſis petentis, Franch. dec. 332. Capibl. in prag. 19. n. 30. ſed vide melius infra eod. verbo expenſis.

Expenſis cuius depoſitio principalis, qui ſe abſentauerat, relicto Procuratore exquirenda erit, ſi pars aduerſa illius depoſitionem petierit; fuit deciſum, expenſis ipſius abſentis, Affl. dec. 177. & in Conſt. Aduocatos, n. 9. Ric. collect. deciſ. 115. Carau. ritu 235. n. 15. Ann. ſing. 405. principalis, dicit, quòd hodiè pars petens examinari abſentem conſignat literas cõmiſſionales Procuratori abſentis, & alias expenſas ſoluet abſens, quid in teſtibus, vide infra verbo teſtes, eum citat Muſcat. in praxi S C. lib. 1. p. 5. gl. legaliores, n. 12. & 28. Viu. dec. 175. n. 9. Ioſeph Ludou. dec. Peruſ. 74. nu. 10. Maran. l. ſi actor, ff. de Procur, n. 64. Franch. dec. 332. nu. 4. & 5. & citat Affl. vbi ſupra, vbi paritèr cenſent, fuiſſe in S.C. deciſum, & ſeruari deciſionem Afflict. quòad expenſas ſoluendas Officiali accedenti ad examinandum principalem, quò verò ad expẽſas neceſſarias pro expeditione litterarum commiſſionalium, & copiæ articulorum, ſumptibus petentis eſſe faciendas, Muſcat. in praxi S.C. p. 5. gl. legaliores, n. 29. Camil. Lep. dec. Luc. diuerſ. 11. col. 3. Cornazan. dec. Luce. 80. Mart. vot. 70. n. 14. & vot. 87. nu. 4. *Epiſ. Campanil. in diuerſ. iur. can. c.* 7. *in rub.* 6. *ſub n.* 132. *verſ. ex multis.*

Exteri domaniales homines confluentes ad habitandum in terra conceſſa per Regem alicui Baronirũ vaſallis, exceptis domanialibus, qui ſunt certi, & declarati, vtrum ſpectent ad Baronem, an Reg. Cur. cùm totum Territorium ſit Baronis, & nihil ſibi reſeruauerat Curia, ſiuè Rex; fuit deciſum in Reg. Cam. quòd omnes habitantes in dicta terra, & quòd qui in futurum confluunt ad habitandũ, ſpectet ad Baronem, Ann. in repet. c. 1. de vaſal. decrep. ætat. n. 268.

Digitized by Google

Exteri habitantes per decennium in aliqua Ciuitate Regni efficiuntur ciues, & ſucceſſiuè gaudebunt immunitate Regiorum diriƈtuum, prout cœteri ciues oriundi, & ità fuit pluriès iudicatum in Reg.Cam.Sum.Reg.Rouit.in pragm.12.nu.4. de Baron.

Exteri, ſeu forenſes habitantes in aliqua Regni Ciuitate an teneantur ad ſoluendum collectas impoſitas per dictam Ciuitatem pro ſolutione eius debitorum; in facto apparebat, fuiſſe conceſſam poteſtatem Ciuitati Coſentiæ imponendi Tallcã, ſiue Talleonem mediante Regio aſſenſu per annos ſex inter ciues pro ſolutione debitorum, quibus elapſis de nouo habito recurſu ad eundem Excell. Proregem Regni pro prorogatione aliorũ trium annorum, cum conditione, vt etiam exteri, & forenſes cogantur ad dictam ſolutionem, & licèt ex iuris diſpoſitione cautum repetiatur, eos non teneri ad ſimiles collectas, ex conſuetudine tamen generali alitèr obſeruatum reperitur, ſicut ſpecificè teſtatur Theſ. in dec. Pedem.149.n.2. & & ſic deciſum refert, & conferunt ibi addita per eius Filium, quinimmò facta de prædictis relatione in Collat.Conſil. per circumſpectum virum, & meritiſſimum Regentem Io.Baptiſtã Valenzuela die 13. menſis Octob.1618. fuit obtentum decretum in fauorẽ dictæ Vniuerſitatis abſq; clauſula, pretèr exteros per alios annos tres, penès Ioſeph. de Cuncto Regium Cancellarium, ſub patrocinio Auguſtini Caputi Patritij Coſentini, iuuenis quidèm maximæ expectationis, & mei amici, filij quõdam Matij Caputi ſagaciſſimi, & prudentiſſimi viri, ego autem addo Ioſeph. Ludou. in ſuis comm.opin.tit. de iuro immunit. concl.2.nu.6. & ſeq. Io.Bapt.de Thor.I.C.Neap.

Exterus furtum infra vnciam committens in Ciuitate Neap. pallia de nocte furando, exiſtente banno pœnam mortis comminante in cauſis prædictis an ex ignorantia excuſetur; fuit deciſum, quòd non, exiſtente frequentia talium delictorũ, & ob id fuit confirmata ſententia M. C. V. eum ad mortem damnando, Franch.dec.521.Reg.Rouit.in prag.1.de fur. noct. latè Petr.Caball. reſol. crimin.cent.2.caſ.129.Ric.collect.dec.1941.Theſaur.lib.1.quæſt.forenſ.q.80 n.6.*Epiſc. Genuenſ. in tract. de Eccl. ſeù practicab. Eccl. q.766. & Nouar. de grau.vaſall.to.1.grau.136.n.7.*

Extractio pecuniæ facta per forenſem contra formã banni publicati in Ciuitate, ſi fuerit intercepta, an ſit reſtituenda forenſi tanquàm ignaro banni Ciuitatis, attenta etiam longæua conſuetudine inter Mercatores extrahẽdi pecuniam extrà Regnum; fuit per R.C.S. deciſum in fauorem forẽſis, Grammat.in conſ.crim.25.redemptoris gentium, Viu. in ſylu.opin.comm.in 766.opin.ſtatutum, num.11. Ric.collect.dec.2081.

Extractio vini ſi fuerit conceſſa vno anno, & conceſſionarius ob ſterilitatem noluit extrahere, an ea vti poſſit in ſecundo anno; fuit iudicatum, quòd non, Camill. de Curt. in diuerſ. iur.feud. verſ. redeundo igitur, n.51.

Extractio pecuniarum prohibita per Regiam Pragmaticam an comprehendat clericos, vt ſi clericus fuerit repertus in fraganti cum pecunia extrahi prohibita, poſſit pecunia illa ſequeſtrari, & confiſcari; fuit in Reg.Cam. deciſum in fauorem Clerici, & illi pecunia reſtituta, Marc. Ant. Genuenſ. in praxi Archiep.Neap.c.75. nu.3. & tradit ipſum citando Molſeſ. in Conſuet. Neapol.par.2. q.7.n.47.

Extractio auri, & argẽti in maſſa, & laborati expreſſè vetita eſt in Regno in Pragmaticis ſituatis in titul. de extract. animal. attamen ſi pro commoditate vſus ſui, & itineris, & ex coniecturis fraus excludatur alitèr iudicandum erit, & ſic determinatum per R. C. S. in perſonam Præſidentis Ioannis de Forma, qui accedens ad Vrbem pro Indulgentia anni Iubilæi extraxerat quædam vaſa argentea pro ejus vſu, teſte Goffred. de Caieta in rit. R.C.S. in rub. de iure fund. verſ. item prædicta inducuntur, quem citat Reg.Rou.in prag.rub. de extract.animal.n.12.

Extrahentes frumentum à Regno contra formam Regiæ Pragmat. an comprehendantur ſub generali indultu, fuit tàm in S.C. in ann.1589. quàm in R. C. S. in ann.1572. determinatum affirmatiuè, vt per Ric.collect.dec.2025. vbi in fine refert, de anno 1573. die 24. Ianuarij facta relatione in Collaterali Conſil. referente Annibale Moles idem in extractoribus equorum extrà Regnum deciſum fuiſſe.

F

FAbricæ impedimentũ cauſatum ex Regali banno emanato, ne quiſquã fabricare auderet extrà mœnia Ciuitatis Neap. an operetur reſciſſiones contractuum cẽſuariorum territoriorum, extrà dicta mœnia cenſuatorum pro fabricatione domorum antè promulgationem banni contrahentium, deciſum fuit per S.C. ad relationem tunc Reg. Conſiliar. Caroli Fenicci in cauſa Iulij Angriſani cum eius cenſuarijs, alios cenſuarios teneri ad ſolutiones medietatũ cenſuum, alios ad integrum, aliorum autem cauſæ ſuperſeſſę, & hoc contingit ſecundùm fabricas factas, penès Cioffum Act.Mag.D. Camill. de Lartha conſ.6. non ſolùm, qui in nu.42. deciſionem poſuit, licèt in antecedenti nu.41. alias deciſiones ejuſdem S.C. referat, per quas apparet, fuiſſe nonnullos contractus reſciſſos.

Falſam monetam expendẽs, & cum eis repertus, accedente mala qualitate ipſius vitæ an pœna mortis puniri debeat; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec.401. meminit Reg.Rouit.in Pragm.1.de Monetis, Bajard. ad Clar. in §. falſum, nu.331. Muſcat. in pract.crim.rubr. de falſa moneta, n.47. vide Peguer.dec.Cathal.46.n.15. Petr.Caball. reſol. crim. cent.2.caſ.199.nu.10. extat notab.deciſ. Auenion. 114. Hieronym. de Laurent. faciunt adducta per Viſcont. ad eundem Franch.dec.351. Ric.in praxi Eccl.dec.682. Maſtril. de indultu c.27. num.19. *& nouiſſimè fuit per M.C. cum adiunctis de S.C. Franciſcus de Simone tortus de hoc eodem delicto, & non confeſſus fuit ad triremes perpetuò damnatus, referente Reg. tunc Conſ. D. Sanfelicio penès Tartagliã, de menſe Septembris 1627. licèt in caſu deciſionis D. de Franch. aderat confeſſio duorum ſociorum criminis.*

Falſitas teſtium productorum per Procuratorem an præiudicet principali; fuit votatum, falſitatem non nocere Domino, Capyc. dec.67. Ant. Gabr. lib.7.de maleſic.concl.7.n.16. Vantius de nullitat. rub.ex defectu proceſſ.num.141. Muſcat.in praxi S.C.lib.1.p.6.gl.termino,nu.7.& 9.Petr. Caballin reſol.crim.cent.2.caſ.144.Teſtay alleg.11.nu.107.

Falſitas præſumpta ex aliquibus coniecturis in contractu quietationis celebrato generalitèr an operetur illius reſciſſionem, vt firma remanente primæua obligatione ipſe corruat, dum.n. penès acta M.C.V.Octauius Aſcione ſe conſtituiſſet debitorem Fabio de Leonardis in duc.350.ſoluendis infrà tres menſes, ſtipulatione obligationis præcedente die 23.Nouēbris 1600.celebrata per Actuarium Rocchum, poſt certos menſes præueniendo comparuit in eadem M.C.petens caſſationem dictæ obligationis ab heredibus dicti Fabij, exiſtēte generali quietatione facta, vt prætendebatur per ipſum Fabium die 26. Martij 1601. manu cuiuſdam Notarij, interim nonnullas ſuperſeſſoriales dilationes ab ipſa M. C. obtinere procurauit pendente lite præuentionis,& dum pluriès inſtatum fuiſſet, procedi ad incuſationem dictæ obligationis per Ioannam Salinas matrem, & tutricē filiarum dicti quond Fabij, nec ſuper tali inſtantia alitèr prouiſum pro parte ipſius, habito recurſu ad circumſpectum Præſidem S.C. & de prædictis verbum fieri obtinuit in S. C. plura.n. ad ſui defenſionem adducebantur pro incuſatione obligationis iam dictæ, & infrigendam quietationem aſſertam, vti de falſo ſuſpectam ex nonnullis coniecturis, primò.n. dicebatur, dictam quietationem non fuiſſe alitèr factam à dicto Fabio, poſtquam ſi tempus ſtipulationis illius attendebatur, erat .n. dies poſtremus carniſpriuij, & eo tempore dictus Fabius infirmabatur, ex qua infirmitate poſt paucos dies ab hac luce migrauit, actus .n. præſumitur celebratus ſecundum quod eſt ſolitum fieri, Alex.conſ.66.nu.4.lib. 1. ſolitum eſſe non videbatur in die vltimo carniſpriuij, quo tempore gentes bacchanalibus incumbere conſuetum eſt, contractus celebrare,& potiſſimū ab infirmo graui morbo detento, tempore .n. permiſſo,& non prohibito factum præſumitur, idē Alex.conſ.52.n.1.lib.3. adeò quòd infirmitatis tempus non ità commodum ad contrahendum quantum ſanitatis eſt, ità Affl.deciſ.178.num.2. *quod falſum præſumitur instrumentum factum propè tempus mortis, Mutæ dec.38.nu.3.* ſecundò ponderabantur verba dictæ quietationis, quæ erant generalia, nec vllam mentionem faciebāt de dicta obligatione ſpecialitèr; idcircò quietatio generalis promiſſa non intelligitur, niſi ſuper ijs, de quibus eſt facta mētio, Affl. dec.319.n.1.& ſucceſſiuè talia verba generalia generalitèr debebant intelligi, vt ibidē Affl.n.3.ſubnectit, hæc cancellatio generalis non tollit ſpecialia priuilegia, Alex. conſ.135.nu.24. lib.4. & conſ. 123. num. 16. lib. 5. hæc quietatio generalis neceſſaria non erat, poſtquàm exiſtente obligatione, ſi de ſolutione conſtaret, faciliùs creditor inducebatur ad caſſationem obligationis, vt conſuetum eſt obſeruari, potiſsimùm Neap. quæ quidèm cancellatio vel fieri poterat per calamum per tranſuerſum, vt dixit Alex.conſ.14.n.19.lib.6. vel quātum ſi in margine dictum eſſet, mihi ſatisfactum eſſe de omnibus, vt voluit Auguſt. ad Angel. in tract.de maleſic. verbo dandis,& ſoluendis, num. 9. quàm ad confectionem alterius inſtrumenti quietationis ſeorſum, nàm pluralitas actuum in dubio non præſumitur, Ann. in ſing.609. tertiò inferebatur ad illam duplicitatē cautelarum, etenim in prima obligatione, factis cōpotis inter eos de omnibus negotijs, facetijs, & negotiationibus prætetitus, ſe inuicē quietauerunt, & dictus Octauius liquidus debitor remanſerat in dictis ducat. 350. poſtmodū in quietatione generali nouiſsimè præſentata aliam conſimilem generalem quietationem omnium negotiorum fecerūt ad inuicem; talis enim abundantia cautelarū ſemper redditur ſuſpecta, vbi de ſimulatione contractus agitur, indè fraus,& dolus præſumitur,& ſiniſtra oritur ſuſpitio, dixit Cagnol. in l.quæ dubitationis, n.5. ff. de reg.iur.& potiſsimùm in geminatione contractuum, Boer.dec.33.nu.5.quantò fortius, vbi falſitatis ſuſpitio vrgeret, quartò confirmabatur prætenſio ex coniecturata inualiditate ſolutionis, quemadmodùm .n. debitum ſi eſſet in ſcriptis paritèr probanda erat, aut ſaltim per quinq; teſtes, ità Fulc. in ſing. 12. lit. D. Marcell. Calà de modo articul.§ 2.gl.vnica, n.60. & melius n.1535. nō .n. conſtare poterat de ſolutione, nec per ſcripturam, nec per teſtes videntes numerare, nec ex tali quietatione de ſolutione dicebatur, eò quòd neceſſe erat, vt de numeratione Notarius fidem faceret, ità Anchar. in q.70. p. 1.nu.1. ſed tantùm generalitèr aſſerebatur, dictum debitorem quietare de omnibus negotijs,&c. pro toto tempore preterito vigore quarumuis ſcripturarum, quintò dicebatur et, quòd ex hac cautelarum geminatione oriebatur magnum abſurdum, per ea, quæ voluerunt Doct. quòd habens duo inſtrumenta quietationis, præſumitur bis ſoluiſſe, Rom. in ſing.553. Troyſ.in tit.2.n.3.ad quod vide Viu.inter comm. opin. in tit. de tabell.& fide inſtrum.n.195. & ſucceſsiuè repetitio ſoluenti concedebatur, indè bona fides non patitur, vt idem bis exigatur, l. bona fides, ff. de regul.iur. meritò abſurdum eſſe videtur, voluiſſe creditorem, & in iure peritum cautelam cautelis addere de ſimilibus quietationibus, iuxtà illud vulgatum Ariſt. fruſtrà fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora, & demùm aſſerebatur, tale inſtrumentum non valere, eò quòd per ſuſpectum Notarium confectum erat, ità Spec. in tit.de inſtrum.edit.§.9.n.15.at in caſu noſtro fides perquiſitionis producebatur, in qua apparebat, Notarium tale inſtrumentum conficientem reperiri inquiſitum de falſo in ann.1603.& 1604. penès duos Actuarios, & ſic per binas iſtas inquiſitiones effectum conſuetum delinquiſſe, & delinquere,& ſucceſsiuè ſuſpectiſsimum, vt in terminis dixit Oſaſc. dec.117.n.11. quarè ſicuti contractus fœneratitius ex coniecturis probatur, Aſcia decreto 97.nu.6, ità paritèr ex citatis coniecturis inſtrumentum talis quietationis falſum probari cōcludebatur, Attamen ex aduerſo pro debitore alia plura dici poterant ad iuris ſui conſeruationem, & obiectorum refutationem, quæ pro articuli diſcuſsione, ſi iterùm caſus contingerit colligere,& hic inſerere libuit,& ad primum reſpondere poterat de eo, quod dixit Specul. in d. tit.de inſtr. edit.§.7.n.5.quòd ſi inſtrumento ſuper aliquo cō-

tra-

Digitized by Google

tractu producto opponeretur, aliquem contrahẽtium tempore cõtractus alibi fuiſſe, licèt per duos teſtes probari poſſet, tutius erit per plures teſtes; in facto autem noſtro id non verificatum fuerat, & licèt in ſe veritas eſſet, non tamen verificata creditoris infirmitas, dùm .n. in dubio verſamur, tunc actus ſi certo loco, vel tempore potuit eſſe licitus, alio vero illicitus, præſumitur geſtus in caſu licito, ità Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. 1. præſumpt. nu. 2. nec ſecunda ratio obſtare poterat, nam quietatio generalis, & ſi ad omnimodè incogitata non extendatur, nihilominùs ad cogitata in genere porrigitur, Roman. conſ. 403. n. 13. inſuper ceſſat tertia ratio, nam nullo iure cauetur, vt caſſatio obligationis fieri debeat in margine, nec ad hoc quiſquam aſtringi debet, cùm dependeat ex arbitrio illius, ſi velit caſſationem oretènus facere, vel ſi fuerit aſtrictus eam caſſare per inſtrumentum ſeparatum, id .n. eſſet pro maiori cautela debitoris, non obſtat quarta ratio duplicitatis cautelarum, procedi ad actum prohibitum deueniretur, Fusc. in ſing. 6. lit. A. ſecus in actu permiſſo, nam tunc geminatio actus, vel eius perſeueratio multum arguunt actus validitatem, Bar. in l. cùm ſcimus, n. 2. C. de agric. & cenſ. lib. 11. & verba geminata cenſentur prolata maiori deliberatione, Ann. in alleg. 127. n. 8. vbi plura, & multum operatur geminatio, Idem alleg. 85. n. 5. ſimilitèr quinta obiectio corruit, cùm alius ſit actus ſolutionis, & alius actus confitendi, Affl. dec. 402. n. 7. quietatio .n. non liberat, ſed liberationem factam probat, Paul. Caſtr. in conſ. 1. & propterea nõ tantũ debitori reddi debet quietatio, vt dixit Bertach. in repert. ver. quietatio, ſed ẽt creditori, cùm probet, debitum præceſſiſſe, Bald. in l. plures, in 2. notab. C. de fid. inſtr. paritèr ſextæ obiectioni reſpondi poterat huiuſmodi, quia geminata quietatio de eadem quantitate eodem loco, & tempore non arguit ſolutionem binam à debitore factã, Bertac. in verb. geminatio, verſ. 4. & ſi dici poterit, iſtam fuiſſe diuerſo loco, & tempore factam, nõ tamen de eadem quantitate loquentem; adhùc dùm non conſtet de ſolutione, ex quo quietatio iſta de negotijs, & negotiationibus loquitur, extenditur tamen generalis iſta quietatio ad omnia, quæ adminiſtrationem reſpiciunt, ſuper qua tales liberationes fiunt, Theſ. dec. 57. nu. 10. & proindè talis actuum geminatio efficaciorem reddit, Idem ibi nu. 16. Deniq; quæ de inſtrumento confecto à Notario ſuſpecto dicta ſunt non videntur militare, poſtquàm tunc non creditur inſtrumentis Notarij inquiſiti, quotiès in officio delinquerit, & officio Notariatus priuatus eſſet, Bart. in l. eadem, §. lege, n. 1. ff. ad l. Iul. repet. & in conſ. 174. n. 5. eo caſu non poterit de cætero officium exercere, Idem in l. ſi aliquid, n. 1. C. de ſuſcept. & arch. lib. 10. vbi Alex. in add. verſ. adde, quòd requiritur, Corſet. in ſing. verb. Tabell. il primo, ſed ſi eſſet inquiſitus, ex quo titulus non facit quem eſſe reum, Franch. dec. 330. nu. 7. contingi poſſet, eum liberari ab inquiſitione, eò quòd Notarius ex præſumptionibus de falſitate puniri non poteſt, Anch. in q. 73. par. 1. ideò ſtandum erit eius inſtrumentis, in tantum quòd ſi eſſet de falſo condẽnatus, licèt noua inſtrumenta conficere non poſſet, adhuc vetera authenticare nõ prohibetur, ſubdit Alex. in d. addit. at in caſu præmiſſo poſt inſtrumentum prædictum reperitur inquiſitus, & propterea talis probatio de neceſſitate concludere debet, Alex. conſ. 74. nu. 11. lib. 1. ſed cùm in dubio verſemur, pro validitate contractus iudicandum erit. Primò, quia ſemper Notarius præſumitur rogatus, Alex. conſ. 78. nu. 7. lib. 1. conſ. 105. lib. 2. & conſ. 82. n. 12. lib. 2. Alciat. de præſump. præſump. 13. reg. 3. n. 21. & præſumitur Notarius benè exercere officium ſuum, Idẽ in præſump. citata, & regul. 3. n. 1. Tertiò, quia ſcriptura nunquàm præſumitur falſa, ſi poteſt eſſe vera, quia aliquo modo iuuari poteſt, Cœpol. in conſ. crim. 21. col. 11. Quartò, in dubio ſicuti contractus non iudicatur ſimulatus, Ann. ſingul. 662. ſimilitèr nec vſurarius, ſed licitus, Anch. in q. 33. par. 2. n. 9. ità nec falſarius iudicari debet. Quintò & tortius contractus licèt regularitèr ſit prohibitus, in dubio tñ præſumitur validus, Plot. inter cõſ. crim. diuerſ. conſ. 108. n. 83. vol. 1. His ſic reſolutis audiui facto verbo de prædictis in S.C. per olim Iudicem Alonſum Vargas, nunc meritiſſimum Reg. Conſiliar. deciſum fuiſſe in fauorem debitoris, eum abſoluendo, quamuis non fuiſſent in aula auditæ rationes dictæ Ioannæ Turricis, penès Mancinum Actorum Magiſtr. Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Falſitatis crimen an militet, quotiès iuuaretur primordio veritatis, & teſtes non deponentes, nec tangentes negotium principale, in quo eſſet ſyllaba negotij, & quatènus deponerent ſuper ſubſtantia negotij, reperirentur diſcordes, adeò quòd contradicerent inter ſe; fuit per M.C.V. decretum, non eſſe procedendum in dicta quærela falſitatis, Grammat. in conſil. crimin. 19. redemptoris gentium.

Falſificans falſam monetam alterius Regis, vel Domini an pœna mortis debeat puniri; fuit deciſũ, quòd non, ſed mitigabitur pœna, Franch. dec. 440. Peguer. dec. Cathalon. 46. n. 16. & Cabal. reſol. crimin. cent. 1. caſ. 27. Ric. collect. dec. 172. & in praxi Eccl. dec. 682. Mormil. in Conſt. Adulterinam, nu. 42. idem Ric. dec. Archiep. 53. n. 3. p. 2.

Falſificans acta M.C.V. Actuarius qua pœna ſit pleſtendus, in occurrenti caſu Actuarium in quadã commiſſione falſificãtem manus Iudicum, & Regentis condemnandum eſſe ad remigandum vita durante S.C. determinauit, Gramm. in deciſ. 27. & in Conſt. Qui literas, n. 3. meminit Baiard ad Clar. in §. falſum, nu. 187. Carrer. in pract. crimin. tit. de appel. in 16. caſ. nu. 15. Marius Ital. in tract. de immun. Eccl. lib. 1. c. 5. §. 7. nu. 43. Vrſill. dec. 404. nu. 1. Ric. collect. dec. 1830. & collect. 2176. p. 6.

Falſificans literas ſub nomine Regis, contrafaciẽdo eius ſignaturam, ac etiam aliorum manus de ſtylo Curiæ requiſitas qua pœna puniatur; poſt longas diſcuſſiones fuit concluſum, non eſſe pœna mortis puniendum, & in contingenti caſu fuit liberatus à Rege iſte falſificans, vt refert Affl. dec. 21. Boer. deciſ. 82. n. 9. Ludou. Carrer. in pract. crimin. tit. de appell. in 16. caſ. nu. 14. Peguer. in deciſ. Cathal. 80. immemor dec. Affl. refert, in eo Senatu fuiſſe inquiſitos condemnatos ad fuſtigandum, & deindè ad inſeruiendum in Regijs triremibus per decennium, & vide infra eo verbo falſificans, latiſsimè Farinac. in eius praxi crimin. ſub tit. de falſit. & ſimulat. contract. q. 151. par. 1. & 2. Iacob.

Tho-

Thoming.dec.Lypſiæ 7.Ant.Fab.in ejus C.tit. ad l.Cornel.de ſalſ.defin.13.Fuſc.ſing.11.lit.F.

Falſificans literas Regis, vel M. C. V. qua pœna ſit puniendus, in facto euenit, Auditorem Prouinciæ falſificaſſe manum Gubernatoris, & fuit perpetuò deportatus poſt degradationem Doctoratus, Gramm. in Cap. Regni Ad hoc, nu.28, Iul.Clar.§.fin.q.73.n.2.ſic paritèr in Scriba Fiſcali, qui falſificauerat manum Iudicis M.C.V.fuit ad remigandum perpetuò condemnatus, ſuſpenſa pœna vltimi ſupplicij lata per M. C. V. idem Grammat. in Conſt. Qui literas, & vot.24. vide ſupra eo. verbo falſificans, & nouiſſimè Caball. reſol.crim.cent.3. caſ.294.n.364.Ric.collect.dec.1830.

Familia Curiæ vulnerans in proſequendo delinquētē an teneatur; fuit deciſum, quòd reſpectu duorum Alguzeriorum abſoluerentur ob vulnus illarum delinquenti fugienti, cùm autem manu ſalua haberi poterat, attento vulnere, & alio ex eis fuerit iterum vulneratus fuit condemnatus ad remigandum per quinquennium ille famulus Curiæ, Gramm.dec.41.& in Conſt. Terminū vitæ, nu.10. Iul. Clar.in §.fin.q.29.n.1.Tartagl. in Margar. Fiſci c.6.n.4.latè Farinac.in tit.de carcer.q.32.nu.43.& ſeq.& n.48, ponit iſtam deciſionem, & etiam Sigiſmun. Scaccia in tract. de iudic. cauſ. ciuil.& crimin.c.46.nu.32.Fab.de Montel.in pract.arbitr. p.4.q.7.nu.33.Aloyſ.de Leo in auth. Caſſa, C.de ſacroſ.Eccl.n.28.Petr.Caball.reſol.crimin.cent.2. caſ.131.Pet.Garſ.dict.320. & antè eos vide Mantua. in apoph.231. *Palma in diuerſ. iuris communis, & Regni, pragmat. 2. de ordin.iudic. gloſ.17. num.28.*

Familia Curiæ diuidens furta, & prædam cum furibus qua pœna puniatur; fuit deciſum, eſſe pœna vltimi ſupplicij puniendam, Paris de ſind.fol.250. n.8.in cap.incip.eò quòd fecerunt, quem citat Iul. Clar.in §.fin.q.68.n.9.

Familia Epiſcoporum ſi deliquerit an ſit remittenda ad Epiſcopos, latè Iul.Clar.in lib.5.§.fin.q.35.nu.12.concludit, quòd ſic, & ità in facti contingentia aſſerit fuiſſe ſeruarum, prout in occurrenti caſu ſimilitèr fuit deciſum Neapoli per M.C. V. penès Roggerium Act. refert Matt. Ant. Genuenſ.in eius praxi Cur. Arch. Neap.c.9.nu.4.Ric.in praxi Eccl.dec.549.n.5. *Guazzin.in tract.ad defenſam. in 20.defenſ.c.9.n.24.Paul.Squillant. de priuileg. cler. c.7.n.54.*

Famoſos libellos facientes puniuntur pœna mortis naturalis, & ità fuit nouiſſimè deciſum in S. C. ad cōfirmationem decretorum M.C.V. Franch.dec. 533.latiſſimè de hoc per Farin. in eius praxi crim, tit.de var.& diuerſ.crim.q.105.inſpect.11.à n.321. cum ſeq.Ric.in collect.dec.39.& 1630.

Fatalia quamuis currant in cauſis reclamationum, an idem ſeruari debeat, ſi haberetur recurſus ad Reg.Cancellariam, non fuit deciſum, Franch.dec. 646. ſed ibi concludit, ſimilitèr fatalia currere ex adductis per eum ibi, nouiſſimè autem Muſcat.in praxi S.C.in 2.lib.p.2.gloſ.conceduntur, n.11.immemor noſtræ deciſionis cōcludit contrarium, ex quo ſemper cauſæ in Collat.Conſ. introducuntur per viam relationis, & non ordinariè, niſi audita relatione Prorex cauſam cōmiſerit alicui ex Regentibus, & tunc cōcludit, currere fatalia, de Pont. conſ.63.vol.2.*Reg.Sanfel.dec.144.n.16.*

Fatalia an currant in S.C.poſt reclamationem ex ſola inſtantia tantùm, nō adhibita diligentia per appellantes pro commiſſione cauſæ; fuit deciſum, quòd ſic, Gramm.dec.13. de quo meminit Carau. in rit.M.C.V.252.n.16.Piſanell.ad Affl.in dec.78. ſed melius ibi Carau. & Puluerinus allegant iſtā deciſionem, Maſtril.dec.Sicil.67.n.18.Franch.dec. 646.n.4.nouiſsimè Muſcat.in pract.S.C.lib.2.par. 2.gl.conceduntur, nu.7.Vrſil.d.dec.78. Ric.in collect.dec.245.de Pont.conſ.63.vol.2.Maur.iun. alleg.100.n.8 Maſtril.de magiſt.p.2.lib.5.c.10.n.14. *D.Reg.Sanfel.dec.6.n.2.D.Reg.Fab. Capyc. Galeot. controu.to.1.controu.19.n.14.& 18.*

Fatalia in S. C. etiam currunt iuxtà Pragmaticam Appellationum tempora, tamen Pragmatica ipſa procedit, quando appellatio eſſet in S.C.introducta ab inferiori Curia, non tamen in ſupplicatione à ſententia Regia, & ità fuit deciſum in S.C.vt refert in contingenti caſu fuiſſe obſeruatum Sigiſm. Loffred. in conſ.14. in cauſa magnificæ Dominæ Marellæ, nu.72.quem allegat Franch.deciſ. 646.n.5.vbi ponit alias deciſiones S. C. ſtante decreto S.C.ſuper hoc prolato vide ſupra eo.verbo fatalia, de Pont.conſ.63.n.31.& in princ. vol.2.

Fatalia an currant in cauſa pendente relatione facienda per M. C. V.in S.C. iuxtà ordinem S. C. vt verbum faceret M.C.de aliquo incidenti, fuit pluriès obtentum, quòd non currant. Vrſill. deciſ.78. n.7.eum citat Muſcat.in praxi S.C.lib.2.par.2. gl. conceduntur, n.12.*Graueus pract.concl.lib.1.concl. 141.nu.9.*

Fœmina Titulata nubens priuato an faciat Virum Titulatū; de iure concluditur, quòd non, licèt de conſuetudine contrarium ſeruetur, vt refert Camill.de Curt.in diuerſ.iur. feud. cap.incip.ſed vndè digreſsi, n.24.& 25.& f.12. & fuit hoc nouiſsimè obſeruatum in perſonam Domini D. Tiberij Carafæ viri Marchioniſſæ Fuſcaldi, quæ fuit admiſſa in ſucceſsionem Principatus Biſiniani.per Reg.Coll.Conſ.& eius vir fuit habitus, & tractatus vti Princeps, ēt hodiè poſt mortē eius vxoris.

Fœmina ad admittatur ad ſucceſsionem feudi plani & de tabula circumſcripta Conſt. Regni, Vt de ſucceſſionibus non aliter loquente de iſtis feudis planis, & de tabula, quòd relictum eſt diſpoſitioni iuris communis feudorum: deciſum fuit per R. C. affirmatiuè admittendo Amitam in quinto gradu exiſtentem ad ſucceſsionem Baroniæ Montisfuſcoli apertæ ob mortem feudatarij, & ſic condemnatus fuit Princeps Venuſij, qui obtinuerat contra Fiſcum ad relaxandum illam vna cum fructibus, & fuit exequuta ſententia in cauſa Hippolytæ Candidæ, vt refert Cōſiliar.Io.Andr.de Georg.in repet.feud.c.9.n.27. vbi ponit deciſiones.

Fœminæ ob parricidium furcis ſuſpenduntur, & ita ſeruatur Neap.Gramm.ſuper Conſtit.ſ.121.col.1. n.10.meminit Iul.Clar.in §.Parricidium, nu.5. in fin.& homines paritèr ſuſpenduntur, prout obſeruari vidi in quodam Matricida Neap.& Nobiles decapitantur, vt in caſu tradito per Franch. dec.230.vt infrà eo.verbo pœna patricidij.

Fœminæ an admittantur ad ſucceſsionem feudi plani, & de tabula, maſculis non exiſtentibus, iuxtà Conſt.Regni In aliquibus; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.dec.7.Io.Franc.Capibl. in rub. pragm. de Baron.in proœm.n.32.Viu.in ſylu.comm.opin.in

R opin.

opin.812.ſtatutum,n.43,verſ. & hoc idem, & Viſcon.hic in addit. *Lel.Caput. in Conſuet. Si moriatur,part.1.§.2.n.7.*

Feneſtra habens aſpectum ad cortile vicini debet eſſe cum cantonibus, ad hoc vt poſſit ea vti, nec vicinus ipſam claudi facere poteſt,iuxtà Conſuet. Neap.quid ſi feneſtra ipſa non haberet cantones, ſed ferriatam, vel cancellam marmoream, an poſſit claudi; fuit deciſum,quòd non, ſecus tamen ſi eſſet de ligno cancellata,Affl.deciſ.225. Carau.in Rit.85.in fi. Ric.collect. dec.1510.Amat.conſ.40. ſub n.8.*Iallong.racem.69.n.4.*

Feneſtram habens quamuis antiquam in communi pariete,abſq; tamen cantonibus, vel cancella ferrea,iuxtà Conſuet.Neap.an claudere debeat,etiã inſpecto iure communi,fuit per M. C. V. iudicatum,eſſe claudendam, poſtmodùm per S. C. confirmatum, verùm quia aſpectus habebatur ſuper viridario actoris, qui non intendebat tunc ædificare, accedente conſenſu ipſius prouiſum fuit, licere reo vti apertura, donec actor ędificare vellet, dummodò aſpectum nullatènus habere poſſet,ſed tantùm lumen è Cœlo reciperet, in cauſa D.Cęſaris Piſcicelli cum Ill.*Duce* Siciniani,Amat. conſ.40.perijt D.Cæſar.*Ric.collect.2296.p.6.*

Feneſtras ſine cantonibus an liceat vicino tenere aſpectum habentes ad Cortile,ſiuè Hortum vicini cum cancellis ferreis ad lumen ingrediendum, ſi non haberet aliundè, nec habere poterit; fuit deciſum,poſſe legitimè retinere feneſtras has ſine cantonibus,atteta etiam legitima præſcriptione, & alijs requiſitis,vt per Vrſil. dec.265.ſub n.116, & 118.& dec.422.in princ.

Feneſtras tenere an liceat vicino ad lumen ingrediendum,ſi non habeat aliũdè lumen, nec habere poterat,non obſtãte Conſuetudine ſuper hortum vicini aſpectum habentes, fuit deciſum,quòd ſic, & in hoc caſu cogitur ſaltem aerem vendere, nę ædificia remanerent inutilia, vt tradit Vrſill.dec. 265.num.114.& ſeq. vide Anell.Amat.conſ.40.in fin.vbi impugnat iſtam deciſionem.

Feneſtræ priuatarum domorum aſpectum habentes ad Monaſteria claudi mandatur in pragm.1. de Monialibus, & hoc quando ædificia priuatorum de nouo ædificarentur iuxtà Monaſteria, quid ſi Monaſteria de nouo conſtruerentur iuxtà antiqua ædificia priuatorum, ex quibus apparere põt aſpectus ad dicta Monaſteria,an claudi debeant, vide Reg.Rou.in d.prag.1.n.2.ad 5.de monial.

Feudalia bona deuoluta ad Fiſcum, vel ad agnatos, ſeu fratres ſi fuerint ex pacto, & prouidentia ob delictum rebellionis primogeniti, an facta Regis reſtitutione etiam pro bono pacis,reſtitui debeãt ad primogenitum,fuit deciſum in Sacr.Conſ. bona ipſa ſpectare ad ſecundogenitum, exiſtẽte primogenito foriudicato, & inhabili ad ſuccedendũ tempore mortis patris, & ſic eo tempore non potuit habere dominium bonorum,& bona ipſa per conſequens fuerunt quæſita ſecundogenito; qui fuit factus hæres,non poterit deſinere eſſe hæres, & bona ab eo euelli non poſſunt,Vrſill.deciſ.356. à n.16.vſq; ad 24. vbi ſubſequitur, quamuis ſententia ipſa non fuiſſet mandata executioni, obſtante noua conuentione primogeniti deducta in iudicio per viam reconuentionis; fuit alia lata ſententia, vt omnia bona burgenſatica, & pretiũ peruentum ex bonis feudalibus eſſent communia inter fratres, deindè tanquàm bona communia fuerunt diuiſa, non obſtante prima ſententia, & hoc ex noua conuentione verificata, quòd bona ipſa inter fratres diuiderentur, non obſtante quòd primogenitus fuiſſet forindicatus, at in ſimili caſu occurſo in R.C.fuit determinatum,forjudicatum non eſſe audiendum.

Feudalia bona ſi ſint deuoluta Regi ob rebellionem Baronis,& alteri alienata,ſi exiſtentibus capitulis pacis initis inter Regem,& Barones rebelles eos reſtituendo in integrum cum reuocatione alienatorum,an poſſit Baro reſtitutus vigore dictorum priuilegiorum agere remedio recuperandæ poſſeſſionis,circumſcriptis omnibus difficultatibus, & reſolutionibus ipſorum, ac reducto negotio ad duas concluſiones, videlicèt ꝙ regulatiter quando agitur remedio recuperandæ poſſeſſionis non admittitur exceptio dominij, tamen quando exceptio concluditur ad petitorium,& poſſeſſorium ſimul,illa admitti debẽt,vt in caſu iſto, in quo capitula pacis inferunt, tàm ad dominium, ex quo confirmant,& reuocãt omnes alienationes, quàm etiam ad poſſeſſionem,dùm dicunt,quòd non poſſit talis rebellis moleſtari,quod intelligitur etiam quòad poſſeſſionem, item quod exceptio dominij licèt aliàs opponi prohibita, tamen quando facit duo, quòd non ſolùm elidit ius actoris, ſed fundat ius reo, poteſt tunc opponi, vt in caſu iſto capitula pacis nedùm reuocant, & tollunt dominium ſpoliato, ſed concedunt, & confirmant terras ipſi rebelli reſtitutas,quarè fuit votatum,reos eſſe abſoluendos,Capyc.dec.69.Io.Franc.Capibl. in prag.3.de Baron.n.34.& ſeq.Vrſil. dec.361.nu. 154.Matt.de iuriſd.caſ.187.p.7.Vaſq. controu.illuſt.lib.1.c.5.

Feudalis res an iudicetur ex eo,quòd probatur,eſſe redditinam in certo annuo reditu Domino feudi; fuit concluſũ,ꝙ non,Affl.dec.129.n.1.2.3.Capyc. dec.103.n.4.Molfeſ.in Conſuet.Neap.p.2.q.9.

Feudalis res inculta an poterit per Dominum cõcedi etiam ſine Regio aſſenſu, vt colatur, & fertileſcat ſub certa portione fructuum, non tamen pecuniæ,fuit concluſum,quòd ſic,Affl.dec.129.n.14. latè Reg.de Pont.in tract.de pot.proreg. tit.3, de elect.offic.§.4.n.22.Caſtill.dec.Sicil.56.n.15.

Feudalis res an probetur per teſtes de auditu deponentes etiam de fama antiqua, quòd res illa allodialis ſemper fuit feudalis, non tamen reddendo cauſam ſcientiæ;fuit deciſum,non eſſe verificatã ex tali probatione,rem eſſe feudalem, Affl.deciſ. 277.vbi etiam Vrſil.n.3. tradit,in ſimili caſu idem fuiſſe deciſum,Capibl.in prag.11.n.39. de Baron. Pariſ.conſ.15.vol.1.n.2,Boſſ.in tit. de Principe, n. 253.Matt.in tract.clauſ.p.2.in clauſ.55.

Feudalis res conceſſa à procuratore Baronis alicui cum ſpeciali mandato concedendi, dandi, & omnia, quæ Dominus facere poſſit, ſi deindè capta poſſeſſione fuerit alteri per Dominum conceſſa, an reſtituenda ſit ipſo conceſſionario, fuit deciſum in Sacr. Conſ. ex quo conſtabat, rem ipſam feudalem ſolitam concedi ſub annuo reditu eſſe reſtituendam primo conceſſionario,qui priùs ceperat poſſeſſionem virtute conceſsionis factæ per procuratorem, iuxtà verba mandati, Affl. in dec.305.Camil.de Curt.in diuerſ.iur.feud.in cap.

in-

incip. videndum eſt modò, nu. 43. & ſeq. f. 13. col. 4. Franc. de Amic. in tit. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. ſed in hoc, f. 34. & 55. ſequitur modò, in princ. fol. 241. vbi declarat, ad hoc vt dicatur ſolita concedi, ſeu infeudari, quòd conceſsio in initio ſit ſollemnitèr facta, illa ſola ſufficit, nam tunc quod feciſſet tempus, facit voluntas Principis in diſmẽbrando, & ſeparando rem de menſa, &c. Amed. de Pont. in tit. de ijs; qui feud. dar. poſſ. ſub num. 76. Mart. in tract. de clauſulis p. 2. clauſ. 2.

Feudalis res ſi fuerit probara per teſtes, per famam, & auditum, non tamen per ſcripturam, immò cõtrarium ex inuentario antiquo inter allodialia, an ſit plena probatio; fuit deciſum, quòd non, immò vt allodialis reſtituta petenti in caſu occurrenti tradito per Vrſil. dec. 277. n. 3.

Feudalis res an præſumatur, vel à ſeruitio libera, ſi per Fiſcum fuiſſent productæ quamplurimæ ſcripturæ, in quarum aſſertionibus, & enunciationibus aſſerebatur feudalis, hoc eſt in contractibus particularibus, licèt fuiſſet reintegrationis ſcriptura producta, & alia venditionis, quæ fuerant exemplatæ per alium Notarium abſq; Iudicis authoritate ſimplicitèr, abſq; teſtium approbatione, ſeu ſubſcriptione, ob quod ſunt nullius roboris de iure, concluditur ex pluribus, non eſſe feudalem in caſu contingenti, primò, dùm concurrit iuris præſumptio, quòd quælibet res præſumitur libera, ſecundò concurrit qualitas certorum territoriorum burgenſatica, tertiò concurrit primæua natura burgenſatica, quartò poſſeſsio iſtius territorij, ob immemorabile tempus vti allodialis, quintò fides negatiua, quòd non reperitur taxata in cedulario, ſextò caſus ſucceſsi pluriès tàm reſpectu releuiorum, quàm ſeruitiorum, ſeptimò, quia eſt territorium Pratale ruſticum, & hodiè poſſeſſum vti burgenſaticum, & ſic contra Fiſcum concludit Reg. de Pont. conſ. 95. petijt fiſcus, & in conſ. 30. arbitror ex facti, vol. 1. vbi in fine ait, fuiſſe iuxtà prædicta deciſum per R. C. S. & impoſitũ Fiſco perpetuum ſilentium.

Feudalis res an efficiatur, ſi deſcriberetur in quinternionibus, & non eſt dubium, quòd ſi eſſet res feudalis, procederet, ſecus ſi eſſet burgẽſatica, nã eo caſu non efficeretur feudalis, & ità fuit declaratum per R. C. Iacob. de Gello de iure adhoæ, num. 68.

Feudalis terra, ſuper qua fuit dotarium mulieris cõſtitutum an poterit in ſecundis nuptijs per eam in dotem dari ſine Regio aſſenſu, cùm eius vita durante poſsidere debeat, fuit deciſum, quòd nõ, Affl. in Conſt. Mulier, quæ dotarium, ſub n. 12. ſub 6. dubitatione.

Feudatarius an teneatur ad duplicatum releuim, ſi dubitetur, an denũciatio mortis feudatarij ſit infra legitima tẽpora præſentata in R. C. S. fuit deciſum, ex quo in præſentatione comparitionis denuncię erat adnotatus dies à tergo comparitionis pręſentatę per Procuratorẽ feudatarij per Actuarium non eſſe obligatum ad duplicatum releuiũ, Franch. dec. 425. & ibi Viſcon. multa ad hoc deduxit, *Andr. Capan. de iure releu. p. 5. q. 23. n. 23.*

Feudatarius ſi non ſoluat, vel non denunciat infra annum, & diem, prout requiritur, an Dominus mox recipiendo cenſum, vel ſeruitium, caducitatem remiſiſſe videatur; fuit in R. C. deciſum, quòd non, & ſucceſsiuè feudatarius fuit condẽnatus ad ſoluendum releuium duplicatum ob non denunciationem factam, Vrſil. dec. 129. n. 11. vide infra verb. feudum, *And. Capan. de iur. releu. p. 5. q. 6. n. 7.*

Feudatarius an cogatur vendere feudum, & pretium conuertere in ſatisfactionem creditorum, etiã in actione perſonali; cõcluditur, quòd ſic, & ità S. C. paſsim ſeruare cõſueuit vrgentibus creditoribus, vt optimè declarat Fran. de Amic. in tit. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. & hæc fuit, f. 10. id procedere in feudo hæreditario, ſecus in feudo ex pacto, in quo poterit filius ſibi cõſulere, faciendo inuentarium, reperi in quadam Apoſtilla in volum. allegat. recolendę memorię mei patrui quond. Fabij de Falco I. C. Neap. ſic dicentis, Vlterius aduertatur, nã feudum pro debito in actione perſonali põt capi in cauſam iudicati ex primo decreto, non ex ſecũdo; Doct. in c. 1. de inueſt. de re alien. fact. ſed non venditur hoc feudum talitèr in cauſa iudicati captum, tamen nouitèr fuit prouiſum in cauſa cuiuſdam de Domo Carafa cum D. Aloyſio Gaetano, quòd præfigatur terminus d. D. Aloyſio, qui erat hæres in feudo hæreditario, ipſum vendere, & de pretio ſoluere creditoribus, & ſi non fecerit, cogeretur vendere feudum, & Vicerex ſuper hac venditione ſuum aſſenſum denegare non poteſt, ità dixit obſeruatum, & quotidiè practicari. Thoro.

Feudatarius an debeat condemnari ad ſolutionem adhoæ pro tempore, quo non ſoluit, ſtante quòd hodiè ſoluitur in donatiuo; in facto dũ fuiſſet Fiſco inſtante condẽnatus feudatarius, contrarium tamẽ fuit deciſum cõtra Fiſcum, vt ad nihilum teneatur, ex quo in prædictis Fiſcus nullũ habebat intereſſe, ſed Barones, qui non cõparuerunt, quoniam Rex contentus remanſit pro donatiuo ab omnibus Vniuerſitatibus certam ſummam conſequi, qua recepta præcludebatur via Fiſco aliud petere, & ob id fuit excluſus, Camil. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. cùm igitur, n. 63. & 64. f. 42.

Feudatarius ad ſeruitium militare inhabilis feudum non retinet, prout olim fœmina erat, ſimilitèr & in Clerico, Vaſallo decrepitæ ætatis, & de Hieroſolymitano Aequite, & ità fuit iudicatum in R. C. pluribus in cauſis, teſte Mut. Surg. in annotat. ad eius fratris opus de Neap. illuſt. c. 22. ſub priu. 42. f. 400. verſ. profectò feudatarius ad ſeruitium, & faciunt dicta infra eo. verbo feudum habere.

Feudatarius in linea collaterali hæres inſtitutus ab vltimo moriente feudi poſſeſſore cum onere ſoluendi multa legata, an cogi poſsit ad vendendum feudum pro ſoluendis legatis pro integro valore feudi, ẽt quòd nihil remaneat apud eum, fuit deciſum affirmatiuè in cauſa Iuliæ Piſcicellæ cum Fabio Galeota ea ratione, quia collaterali nulla legitima debetur de iure, perſona turpi non inſtituta, Flau. Amend. ad Franch. dec. 1. ſub n. 1.

Feudatarius, qui vult immitti in poſſesſionem feudi contra teſtamentum ſemper obtinet, vbi certum eſt eſſe feudum, & eſſe feudum certæ naturæ, & qualitatis, maximè dùm ipſe feudatarius pro ſe habet legem inueſtituræ, non obſtante teſtamento, & hoc pluries iudicauit S. C. & eſt hodiè indubitatũ, Io. Andr. de Georg. in repet. feud. c. 10. n. 20.

Feuda hæreditaria an computentur in legitimam; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. deciſ. 368. quem ſequitur Perèg. in tract. de fideic. art. 36. n. 108. Fab.

Digitized by Google

Ann.conſ.130.n.31.Mart.vot.220.n.3.Mormil.in Conſt.Vt de ſucceſſionibus,n.30.

Feuda deuoluta ob rebellionem vaſalli commiſſam in Regem, an Regi, vel Baroni deuoluantur,ſi ad Baronis collationem ſpectauerint, & fuerint eidē vaſallo conceſſa, fuit deciſum, quòd feuda ob rebellionem deuoluta ſpectabunt ad Dominum terræ banni,etiam viuente delinquente,de Pont.dec.23.nu.7.Affl.in dec.282.a nu.12.ad finem,quem ſequitur Frec. de ſubfeud. lib.2.in 29.author. qui dicit,aliàs per R.C.fuiſſe deciſum,vt feudum poſſideat Rex,donec vixerit feudatarius,& ex eo deſcēdētes,vt perciperēt fructus. de deciſione Affl. meminit Lanar.in cōſ.45.n.5.& Minad.in Cōſt.In aliquibus,in 3.notab.n.53.allegat iſtam deciſionē, quòd verba illa, fidelitate tamen Regia ſemper ſalua, cùm tacitè inſit, vel excludat fortè venientem ex pacto,& prouidentia, propter infidelitatem accepioris, vel alterius, qui ſuccedit, vt aliquid operentur,annuens,fuiſſe diſcuſſum in cauſa Comitis Murconi,& Camer.in rep. cap.primi, an agnat.in 17.quæſt.ſub nu.125.& Io.Thomas de Marin.in tract.de gener.& qualit.feu.titul.7. de feud.hæred.nouo,n.14.dicit, idem fuiſſe deciſum in cauſa Comitis Aliſarum in R.C. vt ſubfeudum ſpectet ad Baronem,nouiſſimè Reg.de Pont. in tract.de poteſt,proreg.tit.7.§ 1.nu.17. & 18.& in rep.c.1.ſi vaſall.feud.priu.& lect.22.nu.26.& ſeq. Matt.vot.97.Peregr.de iur.fiſc. lib.5.tit.1. n.139. Matt.de iuriſd.p.2.c.36.n.29. *Præſ. Fulu.Lanar.in addit.ad repet.ſui Patrui,ſi vaſall.feud.priuet.n.12. vbi author n.55.Barbat.de diuiſ fruct.par.1.c.12.n. 68.Ind.Cæſ.Gallupp.in ſua method.feudal.par.5.c.5. n.65.Mart.conſ.72 n.20.*

Feuda vilia conſiſtentia in reditu victualium, aut nœmoribus an poſſint per Baronem locari;fuit in R.C.multotiēs condemnatus ad relaxandum feuda ipſa, Ann.in rep. Conſt. Conſtitutionem diuæ mem.nu.198.

Feuda parua conceſſa ab eo, qui illa facere poteſt, anno,lege, vel conſuetudine volentibus, ſi non dentur in feudum,benè iudicantur vt burgenſatica,vt fuit deciſum in S,C.teſte Capyc.in l.imperialem,citato per Camer.ibi in d.leg. Imperialem, fol.41,à ter.lit.P.de prohib.feud.alien.per Feder. *Bilott.concl.feud.91.n.5.*

Feuda titulata an veniant in generali obligatione feudorum cum aſſenſu, Affl.dec.265.tenet, quòd non, quem citat Minad.conſ.10.num.13. vbi ait, contrarium in S.C.ſæpè fuiſſe iudicatum,& in repet.Conſt.In aliquibus,verſ.Comitum,& Baronū, n.35.& ſeq.ſubdit,id receſſiſſe ab aula,exiſtente Pragmatica generali Cæſ.Maieſt.vt non veniant, Reg.de Pont.in tract.de poteſt.proreg.titul.6. de Aſſenſu Regio,in princ.n.38.& §.2.n.17.Ric. collect.dec.743.*Taſſon.de anteph.verſ.4.obſeru.2.nu. 99.in alleg.col.7.*

Feuda conſiſtentia in Gabellis,Dohanis,& alijs prouiſionibus fiſcalibus non ſunt reſtituenda vigore capitulationis Pacis, qua conuentum.eſt, omnia mobilia deberi reſtitui, & ſic fuit obſeruatum, quia in iſtis non cadit poſſeſſio,ſed quaſi, Camill. de Curr. in diuerſ.iur.feud. verſ.redeundo igitur, nu.38.fol.26.

Feuda hæreditaria ſi ex ſpeciali gratia Regis fuerint eorum natura mutata,vt fierent ex pacto,& prouidentia cum facultate diſponendi de illis inter viuos, aut in vltima volūtate inter filios in priuilegio expreſſos æqualiter,vel inæqualiter, prout viſū fuerit conceſſionario,an contracto ære alieno per filiū conceſſionarij poſſint ne creditores illius ex obligationibus cōtractis præcedētibus aſſenſibus ſuper iam dictis feudis ſatisfieri, exiſtēte contradictore legitimo filio dicti debitoris prætēdēte ſibi feuda eſſe quæſita, nō tamē iure hæreditario paterno,ſed prouidētia Regis; deciſū fuit per S.C. iunctis Conſiliarijs omnium aularum in cauſa creditorū Marchionis Triuici, cōtra creditores feudorū prouenientium à Cicco de Loffredo Barone Regis conceſſionario primæuo priuilegium obtinente;nam fuit habitum pro abſoluto, ipſum acceptaſſe priuilegium,reſpectu verò eorum feudorū,quæ prouenerat à Beatrice Caracciola eius coniuge, ex quo nullus actus apparebat acceptationis,propterea fuit pro creditoribus iudicatum,referente Reg.Conſiliar.Io.Andr.de Georgio,vt ipſemet ait in rep.feud.c.10.n.28.vbi deciſionem affert.

Feudi conceſsio ſi fuerit impugnata ex defectu aſſenſus præſtiti ſuper venditione facta,& venditio erit facienda,item ſi eſſet præſtitus ſuper vēditione, non facta mentione pacti de retrouendendo, in quo etiam exquiritur aſſenſus, & demùm data validitate inſtrumenti, ſi concurrat læſio in contractu, an ſaltem ſuppleri poſsit iuſtum pretium, ex cauſis diſcuſsis non fuit annullata conceſsio, ſed conuentus abſolutus ab impetitis à Fiſco, Franch, deciſ. 105. & ſupra verbo aſſenſus, Alex. Raud.dec.Piſan.12.n.13.

Feudi conceſsio ſi ſit facta alicui an cenſeantur conceſſæ paritèr Terræ,quæ fuerunt priùs alteri obligatæ,vel conceſſæ;fuit concluſum,quòd non, Affict.deciſ.334.Ann.in ſing.72.Caſtro, refert,idem in alia cauſa fuiſſe deciſum,vt Vniuerſitas Marathea teneretur ab ſoluendum ius decimæ, ex quo non habebat cōceſsiones in ſpecie,latè *Boer.*dec. 112.nu.4,& 5. Camill.de Curt.in diuerſ.iur.feud. verſ.declarata igitur,ſub n.149.verſ.ampliatur ēt, f.77.à ter.Borgn.Caualc.dec.Fiuiz.35. p.2.nu.53. Boſſ.in tit,de regal.n.40.*Cutel.dec.Siciliæ 1.n 166.*

Feudum hæreditarium in legitima imputandum, ſi n. legitimam exceſſerit, an in trebellianicam imputari debeat;fuit deciſum,pro eo,quod valet vltrà legitimam imputandum eſſe in trebellianicā, Franch.dec.387. ſequitur Peregr. de fideic. art.3. n.3.Fab.Ann.conſ.130.nu.31.Io.Andr.de Georg. alleg.29.n.32.*Camill.Larath.in theatr.feud part.9. diluc.66.*

Feudum an iudicetur nouum, quamuis antiquum ſit ex qualitate addita de nouo in inueſtitura, ſeu licentia data alienandi poſſeſſori, in quem vellet hoc feudum,dùm eſſet antiquum pœnès poſſeſſorem fuiſſet effectum nouum, ob quod excluderetur neptis ex fratre, fuit deciſum, tale feudum non eſſe nouum,quia noua qualitas facit feudum nouum in qualitate addita, non in cæteris, & ſic fuit admiſſa ad ſucceſsionem neptis, Franch.dec. 7.in fin.

Feudum conceſſum pro ſe, & liberis cum clauſula appoſita in fine priuilegij, in quo aſſeritur, mandantes correſpondeant tibi,liberis,& hæredibus, an dicatur feudum ex pacto, vel hæreditarium; fuit deciſum, eſſe feudum ex pacto, & prouidentia;ideò conuenta fuit condemnata ad illud relaxan-

xahdum actrici hæredi ex corpore acquirentis,& abſoluta actrix à petitione pretij in cauſa reconuentionis, Franch.dec.6.eum citat Camil.de Curt. in diuerſ.iur.feud. verſ. multotiès concedens,nu. 59.ſ.49. Franc. de Amic.in tit.de ijs, qui feud.dat. poſſ. §. ad illud de formis, fol. 120. Aloyſ. de Leo l.nulli prorſus, C.de iud.num.11. & Viſcont. hic in additione, *Reg.Rouit.conſ.105.n.6.to.2.Camill. Larath.in theatr.feud.to.1.p.9.diluc.56.n.28. Bilott. concluſ.feudal.70.n.8.*

Feudum a vaſallo per Regem auocatum ob fellonìam, ſi ex deductis de nouo conſtet, fellonìam ipſam non fuiſſe doloſam contra dominum peractam,ſed metu hoſtium cũ eis amicitiam eſſe contractã,an reſtituendum ſit,fuit deciſum, quòd non,Gramm.dec.18.

Feudũ ſi ſit antiquũ conceſſum alicui pro eo, eiuſq; hæredibus, & ſucceſſoribus, & per ſucceſſorem fuerit de nouo conceſſum eodem modo, & demũ moriente abſq; ſucceſſoribus,ſuperſtite ſorore, an ſoror excludatur vigore dictæ nouæ conceſſionis, vel admittatur virtute antiquæ conceſſionis, fuit deciſum in fauorem ſororis, Affl. in Conſtit. Cùm circà iuſtitiæ,n.13.& 14.quem citat Franch. dec.7.n.4.*Gallup.in method.feud.p.1.c.5.n.70.*

Feudum ſi ſit venditũ a Barone cũ conſenſu filij alicui, & demùm deuolueretur ad Regem ob culpã emptoris,& venditorum, & ob recuperationem ſtatus venditoris filius poſſederit authoritate aſcuius Regis, ſuccedente legitimo Rege, in cuius dominium feudum erat deuolutum alteri alienauerit,ſi ab ipſomet Rege legitimè iſte feudatarius eſſet paritèr reſtitutus ad eius ſtatum,etiam quòad alienata per Regem,an poterit vendicare feudum iſtud primo loco per Baronem venditum, licèt poſtmodùm per Regem, vt ſpoliando poſſeſſorem eius poſſeſſione debeat emptor reſtitui,fuit deciſum, talem conceſſionem etiam quòad alienata non comprehendere tale feudum alienatum per Regem,dùm prius erat alienatum à Barone alteri, ob cuius culpam erat deuolutum Regi, & proindè poſſeſſor illius fuit reſtitutus in poſſeſſionem, & Baro ad reſtitutionem poſſeſſionis condemnatus, Afflict.dec.116.Tiraq. in tract.le mort ſaiſit le vif in 5.declar.4.p.n.17.

Feudum ſi ſit à patre alienatum inſcio filio ſucceſſuro,an poterit præiudicare filio,qui nõ cõſentijt in venditione,ac ſi deceſſerit filius prædictus,& ſucceſſores vellent ex Regia conceſſione ſuccedere, an poterint infringere talem alienationem, concluditur, quòd ſi feudum eſſet antiquũ ex pacto, & prouidentia,nulli dubium eſt,quin poterit vendicari,cæterùm ſi eſſet feudum antiquum, & hæreditarium,vel eſſet nouum, tunc non poterit vẽdicari,quoniam ſucceſſor tenetur habere ratum factum defuncti,& proindè fuit abſolutus emptor medietatis territorij antiqui feudi hæreditarij, vt tradit Affl.dec.112.ſequitur Peregr.in tract. de fideic.art.52.n.83.Io.Andr.Georg.alleg.8. nu.11. Reg.de Pont.conſ.2.n.41.vol.1.Viu.dec.250.n.1. Maſtrill.dec.Sicil.55.n.18.Pariſ.conſ.17.vol.1.nu. 43.Camil. Lepid.dec. Lucenſ. diuerſ.117.Peregr. dec.Patau.150.nu.28. *Iul. Cæſ. Gallupp.in method. feud.p.1.c.8.nu.25. Camill. Larath in theatro feud. tom.1.p.8.diluc.15.n.2.Io.Bapt.Surd. in c.1. §.ſi Titius,n.30.ſi de feud.defunct.*

Feudum hæreditarium an cenſeatur eſſe in perſonis deſcendentium,data communi forma inueſtituræ, tibi,& tuis hęredibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus,fuit deciſum,eſſe hæreditarium, Afflict.dec.140. Io.Andr.Georg.in alleg.19.nu.8.Io. Thom. de Marin. in tract. de genet. & qualitat. feud.tit.5.de feud.hæred.n.31.Bolog.in l.1.C.quãdo non pet.par.n.13.Viu.in ſylu.comm.opin. 307. opin.filius exhæredatus,n.8.Cannet.in extrauag. volentes,§.ſed quid ſi fuerit,n.2.Ric.collect. dec. 220.Maril.dec.Ianuæ 58.in fin.Franc. Monal.cõſ. 27.n.24.vol.1.Tiraq. in tract. le mort ſais le vif. in 5.decl.4.p.nu.21.Cach. dec.Pedem.161. Mart.de clauſ.p.2.clauſ.22.*Reg.Tap. dec.Ital.2.n.297. Statil.Pacif.de Saluian.interd.inſpect.3.c.2.nu.341.*

Feudum nouum an iudicetur,ſi vigore legati,& codicilli peruenerit ad ſororem feudatarij, & eius nepotis ex facultate tradita per Regem diſponẽdi in vita,& in morte, ità quòd legataria diſponẽs de eius medietate,valeat diſpoſitio etiam in præiudicium primogenitij,fuit deciſum, feudũ ipſum eſſe nouum,ex noua qualitate, & cauſa, quæ conſtituũt feudum nouum, Affl.dec.248.à n.1.vſq; ad n.8 Peregr.in tract.de fideic.art.16.num.11.38.& 103.*D Reg.Tap dec.Ital.2.n.257.*

Feudum nouum ſi ſit conceſſum à patre filio quartogenito ob mortem tertiogeniti an cenſeatur valida dicta conceſſio in præiudicium filij primogeniti, attenta prius conceſſione tertiogeniti, in qua virtute clauſulę,quòd ſi talis filius moreretur poſt mortem concedentis ſuperſtitibus filijs ſuccederent ſeruata forma ſexus, & ætatis prærogatiua, &c. ità quòd in omni caſu debeant maſculi ſuccedere ſeruata ſexus, & ætatis prærogatiua, per quamuis primogenito cenſetur quæſitum, concluditur ex traditis per Affl.dec.248.nu.5. & ſeq.nullum ius eſſe quæſitum primogenito ex tali clauſula, Minad.in Conſt. In aliquibus,in princip. tex.Conſt.n.51.& 60.Piſanell.hic in addit. refert, fuiſſe determinatam hanc quæſtionem in fauorẽ aſcendentium.

Feudum ruſticum exiſtens in Baronia ſi fuerit venditum vt res burgenſatica an aperiatur Domino, ſi contingerit hoc ex culpa feudatarij venditoris, licèt emptor ignorauerit,fuit deciſum, tale feudũ ſic alienatum domino aperiri vnà cũ fructibus à die alienationis,& breui manu fuit facta exequutio contra venditorem pro euictione promiſſa in inſtrumento emptoris iuxtà formam ipſius, Afflict.in dec.255.Frec.de ſubfeud.lib.2.in 1.author. verſ.pluribus aũt modis,n.4.Peregr.in tract.de fideic.artic.4.num.66. Laurent. Syluan. in tract.de feud. recognit. q.32. Octau.Bammac. in cap.Vaſallus,ſi feud.defun.cont.q.1.& 2.n.18.& cap. domino committente,n.1.& ſeq.Franc.Clapper.deciſ.Galliæ,cauſa 50.q.2.n.2.Peregr.de iur.fiſc.lib. 4.tit.5.n.15.

Feudum ſi ſit hypothecatum, ſaluo Regio aſſenſu per venditorem domus burgenſaticæ loco euictionis,ſi vendito feudo alteri cum aſſenſu immineret euictio ſuper domo,ob quod factus eſſet caſus,an emptor domus moleſtare poſſit emptorem feudi cum aſſenſu ob euictionem ſequutam, obſtante hypotheca anteriori feudi cum impetratione aſſenſus poſt alienationem feudi,fuit deciſum, talem emptorem feudi non eſſe moleſtandum à

dicto emptore domus, & ſic fuit abſolutus ab impetitione, vti agens contra eam ſine actione, Affl. dec. 286. quem citat Ann. in repet. cap. primi de vaſall. decrep. ętat. n. 220. & in Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, nu. 206. vbi ponit alias deciſiones, Franc. de Amic. in tit. de ijs, qui feud. dare poſſ. §. ſed ſi venditor. n. 5. f. 23.

Feudum quaternatum an dicatur illud, quod à Rege conceditur, vt illud teneret vaſallus in capite à Reg. Cur. immediatè, eiq; ſeruire teneatur, & non alteri; fuit concluſum, quòd nõ ſequitur, quicquid concedit Rex in feudum ſit feudum quaternatũ, niſi dicatur, quòd vult, eſſe feudum quaternatum, vel dicatur quid æquipollens, Affl. dec. 282. n. 1. & ſeq. Franc. de Amic. in tit. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. ſecundam autem, n. 2. f. 29. & §. tertia differentia, f. 56. Reg. de Pont. in tract. de por. proreg. tit. 7. §. 2. n. 5. *Guazz. de confiſc. bon. concl. 13. lim. 16. n. 19.*

Feudum quaternatum an cenſeatur ruſticum, vel vrbanum, ſi non ſolùm haberet prædia ruſtica, ſed etiam domos, & prædia vrbana, in hoc videtur inclinari, vt non ſit vrbanum, quoniam non poteſt dici nobile ex habitatione vaſallorum in numero copioſo, prætereà attenta perceptione fructuum, qui percipiuntur in vno tempore in prædio ruſtico, ſed in vrbano in qualiber parte anni vniformiter, propterea fuit iudicatum, eſſe feudum ruſticũ, vndè cenſetur reconductio pluriès facta de anno in annum, Affl. dec. 365. n. 9. & ſeq.

Feudum an vendi debeat, quamuis aſſenſus Regis obeſſet ob delicta contracta per feudatarium ex cauſa ipſius feudi in caſibus à iure permiſsis, in quibus Rex debet aſſentire; fuit deciſum, quòd ſic in contingentia facti, vt vnum ex feudis alienetur, ad hoc vt creditoribus ſatisfieri poſsit, & poſt mortem feudatarij, qui obligauerat ſine aſſenſu bona feudalia in caſibus prædictis, quòd Rex debet aſſentire, Vrſil. dec. 26. n. 7.

Feudum deuolutum alicui ex ſucceſsione vigore inueſtituræ, an eo facto Monacho aperiatur Domino, vel retineatur per Monachum; & ſucceſsiuè per Monaſterium; fuit deciſum contra Monachũ, benè tamen ſtabit feudum durante vita Monialis quoad commoditates, Capyc. dec. 10. n. 17. & d. c. 31. quando ſeruitium æquè poterit præſtari per Monaſterium, ſicut poterat per ipſum vaſallum præſtari, non tamen in omnibus feudis, vt ibi per eum, nouiſsimè Reg. de Pont. dec. 4. n. 2. latè, & vide infra in verbo Monialis, Ricc. collect. dec. 890.

Feudum hæreditarium ſi ſit in teſtamento relictum alicui Eccleſiæ per Baronẽ in præiudicium agnati, an per eam poſsit medietas vendicari, non obſtante, quòd id potuiſſet legari, cùm eſſet hæreditarium, etiam in præiudicium agnatorum, Secundò, attenta clauſula inueſtituræ, ad vendendum, & alienandum inter viuos, & in vltima voluntate, quæ clauſula operatur, vt non requiratur vlteriùs aſſenſus, Tertiò, quatènus deberetur feudum, Eccleſiæ ſaltem æſtimatio, fuit determinatum, quòd cõdemnetur Eccleſia ad relaxandum, & reſtituendum dictam medietatem feudi actrici tanquàm agnatæ, Capyc. dec. 64. Ann. alleg. 127. num. 27. Vrſill. in dec. 265. num. 82. Lanar. conſ. 80. num. 44. Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. multoties concedens, num. 66. fol. 50. Vrſill. deciſ. 312. Puteus dec. Rom. 390. p. 5.

Feudum exiſtens in territorio alicuius Baronis habentis priuilegium à Rege, quòd habentes feuda etiam quaternata in eius Baronia, illa ab ipſo Barone, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus recognoſcant, & quòd ad eum deuoluantur, quotiès aperiri contingerit, an vendicari poſsit ab hærede, & filio ipſius feudatarij ob felloniam commiſſam per eum deuolutum ad Baronem, nulla tamen exiſtente ſententia declaratoria priuationis feudi, & ſucceſsiuè oritur quæſtio principalis, ſi dominus directus inuito vaſallo poſsit ius ſuum, ſiuè feudum alienare, ſicut è contra, & circumſcriptis alijs difficultatibus ſuper hoc puncto non tamen fuit cauſa prædicta deciſa ex concordia partium, inclinari tamen videtur in partem actoris vendicantis feudum, nam ſi feudatarius nõ fuiſſet rebellis, requirebatur ſententia ad perdendum dominium, quæ non interuenerat, vndè fortè deberet iudicari pro eo quoad dominium, ſed poſſeſſore poſteà agẽte, vt dominiũ auocaret ob felloniam, quid iudicandũ eſſe ſubſiſtit, Capy. dec. 152. Lanar. conſ. 20. n. 14. *Conſil. Theodor. alleg. 84. n. 16.*

Feudum datum in dotem filiæ ſpuriæ, quamuis in conceſsione illius fuerit poteſtas feudatario conceſſa, vt poſsit in dotem dari pro filia, ſi demùm fuerit vendicatum per Curiam, ex quo ſpuriæ filiæ dari non poteſt pro dote, niſi quantitas æquiualens alimentis, alias præſumeretur fraus, an poſſit vendicari, & dos in locum feudi reformari ad alimenta, fuit facta liquidatio longè minus, quàm ſit pretium feudi, Capyc. dec. 181. Franch. dec. 283. n. 8. Gabr. lib. 6. tit. de alimentis, concl. 1. nu. 7. Maxill. in Conſuet. Bari, rub. de iur. dot. §. dos à patre, num. 60. Paleoth. de nothis, & ſpurijs, c. 50. 53. 59. Borgn. Caual. deciſ. Finiz. 10. par. 3. num. 25. Franc. Stephan. dec. Aquenſ. 66. n. 2. & ſeq. & præſertim n. 8. *Fontan. de pact. nupt. clauſ. 5. gl. 2. par. 1. num. 113. Ric. collect. 3416. par. 8.*

Feudum an ſit ſpecialiter nominandum in alienatione, vel obligatione; concluditur, quòd ſic, licèt Affl. in c. 1. §. in generali, col. 4. ſi de feud. defunct. mil. dicat, vidiſſe aliter deciſum, quem refert Ann. in alleg. 119. nu. 5. fuit tandèm condemnatus conuentus ad reſtitutionem Caſtri, dùm fuiſſent bona cõfiſcata antè ſententiam, & conceſſum feudũ alteri in cõmendã, nõ obſtante exceptione culpæ, & compoſitione hæredum, idem Ann. in rep. c. 1. de vaſall. decrep. ætat. n. 116. Reg. Tap. in rub. ff. de conſt. Princ. n. 16. *Bilotta concl. feud. 53.*

Feudum in Regno an præſcribi poſsit ſine præſentia Regis ſpatio 30. annorum; fuit iudicatum, quòd non, Ann. in ſing. 194. feudum, Bammac. in cap. Si quis per 30. n. 72. ſi de feud. defunct. controu.

Feudum an poſsit renunciari inuito Domino, fuit deciſum, quòd non, Ann. in ſing. 196. incip. feudũ, immò nec etiam refutari, ſicut fuit deciſum, immò in caſu occurrenti fuit reputatus rebellis, quia erat ligius, idem Ann. in rep. rub. de vaſal. decrep. ætat. verſ. refutauit, n. 148. Ric. collect. dec. 1620.

Feudum hæreditarium an imputetur in legitimam, & trebellianicam filio; fuit in facto obſeruatum, quòd ſic, Ann. in ſingul. 20. feudum, Amat. conſ. 6. num. 31.

Feudum totũ an dicatur legitima primogeniti; fuit in caſu occurrenti vocatum, quòd ſic, Ann. in ſing. 197. feudum, & in rep. c. primi, de vaſ. decrep. æta. n. 254.

num.154.Ricc.collect.dec.1620. *Camil'.Larath.in theat. feud.to.1.p.9.dilucid.67.n.7.*

Feudum ex pacto,& prouidentia nouum an refutari poſſit, fuit deciſum in Reg.Cam. cum interuentu Regij Collateralis Conſilij, quòd ſic, Anna in repet.rubr.de vaſall.decrep.ætat.nu.137.& ſeq. *Iul. Ca!.Gallupp.in method. feud.p.2.c.5.n.15.*

Feudum de iure communi feudorum amittitur ob nō ſolutionem releuij, ſed in R.C.S.quæ Procuratoris gerit officium introductū eſt,vt per omiſſionem ſolutionis releuij nō amittatur,ſed quantitas ſoluenda duplicetur,illud tamen ſeruatur,ſi vaſallus penitentia ductus moram purgauerit, eo verò recuſante tunc à iure communi non receditur, ità Sigiſmund.Loffred.in paraphraſi feud.in l.Imperialē, de prohib.feud.alien.per Feder. §.firmiter, col.3.verſ.prædictis tamen non obſtantibus,ſicuti etiam in ſimili obſeruare ſolet Curia Regni,quòd vaſallus ob inueſtituram non petitam intra annū, & diem de benignitate non priuatur,ſed admittitur ad cōpoſitionem,vt patet in declaratione Regis Roberti, incip.ſignificamus vobis Marino de Diano, & alia incip.ſupplicat P.de Stella, de quo per Afflict.deciſ.265.quem citat Laurent.Syluan. in tract.de feud.cognit.q.27.in fin. Ricc. collect. deciſ.1727. Io.Iacob.Laurent.de iudic.ſuſp.c.16. n.204.Vaſq.controu.illuſtr.lib.1.c.8.n.13.

Feudū ſi ſit cōceſſum à Barone vaſallo, vt ipſum immediatè teneat à Barone,ſi in aſſenſu Regis fuerit dictum,vt immediatè teneat à Rege,an ſit valida conceſſio,fuit iudicatum,neutrū valere in R.C.S. Camerar.in l.Imperialē,fol.56.in magnis à t.lit.S. de prohib.alien.feud.per Feder. vide aliā deciſionem ſupra verb.aſſenſus,quā citat Liparul.ad And. d.l.Imperialē,in addit.ſub n.8.lit.B.incip.qui ergo.

Feudum an debeat conferri iuxta valorem, & pro quanto appretiabitur tēpore mortis patris,an verò debeat haberi ratio pretij ſoluti,S.C.ſæpè iudicauit contra opinionem Affl.in c.Imperialē,§.præterea Ducatus, de prohib.feud.alien. per Feder. .&vt communicetur,& conferatur pretium ſolutū per patrem,quia illud tantum debet cōmunicari, quod abeſt ab hæreditate, Frāc.de Amic.in tit.de his qui feud.dat.poſſ.§.ex ijs cauſari pōt,in fi.f.96.

Feudum licèt poſſit refutari proximo ſucceſſuro an eidem poſſit obligari; fuit deciſum in S.C.in cauſa Marchionis S.Lucidi, quòd non,Io.Anton.Lanar.in conſ.18.ſub nu.5. verſ.3.eſt permiſſa, Reg. de Ponte in tract.de poteſt.Proreg. tit.8.§.1.nu.2.

Feudū habere an poſſit mutus, ſurdus, vel alitèr imperfectus, de iure cōcluditur, quòd non,& ità fuit deciſum per Collat.Conſil.ad relationem S.C. in contingenti caſu,Reg. Tap.in annot.ad cap.Regni 15. Item quòd prædicti Officiales non ordinent, n.6. & in Conſt.Officia,à n.18.& ſeq.diſputat articulum optimè,& demùm num.20. refert, fuiſſe deciſum,feudum prædictum ſpectare ad hæredes Hieronymæ Caracciolæ, excluſo ipſo muto, eum citat Amend.ad Franch.dec.20.num.5.& ijs annis elapſis ferè decem dùm fuiſſet interfectus à Turcis Princeps Scaleæ, & de ſucceſſore in feudalibus diſputaretur, cùm proximè ſucceſſurus erat Giboſus,& ſe inueſtiri proclamaret, & contradicentibus alijs ſuccedere cupientibus,& excludere adnectentibus ſucceſſorem Giboſum, prætendentibus eſſe in hoc imperfectum; fuit tamen per Collat.Conſil.extraiudicialitèr inueſtitus modernus Princeps Scaleæ,non obſtante tali defectu,vidēda ſunt inſupèr cōgeſta per Rebuff.in prax.benef.p.2.tit.de diſpēſ.cū corp.vit.f.326.vbi cenſet, talē defectū nō impedire Religioſos,& Clericos.

Feudum hæreditarium cōſtituitur eò ipsò, quòd de hærede fiat mentio in inueſtitura,& proindè de filio erit intelligendum,& ità fuit plurìes in Regia Camera,& alijs ſupremis Tribunalibus deciſum, vt refert Loffred.conſ.1.nu.207.& ſeq.quem citat Lanar.in conſ.80.nu.41. Io.Andr.de Georg.alleg. 19.nu.8. licèt feudum hæreditarium ex communi forma inueſtituræ,quæ dictat,pro te,& heredibus de iure cōmuni dicatur ex pacto,Minad.conſ.10. quem citat Octau.Bammacar. in cap. ſi quis per triginta, nu.113.ſi de feud.defunct.vbi ſubdit, ità plurìes fuiſſe deciſum in S.C. vide Canner. in extrauag.volentes, §.ſed quid ſi,n.2.vbi citat Loffr. hic, Reg.de Pont. in præiud.feud.nu.110. & ſeq. lect.1. vide infrà eodem verb.inueſtitura.

Feudum quaternatum ad Regem deuolutum ſi fuerit ab ipſo Rege cōceſſum ſub debito,& conſueto ſeruitio, quod quidèm ſeruitium ſecundùm Conſti.Regni eſt,vt pro ſingulis 20.vncijs annuatim feudū valeret, debeatur vnum ſeruitium militare,& proindè ſeruitium erit vnius militis,ſi tamē feudum ipſum ad annuum valorem aſcēderet, quod proindè ſeruitium quinque militum deberetur, poterit nè Baro petere,vt iuxtà inquiſitionem proindè faciendam ſibi quinque militum ſeruitia debeantur, fuit determinatum,quòd nō per Barthol.de Capua, propter illa verba, ſub dicto debito,& conſueto ſeruitio,nam debitum,& conſuetum eſt, quòd pro ſingulis 20.vncijs annuatim debeatur integrū ſeruitium militare,ſic ergo talis cōceſſio intelligēda,& accipiēda erit,Luc.de Pen. in l.1.n.3.& 4.C.de vēd.rer.fiſcal.commun.lib.10.

Feudum poſſidēs vigore priuilegiorum cum cognitione primarum cauſarum tantùm, an poſſit ab alio olim poſſeſſore vendicare vigore ſuorum paritèr priuilegiorum quòad iuriſdictionem ſecundarum cauſarum, iuxtà tenorem prædictorum priuilegiorum, hoc eſt cum cognitione primarū, & ſecundarum cauſarum,fuit deciſum,quòd non contra Ducem Sueſſæ in fauorem Saldanaris Milani euincentis iuriſdictionem vigore ſuorum priuilegiorum, qui primas tantùm cauſas habebat,licèt Dux prætendere conaretur,ei remanere iuriſdictionem ſecundarum cauſarum, & obtinere nō potuit,Reg.de Pont.in tract.de poteſt.Proreg.tit.6.de aſſenſu Regio ſuper dot.§.1.n.10.

Feudum quaternatum, & ſic immediatè à Reg.Cur. an ob culpam feudatarij deuoluatur ad Baronem illum,à quo immediatè feudum tenebat,fuit olim in M.C.V. iudicatum,quòd ad Baronem ipſum, à quo illud tenebat deuolueretur, Gl.in Conſt.Poſt mortem,verſ.ad conceſſionem,& melius in verb. munificentię,quam deciſionem ibi Affl.impugnat nu.5. licèt defendatur à Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.7.de aſſenſ.Reg.§.1.n.11. & 12.

Feudum ex pacto non alitèr hæreditarium ex delicto in Dominum commiſſo an ad Dominum, vel ad agnatos deueniat; fuit in R.C.S.deciſum,ſpectare,& deuolui ad Dominum,& ſic ad Baronem, non autem ad agnatos,in cauſa Regij Fiſci cum Duce Traiecti,& hoc durāte contumacia,ea enim

ceſ-

ceſſante,ceſſabit incorporatio,lite delicti pendēte,vt refert Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg. tit.7.§.1.n.17.

Feudum quaternatum in Regno omne Caſtrum cēſeri DD. fatentur, ſecùs autem de iure communi, quod limitatur in Eccleſia;nam in dubio cenſetur poſſideri in allodium, niſi in ſpecie ſit datum in feudum, & ità poſt multos DD.concludit Reg.de Ponte conſ.30. vol.1. ſecundum quod ſunt iudicarum,& indiſtinctè practicatur,vt pariter idē Reg. aſſerit in dec.2. n.19.

Feudum conceſſum à Rege feudatario,ea lege,vt ſit liberum, & exemptum ab omni,& quolibet onere, tàm præſenti, quam futuro, impoſito,& imponendo, ſiuè reali,ſiuè perſonali,& mixto,adhoa, releuio,& qualibet cauſa,& occaſione etiam inopinata, an cenſeatur liberum à donatiuis,Reg.de Ponte in deciſ.3.dùm Sforzia,n.21, refert,olim in R.C.S.fuiſſe deciſum,vt cenſeatur liberum feudū etiam à donatiuis,& nouiſſimè in ſimili occurrēti caſu facta relatione in Reg. Collater, Conſil. per R.C.S.idem paritèr, eodemq; modo fuiſſe terminatum tradit poſt n.28. dictæ deciſionis,

Feudum dotale ex viri delicto commiſſo in Dominū an poſſit à Domino vendicari ; concluditur,quòd non, licèt deciſum non fuerit, Reg.de Ponte dec, 19.Virgilius.

Feudum an vendi poſſit pro dotāda filia, cùm ſit legitima primogeniti totum ipſum ; fuit deciſum in S.C, quòd ſi dos non ſoluatur , poterit vendi, neç filia expectabit ſatisfieri ex fructibus, referente Reg.Conſil.Maiorana,in cauſa Aureliæ Sanſeuerinæ cum Comitiſſa Sapouariæ,Paul.Fuſc,in ſing. 104.lit.F,

Feudum an poſſit alienari per patrem in præiudiciū primogeniti in ſecūdogenitum in feudo antiquo; fuit deciſum in S.C.in anno 1540. in cauſa illorū de Boſſeris,quòd non, Paul.Fuſc.in ſing.14.lit.P.

Feudum francum in Regno abſq; onere ſeruitij poſſeſſum an debeat taxari, & deſcribi in cedulario, & condemnari poſſeſſores ad adhoas præteritas; fuit iudicatum in cauſa feudi S.Mariæ de Foſſa, poſſeſſi per homines, & Caſale Caiuani , & indè per Principem Hoſtiliani, quòd non,Reg.de Pon. conſ.130.quòd Ordicella,n.9.vol.2. *Io.Bapt.Bilotta in concluſ.feud.concl.78.n.6.*

Feudum ab aliquo feudatario diu poſſeſſum abſquè onere ſeruitij exiſtens in territorio, vbi aliud feudum antiquum erat eiuſdem nominis , an cenſeri debeat feudum , ſiuè feudale redditituum ſeruitij per denominationem ſimilem factam ab emptoribus in aſſenſu , in petitione reintegrationis , ac per alias ſcripturas, hoc eſt per numerationem , per acta publica iudiciaria,eò quod homines dicti feudi conſueuerunt comparere in Balliua Ciuitatis proximę,ſub cuius iuriſdictione erat,præterea per informationem deſupèr captam , & acceſſum loci,licèt confinia ipſius feudi ab alio antiquo diſferebant,ſimilitèr & per venditionem feudi antiqui apparebat,eſſe magnæ quantitatis,& feudum nouum eſſe modici valoris; omnibus iſtis diſcuſſis fuit conuentus poſſeſſor à Fiſci prætenſionibus abſolutus ab omni onere feudi,Reg.de Ponte cōſ. 130.quòd Ordicella , vol.2.

Feudum reinendicatum à primo feudatario Regis Ferdinandi,cui conceſſum fuerat præuia eius ſupplicatione , ipſi Regi facta , & ſic conceſſum per verbum,placet,& pro executione gratiæ confirmatum,præuio Albarano Regio,ex nunc pro tūc in remunerationem ſeruitiorum poſt mortem alterius feudatarij poſſeſſoris , quo mortuo poſſeſſionem adeptus eſſet,ſi demùm idem feudum per alium Regem ſucceſſorem fuerit alteri cōceſſum, & in poſſeſſionem eius immiſſo, an erit primo reſtituendum,non obſtantibus prætenſionibus poſſeſſoris,eò quòd in Albarano gratia fundari non poterat, nec alitèr regiſtratum intra annum,iuxtà pragmaticam,immò attenta rebellione feudatarij ſpoliati, qui aſſociatus erat Regem ipſum concedentem, penès quem aſſiſterat vſquè ad obitum Regis , non tamen ità declaratus, quamuis adueniente feudatario ipſo in Regnum , ſe Regi ſucceſſori domināti pro ſubdito , & vaſallo exhibuerit,à quo fuit receptus benignè; iis omnibus reſolutis fuit confirmata primæua ſententia reſtitutoria poſſeſſionis feudi primo loco conceſſi , & impoſitum perpetuum ſilentium , Reg.de Ponte in conſ.31.intentionem , vol.2.

Feudum in ſolutum datum à balia viro pupillæ eius nepti vltrà legitimam taxatam,non alitèr impetrato aſſenſu,nec decreto interueniente in tali diſtractione,an inſtante fratre pupillę ex cauſis allegatis reiuēdicante erit reſtituēdum per illius poſſeſſorem,contingit de hoc dubitari dùm quòdam Virgilia Columna nuptui tradidiſſet D.Victoriā Gambacurta D.Don Pompeo de Montibus, conſtituendo ei dotem duc.5000. ſcilicèt duc. 1000. ſolui promiſſos per fratres dictæ pupillæ , & reliquos duc.4000.promiſit vti balia, & tutrix dictæ pupillæ,pro quibus inſolutum dedit feudum quodam, dictum de Vico , quod cùm fuiſſet per dictū D. Pompeum virum diù poſſeſſum , & poſt eius mortem per D.Camillum de Montibus eius filiū, inſtante Annibale Gambacurta ex allegatis cauſis, feudū ipſum relaxandum fore proponebatur , & ideò pro tuitione iurium dicti poſſeſſoris infraſcripta coràm Iudicantibus propoſita fuerunt. Nō enim dubium eſt, quòd dùm tractatur de aliqua maritanda non attēditur,quanta ſit legitima, ſed id , quod principalitèr erit intuendum , vt fiat matrimonium condecens , & collocetur cum viro condigno,ac pari, habita ratione ad illius temporis conſuetudinem,ad loci,ac Regionis morem , ad facultates , & deniq; quod præcipuum eſt , ad viri, & mulieris merita,nobilitatem, & parilitatē conditionis, vt probat tex.in l.quæro,& l.cū poſt, §.gener,ff.de iur.dot.& l.filiæ, & ibi Bat.ff.de leg. 3. Andr.in Conſt.In aliquibus,vlt.col.verſ.nam ſi pater,maximè nobilis: hæc enim ſunt,quæ modificant,& ampliant dotes,illaq; diſtinguunt modū, ac regulam , maximè inter Nobiles, vt per Affl.in d.Conſt.nu.51.cum alijs adductis ibi per eum, & exindè ſumptum eſt illud commune verbum , paragij,quod paragium conſideratis prædictis poterit tranſcendere legitimam , & aſcendere vſq; ad virilem , vt per Andr.ibi,Salyc. poſt Bald.in auth. res,quę,C.cōmun.de leg. Alex.conſ.69.vol.1.Dec. conſ.26.Curt.conſ.29.col.12. Soc.conſ.100.vol.1. & conſ.288.vol.2. & per Affl.dec.160.Grām.dec. 101.hæc omnia ſi rectè in caſu noſtro conſiderentur,proculdubio patebit,quòd dicta Victoria non ſolùm non fuerit de paragio , verùm mediocritèr,

ac

æ incompetentèr dotata, & hoc etiam ex abundanti ſatis eſt probatum: Accedat inſupèr, quòd tàm auus, quàm pater dictæ pupillæ ita arbitrati fuere, nā D.Baldaſſar auus dùm deſtinauit dotes dandas eius filiabus, cōſtituit vnicuiq; dictam dotem duc. 5000. & ita poſtea eius filius pater dictæ pupillæ dum nuptui tradidit D.Siluiam Gambacurta ſororem ipſius, ac dictæ pupillæ exequutus fuit, conſtituendo dotem prædictam, vndè dùm hæc tutrix eorum veſtigia, ac arbitrium ſequendo conſtituerit eandem alteri filię collocatæ non minus dignæ, ſed æqualitèr, & cum viro tàm principali, nō debet diiudicari immoderata, ſtante exēplo, & ſolito dictorū patris, & filij, argumento tex. l.hæredes, §.ſed & ſi notam, in fin. ff.de teſt.& l.ſi ſeruus, §.plurium, in fin.ff.de leg.1.quod maximè in caſu noſtro abſq; dubio procedit, poſtquam nulla datur rationis differentia, ſed in omnibus ad inuicem eadem ratio, & par vnitas terminorum conſideratur, ſunt enim ambo filiæ, & ſorores eorundem, diuerſitas nec loci, nec temporis reperitur, ità vt non poſſit dici & Regionis, & temporis conſideratione cenſeri maiores, vel minores dotes, eædem paritèr ſunt facultates, ac idem patrimonium, cùm nec paritèr adſit temporis antiquitas, & diſtantia, ex qua diminutionem recepiſſet, sūt etiam ambo matrimonia vniformia, & ſic nulla exiſtente diuerſitate, ſed adinuicem concomitātia, & vniformitate, non debet videri abſonum, vt parem etiam modum, & determinationem recipiant, vt colligitur ex dictis per Andr. in d.Conſt. In aliquibus, in vlt.col. verſ.quid ſi maiores; Nec prædictis obſtat, quòd dicta Victoria petierit legitimam, & ad ipſius inſtantiam fuerit liquidata, vt ex aduerſo prętenditur, legitima enim ſibi omninò erat debita, & nullo modo tolli poterat, vt clarum eſt, verùm ſi illa dùm nubit nō ſufficit pro matrimonio condigno, poterit conſequi maiorem portionem, etiam vſq; ad virilem, & erit paragiū, iuxtà ſæpius dicta, cùm igitur ſub paragio, tanquā ſub maiori portione includatur legitima, cùm minus illa eſſe non poſſit, ſed vltrà vſq; ad virilem, ergo ex petitione illius non potuit inferri præiudicium conſequutioni maioris partis.ſ.paragij tēpore, quo contrahit matrimonium, argumēto tex. in l.ſi cùm totum, & in l.ſi in iudicio, ff.de except. rei iud. maximè quia dùm nubit, ad hoc vt viro æquè nobili, & condigno nuberet, non legitimam, ſed dotem de paragio conſtituit, quod principalitèr erit conſiderandum, attenta mente Conſt.Regni, quæ neceſſariò dotem de paragio requirit, & eatènus fęminas excludit, quatènus de paragio dotentur, vt per Andr. & Affl. ibi, ac etiam quia, aliàs vir, qui alitèr non contraxiſſet, reperiretur deceptus, iuxtà tex. in l.purè, §.ſi cum, ff.de dol.except. & in l.ſi donaturum, §.1.ff.de cond.cauſ.dat. nō ſeq.cū l.fin.§.ſi à ſocero, ff.de his, quæ in fraud. cred. vigore dictæ Conſtitutionis Regni ſuccedit loco legitimæ, & tanquàm in eius loco ſubrogata ſapit eius naturam, cum omnibus ſuis iuribus, & priuilegiis, ſecundùm communem opinionem, de qua per DD. præſertim Imol. in l.Titio centum, §.Titio genero, ff.de cond.& demonſt.per Alber. in l.quoniam in prioribus, C.de inoff.teſta.Capyc. deci.158.latè Affl.in d.Conſt.n.42.& 43.Napod.in præall.Conſuet.in verſ.paragium; Cùm igitur ſit loco legitimæ, ergo ſicut legitima per quemcunq; actum, immò per acceptationem, & receptionem etiam legati facti ſub conditione, vt amplius petere non poſſit, nullum fit præiudicium eius ſupplemento, iuxtà tex.& ibi Bal.in l.ſi quando, §.& generalitèr, C.de inoff.teſt. ergo paritèr per hanc petitionem legitimæ, immò ſi eam conſequuta fuiſſet, nulli dubium, quòd nullum potuit inferri præiudicium, quin tempore matrimonij ad finem nubendi pari, & condecentèr pro obſeruantia dictę Conſtitutionis non poſſit conſequi ſupplemētum vſq; ad portionem competētem de paragio, prout ita arguit Alex.d.cōſ.69.vol.1.quia hoc per S.C.immò in fortioribus terminis deciſū eſt, ideò vlterius non erit indagandum. Vlterius circumſcriptis iis, & pręſuppoſito, quòd dos per tutricem conſtituta fuiſſet incompetens, ac immoderata, adhùc res non haberet difficultatem, & hoc duplici irrefragabili fundamento. Primò enim præſupponitur, quòd dùm qualitas, & nobilitas viri patitur illas dotes de paragio, quæ à Victoria fuerunt conſtitutæ, etiam quòd eſſent immoderatæ, ꝙ nunc nulla poſsit conſiderari læſio, & conſequentèr nulla reſtitutio, nec repetitio dari poterit, vt per DD.in l.1.C.ſi aduerſus dotem, pręſertim poſt Iacob.de Aren. Cyn. qui ſingularitèr loquitur in d.l.1. cùm ſecundùm læſionem qualitas, & conditio perſonæ, aut facit, aut tollit, & per glo.in l.cùm poſt, §.1.in gloſ.pen.in fin.ff.de adminiſt.tutor.& optimè per Napod.dicto loco fol.98.n.57.vbi loquitur in fortioribus terminis in tutore conſtituēte dotem ſorori pupilli, non ſolùm immoderatè, verùm etiam vltrà vires patrimonij. Secundò, & ſi ex capite læſionis daretur actio, in caſu noſtro nō poſſet adaptari, poſtquàm ſi hæc promiſsio poſsit dici immoderata, illa fuit per dictam tutricē ſcientèr facta, cùm nulla ignorantiæ cauſa poſsit in ea allegari; immò in contrarium præſumitur ex neceſsitate officij ſui, cùm aliàs eſſet in culpa, & ità pars prætendit, cùm in eius articulis ponat, quòd totum hoc fuit ex cauſa maximi amoris, quem gerebat ergà dictam D.Victoriam dicta tutrix, quæ non tendebat ad aliud, quàm vt illi benefaceret, hoc igitur ſic ſtante, & nulla exiſtēte cauſa, ex qua poſſet tutor excuſari, ſi dos reperiatur immoderata, quia fortè de nouo emerſerit æs alienum, nūc ſiquidèm tutor ipſe de ſuo tenebitur, licèt tutorio nomine promiſerit, vt probat tex.in l.ſiuè generalis, ff.de iur.dot.& d.l.cùm poſt, §.1.ff.de adminiſt. tutor. cum notatis etiam in d.l.1. C.ſi aduerſ.do. ex hoc igitur ſequitur, quòd licèt dictæ pupillæ daretur actio cōtra virum, vel eius hæredes, quòd cùm ipſa ſit hæres dictæ D.Virgiliæ tutricis, quæ (vt diximus) cùm de ſuo teneretur, ergo quatènus eſt in hæreditate repellitur, & agere non poteſt, iuxtà vulgata iura. Poſtremò etiam ſecūdùm partis prætenſionem res eſt in claris, legitima enim dictæ D.Victoriæ, vt pars prætendit, eſt duc.1607. huius legitimę nulli dubium eſt, quòd debebātur fructus à die mortis D.Io.Baldaſſaris fratris dictę D.Victorię, quę fuit in anno 1541. à quo vſquè ad tēpus matrimonii, quod fuit in anno 1560. decurrerunt anni 19. Nec poteſt dici, quòd iſti fructus debebant cum alimentis compenſari, cùm illa alimenta fuerint preſtita per dictam D. Virgiliam tutricem de ſuo, & animo donandi, cùm nulla ad-

ſit

ſit proteſtatio,& cõcurrit maximus amor ergà di-
cta neptem,vt probatũ eſt, iuxtà tex.in l.alimẽta,
C.de neg.geſt.debebatur etiam dictæ D.Victoriç
portio ſibi tãgens de bonis mobilibus,ſuper qbus
non fuit liqdata legitima,ac ẽt,vt dictũ eſt,de bo-
nis maternis,hæc omnia inſimul vnita ꝓculdubio
excedũt dictos duc.4000.pro quibus fuit datũ in
ſolutũ dictũ feudũ,immò excedũt duc.3300.in q-
bus cõſiſtit verus valor dicti feudi,ẽt ſecũdũ par-
tẽ,& cõſequẽter patet,dictã D.Victoriã fuiſſe po-
tiùs grauatam,& omnia fuiſſe geſta,ac tendere in
euidẽtẽ,& notoriã vtilitatẽ ipſius pupillæ,& pro-
indè primũ fundamentũ læſionis,& exceſsũ dotis
ex pluribus cõſtat,non ſubſiſtere.Quò verò ad ſe-
cũdũ caput cõtinẽs duplicẽ defectũ.ſ.aſſenſus,&
decreti,credo paritèr,facilẽ eſſe reſolutionẽ,quò
.n.ad aſſensũ aut pars loqtur de aſſenſu Regio,&
non benè dicit,cũ ſimus in feudo ruſtico,plano,&
de tabula, in quo aſſenſus Baronis,& Domini im-
mediati tantũ reqritur,iuxtà vulgatã diſtinctionẽ
And.in c.Imperialẽ,de ꝓhib.feud.alien. per Fed.
aut loqtur de aſſenſu Baronis,& illũ habemus,cũ
cõſtet,illũ fuiſſe præsẽtẽ,habuiſſeq; notitiã,vt ip-
ſemet examinatus deponit,& vidiſſe,dictũ feudũ
poſſideri p dictũ D.Põpeũ ex cauſa dictç dationis
inſolutũ,& pmiſiſſe, ac tacitè cõſenſiſſe,immò ad-
hoã recepiſſe , ac ẽt poſt mortẽ dictæ D.Victoriæ
releuiũ,ex qbus ſatis ad plenũ cõſtat,tacitũ ipſius
aſſensũ interueniſſe,ẽt rebus ipſis,ac geſtis,iuxtà
glo.in l.Caius,ff.de pignor.act.& notat.per Bar.&
alios in l.q̃ dotis,ff.ſolut.matrim.& in l.2.§.volun-
tate,vbi Iaſ.& alij eod.tit. Affl.in c.1.§.præterea,
quib.mod.feud.amitt.& huiuſmodi tacitũ aſsẽsũ
ſufficere,vera,& cõmunis eſt cõcluſio, vt p Andr.
in c.1.§.hac edict.tit.de ꝓhib.feud.alien.p Lothar.
& latè Camerar.d.c.Imperialẽ,fol.251.& licèt per
Cõſt.Regni Cõſtitutionẽ diuæ memoriæ dicatur,
de ſpeciali noſtræ celſitudinis licẽtia,& ꝓindè at-
tentis dictis verbis nõ ſufficere tacitũ aſſensũ,ſed
requiri expreſsũ,tamẽ cũ dicta Cõſt.loquatur ſolũ
reſpectu feudorũ quaternatorũ,in illis tm̃ ꝓcedit,
in feudis verò planis , & de tabula , vt in caſu no-
ſtro,vel etiã feudis quaternatis extrà Regnũ cùm
ceſſet dicta Cõſt.remanet diſpoſitioni iuris com-
munis,quo attento ſufficit(vt dixi)ꝙ ſit tacitus,vt
colligitur ex notatis per Camerar.ibi,& declarat
Frecc.de ſubfeud.in 2.lib.in 28.q.num.4.præterea
habemus etiã aſsẽsũ expreſsũ,q̃ licèt fuerit impe-
tratus lite pẽdẽte,& de rigore nõ ꝓcederet,tamẽ
ſecus,attẽta eqtate,q̃ potiùs debet obſeruari,put
aliàs ità per S.C.iudicatũ fuit,teſte Capyc.dec.51.
n.10.Quò verò ad defectũ decreti,paritèr non ob-
ſtat,nã cùm ex ſuperioribus cõſtet, ꝙ ſiuè attẽda-
mus ad paragiũ,ſiuè ad legitimã dictæ D.Victoriç
debitã,& ſi ẽt cõſideremus,rẽ in dotem datã lõgè
maiori pretio, q̃ valebat fuiſſe æſtimatam,ꝙ vtiq;
hæc dotatio fuerit in euidenti,ac notorio benefi-
cio pupillæ,ipſiuſq; cõditionẽ,manifeſtiſſimè fuiſ-
ſe effectã meliorẽ,ergò defectus decreti obijci nõ
põt,ſecũdũ opinionẽ gl. per illũ tex.in l.cũ ij,§.eã
trãſactionẽ,ff.de trãſact.quẽ ſequitur And.in c.1.
§.præterea, n.8.de c.Corrad.Bal.& Ang.in d.§.eã
trãſactionẽ,Guliel.Bal.& Iaſ.in l.2.ff.de offic.eius,
idẽ Bal.in l.cõtra iuris,in fi.ff.de pact.Iaſ.in l.Bar-
barius,in 5.col.ff.de offi.Procõſ.Dec.in c.q̃ in Ec-
cleſiarũ,& ibi additio,col.2.de cõſt.& in cõſ.331.
in 3.col. Felin.in c.cauſã,col.pen.de iud.Soc.ſen.
cõſ.15.in 1.vol.& ità aliàs ſcitũ eſt iudicari in cõ-
ſimilibus p S.C. maximè ſtãte longinqua poſſeſſio-
ne,& tacit antiqtate, vt in caſu noſtro , ꝙ ſiquidẽ
magnã cõtinet rationem,ac æqtatẽ,cũ hæc ſolẽni-
tas decreti non ſit pro forma,vt in rebus Eccleſiæ,
ſed tantũ merè in fauorem ipſius pupillæ , vt latè
per Felin.in d.c.cauſã, & cũ habeatur intẽtus , qa
apparebat de manifeſta vtilitate,ſufficit,& abſq;
dubio fuiſſet interpoſitũ decretum , ſed illud non
adeſt, qa nõ fuit petitũ, vt conſiderat Ang.d.§.eã
trãſactionẽ,in fi. & ibi Iacob.& per Frãch.dec.35.
ſed præſuppoſito,ꝙ prçallegatus decreti defectus
obſtaret,cùm tã manifeſtè conſtet, vt dictũ eſt, eã
eſſe effectã locupletiorẽ,doli mali exceptione re-
pelli poſſet,vt eſt tex.in l.ſi fundus,in fi. ff.de reb.
eor.& ad minus negari non põt,ꝙ teneatur reſti-
tuere omne id,ꝙ in eius vtilitatem eſt peruẽtum ,
vnà cũ intereſſe,ad finẽ vt poſſit repetere rẽ vnà
cũ fructibus, & interim repellitur,& datur reten-
tio,iuxtà tex.in l.ſi prædiũ,& ibi DD. & in l.præ-
dia,C.de præd.& alijs reb.min. cùm autem d.Vi-
ctoriæ debebantur d.duc.4000 & plures in omnẽ
euentũ,vt ex ſuperioribus patet , illiq; per eã ha-
bito reſpectu ad dictũ feudũ, ꝙ lõgè minus,vt di-
ctũ eſt,valebat,fuerint renũciati dictæ pupillæ,&
ad ipsã peruenerint,in ipſius vtilitatem ceſſerint,
ergò dùm illos cũ effectu,vnà cũ intereſſe non re-
ſtituat,rẽ aliquo modo vẽdicare non poteſt, vt ex
ijs apparet de notorio iure D.Camilli , & ideò fa-
cta relatione in S.R.C.iunctis Dominis duarũ au-
larũ fuit iudicatũ in fauorẽ ipſius D.Camilli , &
abſolutus ab imperitis , iuxtà has allegationes ,
queadmodũ adnotatũ reperi punctualitèr in vol.
alleg.mei q.patrui doctiſſimi Fabij de Falco, Ad-
ditio;Et ſi paternũ eſſe videatur officiũ alias do-
tare,l.ſi pater,C.de dot.promiſſ.attamen in ſubſi-
diũ maternũ eſſe cõſpicitur,ſicut teſtificatur Mol-
feſ.in Cõm.Cõſuet.Neap. p.6.q.7.n.3. & tãtò for-
tiùs ſi eſſet tutrix,vt in caſu iſto, etenim tutor cõ-
pellitur maritare pupillas debitis tẽporibus , Ca-
ualc.in tract.de tut.ſub n.275.& nõ tãtũ maritare
aſtringitur,ſed ẽt cogẽdus ad dandũ cõgruã dotẽ,
Theſ.dec.Pedem.191.n.8.& ibi in ſpecie nu.6.im-
pugnat,dotẽ duc.1000.conuenire Comiti,ſecũdũ
Dec.cõſ.26.quoniã hæc ætas aliã vitã,& alios mo-
res expoſtulat ex mente Comici, & pretia rerũ ex
qualitate tẽporũ mutãtur,& ex cõmuni vſu, nunc
.n.dos,ſubnectit ipſe,mille aureorũ daturcuilibet,
etiam ignobili,& pauperi mulieri, & non mirũ ſi
in caſu noſtro attenta perſonarũ qualitate tutrix
legitimã exceſſerit,& benè,cũ Neap.dotes magnę
dãtur,inquit Franch.dec.217.n.6. & ad hoc benè
facit dictũ Anch.in q.51.p.1.n.7. ꝙ quãdo dos ꝓ-
miſſa excederet patrimoniũ, promiſſio eſt nulla ,
& potiſſimũ ſi ſit promiſſa à curatore , ſed ſi vltrà
vires patrimonij,& vltrà qualitatẽ viri, & vxoris,
ſi in promiſſione interuenerit ſolẽnitas in cõtra-
ctu minorũ requiſita,valeret promiſſio,ſed datur
reſtitutio in integrũ,vt erit in caſu ſuo,eò ꝙ mari-
tus nõ merebatur tãtã dotem , ꝙ ſecus in caſu no-
ſtro;Nec proindè obſtat omiſſio decreti in datio-
ne feudi ꝓ dote promiſſa , cũ iure cautũ ſit,inſpe-
cta dignitate Natalium,& Familię, ſi legitima pa-
tris,vel aui nõ ſufficeret ad dotãdũ,capi alia bona
vltrà legitimam,ẽt ꝙ ſint ſubiecta fideicommiſſo,
ſub-

Digitized by Google

ſubnectit ibi Theſſ.n.3.qui n.4.cócludit,vbi deficerét allodialia, talis dos in feudalibus conſtitui poſſet,ſi illa legitima nõ ſit ſufficiès ad dotandũ, ꝙ putat procedere vigore decretorũ antiquorum Sabaudiæ, attamen ẽt in iure noſtri Regni id ſpecialiter cautũ eſt,vt poſſit frater obligare feuda ꝓ dotibus ſuæ ſororis,quãdo plura haberet,vel vnũ dare,quãdo matrimoniũ cõtraheretur de licentia Regis,vt per Ann.in Cõſt.Cõſtitutionẽ diuæ memoriæ,n.23.q̃ quidẽ licentia ex diſpoſitione Cap. Regni Item ſtatuimus,ꝙ matrimonia,ſublata fuit; verũ tamen cũ ſimus in feudo ruſtico,plano,& de tabula, vt dictũ eſt, in quo ſolus Baronis aſſenſus exquiritur, & ſi tacitus per interuentum ipſius in illo actu,& ſic per præſentiam,ſicuti Ann.loco citato teſtificatur num.133. rectè deciſio S.C.proceſſit. Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Feudũ alias quaternatũ ſi fuerit cõceſſũ à Rege Baroni,ita vt à Regijs quinternionibus deleatur & in codices ipſius Baronis referatur,& ſic expreſsè ipſam feudi naturã mutãdo,vt inde ſint plana,& de tabula,ſi contingerit aperiri,an Regi,vel feudatario aperiatur, hoc contingit in cõceſſione Baroniæ Mõtisfuſcoli facta à Rege Catholico Ferdinãdo de Corduba Magno Capitaneo,reſpectu feudorũ quaternatorum, anteà ab antiquioribus Regibus alijs cõceſſorũ, quæ ab ipſo Rege tenebãtur, vt de cætero à dicto Magno Capitaneo dictæ Baroniæ nomine Barone creato teneãtur, ita vt à Regijs quinternionibus deleãtur, & in ipſius Baronis codices referantur, & ſic expreſsè mutãdo naturam feudorũ,vt deinde ſint plana,& de tabula, ex quibus Princeps Venuſij ſucceſſor in dicta Baronia inferebat, feudũ ſibi eſſe apertum, & nõ Fiſco, & ſic p S.C. fuit iudicatũ, & immiſſus Princeps ipſe in poſſeſſionem dicti feudi, Cõſil.Io.And.de Georg.in repet.feud.c.7.vbi n.18.deciſionem ponit, & in c.9.n.12.

Feudorum cognitio regulariter ſpectar ad R.C. niſi aliquis ex priuilegio haberet talẽ cognitionẽ,vt eſt Audiẽtia Hydruntina, & ob id fuit remiſſa cauſa poſt ſẽtẽtiã interpoſitã per S.C.Principi Biſinianis vigore eius priuilegij cognoſcendi, etiam de feudis, Reg.Tap.in annot.ad Conſt.Regni Iuſtitiarij per Prouincias,nu.3.de offic.Iuſtitiar.f.355.

Fida ſpicæ an pertineat ad vtilem Dominum feudi; fuit deciſum,quòd ſic,Ann.in alleg.108.Reg.Tap. in l.fin.p.1.c.2.num.14.de Conſtit.Princ. *Ill.Epiſc. Maranta p.2.reſp.31.n.22.*

Fida paſculandi in territorio cóceſſa an intelligatur pariter cóceſſus paſculus glãdiũ,& ſpicatum;fuit iudicatũ in S.C. inter Vniuerſitatẽ Ciuitatis Nouæ,& Vniuerſitatem Seſſani, ꝙ nõ, & iterũ inter Vniuerſitatẽ Terræ Ripælimoſani,& Franciſcum Scacciatum Baronem Cobattæ,Reg.Rou.in rub. prag.de paſcuis,n.16.*Barbat.de diuiſ.fruct.p.1.c.6. n.38.*

Fideiubens in vno Tribunali, ſi cauſa deuolueretur ad Superiorẽ,& reus fuerit condẽnatus an teneatur ꝓ fideiuſſione præſtita in dicto Tribunali;fuit deciſũ,ꝙ ſic,Frãch.dec.320.& in dec.344 in ſimili cauſa idẽ fuiſſe deciſũ fatetur, quãdo fideiuſſio eſſet data in M.C.V. & cauſa principalis ad S.C. deuolueretur vti Tribunal ſuperius M.C.V. ſubordinatæ ad ipſũ,antẽ eum tradit Vrſill. dec.202. quẽ citat idẽ Frãch d.dec.344,n.2.Theſaur.deciſ. Pedem.102.n.5.Muſcat.in praxi S.C.lib.2.p.3.gl. inſtãtia,n.14. Peguer.dec.Cathal.169.vbi cenſet, idẽ in eodẽ Senatu fuiſſe deciſũ,Battagl.in addit. ad Cyn.l.2. C.de Procur. vbi ità pluries iudicatũ in M.C.fatetur,Ricc.in collect.dec.337.Molfeſ.in Comment. ad Conſuet.Neap.p.4.q.63. in addit. Paſchal.de vit.pat.pot.p.1.c.8.n.200.Grat.diſcep. forẽſ,q.358.n.32.to.1.*Epiſc.Ricc.collect.3608.p.8.*

Fideiubere promittẽs ſi cũ effectu nõ fideiuſſerit an habeatur,ac ſi fideiuſſiſſet, ex rationibus videtur cõcludi,ꝙ ſic,quãuis nõ fuerit deciſũ, Frãch.dec. 574 q̃ refert allegãdo Iacob.de Frãch.Reg.Cõſil. fuiſſe ipſo referente in S.C.aliàs deciſũ,ꝙ ſi principalis in nihilũ erit ſoluendo,inſolidũ teneretur, qui ꝓmiſit,ſi aũt pro parte nõ erit ſoluẽdo,ꝓ parte teneretur,ſi aũt in toto erit ſoluẽdo,in nihilum teneretur is,qui ꝓmiſit, Molfeſ.in Cõmẽt.ad Cõſuet.Neap.tit.de renunc.q.11.nu.23.& nouiſſimè Triuiſ.in dec.Venet.69.lib.1. refert,fuiſſe deciſũ, promittentem de obligando,obligatione non ſequuta non obligari,Ancll.Amat.conſ.89.ſub n.21.

Fideiubere an poſſit mater ꝓ filio carcerato, nõ obſtãte Senatuſcõſ.Vell.& an vxor ꝓ liberatione viri,& filia ꝓ patre;fuit deciſũ,ꝙ nõ,Frãch.dec.578. Ricc.collect.dec.295.nouiſſimè Viſcont.in addit. ad Frãch.dec.237.& 279. Paſchal.in tract.de vit. pat.pot.p.3.c.5.n.13.& ſeq.contra iſtam deciſionẽ inuehit Reg.de Põt.in tract.de poteſt.Proreg.tit. 10.rubr.de decret.Collat.Cõſil.n.31. & ſecũdùm eius opinionẽ fuit nouiſſimè deciſum in S.R.C,in cauſa V.I.D.Fabij de Falco mei patrui colẽdiſſimi cũ legatarijs quõdã Marchioniſſæ Mõtisfalcioni, q̃ pro excarcerãdo viro apocam debiti cõfecerat dicto creditori,q cùm obtinuiſſet primo loco decretũ in ſui fauorẽ,referente Reg.Cõſil.Iulio Palermo, poſtmodùm reuocatũ referẽte Reg.Cõſil. Io.Thoma Veſpulo; fuit tãdẽ primũ decretũ cõfirmatũ, referẽte Reg.Cõſil. Io.Andr.de Georgio in anno 1611.penès de Mondell.Act.*Epiſc.Iſern. in tract.de Eccleſ. ſeu practicab.Eccl.q.509.D.Reg. Sãfelic.dec.133.n.2. D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.to.2. cõtrou.14.n.49.& huic poſtremę deciſioni de vxore ſe obligãte pro viri excarceratione conuenit deciſio Ant.Fabri in eius Cod.lib.4.tit.21.defin.16.Baldaſſar de Angelis in addit.ad Conſ.Gizzarel.dec.4.vbi Ioſeph.Mele n.2. Taſſon.de antep.verſ.4.obſeru.2. ſub n.167.*

Fideiuſſio an ſit præſtãda pro euictione imminẽte ꝓ tota euictione,vel tãtũ pro ea rata euicta;fuit deciſũ,eſſe præſtãdã pro tota euictione, Frãch.dec. 555.Maſtrill.dec.Sicil.160.nu.21.Ricc.in collect. dec.24. *Franc.Hieron.de Leo dec.Valent.47.n.5.& 21.D.Reg.Merlin.controu.forenſ.c.91.n.5.*

Fideiuſſio ſi ſit præſtita per filiũ de non offendendo fratrem,an ipſemet pater conſimilem præſtare teneatur filio;fuit deciſũ,quòd ſic,Franch.dec.418.

Fideiuſsio an ſit valida, ſi nõ interuenerit ſtipulatio, videtur cõcludi,ꝙ non, Affl.dec.39.n.1.& 7.Ricc. collect.dec.1709.*Borrel.in ſum.dec.to.3.tit.13.n 50.*

Fideiuſsio de iudicatũ ſoluẽdo an cẽſeatur extincta facta Iudicis mutatione;fuit deciſũ,nõ eſſe extinctã,Vrſill.dec.182.ſub n.5.& 6.Muſcat.in pract.fideiuſſor,p.1.mod.12.n.10.Frãch.dec.344.n.2.vbi ponit aliã nouiſsimam deciſ.S.C.Mart,vot.2.n.10.

Fideiuſsio in criminalibus an cõmitti debeat in partibus,ſi inquiſitus illã præſtare non poſſet in Curia, vbi carceratus reperitur, fuit in M.C.V.obſeruatum,

tũ, minimè poſſe cõmitti, Affl.in Cõſt.Humanitate, n.6.cũ citat Hercul.in trac.de caut.de nõ offen. c.50.n.5.& Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.fin.q.46.n.13. Modernus Farinac.in tit.de carcer.& carcerat. q.33.n.41.citat Affl.& Clar.annuẽs, Clarum benè dixiſſe in ſuo caſu, quãdo eſſent loca ſubiecta diuerſis Principibus, ſecùs ſi eſsét ſub vno Principe, qa tunc data impotẽtia reperiẽdi fideiuſſores cõmittitur Iudici domicilij, & itá pluriès, tales fideiuſſores receptos fuiſſe refert nu.42.& ſic ẽt in ciuilibus putat, eſſe admittẽdos fideiuſſores exiſtẽtes in diuerſis locis, ſub vno Principe ſubiectis, ex pluribus cõcludit Muſcatel.in prax.S.C.lib.1.p.3. gl.expenſis.n.54.& ſeq.vbi tradit practicã in hoc, ſubdẽs, ipsã cõcluſionẽ procedere in fideiuſſionibus neceſſarijs, non aũt volũtarijs, iuxta dec.Affl. 137.vbi Vrſill.n.1.q̃ multifariàm declarat Troyſ. ſuper prag.de præuẽt.moder.n.5. In criminalibus verò iuxta allegatã deciſionẽ Affl. ſecùs videtur, loquitur.n. Affl.de fideiuſſione de iudicio ſiſti, q̃ præciſè in loco iudicij præſtari debet, & nõ alibi, & eum ſequuntur DD. allegati, & Follet.in prax. crim.rubr.examinati liberẽtur, n.11.& ratio deciſionis eſſe poterit, quarè cõmitti non debeat fideiuſsio de iudicio ſiſti alibi, attẽta cauſa inuẽtionis talis fideiuſsionis, ad hoc vt habeatur perſona inquiſiti, in quo ſentẽtia cõdẽnatoria, vel abſolutoria ferri poſsit, ex quo ſequitur, ꝙ vbicũq; aliquis requiritur, vel carceratur, vt ſoluat id, ad ꝙ tenetur, quia cõfeſſus, vel cõdẽnatus eſt, tũc nõ poteſt cadere fideiuſsio de iudicio ſiſti, ſed tãtũ de iudicatũ ſoluendo, Carau.in rit.159.n.5.& ob id fideiuſſoriã cautionẽ præſtans de ſtãdo iuri in proprio domicilio, non poterit alibi conueniri, ſeù puniri, Grãm.cõſ.27.n.11.& itá redderetur eluſoria ſentẽtia, dũ nec principalis, nec fideiuſſor haberi poſſint, & ſi iuxtà aliorũ opinionẽ cõtra Affl.de equitate procedat, attamẽ in Regno tã in M.C.V.q̃ in alijs Tribunalibus Regni nõ obſeruatur practica iſta, ex quo in omnibus criminibus, pro quibus nõ habet locũ tortura, proceditur ad carcerationẽ, & raró liberãtur ſub fideiuſsione, & ꝓ certè malè faciũt, inquit Foller.vbi ſup.n.1.in ceteris verò fideiuſsionibus ſolitũ eſt pro faciliori cõmodo delinquentiũ præſtari in loco eorum domicilij nomine Curiæ, in qua capti reperiuntur, & itá in dies obſeruatur, quapropter menſibus elapſis fuit per M.C.V. reſcriptũ Reg.Audiẽtiæ Calabriæ Citrà, vt nomine ipſius fideiuſsionẽ caperet ad inſtantiã inquiſiti, & cõdẽnati in Inſulã pro certo tẽpore, & excarcerari non poterat, ſtãte appellatione interpoſita in eadem M.C.V.& itá fuit exequutum, vt apparet ex actis geſtis in dicta Reg. Audientia contra Io.Carolum dello Palazzo, & alios de hoc anno 1612.me audiente, & vidente, degenteq; in Coſentina Ciuitate, ſimiliter in alijs caſibus obſeruari vidi pluriès. Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Fideiuſsio in criminalibus ad euitãdum carceres an ſufficiat offerri tãtũ Iudici, vel cũ effectu fideiuſſores deduci debeãt ad Iudicẽ; cõcluditur ad euitãdũ carceres dũtaxàt offerre fideiuſsionẽ Iudici, Affl.in Cõſt.Humanitate, n.3.not.2.vbi refert, itá vidiſſe iudicatũ in ſindicatu cuiuſdã Officialis, q inculpabatur, ꝙ tenuerat ꝓ quodã ſtupro quẽdã iuuenẽ, abſq; eo, ꝙ aliquid eſſet probatũ cõtra eũ in carceribus per mẽſẽ, cũ debuit illũ liberare ſub fideiuſſoribus, licèt in actis petitio inquiſiti cum oblatione fideiuſsionis non fuerit reperta, tamen Officialis fuit abſolutus, latè Farinac. allegando Affl.in tit.de carcer.& carcerat.q.33.n.8.idẽ ẽt tenet Cãpagn. in c.Regni In generalibus, licèt non alleget Affl. *Guazz.in tract.ad defenſam.in defenſ. 26.c.2.n.8.*

Fideiuſsionem prẹſtare coactus prẹueniẽs an teneatur illam præſtare in loco iudicij, vel poſsit petere remiſsionẽ ad domiciliũ pro fideiuſsionis præſtatione; fuit deciſum, eſſe præſtandam in loco iudicij, Affl.dec.137. Gramm.in rit.M.C.V.59. Tapia rit.67. Item quòd ſi clericus in maioribus. Hercul.in tract.de caut.de non offend.c.50.n.69.

Fideiuſsionẽ an præſtare teneatur vir mortua vxore ad inſtantiã hẹredũ vxoris ob reſtitutionem dotis cõſiſtentis in pecunia reſtituenda intrà annũ; fuit deciſũ, ꝙ ſic, Frãch.dec.218. Nunt.Pellic.in Conſ. Auerſæ c.9. n.60. Mart.de iuriſd.p.4.caſ.178. n.9.

Fideiuſſor cõdẽnatus ad ſoluendũ pro principali an teneatur appellare, nè teneatur ad intereſſe, fuit deciſũ, ꝙ ſi fideiuſſor ſciret, exceptionẽ cõpetere principali, tũc tenetur appellare, ſin autẽ neſciret, ſecus, vel ſi metu pẹnæ non oppoſuiſſet exceptionẽ, Affl.dec.49. Alex. Ambroſ.dec.Epiſcop.Peruſ. 20.n.3. Reg.Rouit.in prag.2.de dilat.n.4.Borgn. Caualc.dec.Finiz.8.nu.23.& ſeq.p.4.Bellon. dec. Gen.28.n.16.& 17. *Alex.Trentacinq.var.reſol.lib. 3.tit.de empt.et vend.reſol.4. ſub n.10. Cancer.var. reſol.tom.1.c.13.n.68.*

Fideiuſſor de iudicio ſiſti an ſit idoneus Fiſcus, vel depoſitarius; fuit deciſum, quòd non, Affl.dec.88. Ricc.collect.dec.369. Cæſar Manent.in tract.de iur.cont.liuell. q.1.pact.15.n.33.

Fideiuſſor an poſſit conuenire principalem, antè quàm ſoluat ad ſe liberandum; fuit deciſum, quòd ſic, quia fideiuſſerat per inſtrumentum liquidum, ꝙ paratam habet exequutionem, Frãch.dec.414.

Fideiuſſor de iudicatũ ſoluẽdo ſi demùm fertur ſentẽtia cõdẽnatoria cõtra principalem, qui ob exceptionẽ fori ad Iudicem Eccleſiaſticũ oppoſitã fuit remiſſus, an teneatur abſq; nouo proceſſu; fuit deciſũ, prẹdictũ fideiuſſorẽ nõ eſſe moleſtandũ, quia ſentẽtia lata cõtra principalem clericũ, cuius exequutio ſine nouo ꝓceſſu petebatur cõtra fideiuſſores, & in ſolidũ obligatos, erat nulla ex defectu iuriſdictionis, Franch.dec.400.Petr.Caball.reſol. crim.cent.3.caſu 225.n.30.& 31. Molfeſ.in Comment.ad Conſuetud.Neap.p.4.q.8.n.21. Mart.de iuriſd.p.4. caſu 102.n.13.

Fideiuſſor de iudicatũ ſoluendo in vno Tribunali, in quo fuit principalis abſolutus, ſi per appellationẽ ab alio ſuperiori Tribunali fuerit cõdemnatus, an teneatur fideiuſſor; fuit deciſũ in fauorẽ creditoris cõtra fideiuſſorem, ex quo in facto apparebat, certã ſummã debitoris eſſe liberatã fideiuſſori ꝓ eius cautela, Frãch.dec.208.meminit Muſcatel.in pract.fideiuſſ.p.1.nu.18.& mod.12.n.6. & in praxi S.C.lib.2.p.3.gl.inſtantia.nu.14.Pet.Caball.reſol. crim.cent.2.caſ.109.n.6. Ricc.in collect.dec.620. Mart.vot.2.n.10.Molleſ.in Commẽt.ad Conſuet. Neap.p.4.q.63.in addit. *Caſtill.dec.Sicil.108.n.5. p.2. Maſtrill.dec.302.n.11.p.4.*

Fideiuſſor ſoluẽs pro alio cõfideiuſſore creditori eorũ, an iure ceſſo ab ipſo agere poſſit cõtra cõfideiuſſorẽ ad ſoluẽdũ eius ratã; fuit deciſũ, ꝙ ſic, verũ

pro

pro alijs cauſis vltrà ceſsionem prætenſis fuit datus terminus in cauſa, Franch. in dec. 55. Io. Franc. del Caſtillo dec. Sicil. 22. n. 38. Viſcont. hic in add. nonnulla deduxit, Molfeſ. conſ. 28. nu. 15. Paſchal. de vir. pat. pot. p. 1. c. 8. n. 173. *Ant. de Amato var. reſolut. to. 1 reſol. 37. nu. 57. Berlich. dec. German. 10. num 5.*

Fideiuſſor citatus ad præſentandum principalem ſi poſt paucos dies preſentauerit, an militare citatio debeat etiam pro pena; fuit deciſum, quòd non, & proindè excarcerandum eſſe fideiuſſorem, & ſuperſedédum in exequutione penæ vſq; ad exitum cauſæ, Gramm. deciſ. 95. meminit Carauit. in Ritu M.C.V. 163. poſt n. 2. & Foller. in rub. verùm ſi citati comparent, n. 4. Muſcat. in pract. fideiuſſ. p. 2. q. 1. n. 2. Marc. Ant. Genueſ. in praxi Cur. Archiep. Neap. c. 33. n. 11. Tapia in Cap. Regni 230. legem veterem annuit, quòd tàm in M.C.V. quã in S.C. ſemper vidit ſeruari contrarium, quotieſcunq; aliquis ſub fideiuſſoribus relaxaretur de tenendo palatium loco carceris, tunc ſi poſt paucos dies ſe præſentaret, non fit exequutio contra eum, nec contra fideiuſſores, quando vocatus non fuerit repertus, ſiu autem poſt longum temporis interuallum fuerit præſentatus, tunc ſeruatur, quod dicit Gramm. ſcilicèt quòd expectetur exitus cauſæ, in qua ſi fuerit abſolutus pro delicto, non condemnabitur pro pena, ſi verò condemnatio ſequatur, tunc etiam quòad penam ob non præſentationem tenetur, Vrſill. deciſ. 130. nu. 6. Borrell. in annot. ad Spec. Princ. rub. 31. §. quamuis, lit. E. & Follet. in fragm. n. 273. allegat Gramm. Viui. dec. 442. n. 5. Ricc. in praxi Eccl. deciſ. 367. ſub n. 2. & deciſ. Archiep. 42. n. 4. p. 2. *Guazzin. in tract. ad defenſam in 6. defenſ. ſub c. 1. n. 57.*

Fideiuſſor pro obligato metu Francigenorum, Francigenis ſi ſoluerit pro principali, & reſciſſa obligatione, an poterit repetere, non fuit deciſum ex multis hinc indè deductis, propter quod S.C. coegit partes ad compromittendum, Affl. deciſ. 149. Ann. in ſing. 418. promiſſio, Petr. Peckius in tract. de iure ſiſtendi c. 29. in fin. & c. 31. n. 7. latè Farin. in tit. de carcer. & carcerat. q. 35. n. 37. Hieron. de Laurent. dec. Auenion. 210. n. 6.

Fideiuſſor laicus clerici an debeat remitti inſimul cũ clerico ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſi clericus preuia cautione de non offendendo offendiſſet, & ità factus eſſet caſus incuſationis penæ cõtra laicum fideiuſſorem; fuit deciſum, non debere remitti laicum fideiuſſorem ad Iudicẽ Eccleſiaſticum, Affl. dec. 206. n. 1. & 2. Franch. dec. 400. latè Caball. reſol. crim. cent 2. caſu 153. Ant. Fab. in eius Codice defin. Sabaudiæ, tit. de fideiuſſor. defin. 13. vbi paritèr tradit, idem fuiſſe in caſu occurſo deciſum in d. Senatu Sabaudiæ. Franc. Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 50. n. 70.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti ſi per principalem nõ fuerit obtemperatum, an vltrà penam teneatur ad intereſſe, fuit deciſũ, quòd ſic, maximè in cauſa criminali, in qua non tantùm ad penam debitam Fiſco, ſed etiam ad intereſſe partis tenetur, Affl. deciſ. 234. vbi Vrſill. optimè exornat, quamuis ibi Gramm. in addit. dicat, cõtrarium fuiſſe ſeruatum in M.C.V. in alia cauſa, in qua tantùm ad penam fuit condemnatus, & fuit ab alijs abſolutus, multi ſequuti ſunt Affl. deciſionẽ, vt Muſcat. in pract. fideiuſſor. p. 1. mod. 12. nu. 23. & p. 2. q. 2. in princ. & Baiard. ad Clar. in §. fin. q. 46. n. 109. Farin. in tit. de carcer. & carcerat. q. 34. n. 6. Viui. in ſylua cõmun. opin. in 291. opin. fideiubens, Alex. Raudenſ. dec. Piſan. 4. n. 12. idem Farin. conſ. 57. n. 10. Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 50. n. 74.

Fideiuſſor an poſſit cogere principalem, vt ipſum liberet à fideiuſſione, fuit deciſum, quòd non, attentis cauſis, ex quibus non poterat conquæri fideiuſſor, quas quidèm cauſas ponit Affl. deciſ. 241. n. 3. & ſeq. tum citat Franch. dec. 414. Muſcatell. in pract. fideiuſſ. p. 2. q. 4. in princ. per tot. Magon. deciſ. Lucenſ. 6. n. 7. & 32. Borgnin. Caualc. dec. Fiuizan. 11. par. 4. Caroc. in eius deciſion. caſu 4. nu. 6. Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 50. n. 75. *Alex. Trentacinq. lib. 3. var. reſol. tit. de fideiuſſor. reſol. 5. nu. 5. Ant de Virgil. in tract. de legitim perſ. c. 3. Fontaneil. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 18. p. 3. num. 13.*

Fideiuſſor regularitèr non conuenitur, niſi priùs diſcuſſo principali, tamen ſi principalis diſcuti non poteſt, ex quo cautelæ ſunt contra fideiuſſorem tantùm, vt quia aliquis promiſit nomine Titij, tũc fideiuſſor erit priùs conueniẽdus, vt fuit deciſum per S.C. in occurrenti caſu, aut quia bona eſſent in territorio Iudicis principalis debitoris, ſicut aliàs in S.C. fuit deciſum, Ann. ſing. 44. authentica.

Fideiuſſor inſimul cũ principale ſi ſit obligatus mediante inſtrumento, & per aliud inſtrumẽtum fuerit eidem dilatio conceſſa ad ſoluendum, an cenſeatur nouatio inducta, tantò magis accedente meticuloſa obligatione facta in ſecundo inſtrumento ratificationis primi, cum dilatione conceſſa, eò quia vigore literarum exequutorialium ad euitandum carceres ſe obligauerat, item ſtante albarano inter creditorem, & fideiuſſorem geſto, cum conditione, quòd ſi ipſe fideiuſſor heres eſſet principalis correi, teneretur ad ſolutionem debiti, aliàs ſecus, & demùm data inualiditate albarani ob teſtium trinam ſubſcriptionem omiſſam, verificatum per teſtes deponentes, habere notam manum principalium, nec alitèr probata teſtium qualitate, & data illius validitate circa requiſita, attenta ſimulatione ipſius præſumpta ex coniecturis detecta, hoc eſt cùm in eo donatio deduceretur, item ex quadam ſumma debita ſoluta in partem crediti, ob quod redderetur indebitum; prætereà ex promiſſione indemnitatis promiſſæ, item ex lite diù agitata cõtra fideiuſſorem, nihilq; de albarano oppoſitum, vlteriùs in eodem Albarano Procuratoris ſubſcriptio apparebat, propter quod veriſimilitudo oriebatur, vt non promiſiſſet cliens ad indebiti ſolutionem, demùm ex conſuetudine contrahentium, qui in eodemmet credito fictitium albaranum confecerunt; fuerũt tandèm condemnati per S.C. conuenti, tàm ad ſortẽ principalem, quàm ad intereſſe, & tertias decurſas, penès Actuarium Cioffum in cauſa D. Lælij Gallucij cum Marchione Cluſani, Anell. Amat. conſ. 45. ex geminatis, vol. 1.

Fideiuſſor an teneatur, ſi fuerit ſuppoſitus alieno nomine, & re vera non interuenerit ipſe, de quo queritur, videtur concludi, quòd non, Affl. dec. 39. ſub n. 4.

Fideiuſſor de ſoluendo iudicatum ſi eſſet datus in cauſa vertente in S.C. poſteà remiſſa ad R.C. pro

S inte-

intereſſe Fiſci, & R.C. iudicauerit, an teneatur ad iudicatum per R.C. fuit deciſum, quòd nõ, Frãch. deciſ. 601. Maſtrill. deciſ. Sicil. 126. n. 10. Molteſ. in Comment. ad Conſuetud. Neap. p. 4. q. 63. nu. 26. Ricc. collect. dec. 1708.

Fideiuſſor in cauſa criminali an admittatur ad beneficium ceſſionis bonorum, non obſtante regula, qui nõ habet in ære, luat in corpore; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. deciſ. 507. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 95. nu. 16. Muſcatell. in pract. S.C. lib. 3. p. 1. gloſ. detinebatur, n. 98. Sebaſt. Guazzin. in tract. de cẽſſic. bonor. in 68. ampliat. 13. concl. fol. 57. & concl. 31. nu. 29. Peguera deciſ. Cathal. 68. n. 4. & 8. Pett. Caball. reſol. crim. cent. 1. caſu 77. n. 7. *Angel. Stephan. de iure Fiſci c. 4. art. 4. n. 28. D. Reg. Rouit. dec. 86. ſub n. 6.*

Fideiuſſore dato in caſu retractationis pendente lite mortuo, an eius loco principalis alium dare compellatur; fuit deciſum, quòd ſic, quia iſta eſt fideiuſſio prætoria, ſeù iudicialis. Franch. dec. 480. & in addit. inquit, idem fuiſſe in alia cauſa iudicatum, ſecùs quando eſſet fideiuſſio conuentionalis, idem Franch. ibi nu. 5. tunc enim ſi fuerit promiſſum in inſtrumento, aliquem dari in fideiuſſorem certum, compelleretur debitor illummet dare, & non alium, & ita in facti contingentia dùm fuiſſet inſtrumentum liquidatum in M.C.V. ex defectu fideiuſſionis non præſtitæ per debitorem certæ perſonæ in inſtrumento nominatæ, licèt idem debitor voluiſſet alium loco ipſius dare, fuit facto verbo per M.C.V. in Sacro Conſilio per eum cõfirmata ſententia M.C.V. inhærendo liquidationi, non obſtante ſubrogatione alterius fideiuſſoris promiſſa, & hoc contingit in cauſa illorum de Salinas cum Luca Caualerio, penès Mancinum Actuarium Mag. Cur. Vic. in anno 1606. ſi rectè recordor. *Ant. de Amato var. reſolut. tom. 2. reſol. 89. num. 1.* Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Fideiuſſorem laudans extrà iudicium eſſe idoneum ſuper facultatibus, ſi deindè reperiatur, non eſſe idoneum, an teneatur approbans, ſeù ipſum laudãs creditori illius ob talem approbationem; fuit determinatum, quòd non, & ità euaſit, ſeù liberauit quendam ſuum conſanguineum ob talem cauſam Affl. vt ipſe fatetur in Conſt. Poſt mundi, ſub n. 6. verſ. an, & quando.

Fideiuſſores Banci an remaneant obligati, quando facto depoſito irregulari penès Campſorem, qui de reſtituendo poſt annum fideiuſſorem dederat, & elapſo anno, ſi Campſor ſe concordauerit cum depoſitante, vt pecunia penès ipſum per aliquos annos detineretur pro certo lucro, ità vt nouatio inducta videatur, vt indè fideiuſſores cenſeantur liberi; concluditur, quòd non cenſeatur nouatio aliqua facta, ſed remaneant fideiuſſores obligati, Reg. de Ponte conſ. 56. hic punctus, nu. 10. vol. 1. vbi n. 11. dicit, ità pluriès fuiſſe deciſum per Sacrũ Conſilium.

Fideiuſſores Bancarij an teneantur illis, qui de pecunia intereſſe percipiunt, tunc enim de depoſito quaſi in cauſam mutui conuertunt, quatènus effectualitèr intereſſe fuerit receptum, non tamen conuentum, & dùm eſſet conuentum inter Campſorem, & Depoſitarium, qui nil effectualitèr receperat, remanet prior cauſa depoſiti; vndè prælatio non competit eis, qui ſunt creditores Bancarij, hoc eſt Depoſitarij, vt præferantur eis, qui intereſſe habuerunt, id enim procederet in Depoſitarijs regularibus, non autem irregularibus, vt in Bancherijs noſtri temporis, quarè concluditur, attenta irregularitate depoſiti, nulla exiſtente differentia inter Depoſitarios, Bancherios, & eos, qui intereſſe habent ex conuentione, & maximè dùm nil receperit creditor, fideiuſſores non eſſe excluſos; & ità fuit iudicatum, Reg. de Ponte conſ. 56. vol. 1. hic punctus, & in fine ponit deciſionem.

Fideiuſſores an teneantur ad debitum debitoris, pro quo fideiuſſerant, vel ipſum præſentare, ſtante habilitatione debitoris infirmi, infrà certum tempus facta ſub cautione in forma, & elapſo termino ob grauiorem infirmitatem non potuerunt præſentare, quarè iterùm fuit dilatio per Iudicem prorogata, renouata cautione, nec aliter renouata cautione fideiuſſores inſtiterunt pro reductione ad carceres, de quo nulla facta mentione per Iudicem debitor aufugit, fuit deciſum per M. C. V. fideiuſſores eſſe abſoluendos, ſed per S. C. fuerunt condemnati, de quo pendet reclamatio, Io. Bernard. Muſcatell. in pract. fideiuſſ. p. 1. mod. 8. num. 15.

Fideiuſſores Banci, qui pro certo tempore limitatò fideiuſſerũt cum pacto, ꝙ per aliquos menſes antequàm tempus elapſum fuiſſet denũciare tenerẽtur finem fideiuſſionis, præuia ipſarum comparitione in Curia, vt principalis alios idoneos fideiuſſores præſtare cogatur, & non facta tali denũciatione ſit fideiuſſio firma, nec intelligatur finita, ſed omni tempore firma remaneat, exiſtente etiam principalis promiſſione alios dare fideiuſſores pro præterita, & futura adminiſtratione, cum facultate, quòd quandocunq; infrà tempus limitatum, vt ſuprà, alios fideiuſſores principalis dederit, vel dare voluerit, creditor in locum ipſorum recipere teneatur, & primos fideiuſſores liberare, an non alitèr facta dicta denunciatione, & ſubrogatione per dationem aliorum fideiuſſorũ, ipſi teneantur ad debita interim contracta, non obſtante decreto Regiæ Curiæ lato, quòd ſtante lapſu temporis fideiuſſionis ad aliquid non teneantur; Accidit hoc in cõſtructione Banci Incurabilium in anno 1582. nam multi pro Gubernatoribus ipſius de benè, & fidelitèr exercendendo, & legale computum reddendo Regiæ Curiæ, ac omnibus negotiantibus, pecuniam deponẽtibuſq; in Banco in genere, & in ſpecie de reſtituendo reliqua, & ſoluendo debitum fideiuſſerunt, pacto adiecto, quòd fideiuſſio per quinquẽnium ſit duratura, quo elapſo finiat fideiuſſio, & vlteriùs non teneantur, Verùm quòd per ſex menſes antè lapſum quinquennij fideiuſſores in Banca Regiæ Cameræ comparere teneantur, finem ſatiſdationum denunciantes, ad hoc vt ipſa Regia Curia dictos Gubernatores cogere poſſet ad præſtandum de nouo alios fideiuſſores idoneos in locum ipſorum, & notificatione prædicta non facta, fideiuſſio non intelligatur finita, ſed omni futuro tempore firma remaneat, & ad maiorem cautelam Bancherii promiſerunt alios dare fideiuſſores, tàm pro futura, quàm pro præterita adminiſtratione ad ſecuritatem negotiantium, cum facultate, quòd quandocunquè infrà di-

ctum

ctum quinquennium Gubernatores dare voluerunt in locum aliorum pro præterita, & futura adminiſtratione, Regia Curia eos recipere teneatur, ſubdit poſtea, dictiſque nouis fideiuſſoribus, vt ſuprà captis liberare prædictos fideiuſſores à præſtita ſatiſdatione, vt latius in fideiuſſione legitur, quinimmò pro Deputatis Banci prædicti contra fideiuſſores infraſcripta breuitèr in iure allegata fuerunt per illum eruditum quòdam Fabiũ de Falco meum patruũ, ſcilicet ponderato tenore fideiuſſionis non video, per quam regulã fideiuſſores à debitis intra quinquennium contractis ſeipſos liberos eſſe contendant, quod vndiq; corruere infra patebit, pro quo indubitatam illam concluſionem ſuppono, quòd fideiuſſor ad tẽpus limitatum, licèt vltra tempus taxatum non teneatur pro futuro, tamen pro preterito proculdubio remanet obnoxius, ità gloſ. fin. in l. ſi cùm hermes, C. locat. & ob id tradit ibi Bal. nu. 2. quòd fideiuſſor finito tempore tenetur pro tempore, pro quo fideiuſſit, & illic etiam Io. Fab. Alex. conſ. 72. num. 4. in fin. vol. 6. & Dec. cęteris omiſſis in l. lecta, n. 13. qui de communi etiam teſtatur, ff. ſi cert. pet. vltrà innumeros alios DD. cõgeſtos per Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gl. 7. n. 32. Nec illa verba fideiuſſionis, ꝙ finito quinquennio finiat fideiuſsio, & vlteriùs nõ teneatur fideiuſſor aliquid pro præterito, operãtur, etenim exprimũt id, quod tacitè inerat, nempè vt vlterius, & vltra quinquennium nõ teneãtur, eſt expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt, vulg. l. rectè, C. de fideiuſſ. & l. 3. ff. de leg. 1. Pars regulas iuris cõtra ſe vrgere perſpiciẽs ſubtilitate potiùs, quàm ſolutione fideiuſſionem extinguere conatur, allegãs primò, quòd eo ipſo, quòd finem fideiuſsionis antè ſex menſes denunciauit, ad hoc vt R.C. cogere potuiſſet Bancherios ad præſtationem aliorum fideiuſſorum in locũ ipſorum, ꝙ ſit etiam pro præterito liberata, & hoc fortè ex concluſione illa, ꝙ quãdo debitor nouos præſtat fideiuſſores, loco, & vice primorũ, ꝙ tunc primi sũt liberati per nouorum ſubrogationẽ, poſt Bar. in l. Valerianus, in fin. ff. de pręt. ſtipul. Alex. in l. qui vſumfructum, num. 6. ff. de verb. oblig. maximè quia bis poſteà in eadem ſatiſdatione dicitur, quòd noui fideiuſſores tàm pro preterita, quàm pro futura adminiſtratione ſe obligent, fortè inquit pars, ex hoc eſſe præſumendum, primos fideiuſſores finito quinquennio, nec pro præterito teneri voluiſſe, vt antecedentia per ſequentia declarẽtur; Cęterùm, rogo, aduertatur, ꝙ fideiuſsio prędicta duo cõtinet capita; vnũ notificationis faciendę; alterũ verò ſubrogationis nouę fideiuſsionis; In primo capite notificationis verbum nullum exprimitur de præterita adminiſtratione, ſed tãtũ, quòd finito quinquẽnio finiat fideiuſsio, & vlteriùs non teneantur, ex quibus clarè colligitur, quòd in hoc primo capite cõtrahentes oculos habuerunt ad futurum tempus, & non ad præteritum, pro quo præterito ex diſpoſitione iuris iam tenentur, vt ſuprà, corroborãtur prædicta ex alijs ſubſequẽtibus verbis, quòd ſi fideiuſſores non facerent notificationem modo, & forma prædictis, eo caſu præſens fideiuſsio remanet firma omni futuro tempore, ergo ſemper in hoc primo capite notificationis agitur de futuro, non autem de præterito; in ſecũdo verò capite ſubrogationis fit mentio de præterito, ſed iſte caſus ſubrogationis non accidit, profectò ſi fideiuſſores à totali ſatiſdatione etiam pro præterito eximi cupiebant, continuò inſtare debebant, quòd noui cum effectu ſubrogarentur, eorum principalitèr intererat, cumq; conditionalis fuiſſet eorum liberatio, quatenus noui fuiſſent ſubrogati, quod euidentiſſimè demonſtro ex finalibus verbis contractus, videlicèt, dictiſq; nouis captis fideiuſſoribus, qui tàm pro præterita, quã pro futura adminiſtratione ſe obligẽt, antiqui fideiuſſores ſint liberati, dicta enim verba prolata per ablatiuum abſolutum conditionem inducũt, vulg. l. à teſtatore, vbi DD. ff. de cõd. & demonſt. l. ab emptione, vbi Bar. ff. de pact. igitur liberatio cernitur conditionalis, & cõditio in forma ſpecifica, & nõ per æquipollẽs adimplenda, ad tex. in l. qui hæred. & l. Meuius, ff. de cond. & demonſt. cum vulg. per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 21. n. 11. & 13. cùm autem talis conditio non fuerit adimpleta, meritò antiqui nequaquàm fuerunt liberati, quod aliqui ex dictis fideiuſſoribus benè intelligentes, alios illicò ſubrogauerunt, prædictaq; verba, nempè, dictiſquè nouis captis fideiuſſoribus ipſos liberare in fine poſita vtrumq; caput reſpicere, & ad omnia præcedẽtia referri debere, nulli ambiguum erit, vulg. l. talis ſcriptura, in fin. vbi Doctores, ff. de legat. 1. cap. inquiſitioni, de appell. Felin. in cap. cauſam, quæ, de reſcript. Aret. alijs omiſsis in conſ. 105. vt ſic tàm in caſu notificationis, quàm ſubrogationis omninò intellexerint, vt pro præterito catènus ſint liberati, quatènus cum effectu alij fideiuſſores fuerint ſubrogati, verba .n. cum effectu ſunt accipiẽda, l. 1. §. hæc autem, ff. quod quiſq; iur. Andr. in c. ſancimus, lo ſecõdo n. 9. quo tẽp. mil. alijs omiſsis; præterea aduerto, quòd dũ de nouorum ſubrogatione agitur, tàm pro futura, quàm pro præterita adminiſtratione, dicitur hoc fieri ad maiorẽ cautelam, & ſecuritatem negotiãtium, ergo ſubrogatio eſt cõtemplata in fauorem creditorum, & hodiè in eorũ odium retorqueretur, dũ antiqui eximerentur, & noui effectiuè non ſubrogarentur, ꝙ iura abhorrent; Nec excuſantur aduerſarij, qui alios ſubrogare non curauerunt, per eos nõ ſteriſſe, quominùs talis conditio adimpleretur, ſed per R.C. ad quam onus cogendi Bancherios pro hac noua fideiuſsione ſpectabat; nam ſi id R.C. non efficit, conquærantur de ea; & poſtquàm habebãt remedia iuris, debebant ſæpiùs inſtare, & proteſtari, & Excellentiſſ. Protegem adire, quod omiſerunt, & ideò eis imputetur. Secundò, nullatènus ſtetit per R.C. vt noui ſubrogarẽtur fideiuſſores, & conditio adimpleretur, etenim quando aduerſarij id per vnicam, & nudam comparitionem petierunt, ſtatim R.C. prouidit, quòd Bãcherij præparent ſe ad dandum aliam fideiuſsionem, & poſteà nõ fuit deſupèr facta alia prouiſiõ, & coactio, etenim dicti antiqui fideiuſſores, quorum valdè intererat, cùm ex aliorum ſubrogatione ipſorum liberatio oriebatur, non alitèr inſtiterunt, & nihilominùs verum eſt dicere, quòd tunc per R.C. ſteriſſet, quando alij noui, & idonei, atq; ſufficientes fideiuſsores fuiſſent effectiuè oblati, & per eã recepti non fuiſſent, immò recipere denegaſſet, & expreſsè recuſaſſet; facit pro hoc deciſio Paul. de Caſtr. in l. iure ciuili, nu. 3. ff. de cond. & demonſtr.

Tertiò, eſtò, citrà veri præiudicium, quòd per R.C. ſtetiſſet, ego quæro, quia ad creditores Banci, in quibus ius erat per prius efficaciter quæſitum per prædictam fideiuſſionem calore iudicij, ac vigore iuramenti; porrò ius alicui principaliter quæſitum ex alterius contractu non poteſt poſteà ab eo auferri, ſine eius conſenſu, ad tex. in l. ſi reus, vbi Bal. & reliqui, ff. de pact. l. ſi poſt mortem, §. fi. ff. de bon. poſſ. contr. tab. quapropter ſi R.C. ſubrogationem impediſſet, vtiq; Reg. Curiæ præiudicium attuliſſet, non autem creditoribus abſentibus, & hæc omnia ignorantibus; abſentium enim, & neſcientium conditio melior, & non deterior fieri poteſt, l. ſoluere, ff. de ſolut. cum concord. ideòq; firmant DD. quòd quando ſtat per vnum ex contrahentibus, quominùs conditio adimpleatur, tunc habetur pro impleta ad incómodum illius, per quem ſtat, l. in executione, §. fin. ff. de verb. oblig. & d. l. iure ciuili, ff. de cond. & demonſtr. & de reg. iur. Donat. à Fin. inter commun. opin. lib. 6. vol. 2. tit. de condit. inſert. num. 33. fol. mihi 180. Vltimò confugiunt ad decretum R.C. per quod fuit prouiſum, vt finito quinquennio ſint liberati, iuxta formam fideiuſſionis, ſed profectò tale decretum ipſis ex multis non opitulatur, tùm quia non afficit creditores Banci, non auditos, nec citatos in ipſius prolatione, prout citari debebant, iuxtà not. in l. de vnoquoquè, ff. de re iud. cap. quod omnes tāgit, de reg. iur. in ſexto, & ſi citati fuiſſent, prædicta omnia in iure, & in facto allegaſſent, vndè cùm ſit res inter alios acta, tot. tit. C. eod. & ibi Tiraq. creditoribus ex tenore fideiuſſionum ius principalitèr quæſitum ſine ipſorum facto, & ſcientia auferri non poterat, iuxtà vulg. iuris regulas; tùm etiam, quia decretum loquitur, vt finito tempore ſint liberati, iuxtà formam fideiuſſionis: Vndè decretum ſe refert ad fideiuſſionem, ergo eatènus decretum liberat, quatènus fideiuſſio id permittat, & dùm decretum loquitur iuxtà formam fideiuſſionis, & forma ipſius eſt, vt datis nouis antiqui liberentur, ergo erit ſenſus, vt finito quinquennio, & præſtita noua fideiuſſione ſint liberati; & propterea decretum nil in eorum beneficium operatur: enimuerò quando ſententia, vel aliqua diſpoſitio eſt relatiua ad aliud, & de eo conſtat, tunc iſtæ dictiones, ſicut, iuxtà, prout, & ſimiles ſtant conditionalitèr, & limitatiuè, non autem caſualitèr, & tunc ſententia, & quælibet alia diſpoſitio limitabitur ſecundùm illud, ad quod refertur, Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verſ. prout, per tex. in l. edita, C. de edend. Felin. in cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. latè Grammat. dec. 59. num. 7. & 24. Carau. in rit. 9. num. 7. & ritu 25. num. 5. quinimmò fas eſt, tale decretum ità interpretari, alioquin ex præallegatis iniquum contineret, & Iudex iudicaſſe cenſetur, ſecundùm quod ius diſponit, l. miles, §. decem, ff. de rei uēd. & vt minus lędat ius partium, Abb. in conſ. 7. in fi. lib. 1. latè Aymo, conſ. 188. num. 8. remanent igitur citrà ambiguitaté fideiuſſores obligati pro debitis intrà quinquennium; hæc pro nunc mihi occurrunt, cætera verò ſuppleant Illuſt. admodùm Domini pro tot creditorum numero copioſo, in quo & viduæ, & pupilli clamantes non deſiunt: ſicquè (non alitèr deciſo puncto, ſi in futurum elapſo tempore teneterentur) demùm per Sacrum Regium Conſiliū fuit deciſum, vt pro præterito tenerentur, indè fuit commiſſus calculus ad relationem Reg. Conſiliar. D. Io. Sanchez de Luna cauſæ Commiſſarij penes Galterium Act. Magiſtr. quamuis reclamatum per Illuſtr. Ducem Veteris cõfideiuſſorem, & obtentum reſcriptum Proregis, vt S. R. C. inſimul cum R.C.S. cauſam ipſam decideret, & adhùc pendet reclamatio, & deciſio, quamuis ad certam concordiam, & trāſactionem deuentum ſit, vt audiui (Additio) quòd fideiubens ad certum tempus nullo modo teneatur ipſo tempore elapſo, tenet Anchar. in q. 67. num. 1. par. 1. Vez in. inter commun. opin. tit. de fideiuſſ. num. 188. Gayl. lib. 2. obſeruat. 30. num. 12. & meliùs Theſaur. deciſ. Pedemont. 125. nu. 14. vbi ſubnectit ad noſtrum propoſitum, non tamen liberari à prioris temporis obligatione, an autem tranſacto tempore requirendi ſint, vel citandi fideiuſſores iſti ad certum tempus aliquid faciendum, vide Muſcatell. in praxi fideiuſſor. par. 1. mod. 5. per tot. Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Fideiuſſores de ſtando iuri, & præſentando principalem totiès, quotiès fuerint requiſiti, an liberati ſint per carcerationem principalis factam à Curia, ſi à carceribus principalis aufugerit, fuit deciſum, quòd ſic, Afflict. deciſ. 130. Foller. in fragm. num. 253. Muſcatell. in pract. fideiuſſ. par. 1. num. 21. & modo 13. num. 15. latiùs Proſper Farinac. in titul. de carcerib. & carcerat. quæſt. 34. nu. 94. & ſeq. Tapia in Ritu 159. In primis, quòd fideiuſſores iurent, num. 3. Cæſ. Barz. deciſ. Bononienſ. 16. num. 5. Peguer. deciſ. Cathal. 47. in fin. & ità pluriès in dicto Conſ. refert fuiſſe iudicatum, & nouiſsimè Petr. Caball. reſolut. crimin. cent. 1. caſu 47. Ricc. collect. deciſ. collect. 486. Ferret. in tract. de publ. & gabell. nu. 201.

Fideicommiſſarius an ſoluere teneatur meliorationes factas ad perpetuam vtilitatem in re reſtitutioni ſubiecta hæredi tempore, quo valebūt tempore reſtitutionis, fuit deciſum, quòd ſic in S.C. Franch. deciſ. 109. meminit Marc. Ant. Peregr. in tract. de fideicomm. ar. 50. in cap. incip. circa quartum principalem articulum, nu. 72. ad hoc multos DD. hic Viſcont. allegat.

Fideicommiſſarius, ad quem ſpectat res fideicommiſſo relicta, ſi ob delictum rebellionis reddatur inhabilis, an alter fideicommiſſarius, ad quem ob deficiētiam primi eandem rem vendicare poſsit, petendo ad ipſum ſpectare, licèt fuiſſet ſententia lata in fauorem ſecundi fideicommiſſarij, dùm iterùm eſſet tàm de re prædicta ſecundus fideicommiſſarius à primo moleſtatus ſuper relaxatione rei, ac alterius rei dependentis ab illa, licèt nondū in iudicio deducta, & allegatum pro parte ipſius rebellis, fuiſſe ei pęnam commutatam in relegationem, ad quod replicatum fuerat, non obſtare, poſtquàm non ex ſententia oritur incapacitas, ſed ex crimine, quinimmò nec abſolutio iuuaret, & proindè obſtante exceptione rei iudicatæ continēte idem ius deciſum, licèt de diuerſa re dependenti ex prima re minimè moleſtari debet; quarè fuit iterùm iudicatum in eius fauorem in cauſa reclamationis, & impoſitum perpetuum ſilētium, Reg. de Ponte conſ. 90. tria arbitror, vol. 1. vbi in fine ponit deciſiones. *Ad hoc vide D. Conſil. Marcian.*

cian.conſ.3.ſub n.36. referentem,contrarium poſtea fuiſſe deciſum.

Fideicommiſſarius an teneatur cauere de reſtituendo hæreditatem poſt eius mortem;fuit decretum per S.C. cautionem eſſe præſtãdam cum clauſula, quatènus tamen inſtituta,& grauata teneretur,& tenebitur,vel inſtitutus,&c. Capyc.deciſ.210. in princ.

Fideicommiſſum, vt bona conſeruentur in familia non trahitur ad fęminas, in quibus familia extinguitur,cùm fęmina tranſeat in alienam familiam, & ità in cauſa Graffiæ de Caſolla iudicauit S.C. vt refert Marcell. de Maut. in alleg.30. in cauſa Mag.n.17.

Fideicommiſſum non agnitum, ſeù bona hæreditaria an tranſmittantur ad filios, & ſi clauſula codicillaris ſit in inſtrumento; fuit deciſum, quòd ſic, Capyc.dec.89.n.5.

Fideicommiſſum an fieri poſſit per fratrem in beneficium alterius fratris in præiudicium Conſuetu. Neapol.quòad medietatem debitam agnatis;fuit deciſum in S.C. quòd potuit fideicommittere in præiudicium Conſuetud. ſi potuit tantùm frater viuere,quòd de fructibus percepiſſet quãtitatem correſpondentem valori huius medietatis,Ioann. Ang.Piſanell. in addit.ad Conſuet. Si aliquis moriens, incip.ex prædictis circa diſpoſitionem, fol. 168.quem citat Franch.dec.293.num.9.Molfeſ.in Comment.ad Conſuet.Neap.p.3.q.6.n.16.

Fideicommiſſum factum per teſtatorem,ne bona ipſius alienentur,ſed ſemper vocando maſculos,excludendo fęminas vſq; in infinitum maſculis exiſtentibus, an locum vendicet defunctis maſculis coniunctis fęminis exiſtentibus proximis, decedentibus, ac vno de familia longè remotiori, fuit deciſum, quòd ſic in S.C. admittendo ipſum maſculum, quamuis remotiorem, hoc eſt in burgenſaticis, Reg.de Pont.conſ.45.Franciſcus,in princ. vol.1.

Fideicommiſſum an cenſeatur inductum in perpetuum, excludendo fęminas exiſtentibus maſculis de familia, & Primò per verba denotantia fideicommiſſum per verbum,volo. Secundò,per grauamen impoſitum de reſtituendo. Tertiò,ex coniecturata mente,& ex verbis non importantibus neceſſitatem,etiam ſi talia verba eſſent defectiua, dummodò de mente conſtet, & demùm intendẽs bona conſeruari in familia, ſecundò principalitèr ex teſtamento condito per alium ex inſtitutis paritèr fideicommiſſum patris homologando, licèt teſtamentum non eſſet ſtipulatum,cùm autem eſſet inter liberos, benè procederet, deniq; ſtante morte maſculorum deſcendentium ex inſtitutis dicatur defectus lineæ maſculinæ,vt ſic filiæ fęminæ proximiores admittantur, quarè concluditur, fęminas eſſe excludendas à bonis prædictis, & vigore fideicommiſſi illa ſpectare ad vltimum deſcendentem,& nominatum à filiis inſtitutis,vt per Reg.de Ponte conſ.46. ex moleſtia, vol.1. qui in ſequenti conſ.47. audiui partem, &c. melius iuris rationibus concluſionem firmando cõcludit, fuiſſe deciſum in S.C. iunctis Aulis ſecundùm prædicta,excludendo fœminas,& admittendo ſubſtitutum maſculum deſcendentem à teſtatore de eius familia.

Fideicommiſſum conditionale ex tacita voluntate teſtantis coniecturis elijcita fieri omnes Doctores fatentur, & tranſmitti ad ſubſtitutos, cum talis tranſmiſſio conditionalis ſit fauorabilis, & tanquàm fauorabilis adiuuanda, maximè ſi teſtator dixerit,ſuperſtites, vel ſuperuenientes ſubſtituo, prout latius cumulat Viuius in eius ſylua cõmun. opin.in opin,844. congruit, in princ.in facto enim relato ab eodem Viuio cum iuris allegationibus in loco citato ſub nu.17. demonſtratur,auum ſuos filios hæredes inſtituiſſe, & poſt inſtitutionẽ peractam fideicommiſſum huiuſmodi in eius teſtamento condidiſſe; Iubeo,eſſe vſufructuarios tertiæ partis Vallis,omnium vinearum, horti,& domorum filios Martini,& pro tertia parte filios Petri,& pro alia tertia parte filios maſculos Mutij, & ſi cõtigerit mori aliquem ex filijs Martini ſine filijs legitimis,& naturalibus ex ſuo corpore,alteri filio eiuſdem eadem tertia pars deuoluatur, & ſic in alijs filijs Petri, & Mutij ſubſtituit, & fideicommiſit, omnibus demùm maſculis deficiẽtibus viui ſuccedant, accidit poſt obitum teſtatoris, obijſſe Petrum relictis filiabus, & vno maſculo legitimo, & naturali ex eius corpore, nomine Ioannes, & demùm Hieronymum filium vnum ex filijs Martini, cui ꝓ dicta parte Vallis relicta fuit, relictis tribus eius filijs legitimis, & naturalibus ex eius corpore deſcendentibus, & ſuis ex teſtamento hæredibus, poſt cuius mortem Ioãnes vnicus filius Petri deceſſit ſine filijs, ob cuius obitũ effectus caſus eſt fideicommiſsi particularis, videlicèt ſorores dicti Ioannis partem, quam earum frater in Valle,& alijs habebat,reſtituerũt eiſdem filijs Hieronymi vnici filij Martini, & pro dicta parte ſine contradictione poſſeſſionem ceperunt, & poſſiderunt,ijs ſic peractis inſurrexit Io.Aloyſius contra prædictos filios Hieronymi prætendens, in dictis bonis non debere ipſos conſequi partem vigore teſtamenti, aſſerendo, ob mortem eorum patris, antequàm caſus fideicommiſſi aduenisſet fuiſſe effectũ caducum, & quòd ius prædicti fideicommiſſi conditionalis non fuit ad ipſos per eorum patrem tranſmiſſum, pro parte verò dictorum filiorum replicabatur, quòd cũ agatur de ſucceſſione in iſto fideicommiſſo aui, ipſi ſuccedunt in locum patris, & vnà cum eorum patruo Io.Aloyſio in dicto fideicommiſſo ſuccedere debent, & quòd eorum pater ad ipſos ius dicti fideicommiſſi particularis trãſmiſit, tùm quia vnitum fuit cum iure accreſcendi, tùm quoq; quia factum fuit ratione agnationis conſeruandæ, & ipſi poſiti fuerunt in conditione; & propterea in caſu iſto vocati, & demùm per acquiſitionẽ poſſeſſionis bonorum prædictorum,ac reſtitutionem eis factam, cum conſenſu, & voluntate dicti Io. Aloyſij ius acquiſierunt; indè prædictus actor iuri dicti fideicommiſsi renunciaſſe cenſetur, dubium fuit, quid iuris pro filijs prædictis reis conuentis, in iure ſingularitèr ſcripſit Alex. Trentacinq. V.I.D. Aquilanus,ſicut patet in eius allegationibus relatis per Viui.loc.cit.ſub nu.18.&ſeq. & relata cauſa in S.R.C. referente olim Reg.Cõſil. Vincentio de Franchis fuerunt per idem S.C. rei conuenti abſoluti; nam pro eis vehementiſsimæ coniecturæ afferebantur circa trãſmiſsionem dicti fideicommiſsi particularis, vt tradit Viuius loc.cit.ſub n.4.verſ.nihilominùs tamen,& ſub nu.

17. verſ. & quoniam ſine maximo, extat paritèr de hac cauſa notabile conſil. Ioſeph. de Ruſticis impreſſum poſt eius tract. an, & quando lib. in cond.poſ.voc.incip.Dubia ſuper teſtamento, de hac deciſione citando Viu.loc.cit. meminit Alex. Trentacinq.in tract.de ſubſtit.p.4.c.14.n.12.

Fideicommiſſum quãdo cenſeri debeat perpetuum, vel extingui per mortem fideicommiſſarij, cõcluditur, quòd quãdo fideicommiſſum eſſet relictum maſculis ex familia teſtantis procedentibus indefinitè; ita quòd conſiderata eſt agnatio, & familia in perpetuum, ac defectus illius, & tunc benè inductum eſt fideicommiſſum perpetuum, ſecùs verò quando certis perſonis ſpecificatis, vt filio primogenito, vel alij agnato, vel cognato, ſuiſq; filijs, & deſcendentibus, tunc licèt inter eos ſit habita ratio agnationis; hæc tamen ratio agnationis, & fideicommiſsi effectus non progreditur perſonas nominatas, quibus deficiẽtibus fideicommiſſum expirat, vt optimè, & nouiſsimè tradit Reg. de Ponte dec.39. in princ. & hinc eſt, quòd ſi dictum fuerit, ſi quis meorum hæredum ſine filijs, vel nepotibus, vel vlterioribus maſculis, & ex maſculis deſcendentibus mori contigerit, vt tunc ſufficiat, quem mori cum filijs ad extinctionem fideicommiſsi, ſecundum quod fuit iudicatũ, & deciſiones cumulat Reg. de Ponte conſ.61. vol.1. & de hoc meminit in dicta dec.39.n.4.vbi n.5. ſubſequitur, quòd communis diſtinctio eſt, ſi teſtator loquutus fuerit per verbum, deceſſerit, vel defecerit, nam quando conſideratus eſt defectus liberorum, & deſcendentium, eſt perpetuum fideicommiſſum, & ſic etiam in majoratibus procedit, quando verò eſt conſideratum tempus mortis, quod eſt per verbum, deceſſerit, tunc expirat fideicommiſſum per mortem cum ſuperexiſtentia filiorum, & ità iudicatum. *D.Reg.Fabius Capycius Galeota tom.2. controuerſ.25.num.40.*

Fideicommiſſum factum per teſtatorem eius filios inſtituentem hæredes vniuerſales, eoſq; viciſsim ſubſtituendo, ſi ſine liberis maſculis deceſsiſſent, & ſi omnes decederent abſq; filijs, ſuccedere debeat proximior maſculus ex linea maſculina familiæ teſtatoris exiſtentis in certo loco, & ſi in loco vllus exiſteret, eo caſu alius eiuſdem lineæ maſculinæ proximior exiſtens in alio loco ſuccederet, an expiret decedentibus omnibus filijs inſtitutis, vno tamen ipſorum filio relicto, poſtmodùm mortuo, ità vt proximiores ipſi de familia vocati excludantur pro fideicommiſſo, vt non cenſeatur extinctum, conſuluit Peregr. vt patet in conſ.83. inter conſ. Apell. Amati, qui eandem opinionem inſequendo plurimis rationibus roborando in ſeq.conſ.84. ex geminatis refert, contra fideicommiſſum fuiſſe pronunciatum per S.C. iunctis Aulis, in cauſa illorum de Priolis, penès Scacciauent. Act.Mag.

Fideicommiſſum ſimplicitèr an inductum eſſe videatur in cauſa alienationis, ſeù contrauentionis tantùm, tàm in caſu alienationis, quàm mortis Titij abſq; filijs ex verbis adiectis in teſtamento, quòd non poſsit domus alienari, & quòd de vno tranſeat in alium, ità vt non exeat de domo, & licèt, quòd inſtitutum fuiſſet intellectum fideicommiſſum eſſe inductum in caſu alienationis tãtùm, ſeù contrauentionis, adhùc tamen tacitè ſubintellectum fuit porrigi ad caſum mortis inſtituti, & ſic per S.C. referente tunc quondam Reg.Conſil. Pompeo Salernitano deciſum fuit, eſſe condemnandos poſſeſſores domus ad eam relaxandam, ſalua prouiſione facienda quòad fructus die 22. Maij 1589. penes Figliolam Act.Mag. in cauſa Alphonſi de Auria fideicommiſſarij, D.Camill.de Laratha in conſ.50. difficultas.

Fideicommiſſum an iudicatur, ità vt proximiores tantum admittantur, excluſo inſtituto ab vltimo decedẽte de familia, ſi teſtator inſtitutis filijs ſuis fideicommiſerit, ſi deceſſerint in pupillari ætate, vel quandocunq; ab inteſtato, vel ſine filijs, vnus ſuccederet alteri, & quando decederent omnes, vt ſuprà, ſuccederent proximiores, an facto caſu decedentiæ omnium ipſorum, & vltimo decedente inſtituente hæredem excludantur ex ijs proximiores, referente Reg.Conſil.Marco Antonio de Ponte cauſæ Commiſſario die 7.Martij 1595. fuit per S.C. deciſum, vt conuenti condemnarentur iuxta petita, penès Amatiud. Act.Mag. & ſic excluſi proximiores, & admiſſi hæredes inſtituti, in cauſa Caſſandræ, & Boetij de Amico cum Fabio de Paulo, D.Camill. de Laratha in conſ.53. Magnif.Caſſandra.

Fideicommiſſum ſi ſit inductum à teſtatore inſtituẽte eius filios hæredes, quòd vnus alteri ſuccederet, ſi contingerit, ſine liberis aliquem eorum decedere, expreſsè prohibendo alienationem bonorum ipſorum, ad hoc vt in perpetuum ſui deſcendentes de familia ſuccederent, penitùs excluſis fęminis, an concurrẽte fęmina proximiore vltimo decedẽti cum maſculo de familia admitti debeat ad bonorum fideicommiſſo ſubiectorum conſequutionẽ; fuit per S.C. referente peritiſſimo Reg. Conſil. Io.Andr. de Georgio in cauſa Catharinæ de Palma cum Marco Antonio de Palma in anno 1614. declarata dicta Catharina hæres quondam Antonij de Palma, deductis bonis fideicommiſſo quondam Iacobi Antonij de Palma ſubiectis, in beneficium cuius per S.C. declarabitur, penès Secretarium in Banca de Mondell. Act.Mag. D.Camil.de Laratha in conſ.74. Iacobo Antonio.

Fides depoſiti Banci, & literæ cambij ſi deperditæ eſſent, & Bancherij, vel debitores renuerint ſoluere non habentes literas prędictas, quo nam remedio in his verſari debeat, traditur cautela, vt præuia cautione in fauorem debitoris ſoluatur pecunia, vel factis cautelis de recepto, Franch.dec.498. Tapia in pragm.1.de camb.in 4.p. iur.Regn. nouiſſimè autem practicatur in M. C. vt præuia informatione amiſſionis dictarum literarum præſtetur cautio, vt ſuprà. *Anton.de Amat.var.reſol. tom.1.reſol.47.* Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Filiafamilias extera nupta Ciui Neapolitano an efficiatur ſui iuris ſecundùm Conſuetud. Neap. ità vt liberè poſſit teſtari etiam de bonis extrà territoriũ ſitis in præiudiciũ patris, fuit deciſum, Conſuetudinem prædictam non operari in præiudiciũ patris forenſis, Franch.in dec.546. Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg. tit.9. in princ.n.8. Molfeſ.in Commẽt.ad Conſuet.Neap.q.2.n.28. Theſ. lib.2.quæſt.forenſ.q.4.n.23.& q.5.n.9. Gratian.diſcept.forenſ.q.382.n.13.& ſeq.tom.1. *D.Reg.Fab. Capyc.Galeot.tom.2.controu.30.nu.44. & controu. 48.n.1.*

Filia

Filia fœmina à ſtatuto excluſa quamuis nõ admittatur ad partem, an faciat partem; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.dec.549.Molfeſ.in Commen. ad Conſuet.Neap.p.4.q.17.n.2.28. & 29. Mormil.in Conſt.In aliquibus,n.13. Paſchal.de vir.patr.pot. par.2.c.3.n.28.Gratia.diſcep.for.q 594.n.23.10.3. *Borrell.in ſumma dec.tom.3.tit.4.n.536. Fontan.de pact.nupt.clauſ.10.gl.1.par.2.n.36.Reg.Capyc.Galeot.controu.15.n.60.tom.2 Capyc dec.158.Taſſon. de anteph.verſ.3.obſeru.1.n.28.*

Filia fœmina donec nubat occaſione paragij ei debiti an interim debeat à fratre ali,etiam quod aliundè habeat alimenta; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.dec.559.Molfeſ.in Commen.ad Conſuet. Neap.p.1.c.1.nu.4.& p.3.q.8.nu.36.& in addit.ad p.5.q.5.& 6.n.10.*D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.tom.2. controuer.15.n.82.*

Filia heres inſtituta à patre in codicillis in certa parte hæreditatis,cuius vigore fuit per decretum declarata,an poſsit contradicentibus fratribus in legitima tantum inſtitutis, ac oppugnantibus inſtitutionem in codicillis factam, non fuiſſe ex iuris diſpoſitione proceſſam; exactiones hæreditatis colligere,ac alia ad hæredem ſpectantia agere,nõ fuit aliter deciſum, quàmuis datus terminus fratribus ſuper petitorio,& rẽdentes facerent depoſitum, Franch.dec.204.quem refert Mar. Ant.Peregr. in tract.de fideicom. art.47.nu.35.46.& 66. Mareſcot.var.reſol.p.1.c.1.n.25.

Filia fœmina ex filio nata,ſi mortuo patre non adiuerit hæreditatẽ,an ſuccedat auiæ in totum,vel inſimul cum amitis concurrat æquis portionibus;fuit deciſum, filiam ipſam ſuccedere in totum per intermediam perſonam patris,Franch.dec.32.Molfeſ.in Commen.ad Conſuet.Neap.par.4.q.32.n.6. & ſeq.& Viſcon.hic in add. Paſch. in tract.de vir. patr.pot.p.4 c.9.n.20.

Filia maritata ſi mortuo marito efficeretur ſui iuris, an redire debeat ad domum patris; fuit deciſum, quòd ſic,concurrentibus alijs adductis per Grammat.dec.54.meminit de ea Franc.Tuntolus in iudic.7.nu.2.& Vrſil.dec.172.Scipio Buccin.in add. ad Conſuet. Sed ſi mulier, incip. is caſus fuit facto,f.191.& infra in verb.vidua,Viu.in Sylu.commun. opin.in 302. opin. filiusfamilias,nu.9. & 13. Molf.in Commen.ad Conſuet.Neap.par.1.c.3.n. 8.Fuſc.ſing.81.lit.F.Phil.Paſc.in tract.de vir.patr. pot.par.1.c.3.n.44.*Borrell.in ſumm.deciſ.tom.3.tit. 5.n.399.Iallon.racem.24.n.5.Ric.collect.2295.par. 6.Blaſc.in memor.36.*

Filia congruètèr dotata à patre,ſi eius facultates reperirentur auctæ tempore mortis, an poterit ſupplementum petere;fuit deciſum, quòd ſic, Affl.in Conſt.Fratribus,n.12.& dec.160. & de ea meminit Gramm.in dec.101.n.27.& in Conſt.Regni In aliquibus,nu.10.eum citat Viu.in Sylu.commun. opin.in opin.457.legitima,in fin.Peregr.dec.Patauiæ 3.n.5.& 9.Marcel.Calà in tract.de mod.artic. & prob.gl.vnic.§.2.n.823.

Filia dotata à patre inæqualitèr ab alijs ſororibus, hoc eſt minus, an poterit petere paragium iuxtà dotes aliarum mortuo patre; fuit deciſum, quòd ſic, Affl.in Conſt.Fratribus,n.11.& ſeq. & nu.14. ponit deciſionem,Gramm.dec.101.nu.27.contrarium indè deciſum fuit inf.eo.verb.filia.

Filia fœmina maritata à patre, ſi in paterno teſtamento fuerit præterita, inſtitutis filijs, & ipſis decedentibus ſubſtitutionem fecerit, an poterit dicere teſtamentum paternum nullum ex præteritione ad excluſionem ſubſtitutorum;fuit deciſum, quòd nõ, Affl.dec.158.quem citat Michael Craſſ. in tract.de ſucceſſ.ab inteſt. §.teſtamentum, q.36. n.7.Minad.in Conſt.In aliquibus, in not.2.nu.63. & 64.Peregr.dec.Paduæ 110.n.3.Franc. Monald. conſ.13.n.15.p.1.

Filia fœmina dotata à patre de paragio poſt mortem matris,cui renunciauit tàm bonis paternis, quàm maternis, eiuſq; hæredibus, an cenſeatur renunciaſſe legitimæ ſpectanti in bonis maternis, quibus non potuit ſuccedere ob exiſtentiam maſculorum;fuit deciſum, non eſſe renunciatum legitimæ ob generalem renunciationem, Affl.dec.178. nu.3.quem allegat Michael Craſſ.in tract. de ſucceſſ.ab inteſt.in §.legitima,q.3. nu.13. Marc.Ant. Peregr.in tract.de fideicom.art.36.n.98. Maxil.in Conſuet.Bari,rubr.de iur.dot.§. dos à patre,n.30. Gramm.dec.57.Molf.in Commen.ad Conſuetud. Neap.par.4.q.29.in princ.Franch.dec.171.*Epiſc. Campanil.in diuerſ.iuris Canonici,c.5.n.11.*

Filia fœmina admiſſa ad ſucceſsionem feudi paterni antiqui ex diſpoſitione capitulorum,ob quod cẽſetur habilitata ad ſeruiendum per ſubſtitutum, an admittatur ad ſucceſsionẽ feudi prædicti monialis effecta, vt indè per ſubſtitutum deſeruire poſsit;concluditur,quòd non, Affl.dec.320. n.11. & ſeq.Lanar.conſ.1.nu.44.Minad.in Conſt.In aliquibus,in prin.Conſt.n.32.

Filia a patre dotata an talis dicatur ſui,vel patris iuris,cùm ſit excluſa à poteſtate per Conſtit. Regni, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant; & ità per tale ſtatutum ipſa non ſuccedit ab inteſtato ipſis maſculis ſtantibus,filia non dicatur ſui; concluditur, filiam, quæ per ſtatutum dotari debeat,& ſic excludendam adhùc durare ſuam, Capyc.dec.176.n.2.ad 6.Reg.de Pon. conſ.41.n.10. vol.1.Minad.in Conſt In aliquibus,in 2.not.n.2.

Filia renuncians patri cum clauſulis oportunis, & maximè,quòd pater diſponere poſsit de bonis renunciatis ad ſui libitum voluntatis,an rumpi poſſit talis renunciatio, etiam ſi maſculorum cõtemplatione facta dicatur, ex quo iſta filia petebat medietatem bonorum antiquorũ eius fratris inſtituentis alium hæredem, non obſtante dicta renunciatione; fuit votatum,Procuratorem conuẽtum pro principali eſſe abſoluendum ab impetitione dictæ filiæ, Capyc.dec.190. & Franch.dec. 690.& in add.ad Conſuet.Si moriatur,incip.vide Dec.in l.pactum,f.90.Reg.de Pont. conſ.9.nu.31. vol.1.Piſanell.ad Affl.dec.161.Molf.in Commen. ad Conſuet.Neap.tit.de renunc.q.13. Ric.in collect.dec.30.& 126.& Amat. conſ.90.n.17. *D.Reg. Capyc.Latr.dec.3.n.27.*

Filia fratris an ſuccedat in feudis patrui; fuit per R.C.inueſtita,& ità deciſum in eius fauorem,Ann. in alleg.144.

Filia dotata an faciat partem; fuit deciſum pluriès, quòd ſic,Ann.in ſing.215.Maſull.ad Cap.dec.171. nu.3.Paſch.de vir.patr.pot.par.7.c.4.n.28.

Filia maritata à fratre abſq; dote, quæ renunciauit fratri omnia bona materna,& paterna,an præuia abſolutione poſsit petere portionem bonorum ad ſe ſpectantem,hoc eſt paragium, ſeu legitimam, con-

contrauenienđo renunciationi, vel etiam eius filij; fuit per S. C. deciſum, fratrem eſſe condemnandum ad ſoluendum petitum paragium, Camil. Salern. in add. ad Conſuet. Si moriatur, incip. & ſi in hac materia, col. 3. verſ. ſic alias, f. 86. & à 1. Paſch. in tract. de vir. pat. poteſt. par. 3. c. 7. num. 38. Anell. Amat. conſ. 54. n. 1.

Filia quamuis inſtitui non debeat in paragio inſtituto filio hærede, qui conſtituitur debitor ad dotandum, tamen ſi fuerit inſtituta, ipſum conſequeretur iuxta prouiſionem Conſuetudinis, ſecũdùm quam omnis diſpoſitio ſemper interpretatur, & ſic in effectu vult, quòd filia dicatur habere volũtatem patris, & nõ poteſt dici cum effectu præterita; & ſecundùm iſtam opinionem fuit iudicatũ in S. C. contra opinionem Bal. aſſerentis, filiam inſtitutam cenſeri in virili, quæ competebat de iure communi, quòd eſt dignius, Capyc. in addit. ad Conſuet. Si moriatur, §. eas autem, incip. dicit hic Nap. od. fol. 102. & à ter. Reg. de Pont. in tract. de pot. pror. tit. 9. in princ. n. 6. Molf. in Comment. ad Conſuet. Neap. par. 3. q. 10. n. 3.

Filia fœmina an ſuccedat inſimul cum fratre, ſi frater expreſsè recuſauerit ipſam maritare, & diceret, nolle ipſam maritare, & dare ſibi dotem, & ſoror declarauerit, ſe velle ſuccedere, quia tunc non potent ampliùs paragium offerre, ſed admitti ad ſucceſſionem patris; fuit iudicatum in fauorem mulieris, Camill. Salern. in addit. ad Conſuet. Si moriatur, §. idem iuris eſt, incip. quod hic dicitur, fol. 104.

Filia dotata à patre an petat ſupplementum, ſi plus alijs ſororibus dederit; fuit quatèr deciſum per S. C. quòd non debeat petere ſupplementum, Camill. Salern. in addit. ad Conſuet. Si moriatur, §. eas autem, incipi. paragium quid ſit, fol. 96. col. a, verſ. quando namq; pater, Molf. in Conſuet. Neapol. par. 3. c. 7. n. 3. & ſeq. Paſchal. in tract. de virib. pat. poteſt. par. 2. c. 4. nu. 184. *Hector Capyc. Latro dec. 99. n. 6.*

Filia an debeat conſequi fructus legitimæ, vel alimẽta; fuit deciſum in S. C. quòd alimenta ei tantũ debeantur, Iacob. Anell. de Bott. in add. ad Conſuet. Si moriatur, §. eas autem, incip. an filia debeat habere, f. 97. de qua meminit Fęlix de Rub. in ſuis add. poſt Conſuet. impreſſis ſuper dicta Conſuet. Si moriatur, §. eas, incip. ſi moriatur, & ſupra verb. fructus.

Filia fratris ſi concurrat cum patruo ad ſuccedendũ an excludat amitam; fuit deciſum, quòd ſic, tamen ſi cum amita concurreret ad ſucceſſionem patrui, tunc æqualitèr ad ſuccedendum admitteretur, & ità fuit ſententiatum in S. C. Colutius Copula in addit. ad Conſuet. Sed ſi morienti, incip. ſcias, quòd die 27. Octobris f. 153. Capyc. in dicta Conſuet. in addit. incip. nota, quòd dictio, autem, fol. 156. Frecc. ibi in addit. incip. iſtam Conſuet. eod. f. 156.

Filia dotata à patre, & deindè inſtituta an vti maſculiata ſuccedat fratri; concluditur, quòd non per Ant. de Alex. ad Conſuet. Sed ſi morienti, §. quod autem, incip. hic loquitur de ſorore, f. 150. vbi ſubdit, eſſe cogitãdum, dùm quæſtio ipſa de facto pẽderet, ſed demùm non tantùm in dicto caſu, ſed in alijs ſimilibus fuit iudicatum in S. C. vt refert Piſanell. in add. ad eandem Conſuet. incip. Tu aduerte, quia licèt d. Ant. fol. 158. & ibi commemorat Frecc. in addit. incip. nota ex iſta gloſ. fol. 159. quos refert Franch. dec. 157. n. 9. & dec. 413. Molf. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 9. n. 7.

Filia defuncti dotata à patre, & renuncians patri, eiuſq; hæredibus, & ſucceſſoribus in ampla forma an admittatur ad ſucceſſionem patris ab inteſtato decedentis inſimul cum Nepte teſtatoris, filia ex filio, & filiis ex filia fœmina collatis dotibus; fuit deciſum, quod non, nam talis renunciatio facta patri, & hæredibus prodeſt etiam Nepotibus, Camill. Salern. in Conſuet. Neap. Si qua moriens, incip. ad iſtud verbum ſubſidium, f. 204. tantò magis cum ipſa filia reperiebatur viua tempore mortis patris, Ricc. in prax. variar. reſolution. reſol. 163.

Filia, quæ renunciauit in ampla forma præmortuæ matri, & fratre, qui ſororem, ac matrem inſtituerat, an matre repudiante reſeruato antephato admittatur ad ſucceſſionem; fuit per S. C. iudicatum, quòd impediatur conſolidatio, Fęlix de Rubeis in addit. poſt Conſuet. impreſſ. in Conſuet. Quartam, incip. an comprehendatur. f. 5.

Filia maritata à patre, cui, & ſucceſſoribus renunciauit omnia bona paterna, materna, deuoluta, & deuoluenda, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſi eidem fuerit à matre facta donatio aliqua, & iuxtà deciſionem valida reputetur, cùm ſit facta inter viuos, an ſi fuerit inſtituta à matre hæres in teſtamento quòad dotes, & in omnibus ſuis bonis militet talis renunciatio; fuit deciſum, quòd non, quia dicta iura dotalia habuit ex contractu donationis inter viuos, & iàm ei ſunt quæſita, & quod ſuum ſemel fuit, amplius ſuum per reſtitutionem effici non potuit, Affl. dec. 350. n. 6. & ſeq. Ant. Gabr. lib. 3. de iur. dot. concl. 1. nu. 26. Lanar. conſ. 55. n. 8. Surd. dec. 14. nu. 8. Gamm. dec. Luſit. 355. Pariſ. conſ. 24. vol. 2. n. 90.

Filia an admittatur ad ſucceſſionem bonorum obuenterum ex linea paterna, & circa augmentum peruentum ex fructibus, cùm Conſuetudo ſcripta faciat diſtinctionem de bonis paternis, & obuentis ex illa linea, ſtante matris renunciatione, vt ſuppleat caſum omiſſum, ſit ſuppletio in caſu ſuo quòad bona paterna, & obuenta; fuit deciſum, quòd non, Io. Andr. de Georg. alleg. 23. ad demonſtrandũ, ſub n. 36. & in alleg. 24. in prioribus ſcriptis, ſub n. 15. verſ. 3. allegauit deciſionem contra Virginiam Gambacurtam, vbi ipſam declarat, dùm mater ex proprio facto, & pacto ſibi præiudicauerat, ſe de medio tollẽdo, & totalitèr, & generalitèr excludendo à ſucceſſione filiorum, & per propriam renunciationem, ac etiam à legitima, & trebellianica, & voluit quocunq; modo nõ ſuccedere, Reg. de Pont. in tract. de pot. pror. tit. 9. in princ. num. 8. Molf. in Commen. ad Conſuet. Neap. tit. de renunc. q. 15.

Filia ſi congruentèr à patre fuerit maritata, vel contẽta remanſerit dote à patre taxata, ac à fratre data, renunciauerit, an poſſit petere paragiũ, in contingenti caſu fuit deciſum, quòd non, vt per Reg. de Pont. conſ. 65. in terminis, n. 16. vol. 1.

Filia ſecundogenita an admittatur inſimul cum alia primogenita ad ſucceſſionem bonorum patris ab inteſtato æqualitèr in bonis burgenſaticis, & in feudalibus quòad paragium, dùm viuitur iure

Fran-

Francorum, non obſtante donatione facta in eius vita in beneficium vxoris, ſubſtituendo primam filiam, & poſt illius mortem ſecundam, attenta eius inualiditate, tàm ex defectu ſolemnitatis, dũ donataria non erat præſens, ac paritèr ob defectũ teſtium, ac ſi adeſſet clauſula, vt habeat vim donationis in cauſa mortis codicillorum, & item ex defectu poteſtatis ob crimen hæreſis donatarius eſſet ad perpetuos carceres condẽnatus, ob quod redderetur inteſtabilis; concluditur, non obſtante tali donatione ambas ſuccedere modo, quo ſupra, & ita fuiſſe deciſum tradit Reg. de Pont. conſ. 73. tota vis, vol. 1.

Filia defuncti excludit patruum, ſtante ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis, &c. quia talis excluſio cenſetur facta inter exiſtentes in pari gradu, & procedit etiam in fideicommiſſo facto in Regno, quòd Neptis illud faciat deficere, quãdo factum fuiſſet ſub cõditione à filio, ſi ſine filijs deceſſerit, & quòd excludat patruum, etiam ſi in alijs partibus teſtamẽti præpoſuiſſet, & vocaſſet maſculos; vt fuit iudicatum in R. C. facta relatione in Collat. Conſ. Minad. in Conſt. In aliquibus, in 3. not. n. 21.

Filia etiam nupta non eſt in poteſtate, præterquàm in Ciuitate Neap. per ſpecialem Conſuetudinem, cùm filia nubit, durante tamen matrimonio, prout eſt iudicatum in S.C. Minad. in Conſt. In aliquibus, in 2. not. n. 37.

Filia fœmina excluſa per ſtatutum, vt ſtantibus maſculis, &c. habeatur pro mortua, & non computabitur in numero, & ſic non minuit legitimam aliorum, nec auget, quid ſi facto ſuo excluderetur, hoc eſt per renunciationem, Paul. de Caſt. in l. planè, §. ſi duobus, nu. 9. ff. de leg. 1. diſtinguit, quòd ſi viuente patre cum iuramento repudiaret ſucceſſionem, & tūc nõ computabitur in numero, nec veniret ad partem cum maſculis, quia tempore mortis, quo incipiet debere ei legitimam, cùm viuente patre non debeatur cum effectu, & ſic non incepit ſibi deberi, ſicut ſi eſſet mortua, aut poſt mortem patris, &c. vt ibi per eum; fuit tamen pluries deciſum contra iſtam opinionem Pauli per S.C. & præſertim in cauſa Ducis Siciniani, vt tradit Fab. Ann. conſ. 45. nu. 6. & infrà verb. legitima, & paritèr tradit Affl. in Conſt. In aliquibus, n. 54. & ſeq. quem allegat Viu. in Sylu. comm. opin. in opin. 812. ſtatutum excludens, n. 48. fuiſſe deciſum in S.R.C. quòd filię excluſę per ſtatutum à ſucceſſione patris computentur in numero filiorum ad faciendum partem in legitima, quia non excluduntur in totum, ſed vocantur ad dotem ipſam, quæ ſuccedit loco legitimę, vt ſi extarent quatuor filiæ, & vnus maſculus, tunc legitima filij non eſſet triens, tanquàm fœminæ non haberentur pro non exiſtentibus, ſed ſi eſſet ſemis tanquàm filiæ excluſæ facerent partem cum maſculo, & computarentur in numero filiorum, Maſt. dec. Sicil. 1. n. 2. citat Affl. hic, & de Pont. conſ. 7. n. 8. vol. 1. Franch. dec. 87. n. 7. Molf. in Conſuet. Neap. p. 4. q. 17. n. 20.

Filia an cenſeatur præterita, ex quo titulus inſtitutionis nõ fuit probatus per ſeptem teſtes, concluditur, quòd ſic cenſeatur præterita ob tale defectum, Minad. dec. 41.

Filia an poſſit contra tertios poſſeſſores petere paragium ſuper bonis paternis alienatis per filium; fuit votatum, quòd ſtantibus oppoſitionibus factis per eos mulier malè egerat, petendo paragiũ, ſed debuit petere legitimam, vndè oſtenſo patris teſtamento, in quo reliquerat dotes filiæ de paragio, fuerunt condemnati tertij poſſeſſores ad conſignandum poſſeſſionem bonorum paternorum alienatorum per filium, tenendam per illam mulierẽ iure hypothecæ virtute legati, Affl. dec. 162. & ita alias fuiſſe iudicatum in S.C. refert Ant. de Alex. in l. 1. C. de inoff. dot. quem allegat Grãm. in add. ad allegatam deciſ. Affl. de quo recordatur Ant. Gabr. lib. 6. in tit. de legitima, concl. 5. & Michael Craſſ. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. §. legitima, q. 15. Marc. Ant. Pereg. in tract. de fideicomm. art. 36. n. 149. Minad. dec. 10. n. 2. & conſ. 2. n. 6. idẽ Gramm. dec. 90. n. 2. Put. dec. Rom. 37. par. 2. idem Affl. in Conſt. In aliquibus, poſt n. 35. tradit eandẽ deciſionem, Molf. in Comment. ad Conſuet. Neap. par. 4. q. 14. n. 4. Io. Franc. del Caſtillo dec. Sicil. 90. nu. 33. & ſeq. Ric. collect. dec. 13. 30. & 105. Marc. Ant. Peregr. dec. Paduæ 87. nu. 6. & 95. n. 6. Amat. conſ. 11. n. 13. & ſeq. Franc. Steph. dec. Aquenſ. 63. n. 5. *Borrell. in ſumm. dec. to. 3. tit. 4. n. 229. Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 3. q. 11. nu. 29. Barb. de aſſiſtent. gl. 12. n. 51. Cæſar Manent. dec. Mantuæ* 48. n. 12.

Filia dotata à patre ſuccedit poſteà fratri cum ęqualibus in gradu, & ſic iudicatum fuit per S. C. Fuſcus in ſing. 101. lit. F.

Filia dotata à patre ſi ſit inſtituta hæres inſimul cum fratribus an admittatur ad ſucceſſionem fratris, ità vt cenſeatur maſculiata per talem inſtitutionẽ, concluditur, quòd tàm ſi fuiſſet admiſſa, quia frater eam non maritauerit, quàm ſi fuiſſet inſtituta à patre non debet admitti, quia cenſetur extranea, & ſicut extraneus nõ admittitur, ità nec ipſa, & ità fuit iudicatum in cauſa D. Franciſcæ Denticis cum D. Maria Brancatia in S.C. Andr. Molf. in addit. ad eius Commet. ad Conſuet. Neap. 4. part. q. 2. n. 4.

Filia præterita a patre ſtãtibus maſculis non rumpit teſtamentum, ſecus ſi extarent fęminæ, & ipſa fuerit præterita, & ſic deciſum in S.C. in cauſa filiarũ Io. Iacobi Capycij Latri, Andr. Molf. in addit. ad eius Comment. ſuper Conſuet. Neap. p. 4. q. 18. in princ.

Filia fœmina excluſa per ſtatutum debet dotari de bonis illius, de cuius ſucceſſione agitur; & ità fuit deciſum in S.C. in anno 1550. in cauſa Comitatus Migniani pro D. Portia Ferramoſca, vt teſtificatur Nard. Lipar. in add. ad Andr. in c. 1. n. 3. circa fi. lit. F. in verb. prædicta, verſ. & hic nota, de nat. ſucceſſ. feud. quem citat Molfeſ. in add. ad Conſuet. Neap. in eius Comment. p. 4. q. 28. & 29. n. 2.

Filia à patre dotata, non tamen congruenter, & ſubſtituta à matre in eius bonis decedente filio inſtituto in pupillari ætate, an facto caſu ſubſtitutionis admittatur ad medietatem bonorum maternorum, non obſtante renunciatione per eam facta in beneficium patris, &c. etiam quòad bona materna, item ſupplementum paragij, attenta læſione intermedia, quòad primam prætenſionem medietatis bonorum maternorum pro parte hæredum Io. Mariæ Palmerij prædefuncti in pupillari ætate decedentis dicebatur, omninò eſſe excludẽdam actricem prætendentem bona ipſa ex teſtamento matris, quæ deuenerunt ad ipſum pupillũ iam mortuum in tali ætate, & iã non eſſe amplius bo-

bona materna, ſed fraterna, mutatione enim perſonæ fit rerum mutatio, l. Paulus, cum ſimilibus, ff. de pet. hæred. ad quod replicabatur, cùm inſtitutio huiuſmodi pupillaris ſit collata à matre, quam licèt pupillariter directò ſubſtitueret actricem dicti Io. Mariæ, ex eo, quòd filium in poteſtate non habet, iuxtà tex. in l. 2. in princ. & l. cohæredi, §. cùm filiæ, ff. de vulg. & pupil. ſubſt. Inſt. eo. in prin. attamen ex cauſa dictæ ſubſtitutionis per fideicommiſſum ſuccedet, ſecundùm tradita per gloſ. in l. verbis ciuilibus, quam ibi Bart. nu. 6. ſectatur, communẽ referẽs eſſe opinionẽ, ff. de vulg. & pupil. cùm igitur ſuccedatur iure fideicõmiſſi per actricem, ergò ſucceditur matri teſtatrici, ex ſententia in d. §. filiæ, ibi bona patris reſtituas, ideò legitimè petitum eſt, ſibi deberi medietatẽ bonorũ, ex d. tex. §. filiæ. Secundò dicebatur, obſtare renũciationem iàm factã ab actrice iurium competentium ſuper dictis bonis maternis, quæ ex iuris diſpoſitione nullo iure nocet ei, quæ renunciauit exiſtẽte læſione, eo, quòd pater dotis nomine tantùm dedit duc. 300. pro quibus ipſa renunciauit iàm dictis bonis ad ipſam ſpectantibus pro ſũma duc. 575. vltrà paragium ſibi debitum ducatorum plus 1500. in bonis patris, qua quidèm læſione exiſtente nulla ratio de renunciatione haberi debet, tanquàm doloſa re ipſa, nec non ex propoſito, ſiquidèm induxerunt ad renunciandum iuribus prædictis ipſam actricem, aſſerentes, eam feciſſe certiorem, quæ certior facta dixerat, ſe benè dotatam de bonis paternis, maternis, &c. Ideò renunciauit, quæ ſanè aſſertio redditur falſa ex inſtrumento renunciationis, quibus aſſertis, vel non petita iuramenti abſolutione, ſicut iàm ex orata, ſuit actrix, obtinere debet, non obſtante renunciatione, Dec. teſtimonio in terminis copiosè conſ. 180. & in eiſdẽ terminis accedit Napod. in Cõſuet. Contra inſtrumentum, in fin. verſ. quid ſi filia dotata à patre, & ſatis egregiè Paul. Caſtr. Dec. meliùs diffusè in conſ. 174. & 185. vol. 1. ratio autem ſecundùm eos, quia tempore renunciationis permanente læſione enormiſsima, vt ſuprà, & ex quo nil habuit de bonis maternis à patre, in cuius poteſtate erat, præſumitur inducta dolis, perſuaſionibus, circumuentionibus ipſius ad renunciandum eidem, quę omnia cadunt in filiam ſexu fragilem, & pauidam, vt multum circumſpectè conſiderat; inſuper præſumitur metus reuerentialis, qui adiunctus cum læſione ità ſæuiſsima reſcindit, nullamq; reddit renunciationem, iuxt. Caſtr. ibi, quẽ ſequuti ſunt Soc. conſ. 163. Lancell. Claud. & Curt. iun. in l. interpoſitas, C. de tranſact. idem Dec. in cap. cauſam, lo primo, de offic. deleg. qui allegant, idẽ ſenſiſſe Franc. Aret. in conſ. 24. Corn. conſ. 124. & 180. Curt. conſ. 141. diffusè Alciat. in cap. cùm contingat, n. 209. de iur. iur. allegantes gloſ. in l. ſi, C. ſi aduerſ. vend. & illam ſententiam firmauit S.C. quod decidit, quòd ſi aſſeratur, filiam dotatam de bonis paternis, & maternis, nulla facta diſtinctione, quòd tantùm conſequatur de bonis paternis, & tantum de bonis maternis, etiam ſi filia renunciauerit bonis maternis, vt in præſenti themare, ex quo præſumitur, ſolũ dotatam fuiſſe de bonis paternis, iuxtà tradita in l. fin. C. de dot. promiſ. debet conſequi bona materna ad ſe ſpectantia, non obſtante dicta renunciatione, ità refert Affl. in dec. 178. verſ. nonum dubium, ex dictis Anchar. in cap. quamuis, de pact. in ſexto, & Moder. in l. ſtipulatio hoc modo, ff. de verb. oblig. Quò verò ad paragij ſupplementum dicebatur, exiſtente Regni Cõſt. In aliquibus, vt filia excludatur à ſucceſſione, ea dotanda erit à patre de paragio, & ſi minus acceperit dicto paragio, quod in nupta à patre non debet eſſe minus legitima, poteſt eius ſupplementum petere contra fratrem, ità dixit in terminis And. in d. Conſt. in 1. 7. & 10. col. Napod. in Conſuet. Si moriatur, verſ. paragium, Bald. Nouell. in tract. dotis, 6. pat. principali, in 15. priuil. 7. col. Luc. de Penn. in l. 2. C. de præd. & omn. reb. nauic. copiosè Dec. in d. conſ. 180. n. 2. vbi aſſerit, eſſe communem opinionem, à qua nullo pacto diſcedendum, & in conſ. 276. qui loquitur in terminis diſpoſitionis dictæ Conſtit. quos omnes, & alios congerit Gramm. dec. 57. n. 15. & à nu. 10. vſq; ad 21. & latiùs deciſ. 101. quod procederet, etiam ſi Conſt. ipſa non diceret, filiam à ſucceſſione excluſam eſſe de paragio; nam de iure non modò dotari debet, ſed competentèr, quod non poteſt eſſe minus legitima, vt refert Dec. d. conſ. 276. n. 1. verſ. & à fortiori, vbi dicit, eſſe communem, quam dicit tenuiſſe Bald. Salyc. Alex. Curt. Corn. & alios, & hancq; quæſtionem dico, clariſſimam eſſe, ex quo Affl. in dec. 160. teſtatur, fuiſſe deciſum, quòd paragium petitum à ſorore dotata, & maritata à patre contra fratres non poſſit eſſe minus legitima, iuxtà opinionem Andreæ, & aliorum, vt ſuprà, & hoc verificatur in caſu iſto: Nec obſtabit, actricẽ fuiſſe à patre dotatam, & cenſeri excluſam à dicta petitione ſupplementi paragij, teſte Caſtr. in conſ. 180. Dec. conſ. 26. vol. 1. & in d. conſ. 180. in princ. ex allegatis per eos, tùm ex ſuperioribus narratis, tùm etiam quia aſſertione panditur, quòd diſpoſitio prædicta locum non habet accedente grauiſſima læſione, veluti cernere licet in noſtro themate, idq; cùm palàm ſit patris dotantis iniquitas, ob cuius iniquitatis paternæ rationem nõ aliter præſumptam à lege, ex quo nullus amor vincit paternum, l. fin. ff. de cur. fur. & quia nemo ſcit melius conſilium capere pro filia, quàm pater, l. nec in ea, C. de adult. inſuper quod patri viſum fuit, non poteſt dici incompetens fuiſſe, l. ſi furioſo impuberi, in prin. ff. de cur. fur. prodita eſt ſupradictorũ Doctorum contraria opinio, vt idem Paul. & Dec. ẽt conſ. 26. & 180. n. 2. verſ. ſtante tali læſione, indubitantèr affirmant, præſumptio n. tollitur per veram facti probationem, l. ſi. cum ſimilibus, ff. quod met. cauſ. ceſſante igitur ratione ſcripta diſpoſitionis, ceſſare debet diſpoſitio ipſa, vt dixit Tiraq. in tract. cauſ. ceſſ. par. 1. nu. 148. ad 152. quam ſententiam vti veriſsimam proſequitur Gramm. dec. 101. ad cuius formam iudicatum teſtatur per S.C. in cauſa Franciſchæ Caſanouæ in dec. 102. & per talem læſionem iuramentum, atq; renunciatio irritum, irritaq; redditur, cuius læſionis cauſa limitatur in iſtis terminis tex. in cap. quamuis, de pact. in ſexto, iuxtà opinionem Dec. d. conſ. 180. Reſtat itaq; inſpiciendum tempus læſionis, quo tempore inſpicienda ſit, vel datæ dotis, vel mortis patris, & ſi vtroq; tempore læſio ipſa appareat, tempus tamen mortis patris inſpiciendum eſſe communitèr teſtantur, ſicq; iudicatum per S.C. dicit Grammat. dec. 57. à n. 6. ad 27. ex mente Affl. Andr. Napod.

pod. Luc. de Pen. Soc. & aliorum, quam quidèm opinionem tanquàm veram, & communem tuetur Dec. conſ. 276. & in proprijs terminis tradit Bald. Nouell. in tract. dotis, par. 6. in 15. priuil. n. 3. quæ opinio corroboratur cauſa paragij debiti actrici in bonis patris, eam matrimonio collocantis, quæ non poteſt eſſe minus legitima, ex Doctorum ſententia ſupra citatorum, & præter eos aliorum cumulatorum per Gramm. d. deciſ. 57. nu. 15. iunctis dictis per Dec. d. conſ. 180. n. 2. verſ. & quòd dos non poſſit, referentem de communi, ità quod iudicium taxatiuum ſuſcipitur à legitima, quæ villo tempore taxari poteſt, niſi habita ratione bonorum patris, quæ eo defuncto reperta ſunt, l. cùm quæritur, C. de inoffic. teſtam. vbi DD. inſupèr dolus paternus conſiderari debet, qui induxit filiam ad renunciandum bona materna ſibi debita ducat. 575. pro duc. 300. non ſine ſuſpitione inſidiarum, machinationum, doli, & aliorum, dùm aſſeritur, actricem certiorem factam eſſe de prædictis, & vocauit ſe benè contentam, cuius cõtrariũ apparet, conſideratio iſthæc deliberatur à dictis Paul. de Caſtr. conſ. 174. & 285. vol. 1. quo cognito renunciationis prædictæ probatio, ſeu ratio nulla habenda, ex ſupradictis, & etiam ex aſſertione Dec. conſ. 180. n. 20. verſ. renunciauit, vbi refert hanc conſiderationem, & etiam ſuprà in verb. & renunciauit, & ſi tempus dotationis inſpiciatur, idem iudicandum erit, cùm eadem bona tempore mortis patris in hæreditate reperta ſunt congeſta in inuentario, quæ cenſentur fuiſſe penès eundem tempore dotationis, l. 3. vbi gloſ. & Batt. cum Apoſtill. C. de probat. quocirca intereſſe petitum, tùm reſpectu ſupplementi paragij debiti à morte patris, vt ſentit Alex. conſ. 69. vol. 1. Corn. conſ. 265. vol. 3. DD. l. Papinianus, §. vndè ſi quis, ff. de inoffic. teſt. quos allegat Marant. in 10. diſp. n. 24. quàm etiam reſpectu intereſſe bonorũ maternorum medietatis, & in iſtis terminis in filia à patre dotata, quę renunciauit bonis maternis, & maternis doloſè, prout in noſtro themate, bonorũ maternorum intereſſe deberi à tempore prædicto, tradit Paul. de Caſt. in conſ. 24. iuxtà diſpoſitionem tex. in l. ſi me, & Titium, ff. ſi cer. pet. cùm ſint facti locupletiores conuenti ex fructibus prędictis, prout ſic iudicandum ſperatur. Facta relatione in S. R. C. in cauſa Corneliæ Palmeriæ cum Hæredibus quond. Io. Mariæ Palmerij ex Apoſtilla manus propriæ mei patrui Fabij de Falco in vol. allegat. habentur verba iſta, audiui à D. Paulo Staibano ſcriptore præſentium, contrarium fuiſſe deciſum per S. C. referente D. Scalaleone, & dictum, quòd filia à patre dotata pęnitùs non audiatur. Io. Bapt. de Thor. I. C. Neap.

Filiatio in iure multifariàm contingit probari, hoc eſt per tractatum, & nominationẽ, Dec. conſ. 320. n. 1. item & per famam, Alex. in conſ. 110. nu. 6. & ſeq. lib. 6. DD. in l. filium, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Canoniſt. in cap. per tuas, de prob. Bero. q. 90. Capr. conſ. 2. Cornaz. in deciſ. Lucenſ. 21. Triuiſ. dec. Venet. 60. & Farinac. in deciſ. Rom. crim. 37. mota quidèm lite in S. C. per quandam mulierem contra honorabilem virum, aſſerendo ſe naturalem filiam, & propterea ſibi dotem, & alimẽta deberi, & dum vti filia egiſſet, debebat ſe filiam probare, Dec. conſ. 343. ſed quia in poſſeſſione filiationis non exiſtebat, meritò per S. C. non fuit prouiſum de alimentis, vt notabilitèr voluit Bar. in l. ſi negei, nu. 2. ff. de libe. agnoſc. vbi firmat, non eſſe alendum, qui in quaſi poſſeſſione filiationis non exiſtit, quarè conceſſo termino in cauſa ad probandam filiationem nonnulla probare nixa fuit. Primò ſiquidèm per teſtes probauerat, eius matrem in domo conuenti extitiſſe in eius ſeruitijs, in qua ſiquidem domo peperiſſe ipſam actricem, & talis probatio melior eſt, vt ſit quis in domo natus, quam probatio teſtamenti, inquit Dec. in cap. per tuas, n. 4. de prob. ſimilitèr quòd nata ipſa actrice prædictus conuentus valdè gauiſus erat, ipſamq; amplexatus eſt, & ità in vicinio tunc communitèr fuit diuulgatum, & habitum. Secundò, adducebatur ſimilitudo filiæ, quæ ſatis patri comparabatur, quod adaptari videtur naturalitati; nam regularitèr filius patri aſſimilari cernitur, cùm filij imago patris eſſe dicitur, dum pater in generatione det formam, mulier autem materiã, latè Boer. dec 241. n. 7. ex quo reſultari poterat aſſimilatio, & maximè in naturalibus, in quibus cadit vulgarũ prouerbium: *Verace per natura, e baſtardo per figura.* Tertiò, adducitur fides baptiſmi, in qua apparet, ipſam filiam deſcriptam eſſe filiam conuenti, ex quibus omnibus putat actrix, ſuã eſſe fundatam intentionem, vt verè filia conuenti dicatur, & ſucceſſiuè ei dotem, & alimenta deberi; immò ipſa filia mortua alimenta per matrẽ pręſtita eidem deberi; attenta proteſtatione certo modo facta per matrem. Aduerſus oppoſita in iure ſe pater aſſertus tuebatur ſingulis iuridicã reſponſionem adnectendo, infraſcripta breuitèr in iure pro eius parte allegauit inſignis Doctor Fabius de Falco meus patruus, & Primò contra teſtes, eorumq; dicta multa conſiderando dixerat, nullam fidem teſtibus adhibendam, ſtante eorum vilitate notoria, & de iure pauper, & vilis conditionis non eſt idoneus teſtis ad probandum filiationem, Soc. iun. conſ. 86. n. 14. vol. 2. Maſcard. de prob. concl. 797. n. 12. tantò magis cùm fuerint repulſati ex eorũ malis moribus, & grauiſſimis cauſis, præſertim Obſtetrix, quæ deindè fuit laqueo ſuſpenſa ob ęnorme delictum commiſſum in partu certæ mulieris, quæ deindè perijt inſtante eius viro, & paritèr alij fuerunt ob peſſimam eorum vitam, & vilitatem rejecti, vndè concludit optimè Alex. conſ. 81. n. 21. lib. 7. quòd teſtis, qui eſt improbę, & inhoneſtę vitę, non probat, immò vltrà ipſorum ſingularitatem cernitur, circa atteſtationes in facto nõnulla falſa depoſuiſſe, quod ex ſcripturis fuit oſtenſum, & conſequentèr falſus in vno redditur teſtis falſus in omnibus, nec creditur in alio, Alex. conſ. 27. n. 3. lib. 2. conſ. 20. n. 3. lib. 4. cõſ. 114. n. 7. eod. lib. conſ. 93. n. 10. lib. 5. & conſ. 99. nu. 21. eod. lib. conſ. 190. lib. 6. & conſ. 46. n. 6. lib. 2.

Sed dato, citrà veri præiudicium, quòd teſtes ipſi aliqua dixiſſe videantur circa ipſam filiationem, actrix non probauit tractatum, hoc eſt ſe tanquàm filiam detentam, & tractatam, & habitam fuiſſe à conuento, prout requiritur, vt notatur in d. c. per tuas, Capr. conſ. 2. n. 3. filiam ſatis eſt à patre, & vicinis reputari, Alex. conſ. 110. lib. 2. nu. 2. & hæc eſt practica, inquit Bar. in l. 1. §. ad quæſtionem, num. 3. de quæſt. probandi filiationem, vt fiat articulus de quaſi poſſeſſione filiationis, quòd

pater

pater habuit, & tractauit eum vt filium, nec id ſufficere aſſerunt DD.ſi teſtes depoſuerint,ſi eum à patre, vti filium tractatum fuiſſe, nam opus erit ſpecificare tractatum,vt cadat in ſenſum teſtium, putà quia ipſi viderunt alimenta præſtare, ſi eum veſtire,& cõſimilia,Soc.conſ.65.vol.3.& 39.vol.1. col.3. verſ. ſecundò tractatus, Dec.conſ.54.col.t. Ruin.conſ.52.n.5.lib.5. vbi inquit, teſtem oportere de ijs deponere, etiam non interrogatum, latè Ioſeph Maſcard.de probat.concl.797.nuor.14. & ſubdit Dec.d.conſ.54.n.2. quòd filius magis præſumitur qui alimentatur vt filius, quàm ſi vt filius nominetur, & licèt hoc in ſe veriſſimum ſit, tamen adhùc recipit aliqualem dubitationem, nam non ſemper qui alimentatur præſumendus erit filius alentis,niſi concurrant alia, adeò quòd eſſe poterit, vt quotidiè videmus, alimenta ipſa alicui erogari amore Dei,non quia ſit filius;ità in ſpecie tradit Alex.conſ.74.n.1.lib.2.vbi concludit contra filiam,in fauorẽ patris,qui conuentus erat ſuper filiatione ex prçſtatione alimentorum,dùm ipſe proteſtatus fuerat, id amore Dei feciſſe, non quia erat ſibi filia. Quarè hæc omnia ceſſare videntur in caſu iſto,in quo omnis tractatus ſpecies ceſſant,tam victus,quàm veſtitus, & quod peius, poſt tot temporis ſpatia ferè annorum 16. nunquam filia ipſa conquæſta eſt, nam ſi filia fuiſſet, vtiq; vt filia tractata fuiſſet, vndè reſultat violentiſsimum excluſiuum argumentum filiationis, dũ naturalitèr parentes ad educationem liberorum mouẽtur,§.1.Inſt.de iur.nat.gent.& ciuil. ibi hinc liberorum procreatio,& educatio, vbi gl.in verb. educatio notat, quòd hoc iure naturali mouetur parens ad educationem filiorum ſuorum potiùs, quàm alienorum, & hoc ſuadetur ex tali humana affectione, & dilectione, vt viſcera paterna commoueantur, cap. afferte, de præſumpt. Henric. Boich.d.cap.per tuas,Bald.in conſ.180. vol.3. inquit, filiationem probari per ea, quæ ſunt veriſimiliora, & communitèr accidentia, verùm non eſt veriſimile,quòd conuentus vir probus,& ciuilis,ſi verè pater fuiſſet,tàm inhumanus, & crudelis fuiſſet,nullam curam habere,eamq; relinquẽdo,ac proprium honorem obliuioni tradẽdo permittens,per hoſpitia à teneris annis liberè tandiù vagari, hoc profectò ſatis inueriſimile eſt, cùm nemo melius conſilium capiat pro filia, quàm pater,l.nec in ea.C.de adult. Sed quia verè pater non erat, ex tali conſideratione colligitur negatiuus tractatus filiationis, & falsò oppoſitus, dùm ceſſant alimentario, & veſtium condecentium induitio,vt Ant.de But.& cæteri in d.cap.tranſmiſſa loquuntur,& latè Pariſ.conſ. 10.n.61.vol.2. per tale ſpatium temporis decurſum.

Quòad requiſitum nominationis omninò ceſſare videtur,nam ipſa cum tractatu filiationem arguere poſsit,Capr.d.conſ.2.num.4. nec ipſa de per ſe tantùm ſufficiac,abſq; alijs requiſitis, vt per Petr. Duenn.regul.341.342.& 443. ipſa ſola nominatio nullam probationem facit, inquit Dec. conſ.462, num.9.vbi in ſpecie de filiatione loquitur,quantò magis erit arguendum, dùm ipſa ceſſet,nec alitèr fama requiſita de filiatione cum ſuis requiſitis ineſſet, Capr.loc.cit. Alex. conſ.25.vol.4. & conſ. 51.vol.t.Dec.d.conſ.54.num.2.vbi optimè requiſita famæ ex pluribus docet, nec ipſa tantùm ſufficiat ad probandam filiationem, Duen. in regul. 299.in 4.limit. quæ omnia ceſſant in hoc caſu.

Circa verò aſſertionem Obſtetricis, & aliorum teſtium de natiuitate actricis in domo conuenti allegata facillimè corruit talis probatio ex infraſcriptis rationibus, & præmiſſo priùs dùm mater iſtius actricis prætenſa concubina ob eius malam vitam, & famã eſſet moleſtata in Curia Meretricium huius Ciuitatis ad reuelationẽ confeſſa fuit, virum habere,vndè fuit relaxata, & licèt id tantũ per confeſſionem cõſtare videatur, addo id, quod tradit Dec.conſ.133.nu.1. quòd quando arguitur de matrimonio contracto confeſſio coniugum attenditur, & dùm hæc mulier habebat virum, præſumendum firmiſsimè erat, vt partus poſteà natus magis viro, quàm alteri adſcribendus erat, DD. io d. l. filium, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur.quod ampliatur,etiam ſi ex aduerſo probaretur, mulierem alijs proſtituiſſe ſe, adhùc viro attribuitur partus, Panorm. d.cap.per tuas, num.2. Alex.conſ.88.n.8.lib.7.Dec.conſ.657.n.2.latè Maſcard.de prob.concl.788.n.28.quinimmò etiam ſi mater non à marito procreaſſe affirmaret, ſimilitèr eius confeſsio nihil operaretur, DD.in l.etiã, ff. de prob. l. neq; profeſsio, C.de teſtam. Rolan. conſ.12.n.27.Card.Paleot.de nothis,& ſpur.c.27. & non tantum dicto eius viro erit partus attribuendus, vel ad minus concubinario ipſius, quo tempore dicta mulier non carebat, & non alteri, dato quòd iſte alter aliquãdo cum ea concubuiſſet,ità gl.in cap.Michael, de fil.presbyt. Anchat. conſ.225.Card.Paleot.vbi ſupra c.21.q.22.& 28. ex quibus reſultat firmiſsima cõcluſio, quòd dùm cenſeatur partus viri,parum refert,quòd naſcatur in vno loco, quàm in alio ex variatione loci mulieris,hinc indè vagantis.

Minus obſtare videtur aſsimilatio faciei mulieris cum vultu conuenti, nam id in ſe verum eſſe poterat, quando verè filia eſſet, licèt argumentum ipſum videatur eſſe fallax, & in coniectura fragiliſsima,cùm ex varijs alijs accidẽtibus,quòd vnus alteri aſsimiletur, contingere ſolet, & proindè ex ſimilitudine non rectè filiatio præſumitur, ſecundùm communem Doctorum ſcholam, quia ex cogitationibus mulieris in conceptione contingit,partum alteri aſſimilari,propterea aſſimilatio in probanda filiatione non eſt bona, inquit Bart. in l.Gallus,nu.13.ff.de lib.& poſthu.& ſecundùm talem opinionem iudicãdum erit, prout latiſſimè ex Alciat.Pariſ.Menoch. & alijs fundat Maſcard. de prob.concl.795.n.9.& ſeq.per tex. in l.quæret, ff.de verb. ſignif. vbi gl. fin. & id nouiſſimè comprobat Farin.in eius prax.crim.in tit.de ſimul.cõtract.q.150.prax.10.n.258.

Nec demùm aduerſatur deſcriptio in libro baptiſmatis tanquàm filiæ conuenti, nàm talis deſcriptio Parochi non prodeſt pro verificatione verę filiationis,Parocho ſiquidèm non creditur, niſi circa ſibi commiſſa de Baptiſmo tantùm, non tamen de parentibus pueri baptizati, & dùm ſcribit parentes,id non ex certa ſcientia, & vera informatione agit,ſed ex relatione vniuſcuiuſq; quæ veritati obeſſe nequit,Sacroſanctum Concilium Tridentinũ ſeſſ.24.c.2.verſ.Parochus,diſponit, quòd Parochus ſciſcitetur ſuſcipientes de ſacro fonte Baptizatum,& eorum nomina in libro deſcribat,

non

non autem iuſſit, nomina parẽtum ſcribi, id enim extrà commiſſa, ideò ſibi non creditur, ad notata in l. diligentèr, ff. mand. cap. prudentiam, in fin. de off. iud. deleg. Ruin. conſ. 105. nu. 6. lib. 4. copioſè Blanc. in tract. de comptomiſ. 8. q. de ord. proced. in fin. creditur enim Parocho, talem à ſe Baptizatum aſſerenti, vt Menoch. lib. 2. de præſump. n. 54. non autem circa alia, quæ non ex certa ſcientia affirmat, ſed prout ſibi refertur, tantò magis, quia pragm. 1. incip. Philippus, de Parocho hoc idem diſponit, nempè puerorum baptizatorum in dies fieri librum, non autem fieri librum nomine parẽtum baptizatorum, & idcircò nullo pacto quòad parentes tali libro erit ſtandum, tanquam vltrà commiſſa facto, ad quod addo, vt nec probetur filiatio ex eo, quod poſthumo nato mortuo patre imponatur nomen patris, quia nomen aliquando parum operatur, Poma. ad Bar. ſuper rub. ff. ſolut. matr. col. 2. verſ. & quia, vndè ex ijs reſultat optima concluſio, vt per talem fidem baptiſmi credatur, baptizatum fuiſſe filium, & inter baptizatos connumerari, ſicuti deſcriptus in libro rebãnitorum probatur fuiſſe bannitũ, inquit Barb. ad Bar. in l. decẽ ſtipulatus, col. 2. verſ. niſi, in fi. ff. de verb. oblig. & ſimilitèr matricula Regeſtri Officialium probat, aliquem eſſe Officialem, ſi ibidem deſcriptus reperietur, inquit Bart. in l. matricula, C. de agent. in reb. lib. 12. & licèt ibidem nu. 4. videatur contrarium allegare, tamen ibidem Alex. in addit. concordat iura, vt ſaltim præſumptiuè præſumatur deſcriptus in matricula, vt ſit Officialis, & eo caſu tranſmittit onus probandi in aduerſarium, quod ceſſat in caſu præmiſſo, ex quo in hoc particulari ſtandum erit aſſertioni Parochi ex commiſſione ei tradita, & non quòad alia, quapropter libris mercatorum ſi ex forma ſtatuti credatur, ſolùm ad mercaturam in pertinentibus intelligitur, Dec. l. age, nu. 4. C. de tranſact. & ſucceſſiuè fides baptiſmi nõ probat, quem eſſe filium alicuius, vt nouiſſimè tradit Mart. vot. 26. n. 8.

Dato tamen, & non conceſſo, quòd tali libro, vel deſcriptioni ſtetur, quod negatur expreſsè, circa reliqua (excepto Baptiſmo) adhùc ſtari nequit ex malitia, & fraudibus Meretricium, quæ facillimè poſſent nomina honeſtorum virorum deſcribi facere in libro baptiſmi, tanquàm patrum eorum filiorum, & ſecundùm eorum aſſertiones Parochus ſcriberet, qui excuſatur ob populoſitatem iſtius Ciuitatis, & multotiès euenit, vt ſit filius alterius, vt euenit annis elapſis in perſonã honeſti viri, cuius nomen paternum falsò impoſitum fuerat in baptiſmo certi pueri baptizati ſub falſa aſſertione certi Clerici, qui aſſerebat, eſſe filium illius, dũ erat eius filius, & de hoc fuit magna quæſtio in Curia Archiepiſcopali Neap. quorum nomina taceo, honeſtatis cauſa, talitèr quòd experientia docuit, & docet, tales impoſturas facilius fieri poſſe, maximè contra abſentes, vel exiſtentes in alio quarterio, quibus de iure conditio melior, & non deterior fieri debet, l. ſoluere, ff. de ſolut. & ſic cadit ignorantia in prædictis, ob quod nequeunt illicò ſe defendere, nam licèt ſcientia præſumatur in Ciuitate per famam, inquit Dec. conſ. 153. n. 2. & ſcientia ipſa per famam procedit in negotijs magnis, non autem paruis, Bar. l. de minore, §. plurimum, n. 12. ff. de minor. & in iſtis paruis ſcientia ex vicinitate præſumitur, Pariſ. ad Bar. l. ſi tutor, C. de peric. tutor. verſ. ſi erat publicè notum, col. 4. vndè attenta abſentia ceſſat ſcientia, & tantò magis per temporis lapſum; ideò iſtis malitijs obuiandum erit, l. in fundo, ff. de rei vend. ne occaſio delinquendi præbeatur; ijs obiectionibus reſolutis cenſeo, in materia filiationis coniecturas præcipuum locum habere, ac nimis eſſe obſeruandas, eaſq; Iudicis arbitrio ferè collocandas, Alex. conſ. 90. n. 6. in fi. & n. 17. vol. 6. Alc. in tract. præſumpt. reg. 3. præſump. 37. in fin. Præpoſ. in cap. tranſmiſſæ, qui fil. ſint legit. Natt. conſ. 33. n. 5. & quia ſatis, ſuperq; allegatas coniecturas ceſſare ex rationibus videmus, arbitrio tamen Iudicantium remittendas eſſe cenſeo, conſideratiſq; alijs duabus rationibus in facto demonſtratis, hoc eſt peſſima qualitas matris actricis ſolitæ impoſturas ſimiles facere, dum primò innocentem Clericũ vexaſſet in Curia Eccleſiaſtica pro ſtupro commiſſo in actricem, à qua fuit abſolutus Clericus, reſultat vt ſemel malus in eodem genere mali, ſemper præſumatur malus, ſimilitèr dùm fuiſſet à conuento ab eius domo expulſa, ſtatim ipſum conuentum in iudicio citari fecit ob ſalariũ debitũ pro ſeruitijs, tacita filiatione prędicta, ſed poſt decurſum tẽporis ſpatiũ detecta fraudulentèr, quarè omninò abſoluendus erit conuentus à petitis, tàm per filiam, quàm per matrem ſuam circa alimenta præſtita in ægrotatione filiæ, exiſtente figurata proteſtatione facta intereà non cum legitima perſona, & demũ ijs omnibus benè diſcuſſis in S. C. die 7. Febr. 1611. referente Reg. Conſil. Alonſo Vargas Commiſſ. fuit cõuentus abſolutus ab impetitis, pęnès Chyaieſem Act. in cauſa Gratiæ Grandæ cũ Io. Camillo Grande I. V. D. Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

Filiæ fœminæ an admittantur cum fratribus ad ſucceſſionẽ bonorum fratris, & ſi bona ipſa non fuiſſent de nouo per fratres quæſita, ſed ex patre, vel matre prouenerunt, ob quod iudicarentur bona fraterna; fuit deciſum in fauorem prædictorum, Frãch. dec. 171. ad ornatũ vidẽdus eſt hic Viſcon.

Filiæ fœminæ de paragio dotatæ non ſuccedunt extantibus maſculis in Regno. ſ. quando ſunt ex eodem matrimonio genitę; nam ſi ex diuerſo & mater inteſtata decederet, æqualitèr fœminæ cum maſculis ſuccederent, & ità concluditur, vt per Capy. dec. 92. n. 3. & 4. Franch. dec. 639. in fi. Molſ. in Commen. ad Conſuet. Neap. p. 3. q. 22. n. 17.

Filiæ fœminæ morientes antè patrem ſuccedunt in dote materna ex generali conſuetudine, non tanquam matris hęredes, ſed an imputent in legitimã auitam, concluditur, quòd non, & iuxtà mentem Bar. concurrunt omnes DD. aſſerentes, quòd immediatè mortua filia iuris miniſterio duo actus ſucceſſiuè cauſãtur, videlicet quòd dos immediatè redeat ad patrem, & illicò de perſona patris tranſeat ad ipſos nepotes vigore Conſuetudinis, ſed tanquàm hæredes matris, Capyc. dec. 176. nu. 24. Minad. in Conſt. In aliquibus, in 4. not. nu 6. vbi cenſet, cùm accidiſſet in S. C. hæc quęſtio, de facto fuiſſe concluſum, non eſſe dotem in legitima Nepotis computandam, ſed ex quo matrimonium fuerat contractum iuxtà nouam Conſuetudinem dos filio tanquàm hæredi matris obueniſſet, cum citat Theſ. in add. ad dec. 237. eius patris, Batiagl. ad Cyn. in l. ſcimus, C. de inoff. teſtam.

Filiæ fœminæ an includantur in conceſſione rei emphyteotis Eccleſiæ conceſſæ pro ſe, & filijs; fuit deciſum, quòd ſic in S.C. Franch. dec. 30. Pereg. in tract. de fideic. art. 49. verſ. in tertio autem, n. 116. Alex. Rauden. dec. Piſan. 49. n. 78. ſupra eod. verb. conceſſio, alios citat Viſcon. in add. huic deciſion. Ric. in collect. dec. 1313. Mareſco. var. reſol. par. 1. c. 2. nu. 2. *Epiſc. Genuenſ. in tract. de Eccl. ſeu practicab. Eccleſ. q. 93. n. 3. Ric. collect. 2146. p. 6.*

Filiæ proditorũ an ſuccedant agnatis; fuit in R.C.S. in cauſa Antoniæ de Baucio cum Ferdinando Pãdone, referente Franciſco Reuertetio deciſum, quòd ſic, per doctrinam Incerti Auctoris in tract. de crim. læſ. Maieſt. licèt cõtrarium teneat Claud. Seyſell. in l. ſi quid id, quod, ff. de iuriſd. omn. iud. Iac. Anel. de Bott. in add. ad Cap. Regni Item ſtatuimus, quòd filiæ, incip. Nota, quòd filiæ.

Filij ſuſcepti ex matrimonio contracto ſecundùm Conſuetudinem Nobilium an poſſint diſponere in præiudicium agnatorum, & cognatorum; fuit deciſũ iuxtà deciſionẽ Affl. 102. licere filijs diſponere, & iam in præiudicium prædictorum, Franch. dec. 537. Molf. conſ. 12. n. 28. *Reg. Rou. dec. 99. n. 2.*

Filijfamilias an poſſint vigore Conſuet. Neap. dantis poteſtatem eis diſponendi de bonis maternis, & alijs à linea materna obuenientibus diſponere de bonis ſuis extrà territorium Ciuitatis Neap. non fuit alitèr deciſum, quãuis concludatur, quòd non, maximè contra patrem, Franch. dec. 546. ſub n. 6. in fi. Theſ. lib. 2. quæſt. forenſ. q. 4. n. 23. & q. 5. n. 9. *Ric. collect. 2295.*

Filij diuerſi matrimonij quomodò ſuccedant matri ſecundùm Conſuet. Neap. Franch. dec. 566. ait ipſos ſuccedere in virilem, citrà ſexus diſcretionem, Molſ. in Commen. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 17. ſub num. 35.

Filij duorum matrimoniorum quomodò ſuccedant matri per Conſuet. Neap. & quomodò hæreditas diuidenda ſit, exiſtente filio ex primo, & pluribus filijs ex ſecundo, hoc eſt maſculis, & fœminis; non fuit deciſum, Franch. dec. 539. tamen concluditur, ab inteſtato omnes ſuccedere, tàm maſculos, quã fœminas, licèt portiones fœminarum accreſcant fratri cum onere dotandi, ſed condito teſtamento per matrem concluditur, ſimilitèr fœminas ſuccedere, & eorum portiones fratribus vtriuſq; coniunctis accreſcere, cum onere dotandi, &c. quod non procedit in ſororibus dotatis, Molfeſ. in add. ad Comment. in Conſuet. Neap. part. 3. quæſt. 22. num. 15.

Filij diuerſi matrimonij an ſuccedant inſimul matri ab inteſtato decedenti in portione obuenta matri ex filio primi matrimonij, licèt per M.C.V. fuiſſẽt ambo hæredes declarati, deducta cauſa in S.C. dicebatur, mulierem binubam effici ex proprietaria vſufructuariam, & ſucceſſiuè omnia bona ſpectare ad filium primi matrimonij per l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. licèt pro ſecundo filio facere videatur opinio Napod. dicentis, per Conſuet. eſſe correctam diſpoſitionem dict. l. fœminæ; nam abſq; diſcretione ſuccedunt, concluditur tamen, opinionem ipſius eſſe dubioſam, & procedere, quando in filium peruenissent bona aliundè quæſita, quàm ex patris ſubſtantia, Vinc. de Franch. dec. 666. Molf. in Commen. ad Conſuet. Neapol. q. 22. p. 3. *Fontanel. dec. 53. n. 4.*

Filij foriudicati nati poſt ſententiam foriudicationis an ſuccedant patri, concurrentibus in ſucceſſione ſororibus defuncti, & patruo, latè diſcutitur in deciſ. 102. Franch. ſed remittit ſe ad deciſa in deciſ. 213. quamuis decidendo punctum referat, fuiſſe communi voto in Collat. Conſil. deciſum, quòad bona patrui eſſe excluſos à ſucceſſione, & nullo modo ipſos eſſe ſucceſſibiles, ſtante foriudicatione eorum patris, qui nõ poterat fratri ſuccedere ex cauſa prædicta, Reg. de Pon. in repet. c. 1. ſi vaſall. feud. priuet. n. 5. aduertatur huic deciſioni. Quò verò ad ſucceſſionem paternam reperi Apoſtill. patrui mei quond. Fabij de Falco I. C. in vol. alleg. dicentis; vtrum filij nati poſt foriudicationem ſuccedant ità, vel nè, vtrumq; ſit, audiui, fuiſſe iudicatum in cauſa illorum de Coppula ſecundùm Bar. in l. 1. in fi. ff. de bon. damn. vt tàm nati antè foriudicationem, quàm poſteà ſuccedant omnes filij; & hodiè per deportationem, & foriudicationem adhùc remanet matrimonium, & cõſequentèr legitimi ſunt filij, & ſucceſſibiles, & fauor liberorum hoc ſuadet, *Iul. Caſ. Galli pp in method. feud. part. 4. c. 6. n. 4.* Thoro.

Filij ſuccedunt in propietate antephati vti hæredes patris, & ità communitèr iudicatum fuit, vt refert Felix de Rub. in Apoſtil. poſt Conſuet. impreſſ. in Conſuet. Quartam autem, incip. an comprehendantur, fol. 5. & id procedit, etiam quòd matrimonium fuerit more Magnatum cõtractum, Franch. dec. 106. n. 7. & ſeq. & dec. 91. n. 19. Ric. in collect. deciſ. 51. & Viſcont. in ſua add. ad Franch. plures Doctores collexit, & Reg. de Pont. conſ. 113. nu. 4. vol. 2. *Barbat. de diuiſ. fruct. par. 2. c. 5. n. 135. D. Reg. Capyc. Latr. dec. 98. n. 20.*

Filij ſororis renunciantis in beneficium fratris ſi moriantur poſt fratrem obſtabit renunciatio ipſius ſororis filijs; & ità fuit deciſum, Franch. dec. 67. n. 5. Molf. in Commen. ad Conſuet. Neap. in tit. de renunc. q. 3. n. 22. Ric. in collect. dec. 30.

Filij ſororis renunciantis prædefunctæ antè mortem eius, in cuius beneficium eſt facta renunciatio an excludantur ab hæreditate prædicta, ità vt eis obſtet renunciatio prædicta; fuit deciſum, quòd non, ex quo filij quamuis ſint hæredes matris, in prædictis ſuccedunt ex propria perſona, ſubintrantes gradum, Franch. dec. 67. per tot. Fab. Ann. conſ. 92. num. 43. Io. Aodr. Georg. alleg. 30. nu. 33. Reg. de Pont. conſ. 40. nu. 6. vol. 1. Viu. deciſ. 211. num. 1. Ric. in collect. dec. 635. Mart. vot. 102. n. 13. Theſ. lib. 2. quæſt. forenſ. q. 90. n. 5. Philip. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. par. 3. c. 7. n. 53. Amat. conſ. 15. ſub num. 12. *Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 2. quæſt. 11. ſub num. 8. Cancer. variar. reſolut. tom. 3. cap. 15. nu. 57. Dom. Reg. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 11. num. 10.*

Filij inceſtuoſi quamuis dicantur nati ex milite Hieroſolymitano expreſsè profeſſo, ſicut filij Monachorum, an admittantur ad hæreditatem patris; fuit deciſum, quòd non, Franch. dec. 28. Num. Tartagl. in pratiq. fi. de compoſ. n. 37. c. 1. Ric. collect. dec. 110. & 151. optimè Viſcont. in add. huic deciſion. Philip. Paſchal. in tract. de vit. patr. pot. par. 2. c. 1. n. 47.

Filij nati ex filio Clerici, qui ſecundùm communem opinionem ſpurius, non alitèr inceſtuoſus iudicatur, an inſtitui poſſint à Clerico ſibi hæredem filiũ ſpu-

Digitized by Google

ſpurium inſtituentem, cùm conditione, quòd ſi capax non eſſet, eius filij legitimi, & naturales ſint hæredes; fuit deciſum, quòd reſpectu proprietatis inſtitutio nepotibus facta valeat, ſed quòad vſũfructũ benè inſtitutio facta filio ſpurio valeat pro concurrenti quãtitate alimentorum, cæterũ vltrà alimenta reſiduum vſuſfructus accreſcat nepotibus, Franch. dec. 27. Maſul. in add. ad Capyc. dec. 194. n. 5. Tartagl. in prag. ſi. de compolit. n. 36. c. 1. Ric. collect. deciſ. 110. & 151. Viſcon. in add. huic dec. Pereg. de iur. Fiſci lib. 3. tit. 18. nu. 54. Reg. Valenzuel. conſ. 7. n. 17. *Franc. Hier. de Leo dec. Valen. 69. n. 7. Canall. pract. qq. c. 796. Grænen. pract. concl. lib. 1. concl. 115. n. 15.*

Filijfamilias habitantes inſimul cùm patre ſi ſeipſos obligando aſſeruerint, ſeorſum à patre habitare, an talis obligatio iure ſubſiſtat, vt indè abſolui mereantur; fuit deciſum, talem obligationem eſſe nullam, & ſucceſsiuè prædictos filioſfamilias non teneri ad promiſſa, vt per Graſſin. dec. 12. quem commemorat Vrſil. dec. 308. n. 16. & Berard. Pand. de reaſſump. inſtr. p. 2. n. 34. & infra verb. filiusfamilias, Aſcia determ. 43. nu. 2. Pereg. dec. Patauin. 112. n. 20. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 1. c. 6. n. 3. Phanuc. de inuent. p. 7. n. 177. Mareſc. var. reſol. lib. 1. c. 13. in fin. *Cancer. var. reſol. to. 2. c. 1. n. 24. Ric. collect.* 2170. *p. 6.*

Filij maſculi an ſuccedant inſimul cum fœminis in bonis maternis, vel tantùm maſculi cum onere dotandi fœminas; fuit deciſum, tantùm maſculos ſuccedere cum onere prædicto, Affl. in dec. 178. in princ. vſq; ad n. 3.

Filij mortua matre quo iure ſuccedant matri in antephato conſtituto, an tanquàm filij, vel tanquàm hæredes patris; fuit deciſum, ipſos ſuccedere in antephato, etiam quòd non ſint hæredes patris, Affl. deciſ. 314. licèt contra talem deciſionem pluriès fuiſſe deciſum in S.C. afferat ibi Vrſil. ſub nu. 5. referendo aliorum deciſiones, vt filij ſuccedant etiam vt hæredes patris, & ſucceſsiuè teneri ad debita paterna in prædicto lucro, quarè hodiè ex communi ſtylo ſeruatur ſpecificè in capitulis matrimonialibus, & expreſsè caueri, vt filij ſuccedãt vt filij, non vt hæredes patris, & alias de hoc deciſiones refert Piſanell. in add. ad Conſuet. Quartam autem, incip. mortuo Hieronymo de Ariano; fol. 250. Molf. in Conſuet. Neap. p. 7. q. 14. n. 4. Ric. collect. deciſ. 51. 82. & 777. contra iſtam deciſionem Affl. quæ defenditur à Fab. Ann. in conſ. 74. nu. 7. & ſeq. Pelhc. in Conſuet Auerſæ c. 4. n. 113. & ſubdit Piſanell. in addit. ad iſtam deciſionem, contrarium fuiſſe deciſum per plures cauſas in pluribus cauſis per eum relatis, etiam ſi matrimonium fuiſſet contractum more Magnatum, vt fuit deciſum in cauſa Comitis Mõtis Calui cum Comite Montellæ, Reg. de Pon. in tract. de poteſt. proreg. tit. 9. de ſucceſſ. mulier. in princ. n. 25. Aſcia determ. 12. n. 8. Molf. in Commen. ad Conſuet. Neap. p. 1. c. 3. n. 1. p. 7. q. 2. Theſaur. lib. 2. quæſt. forenſ. q. 9. n. 17. *Barbat. de diuiſ. fruct. par. 2. c. 3. n. 136. Mayn. dec. 8. lib. 4. D. Reg. Capyc. Latr. dec. 10. n. 7. dec. 63. nu. 5. & dec. 98. n. 22. D. Reg. Capyc. Galeot. to. 2. controu. 30. n. 64. in medio.*

Filij legitimati an ſuccedant in emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa emphyteotæ ſibi, & hæredibus ſuis, & ſucceſſoribus; non fuit aliter deciſum, quamuis concludi videatur, tranſire ad eos virtute illorum verborum, quibuſcunq; hæredibus, Affl. dec. 386. vbi Vrſil. Gamm. dec. Luſit. 307. n. 3.

Filij naturales an rũpant donationem factam à patre, non exiſtente legitima ſobole, iuxtà text. in l. ſi vnquam, C. de renoc. donat. de iure concluditur, quòd ſic, licèt contrarium videatur deciſiſſe S.C. vt per Vrſil. dec. 203.

Filij fratrum teſtatoris an excludant fœminas vltimò inſtituti morientis vigore ſubſtitutionis, ex quo non ipſi, ſed patres eorum ſubſtituti fuerant, & antè euentum ſubſtitutionis deceſſerant; concluditur in fauorem filiarum, Capyc. dec. 115. nu. 6. 7. & 8. Ioſeph de Ruſtic. in tract. an, & quando lib. poſ. in cond. voc. lib. 1. c. 2. nu. 91. Alex. Trentac. in tract. de ſubſt. p. 4. c. 14. n. 20.

Filij ſuccedentes vniuerſalitèr matri decedentes infantes an tranſmittant dotem maternam, ſiuè hæreditatem ad patrem, non aditam per ſe, nec per patrem nomine infantium, concluditur, quòd ſic, Capy. dec. 176. n. 15. 26. & n. 27. contrarium tenet ex multis rationibus.

Filij ſuccedentes matri ſunt hæredes vniuerſales, excluſo auo materno, Capy. dec. 176. n. 14.

Filij filiæ renunciantis patri, & hæredibus ſuis bona materna, paterna, & fraterna, an mortuo patre, deindè filijs eius maſculis, & vnoquoq; ipſorũ ex teſtamento inſtituente conſobrinum fratrem, hæredes admittantur ad ſucceſſionem defuncti, excluſo inſtituto, fuit per S.C. iudicatum pro filijs filiæ, & idem in alio conſimili caſu fuiſſe deciſum tradit Piſanel. in add. ad Conſuet. Si moriatur, incip. Bar. in d. l. qui ſuperſtitis, f. 89. & 90. Reg. de Pon. conſ. 40. n. 6. vol. 1. Vrſ. dec. 316. n. 8. Molf. in Comm. ad Conſuet. Neap. tit. de renunc. q. 5. nu. 7. Claud. Tutius alleg. 3. n. 21.

Filij nati ex diuerſis matrimonijs an omnes ſuccedant in viriles, abſq; diſcretione ſexus, & portio fœminarum accreſcat fratribus vtrinq; coniunctis, & in qua ſucceſſione procedat, fuit deciſum, id procedere in ſucceſſione matris, & non patris, Iac. Anell. de Bott. in Conſuet. Neap. Si qua mulier, in add. incip. adde, quòd die 26. Sept. f. 205. vbi refert alias deciſiones. Molf. in Commen. ad Conſuet. Neap. p. 3. q. 22. n. 15. Viſc6. ad Frãch. dec. 435.

Filij omnes an ſuccedãt in dotibus maternis in matrimonio contracto more Magnatum; fuit deciſum, quòd ſic, cùm talis conſuetudo nil aliud ſit, vel contineat, niſi merum ius commune, & ſicut de iure communi talis ſucceſſio defertur, non obſtãte tali conſuetudine fuit iudicatum, Vrſil. dec. 237. n. 7. Reg. de Pon. conſ. 8. n. 12. & 15. vol. 1. Molf. in Commen. ad Conſuet. Neap. par. 2. q. 24. ſub n. 12. *Reg. Galeot. to. 2. contron. 30. nu. 64. verſ. idem cum.*

Filij poſiti in conditione regularitèr non cenſentur vocati diſpoſitiuè, iuxtà mentem gloſ. in l. Lucius; ff. de hæred. inſt. ſed in caſu contingenti dùm fuiſſet facta inſtitutio alicui, ſi ſine liberis maſculis legitimis, & naturalibus deceſſerit, ſubſtituit Caium, ſic pluriès ſubſtituendo, tunc paritèr cenſentur vocati diſpoſitiuè, iuxtà communem opinionem, accedentibus etiam aliquibus coniecturis in predicto caſu ſic concluſo, an exiſtente aliquo ſubſtituto rebelli & ſic caducata ſemel admittatur ſubſtitutus, non expectata morte naturali, iuxtà terminos legis Statius Florus, §. Cornelio

Digitized by Google

Fœlic.ff.de iur.fiſ.quamuis deindè gratiam ipſe rebellis obtinuerit, ac legitimum filium reliquerit, concluditur, ſubſtitutum agentem eſſe vocatū diſpoſitiuè, & conditionem ipſius ob rebellionem alterius ſubſtituti, relicto filio incapace, quibus quòad hoc reſtitutio non prodeſt in beneficiū ipſius actoris, extitiſſe, vt refert Fab. Ann. conſ. 9. in hac cauſa tria, & conſ. 10. contra concluſa in conſ. prædicto fuit in S. C. deciſum, vt ipſemet fatetur in Apoſtilla impreſſa in 2. vol. conſ. incip. Audiui quoſdam, qui magis, verſ. contra nonum conſiliū, vt verum fatear, fuit deciſum; ad materiam nouiſſimè videnda ſunt ſcripta, & allegata per Ioſeph. Seſe dec. Aragon. 65. *Reg. Capyc. Latr. dec. 1. n. 4. citans huc nos, & addens huic materiæ deciſionē nouā.*

Filij filiæ renunciantis an excludantur à ſucceſſione patrui, & materteræ, ſiuè in bonis ſitis in Ciuitate, ſiuè extrà, licèt ius ſuccedendi competeret auunculis ex perſona filiorum filiæ renūciantis, quādo mater eorum præmortua fuiſſet, tamen ſi illa excluſerit ſe, ac filios ſuos renunciatione, non poſſet contra huiuſmodi renunciationem venire, ſi matris hæreditatem adiuiſſent abſq; inuentario; tandem tribus in S. C. iudicatum, ꝙ filij renunciātis non excludantur à ſucceſſione patrui, & materteræ in bonis ſitis extrà diſtrictum, per illam rationem, ꝙ in renunciatione ſubintelligatur clauſula, ſi ſibi ſucceſſio deferatur, ſub qua cōditione videtur ſe, ac ſuos hæredes excludere, Minad. in Cōſt. In aliquibus, in 3. not. n. 11. Franch. dec. 77. n. 8. Io. And. Georg. in alleg. 23. ad demonſtrandum, n. 49. Molf. in Commen. ad Conſuet. Neap. p. 2. c. 24. ſub n. 12. Mart. vot. 102. n. 14. Amat. in conſ. 15. ſub nu. 12. *Ind. Cal. Gallup. in method. feud. p. 3. c. 4. n. 40. vbi aliam deciſionem poſuit.*

Filij nati ex concubinatu ſunt naturales, & per cōſequens ſunt capaces ſucceſſionis paternę, quod ſecus eſt in ſpurijs, quod cernitur ex diuerſitate factorum, ex quo ex cohabitatione non præſumitur matrimonium, ſed potiùs fornicatio, per can. aliter 30. q. 5. ſecus de iure ciuili, nam præſumitur fornicatio, quæ concubinatum non faciat, ſed ſtuprū, vt refert Alc. in tract. præſump. in 2. regul. in præſ. 5. & ratio eſt ſecundùm eum, quia ad hoc vt dicatur concubinatus multa requiruntur, & propterea filios, cōcludit, dici debere ſpurios, & nō naturales; nam vltrà habitationem requiritur conſenſus cōcubinarius expreſſus, ſi mulier eſt ingenua, & honeſtę vitæ, & tacitus, aut præſumptus, quando nō eſt libera, ſeù non honeſtæ vitæ. Secundò, quòd nō ſit talis, cum qua committitur adulterium, nec inceſtus ex affinitate. Tertiò, ꝙ ſit vnica, & quòd in domo fuerit. Quartò, quòd mulier ſit talis, ꝙ poſſit eſſe vxor, & ſic concludit, quòd ex ſola habitatione non præſumitur concubinatus, & per conſequens filij nati cenſendi ſunt ſpurij, & non naturales, cum citat Follet. in prax. cenſual. verſ. Nicolaus Epiſcopus, ſub nu. 200. & 201. vbi ſubdit, ſecundùm opinionem Alc. fuiſſe deciſum in S. C. in contingenti caſu, ſed caſus ille (inquit ipſe) deciſus per S. C. erat minoris difficultatis, quia ſolum producebatur teſtamentum, in quo pater inſtituebat filium naturalem, nam ex hoc ſolo in dubio cenſetur, quòd ille ſit ſpurius, non naturalis, &c.

Filij an ſuccedant tanquàm filij, vel vt hęredes patris in donatione facta ab auo eorum patri contemplatione matrimonij, fuit deciſum in S. C. ipſos venire vti filios, non vti hæredes, vt nouiſſimè tradit Andr. Molf. in conſ. 2. n. 2. & 41. vbi ipſam deciſionem declarat poſt Commen. ad Conſuet. impreſſ. Ric. collect. dec. 777.

Filij an veniant vti filij, vel vti hæredes patris in donatis, & promiſſis contemplatione matrimonij ex patre ſtipulante, pro ſe, & hæredibus, poſteà nominatis filijs, taliter quòd bona ipſa ſint creditoribus obligata. Contracto matrimonio inter D. Flaminium Caracciolum, & D. Laudoniam Ruffam, fuerunt contemplatione ipſius nonnulla data, & promiſſa per Paulum, & Liuium Caracciolos dicto D. Flaminio ſtipulanti pro ſe, & ſuis filijs hæredibus, licèt poſteà nominatis filijs, diſſoluto .n. matrimonio dubitabatur, an filij procreati ex eo ſuccederent in dictis datis, & promiſſis, vti filij, vel vti hæredes, ad hoc vt creditores excluderentur à prædictis; pro ipſis filijs plures coniecturæ ponderabantur. Nempè, ꝙ pater ſtipulando pro filijs natis, & naſciturìs acquiratur eis actio. Secundò, ex diſtinctione tradita per gl. in l. ſi tibi §. pactus, ff. de pact. concluditur, quando expreſsè pro filijs hæredibus ſtipulatur, tunc venire vti hæredes, quando pro filijs, tunc vti filios, in dubio autem vti hęredes venire, quinimmò attenta ſtipulatione caſus præmiſſi contemplatione matrimonij cum certa perſona, & ſunt nominati filij, meritò vti filij venirēt. Tertiò, ex quo filij veniunt ex donatione paterna per modū donationis, quæ non requirit aditionem hæreditatis. Quartò, quia qualitas filiationis expreſſa in ſtipulatione eſt naturalis, & eſſe hæredem eſt iuris ciuilis. Quintò, dùm mentio de filijs fiat, & hæredibus in ſtipulatione, in re trāſitoria ad extraneos videtur ſtipulari filijs, & hæredibus, in actu verò, qui cōuenire poſſit filijs vti filijs pater in dubio ſtipulando videtur eis ſtipulari vti filijs, non vti hæredibus. Sextò, quia in donatione contemplatione matrimonij veniunt filij vti filij. Septimò, & ſi pater ſtipulādo pro ſe, & filijs cenſeatur ſtipulari vti hęredibus. Limitatur primò, vt non procedat in re non tranſitoria ad quoſcunq; hæredes, cū pręſumatur ſtipulari filijs vti filijs. Secundò limitatur, ꝙ quando pater ſtipulatur ſibi, cadit difficultas, ſi filijs vti filijs, vel vti hæredibus, ſed ſi filijs tantùm ſtipulatur, & non ſibi, tunc cenſetur ſtipulaſſe vti filijs; Reſpectu aūt ſecūdi articuli principalis dicebatur, quatuor ſimiles ineſſe coniecturas, nempè promiſſionem factā eſſe filijs cōtemplatione patris ceſſare, ſed verius factam contemplatione matrimonij, & ob talem cauſam donationē viro factam, & filijs, vt lautius poſſet in dicto matrimonio viuere. Secundò, ex quo ipſi donātes voluerunt fratrē diuitē facere, & vt vxorē diuitē inueniret, & ſucceſſiuè eorū bona venire obligata pro antephato, & dotis reſtitutione. Tertiò, quòd refectio nō fuit promiſſa viro, nec præceſſit verbū aptum ad trāſlationem dominij. Quartò, quòd verba illa, ꝙ Flaminius poſsit in vita, & in morte diſponere, non intelliguntur de pecunia reficienda per donātes, ſed de pecunia duc. 3500. quos aſſerebat, habere proprios Flaminius, & ſi intelligeretur de pecunia reficienda, nō poſſe Flaminio acquiri per dictam diſponendi poteſtatem ſibi traditam, cùm ea poteſtate diſponēdi tradita, non cenſeatur dominium tranſlatum, ſed ijs

om-

Digitized by Google

omnibus reſolutis die 30. Maij 1616. referēte Cōſil. Ceſare Alderiſio, iunctis Dominis duarū Aularum, cū interuentu D. Marchionis S. Angeli Præſidis fuit deciſum, quòd ſuper petitis omnibus in iudicio deductis D. Fabius Caracciolus creditor ſatisfiat, & de omnibus quantitatibus ſui crediti, penès Carbon. Act. Mag. D. Camill. de Laratha, conſ. 9. ex alijs dictis in cauſa D. Fabij Caraccioli cum D. Laudonia Ruffa, & D. Troiano eius filio.

Filij an ſint educandi penès matrem ad ſecunda vota conuolatem, nec ſpem ſuccedendi habentem; habita bona qualitate vitrici, & matris fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 350. Io. Franc. Capibl. in prag. 9. n. 6. de Baron. Viu. dec. 16. n. 5. Reg. de Pon. in dec. 20. n. 21. licèt cōtrariū fuerit deciſū elapſis annis, præſertim in anno 1607. aut 608. iunctis aulis in cauſa prudentiſſimæ mulieris Zenobiæ de Petro vxoris V. I. D. Franciſci Antonij Salinas, cum Mario Scoppa Tutore Liuiæ Longhæ, referente Reg. Conſil. Marco Antonio Morra, penès Chiareſem Act. Mag. vbi omnes ſuſpitiones ceſſabant, & tamen educatio pupillæ fuit data Reg. Conſil. Franciſco Valcarcel, quæ fuit magna deciſio; & deindè Reg. Conſil. Aybar, de qua ſiquidèm differentia inter educationem pupilli, vel pupillæ pro concordia deciſionum S. C. inſpicienda erit praxis tutelaris Galter. in 2. par. in prima rub. n. 16. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 3. c. 10. n. 27. *Reg. Tap. dec. S. C.* 51. *n.* 10. Io. Bapt. de Thor. I. C. Neap.

Filij maſculi cum fœminis, & matre an ſuccedant inſimul defuncto, quando matrimonium eſſet contractum more Magnatum, quod concordat cum diſpoſitione iuris communis, fuit deciſum in S. C. referente Reg. Conſil. Altomare in cauſa Duciſſæ Grauinæ cum Duce eius Nepote ſuper ſucceſſione Catharinæ Vrſinæ Marchioniſſæ Laini, quòd omnes filij ſuccederent cum matre, per auth. defuncto, & non ſecundùm Conſuetudinem prædictam, Reg. de Pon. conſ. 110. in cauſa, ſub n. 2. & 3. & conſ. 133. n. 7. vol. 2.

Filij, & deſcendentes à matre excluſa à ſucceſſione per Conſuet. Capuanæ, & Nidi an cenſeantur paritèr excluſi; fuit deciſum in cauſa Marchionis Lauri, & Aſcanij Pignatelli Ducis Biſatiarum cum Marchione Montis Fortis affirmatiuè, Amat. cōſ. 26. pro reſolutione, n. 33. vol. 1.

Filij fratrum an ſuccedant patruo in capite, vel in ſtirpes; fuit deciſum in S. C. in cauſa illorum de Naſtaro in capite ſuccedere, nec ſubingreſſione iuuari, Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 4. c. 9. nu. 16. vide infra verb. ſuccedi.

Filijfamilias an admittantur in electione Officialiū ad vocem actiuam; fuit deciſum in S. C. quòd non admittantur, in cauſa Terræ Peſchi Pagani, Flau. Amend. ad Franch. dec. 210. n. 9. *Auguſt. Caput. de regim. Reipubl. c. 4. n.* 13.

Filij poſiti in conditione, etiam ſi in linea deſcendēti verſemur, an cenſeantur vocati extantibus quibuſdam coniecturis. Primò, dùm teſtator iuſſerat, q aliquo ex hæredibus inſtitutis abſq; filijs decedente valeat ille de medietate diſponere, & incluſa legitima, & reliqua medietas ad coheredes dari, ergò ſi cum filijs deceſſiſſet ad nihilū diſponere poſſet. Secundò, quia teſtator in ſubſtitutione vocauerat, nedùm ſubſtitutū, ſed eius filios, & ſicuti ſubſtituti filios admiſerat, ità & filios in cōditione poſitos vocauerat. Tertiò, quia ſunt filij reciprocè ſubſtituti, vndè ex hoc vocati cenſentur. Quartò, ob conſeruationem familiæ ob maſculinitatem. Quintò, ex cauſa ſubſtitutionis compendioſæ, quæ etiam operatur fideicommiſſariam in beneficium ſubſtitutorum, ità paritèr reſpectu filiorum in conditione poſitorum. Sextò, cùm bis poſiti in conditione vocati cenſeantur. Septimò, cùm maſculi vocati cenſeantur, alioquin fœminæ cum eius cōcurrerēt. Octauò, cùm teſtator poſuerat filios legitimos, & naturales, ideò vocati. Nonò, cùm verſemur in linea deſcendenti. Decimò, ex prohibitione trebellianicæ; ſed omnibus ijs reſoluti sfuit deciſum per S. C. iunctis aulis contra filios, in fauorem creditorum, referente Io. Baptiſta Meliore Reg. Conſil. in Banca Cioffi in cauſa creditorum I. V. D. Nicolai Antonij de Silectis, vt ait Amat. conſ. 91. teſtamenti.

Filiorum appellatione an contineantur fœminæ in Regno in ijs, quę reſpiciūt ſucceſſores, ſeù ſucceſſiones; fuit declaratum contra Comitiſſam Montis Auri de eius rebellione etiam poſt mortem, Minad. in Conſt. In aliquibus, verſ. filiorum, n. 29.

Filius natus ex concubina non exiſtentibus filijs legitimis, & naturalibus, nec coniuge, in quo ſuccedat patri; fuit deciſum, ſuccedere in ſexta parte, Franch. dec. 291. Ric. collect. dec. 1345.

Filius an poſſit patrem accuſare, & conuenire vigore inſtrumenti liquidandi via Ritus M. C. V. non fuit deciſū, licèt tenere videatur, quòd nō Franch. dec. 162. Galt. in pract. crim. inſtr. ſecūda ſecūdæ part. n. 31. & ſeq. vide Battagl. in l. qui in poteſtate, C. de in ius voc. in add. ad Cyn. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 2. c. 9. n. 2. *Blaſc. in memorab.* 25. *in fin.*

Filius natus ex matrimonio cōtracto per mulierem habentem alium virum abſentem, poſtmodū diſtracto, an patre mortuo ſuccedat eidem, non obſtante diſtractione matrimonij ſecundo loco contracti, fuit deciſum, q ſic, Franch. dec. 130. Tap. in Ritu, incip. Quæ item ſeruat ipſa Curia, q diſponens, Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 2. c. 4. n. 76.

Filius accipiendo pecuniam de remiſſione mortis patris an efficiatur hæres; concluditur, quòd non, & ſecundùm prædicta fuit deciſum in S. C. conuētos abſoluendos, ex quo per inſtrumenta etiam non in forma probantia per eos preſentata demōſtrabatur, conuentos conſequi debere dotes maternas, & illum titulum allegabant, voluiſſe, & velle bona patris poſſidere, etiam quòd inſtrumētum dotium non probabat, nam ſaltem per illud habuerunt iuſtam cauſam euitandi titulum hereditarium oneroſum, vt refert Vrſill. dec. 372. nu. 8.

Filius inſtitutus ſub duplici conditione reſtituendi hæreditatē agnatis, an poſsit duas quartas detrahere .ſ. quartam legitimæ, & trebellianicæ; fuit deciſum in S. C. quòd fieret hæc detractio, quatènus eſſet ipſa legitima, & trebellianica, quę faciūt medietatem bonorum, quarè emptores primi ab ipſo ſunt ſecuri, vt refert Vrſil. dec. 367. n. 9. Viu. in Sylua comm. opin. opin. 1005. trebellianicam, poſt n. 1. *Andreol. controu. iur. controu.* 1. *n.* 1.

Filius patris hæres declarans nolle ſuccedere in hereditate ſui patris, an poſsit vēdicare feuda, quæ erant ex forma inueſtituræ hæreditaria; fuit deciſum in S. C. q non, & ideò fuit poſſeſſor feudi abſolutus, Frec. de ſubfeu. lib. 2. in auctho. verſ. pluribus modis n. 74.

Filius an detrahat quartam trebellianicam,& legitimam, etiam in bonis prohibitis alienari; fuit deciſum, quòd ſic, Vrſil. dec. 367. ſub n. 15.

Filius Doctoris de Collegio non ſoluit niſi munuſcula tantùm, an procedat etiam in Nepote Doctoris de Collegio; fuit deciſum, quòd non, Fab. Ann. in nouiſs. add. in ſing. 216. eius patris.

Filius Doctoris, vel Medici delinquens an puniatur pœna nobilium, vel ignobilium; fuit deciſum, eſſe puniendum pœna nobilium, & ità fuit decapitatus quidam filius Medici, Ann. in Conſt. Terminū vitæ, n. 21. & ſeq. Ric. in prax. Eccl. dec. 545. nu. 12. de filio Doctoris, quòd gaudeat nobilitate paterna, ità vt ſi ob aliquod delictum mereatur pœnam mortis; deciſum fuit, vt decapitetur per S.C. cōtra deciſa per M. C. in cauſa filij cuiuſdam Doctoris Baroniæ S. Cypriani, refert Marcel. Fort. in tract. de verit. & error. p. 2. ſub n. 161. verſ. ſed nunquid.

Filius tenetur in quantum facere poteſt patri decrepito refutanti omnia feuda filio, ſi immineret periculum famis, & vitæ, & ità fuit deciſum in S.C. Ann. in repet. rub. de vaſall. decrep. ætat. n. 55.

Filius, vel filia primogeniti an excludant ſecundogenitum, etiam minorem; fuit tàm priſcis tēporibus, quàm modernis deciſum, quòd ſic, Capyc. in add. ad Conſuet. Si moriatur, §. & omnia, incip. tenet Napod. hic, f. 107. & ibi Piſanel. in ſeq. addit. incip. tu vide in alleg. vbi refert, fuiſſe admiſſum filium ſecundogenitum in ſucceſſione aui, ſtante morte primogeniti, & ſecundogeniti, excluſo quartogenito, de deciſione Capyc. meminit Minad. in Cōſtit. In aliquibus, in 3. notab. n. 119. Io. And. Georg. alleg. 9. n. 28.

Filius an poſsit pàtrem inſtituere hæredem, non obſtante quòd matrimonium ſit contractum ſecundùm Conſuet. Capuanæ, & Nidi; fuit deciſum, quòd ſic in S.C. vndè fuit abſolutus hæres inſtitutus ab impetitione fratris vterini petentis dotes maternas, Camil. Saler. in add. ad Conſuet. Filiuſfamilias, incip. referente Domino Minadoo f. 188. Molf. in Cōmen. ad Conſuet. Neap. p. 3. q. 24. n. 12.

Filius ſororis renunciantis in manibus patris an ſuccedat in paterno feudo quaternato, excluſo Fiſco; fuit deciſum per totum Conſilium, quòd ſic, tùm quia illa renunciatio non comprehēdebat feuda, tùm quia erat perſonalis, non realis, Affl. in cap. Titius cum Sempronio, ſub nu. 5. in fin. ſi de feud. fuer. controu. inter Dominum, & agnat. & in c. in generali, eod. tit. Gramm. dec. 101. n. 11.

Filius fratris carnalis an præferatur fratri vterino in ſucceſsione feudorum in Regno Neap. præcipuè in feudis nouis virtute Gratiarum conceſſarum Regno; fuit in S. C. iunctis aulis iudicatum pro nepote ex fratre carnali contra fratrem vterinum, Fab. Ann. conſ. 125. putabam in hac cauſa, vbi in fine conſ. ponit deciſionem, eum citat Io. Andr. de Georg. in alleg. 12. n. 51. & alleg. 25. n. 28. & de tali gratia meminit Franc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. veniendo ad primam, n. 17. f. 188. Reg. de Pont. in tract. de pot. pror. tit. 8. in princ. n. 22. & in rub. de ſucceſſ. feud. lect. 12. num. 54. *Conſ. Theodor. alleg. 100. n. 35. in medio, Iul. Caeſ. Gallupp. in method. feud. part. 3. c. 4. n. 23.*

Filius & ſi dicatur ſuus, qui ab hæreditate ſe abſtinuit, & effectum ſucceſsionis non habuit, neq; tenetur in ſolidum ad debita contracta in vita patris iuſſu patris ad illius vtilitatem cum eo, & ſi inuentarium feciſſet, quia habetur, ac ſi abſtinuiſſet, & ità fuit in S.C. iudicatum, non obſtante iuramēto, etiam poſt ſententiam condemnatoriā, oppoſita exceptione in exequutione, in cauſa Comitis Mōtellæ, Minad. in Conſt. In aliquibus, in 2. not. n. 34. Molf. conſ. 4. n. 2. *Reg. Merlin. controu. for. c. 39. n. 9.*

Filius an poſſit patrem inſtituere, ſtāte matrimonio contracto ſecundùm vſum nouum, & liberè diſponere, ſaluo bonorum ſubſidio, nulla habita ratione, verum fratres ſint, vel alij proximiores, quia ſufficit hunc caſum Conſuetudine non comprehendi; fuit iudicatum contra proximiores, vt refert Minad. in Cōſt. In aliquibus, not. 2. n. 107. nàm Conſuetudo non debet extendi, quando quis decedit relictis proximioribus ex parte patris ad caſum, quādo decedit relictis patre, & fratribus, vel alijs proximioribus cum patre, dùm ſit extrà caſum Conſuet. Idem ibi n. 105.

Filius, qui quietauit bona paterna cum iuramento an connumeretur inter numerum filiorum, & ſucceſſiuè partem faciat in legitima; concluditur, quòd non, tamen in hoc vario modo eſt iudicatum per S. C. vt in cauſa Thomæ de Forma cum Marino eius fratre, penès Longum Act. vt refert Aloyſ. de Leo l. 1. n. 8. C. de iur. delib.

Filius naturalis legitimatus an admittatur ad honores Sedilis, ſi non verificauerit ſe filium; fuit iudicatum, quòd non, Reg. de Pon. conſ. 20. ex pluribus, vol. 2. in prima impreſſ. *Aug. Caput de regim. Republ. c. 5. n. 7.*

Filiuſfamilias, qui per multos annos ſtetit non ſoluere, an iuuetur beneficio legis quod cum eo, &c. vt non teneatur vltra quàm facere poſſet; fuit deciſum per M.C.V. eſſe liberandum, & interpoſita appellatione in S. C. quia pars in facto multa intendebat probare, fuit mandatum M. C. quòd liberaret ipſum cū cautione de ſtando iuri, Franch. dec. 225. Ric. in collect. dec. 152.

Filiuſfamilias renuncians in ſpecie beneficio legis quod cum eo, &c. vt non conueniatur, niſi in quātum facere poſſet, licèt in generali renunciatione non cenſeatur renunciatum, an gaudere debeat tali beneficio, non fuit deciſum, Franch. dec. 183. de quo meminit Reg. Rou. in prag. 1. de S.C. Maced. n. 27. vbi refert, fuiſſe deciſum in fauorem filiorumfamilias, & poſt num. 27. tradit, quando adeſſet ſpecialiſsima renunciatio, vt ibi per eum, ſecus eſſet, Giurba deciſ. Sicil. 42. per tot. tamen hæc opinio nec tuta videtur, poſtquàm S. C. decreuit olim in fauorem filijfamilias Doctoris, qui cenſetur ſcire iura abſq; certioratione, vt in cauſa Franciſci Antonij Mazzolæ, cuius ſententiæ exemplum inſimul cum alijs eſt videre penès Longum in cauſa quondam Io. Petri de Turijs cum Duciſſa Turris Maioris, nunc pœnès à mandatis Scribam Barrile, nouiſsimè Molf. in conſ. 4. num. 6. & 7. adducit alias deciſiones S. C. vt non obſtāte renunciatione gaudere debeat prædicto beneficio, Ricc. in collect. deciſ. 152. & nouiſsimè in collect. deciſ. 1754. vbi plures deciſiones antiquas, & nouas collexit, iterùm in Sacr. Conſ. iunctis aulis, factoq; verbo in Collaterali Conſilio deciſum eſt, quòd non teneatur filiusfamilias de perſona, qui ſe obligauerat cum patre ad eius cōmodum, niſi in quantum facere poterat, non

ob-

obſtante renunciatione beneficij tituli quod cum eo, Anell. Amat. conſ. 41. licèt efficacitèr, Giurba vbi ſupra n. 8. *Iul. Caeſ. Gallupp. in praxi S.C. p. 3. c. 3. n. 22. Io. Caſtagn. in tract. de benef. ded:tis ne egeat, q. 6. fallent. 7.*

Filiusfamilias quamuis ſe obligare non poſſit abſq; patris cõſenſu vigore generalis decreti huius Regni, an ſi facta fuiſſet obligatio extra Regnum, & conuentus in Regno, tali exceptione vti poſſit, fuit deciſum contra filiumfamilias, Franch. deciſ. 72. de qua commemorat Reg. Rouit. in pragm. 1. de Senatuſconſ. Maced. n. 9. Io. And. Georg. alleg. 44. nu. 30. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 1. c. 6. n. 31. *Reg. Merlin. controu. forenſ. c. 39. n. 17.*

Filiusfamilias an poſſit teſtari citra cõſenſum patris de feudo ſibi a patre donato, vel refutato, tàm quàm peculio quaſi caſtrenſe, fuit deciſum, quòd non, Franch. dec. 4. nu. 4. & Viſcont. hic citat DD. alios. *Reg. Conſtant. in l. 1. & 2. C. de fil. Offic. n. 50. Camill. Larath. in theatr. feud. to. 1. p. 9. diluc. 1. n. 9.*

Filiusfamilias in patria poteſtate exiſtens contrahẽs ſocietatẽ, ob quod fuit debitor effectus, an factus ſui iuris teneatur ex dicto contractu continuato in quantum facere poteſt; fuit deciſum, non eſſe moleſtandum de perſona, & ſucceſſiuè teneri in quantum facere poſſet, Reg. Rouit. in pragm. 1. de S.C. Maced. à n. 15. cum ſeq. & poſt nu. 21. verſ. & ex ijs ego decidi, &c.

Filiusfamilias an pro periurio præſtito, aſſerendo ſe patremfamilias puniri poſſit; fuit deciſum, quòd ſic, ſed pęna extraordinaria, vt refert Io. Franc. Scaglion. in pragm. 1. de S.C. Maced. nu. 46. quod hodiè eſt deciſum per Reg. Pragmaticam editam ſub die 13. Ianuarij 1588. incip. Alli giorni, §. 9. ſituatam in volum. pragmaticarum, ſub tit. de offic. Procurat. Cęſ. prag. 64. vt filijfamilias non teneantur ex tali mẽdacio, quamuis in contrarium fuiſſet deciſum, vt ſuprà etiam per diſpoſitionem iuris communis in l. eum, qui, ff. quod cum eo, &c. ac aliam deciſionem refert Vrſill. dec. 308. n. 16. aſſerentem, fuiſſe in M.C.V. & S.C. condemnatum quendam filiumfamilias ad quantitates debitas, & ad exilium per annos quinque, & ſic alias deciſum refert Ann. in ſing. 213. filiusfamilias, vbi ſingularitèr Fab. de Ann. in addit. qui allegat mentionatam pragm. Marcell. Fortunat. in tract. de verit. & error. p. 2. n. 92. cum ſeq. *Conſil. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 1. c. 6. n. 4.*

Filiusfamilias an poſſit teſtari de feudo refutato; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, Affl. dec. 183. quem citat Franch. deciſ. 4. in princ. *Reg. Conſtant. in l. 1. & 2. C. de fil. Offic. lib. 12. n. 48. & ſeq.*

Filiusfamilias iuxtà pragm. Regni catènus poteſt ſe obligare, quatènus concurrat patris conſenſus, vel quòd ſeorſum à patre habitet, ſed quod nam tempus exquiritur, vt habitatio ſeorſum ſit cauſa obligationis, vel magnum, ſcilicèt 20. annorum, vel modicum, fuit deciſum in M.C.V. & in S.C. ſufficere, quòd per momentum habitet ſeorſum à patre, ex quo Regia pragm. non limitat tale tempus habitationis, & ſecundùm iſta fuit deciſum, obligationem fuiſſe validam, Vrſill. dec. 308. à nu. 17. vſq; ad num. 19. Io. Paul. Galt. in pract. crim. inſtrum. 2. 2. p. n. 25.

Filiusfamilias inſimul cũ patre obligatus ſi expreſsè renũciauerit beneficio legis, q cum eo, &c. an opponere poſsit exceptionẽ talis beneficij in liquidatione inſtrumenti; fuit pluriès practicatũ, obſtare exceptionẽ periurij, & mox carcerati, & ſic filijfamilias excarcerati fuerunt, non obſtãte tali renũciatione, immò ẽt exiſtente inualida abſolutione iuramenti, vt tradit Vrſill. deciſ. 308. nu. 21. Io. Frãc. Capibl. in prag. 6. de Baron. n. 67. ſubdẽs, hodiè per nouellã prag. fuiſſe relaxatã pęnã periurij filijsfamilias, vt dixi ſuprà eod. verb. filiusfamilias.

Filiusfamilias inſimul cum patre obligatus vt nõ teneatur de perſona, ſed in quantum facere poſsit, traditur cautela, vt faciat ſe à patre emancipari, vel poſt mortem patris renunciet paternæ hæreditati, etiam q renunciaſſet tali beneficio, ſaltem in genere, ſcilicèt omni legũ auxilio, prout pluriès in facto deciſũ in S.C. refert Vrſill. dec. 308. n. 20. *Ill. Epiſc. Marant. tom. 2. reſp. 51. n. 35.*

Filiusfamilias ſi ſe obligauit in inſtrumento cũ iuramẽto, an valeat talis obligatio; licèt concludatur, valere virtute iuramẽti, tamẽ refert Frecc. de præſent. inſtrum. p. 9. q. 8. n. 52. fuiſſe in S.C. obſeruatũ, vt declaretur inſtrumentũ nullũ, & hoc poteſt fieri per laicũ, & non ex hoc annullatur eius confeſſio, neq; iuramentum, & ſi pars vellet agere ratione iuramenti, poſſet, & ità fuit iudicatum in anno 1540. 20. Februarij, ex quo iſte filiusfamilias cum iuramento ſe obligauerat, aſſerendo eſſe emancipatum, & oppoſitũ fuerat repertum, quapropter generalitèr ex decreto S.C. lato in anno 1525. fuit prouiſũ, filiosfamilias nõ poſſe ſe obligare, vel cõtrahere, niſi fuerint emãcipati, vel habitent ſeorſũ à patre, aliàs inſtrumenta confecta nullã obtineãt roboris firmitatem, vt refert Frecc. vbi ſuprà n. 1. vidẽda ſunt notata ſuprà eod. verb. filiusfamilias.

Filiusfamilias, qui ſe obligauit alteri mediãte inſtrumẽto, in quo pater ſuũ pręſtitit conſenſũ, an ſi poſt cõtractum ſe fecerit emancipare, gaudere debeat beneficio l. 2. C. q cũ eo, ſuperiùs dictũ fuit eod. verb. filiusfamilias, filiosfamilias habere duo remedia, hoc eſt renunciationis paternæ hæreditati, vel emãcipationis, vt in caſu prædicto, tamen traditur aliud remediũ, videlicèt impetrationis abſolutionis à iuramento, iuxtà deciſa per Affl. deciſ. 220. n. 10. cum ſeq. & ità in cõtingentia facti dùm fuiſſet obtẽta abſolutio, fuit deciſũ in S.C. pro filio emãcipato, vt nõ teneatur, niſi in quantũ facere poſſet, vt refert Carauit. in pragm. 1. §. 12. n. 64. & 70. vbi ponit deciſionem de S.C. Macedon.

Filiusfamilias mercator an iuuetur beneficio S.C. Maced. iuxtà formam pragmaticæ deſupèr latæ; fuit deciſum in S.C. die 27. Octobris 1613. in cauſa Annibalis de Leone cum Luca de Fęlice patre Michaelis de Fęlice; quòd non, Reg. Rouit. in pragm. 1. n. 7. de S.C. Macedon.

Filiusfamilias minor 14. ann. qui cum cõſenſu patris alicui ſe obligauerit, an facta liquidatione inſtrumenti, non obſtãte læſionis, ſeu reſtitutionis exceptione detrudi debeat in vinculis; fuit iudicatũ, q ſic in cauſa D. Ioannis de Montibus cum patre obligati; Incertus Author in tract. de præſent. inſtrum. ad form. Ritus fol. 613. in tract. diuerſ. de preſent. inſtrum. Io. Paul. Galter. in eius prax. crim. inſtrum. in 2. par. ſecundæ partis principalis, n. 23.

Filiusfamilias videns patrem creditorum mole grauatum, ſi aliq ex debitis paternis in ſe ſuſcipiẽdo ſe obligauerit citrà patris cõſenſum, an opponere

poſsit

poſſit exceptionẽ Macedoniani,& indè beneficio ipſo potiri;fuit deciſũ in eius fauorem per S.C.in cauſa Petri de Bon'anno cũ Io.Dominico de Creſcentio, vt refert Paſchal.in tract.de vir. pat.pot. p.1.c.6.n.123.*Ill.Epiſc.Maranta to.2.reſp.51.n.35.*

Filiusfamilias obligatus inſimul cũ patre pro debito ſpectante ad patrẽ,conſenſum in eo præſtãtem,& ſic in facto proprio, tertio aũt ſoluẽdo,in prætextu læſionis,atq; metus reuerẽtialis admittatur aduerſus obligationẽ ipſam,impediendo liquidationẽ inſtrumenti,in facti ſerie demõſtrabatur, duos filiosfamil. inſimul cum patre reperiri obligatos vxori filij præmortui pro reſtitutione antephati; & dubitãtes, ne inſtrumentũ cõtra eos liquidaretur per dictã vxorem relictã fratris præuenerũt in M.C.V. petẽdo,obligationem ipſam annullari ob læſionẽ,& metum reuerentialẽ,& ſucceſſiuè velle gaudere beneficio conceſſo filijsfamil. & demum ex cõſenſu præſtito per eorum patrẽ in facto proprio,ad quẽ ſpectabat debitũ tale ſoluere, ex traditis per Socin.ſen.conſ.23.n.8.15.24.& 25.vol.4. Carau.in pragm.1.§.11.n.8.ad S.C.Maced.copioſẽ Ioſeph Ludou.in ſuis commun.concluſ. tit.de authorit.& conſenſ. concl.1.in princ. Attamen aduerſus prætenſa per ipſos filiosfamilias intraſcripta breuitèr in iure allegata fuerũt per Doctorem Michaelẽ Zappullũ meum obſeruandiſſimũ coniunctum, videlicet Iacobus,& Ferdinãdus Pintus ſe obligauerunt cum eorũ patre mediante inſtrumento omni ſolẽnitate vallato ad ſoluẽdum Iuliæ Benincaſæ viduæ quõdam Io. Baptiſtæ Pinti eorũ fratris duc.750. in circa,modò prætendunt,talem obligationem declarari nullã,ſtante metu reuerẽtiali, & enormiſſima læſione,dùm præfatũ debitũ ſpectabat ad patrem, & nõ ad ipſos filios,ſed hæc prætenſio vana eſt;nã reſpectu læſionis ipſa Iulia, quæ ſtipulata eſt à prædictis patre, & filijs pecuniã ſibi debitam,nullum lucrũ ſentijt,iuxtà terminos l.ſi cum exceptione, §.in hac actione, & §.aliquando,ff.quod met.cauſ.reſpectu verò metus reuerẽtialis ille non opponitur contra tertiũ, cui nõ debetur reuerentia, l.ſi patre cogente, ff.de ritu nupt.& ibi Bal.ità ꝙ ſi filius vt complaceret patri contrahit cũ alio,non põt illi tertio opponere exceptionem metus reuerentialis,hoc probatur per l.fideiuſſor,§.patet, ff.de pignor. vbi tenent geſta per filiũ ſuggerẽte patre in beneficiũ tertij creditoris patris,& hoc adeò eſt verum,vt lex præparauit alia beneficia filiofamilias ſe obliganti in beneficiũ alicuius;nã aut ſe obligauit abſq; conſenſu patris, & ſuccurritur ei per Senatus Conſult. Macedon. aut ſe obligauit cum cõſenſu patris, & ſuccurritur ei per titulum,ꝙ cũ eo,quando in ſpecie ei nõ renũciauit,vt deciſum eſt pluriès per Sacrum Conſiliũ, ſicut teſtatur Præſ.de Franch.dec. 181.ideò dùm hic renũciauit prædictæ legi quod cũ eo,non põt ea vti,ſed datur intelligi,ꝙ prætendit iuuari Senatuſconſulto Macedoniano,aſſerẽs, conſenſum patris fuiſſe nullũ, dùm eius obligatio tendit in beneficiũ patris,& prætendit auxiliũ l.1. ff.de author.præſt.vbi legitur,tutorẽ in re ſua non poſſe eius pupillo authoritatẽ præſtare,ſed hic nõ ſumus in terminis illius legis, in qua tractatur de authoritate preſtanda,ſed ſumus in terminis Reg. pragm.de S.C.Maced.quæ requirit cõſenſum patris,non aũt authoritatẽ,& iſte conſenſus poteſt à patre præſtari ad ſui beneficium,licèt non poteſt præſtare authoritatẽ,vt dicit Bal.in d.l.ſi quando, §.1.n.1. C.de inoff.teſtam.vbi ad hoc citat Innoc. idẽ dicit Ang.in l.1.§.fuit quæſitum,n.2.ff.ad Trebell.quos refert,& ſequitur Alex.in d.§.fuit quæſitũ,n.9.& in cõſ.106.quòad præſens,n.2.lib.1.vbi dicit,ꝙ cõſenſus eſt ſeorſum ab actu obligationis, ideò efficaciter præſtari poteſt,quã diſtinctionem inter authoritatẽ,& cõſenſũ ſimilitèr facit Rom. cõſ.515.in quæſtione,n.2.vbi firmitèr tenet,quòd vbi non põt pater authorari,poteſt cõſentire,hoc ẽt tenet Oldrad.in cõſ.26.pater cõſentit,n.2.verſ. ex prædictis,eandẽ diſtinctionẽ facit Ang.in conſ. 143.tria,n.2.verſ.nos verò in ſimplici conſenſu,& præſentia,& loquitur in caſu huius pragmaticæ, quæ requirit conſenſum,& præſentiã patris,itẽ in additione ad Spec.in tit.de inſtrum. edit.§.14 porrò,in verſ concipitur,lit.D.quæ incip.Petr.de Ceruotis,in fin.fol.mihi 722.col.2.ſunt hęc verba, videlicèt,adde,ꝙ pater poſſit conſentire filiæ donãti,& plus vltrà notat, ꝙ filius poteſt donare patri,ipſo patre authorizãte,vel potiùs conſentiẽte, & allegat multos DD.hoc tenentes, & nouiſſimè Tiraq.de leg.cõnub.gloſ.8.de ſonmarij,n.117.verſ. reſpondẽt,fol.mihi 255.facit differẽtiam inter authoritatẽ,quæ ex cauſa officij interponitur,& cõſenſũ,qui priuatim adhibetur,& loquitur propriè de conſenſu patris in cõtractu filij n.116.antè prędictũ n.117. in quo n.116. reijcit omnes opiniones contrarias,& præcipuè Socin.d.conſ.23.ſibi contrarij in conſ.87.Inſupèr alia ratione hic cõtractus eſt validus,quia principalitèr eſt factus in beneficium prædictæ Iuliæ creditricis,licèt in conſequẽtiã tendat in beneficiũ prædicti patris principalis debitoris dictæ Iuliæ: Ità ꝙ & ſi per Reg.pragm. requireretur & cõſenſus,& authoritas patris,hæc quæſtio decideretur per d.l.1.ff.de auth.præſt.quã ſummant Bar.& Alber.dicentes, in re ſua non põt quis authoritatem præſtare principalitèr, ſed per cõſequentiã, ſic ſemper enim ꝙ principalitèr agitur,attendi debet,l.1.§.ſi te rogauero, ff.depoſ.ſed præſtatio fideiuſſoris fit principalitèr pro beneficio creditoris, l.procuratoris, §.ſed ſi dedit, ff.de tribut.action,l.4.§.ſi ſub cõditione,verſ.illud,ff.de fideicõmiſſ.libert.l.5.§.ſatis acceptio,in verſ.ſatiſfieri,cum gloſ.ibi ff.de verb.oblig.licèt fideiuſſio tẽdat ad commodum debitoris in conſequẽtiam, nã talis fideiuſſio eſt actus factus cũ creditore,dũ fit per ſtipulationem,d.§.ſatis acceptio,& l.blãditus,C.de fideiuſſ. per quas,& alias rationes Alex. in d.conſ.106. poſt n.3. in verſ.nos verò ſumus firmat,hãc concluſionẽ valere, cõſenſum patris præſtitũ filio fideiubẽti pro eo, quãdo filius eſſet maior,prout eſt in caſu noſtro,& in proprijs terminis S.C. pluriès iudicauit, filiũfamilias cũ patre obligatum teneri ad obſeruãdum promiſſa,quãdo rẽnũciauit expreſsè beneficio legis,ꝙ cum eo,vt refert Præſ.de Franch.dec.164.n.7.& dec.181.vbi ſub n.7.ſubdit, teneri ẽt in caſu,quo ſit merus fideiuſſor patris,ità ꝙ dũ habemus leges, gloſas, Doctorũ conſilia,& deciſiones pro creditrice,durum eſt contrà eã allegare,vel decidere,& tandẽ facta relatione per Iudicẽ Tauiram in aula Conſiliarij de Ianuario deciſum fuit iuxtà allegata contra filiosfamilias,remittendo cauſam eidem M.C.V.quòd procederet ad liquidationẽ, penès Tertreciarium

Actua-

Digitized by Google

Actuariū, quamuis poſtmodùm competēti fuiſſet ex probatus per eos, talem obligationē fuiſſe factā etiam accedente metu compulſiuo, fuit per idem S.C. referēte Peritiſſimo Conſil. Quadra deciſum in fauorē ipſorū, eoſq; abſoluēdo ab impetitis, penes Figliolā Act.Mag. (Additio) Et ſi per Carau. in prax. 1. de S.C.Maced. §.12.n.1.& ſeq. dicatur, q̄ ſi filiusfamilias citatus fuerit ſuper tenore inſtrumenti, opponendo nullitatem cōtractus, ex eo q̄ eſt ſub patria poteſtate, debet interim carcerari, donec doceat, ſe eſſe ſub paterna poteſtate cōſtitutū, ea ratione, nā cùm hoc ſit fundamentū ſuæ intentionis, debet illud probare in vinculis, quamuis quò ad debitū ſit reus in exceptione, tamē eſt actor, improbatur nouiſſimè à Paſchal. in tract. de vir. pat pot. p.1.c.6.nu.6.& ſeq. per alias rationes, & propterea ad intelligentiam præmiſſorū, & corroboratione deciſionis S.C. adduco eundē Carau. in ritu 166.n.79. quem ſequuntur Praeſ. de Franch. dec. 164.n.2. Reg. Roui. in rubr. de inſtrum. liquid. n.37. Muſcat. in prax. S.C. lib.2.p.3. gloſ. detinebitur, n.119. Molfeſ. conſ.4.n.1. Giurb. dec. Sicil. 141. n.1.& 7. dicentem, q̄ ſi antè liquidationem oppoſuerit filiusfamil. talē exceptionem, tūc filiofamil. effecto ſui iuris per emancipationem, aut mortem patris ſuperſedebitur in liquidatione, donec alitèr prouiſum fuerit ſuper petito beneficio, vel melius procedatur ad liquidationem; verùm ſuperſedeatur pro debito, & pœna in exequutione perſonali, donec alitèr fuerit prouiſum, aut in promptu non appareret de emācipatione, vel morte, Iudex procederet ad liquidationem, & indè ad carcerationē, & tunc in vinculis doceبit de ſua exceptione, vt quoq; tradit Galter. in prax. inſtrum. 2. p. ſecundæ partis, rubr. vnica, n.23. & ſic ex iſto capite deciſio allegata benè proceſſit, dùm nō conſtabat de emācipatione in actis, neq; de morte patris, eo q̄ adhùc viuebat, reſpectu inſupèr alterius capitis, hoc eſt conſenſus paterni in cōtractu proprio appoſiti extat communis opinio, vt valeat cōtractus ipſe, ſicuti ex nōnullorum Doctorum authoritate comprobat Ioſeph Ludou. in loco citato in princ. verſ. contraria etiā opinio, & præſertim in 9. fallent. vbi limitat, quando non principalitèr tractatur de intereſſe conſentientis, ſed in conſequētiā, & ponit multa exēpla, potiſſimùm in cōtractu matrimonij, & cōſtitutionis dotis, cùm dos ſit acceſſoria, l. dotem, ff. de iur. dot. & ſic ex ijs credo, rectè proceſſiſſe primam allegatā deciſionē S.C. De ſecunda autē non eſt dubitandū, quanquā pendeat reclamatio, & ſucceſſiuè deciſio, cū alitèr tāctū ſe habere prætendatur. *Reg. Merlin. controuerſ. forenſ. c.49 n.40. meminit de hac deciſione.* Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Filiusfamilias, qui abſq; cōſenſu patris ſe obligauerit, an poſt contractum ſi ſuperuenerit conſenſus patris, obligetur; fuit deciſum in M.C.V. in fauorē creditoris, in cauſa Io. Angeli Baccarij in Banca Caliſani, Ricc. collect. dec. 2039. licèt contrarium tenere videatur Paſchal. de vir. pat. pot. p.1.c.6. nu.27. *Meminit de hac deciſione Nouar. lib.2. quæſt. forenſ. q.92. nu.4. ſed verius, Reg. Roui. in pragm. 1. ad S.C. Macedon. n.11. in vlt. compilat.*

Filiusfamilias mercator an poſſit ſe obligare abſque patris præſentia, vel ſi non eſſet emancipatus, aut ſeorſum cum familia nō habitauerit; fuit deciſum affirmatiuè in S.C. die 27. Octobris 1613. in cauſa Annibalis de Leone cū Luca de Felice, Ricc. collect. dec. 2039. *Eādem deciſionem priùs retulit Reg. Roui. in pragm. 1. de Senat. Conſult. Maced. n.7.*

Filiusfamilias obligatus inſimul cum patre, ob quod iuxtà formā ritus M.C.V. cauſam eius in vinculis, aut facto depoſito dicere debet, an audiendus ſit extrà carceres; in multis cauſis fuit deciſum, eſſe audiendum extrà carceres, & ad ſummum teneri præſtare cautionem de parendo mandatis Curiæ, & ſe præſentando tempore expeditionis cauſæ, Andr. Molfeſ. in conſ. 42. occaſione, nu. 30. & ſeq. *Iul. Cæſ. Gallupp. in praxi S.C. p.2.c.22.n.38.*

Filiusfamilias ij vigore ſtatuti patri ſuccedere nequeat, niſi eſſet in poteſtate, an patre decedente, relicto filio Epiſcopo ſuccedere poſsit, hanc quæſtionem in Regno iſto Apuleæ olim exortam, tradit Nicol. de Neap. in litem in poteſtate, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur. referens, determinatum fuiſſe, quòd ſic, eum ſequitur citando Roder. Suar. in l.9. fori, tit. de los pleitos, n.28.

Fiſco an prius pro pœna ſatisfaciēdum ſit, quàm creditori pro ſuo credito ex inſtrumento liquidato, vide Carau. in Ritu 184. verſ. immò multò magis, vbi videtur tenere quòd prius ſit Fiſco ſatisfaciēdū, & ſic annis elapſis iudicatum per M.C.V. nām facta liquidatione inſtrumēti per Diomedem de Afflicto meum obſeruādiſsimum amicū pro duc. 700. contra N. d'Afeltro in Banca Vertoz, & eius vigore exequi feciſſet ſuper quibuſdā vegetibus vini, quibus expoſitis venalibus dùm de pretio illarum ſatisfacere intendebat; comparuit Fiſcus, petendo ſibi de pœna ſatisfieri, & ſic fuit reſolutū, vt pro pœna Fiſco prius ſatisfiat, & de reliquis creditori contrarium obtinere non potuit, vt mihi retulit. *Iſta deciſio impugnatur à Donato Anton. de Marin. quotid. reſolut. c.148. nu.13. ſed benè declaratur, qualitèr procedat, & defenditur in 2.p. noſtri cōpendij verbo Fiſcus, immò iuxtà hanc deciſionē fuit Galliæ deciſum apud Io. Gallum q.131. §. per arreſtū, fol.166. & in arreſt. 125. fol. 201. à t. ac ēt Sabaudiæ penès Ant. Fab. in eius Codice lib.9. tit.26. definit.3. nu.1. licèt in ſecunda impreſſione alleget deciſionem R.C. in fauorē Fiſci cōtra fideicōmiſſariū, intelligēda erit in caſu ſuo, in quo in cōtrarium extat communis opinio Doctorū, de quo ſatis per Guazzin. in tract. de confiſc. bonor. in 7. limit. concl. 13. fol. 195. vt ſi eſſet facta prohibitio in contractu, quo caſu Fiſcus ſuccederet, vt ibi per eum, & ſequitur Fuſar. de ſubſtit. q.429. n.10. ſecùs in vltima volūtate, prout ipſa deciſio eſt fundata.* Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Fiſco inſtāte an procedi poſsit in crimine vſurarum accuſatore deſiſtente, ſiuè antè litis conteſtationem, ſiuè poſt; fuit deciſum, quòd ſic, Carau. in ritu M.C.V. 21. poſt num. 2. vide infra verb. Fiſcus aliam ſimilem deciſionem, Ricc. collect. dec. 1813.

Fiſcū habere nō licet, niſi in Terris Papæ, Imperatoris, & Regis, vndè fuit prohibitū Reginæ Poloniæ cōſtituere Procuratorē Fiſcalē in ſtatu Bari, Ann. in ſing. 220. Fiſcus, Reg. Tapia in rubr. de off. Procur. Cæſar, num. 10. *Canon. Nouar. in ſcholijs ad l. 1. C. de bon. vacant. lib.10.*

Fiſcus quamuis prohibeatur appellare à decretis liberatorijs, non tamen prohibetur per viam recurſus auditi, ſed hoc procedit in cauſis, vbi notoriè apparet, Fiſcum fuiſſe grauatum, Franch. dec. 148.

Reg.

Reg.de Ponte in tract. de poteſt.Proreg. tit.3. de elect.Official,§.1.n.51.Maſtrill.dec.Sicil.158.n.2. & per tot.Iul.Caſ.Imbrian.in tract.de repuli.p.1. conſider.2.n.9.& ſeq.*Reg.Rouit.dec.14.n.3.& 4.*

Fiſcus an ſit reſtituendus prætextu leſionis in arrendamēto arrendato per Curiā,dū cōtractus fuiſſet perfectus, & ſolemnitèr celebratus,præcedētibus pluribus ſubhaſtationibus,& eius pretio; fuit deciſum,q non,attēto modico lucro,nec competere reſtitutionē Fiſco, niſi ex noua cauſa ſuperueniēte cauſetur, Affl.dec.340.Reg.de Ponte conſ.54. n.25.vol.1. & in tract. de poteſt.Proreg.tit.4.de regal.impoſit.§.5.n.19. Sforz.Odd.in tract.de reſtit.in integr.art.13.ſub q.3.n.83. Muſcar.in praxi S.C.lib.2.p.3.gloſ.venduntur,nu.60.Boſſ.in tit.de Fiſc.n.21.Peregr.de iur.Fiſc.lib.6.tit.2.n.10.& 13. Parlad.rer.quotid.2.vlt.p.5.§.13.n.14.& §.17.nu. 23.*Matth.Berlich dec.German.*126.*Ant.de Amat.* *tom.1.reſol.38.n.19.*

Fiſcus an admittatur ad hęreditates rebellium futuras,& ſic ad ſuccesſiones de futuro, & iura de futuro,& quid in iuribus de futuro,quæ debētur ex cōtractibus;fuit deciſum in R.C. q quòad ſucceſſiones,& iura, & hæreditates de futuro nō ſuccedat,ſecus ſi ex cōtractibus,Vrſill.dec.127.ſub n.5. in fin.*Iul.Caſ.Galluppi in method.feud.p.4.c.6.n.11.*

Fiſcus an poſsit opponere contra ſucceſſorem in officio ex perſona prædeceſſoris, mediante gratia Regia, ne ſuccedat, prædeceſſorem deliquiſſe in officio;non fuit votatum,ait Capyc.dec.121.à nu. 17.ad fin. Farinac.conſ.5.n.26.& ſeq.

Fiſcus quamuis non appellet à ſententia abſolutoria lata in fauorem inquiſiti,an etiam procedat,ſi appellatum fuerit à minoritate pęnæ; per S.C. non fuit admiſſa appellatio,ſed approbata,& executa ſententia M.C.V. quæ condemnauerat quendam in exilium per bimeſtre extrà Neap. Grām. in ritu 37.M.C.V. incip.item ſeruat ipſa Curia, nullum denunciatum,fol.158.à t.

Fiſcus an accuſatore ceſſāte in crimine vſuræ poſsit accuſationē proſequi cōtra accuſatū,concluditur, q ſic,&c ita decretū fuit,& cùm ab iſto decreto ad Proregē fuerit reclamatū,iterū votis omniū receſſitis,iuſtū omnibus,ac expediēs Reipublicę viſum extitit,Minad.dec.39.cū ſęneratorū, Franch.dec. 552.& infrà eod.verb.Fiſcus,Borrel.conſ.12.n.52. declarat,iſtā deciſionē fuiſſe factā antè promulgationē Pragm.Imperat.Caroli V.quæ limitat Cōſt. Regni Vſurariorū,Reg.Rou.in prag.1.de vſurar. n.17.aliàs 24.in nouis,Ricc.collect.dec.1813.

Fiſcus an excludatur ex defectu aſſenſus, ſi feudum per mortē alicuius Regi aperiretur, vel deuolueretur per rebellionē eius,qui tenebat ſine aſſenſu; cōcluditur,q non,& ità fuit iudicatū per Iudices Rebellium in contingēti caſu, Minad.in Conſt.In aliquibus,in 5 notab.ſub n.7.in fi.& 8.vbi ſubdit, eſſe imputandum patri non reuocāti antè caſum, ſecundùm quā opinionē refert Georg.in alleg.39. D.Io.Baptiſta,n.4.aliàs obtinuiſſe in R.C.S. cōtrà illos de S.Māgo,in cauſa S.Seuerini de Camerota

Fiſcus an poſsit proſequi accuſationē vſurariæ prauitatis deſiſtente accuſatore; fuit in S.R.C.determinatum,q in quacūq; parte iudicij deſtiterit accuſator vſurarię prauitatis poſsit Fiſcus proſequi, & hoc in cauſa Stephani Sparani Pictoris ſub die 23.Septēb.1533.Antonellus Falāgonus Secretar. vt refert Foller. in pract.crim. in fragment.tit.de vſur.n.55.in fi.vide ſuprà eod.verb.Fiſcus,Borrel. conſ.12.n.53.Ricc.collect.dec.1813.

Fiſcus ex ſuo priuilegio ſi reperiatur debitor priuati,an teneatur ad vſuras,& quid ad intereſſe,licèt aliqui tenuerint, non teneri ad vſuras, per text.in l.cùm quidam, §.Fiſcus, ff.de vſur. tamen alitèr cōcludi videtur,propoſita diſtinctione tradita per Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.4.de Regal.impoſit. §.4. ſub nu.49. quòd ſi Fiſcus fuerit debitor declaratus,& liquidatus ob aliquam euictionem, ſiuè fuerit conuentus actione ex ſtipulatu,ſiuè ex empto, vel aliqua quacunq; cauſa, conſtituendo differentiam inter vſuras,& intereſſe, inter vſuras debitas ex contractu immediatè, pactione,vel conuentione, vel extrà contractum, mediāte mora ex interpellatione cauſata in mora irregulari, nō autem regulari,& ex facto, ex quo non impeditur actus obligationis, & actionis ad intereſſe conſequendum, quò verò ad intereſſe rei iudicatæ,quæ debētur authoritate iudicati,& ſententiæ non dependentis ab obligatione, vel contractu,& in talibus vſuris non procedit diſpoſitio d.§.Fiſcus,vbi ſubdit in fine nu.50.id examinaſſe,quoniam in R.C.S. diuerſæ reperiuntur factæ deciſiones, vt in cauſa Ducis Nuceriæ, Baronis Marturani,& aliorum.

Fiſcus an poſſit agere iure ſibi ceſſo per vxorem feudatarij, cuius ipſe eſt hæres ſuper bonis allodialibus, eò quòd vxor vigore Capituli Neapolitani circà aſſenſum dotiū obtinuerat aſsiſtentiā prò eius dotibus ſuper bonis feudalibus; fuit deciſum in R.C.in fauorem Fiſci,& ità fuerunt vendita bona allodialia ad ipſius inſtantiam,vt refert Reg. de Pont. in tract. de pot.Proreg.tit.6.de aſſen.Reg.ſuper dot.in princ.n.16.

Fiſcus in Regno à ſententijs abſolutorijs nō appellat,iuxtà Rit.M.C.V. incip.in cauſis,qui in viridi obſeruantia extat, at in facto contingenti dùm impediebatur quidam carceratus per Curiam,nō obſtante ſententia abſolutoria facta denunciatione contra eum fuit obſeruatum per S.R.C. diſpoſitum in dicto ritu, Iacob.Anell.de Bott. in add. ad tit.275. incip.Item ſeruat ipſa, in add.incip. & ità pridiè de præſenti anno.

Focularia ſolui mandatur vbi ciues, vel exteri habitant, ex diſpoſitione nouellæ pragmaticæ editæ ab Excellen. Comite Lemenſium die 26. Martij 1613.ſituatæ in tit.de Commiſſar.prag.8. §.*Et tenendo noi*, ſuper cuius intellectu exortis nonnullis ambiguitatibus inter Regnicolas, præſertim ſuper taxatione ſolutionis focularium omiſſa in dicta pragmatica, & inſupèr dùm in ea diſpoſitum ſit, vt abſentes Ciues habitantes in alienis Terris ſoluere debeāt ius foculare tantū,quæ dictio taxatiua,ſiuè reſtrictiua eſt,l.ob ęs,C.de pręd. minor.& ità non ad alia onera obnoxij videbantur: oportuit enim debitè prouideri, & proptereà ex ijs, & alijs difficultatibus remiſſa declaratione per Suam Excellentiam R.C.S. ſuper intellectu dictę pragmaticę,decreto generali eiuſdem Regiæ Cameræ interpoſito die 2.Martij 1616.ad relationem doctiſsimi viri tunc digniſsimi Præſidentis dictæ R.Cam. Iacobi Salurij, pœnès Frāciſcum Riueram pro Actuar.deciſum fuit ſuper infraſcriptis capitibus. Et primò circà ſolutionem focula-

Digitized by Google

focularis, quamuis antiquitùs cõſuetum eſſet ſolui duc.1.per quolibet foculari, vt in parlamento Regis Alphonſi I.cap.4.5.& 10. inter Cap.Neap. fol.7. deindè auctum ad carolenos 15. hoc eſt pro tumulo ſalis,alij caroleni quinque ſoluuntur vltrà carolenos decem, vt in c.27.Regis Ferdinandi II. fol.24 & in c.45.Regis Catholici fol.45. & ſic demùm deciſum per dictam R.C. vt circa exactionem foculariorum abſentium exigi poſſit ab vnaquaq; Vniuerſitate,vbi exteri habitauerint,foculare tantùm, iuxtà formam dictæ pragmaticæ ad rationem carolenorum 15.pro quolibet foculari; verùm reſpectu aliarum impoſitionum, & collectarum exigi debeant,& prouiſiones expediri directæ dictis particularibus, & Capitaneis locorũ in beneficium illarum Terrarum, quæ ſubſtinent onera dicti focularis abſentis, vt in 2.c. dicti decreti habetur;verùm quia dicti forenſes nõ ſolùm per loca Regni habitare ſolent, ſed etiam Neap. vbi non ſoluuntur Fiſcalia, & potiſſimùm hæc focularia ex notorijs priuilegijs ipſius, & cùm tali habitatione fraudari videntur Vniuerſitates;ideò deciſum fuit per eandem R.C.S. quòd reſpectu ipſorum foculariorum numeratorum in alijs Terris Regni, qui Neapoli commorantur,debeant in omnibus contribuere cum Terris,vbi ſunt numerati,ſicut olim antè promulgationem dictæ Regię Pragmaticæ obſeruabatur, vt in 5.c.dicti decreti. Reſpectu autem aliarum contributionum deciſum fuit: Primò, quòd reſpectu foculariorum acquiſitorum exactio facienda erit pro foculari, & pro omnibus impoſitionibus,& collectis in beneficium Terrarum, vbi habitant, & nihilominùs poſſeſſores ſint obligari ſoluere vti bona tenentes pro bonis, quæ forte poſſident in pertinentijs aliarum Terrarum extra locũ habitationis, abſq; deputatione Commiſſarij,ſed per Perceptores, & Capitaneos exigantur, ſicuti in 3.cap. habetur. Secundò deciſum fuit, quòd foculares abſentes numerati in alijs partibus Regni debeant contribuere in locis, vbi habitant in impẽſis extraordinarijs Stratarum, Pontium,Fõtium,Medicorum, Horologiorum, Prædicatorum, & Magiſtrorum Scholæ,& ſimiliter ſoluere bona tenẽtia in locis, vbi habitant pro bonis,quæ poſſidẽt in locis pręd.ictis, ac ſi habitaſſent in Terris, vbi fuerunt numerati, vt in 4.cap. dicti decreti demonſtratur. Tertiò deciſum fuit, quòd foculares numerati in Terris Regni,& alibi in Regni Terris ad habitandum ſe conferentes, debent ſupportare onera hoſpitandi actualitèr, ſicuti per præteritum ſemper ordinatum fuit per ipſam Reg.Cam.ità in 6.c. memoratur. Hæc poſui ad faciliorem ſcientiam Vniuerſitatum, & Ciuium forenſium. Additio. Forẽſes an contribuant in mœnijs Ciuitatis,ſi nõ habent bona intrà muros, Ann.in ſing.221.tenet, quòd non, quòd exteri bona poſſidentes vti pro eis ad collectas tenentur, Reg.Rouit. in rubr. de appretio.num,11. Ferret.in tract.de public.& gabell.num.527. & in quibus locis ſubeant munera, & onera forenſes, Idem ibi n.506. vbi dixit, in loco originis teneri ad onera, & quid in oneribus perſonalibus, ibi nu.486.dixit,ſi per decennium ſtetiſſet, teneri, an teneatur ad onera mixta, quæ perſonis pro rebus imponuntur, vide Theſ.deciſ. 149. & ad quas Collectas tenetur, Idem dec.257. & melius vide Anton.Gabr. lib.6.commun.opin. tit.de iur.immun.concl.2. vbi ponit regulam cum limitat. quòd pro refectione pontium,& viarum Forenſes collectari poſſunt, vt in ſpecie tradit Andr.Gayl.pract.obſeru.lib.2.obſeru.52.num.15. & ibi plura concernentia deciſiones allegatas cumulat,& in tract.de Arreſt.c.6.ſub nu.6.intuetur, ſi forenſibus onera perſonalia pro rebus imponi poſſint, exiſtente neceſſitate, & vbi debeant collectari forenſes pro bonis, ſiuè rebus ſuis in territorio collectantis, vide Minſyng.ſingul.obſeruat. cent.5.obſeru.22. Io.Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Forenſes vendentes,& ementes an adſtringantur ad ſolutionem gabellæ nupèr impoſitæ, concluditur, quòd ſic,Capyc.dec.149.n.9.

Forenſes introducentes victualia in aliquam Ciuitatem,vt venderent,an teneantur ſoluere collectam impoſitam inter Ciues; concluditur,quòd ſic,per doctrinam Luc.in l.hac prudentiſſima,C.de quib. mun.vel pra ſt.lic.ſe excuſ.lib.10.q.25.& ità obtinuiſſe fatetur Frãc.de Amic.in tit.de iis, qui fęud. dar.poſſ.§.hęc rubrica,verſ.& alios tãquàm,f.223.

Forenſes an teneantur ſeruare ſtatuta loci pro bonis ſitis intra diſtrictum quòad diſpoſitionem ipſorũ, dum ſecundum ius commune ſuccedunt, vt aliàs determinauit Rot.Rom.teſte Farin.dec.413.contrarium tamè S.C.pluriès determinauit,Io.Aloyſ. Ricc.collect.dec.1411.in fin.

Fori priuilegium viduis conceſſum an competat aduerſus pupillos conuentos ex contractu paterno; fuit deciſum,non militare,& proindè cauſam eſſe remittendam ad Officiales ordinarios pupilli, Franch.dec.553.Ricc.collect.dec.300.Viſcont.in addit.ad eundem Franch.dec.134.Paſchal.de vir. pat.pot.p.2.c.2.n.105.*Ang.Steph.de iure Fiſci.c.3. num.6.D.Conſil.Carleual de iudic.tom 1.lib.1.tit.1. diſput.2.q.6.inſpect.7.num.622.& 633. Barbat.de diuiſ.fruct.par.1.cap.12.num.97.*

Fori exceptio per debitorem cõuentũ vigore apocæ Banci oppoſita an militet;fuit deciſum,quòd non, Reg.Rouit.in prag.62.n.2.de offic.Procur.Cæſar.

Fori priuilegium an per contumaciam amittatur,vt ſi citatus non cõparuerit,ob quod contumax fuerit reputatus, deindè purgata contumacia allegauerit declinatoriam fori; fuit deciſum,quòd quãdo expreſsè tali priuilegio poterit renunciari, ità paritèr & tacitè per contumaciam, Affl.dec.133. Ann.in ſing.120.contumax, Muſcat.in praxi S.C. p.2.gloſ.veniens,nu.5. Alber.Oliua in ritu Curiæ Archiep.Neap.18.n.8.Io.Franc.Capibl.in prag.8. n.227.de Baron.vbi limitat,non procedere,quando Baro petierit remiſſionem vaſalli cõtumacis, Tapia in pragm.1. licèt vt vniuerſalis,n.43.vbi de crim.agi oport.& ritu 220.Item ſi aliquis,vel aliqua,n.2.& Franch.dec.417.n.1. Borgnin.Caualc. dec.Finiz.2.p.1.n.11.Ricc.in collect.dec.48.Marcell.Calà in tract.de mod.artic.& proband.gloſ.1. §.1.nu.104. Godoffr.à Bauo in ſua prax.& theor. crim.§.contumax,n.53.*D.Conſil.Carleual de iudic. tom.1.lib.1.tit.1.diſp.2.q.6.inſpect.7.n.600.Barbat. de diuiſ.fruct p.1.c.12.nu.32. Reg.Merlin. controu. forenſ.c.81.n.12.*

Fori priuilegium conceſſum perſonis miſerabilibus iurantibus perhorreſcere,an procedat in quacũq; electione Officialium;fuit deciſum,talem electionem procedere,& valere,quãdo fuerit Iudex electus,

ctus,qui iuriſdictionem habeat in conuentũ,aliàs ſecùs eſſet.Affl.dec.257.n.2.& ſeq. Maur.Burg.in tract.de laudem.p.3.inſpect.4.n.16. *Alex.Trentacinq.var.reſol.lib.2.tit.de except.reſol.2 n.17.& 31. Reg.Tapia dec.S.C.53.n.4. & 5.*

Fori electio iuxtà terminos l.vnic.C.quãd.Imper.int. pupill.& vid.& Cõſt.Regni Sãcimus an competat mulieri pauperi, quãuis maritatæ,ob quod reputatur vidua,habendo virũ decrepitum,& pęnitus inutilẽ,ſi egerit cõtra tertios poſſeſſores,ſtãre viri vergentia ad inopiam pro aſſecuratione dotis, nõ obſtãte petitione Baronis circa remiſſionẽ cauſæ, licèt per M.C.V.fuiſſet aliter deciſum,tamen per S.C.fuit deciſum, cauſam ipſam eſſe remanẽdam in M.C.V. Thom.Alphan.in addit.ad Nunt.Tartagl.in pract.ciuil.ſub c.2. incip.Portia Acciana.

Fori priuilegio trahendi an gaudeant veterani, & matriculati,Curiales, & Procuratores exteri degentes in Ciuitate Neap. fuit plurièѕ in M. C. V. iudicatum in fauorem ipſorum, Io.Bernard.Muſcarell.in pract.S.C.p.2. gloſ.competentes,nu.75. & idem practicaſſe in M.C.V. teſtatur Reg.Tap. in Conſt.Statuimus,vt M.C.n.14.

Fori priuilegio an gaudeant famuli priuilegiatorum habentium priuilegium fori, vt putà laici famuli clericorum,& famuli Neapolitanorum, concluditur, quòd non per Clarum lib.5.§.fin.q.35.nu.12. vbi allegat Capyc.dec.12. referentem,ſic concludere,licèt nõ deciſum,cumq; citat Baiar.ad Clar. in §.fin.in princ.Sigiſmun.Scacc.in tract.de iudic. cauſ.ciuil.& crimin.c.11.nu.22. Io.Franc.Capibl. in pragm.8.n.143.de Baron.Reg.Tap.in l.fin.p.2. c.3.n.98.& 99.ff.de Conſt.Princ. tenet, quòd poſſint gaudere, vt ſpeciale ſit in familiaribus clericorum,& ità paſſim ſeruari vidit in R.C.S. Campagn.in extrauag.de vita, & honeſt.cleric. nu.23.

Fori priuilegio ſi fuerit renunciatum in inſtrumẽto, an ea renunciatione non obſtante peti poſſit remiſſio,tàm per renunciãtem,quàm etiam per Dominum ſubditi renunciantis, fuit per S.R.C.deciſum in cauſa Franciſci Coronati cum Franciſco Vulcano ſuper petitione reſtitutionis dotium, & Reg.Cur.Siclę petente remiſſionem,non obſtante renunciatione fori facta in inſtrumento,referẽte Nicolao Franciſco Conſtantio Reg. Conſiliar. ꝙ cauſa remaneret in S.C.penès Portium Actuar. vt refert Io.Franc.Scagl. in pragm. comparente reo,de modo procedendi contra reum non contum.vel qui contum.purg.in antiq.ſub n.23.aliàs 5.de ord. iud. & memini, idem fuiſſe deciſum in M.C.V. annis proximè elapſis in cauſa Io.Hieronymi Salinas petentis remiſſionem ad R.C.S.vti Arrendatoris Dohanæ ferri, dùm in inſtrumento fori priuilegio renunciaſſet expreſsè,cum hęredibus quõdam Io.Alphonſi Salinas,in Banca Mãcini,& quid in vaſallis Baronum renunciãtibus eorum foro in præiudicium Baronum, alitèr in iſto caſu diſpoſitum eſt,cùm talis renunciatio cum iuramẽto facta per vaſallos nõ nocebit Baronibus, DD.in l.ſi cõuenerit,ff.de iuriſd.omn.iud.Capibl. in pragm.8.de Baron.n.228.& proindè fertur per Reg.Rouit.in prag.1.de liquid.inſtrum.fuiſſe deciſum per S.C. in fauorem Baronis petẽtis remiſſionem aduerſus liquidationem inſtrumenti ſui vaſalli, de quo etiam meminit Galter. in pract.inſtrum.p.2.vlt.partis n.18.& 19.quando in ſpecie id in conceſſionem habuiſſet, & de clauſula, ſubmittens ſe omni Curiæ,& foro,Coſta in prax.conuent.p.2.clauſ.144.

Forum rei actor ſequi compellitur, vt ex communi regula patet,cap.cùm ſit generale,de for.compet. c.experientiæ 11. q.1.l.in criminibus,C.de iuriſd. omn iud.quid in hęrede conuento,dicitur infrà in verb.Hæres,vbi allegatur deciſio,quòd hæres diuerſi fori non tenetur reſpondere foro defuncti, niſi ibi perſonalitèr reperiatur,ex traditis per Annam in alleg.59.nu.10.& 11. & latè in alleg.74.in hac demùm allègat.affert deciſionem S.C.exortã ex cauſa tunc agitata inter Hippolytã Gonſaghã, & Aſcanium Columnam conuentum pro reſtitutione antephati vigore capitulorum matrimonialium, vbi aderat hypotheca, & ſic actione reali, quod quidèm matrimonium fuerat contractum more Magnatum huius Regni,& ſolutio erat deſtinata de pecunia Regni, & demùm iſte conuentus vxorem duxerat Neapolitanam,ac domum in Ciuitate Neap.habebat, & natus erat in Inſula Iſclæ, & ſic originarius vaſallus in Regno,dũ pro ipſius parte fuiſſet petita remiſſio ad Curiam Romanam,refert, fuiſſe deciſum per S.C.cauſam remanendam in S.C.& ità nouiſſimè conuẽto Principe Melphię per Ioannam Faleſiam ad ſoluendũ ſalarium eius viro debitum pro ſeruitijs ipſi præſtitis in hac Ciuitate,idem fuiſſe deciſum audiui à Peritiſſimo I. C. Fabio de Falco, facto verbo per M.C.in S.C.in Banca Anaſtaſij. *De hac noſtra deciſione meminit Barbat. de aſsiſt. gloſ.9.n.5.*

Nouiſſimè dũ fuiſſet cõuẽtus Ill.Magn. Comeſtabilis Marcus Antonius Colũna in S.C. ab Alphõſo Caracciolo pro ſeruitijs præſtitis eius proauo, & Illuſtriſſ. Cardinali eius patruô, nec de prædictis remuneratione ſolutã,ac redẽptionẽ in captiuitate occurſam apparerẽ,& petijſſet remiſſionem ad Romanã Vrbẽ,plura opponebãtur,quæ remiſsionẽ ipsã impediebãt.Primò,quia ipſe erat feudatarius in Regno,& feuda poſsidebat, nõ enim militare dicebatur hæc authoritas in caſu iſto; nã illa procedit,quando conueniretur pro re feudali,aut feudum reſpiciẽte, tunc coràm Domino feudi benè conuenitur,cap.cæterùm,vbi Innocent.de iud. Spec.in tit.de comp.iud.nu.5.verſ.Octauus ratione feudi,& licèt feudaratij, & Barones etiam exteri in hoc Regno oriundi reputentur per pragm. in tit.de offic. prouiſ.faciend. regn. & exter.verſ. placet,quoniã id reſpectu officiorũ conferendorũ procedit,non in alijs. Rurſus & ſi de Regno oriũdi dicerentur exteri Barones, procederet quando in Regno habitarent, & domicilium in eo haberent,nam Ciues ratione originis non poſſunt conueniri perſonali actione in loco originis, ſi ibi nõ reperiantur, Bar.in l.aſſumptio,§.1.ff ad municip. Bal.in rubr.C.ſi à non compet.iud. Luc.de Penn. l.filios, C.de munic.& orig.lib.10. verſ.quarto caſu, Ang.l.hæres abſens,§.ſi quis tutelam,ff.de iud. DD.in cap.poſtulaſti,de for.comp.& in cap.accedens,vt lit.non conteſt. Alex.l.cùm quædam,ff.de iuriſd.omn.iud. Dec.l.ſi conuenerit, num.33.verſ. & idem eſt in loco,ff.eod.Nec ſufficit reperire in Regno Procuratorem exteri repræſentantem perſonam, nam dùm actione perſonali agitur, opus eſt omninò adire Iudicem rei conuenti in loco,in quo ipſe domicilium habet, Bal.conſ.167.

verba

verba dicunt, vol.3. Apoſtill.ad Bart. in l.Titium, §.tutores,ff.de adminiſt.tutor.Dec.d.l.ſi conuenerit,n.33.de Franch.dec.177.n.6. Secundò,& ſi dicatur, quòd conuentus ſit de Sedili Portus huius Ciuitatis, eò quòd ſui anteceſſores de eodem Sedili fuerunt, vt cenſeatur hæc ciuilitas paterna, origo,quod verius eſt, quòd quis ſortitur forum paternæ originis quòad honores, & tutelas, vt poſt Ann. fundat Spec. in tit.de compet.iud.adit, lib.2.p.1.nu.34.ſed hæc allectio ad Sedile paritèr operatur quòad munera Ciuitatis,& honores Sedilis tantùm, non quòad forum, ità Mar.Socin.in rub.de for.compet.poſt nu.13.col.7. verſ.aduerte tamen,& poſt n.82. ſequitur Ann.vbi ſuprà nu.6. Immò requiritur, quòd talis allectio ad Sedile ſit acceptata ab hærede, & ratificata, aliàs nullius momenti cenſetur, Bart.in l.1.C.de pat.qui fil.diſtrax.Dec.conſ.661.n.10.in fin. Menoch.de arbit. iud. lib.2.cent.2.caſ.185.n.38. de quo nil apparet in iſto caſu,nec demùm opitulatur,quòd iſte Magnus Comeſtabilis ſit Capitaneus cohortis grauis,& leuis armaturæ; nam in caſu iſto non agitur de materia militiæ,nec de cohortibus illis militaribus, meritò hic conueniri nequit, l.Magiſteriæ, vbi Salyc.C.de iuriſd.omn.iudic. Ann.vbi ſuprà, n.9. Tertiò,& vltimò ex aduerſo allegabatur tex. in l.2.§.ſed ſi agant, & ibi gloſ.ff.de iud.per quem tex.duo reſultare videbantur:Primum,cùm actor tanquàm Ciuis Neap. habeat priuilegium trahēdi alios. Secundum,quòd cùm conuentus exterus agat in iſtis Regijs Tribunalibus, quòd ſimilitèr omnes contra eum agere poſſunt,per text.d.§.ſed ſi agant,ad primum reſpondetur,cùm nullo iure permittatur, Neap. exterum de Regno,& non ibi habitantem è locis Regiæ iuriſdictionis nō ſubiectis euocare ad hæc Tribunalia, vltrà quòd nec conſtat, actorem eſſe Ciuem Neap. Secundò, ad text.d.§.ſed ſi agant triplicitèr reſpondetur: Primò, quia text.cum gloſ. loquitur, quando legati agunt,ſed conuentus iſte non agit, nec aliquem moleſtat.Secundò,quia multi DD.prout Dyn.Iac. Butrig.Iac.de Rauen.Gulıel.de Cun.& reliqui intelligunt text. cum gloſ. in illis verbis, aduerſus omnes ſe defendere debet, cōtra quos agit,prout refert Ann.in alleg.75.nu.2. vt æqualitas in iudicijs ſeruetur,licèt aliud alij dicant.Vltimò reſpondetur,quòd aut quis de iure communi non poteſt in aliquo loco conueniri, quia ibi forum non ſortiebatur, prout eſt caſus, de quo agitur hodiè,& tunc poterit ab illo tantùm reconueniri, contra quem ipſe agit, ſed quando mero iure conueniri poteſt, verùm ex aliquo priuilegio eſt exemptus, vt conueniri nequeat, & tunc ſi ipſe agit contra vnum, perdit priuilegium quòad omnes, & ab omnibus poterit pulſari, cum facilius amittatur priuilegium; quàm ius commune,& ità intelligūt d.§.ſed ſi agant, vt poſt Innoc.in c.fin.de for.compet.Paul.de Caſtr.in d.§.nu.2.Ijs omnibus ponderatis,& diſcuſſis fuit deciſum in fauorem conuenti, non eſſe procedendum in S.C. referente Reg. Conſil. Marc.Ant.Morra die 10. Februarij 1611. penès Secretarium in Banca de Viuo pro Fęlice, patrocinante optimo I.C.Fabio de Falco meo patruo, Adùocato prædicti Ill. Magni Comeſtabilis huius Regni.Io.Bapt.de Thoro V.I.D.Neap.

Forum declinare an poſſint vidua, & pupillus,ſi fuerint conuenti vti hæredes alterius; fuit deciſum in M.C.V. quòd poſſunt declinare, & petere remiſſionem ad Iudicem eorum, vt refert Barthol. de Capua in Conſt.Statuimus,vt M.C.quem citat Carau.in rit,234.n.2.vbi n.3.ait,contrarium obtinuiſſe in M. C. V. Auguſtinū Carauitam eius fratrem,& ipſum allegat.Viui.dec.49.n.9.Muſcatell. in praxi S.C.lib.1.p.2. gloſ.competentes,num.92. *Alex.Trentac.var.reſolut.lib.2.tit.de citat.reſol.2. num.6. in hanc ſententiam inclinauit, & ſequitur D.Conſil.Carleual de iudic. tom.1.lib.1.tit.1.diſp.2. q.6.ſect.7.n.623.*

Foriudicari an poterit percutiens cum lapide, vel baculo; fuit dictum,quòd non, Campagn.in cap. Regni Qui cum ronca, n.5.

Foriudicatio non in omnibus delictis locum ſibi vēdicat,ſed in illis tantùm,in quibus venit imponēda pęna mortis naturalis, ciuilis, aut deportationis,non autem membri abſciſſionis,& ita fuit per ſententiam S.C.declaratum,iunctis omnibus Tribunalibus, Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg.rubr.de prouiſ.fieri ſolit.&c.§.4.n.47.Molfeſ. in Comment.ad Conſuet.Neap.p.4.q.47.& ſeq.

Foriudicatus ſi poſt latam ſententiam foriudicationis per ſpatium 13. annorum dixerit de nullitate ſententiæ,& actorum,an ſit audiendus; fuit deciſum,quòd non, & proindè ſententia exequutioni demandata fuit,Gramm.deciſ.24. Foller.in pract. crim.rubr.Captis foriudicatis,nu.8.Viui.dec.439. n.38.

Foriudicatus Neapolitanus an amittat dominium bonorum, fuit deciſum, quòd ſic in facto contingenti, Reg. de Ponte conſ.69. fuit foriudicatus, n.9.vol.1. Ricc.collect.dec.1401.

Foriuditatus Neapolitanus Ciuis an amittat bona, ita vt filijs,vel agnatis ipſius quærantur,nō autem Fiſco,ſtante Regali gratia Neapolitanis conceſſa, dùm dicit,quòd ex quocunq; crimine, præterquā in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ bona Neapolitanorum non publicentur;fuit aliàs per S.R.C.deciſum,quòd ſic,cōtra foriudicatum, vt refert Vrſill.dec.361. quem citat Franch.deciſ. 413. ſub n.15. vbi ait,idem aliàs fuiſſe deciſum in M.C.V. & demùm nouiſſimè in contingenti caſu deciſum per idem S.R.C. vt ibi num.10. fatetur, Maſtrill.in tract.de indult.c.22.n.87.*Danza de pugna Doctorum,&c.tom.1.tit.de foriudicat.c.1.nu.7. Reg.Tapia dec.S.C.50.n.5.*

Foriudicatus ſi fuerit captus an puniri debeat pœna mortis, & contra eum exequi, ſi ob homicidium fortè commiſſum deberet condemnari pęna mitiori extraordinaria,ex quo fuerat patratum pręcedente prouocatione;fuit judicatum in Ciuitate Aquilana, eſſe condemnandum ad penam exilij per triennium, & ità confirmata fuit ſententia in M.C.V.Viui.dec.439.n.36.vbi idem refert in caſu d.deciſionis fuiſſe per illā Curiā iudicatū in Reg. Audient.Capitanatæ,& memini legiſſe Afflict.in Conſt.Pęnam eorum,ſub n.48.verſ.fuit mihi relatum dicentem, quòd cùm fuiſſet quidam Iuuenis à M.C.foriudicatus, ex quo fecerat percuſſionem cum enſe cuidam altert Iuueni,pro qua percuſſione veniebat imponenda pęna manus, declarauerunt Iudices ipſius M.C.V. quòd non poſſit occidi, ſed percuti, licèt contrariam ſententiam in ſimili tenuerit Barthol. de Capua in ſing.20. quæri

cōſueuit;reprehenditur tamen talis obſeruantia per Theſ.lib.1.quæſt.forenſ.q.6. per tot.

Forma ſententiæ condemnationis bonorum cum fructibus quomodò proferenda ſit, vt euitetur altercatio fructuum perceptorum non in ſpecie verificatorum;concluditur,eſſe formandam ſententiam ipſam condemnando reum ad fructus liquidandos,Franch.dec.687.

Frater conſanguineus an cum fratre vtrinq; coniuncto ſuccedat in paragio debito ſorori decedēti ſine filijs antè nubilem ætatem; fuit deciſum,q ſic, Franch.deciſ.619.Molf.in Comment.ad Conſuet. Neap.p.4.q.39.num.4.& q.53.& conſ.50.num.16. *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.3.n.21. D.Reg. Hect.Capyc.Latro dec.61.n.4.*

Frater maior qui habet commune patrimonium cū minore an poſſit eſſe tutor illius; fuit deciſum, quòd non,Franch.dec.404.Galter.in prax.tutelar. in 1.p.rubr.2.n.19.Paſchal.de vir.pat.pot.p.1.c.8. n.176. Caball.conſ.25.n.15.vol.1.

Frater vtrinq; coniunctus quàmuis in ſucceſsione fratris excluſo fratre vterino præferatur de iure cōſuetudinario in bonis maternis, frater vterinus inſimul cum fratre vtrinq; coniuncto admittuntur ad ſucceſsionem, & ita fuit deciſum,Franch. dec.99.& ſimilitèr in bonis paternis, idem Frāch. dec.93.poſt n.7.Molfeſ.in Comment.ad Conſuet. Neap.p.4.q.39.n.8. Ricc.in collect.dec.14.

Frater vterinus an admittatur ſolus,vel inſimul cum ſorore vterina in portione eorum matri obuenta ex hæreditatè vnius ex eius filijs vtrinque coniunctis cū iſto fratre vterino; fuit deciſum,ambos ſuccedere,Franch.deciſ.25. Molfeſ.in Comment. ad Cōſuet.Neap.p.4.q.41.Ricc.in collect.dec.14. Amend.in addit.huic deciſioni de Franch.aliam deciſionem citat, Theſ.lib.1.quæſt.forenſ. q.16. num.19.

Frater an ſuccedat fratri in feudo; cum diſtinctione fuit deciſum,quòd ſi ſumus in feudis antiquis, vt tradit Afflict.in dec.293.benè frater ſuccedit fratri;ex quo frater eſt de aſcendētibus primi acquirentis,ſed in feudo nouo ſecus,Frecc.de ſubfeud. lib.2.q.12.n.20. & eod.lib.in different.feud.n.28. Fab.Ann.conſ.25.nu.8.& ſeq. Io.Andr.Georg.in alleg.21.n.64 Reg.de Ponte conſ.3.n.15.vol.1.& in tract.de poteſt.Proreg.tit.9.§.1.n.1. Franc.Ant. Villan.in quodam reſponſo impreſſo in opere Cannet,incip.adeò doctè,n.4.Milanenſ.dec.Sicil. 8.n.156.lib.1.idem Reg.de Ponte in repet.rub.de ſucceſſ.feud.lect.12.n.23.Molfeſ.in Comment.ad Conſuet.Neap.p.4.q.40.nu.8.Maur.[illegible]alleg.21. n.8.

Frater conſobrinus,ſeù patruelis an admittatur hodiè ad ſucceſsionem feudi ſicut frater carnalis, fuit plurìes deciſum in R.C. quòd ſic, & iſtud ex declaratione Cap.Neap. Vrſill.dec.292.in princ.

Frater inſtitutus in legitima tantùm portione an ſuccedat pro virili portione ſorori ab inteſtato decedenti vnà cum fratribus hæredibus vniuerſalitèr inſtitutis à patre,fuit deciſum,quòd ſic,Capyc,dec.158.n.9.

Frater conſanguineus tantùm an excludat ſororem vtrinq; coniunctam in materia feudali; fuit deciſum in S.C.quòd ſic, Io.Ang.Piſanell.in addit. ad Conſuetu.Sed ſi morienti,incip.ſentit Napod.hic fol.155.& vide infrà ver.frater,vbi ſunt aliæ deciſiones, Molfeſ.in Conſuet.Neap.p.4.q.40.nu.6.in addit,*Iul.Cæſ.Gallupp.in meth.feud.p.3.c.4.n.21.*

Frater conſanguineus tantùm an præferatur exiſtente ſorore vtrinq; coniuncta tanquàm duplici vinculo coniuncta, licèt fœmina ſit admittenda ad ſucceſsionem eſſet verum,niſi concurreret cum maſculo,cumq; bona perueniſſent ab illa parte, vndè maſculus coniūgebatur;fuit deciſum in S.C. maſculum eſſe admittendum,Sigiſmund.Loffred. in paraphr.feud. in c.1. de nouis feud. col.4. verſ. quid autem ſit,&c. quem citat Vrſill.deciſ.28.nu. 13.& ita aliàs fuit per S.C. iudicatum,fratrem legitimum ſucceſſorem fratri conſanguineo in feudis, quæ à communi patre prouenerunt extitiſſe, ſaluo iure competenti ſorori pro paragio,Minad. dec.36.eum citat Io.Andr.de Georg. alleg.21.nu. 58. declarando illam deciſionem, quia agitur hic inter ſexū maſculinum, & fœmininum, inter quos nullus poterat eſſe concurſus, vt practicari poſſit duplicitas coniunctionis,vide Borgn.Caualc.dec. Fiuizan.12.in 3.p.nu.43. Ricc.in collect.deciſ.14. Molfeſ.in addit.ad p.4.q.4.num.5. in Comment. ad Conſuet.Neap.

Frater an ſuccedat in feudo nouo per fratrem quæſitum iuxtà cap. Papæ Honorij, ibi expreſsè concluditur,quòd ſic, niſi lex conceſſionis aliud in præmiſsis expreſſerit, & ità plurìes fuit obſeruatum in S.C. vt refert Sigiſmund. Loffred. in conſ. 38. quoniam Magnificus quondam D.Iacobus,& in c.1.col.6.de natur.ſucceſſ.feud.ait,fratrem fuiſſe admiſſum ad ſucceſsionem feudi Amendoleæ de nouo quæſiti per fratrem feudatarium, & iterùm in caſu illorum de Cardona in Marchionatu Padulæ, Petr.Garſ.dec.67.

Frater vtrinquè coniunctus an admittatur inſimul cum matre exiſtente in medio ad ſucceſsionem defuncti excluſo vterino tantùm, ſeù conſanguineo; fuit deciſum, quòd mater admittatur inſimul cum fratre vtrinquè coniuncto, & ratio eſt, quia quando mater eſſet in medio,ſecūdùm communem interpretationem Conſuetudinis diù obſeruatam non vendicat ſibi locum Conſuetudo, ſed ſtamus diſpoſitioni iuris communis, Ant.de Alex. in addit.ad Conſuet.Neap.Sed ſi morienti, de ſucceſſ. ab inteſtat.incip. de iure iſtatum Conſuet. quem citat, & ſequitur Franch.dec.92.nu.7. poſtmodùm ijs menſibus elapſis referente Reg. Conſiliar. Fabio Riccardo iunctis Aulis in cauſa Hippolytæ Capomazza, & eius filiorum de Burrello ſuper hæreditate Alexandri Burrelli fuit deciſum contrarium, nempè vt admittatur mater inſimul cum Octauio,Lucio, & Ioſepho Burrellis fratribus vtrinq; coniunctis, & pariter cum Leonardo,& fratribus conſanguineis ad hæreditatem decedentis fratris ex ſecundo matrimonio in pupillari ætate, & ad eos ſpectare ex cauſis in S.C. diſcuſſis in Banca de Mondellis. *De hac deciſione extat conſ.29.Reg.Rouit.libr.1.Inſuper adde D.Reg. Hector.Capyc.Latro dec.61.n.6. vbi nos hic citat.* Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Frater an poſſit agere ad portionem ſibi contingentem de bonis communibus alienatis per alios fratres contra tertium durante communione inter fratres,poſito caſu,quòd dū fratres maiores alienauerint territorium cuidam, & promiſerunt ratificationem alterius fratris minoris,eo maiore

effecto

effecto an iſte minor maior iã effectus poſſit agero contra emptorem petendo portionem illius territorij durante communione, cócluditur, quòd non propter incertitudinem dominij, & ita obtinuiſſe in S.C. fatetur Franc.de Amic. in tit.de ijs, qui feud.dar.poſſ.§.& hanc theoricam, in fi.verſ. & aliàs in alia ardua cauſa, fol.66. *Barbat.de aſſiſt gloſ.12.n.191.& ſeq.*

Frater an ſuccedat fratri in ſubfeudo, vel conceſſione virtute clauſulæ adiectæ tàm in inueſtitura Baroni à Rege facta, quàm in conceſſione facta à Barone ſubſeudatarijs pro ſe,& hæredibus; concluditur, quòd ſic, & ità pluriès obtinuiſſe tradit Franc.de Amic.in tit.de ijs, qui feud.dar.poſſ.§.& veniendo ad primam, ſub nu.13.verſ.& ego vidi, fol.187.

Frater an ſuccedat in feudo, ſi non eſt coniunctus ex illo latere, vndè prouenit feudum, licèt concludatur, quòd ſic, tamen contrarium tenet Andr. in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, in verſ.fratres, in Conſtit.Si quando aliquem foriudicari, in princ.& in c.1.de nat.ſucceſſ.feud.in addit.nu.8. dicit, ità fuiſſe iudicatum tempore Regis Caroli in M.C. etiam in cauſa appellationis, quẽ citat Fab.Ann. conſ.125.putabam in hac, n.19. Petr.Garſ.dec.67. & 93. *Affl.in citato c.1.n.12.de natur.ſucceſſ.feud.*

Frater an admittatur in ſucceſſione feudi noui, & ſi vterinus eſſet ex nouo iure Conſt.Regni; concluditur, quòd ſic, adeò quòd tempore Caroli I. ità fuit iudicatum,& in appellatione cõfirmatum, vt tradit Andr.in Conſtit.Vt de ſucceſſionibus, verſ. fratres, quem citat Io.Andr. de Georg. alleg.21. n.20.& 32.

Frater occidens aggreſſorem fratris, ſi incępta rixa ſuperuenerit, durante rixa non punitur pęna ordinaria homicidij, ſed alia mitiori pęna, vt fuit deciſum in M.C.V.& in S.C. Viui.dec.63.n.1.Ricc. in praxi Eccl.dec.528.n.3.

Frater vterinus an admittatur cum fratre vtrinquè coniuncto mortua ſorore vterina in bonis maternis, non fuit deciſum, Franch.dec.566.

Fratres ſecundogeniti an teneantur contribuere in adhoa ſoluenda per primogenitum in feudo nouo quæſito per defunctum cum poteſtate teſtandi de eo,& per eum diſpoſito in beneficium primogeniti, relicta portione fructuum feudi eiſdem filijs ſecundogenitis; fuit concluſum, quòd non, Affl.dec.252.in princ.Frecc.de ſubfeud.lib.2.in 5. author.n.16. Maſtrill.dec.Sicil.112.Tiraq.de iur. primog q.74.in princ. *latiùs Andr.Capan.de iure adhoæ,q.25.& in allegationibus ibi relatis aliorum Iuriſconſultorum.*

Fratres ſecundogeniti, quibus debetur vita, & militia, an teneantur contribuere in adhoa ſoluenda per primogenitum in feudis; concluditur, quòd non per Affl.dec.252.à n.2.vſquè ad fin. quamuis ibid. Gramm.in addit. ſuper verbo, in ſolutione adhoæ dicat, fuiſſe determinatum in Reg.Cam.in dicto facto occurrenti relato per Affl.ibid. tamen Piſanell.in addit.eiuſdem deciſionis dicit, S.C. inclinaſſe pro eo, ſcilicèt ſecundogenito,& decreuit tandèm, quòd primogenitus ſolueret vitam, & militiam,& ſic non deduxit ius, Io.Camill.Bilot.in alleg.2.n.7.& 8.annuens, ità in Camera fuiſſe terminatum, Maſtrill.dec.Sicil.112.Octau.Bammac. in c.qui clericus, n.163.ſi de feud.def.cont. Amat. conſ.11. Carocc.de locato p.4.tit.de collect.nu.8. *Reuſner.dec.Cam.Imper.lib.1.dec.14.ſub n.49.*

Fratres conſanguinei an admittantur vnà cum matre ad bona paterna; fuit deciſum, quòd ſic, & idẽ in filio fratris conſanguinei, Vrſill.deciſ.38.nu.11. Viui.dec.397.nu.13.& in ſylua commun.opin. in opin.334.& 335. frater germanus,& dec.469.n.8. Molfeſ.in Comment. ad Conſuet.Neap. p.4.q.46. n.5. Franc.Monal.conſ.13.n.6.in fin.lib.1.Molfeſ. ibid.in addit.me citat, *Hector Capyc.Latro dec.61. n.5.*

Fructus feudi mortuo vaſallo poſt Kalen. Martij ad hæredes ſpectantes an extendantur ad penſiones domorum, vt fructus ciuiles; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.deciſ.572.de diuiſione fructuum mortuo feudatario vide ſuprà verb.diuiſio, *Barbat.de diuiſ.fruct.p.2.c.4.n.31.*

Fructus percepti ex vſufructu an debeant reſtitui pro tempore, quo fuerunt percepti, vel à tempore reuocationis per petitionem inductam; fuit deciſum, à tempore reuocationis, Franch.dec.585.n.3.

Fructus hæreditatis debitæ hæredi ſub conditione inſtituto, ſi ab hoſtibus redierit, an debeãtur à die mortis teſtatoris, vel à die purificatæ conditionis; fuit deciſum, deberi à die impletæ conditionis, Franch.deciſ.604. Molfeſ.in Conſuet.Neap.p.2. q.20.n.1.& q.6.& 7.

Fructus ex meliorationibus percepti an ſint reſtituendi, ſi poſſeſſor fuerit condemnatus ad reſtitutionem rei cum fructibus; fuit deciſum, quòd non, Franch.dec.705. *Hector Capyc.Latro dec.62.n.4.*

Fructus hæreditatis medio tempore percepti à filijs in primo gradu exiſtentibus à patre inſtitutis, & ſub conditione grauatis reſtituere pendente reſtitione, an debeant imputari in legitimam vltrà fructus ad eos ſpectantes ex eorum legitima; fuit deciſum, fructus ipſos tanquàm non de ſubſtantia hæreditatis nõ eſſe imputandos in legitimam, Franch.dec.522.*Reg.Rouit.conſ.61.n.4.tom.2.*

Fructus legitimæ an à die mortis debeantur, quãuis non fuerit deciſum; concluditur, quòd ſic, Franch. dec.374. Peguera dec.Cathal.125.Ricc.in collect. dec.126. & ità deciſum in cauſa D.Claudij Salſilli penès Borrell.per S.C. refert Anell.Amat.conſ. 39.in fin.

Fructus donationis omnium bonorum præſentium, & futurorum cum reſeruatione vſusfructus vita durante donantis, an veniant appellatione bonorum futurorum, ſi tempore mortis donantis reperirentur maturari, de quibus teſtator diſponere poſſet, vel cedere debeant in beneficium donatarij, circumſcriptis opinionibus aliorum tenẽtium, donationem validam non venire fructus appellatione futurorum, ac aliorum tenentium, donationem non valere fructus continere appellatione futurorum; fuit deciſum in fauorem donatarij ex clauſulis ampliſſimis donationis, nec diſcuſſa veritate opinionum prædictarum, Franch.dec.168. Io.Franc.Capibl.in prag.5.de Baron.n.21. *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.22.nu.2.Barbat.de aſſiſt.gloſ.5.n.44 Paul.Durand.dec.Rom.*[illegible]*.n.9.to.2.*

Fructus habitationis an veniant in reſtitutione rei communis, in qua poſſeſſor condemnatus ad reſtitutionem inhabitauit; fuit deciſum contra habitantem, Franch.dec.160. *Fontaneli.de pact.nupt. clauſ.4.gloſ.9.p.2.n.9.*

Fructus meliorationum in domo reſtitutioni ſubiecta factarum an computari debeant in pretio meliorationum; fuit deciſum, quòd non, Franch.dec. 109. Peregr.in tract.de fideicomm.art.50.in cap. incip.circa quartum principalem,n.72. Molteſ.in addit.ad p.2.q.20.Conſuet.Neap. *Ant.de Amat. var.reſol.tom.1.reſol.14.n.74.*

Fructus, qui ſemel in anno colliguntur, vt ſunt vina, olea, frumenta, & reliqua, venditis Caſtris, aut locis ſpectant ad emptorem, ſed fructuum, qui colliguntur ſingulis diebus fit diuiſio pro rata temporis inter emptorem, & venditorem, & ità fuit deciſũ, Franch.dec.79.Io.Franc.Capibl.in prag.5. de Baron.n.23. Viui.dec.8.n.22.Io.Franc.del Caſtillo dec.Sicil 4.n.16. *Barbat.de diuiſ.fruct.par.2, c.5.n 6.& 16. Rendell.de vinea, vindemia,& vino, in tract.de vino,fol.78. Donat.Ant.de Marin.reſolut.quotid. c.152.*

Fructus feudi mortuo vaſallo poſt Kal. Martij ſpectant ad hæredes vaſalli, non autem ad Dominum ex diſpoſitione iuris, an procedat; quando feudũ, nõ ad Dominũ, ſed ad agnatos deuolueretur talis diſpoſitio iuris; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.deciſ.19. Marc.Ant.Peregr.in tract, de fideicomm, art.49.in c.incip.in tertio autem tempore, n.208. Fab.Ann.in conſ.20.in hoc incidenti, ſub num.8, Reg.de Põte conſ.52.n.35.vol.1.Io.Franc.Capibl. in pragm.5.de Baron.n.19. idem Reg.de Ponte in rubr.de ſucceſſ.feud. lect.14.n.42. vide hic ad ornatum Viſcont. & antè Franch.Frecc.de ſubfeud. lib.3.in different.feud.ex pact.& prouid.& hæred. in 5.differ, quem citat Petr.Garſ.in decis.77.Ricc. dec.Archiep.99.p.2.*Reg.Conſtant.in l.1. C.pen.fiſcal.lib.10.nu.149.Epiſc.Ricc.collect.3089.p.7.vbi dixit eandem diſtinctionem fuiſſe ſeruatam in morte Franciſci Brancatij ex feudis Loiani, Fiſtolæ. Pereg. de fideic.art.49.nu.108. Barbat.de diuiſ.fruct.p.2, c.4.n.32. Conſil.Theodor.alleg.21.n.17.*

Fructus immaturi quamuis ab Adminiſtratoribus Vniuerſitatum vẽdi non poſſint antè recollectionem, iuxtà diſpoſitionem Pragmaticæ, an procedat, quando Adminiſtratores ſe ipſos obligaſſent proprio nomine priuato, & principali; fuit deciſũ, quòd non, & proindè fructus immaturi poſſunt vendi antè recollectionem, Reg.Rouit.in prag.5, de adminiſtr.rer Vniuerſit.n.8.& 9.*Proſp Rendell, in tract de vinea, vindemia,& vino, p.1 q.80,*

Fructus feudi hæreditarij an poſſint exequi ad inſtantiam creditoris feudatarij contra eius hæredem; fuit deciſum, quòd ſic in feudo hæreditario, ſecùs in feudo ex pacto, tantò magis cùm in caſu occurrenti erat modicum debitum, Affl.deciſ,26, Reg.de Ponte conſ.34.nu.10.vol.1.de hoc tractat latè Minad.deciſ.20,fuit actum, licèt non decidat, Io.Thom, de Marin. in tract, de qualit, & gener. feud hæred.antiq. ſiuè patern.n.37. Surd.in tract, de aliment.tit.8.priuileg.54. Ricc.in collect.dec, 386.Maur.iun.alleg.46.n.5.Duen.regul.276.n.12, *Borrell.in ſumma deciſ.tom.3.tit.4.num.309.Andr, Capan.de iure releuij,p.4 q.1.n,8.Iacob.Gall.conſ.3, num.24.*

Fructus rerum paraphernalium, vel extrà dotem feudorum an teneatur hæres viri reſtituere vxori; in caſu occurrenti quamuis per confeſſionem vxoris in petitione fuerint feudalia bona eius appellata paraphernalia, quæ in probationibus fuerunt verificata extrà dotes; tamen per S.C.talis confeſſio non fuit pro errore habita, ſed corroborata, vt bona ipſa paraphernalia dicerentur, nõ obſtantibus probationibus, vt concludit Affl.deciſ.44.a nu,1.vſq, ad 4. & in bonis ipſis paraphernalibus S.C. ſequutum fuit diſtinctionem Bar. aſſerentis, quòd ſi loquatur de fructibus extãtibus, ſiuè eſſent naturales, ſiuè ciuiles, ſeu induſtriales, reſtituere tenetur, ſi verò eſſent conſumpti, & tũc ſi eſſent induſtriales, non tenetur reſtituere, ſin autem naturales, & eſſent magni momenti, quatènus eſſet locupletior, reſtituere tenetur, & ità reſidet Affl. ibi nu.5.& 6. ſi verò ſumus in fructibus extrà dotes, & tunc ſi maritus de voluntate vxoris perceperit, reſtituere non tenetur, ſin autem præter voluntatem, ſecus, in caſu tamen dubio, quia cenſetur voluntatem vxoris intereſſe, adhùc reſtituere tenetur, & ſic pertranſijt S.C.vt ibi Affl. n.8.concludit, & in fine cenſet, per S.C.fuiſſe cum voto deciſum, fructus ipſos cenſeri ex bonis paraphernalibus, & per conſequens concluſio prædicta procedit, Minad.conſ.5 n.13.Nunt.Pellicc.in Conſuet.Auerſ.c.3.n.553, Theſ.in dec.Pedemont. 187.n.5.latè Hieronym.de Laurent.dec.Auenion, 18. num.313. Surd.in tract.de aliment,tit.1.q.33. n.... vbi tertius caſus eſt, Fuſc.ſing.148.& 153. lit.F.de Ponte conſ.88.n.2,vol.2.Rol.Cauagnol.in deciſ Mediol.24.& ibi Morus in alleg.ſequent.& dec.38.n.12. *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.6.gloſ.2. p.7.n.20.34.& 44.*

Fructus percepti lite pendente per reum condemnatum ad reſtitutionem certæ partis terræ an reſtituendi ſint; fuit deciſum, quòd ſic, hoc eſt à tempore publicationis, quia ex tũc eſt malæ fidei poſſeſſor, Affl.dec,59. quem ſequitur Marc.Ant. Peregr.in tract.de fideicomm, art,49.in cap.incip.in tertio autem,nu,146. Claud.Tut.alleg.2.num.18, *Hector Capyc.Latro dec.65.n.7.*

Fructus medio tempore pendentes inter appellationem, & apprecium factum ad quem ſpectabũt, an ad actorẽ, vel ad reum; fuit concluſum, quòd ſi electi Appretiatores fructus pendentes auxerint, hoc eſt eorum æſtimationem, vel primam ſententiam confirmauerint, fructus erunt actoris, ſi verò pronunciauerint, quòd malè fuerunt æſtimati, quia ſunt maioris æſtimationis; tunc erunt rei, quia iuſtè appellauit, & interim fructus poſſunt ſequeſtrari, Affl.dec,188.Capyc.dec.202.n.12. Franch. dec.145. Nunt.Pellicc.in Conſuet,Auerſ.c.8.nu. 270.Maſull.ad Capyc,d.dec.202.n.4.Maſtrill.deciſ.Sicil.29. Ricc. in collect, deciſ, collect.473.& 175.nouiſſimè Marc.Ant.Peregr. deciſ.Patau.30, n.4.Roland.de lucr.dot.q.2.num.15.*Cæſ.Manent. dec.Mantuæ 30.n.3. Reg.Merlin.controuerſ.forenſ, cap.93.n.8.*

Fructus beneficij Eccleſiaſtici alicuius Clerici ſi per eius patrem fuerint percepti, an teneatur ad illorum reſtitutionem filio petente; concluſum fuit, quòd ſic, Affl.deciſ.241.in princ. eum citat Bocr. dec.199.n.4.

Fructus in petitione hereditatis an veniant reſtituẽdi, ità vt conuentus, quamuis hæres, & cum bona fide poſſederit hæreditatem paternam, ex qua erant certæ portiones reſtituẽdæ, teneatur ad eos reſtituẽdum; fuit deciſum, quòd ſic, nam iudicium petitionis hereditatis eſt vniuerſale, Affl.dec.240.

num,

num.1.2.& 3.Marc.Ant.Peregr.in tract.de fideic. art.49.cap.incip.in tertio autem tempore, n.113. Borrell.conſ.40.n.42.Borgn.Caualc.dec.Fiuiz.27. n.31.par.1.

Fructus rei traditæ per debitorem creditori an ſint excomputandi in ſortem principalem, maximè ſi talis traditio rei non fuerit ſpecificata, quo titulo debitor daret, vndè in dubio cẽſetur res tradita loco pignoris; fuit deciſum, quòd ſic, Affl.deciſ.373.Ann.in ſing.629. Muſcat.in praxi S.C.lib. 2.p.3.gl.adiudicantur, n.27.& 28.

Fructus pendentes an veniant in reſtitutione terræ facienda vigore ſenteutię, in qua nihil fuit dictum de fructibus, fuit deciſum, quòd veniant in reſtitutione, Vrſill.dec.32.n.4.

Fructus percepti per creditorem hæredem debitoris grauatum de reſtituendo alteri hæreditatem, antè reſtitutionem, an ſint excomputãdi cum debito; fuit deciſũ, quòd ſic, Vrſill.deciſ.237.ſub n.2.

Fructus paragij an debeantur ſorori in capillo potenti à fratre paragium; fuit deciſum, tantùm alimenta deberi vltrà paragium, Ann. in alleg. 70. n.9.& 25.in fin.infrà verb.filia. *Et qualitèr erit intelligenda iſta deciſio, Reg.Fab.Capyc.Galeota to.2. contron.15.nu.81.refert, intelligendam eſſe antè nubilem ætatem, vel in dotibus Magnatum.*

Fructus an veniant in reſtitutione facta compoſitione reſtituto ex cauſa rebellionis, diſtinguitur, quòd ſi reſtitutus ſit antè captam poſſeſſionem, & incorporationem, & fructus ſint extantes, & non cõſumpti, reſtitutio proſit quòad fructus, ſi autem non ſint extantes, ſed conſumpti, & reſtitutio proſit; tamen in caſu occurrenti fuit deciſum, fructus venire in reſtitutione facta virtute compoſitionis in pecunia, à die nedùm factæ compoſitionis, ſed præſentatæ in actis, & intimatæ, Ann.in repet.c.1. de vaſall.decrep.ætat. n.231.

Fructus officij an ſint reſtituẽdi ſuſpenſo ab officio, qui poſteà de iuſtitia fuit reintegratus à poſſeſſore officij interim perceptos; fuit deciſum in S.C. quòd non, & ratio fuit illa, quia erat Regia prouiſio, quę vix ſufficiebat pro manutenendo Officialem Regium eum authoritate, & ſolita præeminentia in Prouincia, Ann.in repet.c.1. de vaſall. decrep.ætat.n.222.vſq; ad 225. Reg.Tap.in rubr. ff.de conſt.Princ.c.3.n.33.nouiſſimè Reg.de Pont. dec.25.n.24.vbi in conſimili caſu idem fuiſſe per Conſil.Italiæ, ipſo referente deciſum aſſerit, eum citat Ricc.in collect.dec.collect.477. Maſtrill.de magiſtrat.lib.1.c.21.n.93. & 94. & de indult.c.22. n.70.Paſchal.in tract.de vir.pat.pot.p.4.c.6.n.41. *Reg.Sanfelic.dec.61.n.8.Iul.Cæſ.Gallupp.in method. feud.p.4.c.6.n.30. Caſtill.dec.Sicil.107.n.22 p.2.*

Fructus feudi obuenti, ac deuoluti ad Curiam ob mortem feudatarij, ad quem ſpectabunt; fuit deciſum per S.C. eſſe relaxandos hæredibus ipſius feudatarij, Frecc.de ſubfeud.lib.3.in differẽt.feud. quæſt.5.

Fructus percepti ex introitibus ex pecunia dotali an veniant, ſi hæres mulieris non petierit, niſi poſt annum, & an poterit poſteà petere tàm introitus ipſos cũ tertijs, ſeù fructibus perceptis, & decurſis, vel ſi petierit antè, an debeant reſtitui in continenti, ità quòd reſtituẽs nullum ſentiat commodum; fuit deciſum in S.C. iunctis Aulis, quòd non teneatur maritus ad tertias, ſeù fructus perceptos ex introitibus emptis ex pecunia dotali, & ratio fuit, quia viro fuit data electio de reſtituendo introitus, vel pecuniam, Vinc. de Franch. in addit. ad Conſuet.Si mulier, incip. quid ſi pecunia, fol. 232. ſed ſi electio eſſet cõceſſa mulieri per virum petendi emptionem factam ex re dotali, vel pecuniam, tunc ſoluto matrimonio, factaq; electione emptionis factæ per virum omnes fructus debentur vxori à die mortis viri, & ità fuit deciſum in S.C. die 25.Maij 1597. in cauſa Camillæ Scoppæ cum hæredibus eius viri, referente D.Conſil.de Franch in Banca de Mondel.meminit de iſta mea deciſione Molfeſ.de nouo viſus in addit. eius Cõment.ad Conſuet.Neap.p.6.q.8.in princ.Io.Bapt. de Thoro V.I.D.Neap.

Fructus beneficiorum Clericorum Neap. an debeãt remanere penès conſanguineos Abbatis, ſeu Clerici decedentis, an verò in eis ſuccedant ſucceſſores in beneficijs, latiùs articulus examinatur, & in contingentia facti aliàs attenta, & probata cõſuetudine in ijs iudicatum fuit, ſpectare ad conſanguineos Clerici, vt refert Sigiſmund. Loffred. in conſ.40.in præſenti cauſa, n.39. pro qua opinione conſuluit ipſe Loffred.

Fructus feudi hæreditarij an ſint filij hæredis, præcipuè vt inuentarium in hoc proſit, ſtante concurſu creditorum, Camerar.in cap. Imperialem concludit, quòd ſic, contra opinionem Andr.ibi, qui generalitèr loquitur, in feudo hæreditario non prodeſſe inuentarium, ſecundùm quam opinionem fuit iudicatum in cauſa Baldaſſaris Milani, vbi fuit dictum, quòd inuentario non obſtante ſatisfiat creditoribus, non ſolùm pro valore feudi, ſed etiam pro fructibus recollectis ex feudo, nàm hęres nil debet habere præcipuum in concurſu creditorum ſuper feudo hæreditario, vt refert Franc. de Amic.in tit.de ijs, qui feud. dar.poſſ. §.& veniendo ad primam, ſub nu.12.col.26. verſ.& pro iſta opinione, fol.183. *Borrell.in ſumma deciſ.to.3. tit.4.n.317.*

Fructus non veniunt in remedio l.2. C.de reſcind. vendit.& ità fuiſſe deciſum in S.C. refert Franch. dec.119.n.20.eum citat Fab.Ann.conſ.24.in prin. & in caſu ſuo annuit in Apoſtilla impreſſa in 2. vol.conſil.incip.audiui aliquos, &c. caſ.24. deciſum certo modo, nec pro, nec contra, licèt ipſe concludat, quòd non, aliquos hic Viſcont. Doct. adduxit, Ricc.collect.dec.881. *Nouar.lib.2. qq. forenſ.q.72.n.13.*

Fructus remanſi poſt mortem donantis an ſint hæredis ipſius ab inteſtato, vel veniant incluſi in donatione prędicta ſub verbo iurium, ſeu bonorum introituum, licèt pro parte hæredis prætenderetur, fructus ad eos ſpectare vigore prædictæ reſeruationis vſusfructus, quaſi quòd fructus ſint ſpecificè à donatione exempti, & conſequentèr ad hęredes ab inteſtato tranſmitti; tamen concluditur, attenta qualitate facti ad donatarium ſpectare. Primò, ex donatione ipſa omnium bonorum, in qua licèt ſit reſeruatus vſusfructus cum facultate teſtandi, non ſuccedit caſus diſpoſitionis, quarè ipſe reſoluitur adueniente morte. Secundò, ex verbis illis in reſeruatione adiectis, vita ſua durante tantùm. Tertiò, ex ponderatione dictionis, tãtùm, adiectæ in reſeruatione. Quartò, ex reſeruatione diſpoſitionis faciendæ, & ità attẽta tali reſeruatione.

V 3 omnia

Digitized by Google

omnia voluit includere in donatione, cùm in ipſa per actum vltimæ voluntatis, quæ eſt modica ſumma, ergò de maiori ſumma noluit diſponere. Vltimò attenditur cauſa certa, nàm reſeruatio certæ ſummæ erat facienda pro anima, quam deindè nõ fecit, vnde nullo iure hæredes ab inteſtato admitti debent, prout ſecundùm prædicta fuit deciſum in beneficiũ donatarij, Reg. de Ponte in conſ. 100. vol. 1. dottat Thomas, vbi in fine ponit deciſiones.

Fructus, vel intereſſe paragij an debeantur per fratres ſorori; fuit ſepè deciſum in S.C. deberi fructus, vel intereſſe, Minad. in Conſt. In aliquibus, in 7. not. n. 14. *Reg. Fab. Capyc. Galeot. tom. 2. controu. 35. n. 79.*

Fructus an conſequi poſſint vaſalli hæredes defuncti, concluditur, fructus feudi diuidi inter hæredes vaſalli defuncti, feudo deuoluto ad Dominum, ſeù reuerſo, Capyc. in l. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. qui ait, talem ſententiam fuiſſe receptam in S.C. eum citat Nunt. Pellicc. in Confiner. Auerſæ c. 10. nu. 187. Lipatul. ad Andr. in c. 1. hic finitur lex, §. his conſequentèr, lit. F. incip. talis conſuetudo.

Fructus pendẽtes feudi in vltimo anno, quo moritur feudatarius ſine legitimo ſucceſſore, & ob eius mortem ipſum feudum ad Dominum deuoluendum veniret, qualitèr diſtribuantur; diſtinguendum erit, quòd ſi vaſallus moritur à menſe Septẽbris incluſiuè, vſq; ad principium Martij ſequentis, omnes fructus illius anni erint Domini, demptis tamen fructibus, qui in illo mẽſe Septembris pendebant, ſicut eſt vindemia, oleum, poma, & ſimilia, ſin autẽm vaſallus decederet à menſe Martij incluſiuè, vſq; ad principium Septẽbris fructus ſpectabunt ad hæredes vaſalli, & ità in practica fuit obſeruata hæc diſtinctio in morte D. Frãciſci Brancatij, nàm ex decreto S.C. relaxauit ſuo hæredi fructus illius anni peruẽntos ex feudis Loriani, & Trentulæ, licèt Rex prætendiſſet, feuda eſſe deuoluta ad Reg. Cur. Capyc. in inueſt. feud. ver. feudorum fructus, verſ. pendẽtes fructus, fol. 204. & nouiſſimè Reg. de Põtè dec. 12. n. 7. refert, idem fuiſſe per Reg. Cam. deciſum in feudo Caſollæ deuoluto ad Fiſcum in cauſa eiuſdem Fiſci cum hæredibus feudatarij, immemor deciſionis Capyc. de hac eadem deciſione meminit Mareſcott. var. reſol. lib. 1. c. 64. n. 2. immemor de noſtro Authore, ſubdens, idem deciſum fuiſſe in cauſa Marchioniſſæ Paduæ, penès Actuarium Pennenſem. *Reg. Conſtant. in l. 1. C. pæn. fiſcal. lib. 10. n. 149. Barbat. de diuiſ. fruct. p. 2. c. 4. n. 15.*

Fructus an ſint reſtituendi, & intereſſe taxandum ad quandam rationem, annullato contractu; fuit in S C. iudicatum, quòd reſtituantur fructus, & taxetur intereſſe pretij ad ſeptem pro cẽtenario, & pro concurrenti quantitate fiat compenſatio, vt in caſu currenti tradito per Io. Franc. Capibl. in prag. 1. n. 191. de Baron.

Fructus feudi in Regno exiſtentis, & iuriſdictio an ſint commodis Fiſci applicandi, ſi ipſi per vxorem alicuius viri, qui acceſſerat ad inſeruiẽdum Principi hæretico declarato per S.P. ſint poſſeſſi; facto verbo in Collat. Conſil. nihil fuit contra vxorem Dominã innouatum, Reg. Tap. in annot. ad Conſt. Paruenorum, n. 4.

Fructus an debeantur pendente iudicio reſciſſionis contractus, vide in verb. Inſtrumentum.

Fructus feudi pendentes licet dicantur ineſſe in feudo, an de illis feudatarius diſponere poſſit in teſtamento; concluditur iuxta Bal. opinionem, quòd poteſt de illis teſtator diſponere, vii à ſolo ſeparandis, tanquàm de re propria heredis, de qua poteſt teſtator diſponere, & hæredem in feudo grauare, & talis diſpoſitio erit valida, vt fuit deciſum in R.C.S. in cauſa Vniuerſitatis Seminariæ cum Duce, ſed hoc in feudo hæreditario, ſecus in feudo ex pacto, Reg. de Ponte in repet. c. 1. de ſucceſ. feud. lect. 14. n. 33.

Fructus pendentes, & introitus non exacti in vita grauati an ad fideicommiſſarium ſpectent, qui ſententiam reſtitutionis bonorum in eius beneficium vnà cum fructibus conſequutus fuerat, deciſum fuit per S.R.C. in cauſa Proſperi Rendellæ V.I.D. cum Fabritio Teſta, referente Reg. Conſil. meritiſſimo Iacobo de Franchis die 23. Octobris 1612. tales fructus ad fideicommiſſarium ſpectare à die mortis grauati, & ſic fuit commiſſa liquidatio, penès Secretarium in Bãca Burrelli, D. Camill. de Laratha in conſ. 73. in eadem præcedenti.

Fructus legitimæ non petitæ bona fide conſumpti an peti poſſint, & ſucceſſiuè aduerſus præſcriptionem ipſorum reſtitutio concedenda ſit; fuit per S.C. affirmatiuè prouiſum in cauſa D. Claudij Salſilli in Banca Galterij, vt refert Anell. Amat. conſ. 38. deceſſit, vol. 1. *Reg. Tapia dec. S C. 48. n. 13.*

Fructus legitimæ à quo die debeantur, & an contra bona poſſeſſa à tertijs poſſeſſoribus locum obtineant; fuit deciſum, à die mortis patris deberi, & ſuper bonis per tertios poſſeſſis, in cauſa D. Claudij Salſilli, penès Galter. vt refert Anell. Amat. in conſ. 39. fructus legitimæ, vol. 1.

Fructus percepti per emptorem rei venditæ ſub haſta, an data reſciſſione venditionis prædictæ ex cauſa læſionis vltrà ſextam, concurrente minori ætate debeantur poſt litem conteſtatam; fuit per R.C.S. condemnatus conuentus ad relaxandum bona in iudicio deducta vnà cum fructibus, reſtituto pretio cum intereſſe, in cauſa hæredum Io. Andr. Sageſij cum Cæſare Sereno, referente Præſidente Minadoo, penès Eugen. Act. Anell. Amat. conſ. 87. intentio, vol. 1.

Fructuum reſtitutio ex ſententia condemnatoria proueniens à tempore litis conteſtatæ, ſi reperiretur, quòd lis bis fuiſſet conteſtata, à quo tempore debeatur, fuit deciſum, eſſe habendam rationem de fructibus à tempore primæ litis cõteſtationis, Capyc. dec. 11. n. 4. & ſeq. Reg. Rouit. in pragm. 1. n. 5. de inſt. cauſ. non reſtit. Ricc. collect. dec. 2049. Hect. Felican alleg. 43.

Fugiens è carceribus ratione criminis inculpatus pro conuicto habetur, ſecùs verò ſi carceratus indebitè, & iuris ordine nõn ſeruato indè aufugiat, etiam cum carceris fractione, quo caſu non punitur, nec pro cõfeſſo habetur, & ſic fuit in contingenti caſu iudicatum in Reg. Audient. Barenſi, & confirmatum in M.C V. Viui. dec. 509. n. 33.

Functiones nouæ numerationis futuræ an veniant in conceſſione facta à Rege de Terra cum functionibus Fiſcalibus, non taxata quantitate; concluditur, quòd ſic, & in Reg. Cam. ità fuit in contingenti caſu obſeruatum, & deciſum, Ant. in repet. c. 1. de vaſall. decrep. ætat. n. 25. & ſeq.

Fun-

Digitized by Google

Functiones Fiſcales ſi fuerint conceſſæ, ſeù venditæ ex aliquo loco percipiendæ, ſi non percipiantur illę, an Reg. Cur. quę vendidit, ſeù cōceſsit ex cauſa oneroſa debeat reficere ex alijs; fuit deciſum, quòd ſic, Liparul. ad Andr. in cap. Imperialem, §. illud quoq; præcipimus, verſ. item quærit gloſ. de proh. feud. alien. per Feder. quem citat Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feudor. verſ. redeundo igitur, n. 47. ſubdens, talē apoſtillam fuiſſe Regēns Villani.

Functiones Fiſcales an veniant in donatione feudi; concluditur, quòd non, & ob id multis rationibus in iure conſideratis, ac ėt defectu aſſenſus impetrati de donatione facienda, quę erat facta, ac alijs fuit deciſum iuxtà concluſionem, ac abſolutus conuētus, Ann. in alleg. 36. & ſuprà verbo bona.

Functiones Fiſcales vti res ſtabiles iudicantur communitèr, ac in loco deſtinatæ ſolutionis eſſe cenſentur, & an diſpoſitioni iuris Conſuetudinarij Neapol. ſubijciantur, quòd ſubijciantur Conſuet. Neap. allegauit in iure Doctiſſ. Conſ. de Ann. inter conſ. Anell. Amat. in conſ. 78. ſiuè dicamus, contrariam verò partē aſſequutus eſt Author ipſe Amatus in ſuo conſ. pręcedenti 77. cùm ad eam, vbi in fine refert, fuiſſe deciſum in fauorem D. Bernardini de Cardenas, contra D. Pompeum de Cardenas in S.C. referente Reg. Conſiliar. Valdiuieſo die 16. Martij 1614. pęnès de Fęlice, dictos annuos redditus Fiſcales eſſe extrà diſtrictum.

Functiones Fiſcales & ſi res ſtabiles communitèr eſſe judicentur, cùm tamen in ſe pactum redimendi contineant, ſi fuerint reemptę per Reg. Cur. an debeatur pretium legatario ex reemptione prædicta, ità vt tempus mortis, non tamen reemptionis ſit attendendum, vt excludatur agnatus à ſucceſſione illorum, iuxtà Conſuet. Neap. fuit in eadem cauſa D. Berardini de Cardenas cum D. Pōpeo de Cardenas concluſum, eſſe attendendum in hoc tempus mortis, quo tempore fuerūt functiones in dominio creditoris purè, & ſimplicitèr, & dùm iudicatum fuiſſet per S. C. eas eſſe extra diſtrictum Neap. in caſu tamen reemptionis faciendæ pretium legatario debetur eodem modo, vt excludatur agnatus à ſucceſſione vigore Cōſuet. Neap. Amat. conſ. 79. præſuppoſita, vol. 1.

Functiones Fiſcales exiſtentes extrà Ciuitatē Neap. exigendę per aliquem Ciuem Neap. an ſint ſubiectæ diſpoſitioni Conſuet. Neap. ità vt cenſeantur eſſe in diſtrictu ex ſtipulatione contractus Neap. facta, vel potiùs vti bona ſita extrà diſtrictum ob illorum ſolutionem, & exactionem deſtinatam in Prouincijs; fuit deciſum in S. C. die 16. Martij 1604. referente Reg. Conſ. Io. Ruiz de Valdiueſo iunctis aulis, functiones ipſas eſſe bona extrà diſtrictum Ciuitatis Neap. in cauſa D. Pompei de Cardenas, cū D. Berardino de Cardenas, Reg. Rou. in prag. 1. de iur. & exact. Fiſcal. à n. 64. & ſeq. vbi ſub n. 100. poſuit deciſionem.

Fur diuerſis vicibus furando, quamuis eſſent minima furta, an ſuſpendi debeat iuxtà pragmaticam deſupèr latam; fuit concluſum, quòd ſic, Gramm. dec. 48. Baiard. ad Clar. in §. furtum, n. 28. latè Farinac. in tit. de inquiſit. q. 2. n. 15. in fi. vbi inquit, ſimilem caſum Romæ contingentem fuiſſe deciſum iuxtà prædictam deciſionem S.C.

Fur delinquens in vno territorio, ſi eodem die fuerit captus cum re furtiua in alio territorio, à quo erat cognoſcendus; fuit bis iudicatum, eſſe cognoſcendum ab illo Officiali, vbi fuerit captus cum re furtiua, & ad eum remittendum, Capy. dec. 104. eum ſequuntur Iul. Clar. in § fi. q. 38. n. 15. Franch. dec. 681. Ann. in ſing. 438. remiſſio, Farin. in tit. de inquiſ. q. 7. n. 7. Foller. in Conſt. Capitaneorum, n. 64. Capibl. in prag. 8. n. 236. de Baron. Tap. in prag. 1. n. 20. vbi de delict. agi opor. idem Foller. in pract. crim. rub. audiantur excuſatores, n. 64. & rub. Etſi confitebuntur 1. par. 3. p. n. 121. Viu. in Syl. comm. opin. in opin. 420. Iudex domicilij, n. 6. vbi allegando Boer. dec. 218. nu. 5. ait, idem fuiſſe deciſum in Senatu Burdegal. Aloyſ. de Leo l. ſi quis non dicā, C. de Epiſc. & cler. n. 52. Maſtrill. dec. Sicil. 147. n. 3. Borrell. in addit. ad Spec. Princ. rub. 2. §. ex quo prædiximus, col. 8. verſ. 25. limita. Peguer. dec. Cathal. 28. vbi ità aſſerit, fuiſſe deciſum in illo Senatu, latè Caball. reſol. crim. cent. 2. caſ. 163. Ric. collect. dec. 48. Bonacoſſ. inter comm. opin. lib. 6. tit. de furt. nu. 35. antè eos iſtam quæſtionem diſputauit Mantua in Apopht. 103. in 2. par. aliàs Apoph. 603. *Danz. de pugna Doct. &c. tit. de furtis, c. 1. n. 14. to. 2. Reg Sanfelic dec. 41.*

Furtiua re reperta penès aliquem ſi non docuerit, à quo illam habuerit, an fuerit indicium ad torturam; concluditur, quòd ſic, & ità alijs adminiculis exiſtentibus in facto contingenti fuit per M.C.V. obſeruatum, vt inquiſitus torturæ ſubijceretur, de quo per Gramm. in conſ. crim. 14. redemptoris gētium ſuffragio, de quo meminit Iul. Clar. in lib. 5. §. fi. q. 21. n. 30.

Furioſus ad hoc vt dicatur, vel non dicatur, oportet probari tempore actus celebrati quem furioſum, teſtemq; rationem reddere ſui dicti, etiam non interrogatum, & quòd ſtetur magis teſtibus deponentibus de ſana mente, in facto contingenti deciſum ait in S.C. Vrſill. dec. 365. n. 3. Viu. dec. 377. n. 13. & in Sylu. comm. opin. in opin. 544. Notarius, n. 9. Ric. collect. dec. 1557.

Furioſus committens homicidium an puniatur pęna mortis, iuxtà Conſtit. Terminum vitæ; fuit deciſum in M. C. V. quòd non, Ann. in repet. dictæ Conſtit. n. 92.

G

GAbella noua an poſsit imponi ſuper exactione donatiui faciendi Regiæ Ciuitatibus, ēt ſuperiorem recognoſcentibus ex iuſta cauſa mutandi ex collectis in Gabella; concluditur, attenta iuſta cauſa mutandi Gabellam, ac etiam attento loco Ciuitatis in Italia exiſtenti, in quo omnes Ciuitates habent merum, & mixtum imperium de facto, quòd poſsit imponi, & ità fuit concluſum in Regno Siciliæ, Capy. dec. 148. vſq; ad nu. 5. Ioſeph Ludou. in comm. opin. tit. de Gabell. concl. 15.

Gabella an poſsit imponi attenta legitima cauſa aliquibus contradicentibus; concluditur, quòd quādo ſumus in rebus communibus pluribus, vt vniuerſis valeret quidquid faceret maior pars, & ità decretum, ſtante vtilitate, Capy. dec. 148. à n. 6. per tot. Ric. collect. dec. 148.

Ga-

Gabella impoſita pro animalibus, quæ ligantur cornibus, & ligari poſſunt, an comprehendat vitulum, ſeù vitulam, quæ non ligantur, nec ligari poſſunt cornibus, decitum fuit per R.C.S. negatiue, & proindè declaratum, quòd vitulus, ſeù vitella dicatur ille, ſeu illa, quæ non ligatur, ſeu ligari nõ põt cornibus, in cauſa Oeconomorum S. Mariæ Annunciatæ Neap. cum Electis eiuſdem Ciuitatis in anno 1530. penes Nardum Antonium de lo Riccio pro Mag. Act. vt habetur in cap. Neap. f.84 à t. & 85. lib. meo.

Gabella an ſolui debeat de oliuis recollectis extrà Ciuitatem pro ſtratura ad rationem granorum 87. pro qualibet ſalma impoſita intrantibus intus Ciuitatem ex priuilegio Regali conceſſa; fuit deciſum in fauorem ipſorum Dominorum oliuarum extrà Ciuitatem collectarum, contrà Vniuerſitatem, tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio per R.C.S. facta relatione in Collat. Conſ. & ſic reuocatum primum decretum latum in eius beneficiũ in cauſa Vniuerſitatis Monopolis, cum Bartholomæo Falàghetio, & alijs, penès Gargiulum Actuariũ, D. Camill. de Laratha in conſ. 20. in hac cauſa.

Gratia delicti conceſſa per Principem habita partis remiſſione intra ſex mẽſes; an effectum ſortiatur, ſi tempore datæ gratiæ inquiſitus non haberet partis remiſſionem; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 509. Maſtril. in tract. de Indult. c. 24 n. 85. *Palma in diuerſ. iur. comm. & Regni gl. 12. n. 13.*

Gratia Principis conceſſa alicui, vt vacante aliquo officio ipſe ſuccedat, ſi interim Rex moriatur, an expiret, concluditur, quòd non, & ità iudicatum in Regno Siciliæ, Capy dec. 121. à n. 7. ad 16. Reg. Tap. in l. fi. p. 2. c. 3. nu. 3. & ſeq. ff. de Conſtit. Princ. Ric. in pract. var. reſol. reſ. l. 401. ſub n. 2.

Gratia teſtandi de feudo conceſſo per Principem Baroni, vt ipſum cui voluerit relinqueret ſi ſit facta, an ſi Princeps effectus eſſet rebellis poſteà, adhuc duret; adeò quòd poſſit teſtari; fuit deciſum, quòd ſic in fauorem teſtantis, & hæredis inſtituti, Ann. in alleg. 45. Reg. de Pon. in tract. de pot. pror. tit. 7. §. 5. n. 2.

Gratia aſſenſus impetrata non facta mentione nationis, & familiæ ſupplicantis, an valeat, non fuit deciſum, quamuis omnes quaſi Officiales inclinare viderẽtur in fauorem gratiæ, Frec. de ſubfeud. lib. 2. q. 23.

Gratia ſecunda erit nulla, ſi in ea mentio de alia priùs facta non erit, etiam reſpectu alterius delicti, vt concludit Franch. dec. 330. n. 3. & 6. cùm autem eſſet gratia à Prorege obtenta ab inquiſito de homicidio in perſonam vnius, & de vulnere in perſonam alterius, ſed pro homicidio tantùm habita remiſſione partis, an cenſeatur ſubreptitia, ſi in ea non fuerit facta mentio de altero delicto .ſ. vulneris; concluditur, vitium ſubreptionis tunc militare, quãdo ad poſtulationem fieret gratia, ſed quia in caſu ipſo non fuit facta ad poſtulationem, ſed Vicerex mandauit M.C.V. vt relationem faceret de contentis in memoriali; & gratia fuit facta poſt relationem factam à Iudice, præſumitur, Iudicem relationem feciſſe de omnibus cõtentis in proceſſu, & ex hoc ceſſat vitium ſubreptionis, & ità fuit iudicatum in S.C. referente eodẽ Conſil. de Franch. vt refert Franc. de Amic. in c. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. & veniendo ad primã, ſub n. 2. col. 4. verſ. & aliàs in ardua cauſa, fol. 196. ſimiliter iudicatum fuit in cauſa Paſchalis Capocij V. I. D. inquiſiti de homicidio, qui obtinuerat gratiam a Prorege præuio eius memoriali, in quo aſſerebat, feciſſe ex cauſa honoris, & in proceſſu non conſtabat, & quia fuerat mandatum vt M. C. relationem faceret, & facta relatione gratiam obtinuerat, propter quod præſumebatur ſcientia in Prorege de omnibus, ideò non obſtante Fiſci pretenſione circa ſubreptionem facto verbo in Collater. Conſil. fuit deciſum in fauorem inquiſiti, Amat. conſ. 72. inquiritur, vol. 1. immemor de iſta deciſione.

Gratia ſi ſit obtenta à Rege per venditorem feudi cum aſſenſu, omiſſa per eum conditione, feudum eſſe pro maſculis tantùm, & reſtitutioni ſubiectũ, & lite pendente ſuper reſciſſione contractus fuerit per Regem conceſſum, vt etiam pro fœminis intelligeretur, data falſa aſſertione in venditione, & venditor filios non habebat, an iudicetur noua qualitas, vt feudum nouum dicatur, & validetur contractus, Lanar. in conſ. 15. conſulendo concludit contra venditorem, in fauorem emptoris, ſed contra ipſum fuit deciſum, vt teſtatur Franc. de Amic. in c. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. ego autem vnus de Aduocatis, f. 94. & in §. facit iſte diuerſus, f. 92. & ſeq. vt poſſit gratia à Rege lite pendente impetrari, & contractum validum reputari, ſicut fuit reputatus, & abſolutus conuentus ab impetitis.

Gratijs Curiæ ſe ſubmittens non debet condemnari, nam videtur ſe ſubmiſiſſe, vt gratiam haberet, non, vt iuri ſuo renunciaret; & ità fuit deciſum in S.C. Ann. in ſing. 226. gratijs, & in repet. c. 1. de vaſal. decrep. ætat. n. 58. extat deciſio Guid. Pap. 495. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 8. nu. 40. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 2. c. 1. n. 128.

Guidaticus ſi ſit conceſſus delinquenti per certum tempus, vt non poſſit capi, vel offendi, cum conditione, ne in Ciuitate moraretur, nec accederet ad locũ partium offenſarum, vt fieri ſolet, an ſi fuerit captus in Caſtro Ciuitatis gaudere debeat guidatico, contingente caſu prædicto in perſonam Philippi Pariſe Coſentini publici ſoriudicari habentis guidaticum Præſidis Prouinciæ cum allegata conditione, capti poſtmodùm armis vetitis armati intus Caſtrum eiuſdem Coſentinæ Ciuitatis per Caſtellanum ipſius, & petentis, in priſtinam libertatem reponi, & gaudere guidatico, duxi aliqua breuitèr põderari ad puncti enucleationem, dùm pro parte inquiſiti dicebatur, Caſtrũ eſſe quid ſeparatum à Ciuitate, & diuerſum, & ex diuerſis non fit illatio, l. illam, C. de collat. & ob diuerſitatem ipſorum prohibitio militare non videtur, cùm ſimus in materia ſtricta, dùm pœnam irrogat, & paritèr in fauorabili, dùm tractatur de guidatico carceratur pro futuro, ad quod ſuccedit vulgata illa regula, odia eſſe reſtringenda, fauores amplificãdos, c. odia, de reg. iur. in ſexto, ſed ſi rationem veram excogitemus; proculdubio cõtrariam (ni fallor) ſententiam affirmare compellimur, etenim Ciuitas humano corpori, ſeù homini comparari videtur, & quemadmodùm homo ex duobus potiſſimùm conſiſtere cernitur .ſ. ex rationabili anima, & corpore, cap. in quadam, de celebr. miſſ. ſic paritèr Ciuitas ex alijs duobus conſiſte-

ſiſtere reſpicitur ex corporali materia ædificiorũ, & ex incorporali materia.ſ. iuriſdictionali, penes dominum reſidenti,& quantum ſpectat ad corporalem materiam cernimus, quemadmodùm humanum corpus ſub ſe multa, & diuerſa membra contineat, & omne membrum ad ſuum pertinet officium ſeparatum in genere, omnia in corpore exercentur, iuxta dictum Apoſtoli.

Sicut corpus diuerſa membra habet, nec ad eundem actum pertinet, ſic Ciuitas diuerſa membra habet ad diuerſos effectus, in genere tamen ſub Ciuitatis nomine comprehenduntur, habet .n. vias publicas, priuatas, & areas, l. 1. ff. ne quid in loc. publ. habet .n. ædificia publica, & priuata, vt in tit. C. de oper. public. & in l. 1. de ædific. priu. habet Theatra, Stadia, Pontes, Littora, Forum, & Eccleſias, vt in tit. Inſtit. de rer. diuiſ. omnia tamen in Ciuitate extant, diuerſa tamen habent miniſteria, & ſuper omnia habet Caſtellum, ſeu Fortalitium, vbi multi poſſunt ſe reducere, & munire, vt tradit gloſ. in Conſt. Caſtra, talia Caſtra, ſeu Fortalitia principalitèr ædificantur ad tuitionem, & munitionem Ciuitatum, l. turres, C. de oper. publ. ibi ità .n. ſplendor operis, & Ciuitatis munitio cũ priuatorum vſu, & vtilitate ſeruabitur, quemadmodùm .n. corpus defenditur manibus operando, hinc manus dicitur organum organorum operando, tradit Affl. dec. 199. n. 7. ità & Caſtrum in auxilium, & munimen Ciuitatis deſtinatum, veluti dextera manus operando tuetur, & non mirum, ſi vniuerſa membra corpori coniuncta, & annexa vnicũ corpus conſtituant, ità & Ciuitas cum omnibus ſuis ædificijs colligitur ex l. 2. ff. de verb. ſignif. vbi I. C. definiendo Vrbis ſignificatum cenſet. Vrbis appellatione muris terminari, & ibi ſubdit gl. Romæ autem continentibus ædificijs finiri .ſ. vt Suburbia etiam contineantur, idemq; traditur in l. vt Alphenus, eod. tit. & ibi Alc. ex quibus iuribus colligitur, non tantùm ea, quæ ſunt intrà mœnia contineri, ſed etiam ea, quæ ſunt extrà mœnia .ſ. Suburbia, tex. optimus in l. nam quod liquidè, ff. de pen. leg. hinc excommunicata Ciuitate, etiam Suburbia cenſentur eſſe tali pœnæ obnoxia, cap. ſi Ciuitas, de ſent. excomm. in ſexto, & ſicut crimen læſę Maieſtatis patratur contra propriam patriam inſurgendo, vel delinquendo, l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſt. ità paritèr qui Arcẽ tenuerit, aut Caſtra conceſſerit, l. 3. ff. eod. tit.

Circa verò rationem incorporalitatis æquiparatur Ciuitas animæ, anima Ciuitatis eſt iuriſdictio, ſeu dominium penes Dominum exiſtens, adeò quòd Rex in ſuo Regno dicitur lex animata, l. digna vox, C. de leg. & ſicuti in omnibus feudis dicitur, quòd Caſtrum eſt homo mutus, & ſurdus, vtens miniſterio feudatarij, apud quem conſiſtit .ſ. loco, & vice ſui tanquàm Pica, & Organum gerat, Capyc. dec. 1. nu. 8. vndè benè dicitur, quòd Dominus Ciuitatis dicitur anima Ciuitatis, cũ per eius potentiam iuriſdictionalem mouet ſubiectum opus Ciuitatis, ſic anima viuificãdo corpus, ſicut ſcriptũ eſt: Spiritus eſt qui viuificat, caro aũt non prodeſt quicquam exercendo actus corporeos, adeò quòd gl. in c. ſi quis obiecerit, verſ. viuit 1. q. 3. ibi explicando verba illa: Sicut nec anima ſine corpore corporalitèr viuit, exercendo ſenſus corporeos, aliàs falſum eſt, cùm antequã ſit in corpore viuit, & viuificat corpus, & in eo inſit, ità & Princeps in Republica, Reſpublicaq; in eo, Affl. in Conſt. Pœnam eorum, n. 62. & quemadmodùm potentia animę extenditur per omnes partes corporis, nam dicitur, quòd ſit tota in toto, & tota in qualibet parte ipſius, gl. can. vbi pares, de conſecr. diſt. 2. verſ. æſtimanda, ſic iuriſdictio Domini extenditur in omnem partem Ciuitatis, & dum prohibetur alicui, nè intra patrię territorium, vel muros moretur, l. relegatorũ, §. ſolet, ff. de interd. & rel. vel à Ciuitate, tunc proculdubio iudicandum erit, à toto corpore iuriſdictionis prohibuiſſe, relegati .n. ſiuè in Inſulam deportati debent locis interdictis abſtinere, & hoc iure vtimur, vt relegatus locos interdictos non excedat, l. relegati, ff. de pœn. id ẽt demõſtratur in l. littora, ff. ne quid in loc. publ. vbi littora, in quibus Populus Romanus Imperium habet, Populi Romani eſſe videntur, ſicuti qui in continentibus Vrbis nati ſunt, Romæ nati intelliguntur, l. quæ in continentibus, ff. de verb. ſignific. clarificatur in l. 2. C. de fund. limotrop. lib. 11. vbi qui Caſtellorum territoria poſſident, omnia poſſidere videntur, & ibi notat gl. in materia iuriſdictionis, in verſ. territoria, ideſt Caſtrum cũ territorio, ideſt iuriſdictione, & ſubdit, vel etiã ipſum Caſtrum, & terram, in qua reſidet, vndè Caſtri nõ videtur acquiſita poſſeſſio ſubiectæ Ciuitatis, dũ de poſſeſſionis acquirendæ tractatur materia, nõdùm formata per ingreſſum Ciuitatis, Grammat. dec. 71. num. 15. & 16. at ſi Ciuitas eſſet diuiſa per quarteria diſtincta, & congregatim viuerent quòad iuriſdictionem non cenſetur diſunita, Montan. in prag. 2. n. 318. de admin. Vniuerſ. & licèt in Caſtris videatur per alios regi, hoc .n. erit per cuſtodiam, nam officium Tribunorum erat, vel eorum, qui exercitui præſunt milites in Caſtris continere, & ad exercitationem producere, dixit tex. in l. officium, §. officium, ff. de re milit. ſecus quòad iuriſdictionem; tandèm relata cauſa in ipſa Regia Audientia per Regium Auditorem Sances fuit communi voto deciſum, non eſſe locum reſtitutioni priſtinæ libertatis, ad quod fuit allegata punctualis deciſio per Regium Auditorem Franciſcũ Antoniũ Salinas. Foller. in eius prax. crim. in rubr. Banniantur, n. 29. vbi ex mente aliorum DD. antiquorum tradit, quòd bannitus de vno loco cenſetur paritèr bannitus à loco ei adiacente, & ità in ſpecie ſubſequitur, quòd bannitus à Caſtro cenſetur bannitus à Ciuitate ei adiacente, & vltrà ipſum videndus eſt Affl. in Conſt. Si damna clandeſtina, ſub nu. 8. & 9. qui plura ad hoc cumulat in ſpecie, & Io. Amon. in Epit. 47. ponc alia, & dùm fuiſſet habitus recurſus ad Excellẽtiſſimum Proregem Regni, dùm articulus deciſus in præiudicium inquiſiti verſaretur ob aſportationẽ armorum prohibitorum; fuit mandatum, vt acta trãſmitterentur, quibus viſis mihi relatum fuit, decreuiſſe, vt Regia Audientia de iuſtitia prouideret, confirmando deciſionem Regiæ Audientiæ, quid in capto in mole Ciuitatis, vide Reg. Rou. in prag. 1. de guidat. & quid in capto antè ianuam Ciuitatis, an debeat gaudere indulgentia, Paſch. in tract. de vir. par. pot. p. 4. c. 3. nu. 23. *Danz. de pugna Doct. to. 2. tit. de guidatic. c. 4. n.* 5. Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

Guidatus ſi aliquis ſit à Rege ſub particulari conditio-

tione, vt non poſſit conueniri ex quacunq; cauſa ciuili,& criminali, an porrigatur talis indultus ad debita iurata;fuit deciſum,quòd non, Affl. dec.5. de quo commemorat gl.in titu,nota, quòd quãdo eſt conceſſus,in rub.de ſaluo conducto, vel moratoria, verſ.quòd hæc moratoria, Ann.in ſing.463. ſaluus conductus, Gabr. lib.6.tit.de ſtatut.concl. 10.n.7.Muſcat.in pract.fideiuſſ. p.2.q. 9.nu.31. & Pet.Peckius in tract. de iur. ſiſten.c.7.n.3. Maxill. in Conſuet.Bari.tub.de ceſſ.bon.§.licèt cedendo, n.44.Theſ.dec.Pedem.186.idem Muſcat.in prax. S.C.lib.1.par.4.gloſ.petendo,n.13.latè Battagl.ad Cyn.in l.quoties, C.de precibus Impet. offer.de Pont.conſ.31.n.44.vol.2.

Guidatus cum conditione,ne accederet ad certa loca,ſi in locis prædictis fuerit repertus non animo ibi permanendi,ſed potiùs ſtatim recedendi,veluti per tranſitum, an licitè detentus iudicetur, ità quòd non poſſit gaudere guidatico;fuit deciſum in M.C.V.quòd procederetur ad vlteriora cõtra inquiſitum,non obſtante gratia allegata,& ita cõfirmatum in S.C.die 8.Nouembr.1614. in cauſa Scipionis Ferratij,Reg.Rou.in ptag.1.de guidat. n.10.& ſeq.Paſchal.in tract.de vir.patr.pot.pat.4. c.3.n.22.

H

HAbilitatio à iuramento in contractu, in quo eſt renunciatum exceptioni præuentionis, an tollat, quin inſtrumẽtum poſſit liquidari; fuit deciſum, poſſe procedi ad liquidationem inſtrumenti, Franch.dec.670.Ric.collect. deciſ.152.& 460. Galter. in prax.inſtrum.3.p.2.par.n.27. Carrab.ſing 86 idem Ricc. in prax.Eccl.dec.337. *Barbat.de diuiſ.fruct p.1.cap.8.n.24.*

Habitans in Ciuitate Neap. pro maiori parte anni, vel temporis,licèt eſſet vaſallus Baronis, an poſſit vti priuilegio Ciuium Neap. circa facultatem cõueniẽdi in M.C.V.omnes de Regno;fuit deciſum, quòd ſic,non obſtante remiſſione petita,Gramm. dec.87. Carau.in rit.301.num.28.& ſeq.Bertaz. in tract.clauſul.clauſ.3.gl.1. num.12. idem Carau.in ptag.1.de S.C. Maced.§.13. Muſcat.in prax. S.C. lib.1.p.2.gl.competentes,n.76.Ric.in collect.dec. 38.*Franc.de Petr.conſ.15.n.10.*

Habitans ciuis exterus ſcholaris in Ciuitate Neap. cauſa ſtudij an gaudeat priuilegio fori Neapol. ſi aliquem in iudicio Neap. conuocauerit, non obſtante remiſſione ab eo petita ad ſuum Iudicem competentem, cùm hæc contingiſſent diſcuti in quadam cauſa in M.C.V. agitata inter Clericum Mutium Caldetatiũ de Dipiniano Prouinciæ Calabriæ Citra conuenientem in M. C. V. Dianam Vercellam Pizzocaram quæ comparẽdo, cauſam ad ſuum Iudicem remitti petierat, & quãuis pro parte ipſius Actoris per viam electionis fori ſibi conſultum eſſet,non tamen ex iuris diſpoſitione procedere videbatur, poſtquàm clerici pro rebus Eccleſiæ dùmtaxat, non autem proprijs electionẽ fori obtinent,iuxtà deciſ.D.de Franch.597.nu.1. attamen ex eo,quòd dicta conuenta ſubſtantialia in termino nõ probauerat, vt remiſſioni locus eſſet ad ſuum Iudicem competentem reſpectu ipſius perſonæ; cæterùm reſpectu domicilij ex alio capite clericus excipiẽdo proclamauerat,hoc eſt ob habitationem ex cauſa ſtudij omninò procedendum fore in M.C.V.ſuffultus ex aurea doctrina Carau.in R.M.C.V.301.ſub nu.3.in fin.vbi & ex iſta ſecũda veriori opinione ſequitur, quòd exteri, qui habitant in Ciuitate, vti Scholares, vti Magiſtri grammaticæ, vel uti Artifices, dicuntur habitantes ipſius, & habitantium priuilegio gaudere debent per prædicta,&c.ſicq;capta informatione de habitatione ipſa;fuit per M.C.V. deciſum,procedendum eſſe in eadem M.C. V. petita remiſſione non obſtante, referente Erudito I. C. ac Patritio Neapol. D.Flaminio Conſtantio illius Iudice meritisſimo,penès Conſtãtinum Act.Mag. de hoc anno præſenti 1619. de Menſe Ianuarij præterito, ſub patrocinio V. I. D. Fabritij Glauſi mei familiaris amici; quapropter ad corroborationem præmiſſorum dicebam, iure optimo procedendum fore in dicta M.C. eo quòd Scholaris vocatus in iudicio tenetur coràm Iudice loci cõparere;vel coràm eo reſpondere, vel ſuum priuilegium oſtendere,ità Spec.in tit.de reo, §.1.nu.7. vbi plura ad hoc probandum deduxit; ſimilitèr Scholares & ſi non dicantur habere domicilium in loco ſtudij,ſecundùm Abb.in cap.quod Clerici, n.4.de for.comp. eo quòd ad hoc vt domicilium contrahant,neceſſe erit, vt ibi ſteterint per annos decem,idem Abb.in c.fi.n.8. de Paroch. Alciat.de præſump.præſ.19.reg.3. n.10. adhuc tamen habitationem habere dicuntur: Idem in c. nullus Epiſcopus,n.4.eod.tit.& habitare etiam videntur, & ſi non continuò,vel perpetuò habitent,occaſione tamen alicuius exercitij, vt in terminis concludit Gramm.dec.87.vbi refert deciſum in fauorem cuiuſdam Exteri Neap. habitãtis interpellatum habitando ex cauſa ſuæ artis,vt cauſa in S.R.C.agitaretur,petita remiſſione per Dominum feudi nõ obſtante,*Franc.de Petr.conſ.15. nu.16.hæc nos citat,* Io.Bapt.de Thor.I.C.Neap.

Habitatio licèt in legato facto vxori à viro ipſam Donnam, Dominam, Patronam, & vſufructuariam relinquendo debeatur, an decedente filio inſtituto, cui fuit ſubſtitutio facta, ipſo decedente ſine liberis,vt ſimul cum matre moraretur, eo defuncto debeatur eadẽ matri habitatio, ſubſtitutione ipſa non obſtante; fuit deciſum, quòd ſic,Franch.dec.58.& hic Viſcon.*Fontanel.de pact. nupt.clauſ.4.gloſ.22.n.57.*

Habitatio ſi ſit à ſocero genero promiſſa, quam dederat in domo ſua,an variando poterit alibi extrà domũ illam dare;fuit deciſum, quòd ſic, Affl.dec. 146.Ann.in ſing.417.promiſſa,vbi dicit,fuiſſe etiã deciſum per S. C. quòd ſi promisſio ex cauſæ ſit facta alicui,poterit dicere,nolle ſtare in domo, licèt Iac.Anel.de Bot.in add. ad Conſuet. Quòd ſi infra,incip.quid ſi tempore,f.173.allegando Affl. dicat,aliàs fuiſſe per S. C. decretum, quòd hæres non variet,qui tenetur dare habitationem, & vide Pellic.in Conſuet. Auerſ.c.7.n.290. Ric.in collect.dec.587.& 301.Iac.Nouell.in reg.219.

Haſtæ pallij in receptione Epiſcopi in Ciuitate an ſint deferendæ per Nobiles tantùm,excluſis Syndico, & Electis; fuit per S. C. datus terminus in

cauſa

cauſa,& interim prouiſum, quòd aſportētur per Syndicum, & Electos, citrà præiudicium iurium partium, Franch.dec.253. in Ciuitate autẽ noſtra Neapol. aſportantur per Nobiles tantùm Sedilis Capuani, hoc eſt per totum eorum diſtrictum vſq; ad Minorem Eccleſiam, vt patet in decreto lato in Reg.Collat. Conſ.ſub die 10. Feb. 1541. vt in vol. Capit. & Grat. Neap.f.80. à ter.Ric.collect.deciſ. 1446.*Reg.de Pont.dec.18 n.15.*

Haſtæ pallij in die Sanctiſſimæ Feſtiuitatis Sacratiſſimi Corporis Chriſti per quos aſportari debeant, an per Nobiles tantū, vel per Nobiles; & Populares, & ſi in hoc quæſito dicēdum videatur, ad Nobiliores tantùm ſpectare, eò quia Nobiles perhonorantur, Girar.ſing.33.n.1.& eis debetur præſtatio honoris, Affl.in Conſt. Vt Vniuerſis, nu.6. tùm maximè ſi Nobiles eſſent literati, & ſublimes perſonæ magis honorantur ab Eccleſia, & Prælatis, Abb.in cap.de multa, n.5.& 7.de præb. & inſupèr Nobilitati defertur quòad honores, quòad ſalutationes, & ſedis inter Iudices aſſignationem, Caſſan.in Cathal.glor.mund.p.8.cōſid.38. vbi in fine ſubnectit, quòd Nobiles debent mitti obuiam Principi cum veſte pulcherrima, & decora, & non mirū ſi Nobiles Sedilis Capuani in ingreſſu Archiepiſcopi Neap.deferūt haſtas pallij, Franch.dec.253. n.5.ſicq; in Feſto eiuſdē Sāctiſſimi Corporis Chriſti, & diebus Iouis ſancti, & Veneris Nobiles Caſtri Maris de Stabia illas deferunt, ſubnectit ibi Franch.n.4. Attamē ijs minimè refragantibus cōtraria opinio magis vera, ac generali conſuetudine roborata eſſe noſcitur ex infra notandis rationibus. illo priùs præmiſſo, hanc ſolemnē Feſtiuitatem ab Vrbano Sum. Pont. & poſtmodùm à Clemente V.Sum. Pont.eſſe in Orbe inductā ſingulis annis poſt quintam Pentecoſtes feriā publicè celebrari; ſicq; iuſsū patet omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Eccleſiarū Prælatis, vt dicitur in exordio clem. 1.de reliq.& vener. Sanct. & ſubdit ibi tex. vt in ipſa quinta feria deuotè turbæ fidelium propter hoc ad Eccleſias affectuosè concurrant, & tàm clerici, quàm populi gaudētes, &c.ex ijs verbis principalitèr colligitur, omnes Chriſti fideles eſſe ad deuotionē ipſam admiſſos ex debito Religionis, quod ergà Deū debetur, l.veluti, ff.de iuſt.& iur.hoc eſt tàm clericos, quàm laicos, tàm nobiles, quàm ignobiles, vt conſpicitur ex populi definitione tradita in §.plebiſcitum, Inſt.de iur.nat.gent. & ciuil. ibi nam appellatione populi vniuerſi Ciues ſignificantur, connumeratis et Patritijs, & Senatoribus, & hoc benè proceſſit conuocando oēs fideles populos, cùm apud Deum nō ſit acceptio perſonarum, gloſ.in §.1.auth.de nupt. verb.non eſt maſculus, poſtquam oēs ſunt conuocati, oēs & commodum, & incommodū sētire debēt, c.qui ſentit, de reg.iur.in 6.ſicut quælibet res Ciuitatis diuidi debet inter pauperes, & diuites, Amanel.de Claris aquis ſing.255. nu.1. ità paritèr honores, & prærogatiuæ inter eos diuidi debent, nè occaſio acceptionis daretur in Eccleſia perſonarum, ſicuti ſi per nobiles tm̄ aſportarentur: Nobilitas .n. acceptionē ſemper importat, ità Bart. in l.1.n.88.C.de dign.lib.12.vndè benè & per nobiles, & per ignobiles aſportari debent. Secundò principalitèr pōderari debet, nō omnibus nobilibus, nec omnibus ignobilibus hoc ius inſimul, & ſemel cōpetere ob cōfuſionē euitādā, quapropter cū talis Feſtiuitas à publica perſona, hoc eſt Sum. Pont. ordinata ſit, publiciſq; perſonis celebrari iniuncta .ſ. Patriarchis, Archiepiſcopis, &c. publicè, & in Ciuitatibus, lociſq; publicis fieri, cōuocatis Clero, & Populo reſultat, ius publicum eſſe, quòd ſigillatim in Sacris, & Sacerdotibus, & Magiſtratibus conſiſtere dixit tex.in l.1.§.huius ſtudij, ff.de iuſt.& iur. vbi gloſ. vt ſunt Eccleſiæ, congruit .n. vt ſimilitèr à publicis perſonis laicorum populi aſſocietur, hoc eſt à Magiſtratibus, in quibus conſiſtit ius publicum, hinc Ciuitas, quæ repræſentatur per Syndicū, Electos, & Conſilium, vt dixit Frāch. vbi ſupra n.8.& ſucceſſiuè per Decuriones ipſa repræſentatur vt vniuerſos, non ſingulos vt ſingulos, Montan.in prag.2.n.153.de Admin. Vniuerſ. & Ciuitatis Conſilium, ſeu Decuriones repræſentant totum populum, vt ibi ſubnectit n.284.ſubſequitur, quòd Nobiliores ſunt illi, qui regunt Vniuerſitatem, Ann.in alleg.21.nu.8.& inter eos Nobiles, & Ignobiles eſſe, ad quos peculiaritèr ſpectat onus haſtarum aſportationis. Tertiò principalitèr ad idem ponderatur tex.in §.omnibus autem, in auth.de ſanctiſſ.Epiſcop. vbi euidētèr patet, laicis interdictum eſſe litanias facere ſine ſanctis Epiſcopis, & qui ſub eis ſunt reuerendisſimis clericis, tamen colligitur, iunctim poſſe eas celebrare, ſed quia in ipſis celebrationibus eligendi ſunt viri digniores, bonis moribus, & facultatibus præditi in concernentibus prærogatiuas, honores, & ſimilia, vt per Napod.in proœm.Conſuet.Caroli, n.261.& præſertim ſubdit ipſe n.282.in illis interuenire debere maiores nobilitate, antiquitate, & ſcientia cum plebibus, vbi ſubnectit, quòd ad hoc vt dicatur Vniuerſitas debet interuenire plebs Suburbiorum, Caſalium, & Vicorum antiquitate, & ſcientia, per iura ab eo citata, hinc communitèr in Ciuitatibus eliguntur in regimine ipſarum nobiles, & ignobiles, vt ſic repræſententur populi omnes, & punctualitèr in electionibus Electorum huius Ciuitatis Neap. deciſum patet per ſententiam Regis Federici, habito Conſilio eius Conſiliariorū in anno 1498.die 12.Iulij inter Cap.Neapol.poſitam f.29. vbi in primo capite hæc verba ſubnectuntur; In primis declaramus, eoſdem Nobiles debere continuare quinq; Electos, quorum conſueuerant habere; Ciues, ſeu populares prædicti habeant vnum, qui ſimul, & coniunctim conueniant in Eccleſia S. Laurentij Neap. in loco ſolito, vbi pro ſtatu, & ſeruitio noſtro, ac pro commoditate, & beneficio Vniuerſitatis Neapol. pro negotijs publicis, & priuatis ad eam Vniuerſitatē ſpectantibus, & pertinentibus tractare habeant res, & negotia prædicta, illa finiendo per voces maiores partis ipſorum Electorum, &c. & ſubſequitur. Item quòd dicti Electi eligantur tàm per eoſdem Nobiles, quàm per populares, prout hactènus conſueuerunt, &c.ſicq; indifferētèr in omnibus Regni huius Ciuitatibus, locis, oppidis, villis communitèr obſeruatur, & præſertim in terris, vbi Nobiles exiſtunt fieri electiones Electorum Nobilium, & Ignobilium, ſic .n. rationi, & iuri cōſentaneum eſt, vt populus, qui nobiles, & ignobiles continet, per eos repræſentetur, & proindè iuſtiſſimè prolata fuit ſentētia ab eodem Rege Federico in anno 1499. die 18. Iunij adhibito eius Con-

Conſilio, admittendo ēt populares, & deciſum, q. vbi ipſi Nobiles hactènus portabant vnam haſtā pallij prædicti, ex nunc omni futuro tempore habeant, & debeāt, ac poſſint portare quinq; haſtas; videlicèt vnā pro quolibet Sedile, & vnūquodq; Sedile habeat eligere ſuum Nobilem ꝑ portanda dicta haſta, & populus tantūmodò vnam, reliquas verò duas haſtas pro complemento haſtarū octo portabimus nos, & Illuſtriſſ. Dux Calabriæ primogenitus, ac futurus ſucceſſor noſter in Regno, &c. & ſubdit ibi Rex, quoniā vigore ſententiæ prædictæ oēs honores, & pallij ſunt, & in eadem comparéant dicti Nobiles; & tantummodò in dicto pallio dictæ Feſtiuitatis populus honoratur de haſta prædicta, prout habetur inter Cap. Neap. f. 32. Verū quia poſteà Nobiles diſcrepauerāt portare dictas haſtas, ex quo prætendebant ipſi ſoli aſportare, excluſo penitùs Populo, fuit indè per Regalem prouiſionem Regis expeditam die 3. menſ. Iunij 1507. mandatum, vt dicta ſententia ad vnguem obſeruaretur, & ſuum ſortiretur effectū, vt patet inter eaſdem Cap. Neap. f. 64. à t. *Et de ijs meminit de Pon. dec. 18. in princ. & addit deciſum eſſe in Coſlat. Conſ. ꝓcedere in omnibus proceſſionibus fieri ſolitis per Ciuitatē, vt in caſu occurſo ibi relato*, & poſt certos annos iterùm ex citata eadē differentia ſuper delatione haſtarum prędicti pallij inter eoſdē Nobiles, & Ignobiles, cùmq; fuiſſet oppoſita exceptio pragmaticæ editæ Thori, deciſum fuit per Collat. Conſ. obſtare exceptionem prędictā, & locum habere ēt in ſententijs latis ab illis Regibus Aragonum, de quo per Reg. de Curt. in diuerſ. iur. feud. §. declarata igitur, num. 57. & ità in omnibus Regni partibus obſeruatur, eas haſtas per Electos, & populares aſportari; proptereà non obſtāt in contrariū adducta, præſertim de conſuetudine Nobiliū Capuanæ, qui in ingreſſu Archiepiſcopi Neap. ipſi ſolū haſtas deferunt; nam ibidē Franch. in d. dec. 253. reſpondit, procedere in eorum tenimento, *quod ſequitur ibidē Reg. de Pont. n. 15.* ſecus ſi in aliorùm tenimentis Nobiliū ſuccederet, tunc. n. ad illos de tenimento ſpectaret, prout ſic aliàs in caſu præcedentiæ, quando Illuſtriſſ. D. Hippolyta Sforza Duciſſa Calabriæ vxor D. Alphōſi de Aragonia tūc Ducis Calabriæ ab hac luce migrauerat, cuius corpus ad ſacrā Aedem D. Mariæ Annunciatæ aſportari debuerat, exorta inter Nobiles Ciuitatis præcedentiæ differentia, q. nam Sedile pręcedere deberet, fuit deciſum, vt per circuitū pręcederet quodlibet Sedile in eius tenimēto, prout patet in dicto Cap. Neap. f. 29. à ter. ſub die 21 Aug. 1488. Nec obſtat alia conſuetudo Nobiliū Caſtri Maris, quia in ſimilibus honorantijs conſuetudo attēditur, idem Franch. d. dec. 253. n. 2. ad quod facit tex. in d. §. omnibus aūt, ibi tunc ſolùm ipſas Sacras Cruces accipere eos, qui conſuetè eas portare ſolent, &c. Vltimò, non obſtant dicta circa prælationes, q̄ vera ſunt in ſe, hinc Nobiles priùs in populo ſunt monendi, cū aliquid in Ciuitatibus eſt agendū, Luc. in l. nominationum, C. de Decur. lib. 10. & hoc optima ratione comprobatū eſt, cū Nobiles ipſi habeant quatuor virtutes. ſeù mores laudabiles; ſunt. n. magnanimi magnifici, dociles, & indoſtres, politici, & affabiles, Luc. in l. 2. C. vt ruſt. ad nullum obſeq. lib. 11. & cùm agatur de re tā celebri pro Diuino Dei ſeruitio, apud quē nulla cadit, vt dixi, perſonarū diſtinctio, nec acceptio, & ille verè Nobilis quoàd Deū dicitur, qui virtutibus, & bonis moribus eſt præditus, & alijs præfertur, Luc. in d. l. mulieres, col. 3. C. de dignit. lib. 12. ideò expedit, & decet, ad tale obſequium & Nobiles, & Populares admitti debere, *Taſſon. in prag. de antef. verſ. 2. obſer. 2. n. 64.* Thoro.

Hęredes plures in diuerſis quātitatibus diuerſimodè inſtituti particularitèr, an ceſſante hæredi vniuerſali poſſint deductis quantitatibus prædictis ſuccedere æqualitèr in reſiduo; fuit arbitratum, & laudatum, deductis quantitatibus particularitèr relictis reſiduum hæreditatis diuidi inter eos, Franch. dec. 554. Molf. in add. eius Comment. ad Conſuet. Neap. p. 3. q. 10. n. 4.

Hæredes omnes quamuis ſuccedant in iurepatronatus, ſi vnus ex eis primogenitus cōtinuauerit poſſeſſionem iurispatronatus, accipiendo candelam à Monaſterio, an ſecundogenitus ſimilitèr admittendus ſit ad talem honorem; fuit datus terminus in cauſa, & interim fuit prouiſum, quòd ſecundogenitus cum primogenito gauderet, Franch. dec. 85. & ibi Viſcon. ſatis materiam exornat.

Hæredes petentes hæreditatem ex teſtamēto, ſi annullato teſtamento ſuccubuerint; ob quod appellauerunt, petendo illam ab inteſtato, an Iudex appellationis poſſit de ſeconda petitione cognoſcere; fuit deciſum, quòd ſic, Affl. deciſ. 53. Muſcat. in prax. S. C. lib. 2. p. 3. gl. partis, n. 53. Peguer. dec. Cathalon. 194. n. 15. Sebaſt. Medic. dec. Anconit. 37. Ric. collect. dec. 301. Duenn. reg. 48. Marant. in ſuis ſing. & iuris notab. col. 9. verſ. agens ad legatum, Mareſc. var. reſol. p. 1. c. 38. n. 1.

Hęredes filij à patre inſtituti ēt in feudalibus an poſſint admitti ex remedio l. fi. C. de edict. diu. Hadr. toll. ad poſſeſſionem rerū feudalium; fuit concluſum, q. quando diſpoſitio teſtatoris de feudo eſſet iuri conſona, benè procederet, at ſi feodū eſſet hęreditarium, in quo oēs ſuccederent, filij inſtituti poterint immitti in poſſeſſionē ex remedio d. l. & ità fuit cōi voto deciſum, reſeruatis exceptionibus in iudicio petitorio, Affl. deciſ. 119. quem allegat Ann. in ſing. 535. tex. l. fi. vbi concludit, diſpoſitionem illius l. fin. habere locum etiam in feudis, & ideò in R. C. fuit immiſſus quidā, qui prætendebatur ſpurius, de quo mentionem facit idem Ann. in repet. rub. de vaſall. decrep. ætat. n. 432. Io. And. Geor. in alleg. 12. n. 33. & 41. vbi declarat, iſtam deciſionem procedere, ex quo oēs inſtituti filij erāt, qui habebant intentionem fundatam de iure cōmuni feudorum, quo iure oēs ſuccedebant, & vide Minad. in Conſt. In aliquibus, in princip. tex. Conſt. in. 8. Petr. Greg. in tract. de iud. cauſ. feud. q. 18. n. 4. Viu. dec. 219. n. 7. Bellon. conſ. 10. in princ. idē Affl. in Conſt. Hac ædictali, n. 8. Pereg. in dec. Paduæ 26. nu. 3. Bammac. in repet. rub. ſi de feud. defun. cont. in princ. n. 15. Parlad. rer. quotid. cap. vlt. §. 1. q. 10. in fin. de Pont. conſ. 24. n. 10. vol. 2. & n. 18. refert, idem fuiſſe deciſum in alio caſu, *Reg. Galeot. to. 1. controu. 15. n. 24. & controu. 31. n. 4. & 5.*

Hæredes ſocij an ligentur ex contractu ſocietatis initatæ per defunctū, ità quòd nolentes in ſocietate manere, teneantur ad ſolutionem pœnæ adiectæ contra diſcedentes à ſocietate, S. C. votauit, & iudicauit, eſſe condemnandum alium ſocium ſuperſtitem ad pecuniam pro re contentam, & indiſ-

diſſoluendo ſocietatem, ſed cōdemnauit hæredes ad ſoluendum pęnam contentam in ſocietate, ex quo receſſerunt à ſocietate, quia ità in capitulis cautum erat, Capy.dec.174. in fin. Reg. de Pont. conſ.90.n.14.& 15.vol.2.

Hæredes ſi ſint inſtituti ab aliquo in certa re particulari, cū conditione, vt altero ipſorum decedente ſine filijs, cæteri, & eorum hæredes ad ſucceſſionē morientis admittantur; & ità ex ijs ſimplici fideicōmiſſo orto, ſi ab vno ex inſtitutis fuerit medietas rei relictæ eius nepotibus; vti ſine filijs decedente, an poſſint hæredes alterius inſtituti vendicare partē iſtius medietatis, obſtāte fideicommiſſo prædicto, licèt fuiſſent inſtituti hæredes per eūdem diſponentē in cæteris bonis, & eius hæreditatē adiuerint, ob quod factū defuncti improbare nequiuerant; cōcluditur in fauorem hæredum inſtituti in certa re, non obſtante fideicommiſſo, exiſtente alia inſtitutione in alijs bonis facta per eūdem diſponentē ipſis vendicare volentibus, qui factū defuncti improbare non poterant; & ità fuit judicatū, vt tradit Reg.de Pon.conſ.35.vol.1. in ijs cauſis, vbi in fine tradit deciſionem, quæ tantū fuit reſpectu iſtius rei ſub fideicommiſſo relictæ, non aūt reſpectu aliorum in dicto conſilio vētilatorum, vt audiui à Peritiſſimo I.C.Fabio de Falco ſucceſſore in patrocinio dictorum inſtitutorum.

Hæredes viri extranei an teneantur ad alimēta vxori, quando fructus ex ipſis mobilibus non ſufficerent ad alimenta, & ſic vltrà dictos fructus, Capy. dec.24.n.9. refert, fuiſſe deciſum, quòd non, & ſic contra Bart. quem defendit Alex. diſtinguendo, quòd quando nulla dos adeſſet, hęredes non tenerentur ad alimenta, ſed vbi aliqua dos eſſet, licèt non tanta, cuius fructus ad alimenta ſufficerent, procederet allegata opinio, & inſupèt ad illud, ꝙ dicitur, quando fructus dotis non ſufficerent, adhuc infra annum ali debeat vidua, infertur, quòd niſi hæredes ſoluerent totam dotem, non poſſent ſoluere partem, & facere, quòd vxor excomputet in dotem, vt ibi Capy. ſub n.6.& Petra in annot.ad iſtam deciſionem, qui valdè eam exornat, Theſaur.deciſ.Pedemon.44.n.1.

Hæredis inſtitutio facta in perſonam patris filij, & nepotum an intelligatur facta, vt ordine ſucceſſiuo admitterentur, vel in vita patris; fuit deciſum, patrem, filios, & nepotes fuiſſe ſimul vocatos, non ordine ſucceſſiuo, Franch.dec.633.

Hæreditas an poſſit aditi per Procuratorem, & adita an principalis teneatur ad quæ tęnetur hæres; fuit deciſum, quòd non; Ann.in alleg.61.

Hæreditatis petitio an impediatur prætextu tituli putatiui teſtamenti nulli, ità quòd poſſidens conuentus iure teſtamenti prædicti præſcribat rem poſſeſſam per 10.annos; fuit deciſum, quòd titulus quamuis erroneus det cauſam præſcribendi, quando conſiſteret in facto, ſecus in errore iuris, vt in teſtamento nullo, & propterea non obſtante præſcriptione allegata dependente ex titulo reprobato petitio hæreditatis nō tollatur, Affl.dec. 374. Ant.Gabr.lib.5. tit. de præſcrip. concluſ. 14. Borgn.Caualc.dec. Fiuiz.28.n.28.p.1.

Hæreditatis portio an debeatur agnatis, non alitèr inſtitutis hæredibus penitericum agnatum, alios in eodem gradu inſtituendo in teſtamento condito ſine Iudice per manus Notarij Apoſtolici, quod in Regno non militat; fuit deciſum per S. C. condemnando poſſeſſores ad cōſignādum actori portionem ei tangentem in dicta hæreditate, tanquā ab inteſtato, Capy.dec.201.

Hęreticus an cenſeri debeat frangens Imaginem B. Virginis, aliorumuè Sanctorum, eo animo, putādo eſſe ſimulacra, & quòd ſit peccatum eas adorare, concluditur, ꝙ ſic, ſed ſi citrà animum prædictum fregerit Imagines ſacras, alia duriſſima pęna plectendus eſſet; & ità fuit iudicatū in M.C.V. refert Iſer.in c.1.§.diſſidantius, col.vlt.de Rat.& conſuet. cont.liber.Eccl.quem citat Carrer.in tract.de hęret.nu.49.& hodiè de hoc fuit pęna mortis declarata, & exequuta, vt infra eod.verb.Incidens.

Hæres non conficiens inuentarium, quando appareret, non eſſe alia bona, an teneatur inſolidum, & non adeſſe alia bona, an probetur allegando tantùm, & an teneatur hæres vltrà vires hæreditarias in legatis pijs; licèt concludatur affirmatiuè, non tamen fuit deciſum, Franch.deciſ.536. Paſchal. in tract.de vir.pat.pot.p.1.c.2.n.75. *Epiſc.Gemuenſ. de Eccl.ſeù practica b. Eccl.q.256.Reg.Capyc.Latr.deciſ.44.n.30.*

Hæres non exiſtens in gradu ſucceſſibili in feudis, & inſtitutus ab illo, qui erat in gradu ſucceſſibili, an poterit inſtantiam cœptam à defuncto ſuper alienatione feudi obligati etiam cum aſſenſu Regio proſequi; fuit deciſum, nullam actionem hęredi prædicto non exiſtenti in gradu ſucceſſibili ſuper feudis competere, Franch.deciſ.593.Reg.de Pon.in tract.de pot.pror.tit.8.§.11.n.14.

Hęres cum beneficio legis, & inuentarij, qui vt diſſequeſtrarentur bona hæreditaria ſe obligauit proprio nomine, an teneatur inſolidum; fuit deciſum, ꝙ dictus hæres non teneretur, niſi vt hęres cū beneficio inuentarij, Verùm facta diſcuſſione inuētarij, ſi appareret, eſſe bona hæreditaria penès eū, ꝙ pro concurrenti quantitate contra hæredem in bonis, & in perſona exequeretur, Franch.dec.648. Viſcon.in add.ad dec.323.eiuſdem, Phil.Paſcal.in tract.de vir.pat.pot. p.1. c.2.n.77. & nouiſſimè ad relationem Eruditiſſ. I.C. tunc Reg.Conſil. nunc meritiſſimi Regentis Io.Bapt.Valenz.idem deciſum fuit in cauſa Marchionis Montisfortis, cum creditore eius patris, quid in tutore ſe obligante nomine proprio, & tutorio, vide Coſt. in prax. cōuent.p.2.clauſ.56.nu.2. qui tenet, quòd obligatio facta per tutorem proprio nomine valet, ad quod addo Socin.in conſ.100.column.2.lib.3.quem citat Montan.in prag.2.n.168.de Admin. Vniuer.quòd gerens actum nomine alieno, ſi obligat bona propria nomine ꝓprio, tenebitur, indè audiui, nouiſſimè fuiſſe deciſum contra deciſionem dicti Præſidis memoratam in cauſa Comitis Pacenti, cum Marino Caracciolo ex perſona D.Hipolytæ Pappacodæ coniugis die 24. Decemb.1617. referente Reg. Conſiliar. Pirro Pagano cauſæ Commiſſ. cū adiunctis Conſiliarijs ob ſuſpitionē aliorum, hoc eſt Pomponio Saluo, Didaco Salinas, Scipione Rouito, & Io. Bapt. Valenzuela, penès Ferrat. Act. Mag. *Statil.Pacif.dec.Roman.138.nu.8.& ſeq.poſt tract.de Saluian interd & Reg.Capyc.Latr. dec 115. de hac deciſione memor, ac etiam Epiſc.Ric.collect. 3412.p.8.* Io.Bapt.de Thor.I.C.Neap.

Heres trāſuerſalis in feudo hęreditario an cogi poſſit ad vendendū feudū ad inſtantiā creditorum, &

legatariorum non habentium aſſenſum, quis non fuerit à teſtatore hæres inſtitutus, & penès eū nihil remanſiſſet; fuit deciſum, quòd ſic, immò etiam per capitutam perſonæ, Franch.dec.704.de Pon.in tract.de poſt.pror.tit.6.§.1.n.23. Viſcon.in add.ad deciſ.1.Franch.*Reg.Sanfel.dec.100.n.47.Taſſon.de antcph.verſ.13.obſeru.3.ſub n.49.in alleg.in princ.*

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij ſi ſe obligauerit mediante inſtrumento legatario nomine proprio an gaudeat beneficio prædicto; non fuit deciſum, quamuis concludi videatur contra hęredem, Franch.deciſ.323.& in add.in allegat Minad.dec.25.dicentem, fuiſſe deciſum in fauorem hęredis in compromiſſo, vt non teneretur inſolidum, Pellic.in Conſuet. Auerſ.c.9.nu.117. ad quod Viſcont. in add. huic deciſioni citat deciſionē eiuſdē Franch.647.*Conſil.Theodor.alleg.6.n.20.21.& 23. vbi de omnibus his deciſionibus teſtatur*, & nupèr Reg.Rouit.in pragm.1.nu.46.de arb.refert, obtinuiſſe in S.C.cōtra deciſionē Minad.in cauſa Marchionis Oriæ, cum D. Io.de Figueroa, Paſ. bal.in tract.de vir.pat.pot.p.1.c.2.n.77. quid autem ſi in apocha Banci hæres promiſerit ſoluere creditori, tàm vti hæres, quàm proprio nomine; fuit deciſū in M.C.V. eſſe faciendum depoſitum, non obſtāte diſcuſſione inuentarij oppoſita, & bis confirmatum per S.C.in cauſa Iacob.Ant.Peliegrini, cū Io.Bapt.& fratribus de Palma in hoc anno 1618, in Banca Palmæ. Io.Bapt.de Thor.I.C.

Hæres conuentus in lite cępta cum defuncto an poterit opponere terminū à lege cōceſſum ad conficiendum inuentarium; fuit deciſum, q̄ quando conueniretur actione reali hæres poſſet procedi facere in cauſa, quia tunc non vt heres; ſed vt quilibet poſſeſſor conueniretur, ſecus tamen quando actione perſonali conueniretur, aut reali non habente cām à defuncto, ſed aliundè obligata, ad cuius ſolutionem principalis teneretur iuxta diſtinctionē traditā, vel quādo pro fructibus dependētibus ab actione reali, qui veniunt actione principali, licèt cōtrariū appareat deciſum poſteà cōtra hæredes, Franch.dec.352.& in add.deciſion.prędictæ ait, in caſu occurrenti dū fuiſſet per hæredē oppoſitum de tempore per legem dato ad conficiendum inuentarium lite incępta cum defuncto, & in ea replicaretur, diſpoſitionem §. donec non procedere, ex quo agebatur reiuendicatione; fuit deciſum in S.C.q̄ dicta exceptio obſtabat, quia continuabatur iudicium cum defuncto ceptum, contra hæredem, non autem vocabatur hæres vt quilibet poſſeſſor, *Ant.de Virgil.de legitim.perſon.c.12.n.25.Cancer.var.reſol tom.3.c.2.n.156.*

Hæres conuentus ex contractu defuncti an poſſit opponere exceptionem fori ad Almum Collegiū ex perſona propria; fuit deciſū, quòd non, Franch.dec.234.Tap.in rub. de off. Magni Cancell.nu.7. Mart.de iuriſd.p.2.c.30.n.19.*Conſil Carleual.de iudic.tom.1.diſp.2.q.5.n.299.& ſeq.*

Hæres ſi ſoluerit primis creditoribus, & aſſerat de pecunia propria, habitis ceſsionibus ab eis, an poterit ei prodeſſe beneficium §.& ſi præfatam; fuit deciſum contra hæredē, ex quo debet ſoluere tāquàm heres cū beneficio legis, quia verè ſoluit, vt aliàs fuerunt prælati ceteri creditores ſuper bonis hæreditariis, Franch dec.272.Amat.conſ.88.n.17. declarat, iſtā deciſionē procedere, quandò hęres ſolueret vt extraneus, non vt hæres.

Hęres adiens hęreditatem cū beneficio legis, &c. defuncti debitoris, cui per ſententiā fuit conceſſa dilatio quinquennalis, infrà quā obijt, an non obſtāte exceptione rei iudicatæ teneatur creditoribus non concurrentibus; fuit decretū in fauorem creditorum non concurrentium, Franch.dec.179.Muſcat.in prax.S.C.lib.1.p.4.gl.penult.n.2.

Hæres rebellis, non tamen per ſententiā declaratus, ſed tantū per aſſertionē Principis in conceſsione eius bonorū Fiſco applicandorū, an poſsit vendicare bona ipſa per Regē alteri cōceſſa, & per ipſū conceſsionariū alteri conceſſa, prætendens, rebellionem non alitèr militaſſe, nec abſque ſententia declaratoria bona potuiſſe auferri; fuit abſolutus conuentus ex rationibus congeſtis per Grammat.dec.105.cum citat Vrſill.dec.190.n.5.Proſp.Farinac.in tit.de delict.& pœn.q.25.n.25.& 46.

Hęres, & filius tutoris conuentus à pupillo, & condemnatus ad faciendum calculum, & rationem de bonis inuentarij tutoris, & ad reſtituendum ea bona inuentariata, quæ non fuerunt reſtituta, an cōcurrentibus requiſitis l.procula. ff.de prob.ſit vexandus; vltrà alia ponderata in facto, & in iure, & ob difficultates occurrentes coactę fuerunt ambę partes per S.C.cōpromittere, & indè per idē S.C. tāquàm Arbitrum fuerunt hinc indè abſoluti, verùm ad certam ſummam condemnati, vt clarius per Affl.dec.13.quem citat Franch.dec.153.Vin.dec.35.in.e.Franc.Monal.cōſ.70.lib.1.n.36.Hect.Felic.in alleg.41.p.3.Maur.iun.alleg.39.n.1.Giurba dec.Sicil.31.*Mart.conſ.183.n.1.*

Hæres producens teſtamentū in petitione hęreditatis licèt videatur cōfiteri, omnia eſſe vera contēta in eo, an operetur contra eū talis productio, vt nō poſſit contra ſuam confeſsionem venire, & ſic ab inteſtato ſuccedere; fuit deciſum, tale teſtamentū nullum non opitulari producēti, & ſic fuit admiſſus ad hæreditatem ab inteſtato, Affl.dec.25.n.5.Rot.Rom.in nouiſſ.dec.480.p.1.lib.3.n.8. pulchrè Ant.Fab.in eius Cod.defin.Sabaud.tit.de pet.hęred.def.9.*Phæb.dec.Luſit.2.n.2.*

Hæres creditoris bona ementis, cui venditores ſe conſtituerūt precario nomine poſsidere, qui per plures annos non reuocauit precariū, ob q̄ venditores bona ipſa alienauerunt diuerſis ex cauſis, an poſsit vigore inſtrumēti ſui defuncti bona prędicta auocare à poſſeſſoribus cum titulo, & bona fide, vel probando dominium venditorū, ſed ſolùm de poſſeſsione ipſorum ſufficiat eidē probare, ex quo in probationibus ipſis omni iure defecerat; fuerūt abſoluti conuenti, cūq; actor in concluſione petijſſet pecuniam ab authoribus laudatis ſibi debitā, ex quo nullos fructus receperat in caſu, in quo eſſet contractus pignorationis; fuit ſuper illa petitione datus terminus ad probādum, Affl.dec.40.Gramm.dec.76.n.30.Lanar.conſ.79 n.1. Tap.in prag.1.de aſsiſt.nu.1. nouiſsimè Seſſe dec. Aragon.42.nu.34.Peregr.dec.Paduæ 126. n.5. Vezin. inter comm.opin.tit.de acquir.poſſ.n.126.

Hęres cedens hæreditatem alicui ex cauſa trāſactionis an teneatur reſtituere debita exacta antè trāſactionem ceſsionario vt pecuniā hæreditariam; fuit deciſum, quòd ſic, niſi alitèr fuerit cōuentum, Affl.dec.81.Aſcan.dec.ſicil.162.nu.13. Alex. Ambroſin.dec.Peruſ.Epiſc.15.n.17.

Hæres ſi fuerit grauatus à patre, vt omnia legata

facta

Digitized by Google

facta per eius auum adimpleret, inter quæ erat legatum, vt ipſe tantùm pater teneretur ad ſoluendas dotes cuidam, & non cæteri fratres, qui non teneantur ad id, poſſit tales fratres cogere ad cótribuẽdum ratas in dotibus ſoluendis, ex eo, quòd quòad bona feudalia non erat moleſtandus ex defectu Regij aſſenſus, quò verò ad bona burgenſatica non teneri vltrà vires, omiſſis alijs rationibus fuit deciſum, ꝙ attenta liberatione ipſorum fratrũ à teſtatore facta, vt non teneatur ad contributionẽ in dotibus in teſtamento aui relictis, & ratificato per patrẽ, ac eſſe abſoluẽdum ab imperitione hęredis, Affl.dec.240.n.7.& ſeq.Franch.dec.1.n.17. & 32.Alph.collect.62.

Hæres locatoris an cenſeatur per colonum poſſidere defuncto locãte, nondùm adita hæreditate, nec capta poſſeſſione; fuit dictum, quòd ſic, tamẽ poſſeſſionem rei locatæ nó acquiret, niſi expellet colonum, vel colonus dicat, tenere nomine illius, aut ſolueret penſionem eidem, Affl.dec.325.n.3. Maſcard.de prob. concl.1185. nu.16.Benint.in concl. 93.Magon.dec.Lucenſ.38.num.15.& ſeq. Reg.de Pont.dec.40.n.41.Sel.dec.Arag.191.n.45. Caroc. de locat.p.6.tit.de prob.q.10.n.3.*Ioſeph Ludou.deciſ.Lucenſ.20.n.10.& 13.*

Hæres conuẽti ad reſtitutionem fundi poſſeſſi indebitè an teneatur ad reſtitutionẽ fructuum ipſius; fuit deciſum, quòd ſic, quia hæres tenetur exonerare defuncti conſcientiam, Vrſil dec.240.n.10.

Hęres cum beneficio legis, & inuentarij ſi ſe obligauerit ad legata ſoluenda, etiam nomine proprio, vel in ſolidum, vel in integro ſoluere, an perdat tale beneficium, in facto fuiſſe obſeruatum, quòd ſic, refert Vrſil.dec.399.poſt n.6.& infra eod.verb. hæres, *Conſ.Theod.alleg.6.ſub n.22.*

Hæres creditoris an poſſit ex perſona defuncti, qui habet bona debitoris obligata exigere, & petere pecuniam exactam à Reg.Cur.per ceſſionarium debitoris, & ſic vt auocetur pecunia à primo creditore hypothecario contra ſecundum creditorẽ exactã à communi debitore non poſſit, ex deciſis in S. C. in hoc caſu duo deficiunt .ſ. quia non ſumus in creditoribus hypothecarijs, item quòd non ſunt hic duo creditores, & vnus debitor; non fuit alitèr deciſum; ſed tranſactione terminata cauſa, vndè fuit latum decretum, quòd ſtante ceſſione prædictæ abſolueretur conuentus, Capy.deciſ.78.à num.3.ad fin.eum allegat Matth.Brun.in tract.de ceſſion.bonor.q.24.

Hęres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni an teneatur ad reſtitutionem hæreditatis virtute clauſulæ codicillaris probatæ per duos teſtes; fuit deciſum, quòd liceret retinere hæreditatem, & ſic in eius fauorem, Capyc.dec.89.in princ. eum citant Iul.Clar.in §.teſtamentum, q.90.nu.6.& Craſſ.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.§.1.n.13.& 14.

Hęres pro medietate hęreditatis an poterit adire alterius hęredis portionem, ſi dubitaretur, an cohęres exiſtat, vel nó exiſtat; non fuit deciſum, quãuis concludatur, ꝙ ſic, Capyc.dec.194.à nu.10. ad 14.

Hæres an poſſit priuari iure ſuo, ſi tanquã grauatus non adimpleuerit ad quæ tenebatur per teſtatorẽ legata, & ordinata, nulla præcedente monitione; fuit per S.C. iudicatum iuxta opinionem Ang. dicentis, nunquàm potuiſſe Iudicem imponere perpetuum ſilentium, & ſic ferre talem interlocutoriã diffamanti, & cui iam terminum ſtatuit ad agendum, vel accuſandum præcedat bina monitio facta per Iudicem, de qua in actis appareat, Capyc. dec.205.Ant.Gab.lib.1.tit.de actio.concl.6.n.25.

Hæres diuerſi fori an teneatur reſpódere foro defũcti; fuit deciſũ, ꝙ non, niſi ibi perſonalitèr reperiatur, Ann.in alleg.59.n.10.& 11.& latiùs in alleg.74.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij an poſſit ſoluere primo creditori venienti; concluditur, ꝙ ſic, & ſi alij creditores haberent priora iura, ſi primo eſſet ſolutum, ab alijs inquietati nó poſſet hæres, Ann.in alleg.101. vſq; ad n.6. qui allegat Minad. deciſ.9. vidè ſupra verb.debitor conuentus, Muſcat.in prax.S.C.lib.2.p.1.gl.ſententia, nu.150.

Hæres in burgenſaticis, vel hæres in feudalibus teneatur ad æſtimationem feudi, ſi fuerit conceſſa æſtimatio feudi promiſſi, ob ꝙ fuerunt cóndemnati hęredes; fuit deciſum, exequutionem fieri in bonis burgenſaticis, Ann.in alleg.126.n.16.& 17.& in alleg.127.n.32.non erat ibi hęres in feudalibus inſtitutus; ſed hęres sãguinis ex diſpoſitione iuris.

Hæres feudatarij ſi infra annum, & diem non petierit inueſtituram, perderet feudum, ſi non fuerit petita inueſtitura, nec mors feudatarij denunciata Regi infra dictum tempus per hæredẽ ex probabili cauſa, cùm ipſe feudatarius in partibus lógè remotis deceſſiſſet, quod erat incognitum hæredi, an per hoc debet perdere feudum, vel duplicatum releuiũ ſoluere; fuit deciſum in R. C. quòd non, Frec.de ſubfeu.lib.2.in 3.author.n.7. vide D. Reg.de Pont.in dec.1.

Hæres in burgenſaticis, & hæres in feudalibus contribuunt in ſolutione æris alieni pro rata, & valore bonorum, & ità deciſum fuit in S.C.Frecc. de ſubfeu.lib.2.in 13.differ.Franch.dec.1.n.24.

Hæres teſtamentarius extraneus an ſuccedat in emphyteoſi, quæ fuerat conceſſa ſub verbis illis, tibi, & hęredibus tuis, fuit deciſum, ꝙ ſic, Affl.dec.386. n.7.& 8.Franch.dec.235.Ant.Gabr.lib.6.de verb. ſign.concl.4.Iul.Clar.§.emphyteoſis q.28.ſub n.5.

Hæres licèt non obligetur ſoluere ex non ſolẽni teſtamento, quod teſtator leguerat, hoc non procedit; quando cępiſſet ſoluere, iuxtà opinionẽ And. in c.1. §.donate, qualitèr olim pot.feud.alien.antè n.9.noua iſta voluntas hæredum non ſtat tanquã declaratiua volũtatis alterius, ſed venit ad validitandum quod infirmum, & inualidum erat, ſecundùm quam opinionem fuit iudicatum in S.C. in contingenti caſu, refert Franc.de Amic.in tit. de ijs, qui feud.dar.poſſ.§.ſed ad iſta reſpondet, ſ.106.

Hæres defuncti an cõdemnari poſſit pro exceſſibus commiſſis per defunctum Officialẽ tempore ſui officij, cum quo fuit lis cõteſtata; per S.C. fuerunt condemnati hæredes Theſaurarij pro exceſſibus per eum cõmiſſis ad certam pęnam pecuniariam, Lanar.conſ.43.ſub n.1.verſ.ex qua concluſione.

Hęres ſi ſit grauatus per fideicómiſſum licèt debeat immitti in poſſeſſionem bonorũ hæreditatis ex l. fi.C.de edict.diu. Hadr.toll. an contradicentibus ſubſtitutis producentibus in promptu de iure priori ipſorum impediatur immiſſio, quod procedit et in iudicijs ſummarijs; fuit per S. C. in hoc primo articulo datus terminus in cauſa, ſuſpẽſo termino immiſſionis reſpectu bonorum fideicommiſſi, Io. And.de Geor.in alleg.47.Ill.D.Io.Bapt. vbi n.31. ponit deciſionem, Amat.conſ.46.n.4.vol.1.

Digitized by Google

Hæres ſuccedens in feudo hæreditario & ſi non fuiſſet inſtitutus hæres, an teneatur ad onera hæreditaria; cócluditur, quòd ſic, ét vltrà uires hęręditarias, ſi non confecerit inuentariũ, aliàs pro valore ipſius feudi, Reg. de Pont. conſ. 13. verè cã hec, vol. 1. vbi in fine refert, ſecundũ prędicta fuiſſe decisũ.

Hæres an poſſit declarare animum defuncti, licèt talis declarationis facultas non tranſeat, nec ad filium, quia animus vnius non eſt animus alterius, tamen fuit iudicatũ in S.C. in cauſa Perrotti Conte, quòd hæres poterit declarare animum defuncti adire hæreditatem alterius, ex ijs, quæ geſſit, ad euitandum, nè hęreditas non adita non traſmittatur, Minad. in Conſt. In aliquibùs, in 3. not. n. 110.

Hæres vocatus ad feudum hæreditarium, non tamē à teſtatore, ſed beneficio iuris, nó tenetur ad debita, & ità fuit iudicatũ, vt refert Affl. dec. 385. quē citat Camil. de Curt. in diuer. iur. feud. verſ. multotiès cócedés, n. 65. & 72. vbi adducit alias deciſiones S.C. & R.C.S. facto verbo in Collat. Cóſ. Hier. de Lauren. dec. Auen. 121. n. 6. Mateſcot. var. reſol. lib. 2. c. 140. *Bilot in concl. feud.* 5. *n.* 10.

Hæres an compelli poſſit per nouum contractum conſentire diſpoſitioni factæ per teſtatorem, & ſe obligare cum hypotheca bonorum, & ſuper hoc nouo contractu aſſenſum præſtare; fuit in duabus cauſis decretum, eſſe compellēdum Reg. de Pon. in tract. de pot. proreg. tit. 6. de Aſſenſu Reg. ſuper dot. §. 1. n. 22.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij emptor alicuius rei hęreditarię an poſſit inquietari à creditoribus, & legatarijs defuncti pro re illa empta, inueni ſubſcriptã Apoſtillam propriæ manus quon. Peritiſſimi viri Fabij de Falco inter fragmenta ſuarum allegationum f. 303. vol. 3. ꝰ ſ. An diſpoſitio l. fi. §. & ſi præfatã, C. de iur. delib. procedat in hærede cum beneficio legis, & inuentarij emente, vt ſi hęres emat, non poſſit inquietari, & dicitur, ꝙ ſic, ità Bero. in q. 63. ex traditis ꝑ Bald. Saly. Alex. & communitèr DD. in l. 2. circa fi. C. de repud. hæred. poteſt hæres cum beneficio legis, & inuentarij habere rem hæreditariam ſicuti quilibet alius, ità Phanuc. de Phanuc. in tract. de inuent. f. 149. in magnis à t. n. 159. quando hęres cum beneficio legis, & inuentarij vendit rem hæreditariam, & pretium ſoluit creditoribus hæreditarijs nulla datur actio creditoribus defuncti, etiam anterioribus, nec contra hæredes cum beneficio legis, & inuẽtarij, nec contra emptorẽ, d. §. & ſi præfatam, hoc idem procedit in hærede, vt ſuprà emptore, & ſi Paul. de Caſt. in d. l. 3. C. de repud. hæred. videatur tenere contrarium: Aduertatur, quòd contra eum ſe habet cõis opinio in d. l. 2. per DD. & ità fuit iudicatum in R.C.S. in cauſa illorum de Piſcara, cum illis de Luoeco, ad quod ego addo Alphan. collect. 1360. vbi alios citat. Io. Bapt. de Thor. I. C.

Hæres ſcriptus vniuerſalis in feudalibus an poſſit à ſorore contradici in immiſſionem poſſeſſionis, quæ poſt mortem defuncti titulum prætenderet tanquàm hæres legitima ab inteſtato, & in poſſeſſionem de facto ſe intromiſiſſet; fuit per S. C. facta relatione in Collat. Conſ. iudicatum in fauorem primogenitæ hęredis vniuerſalis contra ſecundogenitam in capillo hæredem ex teſtamento, præſupponendo primogenitam immediatè ſucceditricem fratris in feudo, & ob id non habere locum remedium l. fin. in feudo hæreditario, non inſtituta perſona, quæ alias claro, & aperto iure in feudo ſuccederet, Reg. de Pon. conſ. 24. Articulus, vol. 2. vbi in fine deciſionem adducit.

Hæres an poſſit bona hæreditaria creditoribus hęreditatis dare inſolutum, bis fuit iudicatũ in S. C. in cauſa illorum de Scaglione, & in alia cauſa illorum de Philippo in Aula Gizzarelli contra creditores, in fauorem hæredis, Flau. Amend. ad dec. Franch. 81. in fi. & dec. 83. in princ.

Hæres inſtitutus in burgenſaticis, ac feudorũ fructibus ab eo, ꝗ ex cõuentione poterat de medietate omnium bonorum diſponere, etiam in beneficiũ extranei, ſi facta inſtitutione quòad feudalia in beneficium eorum, quibus de iure feuda deberētur, & quòad burgenſatica alia inſtitutione peracta, vt dixi, an conſequatur integram medietatem omnium bonorum, incluſis feudalibus quòad æſtimationem ad excluſionem agnatorum, quartam partem dotis integrę petentium in burgenſaticis bonis reſtitutioni ſubiectã, non obſtante conuentione, ſiuè tranſactione habita inter inſtitutũ hæredem in burgenſaticis, & agnatos in falſa cauſa fundata per dationem inſolutũ feudorum prædictorum in hæreditate remanſorum factam ab hęrede in feudalibus in beneficium dicti inſtituti in burgenſaticis; fuit per S.C. iunctis aulis in cauſa Principiſſæ S. Boni, & aliorum litis conſortium cũ Io. Baptiſta d'Ebulo deciſum in fauorem agnatorum, vt ſ. integra quarta pars dotis eis debeatur, Amat. in conſ. 7 quamuis ex deductis.

Hæres filius, ſeu filia matris renunciantis in forma an poſſit venire, non tantùm ex propria perſona; quàm etiam vti hæres matris ad ſucceſſiones matri delatas, ad examen quæſtionis prædictæ adducebatur illa communis Doctorum concluſio, teſte Bar. in l. qui ſuperſtis, vbi Caſtr. Imol. Rom. & alij ff. de acquit. hæred. Bal. in l. pactum, vbi Caſt. Alex. & Dec. C. de collat. idē Bal. in l. fi. C. de pact. Saly. in l. pactum, ꝙ dotali, C. eod. & quamplures alij DD. & in lecturis, & in conſilijs relati per Anton. Gabr. lib. 3. commun. opin. tit. de iur. dot. concl. 1. num. 43. cum ſeq. & per Ludou. Molin. in tract. de primog. Hiſpan. lib. 2. c. 3. num. 47. nouiſsimè Iac. Port. in tract. commun. opin. lib. 4. concl. 32. lim. 13. qui omnes cócludunt, quòd tunc nepotes ex filia renũciante, & decedēte viuo eo, de cuius ſucceſsione agitur, poſſunt venire ad ſucceſsionem ex propria perſona, quãdo non ſunt hæredes matris, quæ ſiquidèm concluſio veriſsima eſt in ſe, & ratio eſt, quia quando non ſunt hæredes, & veniunt ex perſona propria, renunciatio matris non potuit ipſis præiudicare, quando ipſa prędeceſſerit, matre .n. prædecedente à lege in locum ſuum vocantur filij, §. cùm filius, & §. fin. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſtat. defer. §. igitur, & §. ſi verò neq; fratres, authent. de hæred. ab inteſt. & in authent. vt frater filij, &c. in princip. ergo hoc ius ex legis prouidentia datum ipſa auferre non potuit, l. ſi arrogator, ff. de action. per quem text. Bart. in dict. l. qui ſuperſtis dixit, quòd nemo auferre poteſt iura tertij, l. fin. C. de repud. bonor. poſſ. & ità Bald. in d. l. pactum, de collat. n. 2. & Rom. d. l. qui ſuperſtis allegant etiam l. fin. de pact. l. ſi poſt mortem, §. fi. ff. de bon. poſſ. contr. tab. & ſicuti excluſo filio per exhæredationem eo mortuo viuo patre

ad-

admittitur nepos ad rumpendum teſtamentum, l. poſthumorũ, ff. de inoff. teſt. l. ſi quis filio, co. tit. l. ſi quis poſthumus, §. ſi filiũ, & l. Gallus, in princ. ff. de lib. & poſth. l. ſi ex patronis, in fi. ff. de bon. lib. ità eo excluſo per renunciationem, & ſimilitèr mortuo in vita patris per idẽtitatem rationis, per quę iura ità arguunt Bald. d. l. pactum, Caſtr. ibi, & d. l. qui ſuperſtis, Saly. d. l. pactum, quod dotale, Imol. Rom. Alex. & alij vbi ſupra, ad quod ſubdit Caſtr. ex mente Bal. in d. l. fi. ꝙ tunc proindè eſt, ac ſi renunciatio facta non eſſet; poſtquàm in eum caſum per eam fieri non poterat in præiudicium filiorũ, quibus, & non ipſi deferebatur hæreditas, quando ipſi fuiſſet delata, vt putà quia vixiſſet, ſub qua cõditione videtur facta renũciatio, certè tunc noceret filijs, vt per Bal. d. l. fi. rationem aſſignantem, quia iſtud pactũ eſt quędam tacita donatio à matre in nepotem hęredem vniuerſalem collata, proindè nepos excluditur, ac ſi mater non poſſideret, quia ille poſſidet, qui habet cauſam à matre, ſicut ergo mater præcedit filiũ, ità & iſte poſſeſſor cauſam habet à matre, ergo vt mater tũc viuat, vt pręcedat filium, ergo ſi non viuit, renũciatio habetur infecta quòad filiorum præiudicium, vt filiorum, ſicut Bal. Caſt. & alij loquũtur, nec alitèr Paul. intentio fuit, rationem ex mente Bal. aſſignantis in hęc verba prorumpentis, ꝙ intelligitur tacita cõditio, ſi vixerit, quaſi ſi non vixerit habetur renunciatio prò infecta, ſi pro non facta, ergo nepotes poſſunt venire ad ſucceſſionem, ẽt quòd eſsẽt hęredes matris renunciantis; nã ità intelligere Paul. eſſet de directo contra Bal. ex cuius intẽtione loquitur, cùm Bal. expreſsè ſe fundat; nã nepos venit ex propria perſona, & quia non eſt hæres matris, ergo factum matris non nocet nepoti, alleg. l. cùm à matre, C. de reiuend. quinimmò nedùm contra Bal. ſed contra ipſum eſſet, dùm defendens opinionem, etiam quando filia habuiſſet dotem ꝓ ſua legitima, & quòd plus petere non poſſet, dixit illud, quòd poteſt eã excludere eſt repudiatio reſidui cum iuramento, ſed filij ex ea nõ repudiauerunt, ex nunc veniunt ex perſona propria, poſtquã mater in vita patris deceſsit, quia ſi poſt mortem patris. nec ex perſona propria venire poſſent, & ſic Paul. ratio fundata eſt ſuper quæſt. Nunquid renunciatio noceat Nepotibus, quin poſſint venire ex perſona propria, & diſtinguitur, quòd ſi mater prædeceſſerit, non nocet, ſi adhuc eſt viua, nocet: Nunquid nepotibus noceat hæredibus, eſt alia ſeparata quæſtio, q̃ Paul. & reliqui non formarunt, ſed ex rationibus, & iuribus colligitur, ꝙ mens ipſorum fuit, quòd nepotibus hæredibus noceat; Vis .n. cõſiſtit, nùm noceret vt nepotibus ex propria perſona, & dubitatur, dùm in locũ matris ſuccedebant, & ſic in ſtirpem in eius gradu, ſed quia non erant hæredes matris, concludunt, ꝙ non noceat id, non ex defectu voluntatis, ſed potentię procedit, cũ hoc ius matri ex legis prouidentia proditum ſit, ideò auferri non potuit, quaſi hæredes eſſent, quæſtio de indubitabili, quia tunc nocuiſſet, Ant. Rub. conſ. 42. in fi. cùm hæreditatẽ matris adeundo factum illius, & bona, & iura approbare videantur, nec alitèr illi contrauenire, l. Pomponius, §. 1. ff. de acquir. poſſ. l. cũ à matre, de rei vend. & in Conſuet. Si moriatur, ver. ipſi ſucceſſores, Guid. Pap. dec. 228. Aym. cõſ. 122. Bellon. conſ. 15. non mirũ ſi contra Napod. Ant. de Alex. ponderando Bar. & alios, quòd quando filia renũcians deceſsit in vita patris, ꝙ nepotes admittuntur ad ſucceſsionem, ſaluado Nap. dixit, quòd iſta gl. loquitur, quando filij ſunt hæredes matris renunciantis, & nequeunt venire contra factũ, quaſi ꝙ Bar. & alij in hoc caſu non loquuntur, quod cogitandũ reliquit, ſed ibi Frec. id aduertit inſupèr, ꝙ filij ſimplicitèr hæredes abſq; beneficio legis, & inuentarij non admittantur ad ſucceſsionem renunciatam, patet, quia renunciatio, & pactũ illud de non petendo afficit hæredes, l. ſtipulatio iſta, vbi Iaſ. n. 6. ff. de verb. oblig. Loffr. conſ. 4. nu. 10. ſicut renuncians ſi viueret, nõ ſuccederet, ità & hęredes etiam in quæſitis ex prouidentia legis, vt in feudo ex pacto, c. 1. vbi And. An agn. vndè ex his decisũm fuit in S. C. referente Reg. Conſiliar. Maſtril. in cauſa Domini Scalaleoni, patrocinãte olim Aduocato ſtrenuo Marco Antonio de Ponte, nũc meritiſsimo Præſide S. C. quòd filius etiam quòd ſit hæres matris poſsit venire contra renunciationem factam ab ipſa matre, quando tamen ſucceſſio matri viuenti non fuiſſet delata, vt habui ex vol. alleg. quon. Peritiſsimi Doctoris Fabij de Falco noſtri cõſanguinei. Io. Bapt. de Thor. I. C. Neap.

Hæres rebellis, à quo feudũ intuitu rebellionis ablatum fuit per Proregem, & alteri conceſſum an poſsit venire contra promiſſa per rebellem, mediante inſtrumento omni ſolemnitate, & iuramẽto vallato, in quo ſpecificè promiſſum fuerat, illũ poſſeſſorem quouis modo nòn moleſtare, eo quòd per talem rebellionem iura illius ad Fiſcum deuenerant, & ſic iudicatum per Iudices Rebelliũ; in facto apparebat, Caſtrum loci Rotundi primo loco ob contumaciam Alberici à Fiſco occupatũ per Reg. Cur. quę deindè illius poſſeſsionem relaxauit Iuſtinæ Indello vxori dicti Alberici pro rata ſuarum dotium, iam quòd factus erat caſus inſtæ curationis dotium, ſuccedente deindè rebellione eius filij fuit de nouo Caſtrum ipſum ablatum, & per Principem Orãgiæ conceſſum Io. Gaſpari de Loffredo ex cauſa prædicta, qui poſt mortem dictæ Iuſtinæ hæredem inſtituentis Laurã Carafam eius filiam, cum onere ſoluendi certum quid dicto eius filio rebelli, tàm à dicta Laura, quàm ab eius fratrę rebelle ceſſionẽ amplam obtinuit de omnibus iuribus ad eos ſpectantibus ſuper dicto Caſtro, cũ expreſſa promiſſione de non moleſtando; Inſurgente hærede quond. Rebellis, litemq; iam cęptam ab eo proſequendo, poſt ceſſionem ipſam contra Scipionem de Loffredo hæredem dicti Io. Gaſparis, pro cuius defenſione infraſcripta allegata fuerunt, vt abſolueretur ab impetitis ꝑ parte dicti hæredis. Primò .n. ſi iura antephati Iuſtinę Indellę matris Rebellis intuantur, tũc proculdubio ab eis excludi videtur, poſtquàm illa vſufructuaria dumtaxàt erat vita durante ex ſuperexiſtentia filiorum, ſubſequitur, quòd proprietas dicti antephati nunquàm à Caſtro fuit ſeparata, & ſic ab hæreditate Alberici, & conſequẽtèr eius filij, adeò quòd dùm ad Reg. Cur. dictum Caſtrum cum omnibus iuribus, & bonis Rebellis deuolutum fuerit, non eſt dubium, proprietatem antephati quoq. in Fiſcum deueniſſe, & ſucceſſiuè in conceſſionarium, ad quod ponderantur verba priuilegij conceſſionis, dùm non ſolùm Caſtrum

ponere debatur, ſed etiam omnia iura, quomodocunq; competentia ſuper eo transferebantur, & ex morte Iuſtinæ vſusfructus iure extinctus, & remanſit proprietas plena, hinc eſt, q patſim hodie iudicatur, antephatũ ſpectare ad filios vt heredes, & non vt filios, & in cauſis Rebellium multotiès in R.C. iudicatum fuit, mortua vxore ſuperſtitibus filijs Fiſ. ũ ſuccedere, de quo per Vrſil. ad Afl. deciſ. 314. ſi verò iura materna filio Rebelli competentia intuantur, & tunc ad excluſionem Actoris. Primò, Iuſtinam iuſtè tantùm aſſecuratam, quod remedium eſt temporale, non tranſlatiuum dominij, ſed vt ſe, ſuoſq; alat, ob quod ipſa mortuo viro remanſit creditrix dotium, pro conſequutione ipſarum perſonalem actionem cum hypotheca habebat, & ſic pro antephato, quinimmò attenta renunciatione omnium iurium, & actionũ quomodocunq; competentium ſuper dicto Caſtro facta per dictum filium Rebellem in beneficiũ poſſeſſoris, promittentem non moleſtare, nec litem mouere, & quomodolibet inquietare, ſubſequitur, vt iſte ſucceſſor non poſſit inquietare, nec litem mouere, vel alitèr moleſtare, & actione caret ex rei ũ-ciatione illius in beneficium poſſeſſoris, qui aſſenſu non indiget, vt eſt iuris explorati, de quo facit dec. Afl. 232. Capyc. 156. elegantèr Camer. in cap. Imperialem, car. 5. lit. O. pro quo communitèr allegatur tex. in l. 4. §. fin. ff. de man. vind. qui Doctores loquuntur in ſpecie in remiſſione iuris hypothecę pro dote, vel dotario, quia non ſunt iura diſtincta, & feuda de per ſe, ſed iura competentia ad ipſum feudum. Præterea dùm promiſit, non moleſtare, vel litem mouere, quomodò hæres iſte contra factum licitum defuncti venire poſſet, obſtante regula l. cùm à matre, C. de rei vend. & hoc eſt, quod dicit tex. in l. ſtipulatio iſta, vbi DD. & præcipuè Iaſ. in 2. not. ff. de verb. oblig. q qui promittit non moleſtare, litem non mouere, vel alitèr inquietare, intelligitur etiã promittere, quòd nec etiam eius hæres hoc faciat, quia ſicut obligatio actiua tranſit ad heredem, ità & paſſiua, & hoc eſt abſolutum ex forma ſtipulationis, & promiſſionis factæ, inſupèr in dicto inſtrumẽto dictus Rebellis non ſolùm iura ceſſit, & promiſit non moleſtare; ſed vlteriùs ratificauit, approbauit, & homologauit conceſſionẽ Principis Orangię, quę erat de toto Caſtro, hoc paritèr aſſenſu non indiget; nã ſicut dicimus in contrahente cum Rege, opus non eſſe aſſenſu, ità etiam in ratificante actum per Regem factum, allegatur communitèr tex. in c. 1. extr. de feud. Bal. Aluar. & alij in cap. Imperialem, de proh. feud. alien. per Feder. vbi Camer. in 12. car. lit. P. Curt. in 4. p. q. 5. & melior tex. in l. 2. ff. de reb. cor. ideò non põt hodiè iſte Actor dictã cõceſſionem infringere. Nec dicatur, hoc procedere reſpectu Caſtri, ſed non reſpectu iuris cõpetẽtis ſuper Caſtro, nàm paritèr ex hoc infringitur conceſſio facta de toto Caſtro, cùm ea de iure libera intelligatur, & dùm obnoxia reperiatur cõceſſio, infringitur, quia contra eius naturam, ex reg. tex. in l. in venditione, ff. de act. empt. gl. magiſtr. in l. cùm venderes. ff. de cont. emp. tex. in l. ex ijs prædijs, C. de euict. ideòq; in terminis Pragm. Thori, quæ mandat ſeruari conceſſiones illorum Regum, ſiuè iure, ſiuè iniuria, prohibetq; lites, quæ conceſſiones illas infringerent, fuitq; paſſim iudicatum, d. prag. habere locum non ſolùm in mouente litem iure dominij, ſed etiam in actione hypothecaria, licèt Loffr. tempore ſuo conſuluerit contrariũ, & malè, in conſ. 34. Itẽ ipſe Rebellis in anno 1537. inſtrumentum fecit, in quo cum iuramento declarauit, fuiſſe latam ſententiam per Iudices Rebelliũ, per quam hæreditas materna Lauræ ſororis fuit adiudicata ipſo excluſo, & in eo homologauit ſententiã, & alia, vt ſuprà præmiſit, q ſiquidẽ ſententia fuit iuſtè prolata, adeò q mater ipſius decedere potuit tempore conditi teſtamẽti in anno 1519. & eo tẽpore indultus nõ aderat, qui habilẽ ipſum ad ſuccedendum feciſſet, inde per ſuperuenientiam dicti indultus nõ iuuabat iure quæſito per mortem ſororis, ſecundum tradita per DD. in l. Gallus, §. & quid ſi tantũ, ff. de lib. & poſth. Andr. in c. 1. de vaſal. decrep. ætat. ſi ergò dictus rebellis eandem ſententiam ratificauit, & cum iuramento, quomodò hæres aduerſus confeſſionem iuratam defuncti venire auſus eſt, cùm omnes regulæ, omniaq; iura ad hoc aduerſantur; habet .n. confeſſio vim ſententiæ, l. 1. C. de confeſſ. hinc dicit Bal. quòd confeſſio æquipollet inſtrumento, & habet exequutionem paratam, ſicut inſtrumentum, in l. fin. in 3. q. C. de edict. diu. Hadr. toll. & dicitur ſecundùm Io. Andr. in c. bonæ, de elect. releuatio ab onere probandi, cùm igitur ex tali confeſſione ſententia probetur, quæ habet iuſtum fundamentum ex teſtamẽto antecedenti, quod & ſi de per ſe non probat mortẽ, tamen cum iſtis præſumptionibus probat, & demùm, aut pars agere intendit ex iuribus Rebelli competentibus ex perſona propria, & ſuccumbet ex allegatis, aut ex iuribus maternis illi competẽtibus, & tunc, aut dicit, iura illa cõſiſtere in quãtitate, & ſic in actione perſonali, & hac via nõ actũ, quia non eſt aſſiſtentia petita, nec proceſſus compilatus, aut dixit, iura cõpetere in corpore feudi, prout contrarium fundatum eſt, & iſto caſu Actor ad æſtimationem valoris feudi teneretur, cùm feudum ipſum in eius perſona eſſet hereditarium, indè ſtante diſpoſitione facta in teſtamento per Iuſtinam in beneficium Lauræ, quid dubium, quòd teneretur ad æſtimationem, ſecundùm deciſiones alias factas per eandem R.C. & S.R.C. quas refert Camer. d. c. Imperialem, car. 26. ex quibus facta relatione in R.C.S. fuit deciſum, Scipionẽ de Loffredo heredem dicti Io. Gaſparis, & poſſeſſorẽ Terre prædictæ loci Rotundi eſſe abſoluendũ ab impetitis aduerſarij Nicolai dicti in ſingula, prout habui ex alleg. vol. quond. Præclariſſimi Viri V.I.D. Fabij de Falco cauſæ prædictæ patroni, & mei cõſanguinei. Et iterũ facta relatione per Io. Mõtoya de Cardona tunc Preſidentem, & cauſæ Commiſſarium die 29. April. 1599. fuit ſententia confirmata, & impoſitum perpetuum ſilentium, penès Marcellum de Amato Act. R.C.S. vt ex alijs allegationibus collexi. Io. Bapt. de Thor. I.C. Neap.

Hæres inſtitutus in feudo hæreditario an poſsit grauari à teſtatore vſq; ad valorem feudi; deciſum fuit in Collat. Conſil. teneri hæredem vſquè ad valorem feudi, Conſil. Io. Andr. de Georg. in repet. feud. cap. 46. num. 26 vbi tradit, alias id dixiſſe in alleg. 20. de qua ſuprà eod. verb. diſpoſitio,

Hæres extraneus, ſeù non vocatus in inueſtitura inſtitutus in teſtamento hæres vniuerſalis non immittitur in poſſeſsionem feudi ex diſpoſitione l. fin. C. de edict.

Digitized by Google

ciſ. Diu Hadr. toll. & cùm caſus accidiſſet inter duas ſorores de domo Turneſe in quodam feudo materno, licèt per Iudicem loci fuiſſet immiſſa in poſſeſſionem filia ſecundogenita inſtituta, tamen per S.C. fuit factum ſequeſtrum in feudo, & confirmatū iunctis Aulis per idem S.C. in reclamatione, referente Conſil. Io. Andr. de Georgio, vt dixit in reper. feud. c.48.n.16.& 17. vbi ſubnectit n. 18.& ſeq quod idē deciſum fuit per S.C. iūctis Aulis in cauſa fratrum de Viſconte, nam fuit factum ſequeſtrum, & cauſa poſtea diſcuſſa fuit immiſſus primogenitus contra teſtamentum, de quo etiam meminit in c.49.n.8.

Homicida an excuſetur à pęna mortis ex cauſis metus, & violentiæ inferendę ab occiſo ſolito in ſimilibus delinquere, & ex iactantia occidendi, & violandi honorem homicidæ; fuit pęna ex ijs cauſis mitigata de morte ad Regias triremes, non obſtante ſententia M.C.V. Gramm. dec. 5. eum citat Baiard. ad Clar. in §. homicidium, n. 118. Vrſill. deciſ. 287.n.2. Farin. in conſ. 2. latè, Montel. in praxi arb. p. 4. q. 7. n. 28.

Homicida excedens modum in ſe vendicando aggreſſorem verberantem, ipſumque occidendo ex impetu fuit per M.C.V. condemnatus ad remigandum ejus vita durante, & per S.C. confirmatum, Gramm. dec. 98. Muſcatell. in pract. crim. tit. de homicid. ſimpl. n. 51. Ricc. collect. dec. 1832.

Homicida an cenſeatur, ita vt pęna ipſius teneatur congregans homines rixantes, non tamen ex propoſito, ſed caſu, ſi indè homicidiū fuerit ab aliquo ex rixantibus cōmiſſum; fuit deciſum per M.C.V. quòd nō, Io. Franc. Scagl. in prag. 1. n. 38. de duello.

Homicida aggreſſus ab occiſo manu armata, eundē homicidam prius vulnerante cum clypeo impedito ab ipſomet homicida, qui cernens aggredientē armatum cum enſe, & clypeo ipſum inermem occidere, manus in enſem injciendo, enſemq; accipiendo, cum vulnere affecit, ob quod ab hac luce migrauit, an pro exceſſu in vendicando puniri debeat, licèt ex iuris diſpoſitione cautum ſit, defenſionem à iure naturali permiſſum eſſe, Carauit. in rit. 18. n. 9. rit. 167. n. 12. & rit. 220. n. 12. & ſucceſſiuè defendere ſe, & ſua vnicuiq; permiſſum ſit, teſte Affl. in Conſt. Pacis cultum, ſub nu. 50. attamen cum moderamine inculpatæ tutelæ id agendum fore ius cōceſſit, l. veluti, ff. de iuſt. & iur. ſiquidèm moderatio, ſi Affl. in citato loco nu. 51. credimus, circa tria principalitèr verſatur, nempè quòd in defenſione requitatur factorū qualitas, vndè aggreſſus ſine armis non poteſt ſe defendere cum armis; Secunda concluſio, quòd requiratur in iſta defenſione, vt fiat incontinenti, & nō ex interuallo. Tertiò, quòd moderata defenſio ſit talis, quantum oportuit, vbi ſubnectit Affl. ſin autem defendendo ſe exceſſit modum in defendendo, punitur de exceſſu tantùm, & ſic mitius, ſequitur Iacob. Nouell. in tract. ſuo ad defenſ. reorū in praxi crim. rubr. homic. quibus ex cauſ. à pęna mortis excuſ. n. 26. latiſsimè Marc. Ant. Blanc. in ſua praxi crim. in 3. p. defenſ. fol. 146. & nouiſsimè Ricc. in deciſ. Cur. Archiep. Neap. 47. p. 1. qui omnes Modernos, & antiquos DD. allegat, & refert, deciſum fuiſſe in Curia prædicta, excedentem in ſe defendendo puniri pro exceſſu tātùm pęna arbitraria Iudicis, ſed qua nām pęna, etenim in huiuſmodi defenſionis exceſſu poterit aliquando pęna totalitèr remitti, vtputà quando aggreſſus conſtitutus eſſet in periculo mortis, & diſcrimine vitę ſuæ, ità quòd non poterat euadi, ſi aggreſſorem non interfeciſſet, Iacob. Nouel. in dict. prax. crim. §. intereſt Reipublicę, n. 23. ſin autem excedendo modum doloſè ageret, ordinaria homicidij pęna plecteretur, Iacob. Nouell. in d. tract. ad defenſam, n. 24. & demùm aggreſſus ſeruans formam defenſionis, non autem modum inculpatæ tutelæ, ſed ſtat in terminis defenſionis, aut in ipſo exceſſu interueniſſet culpa lata, læuis, aut læuiſſima, tunc non alitèr pęna legis Corneliæ excedens puniretur, ſed alia mitiori pęna arbitrio Iudicātis, ex rationibus traditis ibidem n. 26. à Iacob. Nouell. & proindè annis proximè elapſis cùm Fabianus de Aueta inſultatus fuiſſet in crepuſculo diei antè ſuam apothecam à Michaele Angelo Teleſe armato cum enſe, & clypeo, ademante enſem, vt percuteret ipſum aggreſſum, qui cernēs, dictum Michaelem Angelum ſic gladio euaginato contra ſe venire, ipſe ſe cum aggreſſore ſtringens, vt enſem de manu ſua acciperet, & pēdente dicta altercatione Fabianus remanſit in capite vulneratus ab ipſo Michaele cum ferro dicti clypei, & doloſè compulſus enſem cum effectu in ſui poſſe remanſa vulnus intulit aggreſſori, ob quod indè mortuus fuit, captaque deindè informatione de prędictis, ſeruatis ſeruandis pro tali exceſſu fuit per M. C. V. exulatus per biennium, & ad ſoluēdum intereſſe patri offenſæ, ad relationem Iudicis peritiſſimi Io. Franciſci Sāfelicis, & indè interpoſita appellatione ad S.C. fuit ſententia prædicta confirmata, citrà tamen intereſſe patris, ſtante remiſſione indè ſubſequuta, referēre Reg. Cōſil. meritiſſimo Gaſpare Palatio, prout apparet ex actis penès Brunū Act. M.C.V. vide ſuprà eod. verb. homicida. Thoro.

Homicida, qui cum ſuo inimico inuicē inſultauerat eodem temporis momento ademātes, & euaginatis enſibus ſuum inimicum occiſit, an à pęna homicidij liberandus ſit, attenta eius confeſſione, aſſerendo, ad ſuam defenſionem id feciſſe, poſito pro vero, quòd non poſſit probari, quis eorū priùs inſultauerat, licèt in caſu iſto contrarium probatū fuerat, fuit per S. R. C. abſolutus, & liberatus in cauſa Iulij de Alphano, ſicut teſtificatur Marcell. Fortun. in tract. de verit. & error. p. 2. n. 78. & ſeq.

Homicida an ſit liberandus prætextu teſtium inueriſimilia deponentium, & incredibilia, & varia, nō alitèr conteſtium pauperrimorum inimicorum, & falſa deponere ſolitorum, dùm fuiſſet tortus per M.C.V. liberatus indè fuit, ſicq; poſteà confirmatum per S.C. ad relationem Marci Antonij Morræ, tunc illius Iudicis, in Banca Cuntij, D. Camill. de Laratha conſ. 107. Franciſcus, aliàs Ciccus.

Homicidium commiſſum per Regentem M. C. V. inaduertentèr in perſonam Iudicis ipſius, attenta Iudicis iuuentute, ac prouocatione verbali admodùm iracunda, auferendo baculum de manu Regentis ſenioris, qui arrepto enſe extra ſticcatum, vt ſe defenderet, ſic quodāmodò à manibus aliorum Iudicum exemptus Iudex obuiam Regenti occurrit, vndè vulneratus redijt, ob quod ſummum vltimum clauſit diem, non fuit punitum, ſed fuit in Collaterali Cōſilio facta relatione ipſe Regēs, attenta facti qualitate liberatus, licèt tranſmiſſus ad Caſtrum Brunduſij, Gramm. in conſ. crim. 29.

Incom-

Incomprehenſibilis Dei, &c. quem citat Baiard. ad Clar.in §.homicidium, n.114.

Homicidium commiſſum noctis tempore in perſonas Alguzeriorum Curiæ per aliquos Nobiles cum comitiua, & inſultu, qua pęna ſit puniendum, maximè contra Nobiles ipſos, ſtante probatione Fiſci fundata per alios Alguzerios, qui depoſuerant, etiam vnum ex prædictis Nobilibus cognouiſſe ad vocem, non aſſignando congruam rationem per lumen accenſum, vel Luna lucente, attenta etiam vociferatione ipſorum Nobilium aduerſus eorum domeſticos ſe cum armis à Curia detẽdentes, vt retroceſsiſſent, fuerunt per M.C.V.cõdemnati ad exilium triennale in Inſulam propinquiorem, Gramm.vot.21. Summi Opificis præſidio inuocato, quem ſequuntur Iul.Clar.in §.fin. q.90.n.8. Nunt.Tartagl.in addit.ad conſil.Innoc. Vital. poſt eius pract.ſub n.4. incip.adde, quòd illud dictum, Maſcard.de prob.concl.159.num.6. Peguera dec.Cathalon.63. in fin. vbi idem refert in contingenti caſu fuiſſe deciſum in illo Conſilio.

Homicidiũ commiſſum ab aliquo inſultato in perſonam inſultãtis iuuenis cum enſe euaginato, qui ab inſultato fuerat cum baculo in capite percuſſus, & poſtmodùm plurìes caput eius per capillos percutiendo, vndè ex tali infirmitate deceſsit, qua pęna ſit plectendum, per M.C.V.fuit homicida condemnatus ad perpetuam deportationem, & ſic ad remigãdum eius vita durante in triremibus Regijs, lic èt contra talem ſententiam cõcludatur per Grammat.conſ.18. Saluatoris Mundi, vt non excedat quinquennium.

Homine reperto occiſo in diuerſis territorijs, hoc eſt medietate in vno territorio, & alia in alio, quãm ipſorum ad pęnam teneatur, concludit Barthol.de Capua in ſing.39. Conſtit.vbi capud fuerit repertum teneri ad pęnam; & ità fuit deciſum, And.de Iſern.in Conſt.Regni Si dãna, ſuper verb. iuxtà probata Inquiſitionis, verſ.ſed ſi medietas.

Hoſpitale an ſuccedat expoſitis morientibus; non fuit deciſum, quamuis in aliquibus locis reperiatur poſſeſsio ſuccedendi; vndè fuerunt facta mandata rẽdentibus, & eidem Hoſpitali liberati numma hæreditatis, Franch.dec.198. Ricc.collect.dec. 324. Paſchal.in tract.de vir.pat.pot.p.2.c.1.nu.73.

Hoſpitari foraſterios an cogi poſsint Vaſalli per eorum Barones; fuit in S.C. deciſum, quòd non, pro Vniuerſitate Legani cũ Principe Hoſtiliani, niſi adeſſet conſuetudo, vel priuilegium, Io.Franc. Capibl.in pragm.1.de Baron.n.213.

Hoſpitari milites regularitèr non tenentur Oppida in cameras reſeruatas à Baronibus electa ob immunitates ipſorum, contribuunt tamen ad rem, & annuam penſionem ſeptemdecim aſsium in ſingulos focos, & paritèr ſubſunt extraordinarijs Indictionibus, & impoſitionibus, quorum vtrunque à R.C.definitũ eſt, teſte Mutio Surgent.in annot. ad opus eius fratris de Neap. illuſtr. c.22. in priuil.42.fol.406.verſ.8.congruit.

Hypotheca in dote promiſſa an incipiat antè cõtractum matrimonium; fuit deciſum, quòd attendatur dies inſtorum capitulorum, etiam in tacita hypotheca, Franch.dec.677. Molſ.p.6.q.1.& 2.nu. 71.in addit. Cartab.ſing.90. *Conſil.Theod.alleg.13. n.7. Ant.de Amat.var.reſol.to.1.reſol.5.n.14.8.11. & 14. Barbat.de aſſiſt.gloſ.12.nu.16. Reg.Sanfelic. dec.129.n.6. & iterùm iunctis Aulis deciſũ fuit per S.C.in cauſa Marchionis Orioli, in Bãca de Ferrarijs.*

Hypotheca an ſit extincta ſi creditor ſucceſſerit debitori, ob quod actiones confunduntur; fuit deciſum, non eſſe extinctam, iuxta opinionem Cyn.& 00 id dum eſſet tertius poſſeſſor conuentus iure aſſiſtendi, & oppoſuiſſet, reum poſsidere titulo emptionis factæ per filium debitoris, vti hęredem matris anterioris creditricis; fuit conuentus abſolutus ab impetitis, ex rationibus cumulatis per Franch.dec.80. Io.Andr.Georg.in alleg.41.nu.26. nouiſsimè Battagl.in addit.ad Cyn. in l.debitori, C.de pact.vbi ponit nonnullas declarationes, de Ponte conſ.143.n.2.vol.2. *Coſta de retrotract.reg.6. c.2.n.8. Barbat.de aſsiſt gloſ.3.n.7. & gloſ.12.n.214.*

Hypotheca an inducatur in bonis hæredis defuncti per clauſulam, cum poteſtate capiẽdi propria authoritate bona ſua, & ſuorum hæredum; fuit deciſum, quòd nõ, Affl.dec.201. eum citat Franch.dec. 321. Nũr.Pellic.in Cõſuet.Auerſ.c.8.n.52. Carroc. in eius deciſion.caſ.47.n.17. Ricc.in collect.dec.7.

Hypotheca tacita inducta à lege an ſufficiat, ſi in inſtrumento non ſit obligatio bonorum feudalium, Camer.in repet.l.Imperialẽ, de prohib.feud.alie. per Feder.fol.55.lit.G.tenet, quòd c.21. Regis Cathol. conceſſum mulieribus pro aſſenſu dotium nihil operetur, & ſubdit ibi quædam additio nouiſsimè regiſtrata in nouiſſ.pragm. in pragm.3.de feud. quòd ità fuit iudicatum in cauſa Angelellæ de Capite cum Villanoua in S.C.in anno 1573. de qua ſupra eod.verb.aſſenſus.

Hypotheca ſpecialis an acquiratur emptori per vẽditorem citrà eius conſenſum, ſi per emptorẽ ſpecificè fuerit conuẽtum, vt pecunia in emptionem conuerteretur, & facta emptione prædicta ex pecunia ſpeciali ipſius emptoris, ad hoc vt creditores anteriores, attenta tali ſpeciali hypotheca excluderentur; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, teſte de Franch.dec.97. de Ponte deciſ.4.nu.31. Maſull.ad Capyc.dec.40.n.1. Io.Franc.del Caſtill.dec.Sicil. 98. *Reg.Fab.Capyc.Galeot.tom.1.contrпохов.21.n.49.*

Hypotheca an cenſeatur appoſita in ſcriptura priuata, quam vim publici inſtrumẽti partes voluiſſe cõuenerant; fuit determinatum in S.C. affirmatiuè, Marãt.in ſuis ſing.lit.S.incip.ſcriptura priuata.

Hypotheca contracta ſuper annuis redditibus an reſoluatur, reſoluto iure datoris, etiam ex cauſa voluntaria, quæ tamen ab initio inerat, cõcluditur in conſ.10. Anell.Amati, incip.in propoſita affirmatiuè, vbi in fine aſſerit, in cõſimili caſu per S.C. fuiſſe iudicatum pro Io. Andrea Inſerra cum creditoribus Io.Iacobi Inſerra, penès de Mondellis.

Hypothecam competere ſuper augmento in domibus facto, quomodò practicetur in proferẽda ſententia; deciditur, eſſe præſtandam aſsiſtẽtiam cum facultate vendendi tantùm, & ſatisfaciendi creditoribus anterioribus de eorum credito, Franch. dec.456.in fin. *Franc.Hieron.de Leo deciſ.Valent. 79.n.9. Barbat.de aſsiſt.gloſ.5.n.66.*

Hypothecaria actio an intentari poſsit ſuper feudo cõceſſo per Reges antè diſpoſitionem Reg.Pragmaticæ, per quam prohibetur litis cõteſtatio, ſiuè de iure, ſiuè de facto, vel in iudicio, vel extrà iudicium competeret actio, tanquam actio remota, & non comprehẽſa in generalitate verborum Pragmaticæ; fuit deciſum, quòd non, cõtra opinionem

Loffred.

Loffred.conſ.34. Io. Ang. Piſanell.in pragm.1.de poſſeſſ.non turband.à n.48.ad n.52.vbi decidıtur.

Hypothecaria quomodò probari debeat per creditorem contra tertios poſſeſſores, in hoc ſunt variæ opiniones Doctorum, tamẽ per S.C.ex communi, & generali obſeruantia dictum fuit, quòd quãdo actum eſſet aſſiſtentia, quæ concernit remedium Saluiani interdicti, apprețium, & adiudicationẽ, creditori ſufficiat probare, quòd dicta bona fuerunt in bonis, & de bonis dicti debitoris, quæ bona dictus debitor tenuit, & poſſedit, tunc præſumitur vt dominus poſſediſſe, ſi ſolùm hoc allegaretur, Affl.dec.383.Lanar.conſ.79.n.13.Maraot.in 4.p.diſt.3.nu.59.Nunt.Pellicc.in Conſuet. Auerſæ c.8.nu.50.Mangreil.ad Bart.l.rem alienam,ff.de pignor.act. Maſcard.de probat.concl.456.nu.21. Reg.de Pôte in tract.de poteſt.Prorcg. tit.8.§.11. n.27.Reg.Rouit.in prag.1.de aſſiſt. Ricc.collect. dec.175. Peregr.dec.Paduæ 48.n.8. Marcell.Calà in tract. de mod.artic.& prob. gl.vnica,§.2.n.249. *Barbat.de aſsiſt. gloſ.11.n.7.*

Hypothecaria actione an agere poſſint creditores ad fructus bonorum feudalium eis per debitorem obligatorũ per verba illa, obligauit omnia bona feudalia, & burgenſatica, &c. verùm in feudalibus non interuenerat Regius aſſenſus, quæ quidem bona feudalia debitor ipſe alteri alienauerat, & ſic contra tertium poſſeſſorem: Cõcluditur, quòd nõ per gloſ.in l.conuẽtio, ff.de pignor. vbi Iacob. Anell.de Bottis in addit. in §.cùm prædiũ refert, ità fuiſſe deciſũ in S.C.in cauſa Io.Grilli, in addit. incip.nota ex hoc text. verſ.& adde, q; ſi debitor.

Hypothecaria an agi poſſit contra tertium poſſeſſorem pro legitima, reperi inter allegationes quaſdam Bartholomæi Baldini I.C.ſolertiſsimi, confectas pro illis de Martino cum Roberta, & Maria Donata Cent'onze infraſcripta verba, ſcilicèt, pro qua legitima non poſſet agi cõtra tertium poſſeſſorem hypothecaria, cùm iure nõ caueatur, quòd pro legitima detur hypotheca, Dec.conſ.235.n.8. verſ.in contrariũ, Rip.in l.in quartam, n.114.ff.ad leg.falc. ità etiã tenet Neguſan.de pignor.in 2.p. principali, in 4.membr.nu.164.in verſ.vigeſimus quartus caſus, & ità fuit iudicatum referente Domino Orificio in cauſa Magnifici Thomaſelli Caracccioli, ac Io. Andreæ de Gratiano cum Magnifico Nicolao Zẽgula, ad quod ego addo Ant.Gabr. in lib.6.commun.opin.tit.de legitima, concl.5.vbi refert, filio pro legitima non habere bona patris obligata, ſiuè hypothecata, niſi in re legata à teſtatore, & in legitima relicta à patre filio, de quo etiam per Peregrin.in tract.de fideicomm art.36. nu.147.& ſeq.qui in art.44.n.26.& 27.loquitur, ſi cõtra tertium poſſeſſorem agi poſsit hypothecaria pro re legata, & quid ꝓbare teneatur, & vltrà eos, quòd non detur hypothecaria pro legitima, concludit Præſ.de Franch.dec.374.n.17. vbi allegat citatos DD. ſcilicèt Neguſ.& Ant.Gabr. tunc .n. creditores ex teſtamẽto haberẽt hypothecam, Ann.in alleg.101.n.7.Io.Bap.de Thor.I.C.Neap.

Hypothecatio feudi, ſeù pignoratio an cẽſeatur permiſſa alienatione, Reg.de Pôte in tract.de poteſt. Proreg.tit.de refut.feud.§.6.n.4. tenet, quòd non, & ſic concludit, nullam de hoc deciſionem afferẽs; ſed in quibuſdam annotationibus patrui mei bonæ memoriæ ſuper l.Imperialem reperi formalia verba, an prohibita alienatione per legem pignoris, datio etiã prohibita cenſeatur, quia è conuerſo an permiſſa alienatione per legem, ſit, & videatur permiſſa pignoris datio, videbatur dicendum, quòd ſic, quia idem operatur propoſitum, &c. cõtrarium dixit, fuiſſe determinatum in cauſa Marchionis S.Lucidi; Nam inter patrem, & filiũ, vel alium immediatè ſucceſſurum eſt permiſſa refutatio, quæ eſt alienatio, an propterea videatur eſſe permiſſa hypotheca ſine aſſenſu, quòd non, refutatio enim eſt præuẽtio in ſucceſsione, & præuenire eſt licitum, l.poſt mortem, C.de fideicõm. permittit ergò Rex refutare, nil ſibi retento, hinc ſi refutaret pater feudum, vſufructu ſibi retento, refutatio nõ valeret, dùm igitur vult, fundum hypothecare, hęc, inquam, hypotheca ius diſtinctum feudale cauſaret, & ſic duo fundi eſſent cõtra domini voluntatem. Io.Bapt.de Thoro I.C. Neap.

I

IDentitas familiæ alicuius an probetur exiſtẽte tali familia in alio loco nobili ex eodem cognomine, & vtriuſquè lineæ nobilitate, item ex inſignijs, tertiò ex nominatione, & declaratione per familiares facta, quartò per tractatus ab eiſdem de familia peractos, quintò ex teſtibus, qui de auditu, fama, & immemorabili deponunt, concludit in facto proprio Fab.de Ann.conſ.110.iuſtum exiſtimaui, quòd ſic, & ità deindè fuit deciſum in eius fauorem, vt eſſet de familia Illuſtriſſimi Cardinalis de Anna, vt audiui, ſed nil profuit talis ſententia pro honoribus Sedilis, nam in ſententia non fuit expreſſum, vt poſſet gaudere honoribus Sedilis, & nouiſſimè in hoc meoſe Octobris 1612. facto verbo in Collat.Conſil.referente Præſidente D. Didaco de Vera fuit idem iudicatum in cauſa Angeli Merendæ cum Nobilibus Coſentiæ, penès Figliolam, declarando eum Nobilem tantũ. vt infra eod. verb.Nobilis, & ad materiam adde Ricc.in pract.var.reſolut. reſol.286. & 468. *Auguſt Caput.de regim.Reipubl. c.1.n.29.*

Imbreuiatura facta per Actuarium in iudicio an benè probet; concluditur, quòd ſic per tex. in l.4.in fin.ff.de fideiuſſ. & ità fuit deciſum in S. R. C. ad relationem M.C.V. vt inquit Io. Iacob. Maſullan addit.ad Capyc.dec.171. in fin.

Immiſſio in poſſeſſionem hæreditatis decedentis abſq; filijs legitimis, & naturalibus, extraneum hæredem inſtituendo, an ſit deneganda hæredi iã dicto inſtituto vigore l.fin.C.de edict.Diu.Hadr. tollen.obſtante fideicommiſſo paterno, per quod mãdatum fuerat, vt decedẽte filio naturali, legitimato, & inſtituto, abſq; hærede legitimo, & naturali, hæreditas fratri teſtatoris deuolueretur, an ſaltim licerẽt trebellianicam, aut legitimam inſtituto hæredi detrahere; fuit deciſum in S. C. iunctis tribus Aulis cum interuentu Collat.Conſ. in cauſa Philippi Spinulæ cum Catancis, in Banca Cioffi, nullatenus legitimam, neq; trebellianicam competere, nec locum eſſe petitæ immiſſioni, vt tradit Anell.Amat.in conſ.1. cùm non minus, vbi in fin.deciſionem tradit.

Immiſſus in poſſeſſionem ex l. fin. C. de edict. Diu. Hadr.

Digitized by Google

Hadr. toll. an teneatur cauere etiam de fructibus in caſu ſuccumbētiæ; fuit deciſum, quòd ſic, Frāch. dec. 627. eum citat Molſeſ. conſ. 7. poſt eius Comment. ad Conſuet. Neap. nu. 12. vbi commemorat caſum iſtius deciſionis, Ricc. collect. dec. 70.

Immunitas à muneribus an concedenda ſit ex cauſa 12. liberorum, ſi ſupereſſent nepotes ex filio vno ipſorū liberorum; fuit deciſum, quòd nepotes & ſi plures eſſent ſuccedant loco vnius. ſ. patris, & ſucceſſiuè prodeſſe auo quòad immunitatem, Frāch. dec. 259. poſt n. 13. Molteſ. in Cōmēt. ad Conſuet. Neap. p. 4 q. 30. n. 11. & nouiſſimè Vinc. in addit.

Immunitas conceſſa patri ob numerum duodecim liberorum an cōcedatur matri; fuit deciſum, quòd ſic, Frāch. dec. 259. faciunt dicta per Mut. Surg. in annot. ad opus Fratris de Neap. illuſtr. c. 22. in 42. priuil. f. 411. verſ. fiunt immunes. Ricc. collect. dec. 1707. *Ill. Reg. Conſtant. I.C. præſtantiſſimus, & doctiſſimus in l. ſi quis, C. de Decurionib. lib. 10. nu. 15. Aug. Cap. de regim. Reip. c. 7. §. 27. n. 57. Angel. Steph. ad Conſtit. Mediol. lib. 4. tit. 13. fol. 92. ſcribit Danza in pugna Doct. tom. 2. rubr. de patre exiſto duod. fil. c. 2.*

Immunitas conceſſa ob numerum duodecim filiorum an amittatur, ſi poſtea aliqui ipſorum moriantur; fuit deciſum quòd non, Ann. in ſing. 241. immunitas, ad iſtam deciſion. conferunt dicta per Mut. Surgen. in annot. ad opus Fratris de Neap. illuſtr. c. 22. in 42. priuil. f. 411. verſ. fiunt immunes etiam parentes, Paſchal. de vir. pat. pot. p. 4. c. 4. num. 18. *Reg. Conſtant. in l. ſi quis, C. de decurion. lib.* 10. n. 20.

Immunitas conceſſa à iure ob numerum duodecim filiorum an in ea cōputanda ſit filia naturalis, quæ Religionē ingreſſa eſt, vt immunitas ipſa obtineri poterit; concluditur, quòd ſic per Reg. de Ponte conſ. 16. vol. 1, ſi fundatur, & in alio conſ. ſeq. 17. ſi rectè pars paritèr concludit, etiam ſi fuerit legitimata per reſcriptum Principis, tamen audiui à Peritis I.C. fuiſſe deciſum cōtrarium per Regiam Cam. Summ. potiſsimùm a Fabio de Falco I.C. eximio. Io. Bapt. de Thoro I.C.

Immunitas à Rege conceſſa aliquibus Vniuerſitatibus an cedere debeat in dānū Fiſci, vel in damnū Regni, vel Vniuerſitatū; fuit deciſū, cedere in dānū Vniuerſitatū, & hoc ſumma ratione, ꝙ integra donatio facta ex cauſa prædicta veniat in beneficium Regiæ Curiæ, & ꝙ non poteſt ex Vniuerſitatibus habētibus immunitatē haberi, ſuppleatur ex alijs Vniuerſitatibus Regni; fuit. n. hæc conuētio inita, & Rex ita tantū voluit, vt ad nouā numerationē nō procederetur, quatènus certa quātitas perſolueretur, ſciebat enim tunc Regnum, adeſſe Vniuerſitàtes immunes, poterat ſibi prouidere, & apertius legem dicere, ac conuentionē formare, & ſibi hoc imputetur, qui hoc non fecit, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. redeūdo igitur, n. 32. f. 25. Molſ. in Conſuet. Neap. in proœm. q. 6. nu. 16.

Immunitas conceſſa poſſeſſoribus bonorum in territorio Neap. exiſtentium an extendatur ad poſſeſſores bonorum exiſtentium in territorio Auerſano, quod eſt territorium promiſcuum; fuit deciſum in R.C.S. quòd ſic, Nunt. Pellicc. in Conſuet. Auerſ. in fin. ſub tit. de promiſ. vſu territorij, n. 23.

Immunitas an poſsit à Barone concedi eius vaſallis, vel alteri ipſorū ab onere perſonali, reali, vel mixto; fuit in S.C. iudicatum contra Baronem, qui fecerat immunes venatores, & ſuos ſeruos, in cauſa Vniuerſitatis Biccari cum Marcello Caracciolo, Io. Franc. Capibl. in pragm. 8. n. 140, de Baron.

Immunitas a iure cōceſſa ob munera realia prætextu numeri duodecim filiorū an ſit concedēda matri, vel auo; fuit per R.C.S. conceſſa talis immunitas auo, & matri Magnifici Caroli Brancatij in anno 1555. Iacob. Ancil. de Boctis in addit. ad Bart. in l. ſi quis, C. de decur. lib. 10. *Reg. Conſtant. in d. l. ſi quis, C. de decur. n.* 18.

Immunitas ſi ſit conceſſa alicui à Rege à ſolutione vectigalium, vt fuit priuilegiū immunitatis cōceſſū Ianuenſibus, & Piſanis à Rege Apuleæ, ſi per tres annos fuerit facta ſolutio, an cenſeatur amiſſa; fuit in facto determinatum negatiuè, Andr. de Barulan l. 2. C. de his, qui ex mat. pec. ſuſc. lib. 10. quē citant Anton. Corſet. in ſing. verb. priuilegium, il terzo, & Guid. Pap. dec. 387.

Immunitas ſi alicui concedatur eius portio non aggrauat alios, ſed tendit in præiudicium concedentis, vt refert Tap. in rubr. ff. de Conſt. Princip. c. 4. n. 31. vbi in fine ait, ſemper vidiſſe in R.C. ſeruari, Maſtrill, de Magiſtr. lib. 3. c. 6. n. 133.

Immunitas conceſſa Vniuerſitati ab omnibus muneribus ordinarijs, & extraordinarijs an videatur conceſſa a ſolutione, quæ ſit pro Barrigello; concluditur, quòd non, & ità plurièſ fuiſſe reſponſum per R.C.S. & practicatum, atq; deciſum, quia hæc pecunia in Aerarium Regium nō immittitur; ſed pro cuſtodia viarum, vt refert Reg. Tap. in rubr. ff. de Conſtitut. Princip. c. 4. n. 105. motus ex deciſionibus manuſcriptis olim Præſidentis Riberæ.

Immunitas conceſſa ſimpliciter, intelligitur à muneribus ordinarijs tantùm, non autem extraordinarijs, vt patet in duabus declarationibus Regijs. ſ. Regis Federici, & Regis Philippi II. regiſtratis in R.C. in qua id ſummoperè ſeruatur, Reg. Tap. in rubr. ff. de Conſt. Princ. c. 4. n. 104.

Immunitas conceſſa Locatis Apuleæ vendentibus fœtus, lanas, & alia ex ſuo grege an ad emptores extendatur, in R.C.S. ſeruatum fuit, & ſeruatur indiſtinctè, quòd ſic, Reg. Tap. in l. fin. p. 2. c. 3. nu. 74. ff. de Conſt. Princ.

Immunitas conceſſa alicui Ciuitati Regni à Rege à tributis, quę ex cauſa oneroſa proceſſit, an operetur exemptionem contributionis faciēdę per totū Regnum in ſubſidiū Capitis Regni; in facto euenit, fideliſſimam Ciuitatē Neap. ære alieno valdè oppreſſā vrgēte in toto Regno penuria frumenti, ad quod ſubleuandum cōſtitutum fuit, vt tertiam tantùm partem eadem Ciuitas perſolueret, reliquum verò totum Regnum, contra quod ſe oppoſuit Capuana Ciuitas, negando cōtributionem prætextu immunitatis aliàs à Cæſare conceſſæ à tributis, etiam ex cauſa oneroſa, & ſecundū ipſam iudicatū fuit per R.C.S. facta relatione in Collat. Cōſil. vt refert Mut. Surgēs in annot. ad opus eius fratris de Neap. illuſtr. c. 22. ſub priuil. 42. fol. 386. verſ. quæ quidē multū facerēt ad Ciuitatis Neap.

Immunitas hoſpitādi cōceſſa de iure Presbyteris, & Clericis, l. 2. C. de Epiſc. & Cler. extenditur ad eorum parētes, & fratres, reliqui verò conſanguinei excludūtur, ſi vnà cum ipſis habitauerint in pecunia contribuunt hoſpitijs, dū tamen cohabitatio non ex fraude fiat, putà ſi domus diuiſionem non patiatur, alioquin in R.C. dubitatū eſt de iſtorum

exem-

exemptione, cùm Clericus ad illorũ domos it habitatũ cõſultò, vt ipſos exẽptos faciat, Mut. Surg. in annot. ad opus eius fratris de Neap. illuſt. c. 22. in 41. priuil. f. 412. verſ. immunes sũt, & presbyteri.

Immunitas cõceſſa à Rege omnibus, qui ſunt de ſãguine Regio, nè ſoluant ius ſigilli, an extẽdatur ad deſcẽdentes ex linea fœminina; cõcluditur, ꝙ non; Reg. de Põt. in dec. 5. fuit dubitatũ, vbi in fine ponit deciſiones binas, Molf. in Cõmẽt. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 30. n. 2. & melius in addit. vbi alia retulit, & nouiſſimè Reg. Rou. in prag. 9. de ſeu. laiĉ.

Immunitas conceſſa Eccleſiæ an extendatur ad eius apothecam ianuam habentem in via publica, deſeruientem non tantùm Hoſpitali, ſiuè Eccleſiæ; ſed omnibus in ea publicè verſãtibus, fuit in Collaterali Conſilio deciſum, non gaudere poſſe apothecam tali immunitate, Reg. de Pont. dec. 35. fuit dubitatum, Ricc. in collect. deciſ. 669. & 1097. & dec. 171. n. 8. p. 1. *Reg. Sanfelic. dec. 136. n. 7.*

Immunitas hoſpitãdi actualitèr conceſſa alicui Vniuerſitati ãn paritèr extendatur, vt ſit etiã immunis à cõtributione, videtur dicendum, ꝙ nõ, quia immunitatis materia ſtricta eſt, Franch. dec. 259. n. 4. & iſtam quæſtionẽ punctualitèr tangit Reg. Rou. in prag. 3. de milit. n. 14. vbi loquendo de Cameris reſeruatis, quæ gaudent immunitate hoſpitandi actualitèr, ſi debeãt gaudere immunitatę contribuẽdi in pecunijs pro illis Oppidis, quæ actualitèr hoſpitantur, ex traditis per Theſ. quæſt. foreſ. 93. & concludit negatiuè, ſubinferendo ad petita per Vniuerſitates ipſas in Cameras electas Suę Maieſtati in parlamentis immunitatis etiã contributionis, & obtinuere non potuerunt, allegat Reg. de Põte in ſuo tract. de poteſt. Prorcg. cõtrarium tenuerẽ, & eſt in tit. de prouiſ. fieri ſolit. §. 6. n. 20. vbi allegat Andr. de Bar. in l. omnes, C. de metat. pro opinione cõtrariæ, ꝙ politus in dignitate, ſi priuilegiũ hoſpitandi impetrauerit, nõ habeat eſſe immunẽ à tertia parte penſionis, quæ tertia pars eſt illa, ad quam taxantur domini domorum, quandò perſona non eſt Illuſtris, tamẽ ſub diſtinctione cõcludit, ꝙ ſi loquamur de Cameris reſeruatis, quia ad hoc ſunt factæ reſeruatę ob hoſpitia Baronum, ideò nè duplici onere grauẽtur, ad cõtributionem teneri nõ videtur, quamuis contrarium ſeruari videatur in ijs calamitoſis temporibus anni 1618. & 1619. ob multitudinem militum in Regno exiſtẽtium, & credo, attẽta neceſſitate, quæ nõ ſubiacet legi, & eius opinio procederet, quando cũ effectu Barones ibi habitauerint, ſecùs ſi eſſent abſentes, aut verò loquamur de Terris domanialibus, quæ reperiuntur exemptæ ob tale onus hoſpitandi ex priuilegio, tũc ſecùs erit, niſi in ſpecie immunitatẽ haberent, etiam contribuendi, vt in hac Ciuitate Neap. ex c. 31. Magni Capitanei, ex c. 2. Principis Orangię, ex c. 15. Regis Catholici, & demũ ex c. 5. Cæſar. Maieſtatis, de quo meminit Reg. de Ponte vbi ſuprà, n. 23. quinimmò exẽpti ab onere hoſpitandi ex aliquo iuris priuilegio, vt ſunt Doctores, mulieres viduæ, patres onuſti, qui vacant pijs, exercẽdo xenodochia, mercatores ad tẽpus exercẽtes, milites, & reliqui, non tamen ſunt exẽpti ab onere cõtribuẽdi, niſi cõſuetudo eſſet in cõtrariũ, Capibl. in pragm. 19. ſub n. 49. verſ. adde ſimilitèr, de Baron. hinc Ciuitas Coſentina, quæ habet immunitatẽ hoſpitiorũ, lectuũ, & aliorum, Militibus, Barricellis, & Cõmiſſarijs debitorũ ex priuilegio antiquorũ Regum, cõfirmato per Regẽ Philippũ II. æternæ memoriæ, excepto hoſpitio perſonæ Regis, & ſuorũ filiorum, exiſtẽte multitudine copioſa militũ Italorũ, Hiſpanorũ, & Vallonenſiũ in Regno in hoc anno 1618. obtinuit ab Excell. Duce Oſſunæ ad præſens Prorege declarationẽ, vt ẽt à cõtributionibus ſit immunis, & ſic reſcriptũ Ill. Duci Veteris Scribæ portionis, & execututum ex particulari gratia, vt mihi retulit Doctor Auguſtinus Caputus Coſentinus Patritius, qui allegauit plures deciſiones Guid. Pap. in materia contributionis, ſcilicèt 371. 376. 377. cũ ſeq. & 87. vbi examinat materiã illã contributionũ Collectarũ, Talliarũ, donatiuorũ, & aliorũ, ad quã liquidè in materiam contribuendi in taxis hoſpitij allego Viuium inter commun. opin. lib. 4. titul. de vectig. & commiſſ. nu. 35. vbi refert, quòd ſi ſtatutum diſponeret quòad onera taxarum æquorum, & hoſpitationis militum etiam exempti teneantur, exceptis ijs, qui à Principe literas ſpeciales cum ſpeciali derogatione illius habuerint, quo caſu non ſufficit clauſula immunitatis ab omnibus, & quibuſcũq; oneribus, cum clauſula, non obſtantibus, etiam ſi de verbo ad verbum deberet fieri mentio in ſpecie, ex quibus omnibus derogarut, niſi in ſpecie fiat mentio de immunitate, etiam reſpectu taxæ equorũ, & onerũ, &c. Io. Bapt. de Thoro I. C.

Immunitas, ſeù exemptio Gabellarũ, Datiorum, aliorumq; iurium, & ſolutionum Fiſcalium an extendatur ad puellas virgines in aliquo Xenodochio exiſtentes, Religioſam vitam ſectantes, non tamẽ illa tria vouentes, ſicuti verè moniales, caſus talis accidit annis elapſis in puellis S. Mariæ Charitatis de Neap. tempore, quo inter cæteros Oeconomos præfuit inſignis Doctor quõdã meus patruus Fabius de Falco, qui pro defenſione puellarum in R. C. S. infraſcripta in iure allegauit: An puellæ virgines degẽtes in Xenodochio Eccleſiæ S. Mariæ Charitatis gaudeant, ſeù gaudere debeãt immunitate, ſeù exemptione gabellarum, quibus gaudẽt Clerici, aliæq; perſonę Eccleſiaſticæ, omiſſa diſputatione dico, quòd huiuſmodi puellæ omninò gaudere debent priuilegio, de quo in c. non minus, de immun. eccleſ. & can. generalitèr, §. nouarum 16. q. 1. huiuſmodi enim puellæ licèt ſint Tertiariæ S. Frãciſci, geſtantes ipſius habitũ, tamẽ viuũt clauſtralitèr, quo caſu ſunt Religioſæ perſonæ, per ſcripta à Panorm. in c. cùm & plantare, n. 4. & cap. vt priuilegia, n. 3. de priuil. quicquid dicat Bar. in l. ſemper, §. quibuſdam, circa fin. de iure immu. ſententia tamen Panorm. communitèr recipitur, vt per Scribentes in d. c. non minus, & Card. Turrecre. cum Arch. in c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. quòd autem viuant clauſtralitèr, patet, quia viuũt ſub regula ſibi data à primis cunabulis, caſtitatem perpetuam, & obediẽtiam omninò ſeruantes, horas Canonicas in choro publicè canẽtes die feſtiuo, & feriato, vndè dictus locus eſt locus Religioſus, & gaudet immunitate Eccleſiæ, ità vt indè extrahere aliquem eſſet cõtra immunitatem Eccleſiaſticam. Secũdò, quia dictum Xenodochium eſt membrum ipſius Eccleſię, & gubernatur Eccleſia Charitatis per eoſdem Oeconomos ab Illuſtr. & Excell. Prorege electos, ſed regula iuris eſt, ꝙ acceſſoriũ ſequitur naturã ſui principalis, c. acceſſorium,

rifi,de reg.iur.in ſexto, l.cùm principalis,ff.cod.& adiunctum gaudet priuilegio eius, cui adiũgitur, quò fit, vt cũ dictum Xenodochiũ ſit adiunctũ dictæ Eccleſiæ, illius priuilegio potitur, & quamuis largè dicantur Religioſæ dictæ puellæ, cum vota earũ ſint ſimplicia, non autem ſolẽnia, tamen quia viuunt ſimul in Eccleſia pro ſeruitio Dei, geſtãtq; habitum Religioſorum, tanquàm Religioſæ reputandæ ſunt, vt docet Boer. in addit. ad tract. de authot. Mag. Conſ. nu. 13. & vltrà prædicta in noſtro Regno eſt Cap. Regni Priuilegia, tit. de oblat. vbi portãtes habitũ Religioſum, etiam in ſeculo manentes ſunt exẽpti à muneribus, collectis, ſubuentionibus, & vxores retinẽtes ſi ſe, ſuaq; omnia Eccleſiæ tranſtuliſſent, adhùc immunes eſſent, vt Io. Ant. de Nigris in d. c. priuilegia, nu. 16. Sylueſt. in ſumma in verb. Eccleſia, n. 6. verſ. adde, idem eſſe, &c. ergò fortioribus rationibus debẽt eſſe exemptæ huiuſmodi puellæ, quæ clauſtralitèr, & ſeipſas paupertimas virgines Eccleſiæ dedicarunt, ibiq; ſemper Deo ſeruiũt. Tertiò probatur, quia ſaltem Xenodochiũ eſt locus pius, vt auth. de eccleſiaſt. titul. §. ſi quis ædificationem, & gloſ. in c. 1. §. deindè, verſ. pia loca, de cenſib. lib. 6. eò quòd eſt erectum ad alẽdas pauperculas virgines, Innoc. in c. dilecti, de exceſſ. prælat. vltrà Hoſt. Spec. & alios rogo videatur Soc. in conſ. 247. verſ. & ideò aliàs, vol. 2. vbi ait, multos peritiſſimos conſuluiſſe pro immunitate prædicta, & Felin. in c. de quarta, nu. 11. de præſcrip. inquit, bona deputata ad alendos pauperes reputari Eccleſiaſtica, illiſq; equiparari, vndè B. Hieronymus in Epiſt. ad Nepot. & in Epiſt. ad Paul. Licere (ſcripſit) vẽdi Calices, & Patenas pro alendis pauperibus, & habetur in c. aures Eccleſia habet 12. q. 2. ex quo patet, quale, & quantum ſit opus iſtud, nẽpè alendi pauperes virgines ad honorem Dei, ità vt meritò Sãcti Patres tribuãt eleemoſynæ remiſſionem peccatorum, vt Thob. 4. ibi, peccata tua eleemoſynis redime, Luc. 2. ibi, date eleemoſynam: ſi ergò eſt opus pium, pia cauſa, & Eccleſia æquiparãtur, & ijſdẽ priuilegijs gaudent, Io. And. Anch. & Domin. in c. 1. de in integr. reſt. in 6. Tiraq. in tract. de priuil. piæ cauſ. priuileg. 140. Itẽ priuilegia Eccleſiarũ & alijs locis pijs cõceſſa ſunt, DD. in l. omnia, C. de Epiſc. & Cler. Sfora. Odd. in tract. de in integr. reſt. p. 1. q. 3. ar. 5. & cunctis infirmis pauperibus huius Ciuitatis, ac Suburbiũ ab Eccleſia iam dicta ſubuenitur de Medicis, Pharmacis, ergò locus, in quo pietas hæc exercetur, erit pijſſimus, & per conſequẽs debet gaudere immunitate, vt communitèr docent DD. in c. non minus, de immun. Eccleſ. Vltimò, ne longè trahatur ſermo, aduerto, quod puellæ degẽtes in Xenodochijs Spiritus ſancti, S. Eligij, S. Mariæ Annũciationis, alibiq; in hac Ciuitate Neap. gaudẽt conſimili exẽptione, ergo nõ debent iſtæ puellæ Charitatis eſſe deterioris conditionis cũ ſit eadem ratio, ideò idẽ ius, l. illud, ad l. Aquil. tãtò magis cũ adſit hæc laudabilis conſuetudo in hac Fideliſſima Ciuitate, vt loca pia vectigalia non ſoluãt, & ex conſuetudine tollitur ius exigẽdi vectigal, ità Bar. in l. licitatio, §. eatum, ff. de publ. & vectig. & certè talis conſuetudo erit ſẽper obſeruãda, & amplianda, & dùm Ciuitas pijs fauet locis, charitatem amplectentes, quæ quidèm Charitas opes Ciuitatis nõ minuit, ſed auget ex vno nũmo talitèr erogato cẽtũ ex diuino oraculo, ſine dubio recipit, hãc ſententiã ſpero, Religioſos Præſidẽtes amplexuros, dũm ſumus in claris, & quando propriè in dubio eſſemus, adhùc pro pijs locis erit iudicandum, ex regula l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun. c. 2. de dolo, & contum. cum ſimilibus, & ſic iudicatum fuit per R.C.S. ſimilitèr per Tribunal S. Laurentij, interueniente Præſide D. Petro de Vera ab Aragonia auditis Aduocatis Fideliſſimæ Ciuitatis, vt ſint immunes tàm pro præterito, quã pro futuro, in mẽſe Maij 1605. vt reperi annotatũ in eius allegationibus. Io. Bapt. de Thor. I.C.

Immunitas conceſſa Vniuerſitati an extendatur ad focularia, quæ de nouo acceſſerũt, ac accedũt; deciſũ fuit per R.C.S. die 16. Septẽbr. 1562. affirmatiuè in cauſa Vniuerſitatis Trani, vt refert Annibal Moles in deciſ. manuſcriptis dec. 1. quã citat eruditus iuuenis Io. Maria Nouar. in alleg. inſerta inter deciſiones Ricc. ſub dec. 250. in 2. p. in magnis.

Immunitate Eccleſiaſtica an gaudeat fur, qui furtum intus Eccleſiam commiſerit in rebus Eccleſiæ; concluditur iuxtà diſpoſitionem iuris communis non debere gaudere per Reg. de Ponte dec. 14. ſe remittendo Bullæ Gregorij XIV. & de hoc caſu meminit Gemenſ. in praxi Cur. Archiep. Neap. c. 21. n. 8. vbi aſſerit, furem ipſum fuiſſe immunitate gauiſum.

Immunitate Eccleſiaſtica an gaudeat confugiens ad Eccleſiã, ſi eã clauſam reperiret, licèt manu anulũ tetigerit, deciſum fuit per Collat. Conſil. affirmatiuè, Ricc. in praxi var. reſolut. in reſol. 429. ſemel.

Immunitate collectarum, ac aliorum munerum, & functionum Fiſcalium, & dirictuum Regiarum Dohanarum an gaudeant Officiales Regij, licèt de tali materia tractetur per Dyn. in l. 1. C. de immun. nem. conced. lib. 10. & ibi Luc. de Penn. Io. de Plat. & Bar. nu. 2. & Ferret. in tract. de publ. & gabell. nũ. 209. & ſeq. attamen ſub diſtinctione procedendo patet, per R.C.S. fuiſſe prouiſum, Locumtenentem, & Præſidentes ipſius eſſe immunes ab omnibus dirictibus Dohanæ, Fundaci, nouæ Gabellæ exituræ, & alijs quibuſcunq; iuribus, & per literas Reg. Cam. expeditas ſub die 21. Februarij 1469. in Regeſtro literarũ p. 2. fol. 138. etiam à iure adohæ Locumtenens eſt immunis, vt per literas R.C. latas ſub die 14. Maij 1540. in partiũ 35. f. 152. qua immunitate etiã fruuntur Conſiliarij Collateralis Cõſilij, vt per literas R.C. expeditas die 26. Ianuarij 1541. in par. 40. f. 20. Item immunis redditur à iure tumulagij Locumtenens M.C. & ab omnibus alijs muneribus, vt patet per literas expeditas die 8. Decembr. 1538. in par. 28. f. 92. nõ tantũ Locumtenens, ſed etiã Mag. Camerarius immunis redditur, & ità immunis redditur, & ità immunis euaſit Marchio Piſcariæ Magnus Camerarius pro diricdu molarum, in Ciuitate Aenariarum confectarum, & conductarum in Ciuitatem Salerni pro eius vſu, ſicut ex literis R.C. expeditis ſub die 11. Septẽbr. 1555. patet in p. 22. fol. 193. quæ omnia extenduntur etiam ad cauſam commercij, nam ſoluere non tenentur, vt per decretum latum in R.C. ſub die 10. Maij 1476. demonſtratur in lib. Notament. fol. 48. Prætereà ſunt immunes Præſidẽtes R.C. à iure bonatenentiæ, ſicut apparet ex literis R.C. expeditis ſub die 9. Martij 1554. in par. 21. f. 101. quod fuit obſeruatum in perſo-

perſonam Hieronymi Albertini Epiſcopi Auellini, & Cameræ Præſidis, ſub die 20. Iunij 1545. in p.6.f.174.& 184.ſimiliter Præſidétes,ac Rationales ſunt immunes à iure ſigilli, ſicut ex literis Regiæ Cameræ demonſtratur, expeditis pro Franciſco Caſtello Rationale ſub die 10. Iulij 1508. regiſtratis in commune 12.f.45. Immò etiam filij ipſorum Præſidentium, ac Rationalium hac immunitate iuris ſigilli gaudét,vigore literarum eiuſdem R.C. expeditarum ad inſtantiam Ferdinandi Morera filij Bernardi Rationalis ſub die 26. Auguſti 1540. in pat. 10.f.51. Et tandem immunitates allegatæ fuerunt communicatæ Præſidi,ac Reg. Conſiliarijs S.Claræ Caſtri Capuani per Cæſ. Maieſt. Caroli V.ad ſupplicationem Excellentiſſ. D.Petri de Toleto tunc Proregis, & fuit eis auctum ſalarium in annuis ducatis bis centum,quemadmodũ patet ex literis ipſius directis Regiæ Cameræ die 21. Octobris 1550. regiſtratis in Reg. Cancell. in par.57.fol.298. quarum vigore fuerunt expeditæ prouiſiones immunitatis bonatenentiæ in fauorē quondam Conſiliarij Iulij Girardi ſub die 13. Septembris 1564. in par.9. f.252. penès Camporam Rationalem, & ſimiliter aliæ prouiſiones fuerunt expeditæ ad inſtantiam Io.Felicis Scalaleonis pro ſua immunitate à functionibus Fiſcalibus, & donatiuis pro eius bonis exiſtẽtibus in Montanario, & alijs locis,& inſupèr fuit prouiſum,quòd ſuperfluè exactum à die, quo fuit creatus Conſiliarius reſtitueretur, ſicut demonſtratur in literis expeditis à dicta R.C. ſub die 12. Decembris 1570. in par.3. f.103. quoniam de iure contribuere tenentur etiam in collectis, Guid.Pap.deciſ.376.& ſeq. quæ omnia conſeruantur penès Paulum Palumbum patruum recolendæ memoriæ Matthæi de Aliſante V.I.D.mei cordialiſſimi amici,cuius anima in pace quieſcat. Conſiliarij Regij an ſint immunes ab oneribus publicam omnium vtilitatem reſpicientibus, vide Paſchal.de vir. pat. pot. p.4. c.4.n.34.& ſeq. *De ijs duabus deciſionibus Iulij Girardi, & Io. Felicis Scalaleone meminit Nouar. lib.2.qq forenſ.q.57.n.8.* Io.Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Immunitate datiorum, collectarum, & aliorum iurium an gaudeat Clericus pro rebus ſibi donatis loco tituli patrimonij, quod debetur ex diſpoſitione Sacroſancti Concilij Tridentini, deciſum fuit in Regia Camera Summariæ affirmatiuè in cauſa Vniuerſitatis Terræ Montisherculis diœceſis Beneuenti, vt refert Thom. Zerol. Epiſcopus Minoren.in prax.Epiſcopal.verbo Clericus, verſ. ad vndecimum vidi, verſus finem, ſed ſi eſſet donatio exceſſiua vltrà taxationem factam per dictum Sacroſanctũ Concilium, vidi in contingenti caſu,prouiſum fuiſſe per eandem Regiam Cameram in cauſa Domini Fulgētij N. Ciuitatis Theani, dùm ibidem pro Iudice aſſiſterem vſquè ad quantitatem promiſſam in dicto Concilio gaudere debeat, vt euitentur fraudes, ad quod videas Ricc. in prax.var. reſolut. in reſolut. 431. latiùs. Io.Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Immunitate Eccleſiaſtica an gaudeat delinquens in Dormitorio alicuius Monaſterij,per Collaterale Conſilium, & per Scriptorium Suæ Excellentiæ ordinatum, & deciſum fuit,non eſſe procedẽdum ad extractionem delinquentis,ſed eum gaudere immunitate prædicta, in cauſa illorum de Reganato, & Monetio inquiſitorum de homicidio in perſonam Franciſci Ceraſe de Poliſtine commiſſo in Dormitorio Sanctiſſimi Roſarij Meliti cum Epiſcopo illius, Ricc.in praxi variarum reſolutionum,in reſolut.276. ſupponatur, & antè eum Viſcont. ad Franch.dec.709. verſ.in cauſa Epiſcopi. *Meminit de iſta deciſione doctiſſimus Ill. Epiſcop. Maranta in 2. part. reſponſorum, in reſponſ.36.num. 16.Donat. Anton.de Marin.reſolut.quotid.cap.170. num.12.*

Immunitatis exceptio in quacunquè parte iudicij opponi poteſt,& ſic nouiſſimè deciſum eſſe teſtatur Io. Aloyſ.Ric.in dec.Cur.Archiep.Neap.174. p.1. Sed an in cauſa appellationis talis exceptio opponi poſſit, & videtur affirmandum eſſe, poſtquàm etiam rei damnati, & banniti ad Eccleſiam confugientes reſtituendi ſunt, vt pluriès obſeruatum refert Iul. Clar.in §.fin. q.30.num.21. & dùm menſibus elapſis contigiſſet in perſonam cuiuſdam Licienſis dicti lo Pugliſiello inquiſiti de pluribus delictis, & per Curiam Ciuitatis Licij condemnati ad remigandum ob multitudinem delictorum, ſicq; tàm per Regiam Audientiam Hydruntinam, quam per Magnam Curiam Vicariæ confirmatum, deuoluta tamen cauſa appellationis ad Sacrum Regium Conſilium prætextu grauaminum oppoſuit incidentèr etiam, eſſe reſtituendum Eccleſiæ, à qua captum fuiſſe aſſerebat, quod in primis inſtantijs non oppoſuerat, quarè verificata captura prædicta per certos teſtes ad relationem Regij Conſiliarij, & cauſæ Commiſſarij Io. Baptiſtæ Melioris fuit per Sacrum Regium Conſilium inquiſitus ipſe Eccleſiæ teſtitutus, vt conſuetum eſt in ſimilibus obſeruari, de quo quidèm geſto eadem Regia Audientia admirata, cùm alitèr veritas ſe haberet, & dictam exceptionem malitioſè, immò cum teſtium falſitate oppoſitam fuiſſe Neapol. in tertia inſtantia, & non alitèr in primis inſtantijs in loco capturæ, vt veritas occultaretur, certiorem fecit de prædictis Excellentiſſimum Proregem modernum Ducem Oſſunæ, vt ſimilibus falſitatibus occurreret, & ſic mandauit integerrimo viro Ioa.Franciſco Sanfelicio tunc Fiſci patrono,nunc meritiſſimo Regio Conſiliario,vt in futurum animaduerteret, & ambo eidem Regiæ Audientiæ reſcripſerunt, annuentes tali aduertimento, ipſamq; laudando, ne delicta ſic impunita remanerent, prætextu falſorum teſtium deponentium de immunitate figurata tàm longè à loco delicti, vt de prædictis omnibus mecum verba fecit egregius Doctor, & meus conſobrinus Franciſcus Antonius Salinas tunc illius Regiæ Audientiæ Hydruntinæ meritiſſimus Auditor. Ioa. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Immunitatis priuilegio an gaudeant filij cum matre poſt mortem patris vnitè viuentes; fuit deciſum in Regia Camera Summariæ die 4. Auguſti 1571. referente Franciſco Antonio Dauid Præſidente tunc eiuſdē Regiæ Cameræ,quòd ſic in beneficium ipſorum, vt cenſet Philipp. Paſchal. in tract. de viribus patriæ poteſtat.&c. par.4. cap.4. num.21. *Reg.Conſtant.ſummi ingenij vir in l.ſi quis, C.de decur.lib.10.n.27.*

Impedimentum ſi ſit cauſatum eo, quòd tractæ non

fuerunt conceſſæ, an excomputum, vel refectio ex impedimento cauſata ſit concedenda; fuit prouiſum in cauſa Comitis Policaſtri, & in cauſa Ducis Montiſalti, quòd ex impedimentis iuſtis ſoluat Reg.Cur. in pecunia valorem, vel permittatur extractio, Reg.de Pōte conſ.88.Capitulum, vol.2.

Impenſæ factæ pro iucundo aduentu Domini an ſint licitæ; fuit iudicatum in Sacr.Conſil. quòd ſic, Io. Franc.Capiblanc. in pragm.8.par.2.num.25. de Baron.

Impenſæ funerum an deduci debeant ex fructibus dotis, vel hæreditatis, vel de proprietate, cùm itaquè Aemilia Bombina reliquiſſet vſufructuarium Lælium Ferraum eius virum vita eius durante, quo ſiquidèm mortuo relictis hæredibus ſuis vniuerſalibus Io. Baptiſta, Mutio, Fabritio, & Laurentio Scaglione filijs Torquati Scaglioni Baronis Pictarellæ, qui hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij acceptauerunt, & dùm dotes dictæ Aemiliæ eius hæredibus reſtituere tenebantur, dubitatum fuit, ſi impenſæ funeralium dictæ Aemiliæ ab ipſo quondam Lælio factæ deducendæ eſſent ex dote, vel ex fructibus dotis, licèt pro parte affirmatiua fuiſſet allegatus tex. in l.ſi filiafamil. ff. ſolut. matrim. vbi expenſæ funerum ſtatim repetuntur, non expectata dilatione legali, vbi gloſ. in verbo fecerit, inquit, quòd facere non tenetur, ſed vir ex dote, niſi quando nulla eſt dos, & facit tex. in l. in eum, ff. de relig. & ſumpt. funer. ibi mulieres quaſi de matrimonijs ſuis, ità de dotibus funerari, & ibi gloſ. ſuper verbo conferre annuit, ſpectare ad eum pro ea parte, qua lucratur dotem, & ad eum, ad quem ſpectat aliud patrimonium pro alia rata, ſi autem maritus non lucratur, vt quia vſusfructus ſibi in dotem datus decedente muliere conſolidetur ſibi, cùm prius eſſet proprietarius, nihil videtur lucrati, cùm & aliàs ea defuncta hoc erat habiturus: quinimmò ex iis facta relatione in Sacro Conſilio per meritiſſimum Regium Conſiliarium Ioannem Andream de Georgio in anno 1615. deciſum fuit, deducendas eſſe impenſas ipſas ex dote, in cauſa Claudiæ Bombinæ cum Cornelia Caputa auia, & nutrice filiorum dicti quondam Torquati, penès Cioffum Actorum Magiſtrum Sacri Conſilij. Ego autem ad corroborationem allegatæ deciſionis cenſeo, antè omnia impenſas funerum eſſe deducendas antè credita ab hæreditate, vt voluit ex mente aliorum Marta in voto 8. num.65. & tàle onus impenſarum ſpectare ad hæredem, ad onus hæreditatis, Peregrin. in tract. de fideicommiſſ. art.35. num.40. Immò datur retentio viro, & hæredibus eius pro expenſis factis in funeralibus vxorum, quia ad illum ſpectat, ad quem dos pertinet, vt per Molſeſ. in Conſuetud. Neapol. par.7. quæſt.16. num.20. ſed an de fructibus, vel de proprietate iuxtà quæſitum allegatum allego Caualc. in tract. de vſufruct. mulier. relict ſub num.227. verſ. dicendum erit, vbi ex mente quampluriмorum DD. concludit, tales expenſas funerales pertinere ad hæredem proprietarium, & non ad vſufructuarium, & antè omnia eſſe deducendas ex hæreditate. Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Imperium merum, & alia iura Regalia non veniunt in conceſſione Terrarum per verba generalia, iuxtà Conſtitut. Ea, quæ ad decus, quæ ſiquidèm Conſtit. locum non habet in Eccleſia, & ità iudicatum fuit, Io. Aloyſ. Mormil. in ſuis ſingul. ad dictam Conſt. in princ.

Imperium merum, & mixtum an veniat ſub generali alienatione feudi cum Regio aſſenſu, vt ſi fuerit ſimplicitèr alienatum à Barone feudum, nil ſibi reſeruando; fuit deciſum, quòd alienans habebit merum, & mixtum imperium in dicto Caſtro, prout habebat antè alienationem, Afflict. deciſ. 122. & ibi Vrſill. ſub num.5. & num.8. refert, fuiſſe deciſum, ſub generali tenore verborum in conceſſione feudi contentorum, altam, & baſſam iuriſdictionem, comprehendi imperium merum, & mixtum, Io. Angel. Piſanell. in addit. ad Afflict. hic cenſet, ſeruari feciſſe deciſa per Affl. in dicta cauſa, de quo meminit Reg. Tap. in l. fin. in 1. p. c.2. nu. 45. ff. de Conſt. Princ. & vide infrà verb. Imperiũ, Reg. de Ponte dec.2. n.18. Batius in annot. ad Afflict. in Conſtit. Ea, quæ ad decus, lit. D. Regalia in fin. vbi limitat, iſtam deciſionem non procedere quando Baro in illa Terra haberet merum imperium tantùm, quia merum veniret, etiam ſi non fuiſſet hoc in venditione expreſſum, Maſtrill. de magiſtr. lib.4. p.2. cap.16. num.11. Regn. Sixtin. in tract. de Regal. lib.2. c.18. n.50. & lib.1. c.5. nu.76. & 77.

Imperium merum, & mixtum, & cauſæ appellationum an veniant in conceſſione alicuius Terræ facta per Regem; concluditur, venire, quamuis non fuerit iudicatum; ſed pendente cauſa in S.C. fuit remiſſa ad R.C. tantò magis attenta poſſeſſione conceſſionarij, Ann. in alleg.52. Reg. Tap. in l. fin. p.1. c.2. n.47. ff. de Conſt. Princip. Reg. de Ponte in dec.2. n.15. Octau. Bammacar. in cap. in generali, n.98. & ſeq. ſi de feud. defunct. cont. vbi refert deciſionem Caroli V. in ſimili caſu denegaſſe poteſtatem cognitionis cauſarum appellationum in conceſsione, ſeù venditione generali feudi, Maſtrill. de magiſtrat. p.2. lib.4. c.16. n.40. 80. & 82. & in tract. de indult. c.20. n.77.

Imperium merum, & mixtum an veniat conceſſo Caſtro cum iuriſdictione, iure communi inſpecto; fuit deciſum in S.C. iunctis Aulis, quòd ſic, Reg. Tap. in annot. ad Conſt. Ea, quæ ad decus, ſub nu. 27. & antè eum idem refert Vrſill. dec.122. n.8. & vide ſuprà verb. Imperium, licèt contrariũ teneat Io. de Amon. in Dialog.55. eſt conceſſum, vt conceſſo feudo cum omni iuriſdictione, & banco iuſtitiæ non veniat merum imperium, & ità audiuiſſe iudicatum in S.C. Parthenopæo fatetur.

Impertinentiæ articulorum in ſecunda inſtantia regularitèr reijciuntur, ſeù non admittuntur, vnà cum teſtium depoſitionibus; ſed in prima inſtantia non reijciuntur; ſed reintegratur aduerſarius ad ſe defendendum aduerſus illos per primum terminum, prout ità fuiſſe iudicatum refert Reg. Rouit. in pragm.12. de ordin. iudic. n.6.

Impubes maior infante, proximuſq; pubertati ſi cõtrahat abſquè tutore an iuramento firmetur contractus, & ſic ex iuramento obligetur; concluditur ſecundùm vnam opinionem quòd non, vt ſunt Ciuiliſtę, reliqui verò concludunt, quòd ſic, vt ſunt Canoniſtæ, ex quo in eo cadit delictum, quarè per S.C. fuit votatum, obſeruandam eſſe opinionem

Ca-

Digitized by Google

Canoniſtarum in iudicando, Affl.dec.322.num.5. Bertaz.in tract.clauſul.clauſ.8.gloſ.2.n.3. Battagl. ad Cyn. in auth.Sacraméta puberum,C.ſi aduerſ. vend.Cagnol.l.pupillum,ff.de reg.iur.nu.10.Marcell.Conuerſ. in tract.de tutel. & cur. tit.de attil. tut. §.1.n.26.

Incendium ſi ſit cauſatum præſumptiuè ex culpa inhabitantium an conductores teneantur ad emendam damni domus combuſtæ Domino; fuit deciſum,quòd ſic, Gramm.dec.3. Vrſill.dec.57.num.8. Andr.Gayl.lib.2.pract.obſeru.in 21.obſeru. Ioachim. Minſyng. ſingul. obſeru. cent.6. obſeru.88. Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.25.n.4.latiſſimè Farin. in eius prax.crimin.q.110.c.1.per tot. Borgn.Caualc.dec.Fiuiz.36.p.5 Ricc.collect.dec.182.Alex. Raudéſ.dec.Piſan.6.n.58.Ioſeph Seſſe dec.Arag. 211. *Virgil.Pinzing.in ſuis quæſt.Saxon.q.24.n.15. latiſſimè Lobrer.in tract.de incendio.c.5.ſub n.1.*

Incidens faciem Imaginis B.M. Virginis qua pęna ſit puniendus; fuit deciſum,eſſe condemnandum ad truncationem manus, & ad pęnam vltimi ſupplicij,Franch.dec.504.Maſtrill.de indult.c.26.nu. 15. & Mart.de iuriſd.p.2.c.38.n.13. & aliam deciſiouem refert Zerol. in prax.Epiſc. in verb.caſus, verſ.Imagines factas, p.1.fuiſſe per M.C.V.in anno 1592.manum amputatam cuidam percutienti Imaginem B.Mariæ cum pugione, & vltimo ſupplicio affectũ, & de hac materia latiùs per Farin. in tit.de delict. & pęn.q.20.nu.68. cum citat Muſcatell.in pract.crim.rub.de blaſphem.n.36. & refert Paris de Puteo in tract.de ludo nu.61.allegatus per Viui.in ſylua comm.opin.in 469.opin. Ludos,n.9.fuiſſe deciſum in S.C.Neap. Luſores percutientes Imagines Dei,& Sanctorum capitalitèr eſſe puniendos,quem etiam allegat idem Præſ.de Franch. in d.deciſ.nu.12.& 13. nouiſſimè Reg.de Ponte in tract. de poteſt.Proreg. rubr. de prouiſ. fieri ſolit.§.2.nu.19. Reg.Rouit.noſtræ deciſionis memor in prag.1.de blaſphem.n.8. Caball.reſol. crim.cent.1.caſ.91.Ricc.in collect.dec.75.&1366. & in prax.eccl.deciſ.871.verſ.Imagines. Nudius tertius die 3. Auguſti 1618. fuit laqueo ſuſpenſus quidam francigena miles, & igne combuſtus antè Caſtrum nouum,eò quòd ictum ſcopicti in faciem B.Virginis immiſerat in Afragolæ Terra. *Ang. Steph.in obſeru.ad Conſt.Mediol.lib.3.tit.5.de pęnis, §.ſi verò.* Io.Bapt.de Thoro I.C.

Incidentia,& emergentia cauſarum eodẽ modo tractari debẽt ſicuti cauſa principalis, etiam in ordine iudicij, quãdo iunctis Aulis cauſa expediri debet, Franch.dec.252.quem ſequitur Reg.Roui.in prag.41.n.3.de offic.S.C. & in prag.1.de cauſ.decid.& ità pluriès deciſũ eſſe teſtatur Ann.in Cõſt. Cõſtit.n.286. *Reg.Tap.vir doctiſſimus,ac ſummus Magiſtratus in dec.Italiæ 1. ſub n.37. & idem deciſum fuit in cauſa Ducis Hadriç,Palma in ſuo diuerſ. iur comm.& Regni, gloſ.9.nu.49.Taſſon de antepb. verſ.3.obſeru.3.ſub nu.112.verſ.5.ſi in votando,& verſ.14.Præſidens.*

Incidentia cauſarũ debere ẽt fieri iũctis Aulis,ſicuti cauſæ principales, an ẽt procedat in incidentibus feudalibus,vt ſi cõpromiſsũ de eis fieri non poſſit, neq; de incidẽtibus; fuit deciſum,ꝙ non poſſit cõpromitti,Ann.in repet.Conſt.Conſtit.diuæ mem. n.286.& ſucceſſiuè pluriès deciſũ,incidentia iunctis Aulis referri,vt ẽt voluit Franch.dec.252.n.7.

Indebitum ſolutum an repeti poſsit vnà cum intereſſe; concluditur ex relatis per Franch.dec.319. ꝙ ſic, ſi ex indebito ipſo aliqua vtilitas reſultauerit,vt ſi indè eſſet emptio facta,alias ſecùs eſſet,& proindè fuit deciſum contra actorem,qui remanſit contentus recipere ſortem, citrà præiudicium intereſſe,ex quo non conſtabat,pecuniam indebitè ſolutam fuiſſe in emptionem conuerſam.

Indulgentia ſi ſit conceſſa delinquentibus alterum occidẽtibus vigore Banni ſuper hoc emanati,exceptis ſacrilegis intus Eccleſiam, & alijs, vt ibi,an gaudere debeat ſacrilegium committẽs in perſonam clerici,extrà tamen Eccleſiam; fuit deciſum, quòd ſic,Franch.dec.499.nouiſsimè Caball.reſol. crim.cent.1.caſ.60.n.6. Ricc.collect.dec.475.

Indulgentia iuxtà formam Regiæ Pragm.promiſſa occidenti delinquentem, & forindicatum non comparentem infrà dies ad comparendum ſtatutos an gaudeat, ſi occiderit citatum à Curia ſeculari non comparentem infrà terminum præfixum, quamuis appareret, eſſe clericum; fuit deciſum, quòd ſic,Franch.deciſ.463. Reg.Tap.in annot.ad Conſt.De perſonis,nu.12.nouiſsimè Caball.reſol. crim.cent.1.caſ.60. Farin.in eius prax.tit.de var. & diuerſ.quæſt.in 103.quæſt. n.318. Ricc.collect. dec.475. Mart.de iuriſd.p.2.c.11.n.9.

Indulgẽtia delictorum an gaudere debeat nominatus ab habẽte poteſtatẽ nominandi pro indulgẽtia cõſequẽda,ſi poſt nominationẽ deliquerit; fuit deciſũ, quòd circa delicta præterita gaudere debeat indulgentia,quò verò ad delicta commiſſa poſt indulgẽtiam M.C.V.iuſtitiam faciat,Franch. dec.433.Baiard.ad Clar.in §.homicidium, n.207. Reg.Rou.in prag.3.de fid.memorial.Ric.collect. dec.1509.Paſc.in tract.de vir.pat.pot.p.4.c.3.n.19.

Indulgẽtia conceſſa occidẽtibus, ſeù capiẽtibus delinquẽtes,exceptis illis, qui offenderũt Gubernatores, Auditores, & Aduocatos Fiſci, iuxtà prag. ſuper hoc latã, an gaudere debeat, qui Actuariũ Curiæ alicuius interfecerit; fuit deciſũ,ꝙ ſic,Frãc. dec.403.licèt de hoc pẽdeat reclamatio,vt in eius addit.annuit, Maſtrill.de indult.c.36.n.10.& ſeq.

Indulgentia conceſſa occidentibus,ſeù capientibus delinquentes,exceptis,qui ſacrilegiũ intus Eccleſiam commiſerint, an gaudeat occidens aliquem antè oſtium Capellæ; non fuit deciſum, quamuis ex rationibus cumulatis per Franch.dec.402.concludatur,quòd ſic,eum citat Maſtril.dec.Sicil.22. vbi refert,ibi fuiſſe iudicatũ contra delinquẽtem, & punitum, qui vulnerauerat quendã in oſtio Eccleſiæ, abſq; ſanguinis effuſione, & vigore ſtatuti dicti Regni puniri debebat pęna manus obtruncationis,vel deportationis,& ſic fuit ad remigandum condemnatus per triennium, nouiſſimè Caball.reſol.crim.cent.1.caſ.13.num.8.Ricc.in praxi var.reſol.reſol.4. *Guazzin.in tract.ad defenſam,in 1.defenſ.c.37.num.45.& ſummus Magiſtratus Reg. D.Sanfelic.dec.19.in fine.*

Indulgẽtia conceſſa delinquentibus capiẽtibus alios malefactores an gaudere debeat is, qui poſt publicationẽ bãni Neap.facti,& in Prouincia Capitanatæ tantũ publicati, non tamẽ in Terra,in qua delictũ fuit commiſſum deliquerit in Terra ipſa; fuit deciſũ,quòd ſic,Franch.dec.360.de qua deciſione, nõ tamẽ de Authore meminit Fab.de Ann. in nouiſſ.addit. ad alleg.55. eius patris; ſed benè

recolligitur, & allegatur Author per Catalan. in tract.de indult.q.50.n.24. Aloyſ.de Leo in l.leges, C.de legibus,nu.7. Maſtrill.de indult.c.24.nu.91.

Indulgentia ſi ſit conceſſa delinquentibus occidentibus maleſactores, excepto ſi delinquẽtes offenderint Miniſtros iuſtitiæ,an gaudere debeat,ſi delinquẽs occiderit maleſactorem, & ex ſuo delicto conſtabat,Commiſſarium iuſtitiæ fuiſſe occiſum, antequàm commiſſio eſſet præſentata in poſſe occiſi; fuit deciſum in beneficiũ ipſius,quòd gauderet,Frãch.dec.326.latè modernus Doctor Petr. Caball.reſol.crim,cent.2.caſ.148. Maſtrill.de indult.c.36.n.21.& c.42.n.7.

Indulgentia ſi ſit conceſſa delinquentibus capientibus maleſactores,iuxtà pragm.quæ ortum habuit ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis,ſecundùm Andr.in Conſt.Pœnam eorum,col.8.ibi ſic conſueuerunt facere Inquiſitores hæreticorum, & Patarenorum, quando hæreticus hæreticum capit,aut detegit, an gaudere debeat qui delictum in Ciuitate Neapolis commiſerit, & aliud extrà Ciuitatem, pro delicto tamẽ commiſſo extrà Ciuitatem non obſtante impedimento alterius delicti in Ciuitate commiſſi exceptuati in Banno indulgentia militabat; ſed quia pro delicto commiſſo in Ciuitate inquiſitus prætendebat eſſe innocens, proptereà fuit cauſa remiſſa prouidẽda M.C.V. citrà præiudicium partis, Fiſci, & petitæ indulgentiæ, Franch.dec.330. Io.Franc.Capibl.in prag.6.n.58. de Baron.Maſtrill.de indult.c.26.n.9. *Guazzin.ad defenſam.in 2.defenſ.nu.25.Reg.Sanfelic.vir patritius Neap.dec.55.n.18.*

Indultatus ſi fuerit captus cum indultu, & indultus reuocetur,clarum eſt,quòd debet reponi in priſtinam libertatem,quid ſi inquiſitus fuerit captus cũ nominatione,an debeat reponi in priſtinam libertatem, ex quo fuit captus cum ſimplici nominatione;fuit deciſum in S.C.captum eſſe reponendũ priſtinæ libertati, Aſcan.Tolom.in addit.ad Nũt. Tartagl.in eius Marghar.Fiſci 2.p de defenſ.reor. c.5. incip.ſi delinquens, de quo recordatur Baiar. ad Iul.Clar.in §.homicidium, n.216.

Indultus generalis non dum publicatus,ſed tantùm coràm nonnullis declaratus cum reſeruatione aliquorum an poſsit à Principe reuocari, vel reſeruatorum numerus augeri; concluditur, quòd ſic, Capyc.dec 133. Vrſill.dec.361.n.43.

Indultus conceſſus delinquẽti à Prorege abſq; partis remiſsione an valeat; fuit in Conſil.Collat.bis deciſum, non valere, & delinquens captus punitus, Ann.in repet.cap.1.de vaſall.decrep.ætat.nu. 255.vbi Fab.de Ann.in addit.nouiſſ. dicit, idem poſteà accidiſſe, & ſic fuiſſe deciſum.

Indultus factus per Baronem Terræ alicui vaſallo pluriès delinquendo, & reiterando homicidia an iuuet prædicto inquiſito, & carcerato in M.C.V. fuit per M.C.V.concluſum,ac decretum,eſſe vltimo ſupplicio condemnandum, ex quo in aliquibus homicidijs nõ aderant partium remiſſiones, nec aliqua concordia,Gramm.in vot.35.tremẽdi Dei præſidio, &c. eũ citat Farin.in tit.de inquiſit, c.5.n.10. Nunt.Tart.in prag.fin.de compoſ.n.13.

Indultus admittitur pro delictis,in quibus eſt accuſatio inſtituta, vel informatio formata, & ſic ad pendentes proceſſus, non ad futuros porrigitur, inquit Bald.l.2. C.de gener.abol. & pro eius opinione eſt deciſum,eſſe neceſſarium,vt indultãdus in precibus exprimat omnia delicta, pro quibus vult indultari, vt pluriès reſcripſit Reg. Collat. Conſ.& maximè Audientiæ Aprutij,vt inquit Io. Grãd.de Bell.exul.in 3.q.n.25. rub.de quantitate.

Indultus generalis alicui conceſſus de omnibus criminibus an extendatur ad delicta in officio commiſſa; concluditur,quòd non,per tex.in l.mancipia, vbi Bald.C.de ſeru.fugit. niſi in ſpecie fuerit dictum à Principe,& ità in facto contra quendam Comitem,qui habebat indultum generalẽ de criminibus fuit pronũciatum, quòd non extendatur ad extorta à ſuis vaſallis ratione officij,& meri,& mixti imperij,quod habebat,vt in pleno Conſilio obtinuiſſe fatetur Paris de ſynd. verſ. an ſi poteſtas condemnauit,n.9.fol.25.

Indultus generalis cõceſſus à Rege debitoribus, nẽ moleſtentur per certum tẽpus à creditoribus priuatis, vel Fiſco, aut delinquentibus,an extẽdatur ad fideiuſſores; deciſũ fuit tã per R.C.S.quã per M.C.V.facta relatione in Collat.Conſil. affirmatiuè, D.Garſ.Maſtrill.in tract.de indult.c.19.n.3.

Indultus generalis à Rege conceſſus contra delinquentes an extendatur ad extrahentes equos extrà Regnum,exiſtente Regia Pragmatica prohibitiua; deciſũ fuit in anno 1573.die 24.Ianuarij, referente Præſidente Annibale Moles affirmatiuè, D.Garſ.Maſtrill.in tract.de indult.c.19.nu.15.

Inimicitia contracta per vaſallum cum Inimicis Domini licèt non ſit de genere prohibitorum,tamen probandum erit,vt ſit in damnum ipſius, quarè ſi ad hoſtes acceſsiſſet, quia id eſſet illicitum S.C. decreuit contra quendam,qui tempore belli Gallorum moram traxerat in Terris Rebellibus, Capyc.in inueſtit.feud.rubr.feuda amittuntur, verſ. videtur,quòd debeat fieri,fol.50. eum citat Liparul.ad Andr.in c.1. quib.mod.feud.amitt.lit.L.incip.§.cùm patronus in fin.

Iniuria ab Electo Ciuitatis facta alteri Electo proijciendo chyrotecas in faciem,dicendo,tu mentiris coràm Regio Officiali, quomodò puniri debeat; fuit per Regiam Audientiam condemnatus Electus per triennium ad relegationem in Inſulam, & ità confirmatum per M.C.V.quamuis per S.C. ex benignitate commutata pena in triennale exilium, Reg.Tap. in annot.ad Conſt. Cultus iuſtitiæ,verſ.tempore inquit I.C.

Iniuria illata Officiali, ſeù Capitaneo alicuius Terræ an computetur inter crimina læſæ Maieſtatis; fuit iudicatum,eſſe crimen læſæ Maieſtatis, & ſecundùm terminos l.quiſquis, Muſcatell.in pract. crim.rub.de crim.læſ.Maieſt.n.52.

Iniuria illata alicui quouis modo ſubdito ex iuris diſpoſitione cenſetur facta Domino, ſic de conſimilibus aſſerunt Doctores de iniuria facta vxori, quòd cenſeatur facta viro, Gramm.conſ.crim 45. n.6. Milleus in praxi crim.verb.Iacchus ebriosum. 51. Marſil.conſ.1.n.18.Iul.Clar.in §.iniuria,nu.4. Petr.de Barbo. inter conſil.crim. diuerſ. conſ. 95. nu.32. vol.1. ſic etiam iniuria facta filio cenſetur etiam facta patri. idem Mill. vbi ſuprà, Modeſt. Polent.inter conſ.crim.diuerſ. to.2.conſ.83. n.11. iniuria facta vni ex familia cenſetur facta toti familiæ, Marſil.conſ.31.n.16.conſ.68.nu.2.Gramm. conſ.crim.12.n.27.conſ.45.n.4. conſ.57.nu.6.& 7. Modeſt.Polent.vbi ſuprà n.5.iniuria facta vni fratri

Digitized by Google

tri cenſetur facta alteri fratri, Rayn. de Monte Vbian.inter conſil.crim.conſ.7.n.7.to.1.& iniuria facta vni de conſortibus cenſetur facta omnibus de conſortoria,Petr.de Borbo.in conſ.98.n.28.iniuria facta vni de Collegio cẽſetur facta toti Collegio, ità paritèr iniuria clerico,vel alteri religioſo illata,cenſetur Eccleſiæ illata, Petr.à Placza in epit.delict.c.6.n.18. & iniuria facta ſeruo,cẽſetur facta Domino,Marſil.in conſ.115.nu.15.Franc.de Aluar.inter conſ.crim.diuerſ.conſ.74.nu.41.to.1. paritèr iniuria facta vaſallo,cenſetur facta Domino,Bal.in c.1.§.iniuria punitur, num.5.de pac.iur. firm. & demùm iniuria facta Officiali Regis,ipſi Regi cenſetur facta, Marſil. d.conſ.115.nu.16.& iſto caſu pęna duplicata locum ſibi vendicat ex Conſt.Regni Vt participatio,nam ſicut qui honorat ſubditũ meum,me honorat,ità è cõtra, Iacob. de Beluiſ.in praxi crim. rubr.de iniur. verſ. iuxtà premiſſa quęro,& hoc potiſſimùm grauius exiſtimatur, ſi intuitu officij fieret,tunc etiam offenſa cenſeretur perſona Officialis, ſeù Regis, Boer.in tract.de ſeditioſ.q.7.n.36.vt in terminis reſiſtentię factæ Alguzerijs M.C.V. tradit Franch. dec.722. cùm itaq; contingiſſet elapſis menſibus de mandato Excell.Proregis iuſtitiæ exequutionem fieri in Ciuitate Sueſſæ,& per Ciuitatem reus quidam pro inciſione monetarum ad ſuſpendium duceretur, & vt moris eſt in omnibus Tribunalibus per Preconem promulgari nomen, & cognomen rei, atq; cauſam delicti paſſim, & pluriès repetendo, quod fit,vt crimen deteſtetur,& vt alij deterreantur, vt ſingularitèr tradit Marc.Mantua in apoth. 83.incip.in l.fuſtibus, in 2.p.aliàs 583.vbi alia notatu digna de hoc proſequitur; At cùm Preco iſte nomen inquiſiti,& cognomen promulgaſſet,& ex errore fortè dixiſſet,eſſe de Sueſſa,qui in rei veritate Siculus erat, & inquiſitus,vt ſuprà,quidam Nobilis eiuſdem Ciuitatis improbando Nationis errorem palàm dixerat Preconi,mẽtiris,quoniam nunquàm Gentes Sueſſanæ conſimilia perpatrãt, ob quod capta informatione, & in carcerem coniectus, fuit demùm ſeruatis ſeruandis pro tali iniuria Preconi illata per biennium relegatus in Inſulam declarandam per Suam Excellentiam facta relatione in Collat.Conſil. per Franciſcum Cæſarem Iudicem benemeritum cauſarum criminaliũ de hoc anno præſenti 1619. de menſe Ianuarij in cauſa P.de Tranſo Nobilis eiuſdem Ciuitatis, vt mihi relatum fuit. *Poſt hæc inſurrexerunt conſilia, ſeù reſpõſa doctiſſimi viri, ac I.C.celeberrimi Neap. mei Præceptoris Iacobi Galli,qui in conſ.82.ſpecificè caſum ſimilem adduxit de Precone banniente aliquẽ nomine Magiſtratus, & ſi aliquis reſpondendo dicat*, chi vuol dir queſto,menti per la gola, *vt ſit iniuria atrox, & puniri debet arbitrio Iudicis,vt ibi erit videre.* Io.Bapt.de Thoro I.C.

Iniuriam inferẽs Sacerdotibus, alijſuè Miniſtris Eccleſiaſticis in Eccleſia de iure grauiſſimè punitur, l.ſi quis in hoc genus,C.de Epiſc,& cler.cuius diſpoſitio non tantùm procedit contra offendentes perſonas Eccleſiaſticas in Eccleſia;ſed etiã contra offendẽtes laicos ibidẽ,vt optimè põderat Frãch. dec.402. nu.1. & ob id nouiſſimè ſancitum eſt ex nouella pragm.edita ſub die 22.Iulij 1583.ſituata in nouiſſimis pragm.de exul. pragm.5.non debere gaudere guidatico delinquentes in Eccleſia, quapropter cùm contingiſſet annis elapſis quempiam ex Oeconomis Charitatis Tẽpli Neap. degentis,quod eſt confugium coniugatarum mulierum periclitantium ſollicitaſſe mulierem ibidem exiſtentem grauiſſimè correctus fuit,cauſa cognita in Collat.Conſil. vt refert Mut.Surg. in annot. ad opus eius Germani de Neap.illuſtr.cap.22.ſub priuil.42. fol.379. verſ.eſt quod ſub nomine Charitatis,vbi ſubdit,nec parũ ab hac diſtarunt cauſa honeſtatis, religioniſq; termini, de quibus in l. ſi quis, C.de epiſc.& cler. Attamen hodiè in dicta Eccleſia ceſſauit confugium talium mulierum, in quarum locum ſubingrediferunt Virgines Ciues Neap. honeſtiſſimæ, & inita rectitudine, & zelo ſanctitatis per Oeconomos gubernantur, inter quos prefuit pro Oeconomo per plures annos iuſſu Illuſtriſſimi Proregis V.I.D. Fabius de Falco vir ſingularis bonitatis, ac morum probitatis, & paritèr in Templis S.Annunciatæ Neap. ac Montis Pietatis ob eius inſignes virtutes inter Gubernatores aſcitus, & nouiſſimè conferunt dicta per Viuium dec.497. in princ.

Iniurians aliquem, quamuis verum dicat, an puniri debeat,ſi animo iniuriandi dixerit,vel è contra,in facto occurrenti fuit cliens abſolutus,eò quòd iniuriauerat ſuum Procuratorem, appellando proditorem,ex quo eius articulos parti aduerſæ oſtẽderat contra ſententiam condemnatoriam, Vrſill. dec.296.nu.13. cum citat Viui. in ſylua commun. opin.in opin.6. incip.Actione iniuriarum,n.3.Farin. in eius prax. tit.de var. & diuerſ.crim. q.105. n.245.Famian.Centolin.in addit.ad conſ.30.Farinac.col.vlt.verſ.duodecima eſt opinio.

Inquilinus an teneatur ſtare ſucceſſori particulari ementi rẽ locatam ſub haſta,& ſic ex neceſsitate; non fuit deciſum, licèt concludanir cõtra inquilinum, & ſic fuit iudicatum, vt dicã in verb.ſucceſſioni,Frãch.dec.488.Ricc.collect.dec.630.& 631.

Inquilinus conuẽtus ex cauſa territorij occupati ad declarãdum,ſi tenet,& poſſidet,& ità declaràs in cõcluſione aſſeruit, territorium eſſe alicuius Monaſterij, an propter illam ſimplicem aſſertionem primæuam factam in principio cauſæ condemnari debeat ad reſtitutionẽ poſſeſsionis; fuit deciſũ, quòd ſic,ſaluis iuribus Monaſterio, Affl.dec.126. Viui.dec.308.nu.13.Caroc.de locat.p.6.q.4.nu.8.

Inquilinus nouus an poſsit veterem expellere, qui offert ſe tantundem ſoluere;fuit concluſum,quòd non, quia Conſuet. Neap. habet locum in fundis ruſticis, nõ autem in fundis vrbanis, Affl.dec.238. n.5. Flamin.Carthar.dec.Genuæ 97.n.4.& ſeq.aſſerens, Rotam illam tenuiſſe,quòd inquilinus nouus poſsit veterem expellere, ſi tantundem ſolueret,& vide ſuprà verb.conductor, Ricc, dec,181. p.1.Zerol.in prax.Epiſc.verb.ius congrui,in prin. p.1. *Caſtill.dec.Sicil. 114.p.2.vbi declarat hanc deciſionem qualiter procedat, & peritiſsimus Conſil. Gizzarell dec.5.Barbat. probatiſsimus I.C.de diuiſ. fruct.p.1.c.3.nu.86.Maſtrill.doctiſsimus I.C.dec.Sicil.309 n.8 p.4.*

Inquilinus ſi ſteterit in domo conducta per decem annos à medio tempore, nec ipſe reconduxit,nec dominus requiſiuit; ſed ambo omni anno tacuerint, ſi in medietate menſis Auguſti acceſſerit ad dominum, & renunciauerit domum, portãdo clauem, & pecuniam pro exitu,an poterit renuncia-

re, ità quòd nõ poſſit per dominũ compelli ad habitandum pro illo anno, fuit deciſum, quòd non, quia eodem modo potuiſſet dominus in medietate menſis illius expellere conductorem, & alteri locare. Capyc.in addit.ad Cõſuet. Sed ſi fundum, de locato, incip. fuit iudicatum, fol. 374. & 375.

Inquiſitio generalis contra Officialem iam liberatũ à ſindicatu an concedi debeat per Principem; fuit in Collat.Conſil. determinatum, eſſe concedendã, non obſtantibus literis liberatorialibus, quæ faciunt ad interpretationem Capitulorum, Pragmaticarum, & Conſtitutionum Regni, ex rationibus nouiſſimè adductis per Reg. de Ponte in dec. 26. de iure communi, vbi n.22. ponit deciſionem, annuens ità pro lege communi eſſe ſeruandum.

Inquiſitus ſi ſit liberatus ſub fideiuſſoria cautione in forma, ſi poſteà carceretur, & condemnaretur ad triremes ſine cauſæ cognitione, & diei appoſitione, an exequutioni demandari debeat ſecundum decretum, fuit deciſum, vltimum decretum eſſe nullum, quoniàm nõ fuit appellatum intra legitima tẽpora à primo decreto per partẽ, & proindè illud primũ exequutioni demãdari debeat, Frãch. deciſ. 398. Caball. reſol. crim. cent. 3. caſ. 133. in fin.

Inquiſitus condemnatus ad intereſſe partis ſi nõ habuerit in ære, & fuerit admiſſus ad luitionem corporis, qua pęna puniri debet; regulalatèr in S.C. obſeruatur, eſſe cõdemnandum pęna triremium; ſed in caſu occurrẽti iam inquiſitus ex delicto fuit ad triremes condemnatus; ſed pro pena luitionis in corpore ob defectum æris ſucceſſit pęna exilij; & ità damnatus fuit, Franch. dec. 358. in fin. Guazzin. in tract. de cõfiſc. bon. concl. 31. n. 15. cum ſeq. Peguer. dec. Cathalon. 68. nu. 4. Caball. reſol. crim. cent. 1. caſ. 77. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 13. n. 94. Guazzin. in tract. ad defenſam. in defenſ. 35. c. 8. nu. 6.*

Inquiſitus de homicidio inſimul cũ alijs, ſi non apparet, cuius ictu mortuus ſit peremptus, qua pęna puniri debet; fuit deciſum in contingenti caſu, puniendum eſſe per quinquennium in Inſulam relegatum, ait Gramm. deciſ. 11. ſequuntur Iul. Clar. in §. fin. q. 63. n. 8. Sigiſm. Scacc. de iudic. cauſ. ciuil. & crim. c. 97. n. 91. Farin. in tit. de oppoſ. cont. perſon. teſt. q. 56. n. 415. Viui. dec. 439. n. 37. idem Farin. in tit. de reo confeſſo, & conuict. q. 86. n. 82.

Inquiſitus pro crimine ſacrilegij commiſſi intus Eccleſiam, cùm ſit crimen exceptuatum non debet gaudere indultu iuxtà Reg. Prag. & ſi fuerit carceratus, ẽt pro alijs delictis, dùm fuiſſet decretum, non debere gaudere indultu, an ſit reponẽdus priſtinæ libertati; nam tunc reponendus erit priſtinæ libertati, quando dubium eſſet, poſſe, vel nõ poſſe gaudere, non tamen quando eſſet clarum; fuit deciſum eſſe reponendũ in priſtinã libertatẽ, Aſcan. Tholom. in add. ad Nũt. Tartagl. in eius Marghar. Fiſci p. 2. de defenſ. reor. c. 1. incip. ſi delinquens.

Inquiſitus, ſiuè accuſatus ſi nolit examinari, nec deponere vt principalis, quid agendum, aliqui dicebant, eſſe ei denegandum cibum paulatim, alij aſſerebant, eſſe ponendũ in loco, vbi frigore moriretur; ſed concluditur, eſſe torquẽdum, non ad eruẽdam veritatem; ſed ad eruendam reſponſionem affirmatiuam, vel negatiuam, Capyc. dec. 145. cum citat Sigiſmund. Scacc. de iudic. cauſ. ciuil. & crim. c. 86. nu. 49. Foller. in pract. crim. rubr. & ſi confitebuntur, 3. p. 3. partis, n. 4.

Inquiſitus qui cùm diſceſſiſſet à terra cũ aliquo ſocio, & in via ſocius fuerit interfectus, & diſrobatus, exiſtẽte contra ipſum fama, ac etiam ſocietate itineris, & attenta cõfeſſione ipſius de homicidio, & furto, ob quòd dùm eſſet tàm per Regiam Audiẽtiam, quàm per M.C.V. damnatus ad mortem, deuolutaq; cauſa appellationis ad S.C. fuit per eũ prouiſũ, eſſe ei concedẽdas defenſiones, in quibus vnicus teſtis deponebat inquiſitũ reuerſum à certa terra, quæ à loco, vbi commiſſum erat homicidium duodecim milliaribus diſtabat, & ab Vrbe vndè diſceſſerat 24. milliaribus, cùmq; eodẽ die, quo diſceſſerat reuerſum fuiſſe in eius cõfeſſione affirmaſſet, deducebat, non eſſe veriſimile, vt qui mane poſt lucem diſceſſerat menſe Martij, & in eundem locum hora 24. reuerſus fuerat, potuiſſet homicidium perpatrare propè locũ vbi degebat perceptor, & iter 48. milliarium decem horarum ſpatio pedeſter perficere, quę licèt per vnicum teſtem eſſẽt probata; ſed per alios comprobata, qui de longitudine itineris deponebant, & audita per S.C. depoſitione fratris occiſi, qui horã diſceſſus, atq; reuerſus iuxtà defenſionis articulum cõfitebatur, fuit interpoſitum decretum, quòd iterũm torqueretur, & illata tortura, cũ omnia negaſſet, fuit liberatus, poſt cuius liberationẽ fuit derectũ per Reg. Audientiam, alios carceratos id commiſiſſe delictũ, de quo imputebatur inquiſitus, Reg. Tap. in annot. ad rit. 259. incip. Item non appellatur vigore, n. 5. Petra ad Gramm. dec. 94. ſub n. 38.

Inquiſitus de duobus homicidijs an ſit puniendus, vel liberandus, aut torturæ ſubijciendus, ſi in vno homicidio tantùm extaret principalis depoſitio, & in ſecundo adeſſent depoſitiones ſociorum criminis malæ famæ, & conditionis deponentium, cum eis interueniſſe prædictum inquiſitum inſequentem occiſum, quamuis non appareat de percuſſore; concluditur pro inquiſito, eſſe liberandũ, & ità exequutum fuiſſe teſtatur Gramm. conſ. crim. 70. æterni Numinis.

Inquiſitus in iudicio ſuſpenſionis an debeat audiri, eiq; dari capita, ex quibus ſuſpenſio prætenditur; fuit in Collat. Conſil. deciſum, eſſe audiendum, & dandam eſſe ei facultatem ad percunctandum capita, & ſcripturas omnes publicas contra eum productas, & ſufficere pro articulo ſuſpenſionis qualem qualem probationem, & non requiri plenam, Reg. de Ponte dec. 7. fuit inquiſitus, n. 16.

Inſinuatio an requiratur in donatione Regis, & quid in donatione Reginæ viduæ, in dictis caſibus concludit Fab. de Ann. in cõſ. 108. in hac cauſa, à n. 5. ad 26. quòd non requiratur, & proptereà fuit in S.C. deciſum ad relationem R.C. dùm fuiſſet oppoſita hæc exceptio, eſſe procedendum ad expeditionem cauſæ, non obſtantibus exceptionibus exhibitionis ſcripturæ donationis, tranſlationis inſtantiæ, & dationis curatoris, ſalua prouiſione facienda reſpectu inſinuationis in deciſione cauſæ principalis, & ibi Ann. n. 38. ponit deciſionem, Io. And. Georg. alleg. 33. cum fuiſſet, n. 33.

Inſtantia in criminalibus perit biennio, ſi enim dilatio ipſa decurrerit ob partis impedimentum, an ei prodeſſe debeat, vt inſtantia perimat; fuit deciſum, quod ſic in fauorem inquiſiti, Franch. dec. 250. & in addit. eiuſdem refert, idẽ fuiſſe in alia cauſa deciſum, Tap. in Conſt. Omnes baiuli locorum, nu. 4.

n.4.inquit,fuiſſe iudicatum, ſtante peremptione inſtantiæ, quòd inquiſitus liberetur, & ait, hodiè eſſe pragmaticam Comitis Benauenti, per quam fuit ordinatum, quòd per lapſum temporis non perimat inſtantia in criminalibus, vt in pragmat. edita in anno 1605.die 24.Octobr.incip.à noſtra notitia, quæ eſt 51. de offic. Mag. Iuſt. meminit Amend.ad Franch.dec.250.n.20.

Inſtantia perempta in criminalibus, nec alitèr per Proregem prorogata ad petitionem reſponſorij Fiſci, vt fieri ſolet, non poterit amplius contra inquiſitũ procedi, ét ſi fuerit liberatus ſuper nouis, de ſe præſentando in forma, quamuis ſuperuenerint teſtes de viſu,& noua indicia, vt fuit deciſum per M.C.V. & S.C. refert Conſtant. Papa in add. ad Carau.in tit.245.in add.incip. Item quòd cauſæ,licèt hodiè per nouellam pragmaticam Comitis Benauenti Proregis editã die 24.Octobr.1605. incip.à noſtra,&c.ſit ſublata hæc ſolemnitas prorogandi,& petendi prorogationem inſtantiæ;ſed cenſeatur ſemper facta totiès,quotiès opus fuerit, & idẽ Conſtant. in eius tract.ad arbit.M.C.V.c.4. num.53.ait, fuiſſe tàm per M.C.V. quàm per S.C. deciſum in contradictorio iudicio, vt perempta inſtantia vlterius procedi nequit,etiam quòd mille teſtes de viſu ſuperuenerint,nõ obſtãte fideiuſſione pręſtita ſub illis verbis, totiès, quotiès, &c. *Donat. Ant.de Marin.reſol.quotid.c.184.n.5.*

Inſtantia ſemel perempta in ciuilibus an iterùm reuiuiſci poſſit per inſufflationem ſpiritus vitæ;decjditur,non vltrà duas vices,Gramm.dec.69. & in conſ.ciuil.165.Muſcat.in pract.S.C.p.7.gl. ſententias,nu.51.ſed Viſil.dec.346.tenet contrarium,& Ann.in Conſt.Conſtit.diu.mem.n.291.dicit,fuiſſe vſq;ad quintam vicem conceſſam inſufflationem, Capibl.in prag.8.n.139.de Baron. Maſtril. de magiſtrat.lib.3.c.4.n.370.& 371.Zerol.in prax. Epiſcop.verb.inſtantia,par.1.Ric.in collect.deciſ.89. *Aſin.in praxi iudic.§.2.c.16.n.16.*

Inſtantia perempta facto actoris litẽ non proſequentis,ſi conuentus inſufflationem ſpiritus vitę obtinuerit,an ad expenſas teneatur reus ipſe; fuit deciſum,quòd non,ſed potiùs quòd actor ad expenſas teneatur;ad quem ſpectat ipſarum periculum, Gramm.dec.91. vbi in n.3.allegat Andr. in Conſt. Regni Spontè volentibus,&c.& credo, quòd in hoc loco voluit allegare Boer. in dec. 247. nu.11. dùm aſſerit,id dicentem Andr.in quadam Conſt. Regni, quod hodie eſt expeditum per pragmaticam vnicam de inſtan.cauſ.non reſtituen. ſine expenſ. Muſcar.in prax. S.C.p.7.in 1.lib. gl.ſententiam.in add.ſub n.53.lit.E. incip. vtimur proprio, Ric. in collect.dec.89. 516. & 2049. Reg.Roui.in prag.5.n.15.de inſt.cauſ.nõ reſt.*Coſt.de retrotract. caſu 17.c.9.n.5.*

Inſtantia an detur,quando peteretur exequutio ſententiæ latæ, quæ dicitur tranſmiſſa in rem iudicatam,& imploratur Iudicis officium;fuit deciſum, quòd ſi ageretur actione in factum pro exequutione, quòd eſſet dare inſtantiam,ſecus ſi ageretur Iudicis officio pro exequutione ſententiæ, & nil opponeretur, & ità nil Iudex pronunciare cogeretur,niſi exequi ſententiam,ſecus ſi Iudex haberet aliquid pronunciare, quia tùnc in iſtis exequutinis eſſet dare inſtantiam,Affl.dec.346. à n.1. ad 12.Borgn.Caualc.dec.finiz.17.p.1.n.17. Reg. de Poot.dec.32.n.4.Muſc.in pract. S.C.lib.1.p.7. gl.ſententiam,in add.n.53.incip. vtimur, Battagl. in add.ad Cyn.in l.properandum, C.de iudic.Caroc.in eius dec.caſ.44.n.1.2.& 3.*ſolertis vir,& doctus Alex.Trentacinq.variar.reſol.lib.2.reſol 4.n.3. verſ.in primo caſu,D.Reg.Sanfel.dec.92.n.4.*

Inſtantia cępta cum laico an tranſeat ad clericum ſucceſſorem;fuit deciſum,quòd nõ, Vrſil.dec.213. n.2.Molteſ.in add.ad q.8.tit.de perſon.n.5.

Inſtantia perempta ex lapſu triennij reſuſcitata per inſufflationem ſpiritus vitæ à Principe an ſecundò reſuſcitari poſſit per eandem inſufflationem; fuit deciſum,quòd ſic,Capy.dec.165. Gramm. dec.69. ſub n.4.Muſcat.in prax.S.C.p.7. gl.ſententiam,n.50.& ſeq.Tap.in Conſt.Omnes bauuli locorũ,n.7. Vant.de nullit.rub.ex defect.iuriſd.n.127.nouiſſimè Io.Fran. del Caſtillo dec.Sicil.11.n.24.Ric.in collect.dec.89 Piſanel.in add.ad prag.incip. M.C. V.in antiq.in tit.de appell.in cauſ.aſſiſt. f 466.incip.an aũt inſtãtia refert,ità ſępius obtinuiſſe,& citat iſtam deciſionẽ,Mart.de iuriſd.p.2.c.45. n.17. *Aſin.in praxi iudic.§.2.c.16.n.14.*

Inſtantia in criminalibus quamuis pereat biennio,ſi per Iudicem ſteterit, quòminus cauſa criminalis expediatur,an repellatur accuſator ad iterum accuſandum;concluditur,& ſi in ciuilibus perempta inſtantia per triennium competat ius agendi de nouo, non tamen procedit in criminalibus;nam tunc ſi culpa accuſatoris perit, ſibi imputabitur, nec amplius audietur,ſecus ſi culpa Iudicis,Capy. dec.206.Franch.dec.250.Carau.in tit.248.

Inſtantia cępta per vſufructuarium an eo mortuo tranſeat in proprietarium, ità quòd ſi pater iudicium cęperit contra alium,poſſit filius & ſi patris hæres non ſit,ipſam proſequi ; fuit deciſum, quòd procedatur ex eiſdem actis ad vlteriora,Ann.in alleg.14.Ric.collect.dec.688.

Inſtantia in cauſis Fiſcalibus an pereat in R.C.S.cõcluditur, quòd non,& ità ſeruatum, Ann. in ſing. 243.inſtantia,Reg.Tap.in l.ſi.p.2.c.4. n.34. ff.de Conſt.Princ. Paſch.de vir.pat.pot. p.1.c.8.nu.22. Ric.collect.dec.90.

Inſtantia in criminalibus de iure perit biennio, ſi tamen fuerint ſeptem anni elapſi,& ferè octo, vt in contingenti caſu, & per inquiſitos obiectum, ad vlteriora procedi non poſſe,ſtante peremptione inſtantiæ nedùm per lapſum biennij à die litis cõteſtatæ,immò triplicati,& quadruplicati biẽnij,an ex eo erint amplius moleſtandi,attenta grauitate delicti venenationis;fuit per Collat.Conſil decretum,eſſe excarcerandos,& liberandos ſub fideiuſſoribus de ſtando iuri,& ſe pręſentando,Gramm. in vot.31. incõprehẽſibilis Dei præſidio repetito.

Inſtantia cępta cum defuncto an cenſeatur tranſlata in donatarium tanquàm ſucceſſorem particularem;concluditur,dùm eſſet oppoſitum de tali exceptione, ſucceſſorem virtute donationis vniuerſalem eſſe loco hæredis,& ſic omnia,quę de tranſlatione inſtantiæ ad heredem ſunt à DD. tradita, ad talem,qui loco hæredis habetur applicari poſſunt,& ob id fuit in S.C. deciſum ad relationem R.C.in cauſa Regis Poloniæ eſſe procedendum ad expeditionem cauſæ,non obſtãtibus exceptionibus exhibitionis ſcripturæ donationis, tranſlationis inſtantię,& dationis curatoris,Fab.de Ann. conſ.108.in hac cauſa,à n.27.ad 32.vbi n.38.ponit

deci-

deciſionem, de qua etiam meminit Io. Andr. de Georg. in alleg. 33. cùm fuiſſet, n. 33, licèt de iure concludatur, quòd non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, vt aliàs in facto deciſum fuit in S. C, refert Tap. in Conſtit. Omnes baiuli, n. 6. ſubdens; quòd licèt in ea cauſa fuerit dictum, quòd procedatur ad vlteriora, fuit, quia iſte, qui nūc erat reus fuerat laudatus in authorem tempore, quo lis mota fuerat contra primum reum, cui nunc iſte ſucceſſerat,

Inſtantia litis an paritèr ceſſa cenſeatur per creditorem cedētem ceſſionario, vt ipſe litem ipſam cęptam poſſit proſequi, non obſtante partis obreptione, vel requiratur ſpecifica ceſſio, non autem in genere ſub illis verbis, ceſſit omnia, & quæcūq; iura ſuper omnibus, & quibuſcunq; quomodocunq; & qualitercunq; ponens eum in locum ſuū, concluditur per Reg. de Pont. conſ. 7. pars præſupponit, vol. 1. à n. 15. & ſeq. vt n. 21. refert, ſecundū prædicta fuiſſe iudicatum iunctis Tribunalibus S.R.C, & R.C.G. utb. dec. Sicil. 84. n. 12.

Inſtantia cauſę an ſit finita, ſi Rex delegauerit causā non decidendam; ſed ſibi referendā, & lapſo triennio non fuerit facta relatio per Iudices, licèt videatur dicendum, quòd ſic, ex generalitate l. properandum, C. de iudic. tamen contrarium obtinuiſſe fatetur Luc. de Penn. in l. ſi quis nauicularius, ſub n. 44. verſ. pone, vt fuit de facto. C. de naufrag. lib. 11. vbi rationem aſſignat, nam debet remanere intacta cauſa, donec Rex ſua ſpontè motus, & conuocari Iudices iuſſerit, & ſibi referri patiatur, per iura ab eo citata, *Reg. de Pon. conſ. 142. n. 6. vol. 2.*

Inſtantia cauſæ an perpetuetur, ſi fuerit facta citatio ad dicendum de triennio in triennium, & ſic de ſingulis; fuit deciſum, quòd ſic per S.C. & interpretata pragmatica de inſtan. non reſtit. immò ꝙ ſufficit vna citatio ad dicēdum, etiam quòd elapſi eſſent nouem anni, vt pluries deciſum fuit in S.C, in caſibus relatis per Piſanel. ad Affl. dec. 283. Maſul. in add. ad Capy. dec. 109. n. 13. vbi refert, fuiſſe pluriès deciſum in S. C. vt per citationem ad dicendum perpetuetur inſtantia iuxtà mentem Affl. vt Muſcat. in prax. S.C, lib. 1. p. 7. gl. ſententiam, in add. lit. F. incip. ſt. de pact. & ità pluriès deciſum, non obſtante oppoſitione peremptionis inſtantię ſententiam latam eſſe exequutioni demandandā, vel procedendum ad ſententiam, vt collexit Ric. collect. dec. 1247. & nouiſſimè Mareſco. var. reſol. lib. 2. c. 134. n. 2. vbi omnes deciſiones deſuper factas citat.

Inſtantia cauſæ an perimat ſtante ordine Regis delegantis, cauſam non decidendam, ſed ſibi referēdam lapſo triennio, non alitèr facta relatione, fuit iudicatum, quòd non, Reg. de Pont, conſ. 142. ex lectura ſub n. 6. verſ. pone, vt fuit, vol. 2. vide ſupra eod. verb. Inſtantia.

Inſtantia an iudicetur perempta ex culpa partis in damnum alterius, ſi per ipſam partem fuerit præuijs impedimentis & dilationibus protelata; Item ob multitudinem cauſarum, Item ob numerum Iudicum non valentium ſic ſe facilitèr cōgregari, prætereà per cauillationem partis; fuit iudicatū, eſſe procedēdum ad expeditionem cauſæ, & pars condemnata ad petitam ſummam, Reg. de Pon. in conſ. 142. ex lectura, vol. 2.

Inſtantia in S.C, an pereat, fuit deciſum, quòd ſic in cauſa Comitis Villæ Medianæ, & in alia cauſa in S. C. vertente, referente Reg. Rouit. Molfeſ. conſ. 47. tractaui, nu. 5. & 11. *doctiſſimus vir omni laude refertus Reg. Capyc. Latr. dec. 68. n. 15.*

Inſtantia ſyndicatus per lapſum dierum 40. perit ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, ſed ſi culpa partis quærulantis, ſeu ſyndicandi fuerit impedita per dilationes, aut procraſtinationes, & per eum ſtetiſſet, quòminus cauſa non fuiſſet deciſa, ſecus eſſet, & ità iudicatum per M.C. V, in cauſa Capitanei Terræ Caletri, vt teſtificatur Franc. Carrab. in tract. Præemin. M.C.V. ſub n. 225. verſ. præſentatis retroſcriptis, f. 55.

Ioſtantia cauſæ criminalis de iure biennio perimit, an perimi dicatur litis conteſtatione adhuc non facta, deciſum fuit, inſtantiam perimi reo adhùc non conſtituto in contumacia, in cauſa Vniuerſitatis Ferrazani cum eius Barone, D. Camill. de Laratha in conſ. 19. Notarius, nu. 2. ibi refert in contingenti caſu Notarij Ioſeph. Golia inquiſiti de pluribus; Primò, de verbis dictis Io. Mariæ Pocoſeſe, vbi per lapſum inſtantiæ moleſtari non poterat. Secundò, de eiectione pandectæ, & non apparebat, quo animo id feciſſet. Tertiò, de captura exequutionis à manibus Exequutorum, vbi paritèr inſtantiæ lapſus obſtabat. Quartò, de occupatione notorij facti in perſonā Io. Angeli Freſcelli. Quintò, de falſitate commiſſa in notorio Io. Lauiges. Sextò, de inſultu. Vltimò, de querela Tittæ Corradi, in quibus defectus inſtantiæ vltrà alios defectus demonſtrabantur, & tandèm fuit abſolutus in anno 1589.

Inſtitutio hæredis rei feudalis an iure ſubſiſtat, ſi in inueſtitura fuerit dictum, pro ſe, & hęredibus quibuſcunq; & poteſtas ipſa in inueſtitura contenta originalitèr fuerit ex tranſumpto deſumpta, abſq; partis citatione, licèt teſtibus verificata, ac Regis beneplacito ex certa ſcientia confirmata, non obſtante, quòd fuerit facta reſeruatio aſſenſus in ea, & fuerit inſtitutio priùs alteri facta, quinimmò vnico actu ſublata eſſe videtur; Concluditur, poſſeſſorē rei eſſe obnoxiū reſtitutioni rei feudalis, nec nō teneri ad fructus perceptos, Minad. in dec. 43. Reg. de Pōt. in tract. de pot. pror. tit. 7. §. 2. n. 34

Inſtitutio facta quòad portionem debitam vigore Conſuet. Neap. an cenſeatur facta in medietate, vel vitili, vt putà ſi eſſent duo hæredes inſtituti in tota hereditate vniuerſalitèr, & deindè in eodem teſtamēto pro medietate debita virtute Conſuet. Neap. fuiſſet inſimul cū inſtitutis alter inſtitutus pro medietate medietatis, & ſic ꝓ quarta totius, an aliquis ex ipſorum generalitèr inſtitutus in re particulari cum onere ſoluendi cęteris hęredibus portionem in pecunia, poſſit alter cohęres medietatem, de qua teſtator diſponere poterat, petere inſimul cū alia medietate quartę alterius medietatis, in qua omnes erant inſtituti; fuit per S.C. iudicatum in fauorem ipſius, vt ei deberetur quarta totius hæreditatis, & dimidia quartæ remanſæ, ità retulit nouiſsimè Marcell. de Mauro in alleg. 25. poſſet ſubſtineri, vbi in fine tradit deciſionem.

Inſtrumenta de nouo reperta an ſint per Iudicem admittenda, licèt in cauſa ſit concluſum, & manifeſtauerit partibus, quam ſententiam ferre debeat; fuit deciſum, quòd ſic, & de repertione ſtari debeat

beat

beat iuramento, Anel. de Arcamo in add. ad Cóſt. Terminum vitæ, inter opera Gramm. ſuper Conſt. tit. 24.

Inſtrumenta an poſſint liquidari contra Magiſtros Actorum S.C. alibi, quàm in dicto Tribunali; fuit in eodem S.C. deciſum, quòd non, niſi in S.C. Reg. Tapia in annot. ad prag. 24. incip. Magiſtros Actorum, num. 3. de offic. S.C. & in tit. 54. incip. Item quòd nulla alia prætèr, nu. 3. de Offic. Magiſt. Iuſt. fol. 281. quid autem contra Scribas S. C. quamuis deciſum alias fuiſſet in eorum beneficium, nouiſſimè autem facta relatione per Iudicem Vollarum in aula Reg. Conſil. Felicis de Ianuario deciſum fuit contra Vincentium Romanum Scribam S. C. in cauſa liquidationis inſtrumenti ad inſtantiam Annæ Mariæ, & Franciſcæ de Palma hæredum, & filiarum quond. Conſalui de Palma, in Banca Saleſe; nam & ſi Officiales côueniantur ſub quo militant, loquendo de maioribus Iudicibus, vel de minoribus, Reg. de Pon. dec. 36. nu. 38. & Actuarij dicuntur Officiales, Franch. deciſ. 407. num. 7. non tamen de Scribis cautum reperitur, *Nouar. de grauam. vaſſall. to. 1. grauam. 203. nu. 4.* Io. Bapt. de Thor. I.C.

Inſtrumenta an poſſint liquidari in M.C.V. contra ſubditos Magni Admirati, quamuis circa priuilegia Magni Admiratus multa cumulentur per Franch. dec. 417. maximè n. 8. vbi tradit, ipſa eſſe abdicatiua, &c. Tamen dùm fuiſſet deciſum per M.C.V. quòd nô poſſint liquidari, deindè per S.C. deciſum fuit, eſſe remittendas liquidationes ad eandem Curiam, quia iuriſdictio Magni Admirati in ſuos ſubditos eſt in perſonas cum clauſulis abdicatiuis, & priuatiuis, & facit alios Iudices penitùs incompetentes, eo magis quando ratione exercitij eximuntur, Reg. Tap. in annot. ad tit. 54. incip. Item quòd nulla alia prætèr ipſa Curia, n. 2. in tit. de Off. Mag. Iuſt. ſituatû, vbi allegat Franch. vbi ſuprà, & in tit. de Off. Mag. Adm. in ſuo opere Iuris Regni, n. 6. ſubdit, quotidiè S.C. reſcribere M.C.V. vt cauſas remittat.

Inſtrumenta confecta extrà Regnum per Notarium Imperialem, vel Apoſtolicû, in quibus teſtes ſubſcripti non ſe ſubſcripſerunt, an ſi fuerint in Regno præſentata, poſſint liquidari via Ritus; concluditur, quòd ſic, quoniam talia inſtrumenta ſunt confecta ſecundùm iuris diſpoſitionem, quæ contêta eſt ſubſcriptione teſtium, abſq; ſubſcriptione eorum: Item quia in inſtrumentis attenditur conſuetudo loci extrà Regnum, vbi confecta ſunt, & non ſtatuta Regni vbi præſentantur, & ità fuit deciſum per S. C. in cauſa Franciſci Iappone, & inſtrumentum erat confectum Beneuenti per Notarium Apoſtolicum, abſq; teſtium ſubſcriptione, cum legalitate tamen Vicarij eiuſdem Ciuitatis, vt refert Aloyſ. de Leo in l. 1. C. de nouo Cod. facien. n. 7. *Ioſeph Mele ad Conſ. Gizzar. dec. 24. n. 12. Barbat de aſſiſtent. gl. 4 n. 45. Danz. de pugna Doct. &c. tit. de inſtrumento. c. 2. n. 5.*

Inſtrumenta confecta ſub nomine Hoſtium dominantis Regis ad hoc vt probent in iudicio debent renouari, & declarari, ſeu reaſſumi per alium Notarium, & Iudicem fideles Regis intrà annum, vt in Conſt. Regni Priuilegia, quæ verò loquitur in inſtrumentis confectis antequàm illa Conſt. ederetur; dùm in ea ſtatuatur annus à die publicationis, & ſic de priuilegijs, ſeu inſtrumêtis præteritis, nô de futuris; tùm idem dicendum eſt in inſtrumentis confectis poſt Conſt. ipſam, vt ita obſeruari vidiſſe refert Afflic. in d. Conſt. Priuilegia, in prin. ex ordine ſuperiorus, & ſubdit audiuiſſe, quòd ſic etiam ſtatuit Rex Alphonſus Primus.

Inſtrumenti extêſio quomodò facienda ſit per Notarium mortuum non extenſi; concluditur, extenſionem ipſam eſſe faciendam quòad abbreuiaturas clauſularum concernentium exequutionem, & clariorem dilucidationem veritatis, non autem illas, quæ nouum inducunt effectum, itê parte citata, probatoq; ſtylu Notarij, &c. Franch. dec. 567.

Inſtrumento præſentato an ſit fides adhibenda, non obſtâte petita exhibitione prothocolli; fuit deciſum in S.C. quod non, Gramm. in prag. 3. de Notarijs, in nouis regiſtrata; ſed in antiquis in prag. 26. de inſtrum. intra octo dies. &c. incip. Conſtitutionem diui, f. 168. à t.

Inſtrumentum an poſſit liquidari contra prodigum; non fuit deciſum, Franch. deciſ. 672. & vide infra eod. verb. inſtrumentum, Molf. conſ. 8. nu. 49. poſt Comm. ad Conſuet. Neap. *D. Regens meritiſſimus Hector Capycius Latro dec. 45. nu 20. & 27. vbi ex Reg. Ronit. viro doctiſſimo ità deciſum tradit, vltrà Iul. Cæl. Gallup. in praxi S.C. part. 2. c. 22. n. 36.*

Inſtrumentum an liquidari poſſit creditore exiſtente infirmo per acceſſum Iudicis ad domum; fuit deciſum, quòd non, ſecus quando debitor eſſet infirmus, Franch. deciſ. 676. & hodiè per nouellam Pragm. anni 1608. die 9. Iulij Comitis Beneuenti incip. *eſſendoſi per eſperienza* ſtatutum eſt, vt debitores citati ſuper tenore inſtrumenti ſi reperirentur infirmi, & abſentes, debent conſtituere procuratores ad comparendum Curia pro Tribunali ſedente, & allegare exceptiones eis incumbentes, & præſentare ſcripturas in promptu, aliàs procedi debet ad liquidationes inſtrumentorum, ſemota omni dilatione, quæ concedebatur ob impedimêtum infirmitatis, regiſtrata in nouiſſimo volumine Pragm. ſub tit. de inſtrum. liquid. in 7. prag. *hoc idê ſequitur Galter. in praxi inſtrum. part 3. rubr. 4. ſub n. 4. verſ. hodie autem, f. 176. in nouis.*

Inſtrumentum Capitulorum contra ſocerum an poſſit liquidari via ritus; fuit deciſum, quod ſic, Franch. dec. 366. latè Battagl. in add. ad Cyn. in l. qui in poteſtate, C. de in ius voc. vbi tradit de iſta deciſione vidiſſe dubitare, at cùm M. C. V. decreuiſſet, vt ſocer faceret depoſitum, fuit ipſo referête confirmatum per S. R. C. in contingenti caſu, Ric. in collect. dec. 151. & 1381. *Franc. Hier. de Leo deciſ. Valent. 50. n. 5. Ant. de Amat. var. reſol. tom. 1. reſol. 8. n. 2.*

Inſtrumentum confectû per Notarium quando poſſit reaſſumi per alium Notarium, quàm per eum, qui illud confecit; fuit deciſum, vel ob defectum Notarij mentecapti conficientis inſtrumentû, vel ob multitudinem negotiorû Notarij, vt in caſibus allegatis per Frâch. dec. 300. Ric. collect. dec. 364.

Inſtrumentum an poſſit liquidari via Ritus contra emptorem, cui vêditor habuerit fidem de pretio, in quo aderat pactum, quòd nec etiam venditor teneretur ad pretij reſtitutionem, quamuis res vêdita euicta fuerit, per M. C. V. fuit proceſſum ad liquidationem, & quid ſi pretium non fuerit ſolutum, ſed promiſſum infra certum tempus ſolui, & tem-

tempore euictionis non erat adhùc ſolutum, quia venditor habuerat fidem de pretio,& emptor exceperat de retentione;non fuit deciſum in S.C.licèt tamen in M.C.affirmatiuè, Franch. dec.239.

Inſtrumentum locationis, in quo facta eſt promiſſio certæ ſummæ,& reſeruata menſura maiori,vel minori,an ſit liquidum,vt via Ritus liquidari poſſit; fuit deciſum,quòd non,Franch.dec.292.& in add. refert, in conſimili caſu fuiſſe deciſum pro creditore.

Inſtrumentum confectum à Notario vaſallo an teneat,deciditur,quòd non,Franch.dec.118.& aliàs deciſum fuiſſe refert Ann.in ſing.244. inſtrumentum,quòd non noceat Domino,Capibl.in prag.t. de Baron nu.221.& antè eos Marin. Frec.de præſent.inſtrum.p.1. in princ. verſ. dicitur autem inſtrumentum,ſub nu.19.& in 2.p.in princ.dicit, ità fuiſſe obtentum in cõtradictorio iudicio, ſub n.3. vt plenam fidem faciant,quia creantur à Rege, & Tap.in Conſt.Priuilegia,n.4.Galter.in pract.crim. inſtrum.rub.2.n.18.Ric.in collect.dec.614.& Viſcon.hic de nouo viſus in addit.Io.Iacob.Lauren. in tract.de Iudice ſuſpect.c.8.n.36.

Inſtrumentum an poſſit liquidari contra prodigum; fuit deciſum in M.C. V. quòd ſic, verùm ſuperſedeant in exequutione perſonali, tàm pro debito,quàm pro pena,donec alitèr fuerit prouiſum, de quo pendet verbum faciẽdum in S.C. ait Reg. Rou. in prag.4.de inſtrum.liquid.de quo facit notabilem dec.Franch.672. Amend.ad Franch. dec. 127,n.26 *Reg.Capyc.Latr.dec.45.n.1.*

Inſtrumentum an poſſit reaſſumi de prothocollo, ſi fuerint mortui teſtes, Iudex, & Notarius, in quo prothocollo,& in margine contractus fit mentio, quòd ille contractus fuit reaſſumptus in formam publicam,quia eſt ibi ſcriptum,factum,& aſſignatum,quod etiam producitur reaſſumptum in formam publicam,& in eo continetur emptio,in cuius poſſeſſione rei extat emptor per longum tempus pacificè,& quietè;fuit deciſum,quòd ſic,Affl. dec.48.Ric.collect.dec.161.Gutier.conſ.23. n.10.

Inſtrumentum an poſſit liquidari contra Inſtitutorem Bãci ſe obligantem procuratorio nomine ſui principalis;fuit deciſum,quòd non,ſed benè poterit procedi contra eum ciuilitèr, licèt exequutio non fiet contra eum,ſed contrà Dominum Banci, Affl.dec.64.ipſum allegat Carau.in tit.72.num.8. Franch.dec.182.n.7.Marant.in diſp.6.n.5.& in l.ſi actor,n.22.ff.de Procur. Marin. Frec. de præſent. inſtrum. p.11.q.5.Foller.in pract.cenſual.verſ.tanquàm res iudicatas nulla prouoc.n.52.Ric.in collect.dec.152.Galter.in prax.inſtr.p.3.n.29. Veral. dec.94.p.2.

Inſtrumentum confectum per Notarium Apoſtolicum in hoc Regno de rebus ad Eccleſiam ſpectãtibus temporis immemorabilis, in quo per verba enunciatiua aſſeritur aliquid præiudiciale alicui Eſtauritæ Eccleſiæ, an ſtante probatione cõtraria per teſtes prçiudicet;fuit deciſum,tale inſtrumentum nil præiudicare, ex rationibus adductis per Affl.dec.245. quem citat Ann.in ſing.246. inſtrumentum, annuens, fuiſſe deciſum in S.C.non potuiſſe liquidari inſtrumentum, ſed agi via ordinaria in inſtrumento ſic confecto inter Epiſcopum, & Affictatorẽ Epiſcopatus, & inſtructo proceſſu fuit condemnatus ad obſeruandum omnia in eo contenta.& antè eos fuit in pleno Conſilio determinatum,vt non poſſit præſentari inſtrumentum confectum à Notario Apoſtolico,nec liquidari,vt concludit Bartholom.de Capua in Conſt. Inſtrumentorum robur,contra opinionem Luc.in l.fin. 4.col.C.de loc.prædi.ciuil. lib.10. quos citat Marin.Frecc.de præſco.inſtrum.in 3.p.n.2. iuxtà opinionem Andr.ſic etiam tempore Affl. vt ipſe refert in d.Conſt.num.22. citat Boer.dec.242.n.4. vbi refert,ſecundùm eam fuiſſe deciſum in Curia Burdegalenſi,& Reg.Tap.in d.Conſt.n.9.Bortell. conſ.52.num.10. Viu.in ſylu. commun.opin.in opin.543.Notarius,num.2. Maſcard.de prob.concluſ.348.n.52. & concl.367.n.6. Carau.in tit.166. n.8.Mich.Craſſ.inter commun.opin.tit. de tabell. & fid.inſtr.n.137.& 140.

Inſtrumentum confectum extrà Regnum vt fidem faciat in Regno requiritur,quòd Officialis loci fideio faciat de perſona Notarij, vt ſit bonæ famæ, & opinionis,quid ſi fuerit omiſſum tale requiſitũ, an probari poſſit per teſtes in Regno de poſſeſſione Notariatus,& quòd confecerit multa inſtrumenta; fuit concluſum, quòd ſufficiat probare, ꝙ ille fecit plura inſtrumenta tanquàm Notarius,& fuit in longa poſſeſſione conficiendi inſtrumenta, Affl.dec.251.Boer.dec.154.n.4. & Loffred. in Parapht. feud. in cap. Imperialem, §.firmiter, col.5. verſ.& prędicta poſſunt,de prohib.feud alien.per Feder.& Alber.Oliua in tit.32.Cur. Arch. Neap. n.8.dicẽs,idem fuiſſe poſteà per S.C. in facto proprio deciſum, Viu.in ſylu.com.opin.in opin.387. Inſtrumentum,n.3.Hieron.de Mont.in tract. de finib.regun.c.106.Parlad.rer.quotid.cap. vlt.§.11. Mich.Craſſ.inter comm.opin.tit de tabell. & fid. inſtrum.n.137.& 140.*Danz.in tract.de pugna Doct. tit.de inſtrumento,c.1.n.24.*

Inſtrumentum confectum ad inſtantiam partis requirentis de pronunciatione ſententiæ an probet ſententiam,ſi in eo inſeratur, in quo etiam eſſent ſubſcripti duo Magiſtri Actorum; fuit votatum, quòd inſtrumentum probet ſententiam, Affl. dec. 346.à n.13.vſq. ad 15.

Inſtrumentum an poſſit præſentari,& liquidari iuxta formam Ritus, ſi canter promiſſio ad centum, ſaluo meliori calculo quòad dictam quantitatem tantùm,vt contingi ſolet in inſtrumẽtis ſocietatis, in quibus datur certa sũma pro capitali,ſaluo lucro,vel damno;fuit deciſum, quòd ſic, Vrſill.dec. 205.n.7.Giurb.dec.Sicil.15.ſub n.9 *D.Conſ.Carleual de iudic.tom.2 lib.1.tit.3.diſput.7.n.*10.

Inſtrumentum confectum in Regno per Notarium Apoſtolicum de re Eccleſiaſtica,in quo nõ adſunt ſubſcriptiones Iudicis ad cõtractus,& teſtium, an valeat;fuit deciſum,ex quo licèt de iure communi exquiratur talis ſolemnitas,tamen in prædicto caſu ceſſat, ideò fuit in facto contingenti approbata per S.C.conceſſio rei Eccleſiaſticæ facta per Prçlatum alicui per Notariũ Apoſtolicum, abſq; ſubſcriptionibus talium, Vrſill.dec.245. n.1. Ann. in ſing.236.cum addit. Ric. in collect. dec.612. & ſup.eod.verb.Inſtrumentum,*Danz. in tract.de pugna Doctor.&c.tit de inſtrumento.c.2.n.7.*

Inſtrumẽtum an poſſit via Ritus præſentari,in quo aliquis promiſit ratificari facere aliquem inſtrumentum in aliquo loco; concluditur, quòd non, ſed via ordinaria agi poſſe, niſi actor doceret per publi-

publica inſtruméta,ſe illa die fuiſſe præſtò in loco ad recipiendum ratificationem, & ita fuiſſe deciſum congerit Vrſill.dec.316.ſub n.4.

Inſtrumentum debiti repertum cancellatum pęnès debitorem an pręſumatur ſatisfactũ; videtur concludi,quòd ſic,& deciſum in occurrenti caſu, Vrſill.dec.299.n.14.

Inſtrumentum dotale an poſſit reaſſumi,ſi Iudex,& teſtes eſſent mortui,viuente adhuc Notario ;fuit deciſum in S.C.quòd ſic ex cauſa dotis, Cæſar de Pertinis in add.ad Conſt.Regni Inſtrumentorum robur,incip.de reaſſumptione inſtrumenti, in fin. Capy.dec.29.nu.10.tangit hunc punctum,& ita ẽt concludit,immemor deciſionis prædictæ,Paris de Put.in tract.de reaſſump.inſtr.rub.13.n.35.refert, fuiſſe factum reſcriptum à Rege Roberto pro reaſſumptione inſtrumenti dotalis, in quo omnes erant mortui,& Idem in rub.28.n.7.refert,fuiſſe obſeruatum in Curia Regis,vt poſſint inſtrumenta reaſſumi mortuis omnibus in caſibus fauorabilibus,Farin.in dec.Rot.Rom.122.

Inſtrumentum vſurarium ſub colore mutui celebratũ, vt moris eſt inter fęneratores, & vſurarios volentes mutuare , vendunt recipienti mutuum res ſteriles,& nomina debitorum,qui ſoluendo non ſunt,& poſteà petunt pretium, & tunc talis contractus reſcinditur, an poſſit liquidari via ritus, habita extraiudiciali informatione prædictorum concluditur,quòd non,ex quo Iudex poterit ſupplere ex officio, nedùm ad reſtitutionem vſurarũ ſolutarum; ſed etiam antè ſolutionem,vt earum nulla fiat exactio,Capyc.dec.175.Maxill.in Conſuet.Bari,rub.de iur.prothom. §.in permutationibus,n.10.Viu.dec.304.n.1. Borgn.Caualc.dec.31. n.5.Caroc.in ſuis dec. caſ.133.n.8.

Inſtrumẽtum dotale an poſsit reaſſumi, & in publicã formã reduci à prothocollo Notarij publici mortui,omnibus teſtibus paritèr defunctis, & in prothocollo aderat ſubſcriptio Iudicis,vltrà teſtamẽtũ viri factum cum legato dotis,& antephati relicto per eum,aſſerendo,de prędictis extare inſtrumentũ;fuit deciſũ,quòd ſic, Capyc.dec.171.Vrſill.dec.111.n.3.Berard.Pand.de reaſſump.inſtr.p.1.n.51.& 61.Maxil.in Conſuet.Bari,rub.de fid.inſtr.§.contingit aliquando,n.15.& 16.Reg.Tap.in Conſt.Priuilegia,n.2.Reg.Roui.in prag.a.n.2. de fid.inſtr.*Papar.in prax.iudic.rub.de aſsiſt.n.*12.

Inſtrumentum ſi contineret aliquid inſcriptum in margine ſine die,& teſtibus,nihil probaret,prout ità obſeruatum fuiſſe fatetur Ann.in ſing.247.Inſtrumentum,Viu.dec.45.n.4.Galter.in prax.inſtr. 2.par.primæ,n.40.Petra ad Gramm.dec.104.n.8.

Inſtrumentum commune debet annotari ad inſtantiã cohęredũ,etiam de facto ſine partis citatione, nè occupetur,& ità fuit deciſum,Ann.in ſing.249. Inſtrumentum.

Inſtrumentum de nouo repertum, quando non contineret ſolutionem, impedire nõ poterit exequutionem ſententiæ,& ità fuit deciſum,Ann.in ſing. 251. inſtrumentum, ſuprà eod. verb. exequutio ſententiæ.

Inſtrumentũ quãdo petitur reſcindi an debeat reaſſumi in publicam formam; fuit deciſum,quòd ſic, quia ſcriptura eſt,quæ reaſſumitur,& ea reaſſumpta poterit reſcindi,vt anteà,& reſciſsio nõ impedit reaſſumptionem ſcripturæ,nàm ex diuerſis nõ ſit illatio,Ann.in ſingul.252.Inſtrumentum, Reg. Tap.in Conſt.Inſtrumentorum robur,n.12.Ric.in coll.dec.152.Maſull.ad Capyc.dec.29.n.2.Amẽd. ad Franch.dec.373.Galter.in prax. Inſtrument.2. par.primæ,n.61.

Inſtrumentum an præſentari poſſit in Curia Magni Admiratus;fuit per M.C.V. decretum, quòd non poſſit,tamen per S.C. fuit deciſum contrarium, ꝙ poſſit,tùm quia aliàs in eadem Curia repertũ fuit, id cognitum fuiſſe, & in regula officij hoc in ſpecie dicitur, & poſtquàm non reperitur immutatũ in ſucceſſore,intelligitur etiam ſucceſſori eadem poteſtas conceſſa,Frec.de ſubfeud. lib.1. de offic. Mag.Admir.n.31.

Inſtrumentum an poſſit præſentari in M. C. & præſentatum liquidari criminalitèr via Ritus,ſi fuerit per eũdem Actorem præuia ſupplicatione porrecta in S.C.petitum ciuilitèr cõtra debitorẽ,eiuſq; bona, & plenè per conuentum probatum de metu,& impreſſione Superioris, attenta tali litis pẽdentia,& inhibitoria S.C.fuit deciſum in S. C. nõ poſſe procedi criminalitèr via Ritus,& ità contra Actorẽ,Maran.in diſp.6.Illuſtr.Dominus, per tot. & in fin. ponit deciſionem, de qua meminit Iul. Clar.in §.fi.q.2.n.7.Muſcat.in prax.S.C.lib.1.p.2. gl.Tribunali,in add.lit.C.& etiam in alio caſu per viam præuentionis factæ in S.C. fuiſſe deciſum in cauſa Comitis Mondragonis cum Nicol. Anello Imparato,refert Iac.Anell.de Bott.in add.ad Rit. 181.incip.Item ſeruat ipſa Curia, quòd ſi ſit, in add.incip.credo,quòd hic ritus; & memini annis proximè elapſis, in cauſa D. Briandæ de Marinis vxoris relictæ quon. D.Alonſi Sanchez de Luna ſupplicationem porrexiſſe in S.C. petendo reſciſſionem contractus per eam celebratum cũ Georgio Naſelli duc.3000.ex cauſa vis, & metus illati per dictum eius virum ad illum actum in ſpecie verificatum, dictum eius virum grauitèr antè celebrationem contractus minaſſe,iniuriaſſe,immò lapides in eam proieciſſe, vt ſe obligaret in dicto contractu, iuxtà communem Doctorum concluſionem dicentium,metum probari debere in ſpecie in illo actu,de cuius reſciſſione tractatur, Ann. in ſing.341.indè expedita citatione per creditorẽ ſuper tenore inſtrumenti aduerſus ipſam debitricem,per quam oppoſita exceptione prædicta vis, & metus illati,quam nullo iure opponere vetatur, ex traditis per Canar. & Grauin.relatos per Galter.in prax.inſtrum.2.p.3.par.rub.3. n.24. quæ nõ ſolùm per teſtes,ſed per proceſſum aliàs factum, & cõpilatum verificatur,vt per Affl.dec.263.ſicut in caſu,de quo agebatur fuit ex ijs impedita liquidatio inſtrumenti,& deindè cõpilato proceſſu abſoluta,& contractus reſciſſus ex allegatis, referẽte tunc Reg.Conſil.Marco Antonio de Ponte,pęnès Scodes Actuarium, ſub patrocinio quon. mei patrui Fabij de Falco,& ſic ẽt per viam preuentionis,reſpectu verò,quòd cauſa inſtrumẽtalis ſit criminalis,iuxtà mentẽ Cauenſ.in rit.166.n.24.quem ſequitur Galter.in prax.inſtru.3.p.rub.4.n.1. quãuis Franch.dec.353.nu.7.teneat,non eſſe omninò criminalem,ſed melius Idem in dec.162.nu.6. ſub diſtinctione concludit n.15.tunc eſſe ciuilẽ, quotiès ſors principalitèr peteretur, & in conſequentiam ad pęnã,ſed quotiès de periurio principalitèr tractaretur, & in conſequentiam de debito, iuxtà

for-

formã traditam per Tartagl.in prax.ciuil.c.1.n.51. erit tunc omninò criminalis,& hoc caſu intentato judicio criminalitèr, vt in caſu præmiſſo, ſuperſedebitur in cauſa ciuili, vt moris eſt obſeruari, & ſic optimè deciſiones proceſſerunt, *Didac.de Mari in add.ad Conſ.Gizzarel.dec.9.n.22.* Thoro.

Inſtrumentũ an poſſit præſentari,& via Ritus liquidari, ſi in eo fuerit per debitorem quid ſacti promiſſum,vt in caſu contingenti fuerat in inſtrumẽto promiſſa ratificatio venditionis feudi per filiũ, alienati per eius matrem;fuit tàm per M.C.V.quã per S.C.deciſum, quòd ſic, & ità fuit debitor conuentus condemnatus via Ritus,Franc.Ant.de Iudice Rober. in pract.de liquid. & exequut.inſtru. conſid.2.poſt num.6.in fi.Io.Paul.Galter.in pract. crim.inſtrum.3.primæ par.n.20.

Inſtrumentum confectum extrà Regnum an poſſit præſentari in M.C.V.licet concludatur,quòd non per Frec.in tract.de præſen. inſtrum.in 3.p.nu.28. tamen ibi refert,vidiſſe in M.C.V. præſentari.

Inſtrumentum factum coràm Iudice de aliquo contractu habet exequutionem paratam, & proindè fuit iudicatum,poſſe præſentari, licèt reus petierat abſolutionem à iuramento,quia non eſt neceſſarium iuramentum ad hoc ſi eſt pęnale,Frec.de præſent.inſtr.p.6.n.14.

Inſtrumentum an poſſit liquidari per venditorem agentem ad pretium rei venditæ,nec alitèr repulſum à conuento,ex quo non tradiderat rem,cuius pretium petijt,quarè Iudex ex officio ſuo poterit ipſum actorem repellere,ex quo agit ſine actione; fuit in M.C.V.pronunciatum,poſſe liquidari,licèt in contrariam opinionem ſe concordet multis rationibus.Frec.de præſent.inſtr.p.7.q.2 n.1.ad 4.

Inſtrumentum an poſſit pręſentari per procuratorẽ cum pacto;fuit iudicatũ in S.C.quòd non, nec accuſari pœna obligationis,Frec.de præſent. inſtru. p.11.q.3.n.8.circa incuſationem pœnæ obligationis per procuratorem faciendam traditur optima cautela per Carau.in rit.286.nu.7. dùm de ceſſionario loquitur,vt ipſe cõſtituatur procurator primitùs ad exigendum,& obligationem caſſandum, quòd ſi tenitens fuerit ad pœnam obligationis incuſandum,& accuſatam exequi faciendum,ponens eum in locum,& vicem ſuam,conſtituens cũ procuratorem, veluti in rem ſuam, ac cedens ei omne ius, omnemquè actionem, &c. & hæc cautela indiſtinctè ſeruari vidi in hac Prouincia Calabriæ Citrà,vt poſſit incuſari pęna obligationis per procuratorem, quod ſecus eſt Neapoli. Io.Bapt.de Thor.I.C.Neap.

Inſtrumentum quod præſentatur debet eſſe vltrà vnciam,non autem infrà;tamen refert Mari.Frec. de præſen.inſtrum.part.15.num.2.vidiſſe aliàs decretum Præſidis S.C.quòd ſi de ſtylo Curiæ eſt, ꝙ aliàs fuerint præſentata ab vncia infrà,quòd Ritu non obſtante procedatur ad interrogationem inſtrumenti in illa Curia,in qua fuit hic ſtylus,& obſeruantia.

Inſtrumentum locationis an poſsit præſentari via Ritus M.C.V. per locãtem contra conductorem; concluditur,quòd non per.Mari.Frec. de præſent. inſtr.p.7.q.9. nàm ad duo potiſsimùm locator tenetur .ſ.ad traditionem poſſeſsionis rei,& patientię pręſtationem,& licèt fuerit dictũ de poſſeſsione tradita,non per hoc cenſetur liquidum,ex quo qui locat videtur factum promittere, hoc eſt conductorem vti frui, quarè potiùs illiquida,quàm liquida inſtrumenta ipſa eſſe cernuntur, & ità bis obtinuiſſe fatetur Frecc. vbi ſuprà n.10.vndè hodiè expreſsè renunciatur patientiæ non præſtitæ, vt liquidari poſsit, & hæc eſt cautela locatorum, vt latè per Franc.Ant.de Iudic.Rober.in pract.de liquid.inſtrum.in conſid.2.n.4.cum add.

Inſtrumentum an poſſit liquidari via Ritus (nam iuxtà Cõſt. Regni requiritur ſubſcriptio duorum teſtium in inſtrumento continente libram auri) quòd licèt reſpectu capitalis non excedat libram auri,attamen reſpectu tertiarum decurſarum maiorem ſummam continebat;fuit in S.C. deciſum ad relationem M.C. V. in cauſa Petri Romani, ꝙ poſſit liquidari,quia fuit habitum pro vero,Cõſt. Inſtrumentorum robur reſpicere tempus contractus,tãtò magis cùm in caſu iſto valor annuę pręſtationis non excedebat ſummam in Conſt. mentionatam,Reg.Tap.in annot.ad Conſt.Inſtrumentorum,nu.3. vbi ſubdit,ſi ſecus eſſet,reſultaret in fauorem debitorum,qui ob moram ſolutionis facilius procurarent,vt ſumma à Conſt.taxata augeretur ſingulis annis, & nũquàm liquidarentur inſtrumenta prætextu ſolemnitatis omiſſæ, hoc eſt teſtium ſubſcriptionum.

Inſtrumentum an poſſit reaſſumi, in quo Notarius ſolus viuit;fuit deciſum,eſſe reaſſumendũ in cauſa dotium Agitæ Petri Antonij Torales, Pertin. in add.ad Conſt.Inſtrumentorũ robur,incip.de reaſſumptione,eum citat Maxil.in Conſuet.Bari tit. de fid.inſtrum.§.contingit aliquando,n.15. & 16.

Inſtrumentum liquidari nequit, ſi à die natiuitatis actionis ſunt elapſi anni 20. Sed ordinariè proceditur juxtà rit.167. Nota quòd iſte ritus hoc modo,vbi Iacob.Anel.de Bot.in add.incip. vide Loffred.refert,quòd in S.C.de anno 1548. de Menſe Ianuarij in cauſa cuiuſdam Septembris decretum eſt,quòd hæc verba à die natiuitatis intelligantur à die,quo fuit actio cum effectu nata,ideſt à die,à qua intentari potuit, quia illa verba ſunt cum effectu intelligenda.

Inſtrumentum non põt reaſſumi à prothocollo Notarij mortui,niſi ad minus ſuperuiuant duo de teſtibus,qui fuerunt rogati in contractu,vel Iudex, & vnus teſtis iuxtà Conſt.Regni Baiulos omnes,§. cæterùm,& hoc ſinè licẽtia Regia,& decreto, vel quòd ſaltim ſuperuiuat Notarius,& vnus teſtis,& licèt hoc vltimum non dicat litera illius Conſtit. tamen S.R.C.ità decreuit,vt ibi dixit Affl. in verſ. tertiò quęro,col.25.nàm in tali caſu Notarius fungitur vice duarum perſonarũ .ſ. Notarij, & vnius teſtis,eum citat Vinc.Maxill.in Conſuet.Bari, rubric.de fid.inſtr.§. contingit aliquando,nu.1. Vin. dec.5.n.4.verſ.immò Afflict.

Inſtrumentum an exequi poſſit etiam ad inſtantiam Actoris petẽtis cenſus,& laudemia, pendente reſciſſione ipſius,fuit deciſum,quòd ſic,Franch.dec. 373.Aſcia determ.130.Maſtril.dec.Sicil.160.n.15. & 19.Giurb.dec.Sicil.100.*Amat.var.reſol.tom.1. reſol.36.n.25.Reg.Merlin.contr.for.c.22.n.7.&* 13.

Inſtrumentum obligationis factum per aliquem ludentem de aliqua ſumma ſe obligantem colluſori, dependẽs ex cauſa ludus,an iure ſubſiſtat;fuit deciſũ in S.R.C.nullas vires habere,nec aliquo modo valere,vt refert Paris de Put. in tract.de ludo, n.21.

n.21.cum citat Viu.in Sylu.commun.opin.in 47. opin.in ludo,n.2.& Farinac. in eius prax. crim.tit. de var.ac diuerſ.crim.q.109.p.6.n.203.*Merlin.dec. Lucenſ.144.n.14 p.2.quod procedit in domo ludi, ſecus extra domum, vt probat Guzman de euict.q.6. n.10.& ſeq.*

Inſtrumentum præſentatum per hæredes creditoris in M.C.V. an poſſit liquidari via Ritus,ſi Curia pro Tribunali edente fuerit in promptu oppoſita exceptio litis pendẽtiæ in S.C.ex quo per prius per eoſdem hæredes lis fuerat intentata in S.C. petentes,condemnari debitores ipſos, ac aſſiſtentiam præſtari;concluditur,non poſſe procedi ad liquidationem, exiſtente exceptione litis pendentiæ oppoſita,& quamuis per M.C.V. non fuiſſet admiſſa inhibitoria S.C. tamen fuit ſecũdùm concluſa deciſum in S.C. vt non poſſit procedi ad liquidationem,Rober.Maran.cõſ.39. Illuſtriſſimus Dominus Vicerex, vbi in fine ait, & ità fuit iudicatũm per S.C.ſic paritèr obtinui pro meo quondam obſeruandiſſimo Genitore Matthæo de Thoro, cuius anima requieſcat in pace, aduerſus liquidationis inſtrumenti citationem factam per Camillum Mondellum, exiſtente pendentia litis in S.C. coràm Regio Conſiliario Marco Antonio de Ponte,in Banca Amatrudæ, & ſic communitèr hodiè practicatur.Io.Bapt.de Thor.I.C.Neap.

Inſtrumentum an poſſit liquidari contra Vniuerſitatem,& particulares proprio nomine ſe obligantes,qui vẽdiderunt certos annuos introitus alicui pro certo capitali duc.3000.ad rationem decem pro cẽtenario,pacto appoſito,quòd intrà quatuor menſes debeant ipſi Vniuerſitas, & particulares impetrare Regium aſſenſum,quo termino elapſo, & eo non impetrato,voluerunt, quòd inſtrumentum pro tota ſumma poſſit pro liquido præſentari,& haberetur pro reſciſſo, ac ſi facta non fuiſſet venditio,& demùm facto caſu prædictæ reſciſſionis,citatis debitoribus prædictis proprio nomine pro debito,an de iure procedat talis reſciſſio;fuit deciſum per M.C.V.quòd ſtante eius inſtrumenti illiquidate, non poterat procedi ſecundùm formam Ritus;ſed debebat prius citari ſuper pacto, an aſſenſus eſſet impetratus, nec ne, Incer. Auth.in tract.de præſen.inſtrum.ad form Rit.verſ. caſus figuratur,incip.quær.Ritus dictat,f.612. inter opera Marini Frec.de præſen.inſtrum.

Inſtrumentum an probetur, fuiſſe reaſſumptum ſemel in formam publicam, & ex hoc poſſit iterùm reaſſumi per verba illa reperta in ſcheda prothocolli Notario mortuo,Iudice, & teſtibus in margine Schedæ,ſcriptum,factum,& aſſignatum, Afflict.in Conſt.Baiulos omnes, nu.70. diſputat latè articulum pro,& contra,& tandèm nu.75. aſſerit, vidiſſe antiquos Regios Conſiliarios ſic determinaſſe hanc quæſtionem,vt conſideraretur effectus illius Apoſtillę,videlicèt factum,& aſſignatum,vt ſi eſſet quæſtio ſuper ſalario,ex quo Notarius,vel hæres dicit factum,vel aſſignatũ, & ideò peteret ſalarium,pars verò negaret, habuiſſe, & tunc non ſtabitur dicto Notarij,quia de eius commodo tractatur, ſi verò tractetur de eo, quod non intereſt Notario, & tunc illa verba probant, quòd fuit factum, & aſſignatum, quia Notarius atteſtatur factum proprium, & hoc quando non agitur de reaſſumendo illud inſtrumentũ iterùm;ſed ſi agere-tur, vt iterùm reaſſumatur ex prothocollo in formam publicam,ille rogatus pro eo,quia ſemel fuit aſſumptum in publicam formam, & aſſignatum parti,& tunc ex hoc ſolo, quòd ibi ſcriptum eſt in margine factum, & aſſignatum,nõ poteſt reaſſumi mortuis omnibus,vt euitetur materia falſitatis.

Inſtrumentum an poſſit via Ritus liquidari contra matrem,Franch.in dec.366.in fin.refert, vnum ex Conſiliarijs dixiſſe, videri poſſe liquidari; ſed in contingenti caſu refert Pomp.Battaglin.in add.ad Cyn.in l.qui in poteſtate,C.de in ius voc.S.C.contrarium determinaſſe,remittendo cauſam eidem M.C.V.quæ decreuerat,quòd procederetur ordinariè.

Inſtrumentum an poſſit liquidari via Ritus M.C.V. contra filiumfamilias obligatum inſimul cum patre, & renunciantem beneficio l.2.quod cum eo, &c.mortuo patre abſtinentem ab ipſius hæreditate;fuit in M.C.V. decretum,eſſe procedendum via ordinaria, & interpoſita appellatione ad S.C. licèt fuiſſet contra decretum dictæ M.C.deciſum, eſſe procedendum via exequutiua,in reclamatione tandèm fuit confirmatum decretum M.C.V. vt nouiſſimè tradit Molf. in conſ.4. impreſſ. poſt Comment.ad Conſuet.Neap.vbi n.47.ponit deciſionem,& melius in conſ.42.vbi n.16.& ſeq.ponit multas deciſiones S.C.de hoc,& in Cõſuet.Neap. par.8.q.5.nu.15. Paſchal. de vir.patr. pot.p.1.c.6. n.136.

Inſtrumentum cenſus vitalitij an poſſit reſcindi ob tertias non ſolutas, & quid ob alienationem corporis ſuppoſiti in conſtitutione ipſius cenſus;concluditur, poſſe reſcindi, & ità pluries tàm per M.C.V. quàm per S.C.fuiſſe deciſum, nouiſſimè tradit Molf. in conſ.8. impreſſo poſt Commen. ad Conſuet.Neap.n.19.vbi in fine tradit, audiuiſſe, fuiſſe in reclamatione reuocatum primum decretum S.C.& fuiſſe prouiſum,ſoluendas eſſe tertias decurſas, tamen de veritate videnda eſt deciſio Tap.ſuprà eod.verb.cõtractus,de qua ipſe author non meminit,fortè, quia eodem tempore ſcripſerunt eorum volumina,& quid in Curia Archiepiſcopali Neapol. vide Epiſcop.Iſern. in eius prax. c.16.num.6.dicentem,fuiſſe deciſum,non poſſe liquidari.

Inſtrumentum an poſſit reaſſumi ab alio Notario,ſi principalis Notarius rogatus eſſet abſens, & in poſſe hoſtium detentus;fuit deciſum, quòd ſic, nõ quòd ipſe Notarius dicat,ſe rogatum, Affl.dec.6. Ant.Gabr.lib.1.tit. de prob. concl.3.n.34.Tap.in Conſt.Priuilegia,n.54.Ric.collect.dec.185.& 361. Fab.in eius Cod.tit.de fid. inſtr. defin.28. *Iallong. racemat 87.n.9.*

Inſtrumentum reaſſumptum per alium Notarium an liquidari poſſit deficiente citatione principalis in reaſſumptione, non probato ſtilo Notarij defuncti,attentaq; reaſſumptione illius inſtrumenti reaſſumpti à quadam cartula in faſciulis Notarij conſeruata,non alitèr in prothocollo regiſtrata, non tantùm clauſularum exequutiones extendẽdo;ſed clauſulas ſubſtantiam contractus annectẽtes;fuit per S.C.impedita liquidatio prædicta inſtrumenti reaſſumpti, Franch.dec.567. Ricc.collect.dec.1322.

Inſtrumẽtum an poſſit liquidari in Curia Baiuli,circumſcriptis rationibus allegatis per Reg.Tap. in

Ritu, Item quòd ſi debitores, de inſtrum. liquid. n.6.& ſeq.& n.32.verſ.hic articulus refert, fuiſſe deciſum per R.C.S.quòd nó licet liquidari inſtrumenta in Curia Baiuli,in cauſa vertēte inter Vniuerſitatem Catanzarij,& Cæſarem dello Nobile die 14.Iulij 1604.referente D.Didaco de Vera.

Inſtrumentum liquidari non poteſt elapſis annis 20. à die natiuitatis actionis,iuxtà Rit.M.C.V.167. & ibi Carauita,ſed via ordinaria agendum,ſublimitatur,non procedere in inſtrumento cenſus reſpectu tertiarum, quoniam etiam poſt 20. annos liquidari poteſt, & ità pluriès fuiſſe ſeruatū in S.C. refert Frec.de ſubfeu.lib.2. ♭.pluribus autem modis,n.37.f.113.eum citat Carol.Grimal. in add.ad prax.M.C.V.Tartagl.in cap.1.incip. ſtilus Curiæ, verſ.iſta duodecima.

Inſtrumentum facere debitor licèt teneatur ad inſtantiam creditoris petentis illud fieri,an autem cum guarentigia; deciſum fuit per S.C. in anno 1600. de menſe Septembris affirmatiuè contra Alphonſum Terrælaboris, Viſcon. ad Franch.deciſ.615.

Inſtrumentum certorum annuorum introituum pro certo capitale ſtipulatum cum aliquibus particularibus alicuius Terræ proprio ipſorum nomine, priuato,& principale ſe obligantibus cū pacto reſciſſorio in forma,iuxtà Ritū M.C.V. an liquidari poſſit,ſi probatum fuerit per obligatos,pecuniam verſam fuiſſe in vtilitatem Vniuerſitatis,obſtante etiam nouella prag.12.de Admin. Vniuerſ. vbi in fine expreſsè prohibetur, ſimiles contractus per particulares fieri abſq; Regio aſſenſu ſub pęna inualiditatis,nam videtur per indirectum contrauenire diſpoſitioni alterius prag.prohibentis Vniuerſitatibus pecunias accipere abſq;Regio aſſenſu,& ſucceſſiuè mādatur in ea, eos non moleſtari, quanquàm ex iuris diſpoſitione cautum ſit,pecuniam mutuo acceptam per Sindicos Vniuerſitatū, ſi conuerſa fuerit in eorum vtilitatem, & Sindici, & ipſæ tenentur,l.ciuitas,vbi DD.ff.ſi cer.pet.eo, ꝙ contrahens,gratia vtriuſq; contrahere videtur, per ea,quę tradit Montan.in prag.2.n.160.cū ſeq. de Admin. Vniuerſ.vbi num.128.refert,quomodò probetur,pecuniā verſam fuiſſe in vtilitatē ipſarū, hoc eſt naturalitèr, vel præſumptiuè, non tamen procedit in particularibus accipientibus pecuniā nomine ipſarum,cùm non ad eas,ſed ad Sindicos, & Officiales ſpectet, ſicut ibi Montan. confirmat n.... Verùm quia conſimiles contractus ordinariè celebrantur per diuitēs particulares ſub nomine Vniuerſitatis,vel ipſorum,& pecuniam in eorū vtilitatem afferebant vertere, proindè ad euitandū fraudes iuſtiſſimè talis prodijt Regia promulgatio,annullās ſimiles contractus, & eximēs reos ab obligationibus,ſed vt huius rei plena cognitio habeatur puto, ſic ſub diſtinctione procedendum fore,nam aut verè, & realitèr particulares eorum proprio, & priuato nomine pecuniam accipiunt ſub vſuris mediante inſtrumento ab alijs hominibus,& tunc ſi tales obligati pecuniā ipſam in vtilitatem Vniuerſitatis conuertunt,in quo creditoris voluntas non alitèr concurrit expreſsè, nec tacitè,tunc ſiue colluſiuè,aut doloſè actū fuerit, ob metum fortè denegationis aſſenſus nil creditori pręiudicium afferre debet;dolus .n. alterius alteri nocere nó debet,l.electio,§.ſi abſenti,ff.de noxal. & ex dolo vēditoris nó tenetur emptor,l.sūma,§. emptor,ff.de pecul.nam dolus cuiq. ſuus nocet, l.1.ff. de dol. mal. excep. & ſic non debet creditor ſuo iure fraudari, & bonis ſpoliari, ſed verius in præiudicium ipſorum obligatorum damnum tendere videtur. Aut .n. ſi non expreſsè,ſaltim tacitè tale inſtrumentum conficeretur per obligatos eorum priuato nomine;ſed rei veritate in beneficiū Vniuerſitatis,accedente tacita creditoris voluntate,quia doloſè,& in fraudem pragmaticæ agere cernuntur,probatiſq; fraude, & dolo, qui ex coniecturis rectè probatur,iuxtà gl.in l.& eleganter, vbi DD.ff.de dol.latè Tiraq.de retract.lib.1.§.26. gl.1.num.35.& in alijs locis citatis per Fuſcum in ſing.146.lit.F.procederet vtiq; eiuſdem pragmaticæ diſpoſitio, hinc eſt, quòd in occurrenti caſu ventilato in M. C. V. ad inſtantiam Iſabellæ Gagliardæ creditricis pro certa ſumma pecuniarum capitalis, & tertiarum certorum particularium obligatorum Vniuerſitatis Terræ Cicciani, prætendentis liquidare facere dictum inſtrumentum contra eos,iuxtà Ritum dictæ M.C,ob tertias decurſas citari fecit reos ipſos,qui Curia pro Tribunali ſedente produxerant, pecuniam ipſam receptam fuiſſe nomine dictæ Vniuerſitatis, & in eius vtilitatem verſam,dictamq; creditricem aliàs per ſuas literas interpellaſſe dictam Vniuerſitatem ad ſoluendum tertias,& ab ea nonnullas quantitates pecuniarum aliàs recepiſſe, & eidem quoddam depoſitum pecuniarum dictę Vniuerſitatis liberatum,vndè ex ijs coniecturis apparebat, contractū ipſum fuiſſe confectum contra formam dictæ Regiæ pragmaticæ,quapropter annullari debuerat, & ità facta relatione in dicta M. C. per Iudicem Cithera deciſum fuit,vt ordinatiè ageretur, pęnès Terraccian. Act.Mag.Non tamen mirandum eſt, ſi ad ipſius nullitatem proceſſum ſit,cùm ex actis clarè conſtabat,dictum inſtrumentum fuiſſe renouatum, & dependebat ab alio inſtrumento aliàs reſciſſo ſtipulato antè dictam pragmaticam, & in conſimili caſu memini (dùm in Ciuitate Theani Iudex præeſſem). vidiſſe reſcriptum Excellentiſſimi Proregis concedentis dilationem ad ſoluendum certis particularibus obligatis proprio, & priuato,principaliquè nomine; nam & ſi in inſtrumento nulla mentio de Vniuerſitate fiebat, ſcripturis tamen productis apparebar,dictam pecuniam verſam fuiſſe in eius vtilitatem,ex aſſenſu potiſſimùm deſupèr expedito ad inſtantiam ipſius, & per ſolutiones factas de tertijs, & ſic exequutum in generali dilatione ad ſoluendum olim conceſſa Vniuerſitatibus per Excellentiſſimum tunc Regni Proregem Comitem Lemenſium iuniorem,integritate,ſcientia,& prudentia ornatiſſimum.Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Inſtrumentum liquidari an poſſit iuxtà Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ ſtante pendentia litis coram Arbitris electis, per creditorem, & debitorem, tàm pro cauſa crediti inſtrumentalis, quàm aliarum, & quid ſi fuiſſet talis litis pendentia tantùm allegata Curia pro Tribunali ſedente, nec alitèr proceſſus compromiſſi præſentatus ob malitiam creditoris illum occupantis, ob quod nec copia haberi potuit, caſus euenit elapſis annis inter quond. Vincentium de Thoro meum patruum debitorem vigore inſtrumenti li-

quidi

Digitized by Google

quidi ſtipulati cum quon. Io. Troiano de Arzano viro quond. Margharitæ de Thoro pro dotibus ipſius, & inter dictam Margharitam, cum interuẽtu eius ſecundi viri Io. Pauli Fidelis V. I. D. factũ fuerat comptomiſſum in poſſe duorum Arbitrorum electorum per eos, tam pro debito contento in inſtrumento, quàm pro debito ipſius Margharitæ ex cauſa alimentorum ei per dictum Vincentium præſutorum, & pendente deciſione Arbitrorum pars ipſius Margharitę proceſſum ipſum occupauerat, vt tempus laberetur, & proindè nulla alia facta prorogatione præſentauit inſtrumẽtum liquidum in M. C. V. & citari fecit dictum Vincentium ſuper tenore inſtrumenti eadem Margharita vti tutrix, & curatrix filiæ minoris dicti quond. Io. Troiani primi viri, & ſic per M. C. V. declarata Curia pro Tribunali ſedente cõparuit ipſe Vincentius, allegando litis pendentiam coràm Arbitris, nec potuit habere proceſſum, aut illius copiam, ex quo in poſſe aduerſarij reperiebatur, & ità proteſtabatur de impedimento, per ea, quæ tradit Vrſil. dec. 29. n. 4. & 5. ſed hoc non obſtante M. C. proceſſit ad liquidationem, & interpoſita appellatione coram Circumſp. Præſide Sacr. C. obtentum fuit, de prædictis verbum fieri; indè facta relatione in S. C. per Eruditum tunc M. C. V. Iudicem in ciuilibus Octauium de Piccolellis, nũc meritiſſimum Fiſci Patronum dictę M. C. auditaq; relatione per tunc Circumſp. Præſidem Vincẽtiũ de Franchis de omnibus prædictis iuſſit, illicò diligentiam fieri de ꝓceſſu: Indè habita fide Actuarij de veritate rei, mandanit, vt donec fuerit repertus proceſſus, Iudex ipſe relationem non faceret, & in hoc credo, iuridicè proceſſiſſe, etenim compromiſſum factum de lite impedimentum eſt, ſecundùm Afſl. in Conſt. Sępè contingit, ſub n. 3. vbi alia impedimenta collexit, de quo etiam loquitur Muſcat. in prax. S. C. lib. 2. p. 2. gl. cauſa, n. 20. qui n. 38. loquitur de fide Actuarij circa impedimentũ ſatis ad propoſitum, ſed demùm reperto proceſſu, & in Aula S. C. preſentato tempore relationis, deciſum fuit per S. R. C. ꝙ ipſa M. C. V. de iuſtitia prouideret, ex quo proceſſus reperiebatur in poſſe dicti Io. Pauli Fidelis, nec potuit pręſentari tempore liquidationis ob tale impedimẽtũ. Nec parirèt puto, id abſq; ratione ꝓceſſiſſe, ad ꝙ facit illud Carau. in rit. 268. n. 2. ꝙ impedimento in perſona venientis ad excuſandũ citatum ceſſante, dũ conſtat Curiæ anteq̃ diſcedat Curia, admittitur, quid ampliatur ad excuſatorẽ miſſum, qui nõ alitèr venit, quia fortè impedimentũ durauerat veniendo principalis, & probando excuſatur à contumacia, ſic ꝓuideri ſperabatur per M. C. V. ſed totũ oppoſitum decidit, procedendo ad interrogationẽ, nulla habita ratione de allegata litis pendentia corã Arbitris, & fortè quia litis pendentia coràm Arbitris non datur, nec inducitur, dixit Gayl. pract. obſeru. lib. 1. obſer. 141. n. 3. ſed interpoſita alia Regia decretatione de prædictis verbum fieri in S. C. demùm facta relatione per eundem Iudicem de Piccolellis in aula quond. Conſil. Nicolai Antonij Gizarelli in anno 1599. de menſe Octobris deciſum fuit per S. C. remittendo cauſam eidem M. C. quòd ipſa M. C. prouideret, quòd ageretur ordinariè, penès Pintum Actuar. M. C. cuius proceſſus copia extat in Banca de Mondellis Act. Magiſtr. S. C. & ſic admiſit exceptionem litis pendentiæ coràm Arbitris, & quidem iuridicè, compromiſſo n. iurato pendente altero ex compromittentibus, non poterit alterum conuenire, & ſi fecerit, obſtaret exceptio litis pendentiæ coràm Arbitris, quæ coràm Ordinario poterit allegari, ità ſingularitèr Paul. de Caſt. & Iaſ. in l. ſi pecuniam, ff ſi cert. pet. quos citat Bellac. inter comm. opin. tit. de recep. Arbitr. n. 8. vbi ſubdit, quòd eo caſu compromiſſum habet efficaciam ratione iuramenti, & demùm ex ſententia Arbitrorum oritur actio, & exceptio, l. nè in arbitris, C. de Arbitris. Cæterùm quando non adeſſet iuramentum, neq; eſſet ſtatutum validans ſententias Arbitrorum, tunc non obſtaret exceptio litis pendentię, ſecundùm Paul. de Caſtr. vbi ſuprà, & ſic procedit opinio contraria; at in caſu noſtro vltrà ſtatutum municipale ſituatum in pragm. odia, de Arbitr. per quod datur poteſtas Arbitris, immò & iuriſdictio, Ann. in alleg. 72. n. 4. indè Iudices delegati eſſe videntur, accedit etiam compromiſſum iuratum, & omni ſolemnitate vallatum, non mirum ſi exceptionem litis pendentiæ operatur, & ſic rectè, iudicio meo, ſaluo meliori, proceſſerunt deciſiones S. C. *Iulius Cæſar Gallupp. in praxi S. C. p. 2. c. 22. n. 38. in medio.* Io. Bapt. de Thor. I. C. Neap.

Inſtrumentum an poſſit liquidari à cedente via Ritus, ſi in ceſſione non ſe reſeruauerit poteſtatem liquidandi, vide ſuprà verb. Cedens, & de hoc pendet deciſio facienda iunctis aulis.

Inſtrumentum confectum extrà Regnum certi debiti alicui creditori an valeat, ſi in eo non fuerit obſeruata ſolemnitas Conſt. Regni Inſtrumentorum robur, eò quòd dùm magnam contineret ſummã duo tantũ teſtes in eo deſcripti fuerant, & ſucceſſiuè data inualiditate ipſius aſſenſus deſupèr impetrati à debitore tũc cõtumace, licèt ꝑ eius parte ſupplicatũ, nullius roboris, & firmitatis reddebatur, ob quod ipſe debitor ad promiſſa nullo iure cogi poſſet; contingit hoc dubitari in cauſa D. Marij Ioppoli creditoris D. Ioannis Villadecane, & D. Conſtãtiæ de Ioãne pro sũma vnciarum 12. mille, & inſtrumentum erat confectũ in Ciuitate Meſſanæ, vbi duo tantũ teſtes erant deſcripti, ſic Conſuetudine dictæ Ciuitatis ſe habente, ꝓpter ꝙ ex aduerſo oppoſitus fuerat defectus ſolẽnitatis Conſt. Regni, ita vt attẽto tali, defectu, ad debitum non teneri replicabatur. Ad tuitionem iurũ dicti *D.* Marij infraſcripta allegata fuerunt in iure. Adeò creditum D. Marij verum, lucidum, atq; clarum publico inſtrumento, aſſenſu Regio, publicis partitis Banci, ac demùm propria partis aduerſæ confeſſione vallatũ affertur, vt nullo pacto hodiè friuolis D. Conſtantię, & D. Ioannis ſubtilitatibus, ſiuè potius ſubterfugijs tergiuerſari, aut obũbrari poſsit, quin ſententia Sacri Conſilij, tàm ritè, ac rectè in fauorem ipſius D. Marij lata, rationabilitèr exequutioni ſit demandanda: Ad quod fundandum, tot tantæq; rationes aliàs pro D. Mario allegatæ, ſatis, ſuperq; ſufficere debent: cæterùm cùm nouitèr volumina quædam allegationum Partem attuliſſe audiuerim; pro virili, non ad cauſæ neceſsitatem, ſecundùm veros iuris terminos illa diluere libuit. Duo mihi præcipuè præmittendo, Vnum, quòd in multis Scriptores voluminum prædictorum, vt fertur, inter ſe altercantes diffe-

runt, vt ſic pro parte aduerſa cõuenientia teſtimonia non adſint, & non mirum quidèm, cùm claram D. Marij iuſtitiam, ac iuſtiſſimam S.C. ſententiam denigrare perperam nitentur. Alterum verò aſſumptum indubitatum mihi ſuppono, quòd dùm inſtrumentum producitur, magna pro eo inſurgit præſumptio, vt notant Doctores in cap. Abbate, de verb. ſignif. cap. ſi Papa, de priuileg. in ſextò, & ideò Bald. in c. 1. § ſi inſtrumentũ, n. 2. de not. feud. inquit, ex inſtrumento duas oriri præſumptiones: Vna, quòd ſit verũ. Altera verò, quòd ſit ſolemne, Dec. conſ. 36. Petra ſãct. conſ. 39. Marſil. in l. ſi quis, n. 139. ff. de quæſtion. Neuiz lib. 6. Sylu. nupt. n. 47. verſ. Item in dubio, Alex. conſ. 116. lib. 3. Ac publicum, & ſolemne D. Marij inſtrumentum liquidò apparet, cùm fuerit manu publicæ perſonæ confectum, ſufficienti teſtium numero roboratum, quo caſu etiam ſecundùm lecturam Partis inſtrumentum publicum cenſetur, prout ad hoc Partem aduerſam nonnullos Authores citantem audiui; nempè Aſinium de exequu. in princ. c. 5. Cataut. rit. 167. n. 27. Card. in c. 2. de fid. inſtrum. Rebuff. ad Conſt. Gall. colum. 1. tit. de Chirogr. & reduct. recogn. num. 2. & alios, ſed hos, ac conſimiles Doct. Partis aduerſæ omittendo, benè cum ea in hoc articulo concordamus, ſcilicèt inſtrumentum Don Marij, eo quia a Tabellione tãquàm publica perſona celebratum, verè publicum, atq; ſolẽne eſſe, hoc mihi apertiſſimè probant tex. & ibi grauiſſimi Doctores poſt gloſ. in c. 1. & tex in cap. 2. ext. de fid. inſtrum. & præcipuè Abb. in d. c. 1 num. 2. poſt Innoc. Specul. in tit. de inſtrum. edit. § 7. nunc dicendum, in 2. par. & ob id Luc. de Penn. in l. generali 3. col. C. de tabul. lib. 10. tradit, ſcripturam publicam eſſe, quando Tabellio dicit, quòd ipſe conſcripſit tanquàm publica perſona cum appoſitione ſui ſoliti, ac publici ſigni, vltrà Bald. in l. 1. §. editiones, ff. de eden. rogo legatur, Bellacomb. lib. 4. commun. opin. tit. 11. de Tabell. & fid. inſtrum. vbi hoc latiſſimè ex multis comprobat in primo tomo commun. opin. pag. mihi 567. Cęterũ in hoc contractu abundè fuerunt prædicta obſeruata, & paritèr forma particularis Conſuetudinis Ciuitatis Meſſanæ, quo in loco fuit celebratus iſte contractus, meritò erit omninò veluti publicus, ac ſolẽnis dijudicandus; & quamuis gloſ. in d. l. generali multa requiſita pro publica forma conſcripſerit; attamen non omnia illa ſunt neceſſaria; nec vſu recepta, ità Panorm. in d. c. 1. n. 3. & ſeq. de fid. inſtr. Salyc. & alij in l. contractus, nu. 3. C. eod. vbi communitèr tradunt; ſolam ſubſcriptionem Tabellionis, deſcriptionemq; teſtium ſufficere, dùm igitur ibi viget Cõſuetudo, contractum duobus teſtibus roboratum tenere, & ità paſſim ab antiquiſſimo tempore fuit obſeruatum, nil aliud quęrere debemus. Et ſi aliqui pauci contractus tribus fuerint etiam teſtibus roborati, hoc nil refert, cùm binarius tantùm numerus ſit neceſſarius, vt in alijs allegationibus latiſſimè fuit demonſtratum, omnes alij teſtes vltrà dictum binarium numerum non neceſſarij, ſed ſupernumerarij vocantur, & non ſunt in conſideratione, ità Salyc. in l. in exercẽdis, n. 3. C. de fid. inſtr. Card. Pariſ. in conſ. 162. n. 3. vol. 4. Adeò quòd de veritate, atq; ſolemnitate contractus vlteriùs hæſitari non licet. Nil penitùs aduerſante, quòd tex. Conſuetudinis de priuatis cõtractibus loquatur, cùm rubrica ipſius apertiſſimè de publicis et contractibus dicit; quam quidèm rubricam Pars ſemper tacuit, non aduertẽs, quòd nigrum ex rubro, & è conuerſo declaratur, ſecundùm communes, ac tritas regulas DD. de quibus in alijs allegationibus; Coniungendo igitur rubricã cũ tex. aptius, immò verius aſſeuerari põt, quòd nullus priuatus cõtractus valeat, niſi à duobus, vel pluribus idoneis teſtibus fuerit roboratus: priuatus ergò nõ tenet, ſed teſtibus roboratus valet, velut publicus, & ſic nigrũ cum rubro conſonat, & huiuſmodi ſenſus cũ litera tex. applaudet; nõ peregrinus, ſed vti germanus (ni fallor) erit ãplectendus, ex regul. l. Plautius, ff. de aur. & arg. leg. & ex hac vera Conſuetudinis lectura neceſſariò ſequitur, nil attinere, quod in ſequẽti Cõſuetudine in c. 28. caueatur, nullam pęnam in contractu priuato ſolui, excepto ſi de pœna fiat publicum inſtrumentum, iſta ſequẽs Cõſuetudo (iudicio meo) magis pręcedentem in c. 26. enucleat, vel cum ea concordat, Erat .n. dictum in tex. Conſuet. 26. nullum priuatum contractum valere: hic verò in c. 28. dicitur, nullam pœnam ſolui de contractu priuato, & benè ſi contractus principalis eſt nullus, ergò & pœna ibi appoſita, tex. not. in l. non dubium, C. de leg. cum ſimil. ſubdit poſteà, excepto ſi de pœna ſit publicum inſtrumentum. Cæterùm publicum redditur inſtrumentum, dùm à Tabellione cum numero teſtium celebratur, ergo teſtium deſcriptio à Tabellione facta vti publica perſona, publicũ efficit contractum; & tunc rectè pœna exigitur, vndè omnia concordare inſpiciuntur in idem, quòd contractus priuatus benè differat à publico, & quòd priuatus non tenet, ſed adhibitis teſtibus veluti publicus ſuum ſortitur effectum, prout eſt iſte contractus, de quo agitur. Sed ad quid in iſtis elaboratur, ſi longæuus vſus ità ſemper inſtrumenta à Tabellione tanquàm publica perſona cum duorum teſtium interuentu conſcripta publica eſſe declarauerit, quod etiam inſtrumenta Partis aduerſæ producta peroptimè probant: Igitur nil vltrà inueſtigandum: hoc ſolum motiuum ponit, (ni fallor) gladium ad radicem: Defectus verò Iudicis ad cõtractus ex aduerſo cõſideratus nullius eſt momenti, quandoquidèm interuentus Iudicis non neceſſarius; ſed ſupernumerarius in iſto Regno cenſetur, vbi Conſt. Regni Inſtrumentorum robur nõ obſeruatur: & decretum Prothonotarij iubentis, Conſt. obſeruari, non obſtante conſuetudine in contrarium, nil operatur: immò retorquetur, cùm ex illo perſpicuè colligatur, etiam ſuo tempore Conſt. prædictam in viridi non fuiſſe obſeruantia, & ſicuti per prius non fuerat recepta, ità paritèr poſt dictum decretum fuit continuatũ, vt inſtrumenta Tabellionum cum interuẽtu duorum teſtium publica cenſeantur: vltrà quòd Prothonotarius ille cõſuetudinem vetuſtiſſimam derogandi poteſtate carebat, & ſi leges non ligant, quantò magis tale Prothonotarij decretum, ità DD. omnes in vulg. c. 1. de treug. & pac. Soc. iũ. cõſ. 32. n. 44. lib. 3. Rol. à Val. in tract. de lucr. dot. q. 99. Menoch. in lib. 2. de præſump. præſum. 2. nu. 2. igitur eò fortius idem affirmari debet in prætenſo decreto Prothonotarij iuriſdictione carẽtis circa conſuetudinis derogationem. Enimuerò officium Prothonotarij non in derogatione conſuetudinũ,

nec

nec in códeda lege verſatur, ſed in creatione Notariorum, Frec.lib.1.de ſubſeu.de offic.Logoth.& Protho.n.9. *Danz. de pugna Doct.tit. de inſtrumento,c.3.n.53.*

Item minus obſtat, quòd aliqua pauca inſtrumenta plures teſtes habere videantur, vt hic, dùm vario modo ſit vſus in celebratione inſtrumentorum, quòd proindè non ſit vniformis conſuetudo inducta, per ea, quæ dicit Natt.in conſ.331.nu.6. cum alijs, quæ fortè pars pro ſe adducit.

Sed rogo aduertatur, Nam & ſi fortè variatum ſit in numero teſtium, ſemper tamen obſeruatum fuit, inſtrumenta etiam libram auri excedentia, cum duobus teſtibus, & ſine Iudice valuiſſe: & nunquã auditum fuit, quòd per hoc inſtrumenta ſubuertantur. Immò quòd ſuſtineantur, & quòd plenam perhibeant probationem, etiam ex inſtrumentis ex aduerſo productis plenè colligitur; Prætereà ſi, vt plurimùm, inſtrumenta hoc modo, & ſic communitèr ſint celebrata, & cõſcripta à Tabellionibus, & de raro cum maiori teſtium numero: ergò id, quod magis communitèr obſeruatum fuit, erit attendendum; lex.n. ad ea, quæ frequentius accidunt adaptatur, vulg.l.nam ad ea, ff. de leg.ex eo autem, quod plerunq; factũ fuit, conſuetudo optimè inducitur; iuxtà not. per Bar. in l. de quibus, col.6.verſ.item quæro, quòd ſi infra decennium, ff.de legib.vbi ſecus dicit, quando eſſent tot actus pro, & contra, & non conſtaret de obſeruantia magis communi, vt in indiuiduo ex multis elegãtèr decidit Philip. Dec. qui rogo legatur in conſ. 11.nu.12.verſ.2.reſpondetur, vbi ità declarat, omnes DD. hanc materiam tractantes eſſe intelligẽdos; Vndè cùm in iſto caſu de frequentiori, & magis communi obſeruantia appareat, circa binariũ numerum abſq; Iudice, nullatènus erit ab ea recedendum, vt liquet ex inſpectione multorum inſtrumentorum, ex qua conſuetudo notoria habetur, quæ probatione non indiget, Bald.in l.1.col.fi. C.ad Velleia. & in l.cùm aliquis, C. de iur. delib. Ang. in conſ.140.ſtatutum, col.2. Dec. in cit. conſ. 11.n.9.verſ.ex inſpectione, vltrà quòd quando diuerſitas reperitur in actibus, qui ſe ad inuicem compariuntur, etiam ex tali diuerſitate conſuetudo oriri non impeditur, firmat idem Dec. in præalleg.conſ.nu.13. verſ.tertiò.& vltimò. Ita in caſu iſto compariuntur iſti actus, quòd valuerint, & valeãt cum duobus teſtibus inſtrumenta, & etiam cum maiori numero, & contrarium non aſſertur, nec vnquàm contrarium fuit auditum; Igitur iuſtiſſimè tali inſtrumento publico D. Marij vndiq; vallato credendum, & ſtandum ex vi antiquiſſimæ conſuetudinis, quæ ex innumeris exhibitis inſtrumentis; & ẽt, vt dixi, ex aduerſo productis, & ex fide Notariorum illius Ciuitatis, ſic atteſtantium apertiſſimè liquet; dùm ſemper ità practicatum, & obſeruatum fuiſſe cõmuni ore fatentur; & Pars in hoc nil in contrarium oſtendit; tantòq; magis ceſſare debent oppoſitiones Aduerſariorum, quia in initio libri Conſuetudinum Ciuitatis Meſſanæ expreſsè enunciatur, quòd ſunt iſtæ Conſuetudines obtentę, & approbatæ in contradictorio iudicio: ergò Pars acquieſcere, & ſilere debet: omittẽs inſupèr, ad validitatem conſuetudinis non requiri, quòd in contradictorio iudicio ſit obtenta: quicquid alij dixerint, eſt communis opinio, quam atteſtatur Soc.conſ.96. lib.1. Corn.conſ.293.vol.1. Veron.conſ.31.Crauet.conſ.55.n.6.Bar.Bal. Saly. & alij in l.de quibus, de leg. Aret.in §.ex non ſcripto, de iur.nat.gent.& ciuil. Viu.latiſſime comm. opin.262. At in caſu noſtro ſecundùm dictas conſuetudines ſemper fuit obtentum, prout rubrica ipſarũ plenè dicit: meritò omnis ceſſat difficultas.

Nec aduerſatur illa conſideratio, quòd conſuetudo præfata ſecundùm Regni Conſtitutionem Inſtrumentorum robur ſit interpretanda, vt in quantitate libram auri excedente, plures, & in minori quantitate duo ſufficiant teſtes: Enimuerò fuit alias replicatum, hãc diſtinctionem non militare: quandoquidèm ſemper, & indiſtinctè, tàm ſupra, quàm intra libram duo teſtes fuerunt neceſſarij, alij verò ſupernumerarij, vt ex dictis inſtrumentis partis aduerſæ quoq; oſtenditur: Iſta itaq; conſuetudo, & obſeruantia interpretatiua omnem tollit difficultatem, Ant. de Butr. c.fi.de conſuet. Aret.in conſ.11.Alex.in conſ.107.in 5.vol.

Miror etiã, quomodò ex aduerſo rurſus obijciatur: Inſtrumentum D.Marij non eſſe litera intelligibili ſcriptum, & per extenſum, ſeruata forma Conſtitutionis incip. Conſuetudinem, quam olim cæterùm, inſtrumentum facillimè legitur, cuius adeſt originale, vbi omnia clariſſimè leguntur; vltra quòd Fab.de Iordan.in ſua addit.in dicta Conſtit. tradidit, ipſam non omninò vſu receptam fuiſſe: Pars æquidèm, quid inſtrumentum contineat, benè ſcit, ſed nunc ignorare ſimulat; non aduertens, quomodò ex alijs adminiculis, atq; publicis documentis, & partitis Banci ſit illud longè, latèq; verificatũ, & quòd re vera d.Cõſtitutio Cõſuetudinẽ non ſit vſu recepta, patet etiam ex eo, quia mãdatur ibi, inſtrumenta nõ valere, niſi in carta pergamena; & contrarium obſeruatur in S.C.& datur fides copiæ extractæ ex prothocollo, ſi duo viuũt teſtes, vt per Affl.in Conſt.Baiulos, n.54.

Prætereà vanum putaui, dùm opponitur, Cõſuetudinem hanc Meſſanenſem non eſſe antiquam, proùt antiquiſſimã aliàs condemonſtraui, quo caſu vim habet priuilegij, & adeò vt nil cõtra eam opponi poſſit, iuxtà not.in l.hoc iure, §.aquæductus, ff.de aqu.quotid.& æſtiu.c.ſuper quibuſdã, §.prætereà, de verb.ſignif.& in c.innouamus, de cenſib.cum ſimil. & alijs in primis allegationibus adductis: immò ex abũdanti arguẽdo à ſufficienti partium enumeratione, nunc id clarius aperiam: Aut enim pars prætẽdit, Conſuetudinem prędictam, & alias in anno 1519. fuiſſe compilatas, & habeo intentũ, quia ibi expreſsè per Carol. V. fęl.mem. fuerũt approbatæ, & iuſſum, quòd ſeruentur, vt in pagina dictarum Conſuet. 26. legitur. Vndè ſpecificam Regis approbationem habemus, & conſequentèr omne dubium tollitur, & conſuetudo antiqua, & confirmata erit ſemper obſeruanda in confectione publici contractus, non obſtante Regni Cõſtitutione Inſtrumentorum robur. Aut & ſecundò pars inquit, confirmationem prędictam non extẽdi ad conſuetudinem iàm dictam, quia præcedunt aliæ Conſtitutiones in illa compilatione f.9.& ibi dicitur de anno 1322. ad interpretationem prędictę conſuetudinis, & tamen cùm conſuetudo iàm dicta de publicis cõtractibus loquens antecedat, vt ſit antè præfatas Conſtit. de anno 1322. deſcripta; ergò conſuetudo iſta pernecesſè fuit antè annũ

Digitized by Google

1322. introducta, & ſic tāti vetuſti temporis, quòd rationabilitèr conſuetudo immemorabilis & nūcupari, & iudicari debeat, & vti talis ſine dubio omnem Conſtitutionem derogare potuit, tantiq; temporis decurſus omnem Superiorum conſenſum, & confirmationem de iure præſumit, vulgatis iuribus.

Accedat inſuper, huiuſmodi Conſuetudines Meſſanenſes fuiſſe à retrò Regibus illius Regni, etiam mediante iuramento confirmatas, vt in libro Capitulorum illius Regni, fol 295. & propriè fol. 305. vbi Rex Ioannes in anno 1460. ſuper quatuor Euangelijs iurauit cuſtodire, & obſeruari facere Conſtitutiones, & vſus. Quo caſu ex vi iuramenti Regij conſuetudines, ēt inualidæ, eo modo, quo melius poteſt, conualidātur, Bal. in conſ. 274. per ſtatutum, lib. 1. Hipp. de Marſ. in ſing. 71. Mar. Muta ſuper Conſuet. Senat. Panor. c. 86. n. 19. cart. mihi 653. iuramētum profectò habet vim expreſſi, ac ſpecialis conſenſus, Dec. in conſ. 432. & 345. n. 4. iuramentum quoq; vim habet clauſulæ derogatoriæ, Iaſ. in l. mihi, & tibi, §. in legatis, n. 4. & 5. ff. de leg. 1. & in l. ſi conuenerit, ff. de iuriſd. omn. iud. & confirmatio ex certa ſcientia abſq; dubio confirmat ēt id, quod nullum eſt, vt poſt Abb. Dec. in c. de cōfirmationibus, n. 7. de confir. vtil. vel inutil. Adeò quòd memoratæ Conſuetudines antiquiſſimæ, & tot vicibus confirmatæ, etiam ab Imperatore Carolo V. & ex certa ſcientia, vt habetur in dicto libro Capitulorum pag. 538. proculdubio tanquàm in forma ſpecifica confirmatæ, ēt quòd nullæ fuiſſent, validę, ac efficaces redditę fuiſſent, vltrà quòd, vt dixi, ex ſe ipſis, cùm ſint vetuſtiſſimæ, ſenio confectæ, omni iure tenacitèr ſunt obſeruandæ; & ſecundùm eas iudicandum.

Poſtremò D. Conſtantia circa ſolemnitatem, & validitatem contractus ſe conuictam cernens, aſſenſū Regium deſupèr expeditum duplicitèr impugnare ſategit, tùm ex prætenſa contumacia D. Ioannis tunc pro aſſenſu ſupplicantis, tùm etiam ex prætenſa paterna prohibitione de non alienando feudum, & in vtroq; capite longè decipitur.

Et quod attinet ad contumaciam plura aliàs fuerunt conſiderata pro reſolutione, quæſo, relegentur. Porrò gratia iſta D. Mario, & non D. Ioa. fuit conceſſa, vt ex verbis eiuſdē aſſenſus liquet, ibi, quòd ſit aſſenſus D. Mario fructuoſus, & validus; ergò perſona D. Marij habilis eſt contemplata, & perſona recipientis, & non loquentis attenditur, iux. not. in l. vniuerſis, C. de precib. Imper. offer. & probatur ēt ex not. per Dominos de Rot. Rom. in antiq. dec. 9. n. 4. & defectus perſonæ impetrantis nō vitiat reſcriptum, Bar. in d. l. vniuerſis, nu. 2. & hoc ſufficere debet, nec contumacia debitoris creditori obeſſe potuit, Fr[illegible] lib. 3. de ſubfeu. q. 40. n. 3. in fi. gl. verò in l. fi. [illegible] t. pend. quòd contumax nō poſſit ſup[illegible]are. vlt[illegible] quòd loquitur in vero contumace, non autem in ficto: verus tamen contumax dicitur, qui citatus dixit expreſſim, Nolo venire, DD. in cap. venerabilibus, §. ſecus, de ſent. excomm. in ſexto, non ſic dixit D. Ioānes, nec D. Ioānes perſonalitèr fuit citatus. Immò prætenſam cōtumaciam illicò purgauit, vndè dictum gloſæ militaret in verè cōtumace, vel quādo cōtumax pro ſe ipſo, & ad ſui cōmodum ſupplicaret. Contumax enim, nec aliquis pro eo loqui valet; ſed cōtra ipſum benè, ad notata in c. intelleximus, extr. de iudic. cū ſimil. At in impetratione iſtius aſſenſus non pro eo, ſed contra eum fuit ſupplicatum, vt ipſius D. Ioannis bona feudalia eſſent efficacitèr D. Mario obligata; Meritò ex ijs, & alijs iā aliàs allegatis vana redditur impugnatio aſſenſus ex cauſa iam dictæ contumaciæ, & paritèr reſpectu prætēſi fideicōmiſſi paterni, quod in feudis abſq; aſſenſu nullum, & inualidum vndiq; inſpicitur, iux. not. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. cum concord. & quòd non expreſſio dicti fideicommiſſi vitiet aſſenſum, nullibi fūdari poterit, quicquid dixerit Ann. in repet. Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, nu. 48. nam ibi Regens Villanus erat in opinione, quòd prohibitio patris etiā nulla iuſtam cauſam denegandi aſſenſū prębebat, quę quidèm opinio vnius Regentis in illo negotio tantùm nullatènus ad exemplum trahi pōt, ità vt ex illo vnico actu Regentis ſit inducta vniuerſalis lex, hoc vtiq; ſatis abſurdum eſſet, tantò magis cùm aſſenſus tanquā gratia conceditur a Rege, eiuſq; Prorege, quando eis placet, & in iſtis aſſenſuum præſtationibus, tāquàm in actibus extraiudicialibus non eſt dare ſolitum in Rege; ità Frec. lib. 2. de ſubſeud. in 42. q. n. 4. authoritate Alberi. in l. de quibus, col. 44. ff. de leg. & Regens ille Villanus ad denegandum aſſenſum potuit aliundè iuſtè moueri, & pręcipuè, vt à ſenioribus percipi, ibi mater inſtabat pro denegatione aſſenſus, & filius feudum alienans erat ſatis iuuenis, &, vt fertur, ferè prodigus; non mirū ſi pro bono publico, ne quis re ſua malè vteretur, aſſenſus fuit ibi denegatus. Quę quidèm omnia in caſu noſtro ceſſant, & eo fortius illa opinio ceſſare debet, quoniā ex diuerſis non fit illatio, vulg. l. Papinianus exul. ff. de minor. ibi enim de vēditione feudi agebatur, hic de obligatione tantùm, ibi de aſſenſu concedendo, hic autem de aſſenſu iam conceſſo agitur, & nihilominùs vera eſt omnium ſententia, multa facta tenere, quę facienda fortè impedirētur, vulg. l. parte furioſo, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & ob id non mirum ſi Conſiliarius Anna filius, & ſi Patris ſimplicitèr referat dictum, non tamen illud ſequi, & firmare audet in conſ. 29.

At quæſtionem per veras regulas perſtringens, ſecūdùm quas ſemper vos Doctiſſimi Iudicantes iudicare conſueuiſtis; Ego quæro à parte de iure. An omnia tacita in impetratione aſſenſus, & gratiæ vitient aſſenſum, & certè non omnia, ſed ea ſola, de quibus in iure expreſsè cautum reperitur, ità Felin. cap. poſtulaſti, col. 4. verſ. declara, de reſcrip. Petr. Gregor. ſuper Decret. ſiuè reſcrip. lib. 1. c. 49. cum alijs congeſtis à Hieroń. Gabr. in conſ. 191. n. 9. vol. 1. & antè eum Calder. conſ. 1. n. 3. in tit. de fil. presbyt. Caſſad. dec. 10. tit. de præben. Cęterū de iure actus nullus non eſt in conſideratione, & de eo ſi Superiori non fiat mentio, non propterea vitiatur gratia, vt peroptimè probat Feli. in cap. ſuper literis, n. 15. verſ. limita primo, extrà de reſcrip. Oldrad. conſ. 299. n. 2. Ant. de Butr. Imol. & Abb. in cap. dilecte, nu. 3. de excep. Calder. in conſ. 29. in tit. de præbend. cum alijs abundè cumulatis à Loffred. in conſ. 4. nu. 26. Vndè dùm prohibitio patris circa feudalia abſq; aſsēſu fuit, & eſt ipſo iure nulla; meritò illa, maximè quia re vera tunc ignorabatur, non erat exprimenda, tanquàm inualidè

citrà

citrà aſſenſum: Et quòd talis prohibitio,& diſpoſitio ſit nulla,probat etiam Andr.in c.1.§.donare, 6.col. qualiter olim poterat feud. alien. pot. & in c. Imperialė 7.col. de prohib.feud. per Feder.alien. Frecc.lib.2.de ſubfeud.in 3.formul.n.9.in fin. Inſupèr addo,magnum abſurdū oriri,ſi Regis poteſtas aſſentiēdi ex inualida prohibitione patris metiretur. Quò fit,vt cū prohibitio,vt dixi,ſit nulla, nullum effectum de iure producere potuit, vulgatur. Quòcirca ſublatis cunctis ſubterfugijs partis aduerſæ arbitror, tàm lucidum, ac clarum D.Marij creditum partem fruſtrà tamdiù diſtuliſſe, & ob id pœnitere debet.Supplendo nunc in damnorum emēdatione, ac debiti ſatisfactione pro executione tam iuſtiſſimæ ſententiæ S.C. Hæc mihi occurrerunt,cętera verò pro ſolita integritate religioſiſſimus iſte Senatus ſupplere dignetur. Fabius de Falco. Camillus Petius.Franciſcus Antonius Coppula.Fabius Naccarella.Deo gratias;ſecundùm prædictas allegationes fuit iudicatum per S.R.C.referente Areualo Sedenno, in Banca de Burrelio. Et licèt deindè ſententia fuiſſet promulgata in fauorem ipſius D.Marij, exiſtente iudicio reclamationis, & nullitatum oppoſitarum fuerunt inter cęteras allegationes infraſcripta breuitèr allegata per quondam virum præclariſſimum I.C. Fabium de Falco patruum meum pro tuitione iurium ipſius D.Marij, incip.Et in primis minimè ceſpitatur, quin communis opinio, ac trita illa concluſio, conſuetudinem loci ipſius contractus circa ſollemnitatem attendi debere,ità latiſſimè Bar. Bal. & reliqui in l. cunctos populos, C.de Sum.Trin.& fid.Cathol. Soc.cōſ.288.col.6. vol.2.Rot.Genuenſ.dec.38.n.4. At cōſuetudinem loci contractus intuendo, proculdubio numerus teſtium binarius ſufficit; ergo contractus attenta hac conſuetudine ſatis eſt ſolemnis, & authenticus, non obſtante Regni Conſt.Inſtrumentorum robur,quæ in illo Regno non fuit vſu recepta,immò per contrarium vſum,& cōſuetudinem ſublata,pars plura obijcit, vnum.ſ.quòd non ſit conſuetudo probata, & huiuſmodi oppoſitio nō indiget reſponſione ex tot copioſè dictis, ac ſcriptis per Collegam,aliud,quòd aduerſus Cōſtitutionē præfatam conſuetudo induci nō potuit,ſed reſpondetur,non ambigi,conſuetudinem etiam contra ius, vel prætèr induci poſſe ſpatio decem annorum de iure ciuili.Iaſ.in l.de quibus,n.44.in fin.ff.de legib. Ant.& Imol.in c.fin.de conſuet.cum alijs abundè congeſtis à Donat.a Fin.lib.1.commun.opin. Nec clauſula derogatiua in princ.Cōſt.appoſita reſpectu futurarum conſuetudinum aliquid operatur: Enimuerò illa non obſtante innumerę aliæ Conſt. per contrarias conſuetudines ſuperuenientes poſteà ſublatę cernuntur,quas tanquàm notorias receſere ſuperfluum dijudicaui; Non mirum igitur, ſi Cōſt. Inſtrumētorū robur in deſuetudinē venerit in Regno vltrà Pharū ex particulari cōſuetudine in ſcriptis redacta, quæ tanquàm antiquiſſima eſt magni ponderis: tantum enim Regis tribuit priuilegium,quantum conſuetudo inueterata,qualis eſt iſta,cuius non eſt memoria in contrarium,vulgata l.hoc iure, §.aquæductus,ff.de aqua quotid.& æſtiu.& c.ſuper quibuſdam,§.prætereà, de verb.ſignif.DD.in c.innouamus.de cenſib.cum alijs ab Iſern.cumulatis in Cōſt.Regni Si dubitatio, in 7.col.& adeò iſta conſuetudo vera, ac in viridi obſeruantia eſſe dignoſcitur,quòd eadem pars aduerſa nonnulla inſtrumenta illius Regni in hoc proceſſu duorum teſtium numero roborata ſeruata forma dictę conſuetudinis exhibuit,vndè res ſatis perſpicua eſt; minus quoq; obſtat, quòd cōſuetudo loquatur de cōtractibus priuatis, quia rub.tex. loquitur etiam de publicis,& ſic,tàm publici,quàm priuati continētur,& duorum teſtium numero roborantur,cùm generalitas rubricæ,etiā quòd nigrum limitatè loquatur, ſit attendenda, Paul.de Caſtr.conſ.334. Bal.conſ.316.lib.1. Dec. conſ.527.n.11.nam ſtatutum etiam ſecundùm rubricam intelligi debet, Bald.in l.1.col.2. C.ne liceat tertio prou. quæ quidem conſuetudo licèt clara ſit, quando tamen dubia in hoc eſſet,recipit interpretationē ex ijs,quæ poſteà ſubſequuta ſūt; nam ſemper duo teſtes deſcripti à Notario ſufficiunt,vt liquet etiam ex inſtrumētis partis aduerſæ,& dùm diſponit generalitèr conſuetudo,quòd duorum,vel plurium teſtiū numerus ſufficiat,erit interpretanda ſecundùm ius commune, l.vbi numerus,ff.de teſtib.cū ſimilibus,immò & ſecūdùm ius diuinū,ꝙ in ore duorū, vel triū ſtat omne verbum,& exploratū eſt de iure communi, in publicis documētis ternarium numerum non exigi,ſed binarium,cùm etiā Tabellio ipſe interueniat, qui ſimilitèr etiam eſt de numero teſtium, ità firmat gloſ.in §.ſed & ſi inſtrumento, in verb.adijciatur, verſ.item nunquid, in auth.de inſt.caut. & fid.& de iure communi non requiritur ſubſcriptio, Capyc.dec.29.n.1.Couar.pract.quæſt.c.20.nu.4. vbi de communi opinione teſtatur, dato quòd contractus libram auri excedat,nō obſtante auth.ſed nouo iure,C.ſi cert.pet.tùm quia militaret,quando contrahēns imperitus eſſet, tùm quoq; cū non ſeruetur illa diſpoſitio, vt tradit Alex.in addit.ad Bar.in d.auth. ſed nouo,& ſufficit,vt dixi, deſcriptio tantùm,& nō ſubſcriptio teſtium de iure cōmuni, vt comprobat etiam Affl.in Conſt. Baiulos omnes, & dùm pars quærit, conſuetudinem concordare cum Conſt. Inſtrumentorum robur, ibi, niſi à duobus, vel tribus idoneis teſtibus fuerit roboratus cōtractus, vt duo teſtes ſufficiant,quādo infrà libram auri,tres verò quando contractus excedit libram auri,reſpondetur,quòd cōſuetudo prędicta ſemper fuit intellecta,tàm ſi quātitas excedat, quàm ſi non, vt binarius numerus tantùm ſit neceſſarius, prout ex infinitis eiuſdē partis aduerſæ cōtractibus libram auri excedentibus ſatis, ſuperq; liquet, & iam per Collegam benè fundatur, conſuetudinem per inſpectionem plurium inſtrumentorum probari,multò magis per eādem inſpectionem interpretationem cōſuetudinis verificari, & vſus ſubſequens peroptimè,priuilegia ſtatuta, & ſimilia interpretatur, Bar. in conſ.59. Rom.cōſ.271.& in hoc nō requiritur lōgi tēporis præſcriptio,Dec.conſ.156.col.fin. Aym.conſ.101. non omitto,huiuſmodi Siculam Conſuetudinem, & ſi limitatoriā Cōſtitutionis, tùm quia per eam redditur ad priſtinam ſuā naturam,& non ad ius cōmune,immò ad ius diuinū, quòd in ore duorū, &c. fauorabilem conſuetudinē dijudicari,per ea, quæ notat glo.in c.ſtatutum, verſ.numerandi,de præb.in ſexto,Iaſ.in l.ſi vnus.§ pactus ne peteret, ff.de pact. conſimilia refert Ann.iun. in conſ.118. n.13.

Digitized by Google

n.13. Poſtremò non curandum, quòd præfata cõſuetudo teſtes idoneos eſſe iubeat, etenim idonei præſumũtur, iux.tex. particularem in c.fi. de præſumpt. & in l.merito, ff. pro ſoc. Prætereà ſi pars eiſdẽ iſtis teſtibus vſa fuit, ipſos approbando, nequit proindè contra ipſos hodiè figurare, l.ſi quis, C.de teſt.l.qui ſatiſdare, §.fin.ff. de fideiuſſ. glo.& Ang.in auth.de teſt. §.1. ſileat ergo pars, cùm Sicula Conſuetudo omnẽ tollat ambiguitatẽ ex cõmuni DD.ſẽtẽtia, ꝙ cõſuetudo facit ſcripturã authenticã, illiq; dat robur, quæ aliàs fide careret, ità Spec.in tit.de inſtrum.edit.§.nũc dicendum, verſ. hoc quoq; in fin. Aret.in c.cùm cauſam, de prob. Comenſ.conſ.6. Feder.de Sen.conſ.119.& Affl.in Cõſt.Baiulos, in 13.notab. & hæc quòad cõtractũ, qui etiã multis corroboratur adminiculis, & quòd plus eſt, etiã ex cõfeſſione, & acceptatione partis, quò fit, vt ſatis, ſuperq; ſollẽnis, atq; verus liquet. Quò verò ad aſſenſum præſupponitur, illum inualidũ reddi ex contumacia D.Ioãnis debitoris, qui tempore habili feudalia obligauerat cũ reſeruatione aſſenſus, multifariàm reſpõdetur. Et primò, quòd aſſenſus prædictus in beneficium D. Marij creditoris fuit præſtitus, & proindè ibi dicitur, ꝙ aſſenſus ſit D.Mario ſtabilis, & fructuoſus, perſona ergo D.Marij gratiam recipientis fuit à Principe contemplata, quæ ſatis erat capax iſtius gratiæ, meritò ei tantùm prodeſſe debet, culpa verò, & contumacia debitoris creditori obeſſe non debet, ſentit Marin.Frec.in propria materia lib.2.de ſubfeud.q.40.nu.3.in fin. Nec aduerſatur, quòd in memoriale aſſenſus fuerit ſupplicatum pro parte D.Ioannis tunc contumacis, quia non per hoc verè dici poteſt, quòd ipſe contumax ſupplicauit, talia enim verba aſſertiuè in memoriali appoſita nequaquàm hoc probãt, iuxtà notorias deciſiones S.C. vt per eundem Frecc.lib.2. de ſubfeud. 24.q. quinimmò aduertatur, quòd ex ore partis hoc ẽt colligitur, dùm D. Ioannem tempore aſſenſus ab hac Ciuitate abſentem, & aſſenſum ignorantem allegauit, ergo non ipſe pro aſſenſu, ſed D.Marius ſupplicauit, & idcircò plus quod agitur, quam ꝙ ſimulatè cõcipitur valere debet, vulgatis iuribus; fuit itaq; D.Marius, qui ſupplicauit, qui impetrauit, & qui aſſenſum pro eius cautela obtinere debuit, & ſi Principi expreſſiſſet, ꝙ ipſe D.Marius in ſui beneficium ſupplicabat pro tali aſſẽſu, vtiq; eò facilius, & ſine dubio conceſſiſſet, quia nil penitùs ei obſtabat, & perſona recipientis, & non loquẽtis eſt contemplata, iuxtà not.in l.vniuerſis, C.de precib.Imper.offer.& in priuilegio, in quo dicitur ſupplicatũ pro parte Titij ꝓcuratoris, ſeù ad validandam gratiam, non eſt opus docere de mandato Titij, Ann.ſing.404.priuilegiũ. Secundò & ſi regula dictet, quòd contumax, & nemo pro eo loquatur, tamen in hoc aſſenſu non pro eo, ſed contra eum fuit loquutum, vt eius feudalia eſſent validè obligata ipſi D.Mario, licèt.n.actiuè coràm Principe, & in iudicio eſſe non poſſit, paſſiuè tamen non prohibetur, iuxtà notab.tex.in c.intelleximus, ext.de iudic.& veluti reus neceſſarius etiã auditur contumax, Paul.& Alex.in l.libertus, ff.de in ius voc. Tertiò, eſtò, citrà veri præiudicium, quòd verè ipſe D.Ioannes tunc contumax pro aſſenſu ſupplicaſſet, hoc vtiq; aſſenſum inualidum reddere non potuiſſet; veras (ni fallor) regulas iuris attendẽdo, perſona etenim inhabilis, prout eſt D.Ioannes, ſecũdùm lecturam partis pro alijs habilibus, ac capacibus gratias, atq; reſcripta impetrare non prohibetur; Hinc eſt, alia conſimilia omittendo, quòd procurator excommunicatus, qui eſt Deo odibilis, & Eccleſiæ cõtumax, pro ſuo principali non excommunicato rectè gratias, atq; reſcripta obtinere valet, vt elegantèr docet Archid.in c.ipſo iure, de reſcript. Domini de Rot. in antiq.dec.9.n.4.& tamen contumax excommunicato æquiparatur, Bald.in l.1.nu.12. C.de hæred. inſtit. Affl.in Conſt.Grandis 7.notab. Carau.in rit. 19.n.9. Quòcirca de veritate, ſolemnitate, atq; validitate contractus, & aſſenſus D.Marij hæſitari non debet, ſed ſententiam S.C. tàm iuſtiſſimam omni iure exequutioni demandandam eſſe ſupplicatur, nè creditor ſubterfugijs partis tàm iuſto ſuo credito indebitè priuetur. Tandèm referente D.Alphonſo Areualo Sedeño Reg.Conſiliario, & cauſæ Commiſſario iunctis Dominis duarum Aularum, interueniente D.Præſide de Vera ab Aragonia fuit inter partes prædictas iudicatum ſecundùm allegata, in Banca Burrelli, ſub tutela, & patrocinio d. quondam Doctoris V.I. Fabij de Falco mei patrui, cuius anima requieſcat in pace.

Io.Bapt. de Thoro I.C.

Inſtrumentum an liquidari poſsit in M.C.V. contra aliquem habentem vnum ex ſeptem Officijs Regni, cùm par in parem non habeat imperium; fuit facta liquidatio in M.C.V. & facto verbo in S.C. iudicatum, benè prouiſum in cauſa D.Tiberij Caraſæ Magni Cancell. Flau. Amend. ad Franch. dec.274. ſub n.5.

Inſtrumentum an debeat ſubſcribi à Notario, qui tempore ſuſceptionis contractus erat Notarius, quamuis poſteà Iudex effectus, vel ſi eſſet Iudex, & elapſus eſſet annus Iudicatus ipſius; fuit determinatum, quòd ſic, Barthol.de Capua in ſing. 148. incip.dic, quòd ſi Notarius.

Inſultans excogitatè aliquem cauſa percutiendi, vel occidẽdi, & nõ percuſsit, qua nàm pena puniatur, an pena contenta in Conſt.Aſperitatem, vel alia, fuit ſeruatum in M. G. V. ceſſare penam Conſtit. prædictę, ſed locum habere actionem iniuriarum, ac l.Iuliæ de vi publ. vt ait Petr.de Monteforte in d.Cõſt.Aſperitatẽ, in princ. *Ricc.collect.2525.p.6.*

Inſultans cum armis an committat vim publicam, vt putà ſi aliquis euaginato enſe perſequeretur aliquem, in facto contingenti dùm fuiſſet citatus ad informandum, & bannitus; fuit per Audientiam Prouincialem reuocata citatio, & contumacia, tamen per S.C. fuit confirmatum decretum Capitanei, & eidem remiſſa cauſa, vt refert Tho. Grãm. in Conſt.Si aliquem, n.7.

Inſultus factus ab vno cum armis contra aliquem an puniri debeat pena l.Iulię de vi publ. concluditur, quòd ſic, authoritate Apoſtillæ Pãphili Molli ſuper Conſt.Regni Intẽtionis, & confirmata ſentẽtia Capitanei Tricaſei, qui citauerat, & proceſſerat ad bannũ contra inſultantẽ quendã cum armis, ipſumq; cũ enſe inſequendo, & dicto Capitaneo cauſa remiſſa fuit, Grãm.cõſ.crim.43.redemptoris gentiũ ſuffragio, Carau.in rit.68.n.16. Carrer.in prax.crim.in tract.de indit.& tort. in princ. verſ.in tex.ibi itemq; eorum, nu.49. Theſ.dec.Pedemont.35.num.4. Muſcatell.in prax.crim.tit.de pri-

priuileg.prædict.poſt titul.de vulner.læthal. n.36.

Interceptio ſerici alicuius Mercatoris immiſſi in Regiã Dohanam, & poſtmodùm extracti per negotiorum geſtorem dicti Mercatoris, de prędictis inſcij, nec alitèr dato manifeſto Regiæ Dohanæ, an militet in damnum Mercatoris; concluditur, quòd ſic, tamen habita certa concordia cum Regio Theſaurario fuit pro maiori parte reſtitutum interceptum Mercatori, Gramm.conſ.8.in Chriſti Redemptoris, Farinac.conſ.8.

Interdictum quorum bonorum intentatum per hæredem inſtitutum aduerſus poſsidentem titulo fideicommiſsi, vel probationis, ſi omnia requiſita in eo per eũdem hæredem fuerint probata, & pro parte poſſeſſoris iura ſua non plenè probata, tanquàm altiorem indaginem requirentia, an militet in eo caſu; fuit deciſum, prædictum poſſeſſorem eſſe condemnandum ad reſtituendum poſſeſsionem bonorum, quæ recepit poſt mortẽ teſtatoris poſſeſſa per ipſum tempore mortis ſuæ prædicto hæredi inſtituto, vnà cum fructibus, Affl.deciſ.14. Ant.Fab.in eius Codice defin.Sabaud.tit.quorum bonorum, defin.2. Marcell.Calà in tract.de mod. artic. & prob.gloſ.vnica, §.2.n.191.

Interdictum recuperandæ an intentari poſsit omiſſo iudicio retinendæ, & ſuper eo iudicari, ex quo pendente iodicio recuperandæ conuentus actorẽ de facto ſpoliauit; fuit deciſum, poſſe de eo priùs cognoſci, Affl.dec.156.

Interdictum recuperandæ an cõpetat ratificanti capturam poſſeſsionis factã per eius Procuratorem poſt ſpolium; fuit deciſum, quòd ſic, Affl.dec.300. Borgnin.Caualc.dec.Fiuiz.42.p.1.n.20.Bellac.inter commuo.opin.tit.ſi maior fact.rat.hab. nu.10.

Interdictum recuperãdæ poſſeſsionis feudi an competat Eccleſiæ, quę poſſedit per 30.annos abſq; tituli demonſtratione, ex aduerſo oppoſitũ; fuit deciſum, tale interdictũ competere Eccleſię, non alitèr oſtẽſo titulo ſpecifico; ſed ſolùm oſtẽſa poſſeſſione 30.annorum, cũ præſtatione ſeruitij, & allegatione tituli, vel poſſeſsionis tanti tẽporis, in cuius contrariũ memoria hominum nõ extitit, Affl. dec.324.vſq; ad n.7. Cametar.in l.Imperialem, §.8. in magnis, lit.D.de prohib.feud.alien.per Feder. Ant.Gabr.lib.5.tit.de præſump.concl.1.n.81. Camil.de Cur.in diuerſ.iur.feo.verſ.declarata igitur, n.114.Bologn.conſ.5.n.32.Pariſ.cõſ.101.vol.1.n.5.

Interdictum recuperandæ poſſeſsionis vt locum habeat duo potiſsimũ neceſſariò probãda erũt, hoc eſt poſſeſsio antiqua, & ſpolium indè ſequutũ; ſed in remedio cap. reintegrandæ ſecus erit, quoniam tunc probãdo antiquam poſſeſsionem ſufficeret, vndè reſultat, ſpolium fuiſſe commiſſum, & ità fuit diſcuſſum, & concluſum in S.C. Affl.dec.327. Ant.Gab.lib.5.tit.de reſtit.ſpol.cõcl.5.n.67.And. Gayl lib.2.pract.obſeru.in 75.obſeru.n.12.Borrel. conſ.52.nu.15. Cornaz.deciſ.Lucenſ.71.Marcell. Calà in tract.de mod.artic. & prob.glo.vnica, §.2. n.247.& ſeq.Ric.collect.dec.1340.Mareſcot.var. reſol.lib.1.c.59.Franch.Steph.deciſ.Aquenſ.50.

Interdictum recuperandæ, ſeù adipiſcendæ poſſeſsionis an poſſit hæres intentare ex perſona defuncti ſpoliati contra ſpoliantem defunctum in vita, & poſſidentem, an verò petitionis hæreditatis remedium, fuit deciſum, poſſe tale interdictum intentare, Vrſill.dec.118.n.3.

Interdictum retinendæ an poſſit intentari per Baronem, qui conſtituerat alteri vſumfructum ſuper Caſtro eius Baronię, ex qua conſtitutione vſusfructus in vſufructuarium naturalis poſſeſsio tranſlata videtur finito vſufructu; licèt cõcludi videatur, quòd non, nam nulla poſſeſſio erat penès Baronem, nec remanſerat, cuius reſpectu potuiſſet agere dicto remedio, ex quo in Caſtro illo nõ habebat, niſi naturalem, & per conſtitutionem vſusfructus illa fuit tranſlata, & ſic nihil apud eum remãſit; nihilominùs fuit deciſum cõtrariũ in cauſa Caſtri Cantalupi contra Anglorum in fauorem Bartholomæi Carafæ, vt refert Ant.Capyc.in inueſt.feu.rub.feudorũ domina, verſ.limitatur præenarrata, in fin.f.169.& 170.*Ricc collect.2180.p.6.*

Interdictum recuperandæ an competat alicui ſpoliato de feudo, cui fuerat feudum traditum mediante tranſactione carente aſſenſu Regio à ſpoliante; concluditur, competere, ſed poſteà poſſe auocari, & ità iudicauit Andr. de Capua pater Bartholomæi de Capua, teſte Affl.in Conſt.Conſtit.diu.mem.n.54.ex quo fuit Iudex M.C.V.

Intereſſe paragij debiti per primogenitum ſorori an extinguatur prætextu alimentorum præſtitorum ſorori prædictæ, donec nuptijs tradatur; fuit deciſũ, q̃ ſic iunctis Aulis, in cauſa Marchioniſſæ Roboris cum Latino Vrſino, & ſimilitèr deciſum fuit in eadem cauſa, intereſſe paragij nõ currere à die mortis patris, ſed à die matrimonij, quo ſoror poſt mortem patris fuit alimentata, & paritèr liquidatum ad rationẽ quinque pro cẽtenario, Io. Aloyſ. Mormil.in ſuis ſing.in Conſt.In aliquibus, nu.16.

Intereſſe legati filio relicti in quantitate in ſatiſfactionẽ legitimæ an debeatur à die petitionis, vel mortis teſtatoris; fuit deciſũ, deberi à die mortis teſtatoris, Frãch.dec.575.Ricc.in collect.dec.689. Giurb.dec.Sicil.65.nu.6. *Merlin.de legitima lib.2. tit.19.q.1.n.11.*

Intereſſe legati an debeatur à die litis conteſtatæ, vel mortis; fuit deciſum, deberi à die litis conteſtatæ, Franch.dec.583.in fin.

Intereſſe taxatum per Conſuet.Neap. circa reſtitutionem dotium an augeri poterit ad maiorem rationem, ſi mulier paſſa eſſet intereſſe magnum; fuit deciſum, quòd non, ſed intereſſe taxetur iuxtà Conſuetudinem, etiam ſi bona eſſent extrà territorium, Franch.dec.472.Molfeſ.conſ.5.n.19.& in Comment ad Conſuetud.Neap.p.2.q.24.nu.26.

Intereſſe an teneatur ſoluere, & ad illud cõdemnari homicida, ſi mortuus non erat in poteſtate; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.dec.460.latè Caball.reſol.crim.cent.1.caſ.82. Ricc collect.dec.647.*Reg. Rou.dec.67.& Reg.Merlin.cõtrou foreſ.c.19.n.24.*

Intereſſe intereſſe alterius an debeatur, & ſi principalitèr intereſſe debeatur; fuit deciſum, quòd nõ, Franch.dec.254.n.12.quod procedit, vno, eodẽq; creditore exiſtente, & debitore; ſed alius ſoluendo pro alio capitale, & intereſſe, eidem debetur intereſſe intereſſe, & ità pluriès deciſum fuiſſe fatetur ibidem Franch.n.14.de quo meminit Catal. in tract.de indult.q.6.nu.28.& 29. Fab.de Ann.in conſ.30.ſolutio, n.6.& meliùs in conſ.48.n.12. iſtã deciſionem impognat Bolognet. l.1. C. de ſent. quod pro eo, quod intereſt, &c.nu.127.in fin.contra quem inſurgit Ann.d.conſ.48.n.9.defendendo deciſionem S.R.C. Maſtrill. deciſ.Sicil.214.n.30.

Mila-

Milanenſ.dec.Sicil.8.lib.1.n.351.& ſeq.Io.Franc. del Caſtill.deciſ.Sicil.29. Galt.in praxi tutel.p.3. rub.2.n.37.Mat.Giurb.dec.Sicil.24.nu.14.Roderic.de ann.reddit.lib.2.q.3.nu.27.lib.4.q.9.nu.15. Morot.reſponſ.65.in fin. *Alex.Trent.ac inq.var reſol.lib.1.tit.de intereſſe,reſol.1.nu.37.& per.tiſſimus D.Theodorus Conſiliar.benemeritus allig.40.n.36. & 46. Franc.Hieron.de Leo deciſ.Valent.13.nu.5. Io.Griuell.dec.Dolani 103.nu.11.Fontanell.dec.Cathal.205.n.5.Larrea deciſ.Granat.84 nu 9.to.2.memor de Bologn.hic citato n.4.Maſtril.dec.245.n.22.*

Intereſſe dotium an debeantur mulieri poſt mortem viri,ſi elapſis primis ſex menſibus per receptioné alimentorum, & habitationem ſuſceptam ab hæredibus viri mulier tacuiſſet,non petere intereſſe, percipiendo ea poſt lapſum ſex menſiũ prædictorum; fuit deciſum,non deberi,ex quo hanc viam elegit,non antè conſequutionis intereſſe,Franch. deciſ.217.Aloyſ.de Leo l.cũ iam quidam,n.16.C.de iur.dot. Molfeſ.in Comment. ad Conſuet. Neap. p.6.q.10.nu.7.& ſeq.& n.17,vbi n.20. tradit alias ſimiles deciſiones S.C. p.7.q.11. ponit alias deciſiones,& q.12.Ricc.in collect.dec.98. *Franc.Hieron.de Leo dec.Valent.8 n.6.& 16. Ant de Amat. var.reſol.tom.1.reſol.49.n.53.*

Intereſſe legati debiti à die litis conteſtatæ ſi reperiatur lis bis conteſtata in duobus terminis conceſſis,in vno termino nõ facta intimatione partis, in alio verò facta, de quo intelligendum ſit; fuit deciſũ,incipere à termino parti notificato, Præſ. de Franch.dec.583. in fin.verſ.& deindè.

Intereſſe dotis ceſſæ per ſorores fratri an debeatur à tempore moræ,hoc eſt à tempore,quo ſorores inhabitauerunt extrà domum patris,vel à tempore petitionis;fuit deciſum,deberi à tempore petitionis,Franch.dec.46.Borgn. Caualc.dec.Fiuizan.8. p.3.n.33. & dec.1.n.47.p.4.

Intereſſe ſummæ legatæ pupillo an debeatur à die mortis teſtatoris, ſi per hæredem non ſteterit ſoluere legatum,& diſtuliſſet,cùm non haberet perſonam legitimam pupilli,cui ſoluere:, fuit contra heredem in fauorem pupilli deciſum,Franch.dec. 16.Battaglin.in addit.ad Cyn.in l.minorum, C.in quib.caſib.in integr.reſt. non eſt neceſſ. Roderic. de ann.reddit.lib.2.q.15.n.39. *Ill.Marchio Corleti Reg.Conſtantius in l.1.C.pœn.fiſcal.lib.10.Epiſc.Gemenſ.in tract.de Eccl.alias practic.Eccl. q.129.n.4.*

Intereſſe, ſiuè vſusfructus antephati an iudicetur ſicut intereſſe, ſiuè vſusfructus dotis;cõcluditur ex communi obſeruantia S.C.& deciſionum, ꝙ non, ſed intereſſe liquidari ad rationẽ quinque ducatorum pro centenario,Gramm.deciſ.103.nu.98.& eum citant Campag. in Cap. Regni Mulier dotarium,n.19.& 29.in addit.Franch.dec.217. Lanar. in conſ.46.nu.8. Maxill.in Conſuet.Bari,rubr.de iur.dot.§.ſoluto matrimonio,n.9.& 11.Ant.Theſaur.dec.Pedem.145.n.3.Molſ.in Conſuet.Neap. p.7.q.12. vbi in fine tradit, fuiſſe liquidatum in S. C. intereſſe dotium ad rationem octo pro centenario in matrimonio contracto ſecundùm morem Procerum,& Magnatum, vel ex aliqua iuſta cauſa ſolet liquidari tale intereſſe ad rationem ducatorum ſex, vel ſex cum dimidio, vel ſeptem, vt in contingentibus caſibus relatis à Molfeſ. ibi demonſtratur, & nouiſſimè in addit. aliam deciſionem affert,Ricc.in collect.dec.87. *Doctiſſimus Reg.Fab.Capyc.Galeota Dominus meus tom.2.controuerſ.64.& 65.in addit.n.3.Barbat.de diuiſ.fruct. p.2.c.3.n.130.*

Intereſſe lucri ceſſantis an debeatur vẽditori ſtabilium ex mora contracta per emptorẽ non ſoluentem pretium, ſi vẽditor nõ eſſet ſolitus pecuniam ſuam ponere ad lucrum,& mercantias,vel ſi probaſſet, quòd ſi habuiſſet talẽ pecuniam fuiſſet lucratus;fuit deciſũ,non deberi,ex quo non ſufficit probare,ꝙ ſi habuiſſet, lucratus eſſet, ſed expreſsè requiritur; quòd ſi habuiſſet præ manibus talẽ mercantiam,ex qua poterat lucrari,vel ſi habuiſſet pecuniam certitudinalitèr, fuiſſet lucratus, & tantò magis cùm emptor eſſet pauper ruſticus, ſi per impotentiam non ſoluiſſet ex mente Theologorum non teneretur ad intereſſe lucri ceſſantis, Affl.dec.20.in princ.vſq; ad n.3. Marant.in Spec. p.4.diſt.3.n.39. & Magon.dec.Lucenſ.25.n.8. vbi ait, per dictam Rotam fuiſſe condemnatum conuentum ad intereſſe lucri ceſſantis,quoniam ſolitus erat negotiari,& ita probatum fuerat,Peguer. dec.Cathalon.33.nu.11.& dec.145.nu.9.Farinac. dec.Rom.888.n.2.cent.7.Surd.in tract.de alimẽt. tit.1. q.45. verſ.declara etiam Mar. Ant. Bellon. dec.Genuæ 9.num.16.& dec.99.idem Farin.deciſ. crim. 5. Marcell.Calà in tract. de mod. artic. & prob.gloſ.vnica,§.2.n.164. Iacob.Machell.patrocin.1.num.17. Seraphin.dec.Rom.88.p.1. *Conſil. Theodor. alleg.89.n.8. & 10.*

Intereſſe pretij non ſoluti in tempore promiſſi an debeatur per emptorem vẽditori rei;fuit concluſum, deberi, dummodò emptor non ſoluerit pretium ex cauſa imminentis euictionis, aliàs ſecùs eſſet,& ideò non exiſtente euictione fuit conuentus condemnatus ad intereſſe reſpectu fructuum bonorum venditorum, Affl.deciſ.20.à n.4.ad fin. eum citat Fab.de Ann.in conſ.15.n.15.qui cenſet, in caſu ſuo exiſtente euictione intereſſe deberi, & fuiſſe liquidatum per S.C. ad rationẽ quinque pro centenario, vt ibi nu.17. tradit,Maſtrill.dec. Sicil.160.Borgn.Caualc.dec.Fiuiz.4 p.1.n.4 Hieron.Maril.dec.Ianuæ 36. Ant.Fab.in eius Codice tit.de vſur.& mora defin.35.Farinac.cõſ.15.n.84. Seraph.dec.Rom.88.p.1.

Intereſſe,vel vſuras an ſoluere cogatur mandans recipere pecuniam,prout ſibi videbitur mãdatario, & ob id probare,cui ſoluit,& nominare perſonas; fuit deciſum,quòd ſtante conuentione inter mandantem,& mandatarium recipiendi pecuniam alteri ſoluendam, eſſe credendum mandatario, cui ſoluit, niſi ipſemet eſſet ſolitus fęnerari, & proindè deberi intereſſe liquidãdum arbitrio boni viri; vndè per S.C. fuit taxatum ad rationem octo pro centenario, Affl.dec.91.per tot.Borgnin.Caualc. dec.Fiuiz.21.n.41.p.1. Marc.Ant.Bellon.dec.Genuæ 78.nu.7.Intrigl.deciſ.Sicil.7.Roderic.de ann. reddit.lib.4.q.7.n.87. *Alex.Trentac.var.reſol.lib. 3.tit.de fideiuſſ.reſol.4.n.6.Caſtill.dec.Sicil.112.p.2.*

Intereſſe quantiplurimi an debeatur emptori frumenti ex mora contracta per venditorẽ in termino ſolutionis; cõcluditur,deberi,ſed quia intereſſe prædictũ in occurrenti caſu non fuit plenè probatũ,vt iuris erat,propterea fuit conuentus abſolutus ab impetitione intereſſe petiti quãtiplurimi valuit,ità Affl.dec.316.Fab.de Ann.conſ.95.n.10. & ſeq. & Io.Ang.Piſanell. hic in addit,ponit for-

Digitized by Google

mam ſententiæ S.C.Viui.dec.442.nu.3.Ant.Fab. in eius Codice tit. de iur.emphyt. defin.15. Marcell.Calà in tract.de mod.attic. & prob. gloſ.vnica,§.2.n.224. Card.Seraphin.in deciſ.Rom.1252.

Intereſſe intereſſe an debeatur, quàdo eſſet intereſſe ipſum notabilis quantitatis ad minus duc.100. & cùm quis paſſus eſſet intereſſe ſaltim damni emergentis; fuit pluriès in pluribus occurrētibus caſibus deciſum, deberi, quoniam tunc non diceretur vſura vſurarum, Vrſill.dec.291.n.6.eum citat Fab.de Ann.conſ.48.num.13.Roderic.de ann. reddit.lib.4.q.7.n.54.*Conſil.Theod.alleg.40.nu.53. Franc.Hieron.de Leo dec.Valent.13.n.20.Fontanel. dec.205.n.5.& dec.206.n.18.*

Intereſſe lucri ceſſantis in contractibus bonæfidei in ſolito negotiari an conſideretur,ſecundum vnam opinionem debet haberi ratio lucri ceſſantis,ſiuè ſimus in arbitratijs, ſiuè in bonæfidei actionibus, alia verò opinio eſt,quòd non fiat diſtinctio in ſolito negotiari, & non ſolito, ſed debet etiam cum conſuetudine negotiandi concurrere,quòd ſimus in iudicijs ſtricti iuris, & quòd in bonæfidei iudicijs non debeatur lucrum ceſſans, & ſecundùm hanc opinionem fuit votatum,Capyc.dec.19.n.7. & 8.Mangrell.ad Bar.l.non vtiq; §.nûc de officio, ff de eo,quod certo loco, & Petra in add.ad iſtam deciſionem Capyc.ſuper verbo in ſolito negotiari inquit,ipſam deciſionem fuiſſe poſtremò cōfirmatam in S.C. in contingenti caſu,vt debeatur intereſſe lucri ceſſantis in ſolito negotiari. *Meritiſſimus Reg.Merlin.c.75.n.14.*

Intereſſe paſſum poſt ſententiam vſq; ad exequutionem illius an debeatur, & de eo aliqua ratio habenda; per S.C.non fuit habita ratio de hoc intereſſe,quia non apparuit petitum,Capyc.deciſ.19. nu.9.& 10. licèt pro pecunia ſoluta ſecùs eſſet, & Giurb. dec.Sicil.10.n.16.

Intereſſe an debeatur emptori frumenti per venditorem ratione moræ per eum commiſſæ in non conſignando frumentum tempore conuento, ac atteuta oblatione pretij dicti emptoris; concluditur, deberi, Capyc.dec.19.

Intereſſe an debeatur ad rationem decem pro centenario,ſi debitor non ſoluerit pecuniam creditori tempore ſtatuto, quæ quidèm pecunia erat deſtinata ad emendum terram, an verò ad fructus terræ emendæ, ex quo pecunia erat ad illam deſtinata; fuit facto verbo deciſum per S. C. taxari intereſſe ad rationem duc.9. pro ſumma capitalis duc.16000.tātùm, non autem totius ſummæ duc. 19132.Ann.in alleg.42.

Intereſſe equi conducti ad vecturam, ſi fuſtigaretur ligno,& non funiculo,aut calcaribus, vel ſi ei non daretur ſolitum blandum, ità vt mors equi ſuccederet,an teneatur cōductor ſoluere; fuit deciſum in M.C.V. quòd ſic probata morte equi,quæ probatur cum coiro,ſigno,& piſo, Ann.in ſing. 172. equus.

Intereſſe tertiarum liquidari ad quam rationem debeat; fuit deciſum,liquidādum eſſe ad rationem decem pro centenario in pluribus cauſis, Ann.in ſing.261. intereſſe, Amend.ad Franch.deciſ.254. n.4. Petra ad Gram.dec.103.n.79. *Alex.Trentac. var.reſol.lib.1.tit.de intereſſe,reſol.1.nu.37. Conſil. Theodor.alleg.40.n.36.& 49. Marta conſ.153.n.7.*

Intereſse pretij ſoluti pro emptione feudi ſine aſſenſu an amittatur in caſu reſtitutionis feudi,ex cauſa inualiditatis cōtractus; fuit in R.C.emptor cōdemnatus ad reſtitutionem feudi vnà cum fructibus, & venditor ad pretium vna cum intereſse, Ann.in repet. Conſt.Cōſtit.diuæ memoriæ,n.230. Ricc.in praxi var.reſol.in reſol.372.

Intereſse dotis nō ſolutæ poſt annum mulieri ſtatuitur in Conſuet.Neap.eſse ad rationē tareni vnius pro qualibet vncia in quolibet ſemeſtri, quod locum habet, nō ſolùm quando mulier moram paſſa eſset in reſtitutione dotis poſt annum, nec vllū damnum habuit,aut nullum lucrum conſequi potuiſset,ſed etiam quando paſsa fuiſset damnum propter dotem nō ſolutam,aut reſtitutam, & potuiſset lucrari, ità q in iſto caſu non poſset petere intereſse, pluſquàm ad rationem prædictam, vt pluriès in S.C.fuit deciſū,Lanar.conſ.26.in princ. licèr in examinatione quæſtionis contrarium teneat. *Ant.de Amato var.reſol.to.1.reſol.49.nu.96.*

Intereſse an debeatur ex intereſse,nam Vniuerſitas exceperat actori,quantitatē petitā proceſſiſse ab intereſse,ad q non tenebatur,& licèt dictū eſset, quòd quantitas illa erat ſors,ſeù in ſortē redacta, S.C.contrarium decreuit,quòd nō teneretur,quarè fuit abſoluta Vniuerſitas,tantò magis,quia illa fuerat paſsa multa damna,& erat implicata debitis, taliter q ſatisfacere nequiuerat, Minad.dec. 17. Vniuerſitas,Frāch.dec.254.n.14.& ibi Viſcōt. in addit. Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg. tit.4.de Regal.impoſ.§.4.n.26.Borgn.Caual. dec. Fiuiz.26.p.3.n.25.col.3. Milanenſ.dec.Sicil.8.p.1. Morot.in reſponſ.65.n.3.*Conſil.Theodor.alleg.40. n.58.& 60.Frāc.Hieron.de Leo dec.Valent.13.n.5.*

Intereſse tertiarum dotis non ſolutarum an debeatur; fuit deciſum, quòd ſic in eo, qui vendidit annuos introitus,& nō ſoluit tertias,Piſanel.ad Affl. dec.291.& hoc fuit in cauſa Marchioniſſe Caſtellanetæ cum Comitiſsa Montellæ die 12.Februarij 1539.Roman.Actuar.quæ fuit condemnata nēdū ad tertias,ſed ad intereſse tertiarū, quod fuit poſteà die 14. Iulij liquidatum ad rationem ſeptem pro centum, licèt contrarium fuerit deciſum in cauſa Simeonis Portij, & ità hodiè ſeruatur, nam eo ipſo,q debetur antephatum,& non ſoluitur in termino, erit habenda ratio lucri ceſſantis, q potuiſset percipi ex Conſuetudine Ciuitatis, vel ex emptione prædictorū,eū citat Frāc.dec.254.n.12.

Intereſse dotis non ſolutæ elapſo anno an debeatur mulieri ex mora,licèt concludatur, quòd non, tamen fuit cōtrarium deciſum in Senatu Pedemon. dec.43.ex Theſauro, & fuit mitigata per S.C.vt ſi vxor ſit inops, & non habeat vndè alimenta percipiat,niſi ex dote,tunc poterit exigere intereſſe propter moram ſibi factam in reſtitutione dotis, Nunr.Pellicc.in Conſuet. Auerſæ c.9.n.295.

Intereſſe an debeatur,ſi reuocata prima ſentētia victus teneatur reſtituere pecuniā vnà cū intereſſe; fuit deciſum,quòd debeatur,Franch.dec.120.quē citat Fab. de Ann. in collect. ſiuè remiſſ. 529. fol. 105. annuens, idem fuiſſe deciſum in R.C.die 19. Auguſti 1592. referente Ameſcua in cauſa Pappacodæ cum Pagano.*Reg.Sanfelic.dec.124.nu.56.*

Intereſſe an debeatur ex pecunia ſoluta vigore ſententiæ, quæ poſteà fuit reuocata in reclamatione, iuxtà terminos auth. quæ ſupplicatio, C.de precib.Imper.off.; fuit deciſum in R.C.S.deberi intereſſe

reſſe ob cauſam prædictam,Reg.de Pôte in tract. de poteſt.Proreg.tit.4.de Regal.impoſ.§.4.nu.27.

Intereſſe,ſiuè fructus pecuniæ,ſeù rei interceptæ an debeantur ſaltum poſt litem motam,fuit per Reg. Cam.Summ.deciſum, deberi, Reg.de Ponte dec. 29. de iure communi.

Intereſſe an debeatur ex pecunia mutuata,ſtante lapſu tēporis ſolutionis ex mora contracta,maximè intereſſe lucri ceſſantis in ſolito negotiari, cùm hæc quæſtio incidiſſet terminari in Ducali Curia Caſtrimaris de Stabia ſub Præſidatu V.I.D.Horatij Salinas mei cōſobrini inter Andream Pillarum mutuantem, & Nicolaum Carrenſem debitorem cōuentum ex mora, per iuris diſpoſitionem videbatur,non habere difficultatem, quin debitor in tali caſu nō teneretur, ex quo mutuum etiam pro retardata ſolutione certum quid recipiēdum admitti cenſet Reg.Rouit.in prag.1.de vſur.n.32.& proculdubio in caſu iſto intereſſe lucri ceſſantis admitti cernitur,dùm iſte actor merces emere ad negotiādum poterat, ſi in tempore præfixo pecuniā haberet, & dùm pecunia mutuata in præfixo tempore ſoluta non fuerat, non potuit negotiari, & ſucceſſiuè mutuum ceſſauit,vt exemplificando tradit Nauarr.c.17.poſt n.211.vbi ſingularitèr in verſ.& quòd inter omnes concludit,tale intereſſe in mutuo peti poſſe tribus in caſibus,hoc eſt,quādo mora in ſoluēdo præceſſerit,iuxtà mētē glo.celebris in c.conquæſtus,de vſur. vbi Abb.Felin. & ceteri,& demùm cùm in proceſſu conſtaret,talem actorem ſolitum eſſe mercari,& ſi habuiſſet talem pecuniā,lucratus fuiſſet,alitèr ſecùs eſſet ceſſante tali probatione,iuxtà deciſ. Afl.20.in princ.& ſic fuit per ipſam Curiam condemnatus conuentus ad tale intereſſe ſub die 23. Decembris 1609. me ibi commorante,cùmq; fuiſſet à tali ſententia appellatum ad M.C.V.fuit tandèm cōfirmata penès Actuar. . . poſteà reperi pūctualem deciſionem L[illegible]enſ.25.n.8.authore Magonio referente,ſic caſum ipſum fuiſſe in dicto Senatu deciſum,addēda ſunt tradita nouiſſimè à Polyd.Ripa in ſuis obſer. in obſeru.1.per tot. Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Intereſſe dotium,ac antephati an debeatur ab heredibus viri vxori intrà annum luctus poſt mortem viri; fuit pluriès deciſum in S.C. non deberi, ſed tātùm alimenta, quam quidèm deciſionem tradit nouiſſimè Molf. in Comment. ad Conſuet.Neap. p.7. q.11.n.6.

Intereſſe conuentum in inſtrumento emptionis annuorū introituū an currat,non obſtante depoſito volūtariè facto per debitorem capitalis,& tertiarum decurſarum,cum ſolita clauſula,factis cautelis de recepto, & quietatione per creditorem in beneficiū ipſius,ſi merces non fuerit ſoluta Notario pro cautelis prædictis ab eodē debitore debita,ob quod ſuum creditum creditor eas facere offerēs conſequi impeditur,de eodem met caſu verba feci ſuprà eodem verb.expēſæ,vbi apparet,deciſum fuiſſe contra debitorem,vt eius onus ſit ſoluere mercedem Notario pro adimplemēto quietationis faciendæ per creditorem; Nunc autem dubium verſari cernitur circa intereſſe decurrendum pendente adimplemento prædicto,ſi debeatur, qua de re dùm fuiſſet factum depoſitum per Iulium Rubeū debitorem Franciſci Antonij Porporæ V.I.D. tàm pro capitale, quā pro tertijs decurſis,cum conditione conſueta,vt creditor debitas cautelas de recepto, & quietationē in beneficium ipſius debitoris faceret, quam ſpontè creditor facere offerens,ſoluta prius mercede Notario per ipſum debitorem, & ſic ſe proteſtando de intereſſe propoſuit,indè relata cauſa in M.C.V.per Iudicem de Martino licèt fuiſſet prouiſum contra creditorem in beneficium debitoris, interpoſita deindè appellatione ad Sacr.Conſil.per quod facto verbo de prædictis die 9.Februarij 1617.per eundem Iudicem in aula Regij Conſiliarij peritiſſimi Io. Baptiſtæ Melioris oppoſitū deciſum fuit, hoc eſt in fauorem creditoris contra debitorem, vt teneretur ad ſolutionem mercedis Notario, & donec nō fuerit ſoluta,intereſſe currat,& currere intelligatur, ſicuti cum effectu idem creditor de tali intereſſe decurſo culpa debitoris non ſoluētis mercedem fuit plenè ſatisfactus, ſicut ex actis penès Piſacanum Act.exiſtentibus conſtat,ad cuius ſiquidèm iuſtiſſimæ deciſionis cōfirmationem puto ex ſequentibus iuris fundamētis demonſtrari poſſe creditoris iuſtitiam; Nam & ſi intereſſe non conſideratur, vbi præcedit ſatisfactio, Præſ. de Franch. dec.12.n.13. & ſatisfacere intelligitur quocunquè modo obligatio creditoris ſit ſoluta, Troyſ.in rit.166.nu.23. & rit.189.nu.6. Galter.in praxi inſtrum.3.par.2.par.rub.2.n.11. quæ autem maior erit ſatisfactio conſideranda, quæ fit per depoſitum, per quod liquidatio, & liberatio impeditur,ſubnectit ibi Galter.in 2.par.3.par.rub.2. num.51. & ſeq. ac ſingularitèr dixit Franch. dict. dec.12.num.8. quòd ad hoc ne in mora conſtituatur debitor, & admittatur ad oblationem, debet ſoluere pretium cum vſuris,vel offerre,l.acceptā, C.de vſur. Attamen quando aliquod impedimentum contigiſſet,vel ex parte debitoris,vel ex parte creditoris,aut alterius, ità vt depoſitum liberari non poſſet,alitèr dicendum erit;tunc enim mora contraheretur, quotiès committeretur in ijs, quæ omittendo, & negligendo committuntur, ſi adimplendum non adimpleatur infrà tempus, infrà quod potuit,Berous q.62.nu.4. quocircà ſicuti quando inſtrumentum eſſet illiquidum propter implicationem rationis, tunc debitor poterit corām Iudice interpellare creditorē, vt ponat mercatorem ad calculādum rationes inter ipſos,quod creditor differens facere in mora conſtituitur, ſecundùm Bal. in l.1. C.ne lic. ter. prou. quem citat Troyſ.in rit.173.ſub n.5. ſic è contra creditor interpellare non vetatur debitorem ad ſoluendum ſportulas Notario pro cautelis faciendis in beneficium ipſius, ſicuti de iure fundatum eſt in dicto verb. expenſæ, ad quas tenetur, inquit Foller. in pragm.de cenſib.verb.& ſubmiſſiones,num.27.& maximè ſi diſſolutio contractus proceſſiſſet ex parte debitoris, tunc ipſe teneretur ad expenſas, Cæpoll.de ſimul.contract. 6.præſumpt.num.22.& donec non fuerit adimpletum, non eſt dubium, quin ex contractatione moræ intereſſe debeatur, cùm adhuc contractus in ſuo robore perſiſtat,immò pendente ſolutione ipſa effectuali,reſciſſoquè cōtractu intereſſe debetur ad eandem rationem, ità Reg.Rouit. in pragm.1.de cenſib.nu.38.& 39. quia hoc cōtingit culpa ipſius non ſoluētis,exemplo .n.clariſſimè demōſtratur in petēte depoſitionem principalis,quæ donec non fiat,ſuperſedetur

in

Digitized by Google

in cauſa,itá Muſcat.in praxi S.C.lib.1.p.5.gloſ.legaliores,n.13.Reg.Rouit.in pragm.quinta die,de ordin.iud.nu.27. eò maximè cùm præſumptio calumniæ ceſſaret ex qualitate cauſæ,Franch.deciſ. 220.n.7.oblata indè depoſitione principalis operatur, vt terminus, & curſus cauſæ non impediatur,ſubnectit ibi Muſcat. n.26. & ſic adimpletum eſſe cernitur ex parte offerentis per ſolam oblationem,non tamen ex parte petentis depoſitioně, qui tenetur expenſas Actuario ſubminiſtrare, Ann.in ſing.405.tũc.n.præſentatis articulis,ſoluta mercede Actuario,deponere offerens cõpelletur, ꝙ ſi differret, ſibi imputabitur; fortificatur inſupèr allegata deciſio ex voluntario depoſito facto per debitorem abſq; Iudicis mandato; tunc enim ſicuti præceptum Iudicis factum debitori non ſoluendo eum excuſaret aduerſus creditorem,vt dixit Affl. dec.338. ſic etiam in depoſito facto mandato Iudicis,tunc legitimũ dijudicaretur,Carroc. in tract.de depoſ.p.2.q.5.n.7.Boccat.de cěſib.p.2. nu.119. Follet.in pragm.de cenſib.verb.inſtrum. grat.n.51. Similiq; modo abſquè creditoris vexatione, propter quam excuſari poterat debitor ab intereſſe,vt putà ſi ſuper tenore inſtrumẽti fuiſſet citatus ad ſoluendum ſummam ei debitam,& tũc nec ſtatim deponere debet pecuniam,ſed illam in Curia offerre, cũ ſacco parato,vt in rit.169. & ibi Carau.quia nõ eſt licitum depoſitum facere debitori, niſi vbi creditor recuſat recipere pecuniam oblatam, Reg.Rouit.in pragm.4.n.7.de inſtrum. liquid. niſi aliꝗ oppoſitum fuiſſet per debitorem aduerſus ſolutioně,putà ſi fuiſſet de ſolutione,vel ſatisfactione dictum, Galter.in praxi inſtrum.2.p. 3.par. Rub.n.51.& quamuis depoſita ipſa admittantur in iſto caſu liquidationis inſtrumentorum, modò tamen fiant Curia pro Tribunali ſedente, & ſint explicita,itá vt nullum damnum per depoſitum patiatur creditor, itá Reg.Rouit.in prag.4. nu.8.de fid.inſtrum.in nouis: cęterùm vbi nulla cauſa deponendi ſubeſſet, nec ex patre Iudicis, creditoris, vel tertij comparentis, eo enim caſu iuſtè creditor depoſitum recuſare poterit, idem Caroc. in d.tract.de depoſ.p.2.q.15. & maximè ſi non totum deponatur,Guid Pap.in ſing.731.videtur .n. debitor ex hoc depoſito pecuniam quodãmodò ſeruituti ſubijcere; & proindè creditor, cui ex facto debitoris pecunia libera non fuit tradita,agere nõ vetatur,vt ſibi libera tradatur,Frãc. dec.200.n.13. iuſtũ eſt,vt ſolutio pecuniæ,quæ liberè peruenit ad debitorě, libera debeat reſtitui, nõ autem ſerua,dixit ibi Frãch.n.10.non mirũ igitur ſi nõ ſolũ ad intereſſe, ſed ad expenſas in liberatione depoſiti factas debitor obnoxius remãſit, à quo iuſtè peti,& ad ea condẽnari debet. Thoro.

Intereſſe dotium an debeatur à die mortis matris filijs probãtibus,non alitèr à patre habuiſſe alimẽta,ſed aliũdè,deciſum fuit in S.C.in cauſa illorum de Bozzauotra petẽtium dotes maternas cũ intereſſe, deberi eis tale intereſſe à die mortis patris, D.Camill.de Laratha cõſ.15.in præſenti,n.11.qui idem refert in fine d. conſilij deciſum fuiſſe per S.C. referente tunc Regio Cõſiliar.Marco Antonio de Ponte in cauſa Elionoræ Mazzæ cum Catharina de Roggerio, penès Roppulũ Act. Mag. *Epiſc. Ricc.collect.2464.p 6.*

Intereſſe an debeatur,ſi fuerit omiſſum in ſententia condemnatoria, hæredes ad æſtimationem rei legatæ, & euictæ teneri legatario: deciſum fuit per S.C.referente tunc Regio Conſiliar. Ant.Cadena cauſæ Commiſſario deberi intereſſe prædictum, in cauſa D. Hieronymæ Ruffæ contra Federicum Ruffum, in Banca Longhi, D.Camill.de Laratha conſ.54.lata ſententia, *Ricc.collect.2464.*

Intereſſe,vel vſuræ ratione fructuum feudi non perceptorũ a feudatario ex cauſa permutationis factæ à Rege feudi prædicti alteri conceſſi in excãbiũ alterius feudi nõ æquiualentis iã euicti,an debeantur,non per viã intereſſe,ſed per viam rationis fructuum non perceptorum,fuit iudicatum in R.C.S.quòd functiones Fiſcales conſignentur loco introituum prædictorum, donec de excambio fuerit prouiſũ,Reg.de Põte conſ.95.omnia,vol.2.

Interlocutoria M.R.C.Siciliæ ſuper remiſſione cauſæ ad forũ Eccleſiaſticũ an poſſit reuocari per cõtrariũ imperiũ; fuit concluſum,ꝙ nõ in Regno Siciliæ,Capyc.deciſ.144.Io.Franc.Capibl.in prag.8. nu.261.de Baron.Annib.Troyſ.rit.259.& ibi Carau.n.17. Ricc.in praxi var.reſol.in reſol.139.n.1.

Interrogationes an fieri poſſint dato termino in cauſa;fuit deciſũ in S.C.ꝙ non, ſed pars deponat ſuper articulis tanquàm principalis, in cauſa Domitij Corteſe cũ Iulio Cæſare de Ruſſillis, Iacob. Anel.de Bott.in addit.ad pragm.ſi reus exceptiones,de modo procedendi quando except.imp.lit. ing.nõ fuer.oppoſ.in antiq.incip.die 25.Maij 1555.

Interpellatio an ſit neceſſaria,ad hoc vt filia in capillo exiſtẽs admittatur ad maſculiationě, fuit deciſũ,ꝙ ſic, Gaſpar de Leo in addit.ad Conſuet. Eas aũt,incip.an ſit neceſſaria,fol.92.Molfeſ.in Comment.ad Conſuet.Neap.p 4.q.1.nu.9.*Nouarius in tract.de datione inſolutum, q.15.n.32.*

Introitus maturati in vita hæredis inſtituti, & non exacti per eum an eo mortuo debeantur hæredi ipſius,vel fideicõmiſſario,cui hęreditas reſtituenda erat;fuit deciſum in fauorem fideicommiſſarij, Frãch.dec.13.Marc.Ant.Peregr.in tract.de fideicommiſſ.ar.49. cap.incip.in ſecundo autem tempore, nu.67.Io.Franc.Capibl.in prag.5.de Baron. n.22.Borg.Caualc.dec.1.Fiuiz.p.4.n.10.& 46.nouiſſimè Io.Franc.del Caſtill.deciſ.Sicil.4.n.11.Paſchal.in tract.de vir.pat.pot.p.1.c.3.n.109. *Fular. de ſubſtitut.q.624.nu.37 & 28.Barry de ſucceſſ.p.1. lib.8. tit.qui fruct.ven. in reſt. verſ.dixi hactènus, Barbat.de diuiſ. fruct. p.2.c.2.n.25.*

Inuentarij exceptio oppoſita per hæredẽ vendicantem rem creditori paterno adiudicatam pro debito paterno ex cauſa dotium maternarũ an obſtet, ſi in eo nõ fuerit creditor ipſe ſpecialitèr citatus, ſed generalitèr tãtùm per proclama,ſicut fieri debet, & ſi dubitaretur de certitudine creditoris, ꝓ eius parte replicaretur, quòd tempore inuentarij ipſe creditor litem mouerat contra ipſum hæredẽ ſuper adiudicatione rei vẽdicatæ,& licèt per Notarium conficientem inuentarium dicatur,nõ eſſe conſuetum aliquẽ ſpecialitèr citari;ſed ſolùm per proclama,de hac conſuetudine nõ fuit facta fides; quarè fuit votatum cõtra innẽratium,Capyc.dec. 101.Franc.de Amic.in tit.de ijs,qui feud.dar.poſſ. §.& veniendo,ſub n.10.fol.167.Anchar.q.18.p.1. n.7.& q.6.n.21.& q.16.Phanu.de inuen.p.3.n.14.

Inuentarium facere ſi renuat legataria rerum mobilium requiſita ab hærede defuncti,dicendo,eſſe benè cõtentam de legato prædicto,ſi dum tractatur de compẽſatione legati cum fructibus percepti

ptis per virũ de bonis paraphrenalibus deficeret aliquid de mobilibus, poſſit nè petere id, ꝙ plus eſſet in debito fructuum perceptorum per virum; concluditur, in hoc caſu legatariam eſſe in dolo, nec potuiſſe præiudicare hæredi conquerenti, ſed quia claré conſtabat de quantitate mobilium, & valore, ac fructuum prætenſorum fuit admiſſa cõpenſatio æquiualentis in caſu allegato per Affl. dec.44.a nu.31. cum ſeq. eum citat Mich.Craſſ. in tract.de ſucceſſ.ab inteſt. §.legatum, q.16.in fin. Reg.de Ponte conſ.31.n.13.vol.1.

Inuentarium antiquum productum, & factum ad inſtantiam Eccleſiæ poſſidentis feudum annotatum in eo, nõ tamen ſeruatis ſolemnitatibus, an cõmiſſo ſpolio feudi probet, cõcurrentibus depoſitionibus teſtium deponentium longæuam poſſeſſionẽ: fuit deciſum; inuentarium prædictum non facere plenam probationem; ſed tantùm adminiculari in cauſa poſſeſſorij dicta teſtium deponẽtium, vt ſupra, ob quod fuit condemnatus conuẽtus per Eccleſiam ad reſtitutionem feudi ſpoliati per patrẽ conuẽti, ex allegatis per Affl.dec.324.n.14.& ſeq.

Inuentarium tutoris præſentatum per adultum in iudicio originalitèr licèt habeat vim probationis debiti, ſi ſit lata ſententia contra debitorem, an exiſtente tali inuentario præſentato poſſit exequi contra tertios poſſeſſores bonorum prædictorum; fuit iudicatum, inuentarium in hoc caſu probare, ex quo nõ ſumus in tertio extraneo; ſed in eo, qui habet cauſam à cõficiente inuentarium, cùm præſupponebatur, reos conuentos habuiſſe cauſam à debitore in ijs bonis, ſuper quorum hypotheca conueniebatur, Capyc.dec.107.n.10.& ſeq.

Inuentarium ſi ſit confectum per hæredem ex teſtamento ſuccedentem defuncto habenti agnatum, ſi ſciret agnatum prætendentem habere partem ſecundùm Conſuet. Neap. an poſſit gaudere beneficio inuentarij contra agnatum ipſum non citatum in confectione illius, adeò quòd ſi creditores exhaurire poſſunt portionem bonorum antiquorum, & agnatus velit habere recurſum contra hæredem, an tunc ei prodeſſet; fuit iudicatum in S.C, quòd non, Apoſtilla ad Conſuet.Neap. Et ſi teſtator, incip.an hæres, qui ſucceſſit, ſ.173. & à t.

Inuentarium cuius expenſis erit conficiendum, ſ.tutoris, vel pupilli; concluditur expenſis pupilli, & ità olim fuit Neap. iudicatum, Andr. de Iſern. in ſing.5. vtrum, quem citat Borgn.Caualc.in tract. de tut.& cur, in 1.c.nu.62. Minſyng.ſing.obſeru. cent.6. obſeru.39.n.7.

Inueſtitura feudi an poſſit à Rege alteri concedi viuẽte feudatario, poſt cuius mortem feudum aperitur Curiæ ex defectu ſucceſſorum; fuit deciſum, quòd ſic, Affl.deciſ.292. Camill.de Curt.in diuerſ. iur.feud.in c.incip.in hoc igitur, nu.30.ſ.21.& faciunt deciſa ſuprà verb.agi, Aloyſ.de Leo l.4.n.14. C.de ſacroſ.Eccl. Pariſ.conſ.22.vol.1.n.41. Octau. Bammac. in c.moribus, ſi de feud. defunct. cont. q.2.nu.14.& 27.de Ponte conſ.157.num.23.vol.2. Maſtrill.in tract.de Magiſt.lib.1.c.25.n.3. Peregr. in tract.de iure Fiſci lib.1. tit.2.num.83. *Græuens pract.concluſ.lib.1.concl.155.n.5.*

Inueſtitura in forma communi ſufficit ad manutenendum lite pendente, & ità fuit deciſum in R.C. & in Collat.Conſil. Ann.in ſing.263. Inueſt.Oct. Bammac. in c.ſi minori, n.26.ſi de feud.defunct.cõtrou. vbi tradit, nouiſſimè idem fuiſſe practicatũ in R.C.in beneficium Principiſſæ Biſiniani circa donationem feudi ab eius viro factam.

Inueſtitura an ſit impedienda filiæ ſucceditrici patri in feudo, opponẽte Fiſco de rebellione patris; cùm cauſa eſſet poſſeſſoria fuit deciſum in Reg. Cam, quòd non, Ann.in ſing.549.tex.in c.1.

Inueſtitura ſi ſit conceſſa ſub verbis, videlicèt, & poſteà mortuo inueſtito filij eius inueſtiãtur pro hæredibus ex eorum corporibus deſcendentibus, an tũc vno ſine filijs moriente ſuccedat alter frater, per Reg.Cam. remota lite prouiſum fuit, eſſe expediẽdam, & concedendam inueſtituram pro fratre, non obſtante quòd inueſtituram frater mortuus habuiſſet pro hæredibus ex ſuo corpore, Loffred.in paraphraſ.feud.in c.1. de not.feud.col. 5.in verſ.in tertia columna, verſ.ſecùs ſi dixiſſet.

Inueſtitura pro hæredibus, & ſucceſſoribus ex legitimo corpore deſcẽdentibus, ità quòd viuatur iure Francorum conſtituit feudum hæreditarium, & ità fuit deciſum per Sacr.Conſil. Afflict.dec.240. & 195. Franch.dec.387. eos citat Camill.de Curt. in diuerſ.iur.feud.verſ.multotiès concedens, n.54. Pariſ.conſ.2.vol.1.nu.20. conſ.4.num.33. vol.2.& conſ.1.n.144.& nu.85. Marta in tract.de clauſulis p.2. clauſ.21.

Inueſtitura petita à feudatario elapſo termino conuentionali citrà pœnæ impoſitionẽ an ſit cõcedẽda per dominum, mora parua poſt terminum occurrente; contingit hoc in inueſtitura Regni noſtri Neap. petita per Inuictiſſ. Regem noſtrum Philippum III. à recol. mem. Clem. VIII. extrà tempus præfixum in retroactis conceſſionibus Regũ Aragonum, hoc eſt ſex menſium, licèt ex parte noſtri Regis impedimentum aderat abſentiæ, & paritèr Comitis de Lemos olim Proreg. Neapol. cui onus impoſitum fuerat à Rege; tamen in caſu prædicto concluſum fuit in Collat.Conſ. inueſtituram prædictam non eſſe denegandam, & ſucceſſiuè cõcedendã; immò reſcribendum Oratori Sereniſſ.Regis olim in Ciuitate Romana commorãti pro cauſa prædicta petendi inueſtituram à Beatiſſ. S.P. Clemente, qui omnibus perpenſis hilari fronte cõceſſit, vt nouiſsimè congerit Reg. de Ponte in 1. deciſ.Paſchal. in tract.de vir.pat.pot.p.4.c.1.n.12.

Inueſtitura feudi cõceſsi communitèr cum illis verbis (pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore deſcendentibus) an faciat feudum hæreditarium; iudicatum fuit in S.C. pluriès, quòd talis inueſtitura cõmunis facit feudum hæreditarium, Affl.in Conſt. Si quis poſt litem, poſt nu.17. & vide ſupra verb. Feudum hæreditarium.

Inueſtituræ forma an ſit immutanda, ſi fuiſſet cõceſſũ feudũ pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunq; & poſteà venderetur, & Rex aſſentiat pro hæredibus ex corpore, talis aſſenſus oſtẽſo originali fuerit accõmodatus iuxtà originale, & ità inueſtitura non potuit immutari, prout ſic fuiſſe in Coll.Conſ.deciſũ tradit Ann.in ſing.562. vaſallis. Sic paſsim, & indiſtinctè ſeruatur in Cancellaria, Reg.de Põt.de pot.Proreg. tit.vlt.rub.de reform. inueſt.nu.1.& 8.& per tot. & in lect.9. feud.n.26.

Iocalia donata à cõſanguineis viri mulieri an ſoluto matrimonio debeantur vxori, vel hæredibus viri; Napod. in Conſuetud. Mulier de dotibus, de aliment.præſtan.n.57. diſtinguendo concludit, quòd ſi donantur à conſanguineis mulieris acquiruntur mulieri, quæ verò donantur à conſanguineis

viri

viri acquiruntur viro;tamen die 25.Maij 1597.referente Conſiliario de Franchis fuit deciſum per S. C. in cauſa Camillæ Scoppæ cum hæredibus *Not.Thomæ Anelli Ferrettæ* eius viri, quod iocalia donata à conſanguineis viri, vxori eidem debeantur ſoluto matrimonio, penès de Mondell. Actuar. *Et ad iſtam materiam iocalium donatorum erit videndus Donatus Antonius de Marinis iuuenis admodùm perſpicaciſſimus reſol. quotid. lib. 1. c.90. vbi prolixius hãc quæſtionem exarat, qualitèr, & quomodo procedat, adducens multa huic deciſioni conuenientia, quibus addo Cancer. var.reſol.p.1. c.9.n.192.& ſeq.* Io.Bapt.de Thoro V.I.D.

Iter ad hauſtum an habere cẽſeatur qui habet hauſtum, fuit deciſum, quòd ſic, Vrſill.dec.198.n.8.

Iudæi an poſſint eſſe teſtes contra Chriſtianos; fuit deciſum, quòd Iudæi non faciunt fidem contra Chriſtianum, quando examinantur vt teſtes in iudicio regulariter, niſi in caſibus exceptuatis, vt putà in contractibus, & vltimis voluntatibus, Affl. in dec.214. Farin.de oppoſ.contr.perſ.teſt.q.57. n.205. Apoſtill.ad Conſuet.Neap.Si quis aliqua, de pignor.incip.an hæc Conſuetudo,f.379. Viui. in ſylua comm.opin.in opin.982.incip.Teſtis eſſe, n.5. Ricc.in collect.dec.434.

Iudæus paruulus baptizatus inuitis parentibus an ſit eiſdem parentibus tradendus; fuit concluſum, & ità exequutum, vt penès patrem educaretur, quouſq; perueneri ad ætatẽ perfectam, deindè amouendus, Affl.dec.151.nu.7.& ſeq.Surd.in tract.de aliment.tit.1.q.18.Ricc.collect.dec.434.

Iudæus contra Chriſtianum in cauſa ciuili an poſſit eſſe teſtis; concluditur quod non, & ità in facti cõtingentia iudicauit S.C.vt refert Afflict.in Conſt. Mores diſſolutè, n.8.eum citat Viui.in ſylua cõm. opin.in opin.398. Iude.n.20.

Iudex loci, in quo furtũ contrectatur an præferatur Iudici loci, in quo fuit commiſſum in puniẽdo furem; fuit deciſum, eſſe remittendum ad Iudicem loci commiſſi delicti, ex quo non apparebat de contrectatione bonorum furto ſubtractorum, Franch.deciſ.681.Ricc.in collect.deciſ.48.& 283. *Dãza de pugna Doct.&c. to.2.tit.de furtis,c.1.n.9. Guazzin.ad defenſam, in defenſ.1.c.16.num.1.& 6. Barbat.de diuiſ.fruct.p.1.c.12.n.45.& 52.*

Iudex ſecularis ſi incidens in cauſa merè Eccleſiaſtica ad Iudicẽ Eccleſiaſticum remiſerit an interim in cauſa prædicta ſuperſederi debeat; fuit dictum, quòd ſic, & ità ſeruatur, Franch.dec.512.& vide ſuprà verb. Articulus, latè Muſcatell.in praxi S.C. lib.1.p.4.gloſ.& ſimilia in addit. Ioſeph Seſe dec. Arag.162.n.13.& 14. Ricc.in praxi eccl.dec.339. n.2.*Guazz.in tract.ad defẽſã, in defẽſ.1.c.16.n.1.& 6.*

Iudex ſecularis an debeat admittere exceptionẽ rei iudicatæ ex incidenti remiſſo ad Iudicem Eccleſiaſticum, ità vt ſecũdùm tale iudicatum iudicare debeat; fuit deciſum, quòd ſic, Frãch.dec.512.n.5. Muſcatell.in praxi S.C.lib.1.p.4.gloſ.& ſimilia, in addit.lit.C. Ioſeph Seſe dec. Arag.162.num.13.& Ricc.cit.loc.antecedenti.

Iudex ad quem an poſſit ſupplere, ſi aliquid fuerit omiſſum per Iudicem à quo in ſententia continẽte capitula ſeparata; fuit deciſum, quòd ſic, Frãch. dec.467.n.5.

Iudex ad quem an poſſit commendare ſententiam, pro eo, qui appellauit, & qui nõ appellauit, an verò pro eo, qui non appellat; concluditur, poſſe cõmendare ſententiã tàm pro eo, qui appellauit, quã etiam pro eo, qui nõ appellauit; ſed pro eo tãtùm, qui non appellauit nõ debet, ex multis rationibus comprobatur per Franch. dec.467.n.2.& ſeq.

Iudex exequutionis ſentẽtiæ an erit primus Iudex, vel confirmans; concluditur, quòd ſit Iudex confirmans, Franch.dec.335. Muſcatell.in praxi S.C. lib.2.p.3.gloſ.reformando, n.10. Io.Franc.del Caſtillo dec.Sicil.84.nu.6. *Reg.Conſtant.in l.1.C.pen. fiſcal.lib.10.nu.29.Cancer.var.reſolut.to.3.c.17.nu. 368.Graue.pract.concl.lib.1.concl.113.cõſid.6.n.1.*

Iudex domicilij de delictis commiſſis extra territorium & ſi non haberet iuriſdictionem extrà territorium, an poſſit cognoſcere vaſallum eius delinquentem extrà territorium, fuit deciſum, quòd ſic, Franch.dec.66.de hac deciſione recordãtur Reg. Rou.in prag.1.vbi de delict.quis conuen.deb.poſt n.2. Baiard.ad Clar.in §.fin.q.39.nu.12. Io.Franc. Capibian.in prag.8.de Baron.n.253.Tap.in Cõſt. Capitaneorum, n.6.verſ.ad id verò, Ric.in collect. dec.615.& 48. Videndus eſt hic Viſcont.& in alio caſu in fortioribus terminis ictus ſcopictæ fuit idẽ deciſum tam per M.C.V.quã per S.C.refert Petr. in add.ad Gramm.dec.26.n.19. Ric.dec.Archiep. 111.p.1.*Danza de pugna Doct.&c.tit.de remiſſ.c.3. n.1.& to.2. tit.de homic.c.8. ſub n.2.col.3.& de armat. per Campan.c.7.nu.28. Ill.Reg Capyc Galeota to.2.cõtrou.33.n 6 Conſ.Carleual de iudic.to.1.lib.1. tit.1.diſp.2.q.7.ſect.1.n.739.Iacob.Gall.cõſ.125.n.2. Guazzin.in tract.ad defenſam, in 1.defenſ.c.16.n.3. Cancer.var reſol to.2.c.2.n.70. Reg Merlin.cõtrou. forenſ.c.99.n 16.Other.diſp.28.nu.1. Donat.Ant.de Marin.c.68.& c.286.*

Iudex an poſſit cogere adultã puellã educari penès perſonam, in quã non conſentit adulta, ità vt eligi debeat perſona ab ipſa petita; fuit in caſu occurrenti adulta amota à domo ſororis, & ſequeſtrata penès amitã, & propterèa cogi non poterat adulta educari penès perſonam, in quam non conſentit, Reg.Rouit.in pragm.9.de Baron.n.1.per tot.

Iudex condemnans aliquem ad mortem per imprudentiam tenetur pęna arbitrio Iudicis imponenda; ſed ſi dolo, teneretur pęna l.Corneliæ de ſicar. in contingenti caſu Gubernatoris idiotę, qui inter alia crimina in officio abſquè Aſſeſſoris conſilio de facto quendam vulnerauerat, alios laqueo ſuſpendi iuſſerat, alium iugulando, alios tortura afficiẽdo, quamuis eſſent notorij crimino ſi; fuit tàm per M.C.V.quàm per S.C. cõfirmatum decretum relegationis triennalis, Gramm.dec.99.

Iudex ſenior, an iunior prius votare debeat in cauſis decidendis in Sacro Conſilio; fuit deciſum, poſt votum Commiſſarij eſſe exigendum votum illius, qui vltimò intrauit in Sacro Conſilio, Afflict.in deciſ.1.num.6.& ſeq. Ann.in ſingul.6.vbi cenſet, idem ſeruari in Collegijs cauſarum, ſecùs in Collegio Doctorum doctorantium, & in Collater.Conſilio; Nam in Collegio Almo Neapolitano prior prius votum fert, indè Decanus, & deindè reliqui, de quo etiam meminit Mutius Surgens in add.ad opus eius fratris de Neap. illuſt.ſub c.1. nu.10.fol.319. vbi paritèr refert, in Regia Camera Summariæ Decanum incipere, deindè cęteri ex ordine proſequuntur, & Locumtenens poſtremus eſt omnium, & latè Aloyſ.de Leo in l.vnica, C.de Iuſtinian. C.confirm.num.40.Gamma deciſ. Luſitan.1.num.11. Maynard.dec.Tholoſ.72.lib.1.

Ant.Fab.in eius C,tit.de Senat.in defin.2.Sabaud. Theſ.dec.Pedem.1. *Cabed.dec.Luſit.6.nu.13.p.1. D.Reg.Conſtant.celeber I.C.in L.1.C.de conſul.lib.12. nu.8.Epiſc.Genuenſ.in tract.de Eccleſ.ſeu practicab. Eccleſ.q.610. D.Reg.Capyc.Galeota controuerſ.45. n.6.tom.2.*

Iudex ſpecialis an poſſit vltrà petita abſq; reconuentione pronunciare cõtra actorem,ſicuti in occurrenti caſu fuit condemnatus actor Florentinus per Iudicem Iudæorum ad reſtituendum pignora Iudæo condemnato ad reſtitutionem mutui; fuit deciſum,quòd ſic, Affl.dec.32.Marant.in tract.de remed. poſſ.n.131.

Iudex competẽs in appellatione à laudo an erit S.C. de cuius foro erat actor, vel Reg. Cam. de cuius foro erat conuentus,& laudũ eſſet promulgãdum ab vno Conſiliario arbitro, quamuis non fuiſſet cauſa deciſa ex ſuperueniẽtia literarum Reginalium,quòd S.C.procederet, concludit Affl.in dec. 51.id proceſſiſſe de iuſtitia,per ea,quæ ibi allegat, Viui.dec.380.n.6. de Ponte conſ.37.nu.17, vol.2. Villal.& Kirc. inter comm. opin. tit.vbi, & apud quem cognit.n.2. *Cancer.var.reſol.to.1.c.21.n.18.*

Iudex ſecularis an poſſit ad inſtantiam vxoris virum compellere ad præſtationẽ alimentorum pendente appellatione coràm Delegato Apoſtolico à ſẽtẽtia matrimoniali prolata à Iudice Eccleſiaſtico in fauorem mulieris; fuit deciſum, quòd ſic, Affl. dec.152.Gramm.dec.90.Franch.deciſ.602.Marc, Ant.Genuẽſ.in prax.Cur.Archiep.Neap.c.27.n.2. Surd.in tract.de aliment. tit.1.q.118. & q.124. & tit.8,in 10.priuil.n.5.Rebuff.in tract.de ſent.prouiſ. præiud. verb.en materie de dot, gloſ.1.nu.30. Ricc.in collect. dec.99. & in praxi Eccl. dec.336. in fin.Mart.de iuriſd.p.2 c.8.nu.35.Lancell.de attent.p.2.c.12. limit.24. *Epiſc.Genuenſ. in tract. de Eccleſ. ſeù practicab. Eccleſ. q.319.n.3.*

Iudex laicus an cognoſcere poſſit de falſitate teſtiũ commiſſa coràm Iudice Eccleſiaſtico; fuit deciſũ, quòd ſi benè cognoſcat Iudex Eccleſiaſticus de tali falſitate,non impeditur cognoſci per Iudicem ſecularem, tantò magis cùm fuerit talis quærela expoſita priùs corã Iudice ſeculari, Affl.dec.219, Farinac.in tit.de inquiſ.q.8.nu.27. Couarr.pract. quæſt. c.18. in fin. Aloyſ. de Leo in l.presbyteri, C.de Epiſc.& cler.n.16.Peguer.dec.Cathalon.79. n.6.Caball.reſolut.crim.cent.2.caſu 117.& cent.1. caſu 261.nu.5.Franch.dec.147.Ricc. in praxi var. reſol.in reſol.140.n.7. & reſol.144. Carocc.de locato p.6.tit.de nomin.num.2. Mart.de iuriſd.p.2, c.44.n.76.& p.3.c.16.n.10.*Guazzin.in tract.ad defenſam.defenſ.1.c.8.nu.19.& c.9.nu.34.Larrea dec. Granat.1.ſub n.14. D.Reg.Capyc.Galeota to.2.controuerſ.57.n.13.Gallupp.in praxi S.C.p.2.c.28.n.48.*

Iudex ſecularis an poſsit cognoſcere de ſubreptione reſcripti abſolutionis;fuit deciſum,ex quo Iudex ſecularis tenetur obedire Eccleſiaſtico Iudici,obſeruato iuris ordine,cæterùm peruerſo ordine ſecùs erit,& ob id tenetur,& poterit cognoſcere de ſubreptione prædicta, Affl.dec.220,n.8.& 9.Pariſ, cõſ.43.vol.1.n.21. eum citat Viui. in ſylua comm. opin. in opin.2.incip.abſolutio,nu.4. Aloyſ.de Leo l.omni innouatione, C.de ſacroſanct.Eccleſ.nu.7. Maran.conſ.102.n.11.Io.Camill.Bilocta in tract. de abſol.à iuram.lib.2.c.1.num.12:vbi inquit,ſua tempeſtate fuiſſe deciſum in S.C. in cauſa Thomaſij Monaci cum Io.Ramires die 5.Iulij 69.non eſſe audiendum tanquàm periurum Pontificis, abſolutione non obſtante,& ex obreptione nulla fuit declarata; Act. Io.Port.Ricc.in praxi Eccleſ. deciſ.339.*Viſcont.in ſuis concluſ.verbo abſolutio, Reuſner.deciſ.Camer.Imper.lib.1.dec.14.n.1.*

Iudex delegatus à Prorege ſuper cognitione feudi quaternati tangentis Reg.Cur. an poſsit conſtituere procuratorem Fiſci pro defenſione Regis; fuit deciſum,quòd non poterit conſtituere procuratorem Fiſcalem in dicta cauſa,& conſequenter ex hoc dictus proceſſus reddebatur nullus, Affl. dec.366. n,1.ad 8,

Iudex incompetẽs effectus competens ob falſitatem coràm eo commiſſam ab aliquo non ſubdito an poſsit eum punire antè ſententiam cauſæ principalis, ex quo poſteà functus eſt officio ſuo, vel quandocunque; fuit deciſum, quòd ſic, hoc eſt quandocunq; in occurrenti caſu, Vrſill.deciſ.219, n.4. Viſcont.ad Franch.dec.147.

Iudex ordinarius an poſsit ſuam ſententiam nullam declarare,quãdo peteretur,vt pronũciaretur nulla,ſicut eſt Baiulus, qui habet ordinariam iuriſdictionem à lege,& iſta dicitur cauſa mixti imperij; fuit deciſum, quòd ſic in Regia Camera Summariæ,Affl.in Conſt.Baiuli locorum,n.6.

Iudex ſecularis an poſsit ſententiam declaratoriam proferre,declarando, Clericum inquiſitum de aſſaſsinio eſſe aſſaſsinum,vt ab ipſo puniri poſsit,an verò Iudex Eccleſiaſticus; fuit votatum per S.C. quòd M.C.V.poſsit procedere, & cognoſcere, & ſententiam declaratoriam ferre,ex quo habet cauſam in manu,eò quòd cepit Clericum,Capyc.dec. 112.& dec.115.ſub num.25,eum citat Iul.Clar.in §.fin.q.36.n.2. Farin.in tract.de inquiſ.q.8.nu.86. Ant.Gabr.lib.7.tit.de malef.concl.4.n.28.Muſcatell. in practhorim.rubr.de homicid. med.aſſaſſin. n.86.Couarr.lib.3.var.reſol.c.20.n.10.& ſeq.contrarium nouiſsimè tenet Marius Italia in tract. de immunitat.Eccl. lib 1.c.5.§.5.num.152.& ſeq. *Admod. Reu. D.Paulus Squillante in tract.de priuileg.clericorum,c.7.n.112.*

Iudex delegatus verum poſſit allegari ſuſpectus, ſi iudicauerit in alia cauſa cõtra allegantes,& ab ea ſentẽtia pẽderet appellatio,cõcluditur,an allegãs ſe fundauerit ſolùm in pendẽtia appellationis,nec oſtẽdit aliud,& iſta ſola pẽdentia non ſufficit,ſed eligentur Arbitri,aut vltrà appellationẽ probaret veritatem grauaminis,& tũc remouebitur,& Arbitri pronunciabunt illum Iudicem ſuſpectum, quãuis alij dicant,eſſe neceſſe non tantùm grauamen probare; ſed etiam quod proceſſerat ex propoſito,quinimmò & ſi procederet de iure canonico, de iure tamen ciuili in Iudice ordinario etiã probato grauamine non remouetur ordinarius, ſed datur adiunctus,& paritèr concludunt,ſufficere probare veritatem grauaminis;nam in dubio iniquè iudicando cenſetur ex animo facere grauando partem,cui iniuria per talem actum irrogatur, & ſucceſsiuè recuſari non tantùm de iure canonico,quàm etiam de ciuili,& ob id tradunt cautelã, eſſe bonũ,vel appellare,vel proteſtari ad probandum grauamen, & ità in facti contingentia fuit datus terminus, Capyc.dec.147.

Iudex ordinarius,quod ſemel in vna cauſa iudicauit certo modo, an poſsit vt ſuſpectus recuſari,nè ſit ſibi

ipſi

ipſi contrarius; nam præſumendum erit, ꝙ ſemper eodem modo iudicaret, concluditur, ꝙ ſic, Capyc. dec. 146. Maſtril. dec. Sicil. 129. n. 3. Alex. Raudeſ. dec. Piſan. 1. n. 104. Giurb. dec. Sicil. 54. n. 5.

Iudex remittens cauſam Baroni an præfigere debeat terminum, infra quē cauſam expedire debeat ſub pęna auocationis cauſæ: in facto occurrenti fuit deciſum per S.C. nō poſſe comminari Baroni, qui habet ſecundas cauſas, nam talis comminatio ſpectat ad Iudicem ſecundarum cauſarum, Ann. ſing. 269. Iudex, Tap. in Conſt. Statuimus vt Mag. Cur. nu. 16. & in pragm. 14. incip. de hac pragm. vbi de crim. agi opor. Maſtrill. dec. Sicil. 147. n. 20. Amēd. & Viſcont. ad Franch. dec. 409. nu. 6. & Capibl. in prag. 3. de Baron. n. 126. Ricc. collect. dec. 1799. & 1923. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 12. n. 30.*

Iudex non debet interuenire in cauſa, in qua coniūctus Doctor eſt Aduocatus vſq; ad quartum gradum, iuxtà pragm. & intelligitur de gradu ſecundùm ius ciuile, an extēdatur ad affinem, vt ſi Doctor ſit affinis in quarto gradu, Iudex poſſet interuenire; fuit deciſum, quòd ſic, Ann. in ſing. 397. pragmatica, ſecùs ſi eſſet in ſecundo gradu affinitatis, & ità alias fuiſſe deciſum in duabus cauſis, ꝙ nō interueniat, cumulat ibi Ann. de quo meminit Viui. deciſ. 319. nu. 2. Maſtrill. dec. 151. n. 3. iterùm nouiſſimè in Collat. Conſil. deciſum fuit, vt infrà in verb. ſuſpitio. *Fontanell. dec. 12. n. 8.*

Iudex M.C.V. qui condemnauerat ſeruum ad mortem, quem torquerat ex proceſſu informatiuo cōtra formam Capitulorum Neap. cui non fuerant conceſſæ defenſiones, licèt vulneratus ex mala cura deceſſerit, an ob id teneatur ad pretiū ſerui domino; fuit per Syndicatores determinatum in ſindicatu, quòd non, præuio ordine S.C. otcrēnus dato, Grām. in conſ. crim. 49. ſummo rerum opifici.

Iudex inquiſitus de ſubornationibus, & corruptelis recipiendo certam quantitatem ab vno foriudicato, vt ipſum dimitteret, & relaxaret; & alias ſūmas ab aduerſario eiuſdem inquiſiti, vt ipſum remitteret ad Iudicem ſuum competētem, vt illum iuſtitiaret, prout iuſtitiauit, nec non committendo falſitatem in guidatico, abradēdo alterius nomen, & nomen dicti foriudicati ponendo, ad hoc vt iure licito appareret dimiſſio; qua pęna ſit puniendus; fuit per M.C.V. facto verbo in Collat. Conſil. condemnatus ad publicationem omnium bonorum, & in perpetuum deportandum in Inſulam, & priuationem cinguli Doctoralis, Gramm. in vot. 25. Indiuiduæ Trinitatis auxilio.

Iudex an poterit pronūciare ſuper exceptione Reg. Pragm. editæ Thori ad fauorem habentis meliorem titulum, etiam ſi ille non oppoſuerit, ex quo talis exceptio oppoſita per alterum ex litigantibus poterit prodeſſe aduerſario, & poterit ex ea pro aduerſario iudicari, quando ille habebit titulum producentē exceptionem iſtam, dato quòd non ſit oppoſita per eum, & Iudex, qui ex conflictu ſcripturarum videbit exceptionem iſtam magis competere vni, quàm alteri; concluditur, quòd ſic, quia ſufficit Iudici per alterum ex litigātibus fuiſſe oppoſitam, & ità aliquando iudicatum vidiſſe in S.C. refert Franc. de Amic. in tit. de iis, qui feud. dar. poſſ. §. & reaſſumendo, ſub nu. 3. verſ. ſed hic aduertant, fol. 112.

Iudex ſi fuerit proteſtatus quando eius Capitaneus torturæ expoſuerat inquiſitum ſine indicijs, quòd non conſentiebat, & deindè ſteterat in tortura interrogando tortum, an puniri debeat, fuit in contingenti caſu punitus inſimul cum Capitaneo, Paris de Put. de ſind. ver. conſil. poteſtas, n. 2. in fi. verſ. & quidam aſſeſſor.

Iudex Baiuli an ſit à Barone conſtituēdus pro adminiſtranda iuſtitia, & decernēdis damnis, ne ſubditi grauentur ab Affictatoribus; fuit iudicatum in S.C. quòd ſic inter Terram Piſticij cum Barone, Io. Franc. Capibl. in pragm. 8. nu. 176. de Baron.

Iudex competens in crimine læſæ Maieſtatis quamuis ſit M.C.V. attamen per Reg. Pragm. hoc fuit reſeruatum Proregi, & ob id per Iudices delegatos cauſas decidendas eſſe cēſuit, vt fuit practicatum in cauſa illorum de Calabria, Reg. Tap. in annot. ad Conſt. Statuimus, vt Mag. Cur. noſtr. *nu. 8. Taſſon. de anteph. verſ. 3. obſeru. 4. n. 57.*

Iudex, qui erat frater conſobrinus illius, qui fuerat Aduocatus; ſed tunc erat effectus Regens, an potuiſſet interuenire; fuit dictum, quòd non interueniat, & iterùm confirmatum, nullitatibus non obſtantibus, cùmq; eſſet alius recuſationis articulus intentatus, Reg. Tap. in annot. ad pragm. 23. incip. ad tollendas, de off. Sacr. Conſil. ſituata in eius iure Regni, ſub tit. de ſuſp. Official. n. 1. & 2.

Iudex procedendo ad vlteriora cenſetur reijcere exceptiones incompetentiæ, ſi fuerint oppoſitæ, & ità ſeruatur, quando petitur cauſæ remiſſio ad Baronem in M.C.V. Io. Petr. Mangr. ad Bar. in l. à procedente, C. de dilat.

Iudex competens an erit Iudex rei ſitæ, vel loci originis, domicilij, & contractus in materia iuris prothomiſæos; fuit deciſum per S.C. audita relatione M.C.V. eſſe Iudicem competentem illum, vbi res ſita eſſet, reuocando decretum M.C.V. alitèr decidentis, Franch. dec. 379. cum citat Capiblanc. in pragm. 6. n. 48. de Baron.

Iudex, qui commiſit audientiam teſtium, vel cui fuit commiſſa audientia citabit partem ad videndum iuramenta teſtium, concluditur, quòd Iudex, qui commiſit, & ità fuit pronunciatum de facto, Barthol. de Capua in ſing. 86. ſed ecce.

Iudex à quo poteſt ſuam interloquutoriam ſimilitèr nullam, etiam habentem vim diffinitiuæ, non obſtāte appellatione reuocare, vel iterùm iudicare; vt fuit deciſum in S.C. in fauorem Andreæ de Ebulo, Capyc. dec. 1. nu. 23. cum citat Viui. dec. 53. n. 9. Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. p. 7. gloſ. ſententiam, nu. 7. & ſeq. Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. 67. n. 6. Triuiſ. dec. Venet. 4. n. 14. & ſeq. lib. 1.

Iudex ex officio an poſſit ſupplere exceptionem; concluditur, quòd ſic, quando talis exceptio ineſſet ipſi actioni, veluti in pactis in continenti appoſitis, ſecùs tamē quando non ineſſet exceptio; ſed veniret extrinſecùs, veluti in pactis appoſitis ex interuallo; prout ità pluribus vicibus deciſum in S.R.C. in variis, diuerſiſq; cauſis vidiſſe teſtatur Frāc. Viui. in ſylua commun. opin. in opin. 418. Iudex non poteſt, n. 16.

Iudex indebitè aliquem torquens tenetur pęna capitis ſecundùm vnam opinionem, ſecūdùm aliam tenetur eadē pęna, qua carceratus puniretur pro delicto, pro quo tortus eſt, iuxtà aliam opinionem tenetur actione iniuriarū, quarta verò opinio eſt, vt damnetur ad carcerem per certum tempus, &

cũ iſta pęna concordat Cap.Regni Si iuſtè,vbi imponitur pęna carceris biennalis,& publicationis tertiæ partis bonorum, & ità fuit in contingenti caſu exequutum,Grām.conſ.15.cōditoris machinæ,ſub n.15. & ſeq. eum citat Iul.Clar. §.fin.q.74. nu.2. Alex.Rom.in pragm.1.de blaſphem.nu.98.

Iudex iniuſtè torquēs qua pęna debeat puniri,regulariter extraordinariè puniri debet; verùmtamen in multis caſibus fuerūt Iudices dānati,& in Inſulam relegati,Viui.dec.467.n.55.vbi ait,nō tātū in M.C.V,ſed in Reg.Audientia fuiſſe practicatum.

Iudex ſecularis an ſit cōpetens circa falſitatem Bullarum præſentatarum per clericos inquiſitos; fuit in praxi ſeruatū,quòd ſic in falſitate latente,Reg. Tap.in annot.ad rit.235.incip.Itē ſeruat ipſa Curia, quòd nullus Clericus, nu.2.refert, quòd clericus, qui paſſus fuit tanquàm laicus ſe cognoſci à M.C.V.& in Inſulam relegari,& dùm eſſet inquiſitus de homicidio aſſeruit, ſe Clericum eſſe, & Subdiaconum,qui collectas ſoluerat vt laicus,cęteroſq; actus ad laicos ſpectantes geſſerat,nequè minoribus ordinibus ſe eſſe initiatum probabat; fuit demùm remiſſus ad Iudicē Eccleſiaſticum,& in alia cauſa refert,fuiſſe decisū per S.C.facta relatione in Collat.Conſil.contra clericum,qui præſentauerat Bullas Subdiaconatus,aduerſus quarū validitatem fuit per Fiſcum, & partem multa pōderata ſigna patētia, quorum alterum erat in veteri papiro noua ſcriptura impoſita, alterū verò, quòd in eo macula quædam inſpiciebatur,quam cera ſigilli magni ſuperimpoſita cauſauerat;Ex quibus quidèm ſignis ſequebatur,eſſe Iudicis laici cognitionem,vt ibi n.1.Ric.in prax.eccleſ.dec.339.ſub n.2.verſ.hinc eſt,& Amendol.ad Franch.dec.189.

Iudex Eccleſiaſticus, ac etiā Iudex ſecularis exequi poteſt,vt priuilegiatus non vtatur priuilegio contra priuilegiatum rerum locatarum,& hoc in mobilibus procedit neceſſarijs ad victum,& veſtitū exēptorū, vt in facti cōtingētia iudicauit M.C.V. exemplum de ijs tradens Foller. in Conſt.De perſonis,n.15. & in praxi crim.canon.c.12.n.28.

Iudex laicus, ſeù S.R.C.per modum defenſionis extraiudicialitèr vigore Capitulorum Regni procedit ad defenſam clerici oppreſſi, vel ſpoliati, aut turbati ſuper beneficio Eccleſiaſtico à conſimile, nō autem per viam cognitionis ordinariæ,& hoc iuxtà formam dictorum Capitulorum,& ſic deciſum in caſu contingenti refert Affl.dec.24. Sigiſmund.Scacc.in tract.de iud.cauſ.ciuil. & crimin. c.71.nu.95.& c.34.nu.30. Marc.Ant.Genuenſ.in prax.Cur.Archiep.Neap.c.21.Reg.Tap.in rubr. quando Rex inter eccl.perſon. cogn.poſſ. num.8, Couarr.pract.quæſt.c.35.ſub n.2.Maſtrill.dec.Sicil.79 n.1.Borgn.Caualc.dec.Fiuiz.24.p.2.n.117. Gerard.Maynard. dec.Tholoſ.28.lib.1. Ant.Fab. in eius Cod. diffin. Sabaud. tit.de Epiſc. & Cler. defin.55.Peregr.dec.Paduæ 145.n.16.

Iudex Regius nequit punire clericum offendentem Regios Officiales,& ità practicatum fuiſſe in Regijs Tribunalibus,teſtatur Foller.in Cōſt.De perſonis,n.5 & nouiſſimè refert deciſum Ricc.in decrſ.31.p.1.Cur.Archiep.Neap.

Iudex ſecularis an teneatur ſtatim brachiū imparriri pro exequutione ſententiæ latæ per Iudicē Eccleſiaſticū ſuper crimine hæreſis,fuit obſeruatū,quòd ſic per Iudices M.C.V.etiam non viſo proceſſu,vt per Affl.in Conſt.Poſt mundi,n.58.Garſ.in dec.2. Foller.in praxi crim.rubr.pęnis debitis, num.56. Muſcatel.in praxi S.C.lib.2.p.3.glo.ſeruata,n.99.

Iudex exequēs ſuam ſententiā contra reū prolatam, nō obſtāte appellatione interpoſita per cōiūctos, an ſit puniendus per M.C.V.referēte tunc Iudice ipſius,q.D.Bernar.de Barrionouo fuit condēnatus Capitaneus Melphictanus ad relegationē in Inſulam declarādā per Suam Excellētiā,Franc.Carrab.in ſing.122. de ſyndicat.reus, & in tract.præemin.M.C.V.ſub nu.122. in annot.verſ.iſte caſus.

Iudex ſuſpectus, qui ob aliquam cauſam nequit in cauſa votare, fortè quia fuerat partis Aduocatus, an poſſit eandē cauſam alteri cōmittere,vel delegare, vt contingit in perſonam cuiuſdam Regentis Regiam Cancellariam,deciſum fuit affirmatiuè in cauſa Io. Baptiſtæ Catanei cū Philippo Spinula die 27. Septembris 1617. in Banca Cioffi, D.Camill.de Latatha conſ.32.Ioannes Baptiſta.

Iudex laicus an cognoſcat de iure ſepulchrorum ad inſtantiam creditorū debitoris domini ſepulchri, paſſim iudicatum fuit Neap. affirmatiuè,Mart.in tract.de iuriſd.p 2.c.41.n.19.

Iudices præuenientes in captura diſrobantium ſtratarum virtute Regiæ Pragm.quamuis poſſint cognoſcere de illis, licèt vaſallis,an ſimilitèr cognoſcere poſſint de Piratis in mare furantibus;cōcluditur,quòd ſic,Frāch.dec.142.Io.Franc.Capibl.in prag.6.n.39.de Baron.& in prag.8.n.233. Tap.in rubr.de offic.Magn.Adm.n.3.& in prag.5.vbi de crim.agi opor.n.1.Reg.Rouit.in prædicta pragm. n.2.Ricc.in collect.dec.48.Maſtrill.de magiſt.p.2. lib.4.c.16.n.221.& de indult.c.32.n.10.*D.Reg.Cōſtāt.in l.vnic.C.de claſsicis,lib.*10.*n.*10.*D.Cōſil Carleual de iudic.to.*1.*lib.*1.*tit.*2 *diſp.*2.*q.*7.*ſect.*2.*n.*864.

Iudices ſuſpitionū determinantes,ſuſpitionē allegatam nō militare,licèt nō poſſint etiam per viā abdicationis iuriſdictionis determinare, quòd depoſita reſtituātur,iuxtà Reg.Pragm.contrariū multotiès fuit decisū,Reg.Rouit.in pragm.1.de ſuſpit.Official.poſt n.8,& memini in cauſa Comitiſſæ Caſtri cum Duce Atri,referente Reg.Conſil.Xataua iūctis Aulis fuiſſe depoſita reſtituta eidē Duci in ſuſpitione allegata per eum in perſonam Regij Cōſil.Io.Andr.de Georgio de anno 1616.& menſe Februarij, penès Secretarium,in Banca Figliolæ, hodiè autem nullatènus remitti iubetur in nouellæ pragm.11.de ſuſpit.Offic.in princ. Thoro.

Iudices M.C.V. an poſſint votare,& interuenire in Collat.Conſil. quando ab ipſis appellaretur; fuit deciſum,quòd non,Ann.in alleg.18.Ricc.collect. dec.370. *& collect.*2304.

Iudices adiuncti alijs Iudicibus an poſſint recuſari, ſolo tamen iuramento; fuit deciſum in S.C.quòd ſic, Ann.in ſing.15.adiū[illegible]ſed hodiè ſecùs eſt, exiſtēte nouella prag.77.de offic.S.C.in princ.ità debet ſuſpitio formitèr allegari,iuxtà formā prag.11.de ſuſpit.Offic.adde Ricc.collect.dec.1365.& 1526.

Iudices noui additi alijs Iudicibus exiſtētibus in pari voto an debeant votare in ijs, quæ in proceſſu apparebant tempore, quo primi Iudices votauerunt,vel in ijs,quæ de nouo ſuperuenerūt; fuit deciſum,ipſos votari debère ſuper iis,quæ in proceſſu apparebant tēpore,quo primi Iudices votauerūt, Franch.dec.513.Muſcatell.in praxi S.C.lib.1.p.4. gl.& ſimilia,[illegible].C.;Ricc.in collect.dec.620.

Quod

Quod idē fuit iudicatū p S.C. ad relationē Regij tūc Cōſiliarij Octauij de Piccolellis, in cauſa Auguſtini Cēturionis cū Sāctio de Strada, penès Cioffū de anno 1627. & mēſe Decēbris, ſi ſcriptura de nouo producta eſſet declaratiua alterius ſcripturæ pductæ, nā iudicari debet ſecūdū ſcripturā primænā, et nō aliter.

Iudices M.C.V. in cognitionibus cauſarum criminalium, & ciuiliū ſunt diſtincti, & in diuerſis Audiētijs collocati, Franch. dec. 722. n. 18. vbi nu. 20. ſubnectit, id cōtingiſſe pro faciliori expeditione cauſarum, ſed eſt eadem M.C. data inſupèr tali ſegregatione ſubijcitur, Iudicem cauſarum ciuiliū non poſſe cognoſcere de delictis ēt coràm ſe commiſſis, idem Franch. dec. 147. nu. 6. & licèt Bald. in l. ꝙ euitādi, C. de condit. ob turp. cauſ. quem ſequūtur Troy. in tit. 55. n. 4. & Camp. in cap. Si de furto, n. 5. dicat, ꝙ Iudex ciuilitèr de crimine cognoſcens poſſit criminalitèr cognoſcere de delicto, & imponere pęnam criminalē, id tamen procedere dixit in diuerſa inſtantia, non in eadem inſtātia, ſed ego intelligerem, procedere in Iudice habente vtramq; iuriſdictionem, nempè ciuilem, & criminalem, ſecus tamen in diuerſis Iudicibus, altero .ſ. habente iuriſdictionem ciuilem, altero criminalē, vt in caſu noſtro. At ſi Iudex ciuilis condemnauerit aliquem ad pęnam pecuniariam, ſi codēnatus non eſſet ſoluendo, Iudex criminalis declarabit pęnam criminalem, Franch. dec. 358. nu. 6. ſic è cōtra Iudex criminalis nequit ſe intromittere de cauſis ciuilibus, hoc tamē limitari videtur, niſi incidentèr de ciuili cauſa cognoſceret, vt latè Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. 82. & ſic condemnare ad intereſſe, idem Franch. dec. 460. num. 7. Troyſ. vbi ſuprà num. 2. & in alijs caſibus notatis per Ricc. collect. 1883. & cùm annis elapſis de ijs verba facerem cū Alphōſo de Thoro I.C. tunc Iudice Ciuitatis Surrentinæ, Ciuitatis Gaietæ, & poſtmodū Terræ Summæ, ſi contingere poſſet in conſimilibus Officialibus Regni, ne turbentur iuriſdictiones ad inuicēm, prout caſus refertur à Capyc. dec. 27. ſed melius ad rem faciens caſus citatur per eūdem Franch. dec. 388. in Baronia S. Germani, vbi vnus Capitaneus in criminalibus deſtinatur per Principem Aſculi, ad præſens per Illuſtriſ. Cardinalem Sforzā dominū iuriſdictionis criminalis, & alterum per Abbatem Monaſterij Caſſinēſis Ordinis S. Benedicti, & ad hoc adducebatur Capit. Regni Illuſtri Viceregi, vbi punctualitèr diſcernūtur cauſæ ciuiles à criminalibus, in quibus conſiſtunt, ne turbētur iuriſdictiones, vbi copioſè Cāp. & nouiſſimè Calà in tract. de mod. art. §. 1. gl. 2. per tot. Sed dubium nouiſſimè exortū in M.C.V. erat, quid in appellatione interpoſita in M.C.V. à decreto Syndicatorum ex quęrelis criminalitèr intētatis, ſed ciuilitèr proſequutis coràm Syndicatoribus, an Iudex ciuilis, vel criminalis cognoſcere deberet, in facto .n. apparebat, nouellas quęrelas criminales expoſitas de aſſertis extorſionibus p aliquos particulares Ciuitatis Auerſæ cōtra Io. Baptiſtam Salinas V.I.D. illius Ciuitatis Iudicis mei conſobrini, quibus lectis, & ponderatis per Syndicatores, attenta medicitate ſummarū, quæ potiùs iure directuum ei cōpetebant, in effectu intereſſe ex ipſis reſultare videbatur, non tamen criminalitèr, ſed ciuilitèr pſequi mandauerunt, & ſi non expreſsè in decreto dixiſſent, adhuc per proſequutionem iudicij concedendo citationē teſtium ciuilitèr, non alitèr examinato principali, & cū eo lite conteſtata, immò licentiam diſcedendi conceſſerant, relicto procuratore inſtructo, prout in ſindicatu ciuilium petitionem cōſuetum eſt obſeruari, apparebat, eſſe factam tacitam declarationem ipſarum, & interpoſita appellatione ad M.C.V. cauſarum ciuiliū ex alijs grauaminibus dicebatur, non alitèr proſequi poſſe iudicium allegatum coràm Iudice ciuili, poſtquàm Syndicatores non expreſſerant, eas petitiones criminalitèr intentatas eſſe ciuiles, quamuis in effectu ſic procedētes intellexiſſent, & ſucceſſiuè ad Iudicē cauſarum criminalium pertinebat declarationē facere, ad hoc replicabatur duplicitèr per Syndicandum. Et primò, cū id, de quo dubitabatur in hoc iudicio appellationis ad Iudicem cauſarum ciuilium non principalitèr, ſed incidentèr erat, & propterea incidentèr de quęſtione criminali poterat cognoſcere, per ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt, & dùm in dubio verſabatur, pro reo iudicandum erat, & in eius fauorem à petitis abſoluendo, Dec. conſ. 448. n. 16. Machell. patroc. 31. n. 13. Oſaſc. dec. 70. n. 76. Secundò adducebatur optima deciſio Rotæ in antiquis. Authore Biſignetto 10. in tit. de appell. quam ſequitur Menoch vbi ſuprà nu. 3. & 4. vbi refertur, ꝙ in ijs finis ſententiæ inſpiciendus ſit, an ad ciuilē, vel ad criminalem finē verba ſententiæ tendant: cæterū ſi ad ciuilē finem condemnando Iudex aliquē pro crimine ad pęnam pecuniariā, vel per commutationem, tunc ſi contingerit appellari ab illa ſentētia, non alitèr ad Iudicē criminalem, ſed ad ciuilē appellandū erit, & ità in caſu noſtro dicendū erat, dùm finis ſententię Syndicatorū intereſſe merum quęrulantium concernebat, & in procedendo ciuilitèr proſequutū fuerat, vt dixi, & ſucceſſiuè interpoſita appellatione, ad Iudicem ciuilem omni iure recurrendum erat, quarè facta de prædictis relatione per Eruditum Iudicem ciuilem Aloyſium Nicueſa in M.C.V. deciſum fuit, procedendum eſſe in eadem M.C.V. in omnibus petitionibus, ſeu quærelis in actis deductis die 11. Ianuarij 1619. penès Pintum Actuar. in cauſa Io. Baptiſtæ Salinas V.I.D. cum nonnullis quærulantibus Ciuitatis Auerſæ. Io. B pt. de Thor. I.C. Neap.

Iudici deponenti de geſtis per ipſum contra ſe an credatur; concluditur, quòd ſic, & ob id deciditur attenta Iudicis depoſitione contra ſe prolata ex geſtis per ea ex errore, & ſententia, quæ exequutionem paratā habebat, fuit ſuſpenſa, Franch. dec. 398. in fin. Cabal. reſol. crim. cent. 2. caſ. 133. n. 9.

Iudicio pendēte inter poſthumum, & fratres defuncti ſuper petitione hęreditatis an agi poſſit cōtra debitores hęreditarios; fuit concluſum, ꝙ non, niſi actio eſſet tempore peritura, Frāch. dec. 569. Ric. collect. dec. 300. *Gallupp. in prax. S.C. p. 2. c. 3. n. 33.*

Iudicio poſſeſſorio intentato an poterit ſuper petitorio iudicari; fuit diuerſimodè iudicatum, tàm p affirmatiua, quàm pro negatiua parte, Gramm. deciſ. 15. Muſcat. in praxi S C. lib. 1. gl. petitur, nu. 55.

Iudicium cęptū in partibus Hiſpaniæ, ſi iterùm fuerit cęptum in Regno Neap. an ſtante ibidem litis pendentia ſit cauſa remittenda, attentoq; reſcripto Regis ſuper remiſſione; per Reg. Collat. Conſ. fuit cauſa remiſſa vbi cęptum erat iudicium, Gramm. in conſ. crim. 28. eiuſdem Magni Dei.

Iu-

Digitized by Google

Iudicium ſummariè inceptum contra foraſciros an poſſit ſequi ad modũ belli per poteſtatem habẽtem à Prorege; concluditur, quòd non, quia iudicium eo modo, quo cęptum, finiendum eſt, & ità in facto habuiſſe in Regia Audientia teſtatur Capagn.in Cap.Regni Si cum ſceleratis,nu.56.quod approbatum fuit a Collat.Conſil. eum citat,& ſequitur Io.Grand. de Bello exulum,in prædicamẽto pati 3.q.ſpec.77.nu.2. vbi refert, in Regia Audientia contra exules fuiſſe idem tribus vicibus deciſum, & aliquando obſeruari vidi in Regia Audientia Calabriæ Citra in multis cauſis. Thor.

Iudicium ſuper conceſſione inueſtituræ feudi an noceat agenti petitorio ad eundem Comitatum, in facto demonſtrabatur, fuiſſe per feudatarium patruũ ſic declararũ ſucceſſibilem in feudo,vigore conuentionis,Regio aſſenſu vallatæ,vt tantũ ſuccederet per ſententiam in contradictorio iudicio promulgatam, excluſa Nepté ſorore vtrinq; coniuncta cũ defuncto feudatario,cum onere dotãdi de paragio ipſam,cuius ſententię,& cõceſſionis vigore confirmatio inueſtituræ petebatur,ob quod iudicium ſummarium reſultabatur, & licèt fuiſſet per eandem Neptem oppoſitum, petendo, ipſam eſſe legitimam ſucceditricem, non obſtãte prædicta ſententia, tamen concluditur, tale iudiciũ intentatum ei nocere,nec amplius debere audiri,obſtante exceptione rei iudicatæ ſuper petitorio, & ità ſecundùm prædicta fuiſſe deciſum in S.C.facta relatione in Collat.Cõſil.tradit Reg.de Pont.conſ.62.fateor,,vol.1.à n.1.ad 32. vbi in fine n.55.ponit deciſionem,Amat.conſ.100.n.95.

Iudicium cęptum per aliquem creditorem vigore inſtrumenti liquidi contra debitorem in annuis ſcut.37.pro capitale ſcutorum 375.pro conſequutione annatarum præteritarum non ſolutarũ per annos 47.an impediri poſſit prętextu exceptionis oppoſitæ per debitorem redditionis computi per dictum creditorem bonorum ipſius debitoris; eſt .n. in iure certum,quòd tutor debet facere librum rationum,& pupillo dare finita tutela, Soc.in cõſ. 46.n.4 vol.1.Rom.conſ.415.n.2.Bellac.inter commun.opin.tit.de author.pręſtand.n.15.vbi Kircou. n.27.Immò ẽt non requiſitus de iure communi tenetur reddere rationem adminiſtrationis, idem Soc.in conſ.92.nu.17.vol.4.quantò magis ſi fuiſſet requiſitus,tunc .n. tutor edere tenetur librum rationũ,aliàs ſuſpectus redderetur, Idem conſ.159. n.18.vol.2.Secundò,ex quo tutoris bona cenſentur obligata pro adminiſtratione tutelæ, Ludou. dec. Peruſ.75.num.4.& ſic filij retinere poſſunt dotem matris pro adminiſtratione tutelę,donec reddiderit compotum,vt ex mente Socin.conſ.180. vol.1. quem ſequitur Dec.cõſ.439.n.10.tradit Ann.ſing. 214.& ibi Fab.in addit.allegat Neguſ.de pignor. memb.1.p.5.n.36.& Soc.conſ.126.vol.1. in princ. Ergò ſaltim per viam retentionis conſultum videtur pupillo non ſoluere,donec computa reddita fuerint.Tertiò,tutor ſi eſſet creditor pupilli poterit ſibi ipſi ſoluere abſq; Iudicis decreto in bonis pupilli, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, Affl. dec.13.n.14.& 15. & q poſſit ſibi ſoluere propria authoritate, quando eſſet creditor tutor, refert Don.à Fin. inter comm. opin. lib.5. tit.de author. præſt. nu.2. in tantum q præſumitur tutor de ſuo credito ſibi ſatisfactus, Caualc.in tract. de tut. & curat.nu.181.In contrarium tamen dicebatur,inſtrumentum crediti eſſe liquidum, & exceptionẽ redditionis computorum eſſe illiquidam, ideò nõ admittitur compenſatio,Affl.dec.381. n.3. & maximè contra inſtrumẽtum liquidum iuratum nulla compenſatio opponi poteſt,Bellac.inter comm. opin.tit.de compenſ.n.15.Secundò,quatènus eſſet adſtrictus rationem adminiſtrationis reddere ex diſpoſitione iuris tutor tenetur rationes adminiſtrationis reddere vbi facta fuit adminiſtratio, l. vnica,C.vbi de ratioc.agi opor.optimè Anchar.in q.61.p.2.& ſic memini, aliàs deciſũ fuiſſe in Reg. Aud. Calabriæ Citra, referente meo Conſobrino V.I. D. Erudito Franciſco Antonio Salinas ipſius Auditore.Et tertiò,quatènus tenetur Adminiſtrator rationem reddere, vt ſupra dictum eſt, quia Adminiſtrator tenetur reddere rationem adminiſtrationis infra 30.annos,& omnia ad adminiſtrationem pertinentia reſtituere domino,aliàs diceretur eſſe in dolo,vt tradit Caualc. in d. tract.nu. 202. Hæc pauca ad dilucidationem quæſtionis prædictæ cumulare cenſui, vt rectius poſſit in cõtingenti caſu iudicari, quanquàm,vt mihi retulit D.Auguſtinus Caputus meus familiaris in cauſa Marij Caputi ſui genitoris cum Horatio Theleſe,quia D.Marius produxerat quietationẽ redditionis computorum ſubſcriptam à Bernardino Theleſe, & fuiſſet denegata ſubſcriptio à parte aduerſa, attamen ex ſcripturis, & teſtibus corroborata,vt dixi in verbo pactum de capiendo,facto verbo de conſimili caſu in S. C. per Regium tunc Conſiliarium Scipionem de Curte in aula, vbi aſſidebant Conſiliarij Rouitus,Salinas, Alderiſius, & Valcarcel,ſub die 2.Octobr.1613.deciſum fuit, quòd procedatur ad expeditionem iudicij cepti, oppoſitis ex aduerſo non obſtantibus,penès Izzũ pro Longo Act.Mag. Io.Bap.de Thoro I.C.

Iudicium ſummarium agitatum cum perſona habente actionem ad feudum ſine balio an ſit nullum,deciſũ fuit per S.C non aliter eſſe nullum, & ità iunctis aulis per idem S.C. in reclamatione confirmatum, Io. And.de Georg.in repet.feu.c.43.n.17.& 19.

Iura fiſcalia poſſeſſa per feudatarium vita eius durãte an veniant in cõceſſione,ſeu donatione Caſtri, ſuper quo debentur,fuit iudicatum,quòd ſic,Reg. de Pon.in conſ.71.non dubitatur,vol.2.

Iurans non petere abſolutionem à iuramento an ſi fuerit abſolutus debeat audiri, & in cauſa procedi;fuit deciſum in S.C.ſuper aſſiſtentia petita pro dotibus ſuper bonis in publicatione deductis, quòd attento id, quod continet in abſolutione obtenta per actorem,decretum eſt, obſtante iuramento,& alijs oppoſitis non eſſe procedendum, nec procedi debere in dicta cauſa,Piſanell.ad Afflict.dec.220.in fi.

Iuramentum ſuppletorium an ſit dandũ actori, qui probauit ſemiplenè,ſi probatum eſſet per reum, actorem fefelliſſe creditores,& incidiſſe in periurium,non ſatisfaciendo eis iuxtà promiſſiones factas: fuit deciſum, eſſe dandum actori iuramentũ ipſum ſuppletorium,Affl.dec.36.Menoch.de arb. iud.lib.2.cent.5.caſ.464.n.20. Marant. conſ.54.n. 46.Muſcat.in prax.S.C.lib.1.p.7. gl.concluſio,nu. 27.Battagl.ad Cyn.in l.bonæfidei,C.de reb. cred. *Ang.Steph.de iure Fiſci,c.4.art.17.n.12.*

Iuramentum in litem an ſit deferendum parti ob alterius

terius contumaciam, fuit deciſum, quòd ſic, Affl. dec. 169. Ann. in ſing. 287. iuramentū, allegat Ant. Capy. dec. 91. dicentem, in S.C. fuiſſe deciſum, & præſtitum iuramentum contra fideiuſſorem, & ſententiam exequutam contra tertios poſſeſſores, & fideiuſſorem; nam geſſerat ſe pro tutore, & ſe immiſcerat, & idem Ann. in alleg. 9. n. 3. Plot. l. ſi quādo, C. vnde vi, nu. 619. Viu. dec. 481. nu. 14. Catell. Cott. verb. iuramentum, latiùs Hieron. de Lauren. dec. Auen. 106. Galter. in prax. tutel. p. 3. rub. 2. nu. 91. Ioſeph Lud. in ſuis concl. tit. de hæred. concl. 1. verſ. infertur 52. Caroc. de locat. par. 1. tit. de ſubſtant. locat. q. 10. n. 2. *Conſil. Theodor. allegat. 77. nu. 2. & 6. Epiſc Gennenſ. in tract. de Eccl. ſeu practic. Eccl. q. 45.* 1. *Fontan. dec. Cathal.* 300. *n.* 13.

Iuramentum extortum à minore ob vim, & metum ad contrahendum, & promittendum, benè probatum de metu an irritetur; fuit deciſum, quòd tale iuramentum non operetur aliquem effectum, Afflict. dec. 342. nu. 7. vbi Gramm. in add. & Farin. in tit. de accuſat. q. 15. n. 34. Borgnin. Caualc. dec. Finiz. 9. n. 10. lib. 2. Hieron. de Laurent. dec. 6. Auen. num. 5.

Iuramentum in litem an ſit dandum actori petenti reſtam ſummam rei venditę iuxtà formam inſtrumenti de falſitate intenti per conuentum, qui dolosè ſub colore percunctandi inſtrumentū occupauerat, allegando fuiſſe deperditum; fuit deciſū, quòd non debet dari iuramentum de dicta amiſſione inſtrumenti, ex quo in capitulis conuentus confeſſus fuerat, habuiſſe inſtrumentum à Magiſtro Actorum pro formanda petitione, & Magiſter Actorum fidem fecerat, quòd ſibi reſtituerat cum promiſſione de reſtituendo iterùm Magiſtro Actorum, & nūquàm reſtituit, nec probauit amiſſionem, Affl. dec. 330. Muſcat. in prax. S.C. p. 3. gl. reſpondendum, Borrel. conſ. 52. nu. 23. Borgn. Caualc. dec. Finiz. 38. n. 9. p. 1. Raud. dec. Piſan. 14. nu. 149. Seſſe dec. Arag. 201. n. 75.

Iuramentum in litem an ſit dandum actoribus petētibus adminiſtrationis rationem tutelæ à tutore non conficiente inuentarium; fuit deciſum, quòd ſic, Affl. dec. 360. Plot. in l. ſi quando, C. vnde vi, n. 469. & ſeq. Comazan. dec. Lucenſ. 15. n. 5.

Iuramentum ſuppletorium an poſſit per Iudicem ex officio parti deferri, dùm viderat probationes dubias, etiam ſi non petatur; concluditur cum opinione Bar. quòd pars debeat tale iuramentum petere, Capy. dec. 35. n. 1. Matan. p. 6. act. 9. n. 20. Muſcat. in prax. S.C. lib. 1. p. 7. gl. concluſio, n. 34.

Iuramentum ſuppletorium ſi fuerit petitum à parte, an locum habeat, ſi fuerit poſt concluſum petitū; concluditur, quòd non, Capy. dec. 35. n. 2. Ann. in ſing. 283. Iuramentum, Muſcat. in prax. S.C. lib. 1. p. 7. gl. concluſio, nu. 16. vbi ait, contrarium in Regno ſeruari; cùm cauſæ omnes ſint ſummariæ, & ità nouiſſimè deciſum fuit in Reg. Audientia Calabriæ Citra die 20. Februarij 1612. in contingenti caſu, dùm pergerem Coſentiæ. Thoro.

Iuramentum ſuppletorium ſi non fuerit petitum in cauſa principali, an poſſit peti in cauſa appellationis; concluditur, quòd ſic, Capy. dec. 35. n. 4. & ſeq. Gabr. lib. 4. de reſtit. ſpol. concl. 1. nu. 120. Tap. in Conſt. Minorum iura, nu. 22. Hieron. de Mont. in tract. de finib. reg. c. 68. n. 20. Muſcat. in pract. S.C. lib. 1. p. 7. gl. concluſio, n. 30.

Iuramentum an obſtet contra opponentem exceptionem compenſationis, & renunciationem compenſationis; fuit deciſum, obſtare, ex quo fuit votatum, eſſe procedendum ad exequutionem ſententiæ, Capy. dec. 167. à n. 4. Ann. in alleg. 80. nu. 3. Gabr. lib. 2. tit. de iur. iuran. concl. 7. num. 2. Tap. in prag. 5. n. 4. de offic. S.C. Viu. in ſylua comm. opin. opin. 115. promittens, n. 2. Barz. dec. Bonon. 63. nu. 22. Bilock. in tract. de abſol. à iuram. lib. 2. c. 16. n. 9. Vrſil. dec. 381. nu. 4. Cacher. dec. Pedem. 92. nu. 18. Corn. in tract. de abſol. forenſ. iur. p. 4. caſ. 16. n. 12.

Iuramentum in litem an detur contra hęredes tutoris, vel contra tertios poſſeſſores; cōcluditur, quòd non, Capy. dec. 91. Ann. alleg. 9. n. 3. & latè Affl. dec. 169. vt dixi ſupra eod. verb. Raud. dec. Piſan. 19. n. 89. & idē Ann. in ſing. 287. refert deciſum in S.C. fuiſſe præſtitum iuramentum contra fideiuſſorem tutoris, & exequutam ſententiam contra tertios poſſeſſores bonorum, tàm tutoris, quàm fideiuſſoris, qui etiam pro tutore ſe geſſerat, & immiſcuerat ſe hæreditati, & Maſull. ad Cap. d. dec. 91. nu. 2. citat Authorem noſtrum hic.

Iuramentum an obſeruetur, quādo adeſſet enormiſſima læſio in contractu; tenet Capy. dec. 159. quòd non, & ità fuit deciſum in S.C. in caſu vertente, relato per Maſull. in add. ad eand. dec. n. 19.

Iuriſdictio ſi ſit delegata ad certas perſonas .ſ. actoris, & rei, ſi laudauerit reus ſuum authorē, an talis Iuriſdictio prorogetur ad talem authorem laudatum nō nominatum in delegatione; fuit deciſum, q ſic, Affl. dec. 227. ſequuntur, & eū citant Ann. in ſing. 45. author, Muſcat. in prax. S.C. p. 3. gl. nominent, n. 13. & 22. Scac. de iud. cauſ. ciuil. & crim. c. 30. n. 1. Ric. in collect. dec. 29. & dec. Arch. 155. p. 2.

Iuriſdictio etiam in cauſis criminalibus an cenſeatur conceſſa ſi in conceſſione fuerit dictum, reſeruatis etiam, ſeu retentis Curiæ noſtræ immediatè Caſtrorum prædictorū cauſis criminalibus, pro quibus corporalis pęna, mortis videlicet, & abſciſſionis membrorum, aut exilij debet inferri; fuit in contingenti caſu inter ceſſionarium iſtum, & feudatarium habentem iuriſdictionem criminalem, deciſum, diſtinguendo iuriſdictiones, quòd ſic, in certis caſibus tantùm, hoc eſt alapę, & vulneris ſpectare ad Capitaneum conceſſionarij, & ità fuit cōfirmatum per S.C. iunctis aulis, voluiſſe Regem concedere iuriſdictionem, etiam in cauſis criminalibus, exceptis illis tribus caſibus, Reg. Tap. in annot. ad Conſt. Ea, quæ ad decus, à n. 14. cum ſeq. vbi n. 27. ponit vltimam deciſionem alterius deciſionis n. 22. Ric. collect. dec. 2031.

Iuriſdictio Baronis ob contumaciam banniti an poſſit per Curiam ſequeſtrari, & ibidem Commiſſarius deſtinari pro adminiſtranda Iuſtitia, & Caſtris regendis, bonaq; mobilia pro tertia parte capi, & reliqua cum fructibus ſequeſtrari; Concluditur, quòd ſic, & ità in multis caſibus fuiſſe ſeruatum, tradit Capy. dec. 151. quem citat Scac. de iud. cauſ. ciuil. & crim. c. 87. n. 19. & hoc ſit conditionaliter, donec tedio affectus cōparuerit, & contumaciam purgauerit, vt bis obſeruatum deindè fuiſſe refert Prec. de ſubfeud. lib. 2. in 29. author. num. 2. de quo meminit Cathalan. in tract. de indult. c. 12. n. 29. & 34. Follet. in pract. crim. rub. annotentur bona contumacis, n. 2. Liparul. ad And. in c. 1. ſub nu. 2. verſ. poſſeſſionem dedit. Maſull. qui contumax eſt, vbi

alias.

alias refert deciſiones, nouiſſimè Reg. de Pont. in tract. de pot. prot. rubr. de prouiſ. fiert ſolut. 51. Caraua. in Rit. 220. nu. 17. & ſeq. & Maſtril. in tract. de indultu c. 22. n. 25. omnes citat.

Iuriſdictionis criminalis conceſſio quæ nam capita in ſe contineat; fuit declaratum in Conſilio Regis Catholici continere tres caſus, ſcilicèt mortis naturalis, ciuilis, & abſciſſionis membrorum. Ann. in alleg. 52. n. 25. & 24. Ric. collect. dec. 2031.

Ius accreſcendi an habeat locum in feudo ex pacto, & prouidentia; fuit deciſum in R.C. quòd ſic, Vrſill. dec. 248. n. 7. Matt. vot. 20. n. 13.

Ius adeundi hæreditatem an ſit in bonis noſtris, vel extrà bona, ità vt in donatione omnium bonorũ, iurium, & actionum comprehendatur; fuit dictũ, non eſſe in bonis, nec venire in donatione prædicta, Franch. dec. 101. n. 27. in fin. & in dec. 60. refert, fuiſſe deciſum, non venire in donatione, prædicta ius adeundi, niſi cum effectu hæreditas per donantem fuerit adita. Maſcat. de probat. concl. 40. n. 9. Surd. dec. Mantuæ 140. n. 9. Montet. dec. Aragon. 35. per tot. & n. 54. Borgn. Caual. dec. Fiuiz. 1. p. 4. n. 22. *Berlich. dec. Germ. 51. n. 3. Cancer. var. reſol. to. 2. c. 1. n. 129. Ric. collect. 3113. p. 7.*

Ius Canonicum, aut Ciuile verſari debet in deciſione cauſæ vertentis in Curia Archiepiſcopali Montis Regalis contra laicos carceratos delinquentes in perſonam Officialis laici deſtinati per dictum Archiepiſcopũ, & an in iſta Eccleſia recognoſcat Eccleſia, ſiuè Summus Pontifex, vel Rex; fuit per interlocutorium decretum prouiſum, quòd cauſa ipſa reuideretur per duos Deputatos, quorũ vnus deputetur per Archiepiſcopum, & alius per Reg. Cur. licèt in tali negotio non fuerit vlterius proſequutum, cùm ex parte Archiepiſcopi fuerint relaxati. Capy. dec. 137. nu. 11. & ſeq. Amed. de Pont. in tit. de iis, qui feud. dat. poſſ. n. 45.

Ius Coloniæ an ſpatio 30. annorum præſcribatur, occurrente caſu dùm fuiſſet vendita domus vili pretio, & eadem eidem venditori locata, qui per 30. annos ſteterat vniformis pretij locatione, ſolutioneq; penſionis fuit in M.C.V. deciſum, prætenſam præſcriptionem non militare. Vrſil. dec. 365. n. 15. eum citat. & ſequitur Monal. conſ. 1. nu. 29. vol. 1. Claud. Tutius alleg. 2. n. 12. Roderic. de Ann. reddit. lib. 2. q. 22. nu. 69. *Epiſ. Genuenſ. in tract. de Eccl. ſeu practic. ab. Eccl. q. 77. in fin. Cancer. var. reſol. to. 1. c. 14. ſub n. 95. vbi hic nos allegat.*

Ius conficiendi alumen repertum in ſolo priuati an ſpectet ad Regem, vel ad Dominum loci; Concluditur, ſpectare ad Dominum loci, ſoluta decima parte aluminis Fiſco, tamen fuit deciſum, ſpectare ad Fiſcum Afflict. deciſ. 321. eandem deciſionem refert Capy. vt ſuprà verb. alumen, nouiſſimè Farinac. in eius prax. tit. de var. quæſt. in 106. q. nu. 36. & 61. Boſſ. in tit. de metal. n. 45. Sixtin. in tract. de Regalibus lib. 2. c. 17. ſub n. 42. & 56. Peregr. de iure Fiſci lib. 4. tit. 3. n. 11.

Ius congrui locum vendicans in contractu venditionis, ità φ ſi conceſſa in emphyteoſim re ſub annuo cenſu redimibili in pecunia emptio iudicetur, & ſucceſſiuè caderet ius prædictum, ſi fuerit facta ſubconceſſio cum eodem onere, & cum alio onere ſoluendi aliam quantitatem, cum poteſtate affrancandi in ſimili, vel meliori loco, & nõ in pecunia, & cum ſolutione certæ quantitatis pro intratura, an cenſeatur emptio, ità vt vicinus poterit exercere tale ius; fuit deciſum, ipſam eſſe venditionem, & proindè poſſeſſor condemnatus fuit ad relaxandum partem domus iure congrui. Franch. dec. 392. Tap. in Conſt. Sancimus, nu. 73. in 4. part. iur. Regni, Ric. in collect. dec. 6.

Ius congrui an competat ſuper re vendita à Curatore ſine decreto; Concluditur, quòd non, ſed quia in venditione ipſa decretum præponi, & poſtponi poterat, cùm fuiſſet ſubſequutum, non fuit denegatum ius prædictum ceſſionario vicini iuris cõgrui. Franch. dec. 242. eum citat Benedel. in tract. de iur. prothom. in rub. tit. n. 56. Ric. in collect. dec. 6. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 2. c. 6. n. 14.*

Ius congrui an petere poſſit vicinus contra alium vicinũ, exiſtente via vicinali in medio duarũ viarũ; fuit deciſum, φ ſic. Afflict. dec. 62. eum citat Viu. in ſylua comm. opin. in opin. 830. ſtatutum diſponẽs, n. 3. Marant. in tract. de multipl. alien. n. 124. idem Viu. dec. 488. n. 7. Ric. in collect. dec. 6. Marilia dec. 15. Ianuæ 64. n. 9. & ſeq.

Ius congrui an militet in cõtractu emphyteotico, in quo expreſsè pacta emphyteotica apponuntur, hoc eſt pro intratura ſoluendi certam quantitatem cum certo annuo canone, cũ poteſtate affrancandi, at ſi poſt primum contractum alius fuerit celebratus, in quo fuit facta affrancatio in pecunia, iudicandus erit verè cõtractus emphyteoticus iuxtà partiũ aſſertiones, vel ſimulatus, vt in effectu cenſeatur emptio, & venditio, in qua cadit ius cõgrui; fuit deciſum, eſſe contractum emphyteoticum, & proindè abſolutus conuentus iure congrui, Afflict. dec. 72. Fab. de Ann. cõſ. 38. n. 49. Couar. lib. 3. var. reſol. c. 11. n. 3. Maran. in tract. de multipl. alien. nu. 117. Tap. in Conſt. Sancimus, n. 73. Ric. collect. dec. 6. & latiſſimè Perept. in dec. Patau. 24. præſertim n. 5. vbi tradit, in dicto Senatu aliàs idem fuiſſe deciſum, licèt contrarium teneat, Benedell. in ſuis Animaduerſ. ad tract. de iur. prothom. in §. cauſa verò dotis, n. 1. in tract. Rendell. eiuſdẽ materiæ impreſſis, *Ric. collect. 2300.*

Ius congrui an competat vicino habenti Hortum, vel Curtim propè domum venditã; fuit deciſum, quòd non, ex quo ruſticum non trahit ad ſe vrbanum. Afflict. dec. 223. Io. de Amic. in conſ. nu. 30. & 32. Bertaz. in tract. clauſul. in clauſ. 19. gl. 10. nu. 8. Borgn. Caualc. dec. Fiuiz. 20. n. 12. p. 2. & n. 35. Rendel. in tract. de iur. prothom. in verſ. agrum, vel domum, Verall. dec. 78. p. 1. Hic dubitari contingit, vt mihi euenit decidere in Ciuitate Caleni, vti Curiæ illius ordinario Conſultori, quãdo Theani Iudicatus munere fungebar, quid ſi vicinus habẽs prædium ruſticum propè aliud prædium ruſticum vicini, in quo aderat domus ex altera parte, nunquid ei competat ius congrui, et pro vrbano connexo ruſtico prædio ei contiguo, & per iſtã deciſ. Afflict. videbatur negandum, quàuis ad puncti huius deciſionem reperi modernum Doctorem Rendel. in tract. de iur. protho. in verb. agrũ, vel domũ, vel vineam, ſub n. 4. tangentem iſtam quæſtionem, qui ex aliorũ opinione concludit, non exiſtẽtibus alijs vicinis collateralibus petentibus domũ eis annexam debere inſimul cũ Terra vendicata in petentem transferri ratione iuris accreſcendi, eò φ hortus cum domo venditus cõprehenditur ſub vnica vẽditione, nec eſt corpus diſtinctũ, & ſeparatum,

&

& ſic decidi in cauſa Notarij Pópei Ceraldi actoris, cum Vincentio Maria conuento die 9. Martij 1617. & deindè ſic audiui fuiſſe confirmatum meũ decretum, nec obſtat dec. Affl. nam loquitur in caſu ſingulari ſuo, vt aduertit ibi Vrſil. Thor.

Ius congrui an competat vicino collaterali contra emeutem domum cum pacto, quòd dominium nõ transferatur, donec, & quouſq; non fuerit ſolutum pretium venditori, ꝙ pretium debebat ſolui in certis annis, fuit dictum, ꝙ dictum pactũ non operetur præiudicium tertio, & ſic collaterali, ità vt petere poſſit iure congrui dominiũ; Affl. dec. 338. Ann. in ſing. 372. pactum, Boer. dec. 112. Franch. dec. 506. n. 15. Benedell. de iur. Prothom. ad princ. Conſt. n. 156. Tiraq. de retract. lignagier. §. 1. gl. 2. n. 36. Marant. in tract. de multipl. alien. n. 148. Bertaz. in tract. clauſ. in clauſ. 15. gl. 4. nu. 2. Ric. in collect. dec. 6. Roder. de annuis reddit. lib. 2. q. 25. nu. 28. *Ang. Steph. in obſeru. Mediol. Conſt. lib. 4. tit. 9. §. 1. latè D. Reg. Rou. dec. 7. D. Reg. Galeota to. 1. contr. 49. Barbat. de diuiſ. fruct. p. 2. c. 6. n. 15.*

Ius congrui an competat collaterali aduerſus poſſidentem vigore donationis ſibi factæ à patre emẽte; fuit deciſum, ꝙ non, & ſic conuenti fuerunt abſoluti, Affl. deciſ. 338. in fine, licèt contra teneant Marant. in diſput. 9. Benedell. in tract. de iur. Prothom. §. cauſæ verò dotis, n. 12. aſſerẽtes, procedere Neapol. non extrà Neapol. dictam deciſionem, Maxilla in Conſuet. Bari, rub. de iur. prothom. §. Ius prothomiſeos, n. 5. & 41. vbi ſubdit, hanc deciſionem procedere in Ciuitate Neapol. & non alibi, Vin. in dec. 320. n. 3. Aſcia determin. 37. nu. 6. & ità nouiſſimè deciſum in S.C. vt in Ciuitate Neapol. duntaxat locum vendicet hæc deciſio, vt infrà eod. verbo Ius congrui, Marilia. dec. Iannæ 94. Roder. cit. in proxima deciſione; *Ric. collect. 2300. p. 7. D. Reg. Capyc. Latro dec. 46. n. 9.*

Ius congrui an competat collaterali contra vicinum ementem rem ſtabilem, per quem probatur, contractũ ipſum eſſe pignoratitium, exiſtẽte pacto de retrouendendo, & ꝙ res illa erat longè maioris pretij, quàm pretium aſſignatum; fuit deciſum, ꝙ non, Affl. deciſ. 339. Benedell. de iure prothom. ad princip. Conſtit. n. 215. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 2. n. 12. Cotta in verbo pactum, Ric. in collect. dec. 6. Gratia. diſcep. forenſ. q. 526. n. 31. to. 3.

Ius congrui an locum habeat in contractu emphyteotico, quando res eſſet data in emphyteoſim cũ facultate affrancãdi in pecunia, non obſtante Cõſuet. Neap. quę vult, ꝙ in contractibus emphyteoticis nõ habeat locũ tale ius; fuit pluries deciſum, quòd ſic, Vrſil. dec. 72. ſub n. 10. & 11. eum allegat Franch. dec. 610. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 2. c. 6. n. 22.*

Ius congrui an habeat locum in re vendita cum pacto de retrouẽdendo, ſi fuerit reempta per Dominũ, quaſi ex noua venditione, vt teneatur ad dandum rem vicino ratione iuris congrui; fuit deciſũ in M.C.V. quòd non, Vrſil. dec. 338. ſub n. 2.

Ius congrui an ſibi locum vendicet in re feudo redditiria vendita ſub haſta, non obſtante contractu permutationis geſto ſimulatè inter emptorem, & permutatarium. Primò, cùm talis contractus ſimulatè dicatur factus. Secundò, quia ipſe emptor deſiderabat dictam Terrã, & quia eam habere non poterat, per intermediam perſonam habere procurauerat. Tertiò, quia ipſe emptor procurauerat per Cognatum generalem Gubernatorem Domini Terræ. Quartò, quia ipſe emptor poſſeſſionem cęperat colligendo fructus, & ſuppoſita perſona permutantis in nihilo ſe geſſerat. Quintò, citato ipſo emptore permutante aſſeruit, non poſſidere: ex ijs, & alijs facta relatione in S.C. per Conſiliariũ Horatium Marcheſium die 14. Martij 1591. deciſum fuit in fauorem Io. Franciſci Marini actoris iuris congrui, contra Antonium Longobardum conuentum, penès Longum Act. Mag. D. Camill. de Laratha in conſ. 40. in congruo.

Ius congrui an locum habeat, ſi vendita fuerit Terra, & venditor reſeruauerat ſibi quodam fruſtrum terræ trium paſſuũ latitudinis circumcirca; fuit iudicatum, ius congrui militare, ac locum habere ob fraudem præſumptam, Capy. dec. 38. Piſauel. in addit. ad Conſuet. Si quis emit, de iure congrui, incip. aduerte quia credo, f. 324. Tapia in Conſt. Sãcimus, nu 92. Ric. in collect. deciſ. 6. Corn. conſ. 29. lib. 3. ſecus ſi pars reſeruata non eſſet inutilis, tunc prodeſt cautela, & ità deciſum refert Honded. conſ. 7. Benedell. in animadu. in tract. de iure prothom. in opere Rendellæ, §. pen. n. 5.

Ius congrui an re vendita cõpetat vicino, vel Domino directo domus, & quis eorum pręferri debeat; fuit deciſum, emptorem condemnandum eſſe ad reſtituendam domum emptam vicino pro pretio, quo fuerit appretiata, iuxtà Conſuet. Neap. & ꝙ in auocanda poſſeſſione à pręfato vicino pręferatur Dominus *directus*, Capy. dec. 99. Ann. alleg. 43. nu. 14. Franch. dec. 610. Ric. in *collect.* dec. 6. & nouiſſimè tradit Reg. de Pon. in dec. 3. in prin. verſ. pro adimplemento fuiſſe *practicatum* in R. C. S. in venditione feudi *facta* ad inſtantiã creditorum feudatarij & fuit prælatus Fiſcus tanquã *directus* Dominus fęudi, ꝙ quidèm feudum deindè in ſolutum dedit eius creditori, vt ibi, vide infra verb. Ius congrui. vt ſupra eo. verb. Dominus *directus*, quid in burgenſaticis, Rendel. in *tract.* de iur. prothom. in verb. per emphyteoſim, n. 7. & nu. 16. citat dec. 610. Præſ. de Franch *Gizzarel. dec. 30 n. 57.*

Ius congrui licèt non habeat locum, quando res cõcederetur in emphyteoſim, tamen nõ quando adeſſet *pactum* de affrancando in pecunia numerata, & ità fuit deciſum, vt tradit Ann. in ſing. 295. ius congrui, vbi etiam refert, aliàs fuiſſe deciſum, ex ſolo pacto de affrancando non probata fraude militare ius congrui.

Ius congrui an militet in venditione medietatis domus cõmunis facta per ſocium alteri ſocio, ità vt vicinus agere poſſet hoc iure; quia illa res empta per ſociũ licèt non erat effecta ipſius irreuocabilitèr, cùm à vicino poterat auocari, ius .n. ipſius nõ extinctum & adhuc effectum durat, & poterit talem rem retinere, & vicinũ excludere, qui vult rẽ ipſam auocare, & ità fuit deciſum in S.C. Colutius Coppula in add. ad Cõſuet Neap. Si quis emit, de iure congrui, incip. quid aũt ſi habens, f. 325. & de hac deciſione meminit Ant. de Alex. in Conſuet. Si ex vno, de iure congrui, incip. fuit quæſitum à me, f. 344. & 345. Benedel. in ſuis animadũ. impreſ. in tract. de iure prothomiſ. Rendell. ad eundem tract. §. ſcriptum eſt. num. 8. vbi allegat Frec. in d. Conſuet. referentem iſtam deciſionem, *Ric. collect. 2300. p. 7. D. Reg. Capyc. Latro dec. 46. n. 34.*

Ius congrui an competat Domino, & poſſeſſori alicuius

cuius

cuius rei,ſuper qua debebat cenſum annuum alieui,& per creditorem fuerit alienatus tertio; fuit deciſum in S. C. quòd non competat ius congrui, Franch.in Conſuet.Si quis emit,de iure congrui, incip. quid ſi emptor, fol.325. & Felix de Rub. in addit.ad eandem poſt Conſuetud.impreſſ. f.5.à t. licèt poſteà in anno 1567. fuerit contrarium iudicatum per S.C.in ſimili caſu, vt refert Camill.Salern.in addit.ad eandem Conſuet.Si quis emit,incip.vltrà prætata,fol.326.vide ſupra eod.verb.ius congrui,Fuſcus ſing.48. lit.S. & Rendell.in tract. de iur.prothom.in verb.rem immobilem, nu.4.& 8. Benedell. in ſuis animadu. ad tract. de iur. prothom.in opere eiuſdem Rendel.in princ. Conſtit. num.14.

Ius congrui an locum habeat in iuribus incorporalibus,vt putà ſi directus Dominus vendiderit cēſum ſuo emphyteotę,quem ipſe ſoluebat vnà cum directo dominio,cum pacto de retrouēdendo, demùm ſi directus dominus illud ius redimendi dictum cenſum,& directum dominium vendiderat alteri,qui dùm requiſijſſet emphyteotam, vt vellet ſibi dictam retrouenditionem facere,& ille requiſitus dicebat,quòd debuerat præferri vigore iuris congrui Conſuetudinarij, vel ſaltim Conſt. Sancimus;fuit in S.C.deciſum, dictum ius cōgrui non habere locum in illo caſu, quia idem ius non habet locum in incorporalibus,nec fuit habita ratio Conſt.Sancimus,nec diſcuſſum de illa,quia nō habet locum in Ciuitate Neap. vbi ſunt ſpeciales Conſuetudines,Io.Angel.Piſanel.in add. ad Conſuetud.Si domus,de iure congrui,incip. ſumpta occaſione, f.333.cum citat Franc.de Amic. in tit. de ijs,qui feud.par.poſſ.§.ſed ex hoc, fol.89.& 90. *Ric.collect.*2300.

Ius congrui locum habet etiam in vēditionibus ſub haſta factis,vt fuit concluſum, Franch.deciſ.588. Rendell.de iur.prothom.verſ.infra quat. menſ. n. 25.*Reg.Sanfel.dec.*111 *n.*10.*&* 13.

Ius congrui an competat vicino contra donatarium clerici de re empta per eum, qui poſt emptionem in triduo donauit;concluditur, quòd ſic, contra donatarium,& ità fuit pronunciatum per Curiam Terræ Latertię,& confirmatum per M.C.V.Aſcia determin.37.coràm,n.20.

Ius congrui an præſcribatur ſpatio 30.annorum,vel decem, in contingenti caſu dùm fuiſſet elapſum tempus 13.annorum fuit judicatum, competere ius prædictum, non obſtante lapſu temporis prædicti,& confirmatum per S.C.Sempronius Aſcia in determin. 179.præſumptio, num. 9. *Ricc. collect.*2300.

Ius congrui an locum habeat in donatione rei facta à patre filio, licèt fuerit deciſum aliàs, locum non habere, vt plenè ſupra eod. verb. Ius congrui, teſte Afflict.dec.338.quæ ſiquidèm deciſio in Ciuitate locum habere communitèr tenent Maran. Benedell.& Maxill.ibidem relati,ſecus autem extrà Ciuitatem,& ratio euidentiſſima eſt,cùm de jure Conſuet. Neap. emptor rei non teneatur denunciare vicino,& ſic vēditio valida cenſetur ab initio, & dominium in emptorem transfertur, in Regno autem iuxtà Conſtitutionem prædictam non permittitur alienari,niſi priùs denūcietur illis,qui per ordinem vocantur; cùm itaq; denunciatio facta non fuerit, non potuit in emptorem dominium transferri non ſeruata ſolemnitate Conſtitutionis, & hac ratione attenta in contingenti caſu fuit per S.C.condemnatus emptor ad relaxandum domum emptam vicino iure prothomiſeos, vt traditur nouiſſimè per Anellum Amatum V. I. D. in eius allegationibus inſertis per Regentem Carolum Tapiam ſuper 4.par.Iur.Regni ſuper Commento Conſtit. Sancimus, nu.166. fol. 78. & idem Amatus in conſ. 93. Conſtitutionem,vol.1.*Ric.collect.*2300.

Ius exequutionis ſententiæ an tranſeat in clericum ſucceſſorem laici;fuit deciſum,quòd ſic,Vrſil.dec. 213.in fin.

Ius fundaci maioris in Regno à Federico Imperatore inſtitutum fuiſſe fertur, cùm anteà non erat talis exactio,& ſolutio Regi pro albergo mercium in domo Regia repoſitarum,ideò erat aliquid ſoluendū ei pro iure prædicto,quia in domo Regia merces ipſæ repoſitæ cuſtodiuntur, & conſeruantur,& differentèr ab omnibus Ciuibus, & exteris ſemel ſoluitur,vt dixit Affl.in rubr. Conſt. de offic. magni fundac. quem ſequitur Camp.in cap. Vt illorum, ſub nu.23. competitq; Regi pro omnibus,quæ ſunt in portu,& ei quæritur, ſicut idem Affl.in Conſtit.Magiſtros Fundacorum, nu.6. qui melius in dicta rubr.in fine demonſtrat ex ritibus Regiæ Cameræ,pro quibus rebus ſoluitur,& non ſoluitur ius prædictum,quem ibidem Camp.n.23. citat,ſed ius Dohanæ,quod ſimilitèr ad Regē ſpectat,Franch.dec.397.n.7.dicitur ius exituræ competens pro omnibus rebus ibidem collocatis, vt ſubnectit Affl.in dicta Conſtitutione,num.12. diuerſitatem modi exigendi vtrumq; ponendo cenſet pro iure fundaci pro qualibet vncia ſolui groſſos 15. ſed pro Dohanæ groſ.18. hinc Arrendatores Regiæ Dohanæ Neap. & maioris fundaci dicuntur ex tali exactione iurium: Propter quod cū annis elapſis dubitari cōtigiſſet in R.C.S. in cauſa vertente inter Regium Fiſcum, Arrendatores prædictos,& Ciuitatem Salerni,nonnulloſq; Mercatores circa mercium aſportationem in Feria dictæ Ciuitatis,tàm ab extrà Regnum,quàm ex Regno obuenientium, ſi ius prædictum fundaci pro eis debeatur,tàm ſi per mare aduenissent, quàm ſi per terram pertranſiſſent per paſſus Aquæ malorum,& Veteris de iuriſdictione dictæ Regiæ Dohanæ,& cum ſubſequenti diſtinctione procedendo in caſu allegato ſic deciſum refertur per R.C. in anno 1600.die 2.Octobris ad relationē Io. Camilli Barbæ tunc Præſidentis,& cauſæ Cōmiſſarij, penès Io.Thomam Caccium Tulum Act.Mag. principalitèr tamen dando terminum in cauſa,lite ipſa pendente dict.R.C.ſic prouidendo decidit, q; pro bonis, quæ veniunt ab extrà Regnum per mare recto tramite in dictam Feriam Salerni,& ibi venduntur, & contractantur, & extrahuntur per mare non exigatur dictum ius fundaci, & hoc iure fundari videtur ex punctualitèr traditis ab Afflict. in dicta Conſt.num.3. & 5. de ferro deſtinato portari Neap.quòd ibi debetur tertiaria,ſed ſi ob aliquod impedimentum non potuit exonerari, adhuc debetur,licèt differatur exequutio,donec ferrum vendatur,nec poterit mercator ſuum propoſitum mutare in præiudicium Fiſci,quod ceſſat in Ferijs,ſeu Nundinis,in quibus nulla de ijs Gabella ſoluitur, DD.in l.1. C.de Nundinis, Ferret. vbi ſu-

prà

prà num. 149. ſi recto tramite ibi aſportarentur, vel ſibi applicuiſſent merces,ea intẽtione,vt alibi aſportarentur,adhuc gabella nõ deberetur, vt dixit Ioſeph Ludou.in ſuis commun.concluſ.tit.de Gabellis,verſ.infertur 35.ſubſequitur decretum, ſed pro illis rebus, quæ non venduntur, nec contrectantur in Feria prædicta ſoluant ius fundaci, vel debeant pręſtare cautionẽ de illis aſportandis in terram Regij fundaci,tàm ſi per mare extrahãtur,quàm per terram,quod ſingularitèr tangit Afflict.in d.Conſt.ſub n.6.ſubnectit decretum, verũ pro illis bonis,& mercibus,quæ non veniunt recto tramite in Feria ab extrà Regnum,ſed cõmoditate mercatorum, & dominorum applicantur alijs locis, & deindè conducuntur in dictam Feriam, teneantur ſoluere pro illis ius fundaci, & ità poſteà in anno 1617.die 2.Octobris cõfirmatum per eandem R.C.ſuper declaratione nõnullorum Capitulorum præſentatorum per dictos Arrendatores,lectorum in dicta R. C. per Secretarium Bolinum, certum .n. vectigal iſtud eſſet ſoluendum, quotiès Nauis mercium applicuiſſet portum Ciuitatis,vt ex mente Cuman. conſ.5. in princ. dixit Stracc.in tract. de Mercat.par.5.in princ. cùm ſit quodam ius vniuerſale exigendi,ſeu poſſendi exigere certam portionẽ de mercibus, & rebus, quæ vehuntur per portorium,quibuſdam tamen exẽptis,Signorol.conſ.185.n.1.& 5.dùm itàq; in aliquẽ locum Nauis mercium applicuit, vbi ius prædictum ſoluitur, & deindè mutato propoſito in aliũ locum vbi Feria celebratur, nec ius alitèr prædictum ſoluitur,fieri nequit in præiudicium tertij,& ſic Fiſci;nam videtur,id in fraudem feciſſe, nõ mirum ſi Gabellam ſoluere aſtringitur, dùm in fraudem locum exiret,vt fraudaret Gabellam,ſic punctualitèr tradit Gabr.in lib.6.commun.opin.tit.de Conſuet.concluſ.2. nu.14. & quomodò probetur fraus Gabellæ,Marcell.Calà de mod. articul.gl.1. §.2.n.25. & ſeq. & ità rectè proceſſit deciſio allegata dictę R.C.ſi deſtinata per dictam Feriam Salerni vi ventorum, aut piratorum applicaſſent in maritima Veteris iuriſdictionis dictæ Dohanæ,& ibi non fuerint exonerata bona, & merces,in dicto caſu non exigatur ius fundaci,& hoc iuri conſonum eſſe cenſeo ex mente Affl.loc.cit.ſub nu.5. ibi item niſi,Camp.in d.c.Vt illorum,nu.25. vltrà alios DD. allegatos à dicto Stracc. in d. tract. in tit.de Nauibus,par.2.nu.16.Iul.Ferret. in tract.de publ.& gabell.nu.115. Bertacch.in verb. Gabella pro rebus,§.7.*Surdus dec.Mantuæ* 305.*nu.*32.& licèt inter alia Capitula propoſita per dictos Arrẽdatores dict.Reg. Dohanæ in R.C. in dicto anno 1617.dictum fuiſſet, quòd vaxella alicui loco applicata vi ventorum, aut metu Turcatum debeat teſtimonialia producere,& ſi non produxerint,teneantur,attamen per dictam R.C.decretum fuit, quòd obſeruetur decretum aliàs latum, verùm ſi Mercatores probauerint vim ventorum,vel metũ Turcarum,ſeu piratatum,non moleſtentur,vtrũq; deciſum ex iuris diſpoſitione proceſſit, etenim ſi nauis in terram propter naufragium pulſa, vel ſi lictus tetigerit,non ad Fiſcum, ſed ad dominum nauis pertinere debet, l. 1. C. de naufrag. lib. 10. multò magis nec vectigalia ſoluere, idem Ferret. in d.tract. n.115. quò verò ad probationẽ naufragij faciendam iam patèt expreſſum in l.2. C. eod. tit.vbi paritèr talem probationem admittit faciẽdam per teſtes nautas,in l.3.C.eod.euẽtus,vel ſubuerſionis nauis,aut tempeſtatis violẽtię, quod ſequitur idem Stracc.alios citando in d. tract. in tit. allegato de naut.& c.p.5.verſ.item quæritur, ſubdit decretũ allegatum,ſed ſi bona prædicta applicata, vt ſupra contingerint extrahi per terram, ſi fuerint immiſſa in Reg.Dohanã Neap. vel in alia iuriſdictionis loca dictæ Reg. Dohanæ exigatur ius dicti fundaci, verũ ſi contingerit extrahi per terram per extrà Regnũ, & non attigerint loca, & iuriſdictionem dictæ Regiæ Dohanæ, non ſoluatur dictum ius;ſufficit .n. ſemel ſolui ius Gabellæ,idẽ Ludou.vbi ſuprà col.2.verſ. hinc videmus; Item fuit prouiſum, quòd pro bonis, & mercibus immiſſis in præſenti Regno ab extra, quæ aſportantur per terrã in dicta Feria exigatur ius fundaci;Item fuit prouiſum, ꝙ pro bonis, & mercibus nauis in Regno,quæ conducuntur in dicta Feria Salerni,& tranſeunt per paſſus Aquæmalorum,& Veteris, vel alterius loci iuriſdictionis dictæ Regiæ Dohanæ nõ exigatur ius prædictum fundaci; verùm quòd tempore extractionis ipſorum ſi illa aſportentur in dicta Regia Dohana Neap. teneãtur ſoluere ius prædictum,& ſi aſportentur in alia loca,etiam quòd ſint de iuriſdictione dictę Dohanæ non teneantur ſoluere ius prædictum, & ſic in futurum prouiſum, &c. ad quorum verborum, & deciſionis ornatum huiuſmodi particulæ decreti concordant Ritus eiuſdem Regiæ Camerę citati per Batium ad Affl.in dicta Conſtit.lit.D. incip. Regnum,in fi.& an Gabellam pro eadẽ re in pluribus locis ſoluere teneantur Mercatores, vide Camp.in d.cap.In ſingulis,nu.15.Cùm itaq; inter memorata Capitula porrecta in dicta Reg. Cam. ad inſtantiam ipſorum Arrendatorum in anno 1617.die 2.Octobr.dicebatur,quòd priuilegiati, vt ſunt Liparoti,Capuani,& Lancianenſęs ementes bona in Feria peruenta ab extrà Regnum, & illa extraherent ob eorum patrias, & tranſeunt per loca iuriſdictionis dictæ Regiæ Dohanæ, & alij priuilegiati,qui non tranſeunt per loca ſubdita,ſi tenerentur ad ius prædictum;deciſum fuit,ꝙ ſi tranſeunt per loca ſubdita obſeruetur decretũ, quod declarando decretum fuit; ꝙ reſpectu tranſeuntium per loca ſubdita ſoluant, vt ſuprà, & ſi non pręſtent cautionem de immittendo ad fundacum Regium,ad hoc facit alleg.55. Mauri iunior. Præterea elapſa Feria ſi eſſent vaxella onerata mercantijs, quas contrectauerunt, & emerunt in Feria franca, ob quod non ſoluerunt, dùm diſcedere volunt poſt temporis frãchitiæ elapſæ an debeant ſoluere, deciſum fuit, quòd ſoluant, verùm ſi per malum tempus contingiſſet, ſecus; Poſtremò quæſitum fuit,an bona remanſa in poſſe pharmacopolarum, qui emerunt in Feria franca abſq; ſolutione diriктuum,& nõ diſcedi faciunt à Ciuitate Salerni,tàm ob conſũmationem illorum, quã pro extractione à dicta Ciuitate pro eis ſolui debeat ius prædictum,deciſum fuit,quòd ſi ſunt bona extrà Regnum ſoluatur ius, & ſi ſunt de Regno paritèr, dummodò dirictus aliàs non fuiſſent ſoluti in alijs fundacis, licèt Affl.in cap. vnico, §. vectigalia,quæ ſint regal.num.82.ex mente Bald. dicat,& Ferret.vbi ſupra num.148.quòd licèt Gabella non ſoluatur in Nundinis, is enim, qui emit

Digitized by Google

merces in Nundinis,& non ſtatim extrahit, ſed finitis Nundinis extrahit,ad Gabellas non tenetur, hoc puto intelligendum eſſe in eo loco, vbi Feria fuerit celebrata, non in alijs locis Regni, & ſic in Regia Dohana Neapolis, & paritèr alia doctrina Doctorum relata per Tiraquell. de retract. conſanguin.§.1.gl.10.nu.44.quòd Gabella ex contractu conditionali facto in Nundinis,cuius conditio euenit non ſoluatur,ſtante ſtatuto,quòd debeatur Gabella de contractu facto in Nundinis, quòd nõ ſolui debeat,Ferrer.in d.tract.nu.373.& ex ijs iuſtificatur deciſio iſta. Io.Bapt.de Thor.I.C.Neap.

Ius futurum ſuperueniens an habeat locum in feudis,vt ſi fuerit conceſſa Terra, ſicut in occurrenti caſu alicui cum clauſula, cum Gabellis, Dohanis, & omni iure,quod Domino Regi competit,& cõperere poterit, cedens omne ius competens, & competiturum, vtile, ac directum dominium in burgenſaticum, an veniat tertiaria vini, quæ fuit poſt conceſſionẽ obtenta,diſcuſſa cauſa in R.C.S. fuit abſolutus Fiſcus ab impetitione Baronis, & ſic deciſum,quòd ius ſuperueniens non habeat locum in feudis,Ann.in repet. c.1. de vaſall.decrep. ætat.n.269.cum ſeq.Reg.Tap.in l.fi.p.1. c.4. n.10. ff.de Conſt.Princip.

Ius immittendi vexillum, ſiue banderã in Nundinis alicuius Terræ,in qua reſident duo Barones,vnus in ciuilibus,& alter in criminalibus,an liceat Baroni in criminalibus,vel in ciuilibus;fuit deciſum, ꝙ tempore,& die Nundinarum,quæ fiunt in dicta Terra non liceat Baroni in criminalibus,nec eius Officialibus portare vexillum, ſeù banderã in dictis Nundinis,& ratio erat ex eo,quia principalitèr conceſſio Terræ fuerat facta Eccleſiæ, cũ cognitione cauſarũ ciuilium,reſeruatis criminalibus, prout latius proſequitur Capy.dec.27.à nu.46. ad fin.Maſtrill.in tract.de Magiſt.p.2.lib.4.c.7.nu.33.

Ius lignandi,paſcendi, & aliorum Vniuerſitati competens an ſicut ciuibus competat,ità & clerico ibi commoranti vti ciui, facta exequutione animalis per Balliuos ipſius clerici, per S.C.fuit ordinatum reſtitui, in cauſa D. Stephani de Leo cum Vniuerſitate S. Gregorij, D. Camil. de Laratha conſ. 95.poſito pro coſtanri.

Ius Longobardum Romanis legibus non eſt præferendum,niſi eatènus,quatènus,& in illis locis,in quibus, & inter illas perſonas, inter quas conſuetudo illud admittit, & hæc ſententia plenè, maturèq; digeſta ſemper obſeruata fuit in Curia Vicariæ Regni dicit Luc. in l.vnica, C. de conduct. & procurat.n.19.lib.11.& ſubdit Marant. conſ.27.n. 9.quòd dictum Ius Longobardorum non ſeruatur in ſpecie in hoc Regno quòad ſucceſſiones, quia pluries in ſucceſſionibus fuit in S.C.deciſum ſecũdùm diſpoſitionem iuris communis,ſeu Romani, allegat Affl.dec.125.& 204.

Ius offerendi an competat ſecundo creditori in re vendita ad inſtantiam primi creditoris; fuit deciſum,quòd non;ſed benè exiſtente læſione fuit condẽnatus poſſeſſor ad ſupplemẽtum pretij,Franch. dec.224.Io.Andr.de Georg.in alleg.6. n.50. Theſaur.dec.Pedem.57.n.8.Caſtill.dec. Sicil.91.nu.2. Ric.in collect.dec.31.Morot.in tract.de iur. offerend.n.25.Caroc.in tract.de oblat.p.2.q.28.in fin. *Barbat.de aſſiſtent.gl.2.nu.53.Gallup.vir doctus in ſua praxi S.C.p.3.c.2.n.49.*

Ius offerendi an competat creditori aduerſus mulierem petentem dotis aſſecurationem; fuit deciſum,quòd non,Franch.dec.54. de hac mentionem facit Ann.in ſing.296.ius offerendi,vbi in alio caſu refert,fuiſſe deciſum,Fab.de Ann.in conſ.60.n. 4.vbi omnes citat,Vin.dec.413.n.5.Molf.in Comment.ad Conſuet.Neap.p.6.q.5.nu.32.Mart.vot. 36.n.10.Giurb.dec.Sicil.16.n.12. Morot.in tract. de iur.offer.verſ.ſextò cùm mulier col.4.ibi.& hàc Senatus,*Camill.Borrel.in ſumma dec.to.3.tit.5.nu. 146.Franc.Hieron.de Leo dec.Valent.114.n.2.3.Caſtagn. in tract. de benef.deduc.ne egeat, q.1.nu.203. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.7.gl.2.p.7.n.51.D.Reg. Sanfelic.deciſ.131.Greue. pract.concl.lib.2. obſeru. q.2.Barbat.de aſſiſt.gl.2.n.63.*

Ius offerẽdi dotem cum antephato an competat ſecũdo creditori, muliere volente ſe aſſecurare pro illis ſuper aliqua re ſtabili viri vergentis ad inopiam;fuit deciſum,ꝙ non,quia illa aſſecuratio non eſt vera reſtitutio; ſed teneat ea loco pignoris, & hypothecæ; ſecus quando mulier ageret iure hypothecę,& adiudicatione ſuper bonis mariti,tunc creditor habebit ius offerendi,Affl.dec.199.eum allegat Ann.in ſing.296. ius offerendi, Granm.in conſ.ciuil.107.Redemptoris gẽrium,n.17.Fab.de Ann.conſ.69.n.4.Piſan.ad eundẽ Affl.dec.198.refert,fuiſſe deciſum per S. C. oblationem factam à ſecũdo creditore,ceſſare in aſſecuratione, & Maxil.in Conſuet.Bari rub.de donat.inter vir.& vxor. §.marito,n.3.Aſcia determin.89.nu.2. Muſcat. in prax.S.C.lib.2.p.3.gl.adiudicantur,nu.96. Cartar. dec.Genuæ 8.in fin.Marc.Ant. de Amat. in deciſ. Anconit.46.n.6.Giurb.dec.Sicil.16.n.12.Theſ.lib. 2.quæſt.forenſ.q.67.n.6.Cacher.dec.Pedem.135. n.12.*Borrell.in ſumma dec.to.3.tit.5.nu.149.Franc. Hieronym.de Leo deciſ.Valent.*118.*num.2. D. Reg. Capyc.Latro deciſ.43.D.Reg.Galeota to.2. controu. 65.n.20.*

Ius offerendi an competat debitori poſt ſententiam aſſiſtẽtię,prçuio appretio,& adiudicatione in forma; fuit concluſum, quòd quando ſententia aſſiſtentiæ profertur præuio appretio;donec non erit factum appretiũ competit ius offerendi, quia dominium adhùc non eſt tranſlatum, ſecus quando eſſet factum appretium;nam tunc ſecus eſſet,& licèt interdùm proferatur ſentẽtia,& indè exequutio petitur,& ſuper hoc datur libellus,& lis conteſtatur,ante litis conteſtationẽ admittitur;ſed poſt litem conteſtatam ſecus, niſi per viã purgationis moræ,quæ poteſt purgari vſq; ad ſententiam,at in caſu occurrenti cùm fuiſſet oblatio verbalis tantũ facta poſt ſententiã,& non fuit effectualis, fuit ità decretum,& exequutum, Affl.deciſ.187.Franch. dec.260.Capy.dec.202.n.5.& 9.idem Franch.dec. 112.n.9.Fab.de Ann.in conſ.35.n.23.& conſ.57.n. 2.& 10.Reg.de Pont.conſ.29.nu.10.vol.1.Maxilla in Conſuet. Bari, rubr.ſi creditor poſſidet res, §.ſi cedentis bonis,n.6.Muſcat.in pract.S.C.lib.2.p.2. gl.adiudicantur,n.93.& ſeq.Gayl.pract. obſeruat. lib.2.obſeruat.18.nu.13. Ric.in collect. deciſ.502. & 175.Peregr.deciſ.Patau.122.nu.21.Mareſcot.variar.reſol.p.2.c.41.& 202.num.10.*Conſil.Theod.alleg.7.n.15.*

Ius offerendi an competat tertio poſſeſſori aduerſus vxorem agentẽ pro aſſecuratione dotis ſuper rebus alienatis per virũ,antequàm vergeret ad inopiam;

Digitized by Google

piam; fuit deciſum, quòd ſic per M. C. V. Affl. dec. 199. nu. 3. Gramm. deciſ. 92. nu. 2. & in add. ad eundem Affl. Maxill. in Conſuetud. Bari, rubr. de donat, inter vir. & vxor. §. marito, num. 4. Muſcatell. in prax. S.C. lib. 2. p. 3. gloſ. adiudicantur, nu. 93. de Ponte conſ. 124. num. 5. vol. 2. Franc. Steph. deciſ. Aquenſ. 41. in fin. Morot. in tract. de iur. offer. ſub num. 9. verſ. ſextò cùm mulier, col. 3. ibi, & ſecundùm prædicta, *Borrell. in ſumma deciſ. tom. 3. tit. 5. nu. 148. Ant. de Virgil. in tract. de legit. perſon. cap. 17. n. 27.*

Ius offerendi pecuniam condemnato licèt competat in actione hypothecaria, etiam poſt ſententiam, immò & cuilibet poſſeſſori competit, quid ſi condemnatus reclamauerit à ſententia, & nondùm ſit deuentum ad exequutionem, & obtulerit, ter ſententiam nutti exequutioni, citra tamen præiudicium exequutionis; indè obtulit pecuniam creditori reſpuenti oblationem, vt quia ipſe victus obtulerat ter, & ſic quodammodò videbatur eligiſſe rem bis, & vltrà, quo caſu non poteſt variare; fuit votatum, non eſſe locum oblationi, Capy. deciſ. 41. nu. 14. Fab. de Ann. in conſ. 35. n. 23. & Io. Ang. Piſanell. ad Affl. dec. 198. citat hic Capy. circa illud, quòd ſi eſſet factum appretium ab illo oblatum, non ſecundum appretium, ibi quòd creditor, annuens S.C. determinaſſe, oblationem locum non habere in aſſecutatione, Aſcia determin. 89. nu. 3. & 8. *Borrell. in ſumma dec. to. 3. tit. 4. nu. 147. D. Reg. Capyc. Galeota to. 2. controu. 65. n. 21.*

Ius offerendi an competat debitori contra creditorem, qui virtute inſtrumenti cępit poſſeſſionē rei debitoris, & obtinuir decretum adiudicationis, à quo pendet appellatio; S.C. in occurrenti caſu admiſit debitorem ad depoſitandum creditum infrà certum tempus, cùmq; eſſet elapſum, fuit reſtituta res emptori, & hoc ex multis rationibus ponderatis. Primò, cùm in inſtrumento continebatur conſignatio mercium facta homini non mercatori. Itē quia venditor erat homo diſſipator, & facilis, ac inconſideratus. Item deficiebat aſſenſus in alijs inſtrumentis. Item quòd res capta erat magni valoris. Item quòd certo modo fuerat latum decretum de exequendo, & appretiando cum certa reſeruatione, Capy. dec. 202. Franch. deciſ. 112. nu. 9. Fab. de Ann. conſ. 57. n. 11. & ſeq. Io. Ang. Piſanel. ad Affl. dec. 187. Aloyſ. de Leo auth. hoc niſi, C. de ſolut. Magon. deciſ. Floren. 132. Muſcatell. in prax. S.C. lib. 2. p. 3. gl. adiudicantur, n. 95. *D. Reg. Sanfel. dec. 117. n. 6.*

Ius offerendi an competat poſſeſſori, & creditori de ſoluendo omne, & totum, & quidquid debetur alteri creditori tantùm in pecunia communis debitoris, qui pro conſequutione ſui crediti egerat actione hypothecaria ſuper bonis poſſeſſis per dictum offerentem, cōcluditur, quod ſic, & ità fuit deciſum per S.C. iunctis aulis, Reg. de Pont. conſ. 29. vol. 1. ex facto pręnarrato, vbi in fine ponit deciſionem.

Ius offerendi an competat cerditori viri, qui non fuit citatus ab vxore in petitione aſſiſtentię, quam habuit, factoq; appretio; fuit deciſum, quòd ſic in S.C. Puluerin. in add. ad Affl. dec. 187. verſ. in eandem deciſionem, n. 2. *Reg. Sanfel. dec. 117. n. 2.*

Ius offerendi an cuilibet competat contra emptorē ab hærede cum beneficio inuentarij, qui de iure inquietati nequit, & quid ſi ſit emptor, & creditor, an aduerſus eum competat concreditori ius offerendi, non fuit deciſum, quamuis creditor, & emptor in certa quantitate condemnatus ad ſoluendum tanquam poſterior, Franch. dec. 531. Ric. in collect. dec. 11. Theſaur. lib. 2. qq. forenſ. q. 16. n. 18.

Ius offerendi an detur creditoribus viri aduerſus vxorem petentem aſſecurationem ſuper bonis viri pro dotibus, & antephato, data oblatione dotis iuxtà limitationem Doct. vt locum habeat in hoc caſu, attamen circumſcripto pretio domus nō eſſe tam notabile, vt ſufficeret; fuit iudicatum in fauorem mulieris contra creditores, Reg. de Pon. conſ. 124. arbitror, vol. 2.

Ius offerendi quemadmodùm competit viro aduerſus aſſecurationem petitā per vxorem ſuper eius bonis, an ſucceſſiuè competat ſuis creditoribus; fuit iudicatum in cauſa D. Victoriæ della Laoneſſa quòd non, iuxta deciſiones aliàs latas per S. C. Reg. de Pon. conſ. 125. audiui, vol. 2.

Ius paſcendi præſcribitur ſpatio temporis, cuius non ſit hominum memoria in contrariū, tamen quando competeret ratione perſonæ, & non rei præſcribitur minori tempore, & quando cum aliqua ſolutione, tunc ſufficeret ſpatium 10. annorum; fuit deciſum in R.C. quòd requiratur tempus immemorabile, Ann. in ſing. 294. ius paſcendi, cum addit. ibid. Amend. ad Franch. dec. 301. n. 3.

Ius paſcendi debitū ſuper aliquo prædio an quoq; ius aquandi cenſeatur conceſſum; fuit iudicatum in S.C. in cauſa Monaſterij S. Laurentij propè Padulam, cum Vniuerſitate Terræ Montis ſani, iunctis aulis die 9. Iulij 1601. quòd non, Reg. Rouit. in rub. de Paſcuis, & nemor. nu. 13. *Nouar. de grauam. vaſal. to. 1. grauam. 419.*

Ius patronatus an probetur per literas marmoreas inſcriptas antè fores Eccleſię, fuit deciſum, ꝙ ſic in caſu contingenti, Ann. in ſing. 289. ius patronatus.

Ius patronatus de per ſe non confiſcatur; ſed ſi eſſet cum vniuerſitate feudi, aut villæ confiſcaretur, cōfiſcato feudo; & ità fuit deciſum in R.C.S. Ann. in ſing. 291. ius patronatus, Ric. in prax. Eccl. tit. de iur. patron. dec. 179. Amēd. ad Frāch. dec. 85. n. 15.

Ius petendi exequutionem decreti Curię Epiſcopalis quanto tempore præſcribatur; fuit concluſum, ſpatio 30. annorum poſſē præſcribi, Affl. dec. 245. n. 13. Ric. collect. dec. 285. *Monac. dec. Florēt. 19. n. 1.*

Ius piſcandi in generali conceſſione an veniat, ità vt illud à Baronibus prohiberi poſſit, fuit iudicatū, nō venire, Reg. de Pon. conſ. 74. punctus iſte, vol. 2.

Ius portelli non debetur per carceratos, ſi debitum eſſet infrà duos auguſtales, nec pro fūctionibus Fiſcalibus, vel pro animalibus interceptis, vel detētis, vt fuit deciſum; nam quòad primum fuit iudicatum pro Vniuerſitate Biccari, pro ſecundo pro Vniuerſitate Piſticij; ſed ſolū victus, & expenſæ Cuſtodum exolui debent, Io. Franc. Capiblanc. in prag. 19. n. 32. de Baron. *Nouar. de grau. vaſal. to. 1. grau. 281. n. 5.*

Ius portelli à carceratis exigi nequit, niſi adeſſet cōſuetudo, vt deciſum pro Vniuerſitate Piſticij cum Barone, refert Capibl. in prag. 19. nu. 31. de Baron. *Nouar. de grauam. vaſall. to. 1. grau. 281. n. 4.*

Ius prohibendi an competat Domino feudi ſiti in Flumine contra alium Dominum Terræ vicinæ, qui riuum ex Flumine ducere annuebat, vt indē

molendinum conficeret, ex quo nunquàm allegauerat priuilegium prohibēdi, nec titulum, ideò non præſcripſerat ius prohibendi, & in hoc voto fuit S.C. Affl.dec.388.a num.1.ad 10. Viu.in ſylua comm.opin.in opin.510.molendinum,nu.1. Thoſaur.dec.Pede n.25.n.8.Maynard.dec.Tholoſ.37. lib.2.Vaiq.lib.4.controu.c.6.in fin. *Alex. Trentacinq.variar.reſol.lib.1.tit.de ſeruit.reſol.1.nu.7. & 12.Paul Staiban.conſ.23.num.1.Reuſner.dec.Cam. Imper.lib.1.dec.1.n.70.*

Ius prothomiſeos, ſeu retractus competēs vicino ad retrahendum rem venditam iure congrui, iuxtà Cōſtitutionem Regni Sancimus an competat viro, vel vxori ob rem venditam ſiſtētem iuxtà fundum dotale; fuit deciſum in S. R. C. competere vxori, & non viro, Bortell.in conſ.61.conſultatio, vbi n.33.ponit deciſionem.

Ius prothomiſeos iuxtà Conſtitutionem Sancimus ſicut in burgenſaticis communitèr procedit, an paritèr locum habeat in bonis feudalibus; fuit in Reg.Collat.Conſil.deciſum, locum habere, in cauſa Iuliæ Muſcettulæ cum Piſcicello, vt nouiſſimè tradit Reg.Tap.in 4.par.iur. Regni ſuper Conſt. Sancimus, n.76.Reg.de Pon.in nouiſſima dec.11. immemor Authoris, cùm vno, eodemq; tempore fuerint impreſſa vtriuſq; volumina, Molf.in Comment.ad Conſuet.Neap.p.4.q.23.n.11. citat deciſionem de Ponte, *Barbat.de diuiſ. fruct. part.2.c.6. num.26.*

Ius prothomiſeos iuxtà Conſtit. Sancimus an competat Vniuerſitati volenti rem venditam iuxtà bona ſua retrahere, licèt Iacob.Nouell.in tract.de iur.prothom.in fine concludat contra Vniuerſitatem, tandèm in contingenti caſu in S.C.occurrenti fuit in fortioribus terminis iudicatum in fauorē Vniuerſitatis, & ſucceſſiuè in fauorem ceſſionarij Vniuerſitatis, immò partis, ſiuè vnius quarterij Vniuerſitatis, iuxta caſum allegatum, & deciſum, traditum per Reg.Tap.in 4.par. iur. Regni ſuper Conſtit.Sancimus, à n.94.& ſeq. & ibidem referētem allegationes in cauſa prędicta factas pro Vniuerſitate ſub n.42 f.87.fertur aliàs in S. C. fuiſſe deciſum contra Vniuerſitatem Vallis Vitulani cum Io.Dominico Zattillo.

Ius prothomiſeos, ſiuè congrui an competat fratri venditoris vti proximo, & vicino, ſi in inſtrumento venditionis rei ipſe interfuerit, & fideiubendo interceſſerit, & principali nomine, inſolidumq; ſe obligauerit ad obſeruantiam omnium, & ſingulorum in eodem contractu contētorum in fauorem emptoris; fuit per M.C.V.conuentus ab impetitis abſolutus, idemq; confirmatum per S. C. vt retulit Proſp.Rendell.in ſuo tract.de iure prothom.in verb.Curia, in poſtrema addit. incip. iiſq; ſuperiùs, num.7.

Ius prothomiſeos, ſiue congrui an locum ſibi vendicet in permutatione, detecta fraude ipſius geſta inter cōtrahentes per reuelationes teſtium, & cōfeſſiones partium, pręuia excommunicationis fulminatione, vt cùm ad excluſionem iurium vicini fuiſſent duo prædia à venditore duobus emptoribus vendita, & inter ipſos emptores inuicem illa permutata, videatur ex ijs vicinus excluſus, fuit tàm per Regiam Audientiam Barenſem, quàm per M C.V.admiſſus vicinus ad retractum prædictum, & per S.C.amborum ſententia reuocata in fauorem permutantis, licèt pendeat reclamatio, ità congerit Baldaſſ.Benedell.in ſuis animaduerſ. ad tract.de iure prothomiſ.impreſſ. in tract.eiuſdem materiæ, Authore Proſp.Rendel.in §. cauta verò dotis, n.2.

Ius prothomiſeos an locum ſibi vendicet in re data in cauſam iudicati per tutorem mulieri pro eius dote, & antephato, ſuper qua obtinuerat ſententiam aſſiſtentiæ, deindè per eandem mulierem eidem tutori retroceſſa mediante inſtrumento pro certo pretio conuento, & ſi per tutorem ipſum conuentum iure prothomiſæos ad infringendum iura vicini duo principalitèr propoſuiſſe videantur obſtacula, alterum ſcilicèt, quòd per dationem inſolutum factam primo loco dictæ mulieri in cauſam iudicati vſumfructum dumtaxàt ipſi quæſitum fuiſſe, exiſtente pupillo in humanis, non autem illius proprietatem conſequiſſe, iuxtà Regni Capitul.Mulier dotarium, Afflict. deciſ. 37. num. 6. & Præſes de Franch. deciſ.182. num. 14. & deciſ. 106. & ſucceſſiuè reuendendo nil aliud egiſſe videtur, quàm ius, quod in ea habebat, ſcilicèt vſumfructum tranſtuliſſe, iuxtà vulgatam regulam, nemo plus, ff.de reg. iur. ad quod etiam accedere videtur notorius adiudicationis defectus, eò quia citrà Iudicis decretum de iure exquiſitum in alienatione minorum rerum non interfuiſſe, iuxtà deciſ. Afflict.249.quo fit, vt talis adiudicatio geſta ſic ſimplicitèr proceſſit, vt valor rei potiùs ſciretur, non autem vt dominium transfereretur, tantò magis cùm res ſtabilis pupilli abſq; requiſitis nec diſtrahi, nec inſolutum dari, vt dominium transferatur, poſſit, Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.2.caſ.171. nu. 50. immò nec pro conſtituenda, vel reſtituenda dote, ſeù antephato, Caualc.in tract.de tutor. num.157. verſ. & eſt minor, & ſucceſſiuè ceſſante dominij tranſlatione non verè adiudicatio dici poteſt, cùm reuocabilitèr Domina effecta eſſet, & ad hoc præcidendum obſtaculum replicabatur ex aduerſo, fuiſſe mulierem totalitèr, & irreuocabilitèr dominam effectam per adiudicationem ipſam, adiudicare enim nil aliud eſt, quàm dominium transferre, Ann.in alleg.104.nu.1. & 2. latè Muſcatell. in lib. 2.prax.Sacri Conſilij, par.3.gloſ.adiudicantur, & quemadmodùm per dationem inſolutum emptio, & venditio contrahitur; l.elegantèr, ff. de pignor.action.l.ſi prædium, C.de euict.Bar.l.libera, C.de ſentent.& interl.omn.iud. ità per adiudicationem formitèr factam, ſubdit Ann. ibidem num.4.hoc eſt præuio appretio, vt latiùs per Muſcatell.loco citato, num.19. & ſeq. quantò magis indubitantèr dominium transfertur, l. vetuſtiſſimam, C.de iure dom.impetr. Afflict. deciſ.368. vt in ſimili dicitur in re ſtabili in dotem viro data, cuius adiudicatio ſemper in dubio facit emptionem, ità vt ſoluto deindè matrimonio per obitum viri poſſit eius hæres vxori pecuniam tantùm reſtituere, cuius vir remanſit debitor, & rem ipſam hæres inuita vxore ſibi retinere, l.quoties, vbi Doct.C.de iur. dot. Ann. alleg.149. Tiraquell. in tract.de retract. lignag.§. 1. gloſ.14. nu.7.Ioſeph Ludou.dec.60. nu.10. Nec huic opitulari cernitur ſolemnitas decreti iudicialis in cōſimilibus alienationibus minorum requiſiti, poſtquàm dùm res minoris inſolutum iudicati cauſa

ſa

ſa data nó alio decreto opus habet,l.3.§.1.& §.itē quæritur, ff. de reb.cor. Bar.in l.1.§.1.ff.eod. Menoch.d.caſu 171 Reg.de Pon.cóſ.1.vol.1.vbi plura ad hoc deduxit,& ideò vltrà allegatam dominij tranſlationem in mulierem factã,ac retranſlationē in emptorem deinde interpoſitã,ſuccedente poſtmodum conſolidatione vſusfructus rei alienatæ per mulierem,cum proprietate rei pupillaris in poſſe tutoris emptoris exiſtentis per ſucceſſionē eidem obuentam ob mortem pupilli, propterq̃ totalitèr Dominus rei effectus nullo ſiquidē iure cernitur,non poſſe conueniri iure prothomiſeos, quæ quidèm actio & ſi perſonalis adhuc in rem ſcripta dicatur, & aſſimuletur naturæ realis actionis,& ſequatur poſſeſſorem,Præſ. de Franch.dec. 389.vltra Affl.in Conſt.Sancimus,§.2.in 2. notab. n.35.Marant.diſpur.9. Tiraq. in d.tract.§.8.gl.3.n. 14.verſ.& cùm intenditur,& in §.2.gl.1.nu.2. Benedel.in rub.dictæ Conſtitutionis,n.7.etiam ſi res ſubiecta iuri congrui tranſiret per mille manus,vt ait Mantua in l.dudùm,C.de contrah.empr. Alterum verò obſtaculum propoſitum ex aduerſo per conuentum erat contractus derectus. poſtquàm nó verè contractus emptionis, & vēditionis erat, ob quod iure congrui agi poterat, ſed potiùs diſtractus, ſeu diſſenſus à primo contractu dationis inſolutum,quod ex verbis inſtrumenti reſultabat, ibi retroceſſit,& renunciauit,&c. & ſucceſſiuè in tali caſu retractus ſuum nõ obtinet locum, vt per Tiraq. in d.tract.de retract.lignag.gl.2.§.1.n.4.& huic obiectioni facillimè reſpondetur,adeò quòd tunc ex diſtractu ius congrui peti non poſſit,quotiès in primo contractu, à quo receditur, vel diſſentitur præceſſiſſet pactum de retrouendendo; vel alia quæuis conditio,vt indè contractus imperfectus,aut in ſuſpenſo redderetur vigore pacti,vel conditionis, quoniam tunc nulla actio iuris congrui oriretur, & ſic loquitur Tiraq. & licèt Affl. contrarium tenuerit, adhærendo opinioni Tiraq. in d.Conſtit.Sancimus,§.licèt,in 9.notab.num.21. verſ.item quia,ei tandem Vrſil.aduerſatur in dec. 338. num.2. & de facto contra eum obtinuiſſe in M.C.V.fatetur,ſed data contractus validitate,ac perfectione ſuccedente retroceſſione rei,non alitèr diſtractus, ſed nouus cõtractus iudicaretur, & ſic iuris congrui actio ex eo oriretur, vt ſuo more alios congerēdo tenet idem Tiraq.in d.tract.eod. §.1.gl.2.n.41.de quo extat text.in l.pacta conuenta,ff.de contràh.empt.vt in ſimili concludit Præſ. de Franch.dec.450.nu.1.Nec demùm aduerſatur partium aſſertio ſtipulantium inſtrumentum per verba retroceſſionis,& renunciationis, nó autem per verba emptionis,& venditonis, quoniam nequeunt partes ſub verborum cortice veritatem contractus immutare, & alium contractum perficere,vt per Bar.in l.1.C.de iur.emph.Affl.d.Conſtit.Sancimus,§.licèt,n.15.& 18. & in terminis noſtris confert dec.Præſ.de Franch.392. vndè ex his rationibus ſic plenè diſcuſſis facta relatione in S.R.C.per Meritiſſimum Regium Conſiliarium Io.Baptiſtam Meliorem,virum ſiquidèm, & dicēdi facundia, ac ſcientiarum omnium peritia prædìtum coràm Ill.Marchione S.Angeli Præſide integerrimo Marc.Antonio de Ponte die 7.Februarij 1618.Decreto ipſius S.C.prouiſum fuit,conuētum fore condemnandum ad relaxandum vineam iure cōgrui,ſeù prothomiſeos petitam,vt in actis, ſoluto pretio conuento, & augmento meliorationum, penès Romanum Act. Mag. in cauſa Io. Petri Clauſi appellantis, & V. I. D. Mutij Clauſi appellati,reuocando decretum Regiæ Audientiæ Calabriæ Citra,& aliud decretum M.C.V. patrocinante Fabritio Clauſo V. I. D. meo amico. Io. Bapt.de Thor.I.C.Neap.

Ius quartulandi an competat nepoti,altero hærede inſtituto extraneo:fuit deciſum,quòd ſic, Franch. dec.611.Reg.de Pont.in tract.de pot.proreg.rub. de prouiſ.fieri ſolit.§.4 n.31. circa iſtam deciſionē vide allegationes vtriuſq;partis traditas per Reg. Tap.in 4.par.iur.Regni ſuper prag.8.de compoſit.n.28.34.& ſeq.Molteſ.conſ.10.n.13.& 18.Ric. collect.dec.292.& 776.Carrab.ſing.96. alios etiã addit Amat.conſ.18.n.27.Paſchal.in tract.de vir. pat.pot.p.2.c.1.n.4.*D.Reg.Sanfelic.dec.27.num.3. Conſil.ar.Theodor.alleg.9.n.8.& 15. Barbat.de diuiſ.fruct.p.1.c.13.ſub n.53.Taſſon.de anteph. verſ.3. obſeru.2.n.17.& 23.*

Ius variandi,& eligendi an competat hæredi,defuncto teſtatore;concluditur,tale ius non tranſire ad hæredem,& ità fuit ſententiatum in S C.in fauorem Mideæ de Apenna,inquit Carau.ad Affl.in dec.146.verſ.cogita,ſi iſta deciſio.

Ius, ſiuè emolumentum Tappetorum Olearum an debeatur à vaſallis Baroni,eodē modo ſicut aliàs ſolutum fuit per eos,& an Nucleus Olearum macinati ſolitus pro Domino Tappetorum debeat iterùm remanere ad vtilitatem Ciuium;fuit deciſum in S.R.C.in fauorem Baronis,vt debeatur, & id confirmatum in reclamatione;verùm decreuit, fieri macinationem;& remacinationem, præſſionem,& repreſſionē Olearum, & octaua pars vnica tantũ vice ſit Baronis, & Nucleus aridus, referente Regio Conſiliario Carolo Fenicco,in anno 1594. penès Longum in cauſa Vniuerſitatis Oliueti,cum Barone ipſius,vt tradit Camill.Borrellus conſ.3 populo,vbi n.40.ponit deciſionem.

Ius Francorum in Regno viget potiſſimum circa feuda,itd vt viuere præſumitur ſecundùm ius prædictũ in Regno potiſſimùm quòad ſucceſſionem feudorum, ſicq; iudicatum fuit per S. C. iunctis aulis in cauſa Fratrum de Viſconte in ſucceſſione Caſtri Luſeti;nam fuit immiſſus primogenitus, non obſtante teſtamento paterno in quo inſtituerat ſecundogenitũ, & fuit in ſpecie oppoſitum de hoc modo viuendi;referente Regio Conſiliario Io.And.de Georgio,vt dixit in eius repet.feud.c.49.n.7.& 8.

Iuſtitiarij an cognoſcere poſſint de cauſis ciuilibus pupillorum,& viduarum ; quamuis ex diſpoſitione iuris Conſtit.Regni non poſſint,per Conſuetudinem tamen approbatam ſine contradictione, quòd poſſint cognoſcere de ciuilibus virtute dictorum priuilegiorum fuit determinatum per totum Conſilium,Barthol.de Capua in Conſtit.Regni Iuſtitiarij per Prouincias.

L

LAicus obligatus penès acta Curiæ ſi clericus efficiatur an declinatoriam fori petere poſſit, non fuit deciſum in Sacro Conſilio, ſed tantum prouiſum in Magna Curia Vicariæ, eſſe procedendum quòad bona, verùm quòad actionem perſonalem cauſa fuit remiſſa Curiæ Eccleſiaſticæ, Franch. dec.656. Giurb.dec. Sicil.23.in fi.& de hoc vide Epit.Iiern.in Pract.c. 1.num.3.*D.Reg.Capyc.Latro nobiliſſimus patritius Neap.deciſ.45.n.33.ac præclarus D.Conſiliar.Carleual.de iudic.tom.1.lib.1.tit.1.diſput.2.q.7.ſect.3. nu.915.*

Laicus ſi diſponat in Clericum, vel Monaſteria, aut Hoſpitalia contra Conſuetudinem Neapol. vltrà medietatem an vendicari poſſint per hæredes bona antiqua vltra medietatem diſpoſita; fuit pluriès deciſum, quòd ſic, Franch.dec.411. latè Molf. in Commen.ad Conſuet.Neap.p.3.q.2.n.2.

Laicus ſi poſſideat rem emphyteoticam à Prælato conceſſam ſaluo aſſenſu Apoſtolico, & commiſſa cauſa aſſenſus per S. P. Iudicibus ſuper vtilitate Eccleſiæ, qua pendente Prælatus moritur, an eius ſucceſſor ad infringendum conceſſionem turbando ſecularem poſſit conſeruari virtute Capitulorum Regni; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.deciſ. 163.Tap.in rub. quando intr. Eccl. perſon. cogn. poſſ.n.13.Muſcat.in prax. S.C.lib.2.p.1.gl.ſententia.n.93.& ſeq.& lib.1.p.2.gl.veniens.n.100. Cornaz.deciſ.Lucenſ.57.*Epiſc Gennenſ.in tract.de Eccleſ. ſeù practicab. Eccleſ. quæſt.* 131. *Fontanell. de pact.nuptial.clauſul.4.gloſ.13.à num.19.ad* 30.

Laicus reus criminis poſt crimen patratum aſſumens habitum religioſum an poſſit puniri à Iudice ſeculari, non obſtante quòd antè crimen commiſſum votum emiſerit, ipſumq; probauerit ad effectum euitandi forũ ſeculare; fuit in contingenti caſu in Regia Audiẽtia Aprutina deciſum, cauſam ipſam ventilandam fore in eadem Regia Audientia, poſtmodùm confirmatum in M. C. V. ac etiam per Sacrum Regium Conſilium, vt dixit Franc. Viui. in ſylua commun. opin. in opin. 112. ordo Eccleſiaſticus, poſt nu.5.verſ.ſed iſthæc communis opinio.ſequitur Petr.Caball. reſol. crimin. cent.2.caſ.108.num.13.Duen.in reg.100. num.18. ſed huic deciſioni videntur obſtare deciſiones cõtrariæ relatæ per Franch. deciſ. 209.213.& 384. in quibus patet, fuiſſe remiſſos ad Curiam Epiſcopalem, & Clericos, & Monachos profeſſos, etiã ſi in fraudem commiſſi criminis habitum religioſum aſſumpſiſſent, & de clerico non eſt dubium, & ſic deciſum refert Ann. ſing.130. nã eo ipſo, ꝙ effectus ſit clericus, per impreſſionẽ caracteris ordinis in anima, eximitur illicò à iuriſdictione ſeculari, latè Gramm.vot.33.ſic quoq; in Monacho iã profeſſo, probata iam profeſſione, iuxta concluſa per Franch. dicta deciſ. 384. Et proindè in anno 1589.die 5. Iulij in cauſa Fratris Vincentij de Caſtropolle Ordin.S. Dominici, qui erat laicus bannitus, & profeſſionem fecerat in Monaſterio dictę Religionis captus, & carceratus per Curiam dictę Terræ ob cauſam homicidij ibi commiſſi; fuit per Sacrum Conſilium iunctis aulis remiſſus ad Iudicem Eccleſiaſticum quòad diſtrictionem perſonalem, penès Ciuitellam Actorum Magiſtrum Sacri Conſilij, contra deciſa per Curiam Baronalem dictæ Terræ, & per Magnam Curiam Vicariæ, vt retulit Fr.Gregorius Capucinus in ſuo Enchiridion Inſtitut.Eccleſiaſt.rub.de cenſur.Eccleſiaſtic.verſ.& quòd dictus bannitus, in fin.fol. mihi 92.Sed nondùm probata profeſſione contraria deciſio fortè militaret, quia habitus non facit monachum, ſed profeſſio, cap.porrectam, & ibi gloſ. & Abb.de regular.& quomodò ſit probanda, idẽ Franch.d.dec.384.

Lana an veniat appellatione graſſię, & quemadmodùm de graſſia non ſoluitur gabella, ita nec de lana ſolui debeat; ex ambiguitate opinionum fuit per S.C.decretum, quòd caperetur informatio in hoc, vt ex probationibus, & vſu res clarior fieret, Minad.deciſ.23.fuit dubitatum, Ann.in ſing.228. Reg.Rou.in prag.1.de annon.n.1.

Laudemia prædeceſſorum ſuorum ſi non ſint ſoluta, emptor vltimus an teneatur ſoluere directo Domino; fuit deciſum, quòd ſic, ſaluis iuribus vltimo emptori contra prædeceſſores, Franch.deciſ. 430. Aloy.de Leo.l.placet, nu.39.C.de ſacroſ.Eccl. Maſtrill.dec.Sicil.171 n.15.Gratian diſcep forenſ. q.367.n.26.tom.1.*Fontanell.de pact. nupt. clauſ.4. gl.18 par.1.n.118.Barbat.de aſſiſtent.gl.12.nu.117. Franck de laudemio.c.7.n.35.Capan.de iure releuij, p.4.q.25.n.7.*

Laudemium an ſolui debeat per hæredem extraneum inſtitutum de emphyteoſi Eccleſiæ, quæ ex tenore conceſſionis erat tranſitoria ad extraneos hæredes; licèt concludatur negatiuè, non tamen fuit deciſum, Franch.dec.447.Viui.dec.496. n.5.Molf.in Commen.ad Conſuet.Neap. p.2. q.8. nu.10.Ric.dec.Cur. Archiep.Neapol.134.num.5. par.1.& dec.58.p.2.in fi.Grat.diſcept. forenſ.367. nu.7.to.1.

Laudemium an primo Domino concedenti debeatur, vel verò ſecũdo Domino, à quo in emphyteoſim ſubconceſſio facta fuit cum conſenſu directi Domini; fuit deciſum, deberi primo Domino, Franch.dec.437.Ric.collect.dec.1537.

Laudemium an directo Domino debeatur facta vẽditione ſub haſta; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec.277.Theuſaur.deciſ.Pedem.139.in fin.Ric.in collect.deciſ.630.& 31. Rendell.in tract. de iure prothom. verb. non aliter niſi, nu.49.& 58. Anell. Amat.conſ.70.num.2.Gratian.diſcept.forenſ.cap. 544 nu.18 & ſeq.tom.3.*Fontanell.de pact. nuptial. clauſ.5.gl.1.p.2.n.121.D.Reg.Sanfelic. dec.103. nu. 6.Barbat.de diuiſ.fruct. p.2.cap.6. num.16. Ant. de Amat.var.reſol.to.2.reſol.84.n.11.Burg.de laudem. inſpect.45.in addit.n.17.*

Laudemium an debeatur ex re emphyteutica donata, vel legata, quãuis concludatur, quòd ſic, tamen procedit in locis, vbi ſolitum eſt præſtari, ſed in locis, in quibus non eſt ſolitum pendet deciſio, Franch.dec.201.Pellic.in Conſuet. Auerſæ in rub. de quartaria, ſeù laudemio, num.18.fol.249.vide Rendel.in tract.de iure prothom.in verb.per emphyteoſim, num.33.Muta deciſ. Sicil.10.num.3. *Cancer.var.reſol.tom.1.cap.11.nu.67.et quàmuis hic Præſ.de Franch.dicat, non fuiſſe deciſum, attamen*

men

men ex quadam Apoſtilla manuſcripta incerti Authoris percepi, fuiſſe deciſum affirmatiuè eodem referente de menſe Nouembris 1579.

Laudemium an debeatur pro feudo; in occurrenti caſu annis proximè elapſis. Illuſtriſs. Alphonſus Ieſualdus Neapol. Patritius, S.R.E. Cardinalis, & Neapolitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus dùm eſſet paritèr occaſione dicti Archiepiſcopatus Abbas Regalis Vallis, quæ in feudũ tenebat Terrã Schiſati cum onere ſoluendi vnam taxam argenteam ſingulis annis de ordine S.P. & eſſet dicta Terra vendita Comiti Celani, ab eo petebat laudemiũ, ſicut habuerat ab alijs cenſuarijs eiuſdem Abbatiæ, in hoc articulo Afflict. optimè concludit in Conſtitut. Poſt mortem, num. 10. non deberi, & ipſum citat Amed. de Pon. in tract. de laudem. q. 3. in princ. & per tot. qui cõcludendo cenſet ex mente aliorum, deberi, ſicut patet deciſum in Senatu Tholoſano, teſte Maynard. dec. 33. lib. 4. licèt in Regno Neap. ſoluatur adoha, quæ eſt ſeruitiũ militare, hoc eſt Burſale loco perſonalis pro feudo paritèr ex cauſa belli, vel alia neceſſaria, & in 2. q. allegat Par. verb. adoha. Itẽ & releuiũ, vt ibi n. 6. & 7. & in d. q. 1. nu. 2. dixit, idcircò ſolui laudemiũ pro conſenſu in contractu, & releuium ſoluitur ꝓ confirmatione per hæredem mortuo vaſallo, vt etiam idẽ Amed. d. q. 2. n. 6. fatetur, allegãdo Affli. vbi ſuprà, qui contrarium tenet, non deberi, cùm idem ſit laudemium, ꝙ releuium, Andr. d. Conſt. Poſt mortem, verſ. hic ſumitur. vndè dũ releuium ſoluitur, non alitèr debetur laudemiũ, quod pro rebus burgenſaticis ſoluitur, l. fi. C. de iur. emphy. vbi Iaſ. & ſecundùm prædicta audiui fuiſſe deci- in S.R.C. iunctis aulis contra Ill. Cardinalem abſoluendo conuentum ab impetitis, *extat proceſſus in Banca de Fælice.* Io. Bapt. de Thoro V.I D.

Laudemiũ, ſeu quartaria debetur ex conſuetudine, & ità ſeruatum, & iudicatum fuit in S.R.C. teſte Nunt. Rellic. in Conſuet. Auerſ. rub. de quartaria, ſeu laudemio, n. 22. f. 250.

Laudemium an debeatur Domino directo concedenti certam partem ſoli alicui emphyteotę Domino magnæ domus contiguæ, qui pro ſolutione canonis conuenti omnia ſua bona obligauerat, & ſi domus ipſa ad inſtantiam creditorum emphyteotæ indè ſub haſta fuiſſet oppoſita, & alteri vẽdita ordine Iudicis: Cùm autem contigiſſet, certam partem ſoli Eccleſiaſtici fundici in emphyteuſim conceſſam fuiſſe per D. Io. Baptiſtam de Amato Comiti Loreti ſub annuo canone certo inter eos conuento, ob cuius ſolutionem ſe, ſuaq; bona omnia in inſtrumento obligaſſet cum pactis ſolitis, & cõſuetis adiectis, idem Comes, vt ſpatioſam domum conſtrueret, ſuperędificauit ſuper dicto ſolo ſibi conceſſo mirum in modum domum ipsã magnis expẽſis, ac meliorationibus augmentando, indè poſt certum temporis ſpatium vrgentibus creditoribus iàm dicti Comitis eam exequi facientibus, & demùm venalem exponi procurãtibus, ſeruatis demùm ſeruandis liberata fuit Petro Antonio, & Hieronymo Maſtrillis, per quos facto depoſito pretij dictæ domus comparuerunt omnes creditores pro conſequutione eorum creditorum, & inter cæteros prædictus quond. D. Io. Baptiſta, & ſucceſſiuè D. Franciſcus Grimaldus ſucceſſor in beneficio S. Coſmę, & Damiani in Sedile Nidi pro conſequutione cenſuum decurſorũ, nec non laudemij debiti ex totali pretio dictę domus, & cùm fuiſſet obſtatum per creditores, non alitèr deberi laudemium ex totali pretio domus, nec potuiſſe debitorem ipſum Comitem in præiudicium ipſorum creditorum totam domum ſubijcere oneri cenſus prædicti, &, credo mori ex deciſ. vulgata Boerij 229. & Amed. de Ponte in tract. de laudemio q. 5. vbi concludit, laudemium non alitèr de toto pretio, vel æſtimatione totius rei deberi, ſed vtilis dominij tantùm; Hæc allegata fuere per ipſos Actores, videlicèt.

Clericus Io. Baptiſta de Amato beneficiatus Capellę S. Coſmæ, & Damiani anno 1571. conceſsit in emphyteuſim Ioanni Frãciſco de Afflicto quoddam vacuũ, in quo priùs erat Capella eiuſdem emphyteutæ domibus contiguum, ad annuum canonem emphyteuticum duc. 10. Fuitq; conuentum, quòd tàm vacuum prædictum, quàm integras domos ipſius Io. Franciſci ipſe emphyteuta à dicta Eccleſia pro dicto annuo canone cum ſolitis pactis emphyteuticis recognoſcere habeat.

Alienatis vacuo, & domibus per ſententiam S.R.C. fuit cõdemnatus Hieronymus Maſtrillus emptor ad ſoluendum laudemium liquidandum.

Hieronymus illud pro vacuo tantùm, & non pro integris domibus ſoluere prætendit ex dec. Affl. 80. vbi ſi domus ad annuum canonem emphyteuticũ duc. 15. ſubmittitur pro duc. 300. receptis, tota domus valoris duc. 1000. in commiſſum nõ cadit.

Hæc autem dubitatio facilè diſſoluitur, & vt vera reſolutio habeatur duo cõſtituo capita. Primum, quando quis ignorans, rem eſſe propriam, ab alio recognoſcit, & tunc in recipientem nullum ius transfertur, l. qui rem, C. locat. vbi DD. Bart. Bald. & Caſtrenſ. in l. cùm falſa, C. de iur. & fact. ignor. Aret. & Rip. in l. ſi aliquam rem, ff. de acquir. poſſ. Ruin. conſ. 50. vol. 1. & cõſ. 115. vol. 5. Crauett. cõſ. 157. n. 7. Io. Baptiſta Coſta de fact. ſcient. & ignor. diſt. 92. ſub n. 7. cẽt. 2. Menoch. conſ. 86. n. 94 Sola in Cõſtit. antiq. Sabaudiæ de iure emphyt. decreti Rempublicam, gloſ. 5. nu. 11. Roſental. de feud. c. 6. concl. 68. n. 18. lit. V. vbi ſic dicit intelligẽdum quod ait Maſcard. in concl. 768. n. 12. vol. 2.

Alterum verò, quando quis ſciẽtèr ab alio rem propriam recognoſcit in emphyteuſim, vel in feudũ, & tunc; Aut recognoſcit rem quaſi alienam, & ſic illius, à quo recognoſcit, & eo caſu dominium non amittitur, Bar. in d. l. ſi aliquam rẽ, n. 4. 5. & in fin. & cũ Bar. communẽ aſſerit Alex. ibi n. 18. Rip. n. 34. & ſeq. Caſtr. conſ. 297. certè, in 2. lib. Corn. cõſ. 301. vol. 1. Natt. cõſ. 26. per tot. Virgin. Boccac. in tract. de cenſib. 3. p. q. 3. nu. 24. Caballin milleloq. 39. qui innumeros allegat, Surd. conſ. 135. nu. 108. vol. 1.

Si verò exprimat, rem eſſe ſuam, & adhùc ab alio recognoſcat (& hic eſt caſus noſter) tunc dominium transfertur, ſi recognitio fiat in fauorem Eccleſiæ, vbi traditio ad finem transferendi dominium non requiritur (quicquid ſit reſpectu priuati, in quo articulo diſſenſerunt DD. vt latiſsimè tradit Roſental. d. c. 6. concl. 68. lit. Y.) ità ſanè Bart. d. l. ſi aliquã rem, n. 9. verſ. breuitèr dico, Rip. ibi n. 25. Caſtrenſ. in d. l. cùm falſa, n. 4. verſ. breuitèr iſtud, & in conſ. 11. ſuper primo quæſito, in princ. verſ. & tunc, vol. 2. in nouis, Bald. ibidem, n. 5. verſ. aut iſta præſtatio, & in l. cenſualis, verſ. ibi Domino, C. de donat.

Google

nat.& in l.ad probationem, n.9. verſ.niſi Eccleſia, C.de probat.& ad Spec.in tit.de feud.verſ.ſi rem meam recognoſco in feudum, quem ſequitur Iacobin.de feud.verſ.dictiq; vaſalli proinſerunt recognoſcere, n.21.verſ.ſed ſi ex certa, idemq; tradit idem Bal.in conſ.331. Reuerende pater, vſque ad n.4.vol.2. Angel.in §.emphyteuſim, in final.verb. in auth.de non alienandis, Pract.Papienſ.in form. libell.fict.præſt.in glo.in verſ.ſuper ſolutione, col. fin.per tex.in d.l.ſi aliquam rem, Guid.Pap.deciſ. 272.ſub nu.5. verſ.ſi enim in recognitione, Iaſon poſt Bar.in l.2.n.7.C.de iur.emphyt.Bal.in c.1.tit. per quos fiat inueſt.& Alciat.conſ.43.nu.14.lib.9. in 2.tom. Aluarot.in c.1. §.ex eadem, col.2.verſ. acta ab extrà, de leg.Corrad.Alex.in conſ.69.n.6. vol.5.Roland.à Vall.in conſ.2.n.109.& ſeq.lib.1. ea ratione, quia breui manu videor donaſſe, ac recepiſſe, & conſ.32.nu.49.lib.4.Curt.iun.conſ.140. n.6.Natt.conſ.669.n.10. Soc.conſ.50.n.8.& conſ. 68.nu.5.vol.4.Crauett.conſ.29.num.1.& latiùs in Conſ.pro genero, num.429.& 431. Fulgoſ.conſ.5. Gulielm. de Benedict. in cap.Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, nu.445. Caſſan.in Conſuetud.Burgund.tit.des cenſes, rub.11.§.3.in tex.cenſe ſur cenſe, ſub n.4. verſ.quid autem ſi cenſuarius, ibi & ad vltimum, Sola ſuper Conſtit.antiq.Sabaudiæ de iure emphyt.decret.Rempublicam, gloſ.5.nu.10.cum ſeqq. Phanuc.de inuentar. p.7.nu.244.Burſat.conſ.46.n.17.Felin.in cap.Bertoldus, nu.28.de ſent.& re iud. Padill.ad d.l.cùm falſa, ſub n.5. Ludouic.Schrader.in tract.de feud. p.5.c.5.n.11.& plur.ſeqq.Surd.conſ.135.nu.21.& ſeqq.& nu.107.eadem ratione, qua vtitur Rol.in dicto conſ.2.idem Surd.conſ.449.nu.38. Petrus à Petr.de fideicomm.q.13.n.308. Io.Bapt.Coſt.de fact.ſcient.& ignor.dicta diſt.92.n.10.cent.2.Marius Burgius de laudemio p.3.inſpect.12.n.16.& 17. infinitos allegat, Roſental. de feud.d.c.6.n.17. & 18.& in lit.T.vbi magis communitèr receptam tradit ex Alciat.in dicto conſ.43.n.14.lib.5.

Non omitto, quòd in caſu indubitato verſamur, Doctores enim concludunt, induci tranſlationem dominij, ne fictus titulus, ac ficta traditio inducatur, vt per Bar.& alios in d.l.ſi aliquã rem, & Alberic. in d.l.qui rem, circa medium, C.locati, ideoquè ſi titulus præcedat, dominium ex tali recognitione transfertur, l.quædam mulier, ff.de rei vend.& ibi gloſ.idẽ Alber.in l.ad probationem, circa mediũ, verſ.ſi ſcit, C.eod.tit.Peregr.ad cap.literis, de cõſuet.ſub tit.de modo fict.acq.poſſ.ſub nu.72.verſ. quinta eſt. In caſu verò propoſito verus titulus adeſt, cùm talis recognitio fiat vigore conceſſionis factæ de alia re Eccleſiæ .ſ. de vacuo prædicto, & ſine tali recognitione Rector non conceſſiſſet; cùm hoc pactum pars illius contractus dicatur, l.fundi partem, ff.de contrah.empt. ex quo dicebat Andr.in c.1.in fin.de feud. dato in vicem l.cõmiſſ. hoc ipſum videri pretium quòd ſub tali conditione, ſeù conuentione conceſſio facta ſit; & ideò ſub viliori canone vacuum conceſſit, vt ibidem ſubdit Andr. per tex.in l.is, qui in puteum, §.ſi poſteà, ff.quod vi aut clam, & l.pen. ff.de hæred.inſtit. Solet enim pro ingreſſu aliquid in contractu emphyteutico ſolui, vt per Bart. in l.1. in princ.C.de iur.emphyt.glo.1.in c.potuit, de locat. Bertrand.cõſ.42.n.7.vol.1. cuius loco directũ dominium domorum in Eccleſiam transferri voluit.

Non pugnat dicta deciſio Afſl.80.illa enim loquitur in ſubmittente rem ad annuum reditum; ſecùs in contractu emphyteutico, in quo omnia pacta ſunt licita, vt idem Afſl.ibi n.2.& 3. fatetur ex gloſ.in auth.qui rem, C.de ſacroſ.Eccleſ.& n.8.magnam, ait, eſſe differentiam inter caſum ſuæ deciſionis, & hunc caſum, nam in caſu noſtro cenſus ſoluitur in recognitionem directi dominij, ſed ibi ſoluitur annuus reditus reſpectu pecuniæ receptæ, aliàs contractus eſſet vſurarius, & in fraudem legis cõmiſſoriæ confectus, ſi tota res in commiſſum caderet, cùm non ſpontè fuerit facta ſubmiſſio, ſed ab indigente pecunia, per vſurariam prauitatem extorta per creditorem, qui quæſtum illicitum ab indigente facere voluit, quod ſecus eſt in caſu noſtro, dùm ſpontè, vt vacui conceſſionem haberet, rem propriam ſcientèr ab Eccleſia recognouit: ſic affabrè declarat Roderic.de annuis reddit.lib. 2.q.3,nu.37.& 38.vltrà quòd læſionem enormiſſimam contineret, ſi totus fundus ob ſolutionem redditnum parui cenſus à Domino amitteretur, ob quod æquiſſimam dicit illam deciſionem Gutierrez in tract.de iuram.confirm. p.1.c.51.nu.10.

Ex prędictis die 22.Octobris 1612.referente Domino Conſiliario de Georgio viro eruditiſſimo in Aula Conſiliarij D.Ioannis Sances de Luna fuit deciſum, deberi laudemium, habito reſpectu, tàm ad vacuum, quàm ad domos, in Banca Burrelli.

Poſt deciſionem typis editam inueni deciſ.62. D.Io. Franc.del Caſtillo, qui latè hunc articulum proſequitur, plures ad hoc citans, & ſic in proprijs terminis iudicatum teſtatur.

Nec non deciſ.Rol.Cauagnol.81.nu.9.verſ.quinimmò dicẽtis, receptiorem hanc eſſe Doctorum ſententiam. Nicolaus Anton.Marotta.

(Additio) libui aliqua pro tenuis mei ingenij viribus, hinc indè diſperſa colligere, illoq; tamen præmiſſo, quòd ſcriptum patet in iure, laudemiũ Domino deberi ex noua inueſtitura in recognitionẽ dominij ob conſenſus præſtationem, de quo per Amed.de Ponte in d.tract.in 1.q.& quòd circumſcriptis alijs contractibus ex venditione facta ſub haſta debeatur, refert ſic deciſum Præſ.de Frãch. deciſ.277.& dec.488.nu.6.& non tantùm pro ſoli pretio, ſed pro melioratione facta, nouiſſimè Rẽdel.in tract.de iure prothom.verb.per emphyteuſim, n.31.ſed an pro toto pretio rei, vel habito reſpectu ad partem alienatam, non alitèr adhùc ſpecificè tactam vidi à dicto Amedeo, qui in dictis q.5.& 7. loquitur in alijs conſimilibus caſibus, vt ibi per eum, & ſimilitèr Boer.in d.dec.229.in alienatione rei immobilis cum mobilibus vnitim loquens, quæ non conferunt noſtræ quæſtioni, attamen reperi Bellac.inter commun.opin.tit.de iure emphyt.n.301.punctualitèr ſic dicentem, ſed quid ſi dedi in emphyteuſim areã pauci valoris, ſuper qua emphyteuta multa ædificauit, cuius æſtimationis debeat ſolui laudemium? dic, quòd totius, & areæ, & ædificij, Iaſ.in d.l. fin.col.12.ibi quartò quæro, allegat Alber. poſt Odoffr.ibi, quia ædificium ſolo cedit, l.1.§.quod ait, ff.de ſuperficieb.& per hanc rationem infert Iaſ. ſecùs eſſe, ſi per pactum ſuperficies iure proprio ad emphyteutam pertineat; quinimmò ex ijs credo, eſſe reſolutum, laudemium omninò deberi, & ex toto pretio do-

mus

Digitized by Google

mus vēditæ, quapropter nō obſtat id, ꝙ ex aduerſo creditores oppoſuerant, nō potuiſſe debitorem domum ipſam magnam exiſtentem in platea Nidi ſubijcere oneri pauci ſoli cōtigui in emphyteuſim cōceſſi pro ſolutione canonis, adeò quòd cùm debitor ipſe neceſſitate quadam aſtringebatur ad faciendum ſimilem contractum pro conſequutione dicti ſoli, vt domus ampliaretur, & in formam condecērem eius conditioni redderetur, qua quidèm exiſtente neceſſitate, pro exolutione canonis alia vrgentiſſima neceſſitas ſuadebat, debitorem ad ſe obligandum, eò quòd cùm hęc conceſſio rei Eccleſiaſticę ſolemnitatibus roborata operetur, vt emphyteuta Eccleſiæ ſi ceſſaret per biennium in ſolutione canonis, quòd cadat ipſo iure, & expelli poteſt, Soc. in conſ. 118. num. 1. vol. 4. hinc ſingularitèr dixit Bal. in c. 1. col. 1. num. 3. qual. dom. prop. feud. priu. quem refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. 2. in 55. col. ibi circà hanc concluſionem, Bellaco. inter commun. opin. in tit. alleg. nu. 213. quid ſi emphyteuta promiſerit ſoluere duos denarios pro canone ſub pęna centum Florenorum, an valeat talis promiſſio, & cōcludit, valere; nàm iſta adiectio pęnæ reſpicit aliū effectum, videlicèt quòd non poſſit expelli, vndè videtur adiecta loco expulſionis, & ſic loco facti, & ſucceſſiuè ad laudemium, cuius debitum grauius eſt ob multas cauſas, Burg. de laudem. par. 3. inſpect. 32. Idcircò neceſſaria obligatio in contractu iſto conſpiciebatur; nàm emphyteuſis emptor niſi expreſsim ad penſionem ſe obligauerit, non cogetur illam ſoluere, vt refert Emmanuel Xuar. inter comm. opin. eod. tit. alleg. num. 29. ex mente Iaſ. in d. l. 2. num. 150. & 154. & pro tali ſolutione bona ſua obligare non vetatur, immò aſtringetur, nè incidat in commiſſum, ſicuti communitèr fit, vt ex mente Manſuer. in ſua prax. tit. de locato, verſ. item cùm res tradit Tiraq. de retract. §. 34. gloſ. 2. cùm onus laudemij merè reale, ſeù patrimoniale cenſeatur, Amed. in d. tract. q. 46. num. 2. & non mirum ſi directus Dominus in exigendo debitum alijs creditoribus præferatur, ſubnectit ibi Manſuer. col. 12. verſ. item in exigendis etiam anterioris tēporis, & habētibus expreſſam; neq; ꝙ ſequitur Maur. Burg. in tract. de laudem. p. 3. inſpect. 39. nu. 5. vbi per totam inſpectionem proſequitur, ſi non tamen per canonem, quàm etiam pro laudemio prçferri deberet, & cōcludit affirmatiuè, per rationes ab eo adductas, habet emphyteuſim obligatam etiam pro laudemio, Idem ibi p. 1. inſp. 9. n. 21. & ſic iuris eſſe cenſeo, ſaluo meliori iudicio. Thoro,

Laudemium an debeatur ex contractu renouationis primęui contractus ad renouandum, facta renouatione illius in cauſa Marini Rocci, & litis cōſortium appellātium à decreto olim lato in fauorem Reuerendiſs. Horatij Caraccioli infraſcripta fuerunt allegata per doctiſsimum virum meum patruum q. Fabium de Falco. ſ. prædictus Reuerendiſsimus Horatius Caracciolus, olim Rector Sanctorum Coſmæ, & Damiani, cùm in emphyteuſim conceſsiſſet quaſdam Terras, tàm ipſi Marino, quàm cæteris alijs ad renouandum ſingulis 29. annis, iuxtà naturā ipſius contractus, Vrſil. dec. 80. nu. 9. elapſiſquè dictis annis 29. renouare fecit prædictas cautelas conceſsionis per ipſum Marinum, & alios emphyteutas. Petijt deindè, cogi hos emphyteutas ad ſibi ſoluendum laudemium pro prædictis renouationibus fol. 1. proceſſu tandèm deſupèr compilato Marinus ipſe, & alij conuenti, referente D. Tapia per M. C. V. fuerunt condēnati ad prædictum laudemium liquidandum f. 7. eſt iā liquidatum, & ſolutū, nunc aūt tractatur de huiuſmodi decreti reuocatione; Pūctus vnicus eſt in videndo, ſi pro hac renouatione contractus emphyteutici, ſeù libellarij debeatur laudemium, itá, vel nè, quæ quidē quæſtio nō noua, neq; recondita, ſed eſt clara, & indubitata, ni fallor, ideòquè ſubtili indagatione non indiget, eſt. n. regula iuris, quæ dictat, laudemiū deberi a nouo emphyteuta, tex. eſt ſatis vulgatus in l. fin. §. ſin aūt nouum emphyteutam, C. de iur. emphyt. vbi Iaſ. vberrimè more ſolito, nu. 39. & ſeq. ex cōmuni Doctorū traditione declarat, quis dicatur nouus emphyteuta, & eſt ille, qui ſub priori inueſtitura, & conceſſione nō eſt cōprehenſus, neq; nominatus: At iſti cōuēti nō ſūt noui emphyteutæ, cū in priſtina cōceſſione ſint cōprehēſi, immò principalitèr nūcupati, meritò ad laudemiū aliꝗ nō tenētur, ità Crauett. doctè quidē in conſ. 215. in fin. p. 2. Præterea & ſecundo, quæſtio noſtra eſt, an pro renouatione cautelarum debeatur laudemiū, & ſic quæro, renouare cōtractū quid eſt, niſi contractum iterùm facere, remanēte priſtina natura, & qualitate rei, ſed quia dùm primo loco fuit celebratus iſte contractus, nō fuit ſolutū aliꝗ laudemiū, ità nunc, ꝙ eſt renouatus primæuus cōtractus aliquid innouari non debuit, & ſimilitèr laudemiū præſtari non debebat, maximè quia emphyteuſis renouata noua cōceſſio nō reputatur, Addit. ad Bart. in l. ſi mihi, & Titio, in fin. ff. de verb. oblig Dec. abūdè in cōſ. 53. per tot. quo fit vt de laudemio hinc tractari nō potuit, cū per hāc renouatā cōceſsionē nil de nouo acquiratur, ſunt ergò antiqui, & nō noui emphyteutæ, d. l. fin. §. ſin autē. Tertiò arguēdo à ſufficiēti partiū enumeratione, vt ità dicā, cōcluſionē ſuprà factā verā eſſe clariùs demōſtrabo, etenim ob quatuor cauſas huiuſmodi renouationes fieri ſolēt. Primò ratione vetuſtatis. Secūdò, neceſsitatis. Tertiò, tollēdæ obſcuritatis. Quartò, ratione mutatæ ſucceſſionis, vt docet Bal. in auth. ſi quas ruinas, nu. 4. & ſeq. C. de ſacroſ. Eccl. Iaſ. in d. l. fin n. 33. & omittendo alias cauſas aſſumēdo cauſas neceſsitatis tātū diſtinguētes reperio DD. præcitatos, vel hæc neceſsitas oritur ex cōuētione, vel ex conſuetudine, putà quia adeſſet cōſuetudo, ꝙ fierēt hæ renouationes, & ꝙ pro eis laudemium ſolueretur, ſed de iſta cōſuetudine hic nil cōſtat, & talis nō eſt caſus noſter, tātò magis, quia quādò propriè renouatio ex vi cōſuetudinis eſſet facienda, adhùc dubiū eſſet, ſi laudemiū propterea prætēdi poſſet, pro quo, rogo, videatur Caſſan. in Cōſuet. Burgūd. ſub rub. 11. §. 6. n. 14. qui mouetur per doctrinam optimam Alex. in cōſ. 79. in 6. col. vol. 1. vbi aſſerit, quòd talis renouatio nō eſt alienatio, quia non intercedente laudemium nullo pacto debetur. Quartò, multa quidē afferre poſſem, ſed quid plura, ſumus in claris, in quibus non egemus cōiecturis, l. continuus, §. cùm ità, ff. de verb. oblig. Ideòq; deueniendo ad ſpecialia hac ſolemni deciſione Bal. cōtentus ero, Bal. enim in c. quæ in Eccleſiarū, extrà de conſtitu. n. 36. per optimas rationes cōcludit, Capſollū, ſiuè laudemiū nequaquā deberi pro renouatione contra-

tra-

tractus, & loquitur in ſpecie in renouatione, quæ ſit ab Eccleſia filijs, qui repræſẽtãt perſonã patris, qui primo loco cõtraxit, ex eo, quia filijs hæc emphyteuſis renouata de nouo nõ acquiritur, ſed cõtinuatur, multò magis, quãdo ijdẽ contrahẽtes faciũt hãc renouationẽ cautelatũ, ad ſolutionẽ laudemij arctari non poſſunt, ità quoq; Alex. dixit in conſ.5.n... vol.5. & talis eſt caſus noſter, adeò quod vanũ eſſet in tàm clara cõcluſione ire per mẽdicata ſuffragia, maximè quia in hac cauſa argumẽtationes omnes, quæ ex aduerſo adduci poſſent, ex prędictis ſine dubio tolluntur, prout ità demũ fuit pronũciatũ in Bãca de Angelis; hæc ille, addo etiã ad hoc Cæſar. Manent. in tract. de iure cõtract. liuell. in pacto 9. vbi multis rationibus fũdat, laudemium nõ deberi in cõtractu iſto liuellario, & licèt Paris de Put. in tract. de reintegr. feud. c.122. an ſi reperiatur facta, nu.10. dicat in terminis, quod ſi per feudatarium daretur res ad 29. annos pro cẽſu ad renouãdũ, quod dicitur cõtractus liuellarius, & ſoluitur iterũ laudemiũ pro renouatione finito primo liuello, & loquitur in ſubalterno: attamen Amed. de Ponte in tract. de laudem. q.12.n.11. & ſeq. improbat opinionẽ Paridis, cõtrariũ putãs eſſe verũ, allegat Dec. cõſ.53. vbi latius proſequitur, iſtã materiã renouationis nõ alitèr dici poſſe nouã acquiſitionẽ, nouiſsimè Maur. Burg. in tract. de laudemio, p.2. inſpect.1.n.47. & 48. & inſpect.35. nu.23. vbi plurim DD. authoritate cõprobat, laudemium nõ deberi ex renouatione emphyteuſis. Thoro.

Laudũ latum per Arbitrum vigore compromiſsi facti in terminis, in quibus reperitur cauſa, duraturi per duos menſes à die acceptationis, an nullum iudicari debeat, ſi fuerit datus terminus ad conuincendum apocham per Arbitrum, nõ omnibus differentijs compromiſsis deciſis, nec pręſente Arbitratore publicatũ; fuit deciſum, eſſe nullum, quãuis ex prorogatione per Arbitrũ facta poſt duos mẽſes obſtante inhibitione Superioris non fuerit diſcuſſum, attentis alijs nullitatibus, Franch. dec. 354. Intrigl. in dec. Sicil. 23.n.8. & 14.

Laudum ſi contineat plura capita an poſsit pro aliquibus ipſorum appellari, & pro alijs non, ſicut in ſententijs; fuit deciſum, quòd non vigore clauſularum in compromiſſo contentarum, & iuramẽti, quod eſt indiuiduum, Franch. in dec.173. Muſcat. in praxi S.C. lib.1.p.7. gloſ. periurij, in addit. lit. A.

Laudum latum per Regios Conſiliarios electos in Arbitros an exequutionem paratam habeat, ità quòd ab eo appellari non poſsit, ſed exequutioni demandari; fuit deciſum, quòd ſic, Gramm. dec.9. Muſcat. in praxi S.C. lib.1. gloſ. petitur, n.20.

Laudum an ſit nullum, ſi ſine partis citatione fuerit promulgatũ, vel ſi laudetur vltrà compromiſſum, vel in præiudicium tranſactionis, aut ſi Superior appoſuerit manus; fuit facto verbo in Conſil. Collater. cauſa commiſſa Sacr. Reg. Conſil. quòd iuſtitiam faceret, Ann. in alleg.99.

Laudum nullũ an exequi poſsit, quando allegaretur nullum, ſtãte pacto, quòd non poſsit dici de nullitate, Minad. deciſ.19. dixit, non eſſe exequendum laudum nullum, etiam ſtante pacto, quòd nõ poſſit dici de nullitate; tamen cõtrarium fuit deciſum in S.C. eſſe exequẽdum laudum præenſum, Ann. in ſing.299. laudum, & in Conſt. Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ, nu.287. Muſcat. in praxi S.C. lib.1.p.2. gloſ. gradum, nu.69. Matt. vot.163. idem Matt. de iuriſd. p.4. caſ.150.n.8. & 9. Carrab. in tract. de ſyndic. p.2. nu.139. & Abbas Maur. in addit. ad alleg.2. eius aui, ſub n.2. *D. Conſil. Theod. alleg.77.n.9.*

Laudum latum per aliquem Religioſum electum in Arbitrum, & amicabilem compoſitorem per viã decreti, cuius proprium erat componere partes, abſq; ſententia, & decreto, an ſit nullum; fuit deciſum in S.C. referente Regio Conſiliario Morra eſſe nullum, in cauſa Io. Mariæ Scottæ cum Laurentio, & Veſpaſiano de Mari, inquit Reg. Rouit. ſuper pragm. in rubr. de Arbitris, n.12.

Laudum prolatum in beneficium alicuius an exequutioni demandari debeat, ſi aduerſus illud oppoſitum fuiſſet de nullitate. Primò, ob limitatam poteſtatem procuratori datam ad compromittẽdum. Secundò, ex eo, quòd teſtamentum factum, de quo controuertebatur altercatio erat nullum abſquè Mundualdo. Tertiò, ex eo, quòd non fuerat prouiſum circa legitimam patri debitam ex perſona eius filiæ defunctæ in bonis eius fratris. Ad primum replicabatur, poteſtatẽ eſſe ſufficientem, cùm dicebatur, cum poteſtate compromittẽdi in perſonam Titij, & aliorum. Secundò non obſtabat, cùm de iure in teſtamentis non requiratur Mundualdus. Tertiò, fuerunt reſeruata iura pro conſequutione legitimę, & ſic dùm fuiſſet per cauſæ Commiſſarium prouiſum, quòd oppoſitis non obſtantibus reſtituerentur bona omnia actrici, exequẽdo laudum deſupèr interpoſitum ſuper reſtitutione prædicta, fuit poſtmodùm confirmatum per Sacrum Conſilium, in cauſa Iuliæ de Simeonibus, eiuſq; filijs cum Io. Baptiſta Maurello, D. Camill. de Laratha in conſ.60. ex in facto.

Laudum vltrà cõpromiſſa latum, & ex infraſcriptis cauſis inualidum, hoc eſt cùm fuiſſet compromiſſum de differentijs certæ donationis, & dictum fuiſſet in compromiſſo, nonnullas differentias habere, & indè ſubſequatur, & ſignantèr, &c. & per Arbitros fuiſſet vltrà ſpecialem differentiam laudatum. Secundò, ſi per eos nullo formato proceſſu, abſq; ſcripturis, & probationibus proceſſum fuiſſet ad laudi promulgationem. Tertiò, abſquè citatione, & monitione partium, ipſiſq; inauditis, an exequutioni demandari debeat, deciſum fuit per Sacrum Conſilium, eſſe procedendum in S.C. ad vlteriora, in cauſa D. Annibalis de Ligorio cum D. Horatio, & alijs fratribus de Ligorio, penès Roppulum Act. Mag. D. Camill. de Laratha in conſ.13. facto compromiſſo.

Laudum prolatũ per Arbitros electos in cauſa feudali, ſuper quo aſſẽſus Regius impetratus fuerat, an nullum iudicari debeat, ſi ſuper compromiſſo nõ fuerit alitèr aſſenſus impetratus, iuxtà Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ: Reperi ad hoc punctualem deciſionem inter fragmenta allegationum quõdam bonæ memoriæ patrui mei Fabij de Falco, videlicèt quãdo aſſenſus eſt impetratus ſuper laudo, & non ſuper compromiſſo, tunc nil operatur, obſtante Conſtitutione Cõſtitutionem diuæ memoriæ, quæ prohibet compromiſſa ſuper re feudali, facit pro hoc in ſimili deciſio Bald. in l. præſes, col. fin. num.10. C. de tranſact. vbi ponit quæſtionem in Adminiſtratore, hoc idem fuit deciſum in cauſa Principis Sulmonis cum Vniuerſitate

tate Sulmonis, compromiſſum eſſe nullum ex defectu aſſenſus, quamuis ille in laudo ſit impetratus, & ſucceſſiuè nullo exiſtēte compromiſſo laudum eſt nullum, & ità deciſum, hæc ille, etenim aſſenſus interuenire debet in compromiſſo facto de re feudali, non tamen in laudo indè proferēdo, quamuis antè promulgationem laudi in praxi receptum ſit, vt illud oſtendatur vni ex Regētibus Regiam Cancellariam, & ſic practicatum, atquè obſeruatum dixi ſuprà eod. ver. Aſſenſus Regius. Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Legata exoluenda per vſufructuarium infrà certum tempus inſtitutum, ſi non fuerint ſoluta an hæres proprietarius exoluere poſſit; fuit deciſum, quòd non, Franch. deciſ. 483. meminit Reg. Rouit. in pragm. 1. de legat. pijs, n. 3. Maſtrill. in dec. Sicil. 3. n. 2. vbi refert, ibi fuiſſe condemnatum hæredem proprietarium ad reſtituendum bona vſufructuario cum diminutione impenſarum ſpectatium ad vſufructuarium, ſoluendarum pro cauſa prędicta.

Legata facta à ſubſtituto an cenſeantur repetita à filio inſtituto vigore, clauſulæ in fine teſtamenti poſitæ; fuit deciſum, quòd non, quando res diuerſę ſint naturæ, & conditionis, Vrſill. dec. 248. n. 5.

Legata facta in primo teſtamento certis legatarijs, & cōfirmata per cōtractum inter viuos, vbi aliam fecerat donationē teſtator, an cenſeantur reuocata, ſi aliud teſtamentum factum fuiſſet in domo inſtitutorum ad eorum inſtantiam, nulla facta mentione de relictis in primo teſtamēto, quæ pro paragio relicta fuerunt, deciſum fuit per S.C. referente Reg. tunc Conſiliar. D. Io. Sanchez in beneficium legatariorum, vt debeantur legata prædicta, & ſic hæredes inſtituti condemnati ad eorum ſolutionem, penès Cioffum, deindè penès Borrell. D. Camill. de Laratha conſ. 69. in hac cauſa.

Legataria an ſit præferenda in fructibus hæreditatis per hæredem perceptis, & conſumptis, concurrēte agnata creditrice pro medietate hæreditatis cum fructibus; licèt concludatur contra legatariam, non fuit deciſum, Franch. dec. 374.

Legatarius an poſſit cogere hæredes ad ſoluendum de alijs bonis hæreditarijs, ſi in legato expreſsè fuerit dictum, de ſumma duc. 10. debitorū per talē hæreditatis debitorem, ità vt cauſa demonſtrationis cenſeatur factum tale legatum, non autem taxationis; fuit deciſum, legatum prędictum fuiſſe factum cauſa demonſtrationis. Franch. deciſ. 721. *Ill. Epiſc. Iuuenac. Marant. in reſp. 34. n. 1.*

Legatarius & ſi habeat tacitam hypothecam in bonis teſtatoris pro legato, an etiam in fructibus legati tacita hypotheca locum vendicet, Franch. dec. 374. nu. 12. concludit, quòd non ex mente Neguſ. quæ fuit in facti contingentia per Sacrum Conſilium explicata cōtra legatarium, vide infrà verb. Prælatio.

Legatarius vſusfructus librorum relictorum an poterit hæredem cogere ad exhibitionem inuentarij ipſorum, & ſi non fecerit præuio iuramento exhibendo iterùm inuentariari; fuit deciſum, quòd detur hæredi iuramentum, ſi habuerit inuentarium librorum, quod ſcripſerat Notarius, & ſi iurabit, illud non habere, ꝙ ad inſtantiam legatarij inuentarientur omnes libri, Affl. dec. 342. Franch. dec. 641. Ann. in ſing. 309. legato. Ricc. in collect. dec. 21.

Legatarius recedens à legato per errorem interpretationis, & facta vera declaratione an poſſit legatum amplecti, & ſic permitti variare; fuit deciſum, quòd ſic, Capyc. dec. 185. n. 6.

Legatarius an poſſit aſſiſtere in iudicio intentato cōtra hærede, ſi eſſet ſuſpitio colluſionis, & verſaretur intereſſe ipſius; fuit per S.C. cūctis Aulis deciſū, ꝙ aſſiſtat, in cauſa Decij Mirādę cū Iulio Cęſare de Rubeis V.I.D. referente Reg. Conſil. Aloſo Vargas die 9. Aprilis 1611. penès Secretarium, Actuar. Amatruda, & hoc credo ex authoritate Bar. in auth. de litig. n. 7. qui dixit, quòd legatarius poteſt aſsiſtere liti exercendæ, nè colludatur, quādo res litigioſa litigatur, per tex. in l. ſi ſuſpecta, ff. de inoff. teſtam. vbi DD. & Aloyſ. de Leo in authent. nunc ſi hæres, n. 5. C. de litig. vbi generalitèr cōcludit, quem poſſe aſsiſtere liti, quotieſcūq; habet intereſſe in illa lite. Io. Bapt. de Thoro V.I.D.

Legatorum diminutione facta in teſtamento hæredis, an etiam fieri debeat de legato relicto ſub fideicommiſſo per primum teſtatorē debito alicui Eccleſiæ per hæredem teſtantem; fuit deciſum, quòd non, Franch. deciſ. 362. Marc. Ant. Peregr. in tract. de fideicomm. art. 4. n. 47.

Legatum factum rei alteri obligatæ ſcienter coniūctæ perſonæ an valeat; fuit deciſum, valere, Frāch. dec. 547.

Legatum factū coniunctæ perſonæ ob Dei amorem, in qua cadere poſſet præſumptio paupertatis an piū iudicetur, ità quòd Iudices Fabricæ de eo cognoſcere poſsint; fuit deciſum, quoniā paupertas non fuerat probata Iudices prædictæ Fabricæ nō potuiſſe procedere, Franch. dec. 565. Ricc. in prax. variar. reſol. in reſol. 381. *Epiſc. Genuenſ. in tract. de Eccleſ. ſeu practic. Eccleſ. q. 573.*

Legatum pium ſi ſit factū de re diſtribuenda in pios vſus an diſtributio ipſius legati fieri poſsit in beneficium legatariorum; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 568. Ricc. collect. dec. 769.

Legatum puellæ factum nomine dotis an conſequi poſsit ab vno ex hæredibus inſtitutis, inſtante legataria pro ſolido; non fuit alitèr deciſum in S.C. quamuis in alijs locis reperiatur deciſum, hæredes teneri inſolidum, Franch. dec. 581. *Barbat. de aſsiſt. gloſ. 12. n. 87.*

Legatum annuū an debeatur à morte teſtatoris, etiā quòd tabulæ non ſint apertæ, & in tali caſu interpellatio nō procedat, quia petitur vt ſors, fuit deciſum, legatum ipſum deberi à die mortis teſtatoris, Franch. dec. 634. Molf. in Cōment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 3. n. 14. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 2. c. 10. nu. 14. Donat. Ant. de Marin. reſolut. quotid. c. 200. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 3. tit. 22. num. 127.*

Legatum factum vxori à viro pro ſeruitijs an ſubiaceat diſpoſitioni l. fęminæ, C. de ſecund. nupt. ſcilicèt vt integrè ſpectet ad filios primi matrimonij; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 428. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. p. 4. n. 69.*

Legatum ſi ſit factum in teſtamento vnius quantitatis, ſi in alio teſtamento diuerſa quantitas eidem legatario relinquatur, an vtraq; quantitas debeatur; licèt concludatur negatiuè, non fuit deciſum, Franch. dec. 422. latè Fab. de Ann. in conſ. 91. tex. in l. filia, Theſ. lib. 1. quæſt. forenſ. q. 67.

Legatum factum vxori à viro omnium ſuorum mobilium, inter quæ erat vinum, triticum, & oleum, ſi poſt teſtamētum teſtator conualuerit, & triticum, vinum,

vinum,

vinum,& oleũ cõſumpſerit,an eo mortuo,& aliud triticum,oleum,& vinum repertum ſit in hæreditate,debeatur vxori; fuit deciſum quòd ſic,in eadem tamen quantitate, quæ erat prius legata, Franch.deciſ.313.*Proſp.Rendell.in tract.de vinea, vino,& vindem.p.1.q.35.*

Legatum certæ ſummæ ſi ſit factum an in eo contineatur intereſſe ſummæ prædictæ maturatum in vita teſtatoris; fuit deciſum,tale intereſſe ſpectare ad hæredem, non ad legatarium, Franch.deciſ. 254. Io.Franc.Capibl.in pragm.5.de Baron.n.20. & 21. Maſtrill.deciſ.Sicil.115. annuit, ità paritèr fuiſſe in dicto Regno deciſum, & nouiſſimè Io. Franc.del Caſtill.dec.Sicil.4.nu.14.Molf.in addit. ad Conſuet.Neap.p.2.q.20.n.5.

Legatũ quãuis extinguatur ex alienatione rei legatæ,quãdo alienatio eſſet volũtaria,& nõ ex neceſſitate rei familiaris; an procedat, quãdo alienatio eſſet facta per Procuratorẽ abſq; ſpeciali mãdato alienandi rẽ legatam;fuit concluſum, ꝙ nõ,Frãch. dec.283. Theſ.lib.1.quæſt.forenſ.q.25.& q.56.

Legatum factum ſpuriæ à patre pro dotibus attenta qualitate patris, & legati duc.3000.an cenſeatur ſubrogatum loco alimenrorum,ità vt mortua ſpuria proprietas redeat ad hæredes patris;fuit deciſum in fauorem ſpuriæ, Franch.dec.283. Maſtrill. dec.Sicil.121.n.40.Theſ.loc.cit. *Borrell.in ſumma deciſ.tom.3.tit.22.nu.135. Epiſc Ricc.collect.3416, p.8. D.Reg.Hect.Capyc.Latro dec.99.n.26.*

Legatum factum ab vxore viro, ſi vidualem lectum ſeruauerit, quemadmodùm ſi fuiſſet à viro vxori factum teneret,& conditio omninò adimplenda erit, an effectum ſimilem habeat è contrario; fuit deciſum,ꝙ ſic,Franch.dec.174.Monter.dec.Aragon.15.n.71. Ricc.collect.dec.35.Zerola in praxi Epiſc.verb.legatum,verſ.ad ſeptimum,p.1.

Legatũ ſi ſit factũ cohæredi in burgẽſaticis ſoluẽdũ à cohærede in feudalibus certę quãtitatis,ſi altercatio oriretur in ſucceſſione feudi inter hæredem inſtitutũ cũ altero ſuccedere volẽte,an ab alterutro,vel vtriſq; debeatur;nõ obſtãtibus prætenſionibus hæredũ;fuit deciſũ in fauorẽ legatarij Hoſpitalis,Frãch.dec.1. Peregr.in tract.de fideicom. ar.2.nu.19.& ſeq. Fab.de Ann.in conſ.4.nu.12.& cõſ.31.n.8. Io.And.de Georg.alleg.19.n.61.& alleg.20.n.43.latè Reg.de Põte cõſ.13.n.19. & ſeq. vol.1. licèt in diſputando alitèr teneat Franc.de Amic.in tit.de ijs, qui feud.dar.poſſ. §.faciũt etiã, n.9.fol.9.in caſu ab eo relato, & in §.veniendo ad primã,ſub n.12.col.25. verſ.& ideò nõ eſt mirãdũ, fol.182. vltrà cumulata per Viſcont. in hac deciſione,*Taſſon.de anteph. verſ.4.obſeru.2.n.41.*

Legatum ſi ſit factum à viro vxori omnium bonorũ mobilium,&c.animo compenſandi cum bonis ſeruitijs, & alijs iuſtis cauſis,an videatur legare animo compenſandi cum fructibus perceptis à viro de bonis paraphrenalibus, ſiuè extrà dotem: fuit deciſum,quòd ſic,Affl.dec.44.à n.9. vſq. ad n.30. & ità tradit in fine fuiſſe conuentos abſolutos ab impetitione fructuũ,Peregr.in tract.de fideicõm. art.11.nu.32.Rol.Canagnol.dec.Mediol.24.nu.9. *Ant.de Virgil.in tract.de legit.perſ.c.17.n.5.& ſeq.*

Legatum particulare pro dote, & antephato vxori factum,& de funeralibus,ſi poſtmodùm generale legatum factum fuiſſet ab eodem teſtatore eidem vxori in genere de tota pecunia,omnibuſq.mobilibus,&c.an ſit deducendum antè omnia ex legato generali,ità vt deficiente pecunia pro ſpecialibus legatis ſuppleri poſſint per hæredes legata ipſa, fuit deciſum, quòd ſic,& ità ſentẽtia prolata, & poſtmodùm confirmata, Affl.dec.45.

Legatum in teſtamento factum per vxorem viro de domo ob ſuaſiones, & preces viri an irritetur ꝓbatis ſuaſionibus,fuit deciſum,quòd ſic,& ità fuit legatũ quòad proprietatẽ tantùm annullatũ,Affl. dec.69.n.8.Boer.dec.101.n.4. Farin.in eius praxi crim. tit.de falſ. & ſimul.contract. q.161.num.58. Moter.dec.Arag.45.in reſpõſ.pro amita,p.1.n.59. *Reuer.P.Megala conſ.2.n.18. Decian.in tract.crim. tom.2.lib.8.c.7.ſub n.7.*

Legatum factũ à Presbytero cõcubinæ pro ſeruitijs præſtitis an debeatur, fuit iudicatũ,ꝙ probarẽtur ſeruitia,& ſecũdùm qualitatẽ ſeruitiorũ proportionabilitèr debeatur, Affl.dec.102. Viui.in ſylua commun.opin.in opin.205.donatio,n.9.Ant.Theſaur.dec.Pedem.111.Ricc.in collect.dec.149.nouiſſimè Polydor.Ripa in ſuis ſingul.obſeru. in 79. obſeru.num.4.Tiraq.l.ſi vnquàm,verb.donatione largitus,n.22. C.de reuoc.donat.Marcell.Calà in tract.de mod.articul.& prob.glo.vnica,§.2.n.804. Anchar.q.12.p.2.n.7.Bellac.inter com.opin.tit.de cõcub.n.2.*Alex.Trentac.lib.3.var.reſol.tit.de fideiuſſ.reſol.7.n.6.Borrell.in ſum.dec.to.3.tit.10.n.242.*

Legatum ſi ſit generalitèr factũ vſusfructus omniũ bonorũ quorumcunq. etiã ſupellectiliũ domus an cẽſeatur tantùm de ſupellectilibus teſtatorẽ cogitaſſe,vel de omnibus bonis,fuit deciſum, cogitaſſe de omnibus bonis, & ſucceſſiuè vſumfructum omnium bonorum ſpectare ad legatariã vxorem, Affl.dec.106.Baldaſſ.Bened.de iur.protho.in prin. Conſtit.n.24.Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.9. tit.3.nu.17.Borgn.Caualc.dec.Fiuiz.27.vol.3.n.9. col.1.*Iacob.Gall.I.C.Neap.conſ.69.nu.12. Gratian. diſcept.forenſ.c.912.nu.9. D.Reg.benemeritus Fab. Capyc.Galeota to.2.controu.13.n.14.*

Legatũ factũ Sanctis an debeatur Eccleſijs ipſorum Sãctorũ,vel Eccleſijs vbi corpora extãt,quãuis nõ ſint Eccleſiæ ſub eorum nomine ædificatæ, cõcluditur, & ità fuit exequutum,legatũ deberi Eccleſijs ipſorũ,cęterũ deficientibus Eccleſijs eorũ nomine dedicatis debetur alijs Eccleſijs, in quibus eorum corpora extabunt,Affl.deciſ.244.Genuenſ. in prax.Cur.Archiep.Neap.c.70.num.6.Maxill.in Cõſuet.Bari rubr.de ſacroſ.eccl. §.ſacroſãcta,n.5.

Legatũ fũdi factũ à teſtatore nepotibus quòad proprietatẽ,& poſt eius mortẽ quòad proprietatẽ,& vſũfructũ, cũ poteſtate capiẽdi ꝓpria authoritate poſt mortẽ teſtatoris,& ꝙ fũdus ſit liber ab hypotheca dotiũ vxoris,ſi per eoſdẽ nepotes viuẽte teſtatore fuerit capta poſſeſſio per plures annos, fructus tradẽdo eidẽ teſtãti,an cõfecto vltimo teſtamẽto,& inſtituta vxore,nulla facta mẽtione de fundo legato cenſeatur reuocatũ,fuit concluſum, ꝙ propter traditionẽ fundi factam per teſtatorem in vita dictorũ nepotum, & poſſeſſionẽ annorum quatuor, à quibus teſtator receperat fructus virtute reſeruationis factæ in teſtamẽto, illud legatũ trãſiuit in donationẽ inter viuos,& per conſequẽs reuocato illo primo teſtamẽto per ſecundum non cenſetur reuocata donatio inter viuos, Affl.deciſ. 275. Polyd.Ripa in eius obſeru.ſingul.obſer.148. Molfeſ.in addit.par.3.q.5.num,8.eius Comment.

Digitized by Google

ad Cōſuet. Hect. Felic. in alleg. 38. p. 3. D. Camil. de Laratha conſ. 58. n. 10. *Borrel. in ſum. dec. to. 3 tit. 10. n. 154 Rhenat. Koppin. de priuil. ruſtic. lib. 3. c. 4. n. 3.*

Legatum incertæ quantitatis à teſtatore promulgatum, & probatum per teſtem, & famam, ac per cōfeſſionem geminatam hæredis extrà iudicium an effectum pariat quantitatis per vnicum teſtē probatæ, licèt per alios non ſpecificatæ; fuit deciſum, quòd hæres teſtatoris tùm virtute vltimæ voluntatis, tùm quia concurrebant aliquæ coniecturæ, quòd teſtator ſenſerat de quantitate contenta in teſtificatione teſtis Patochi, & cōfeſſione matris, & hæredis defuncti mortuis ſine filijs, tum etiam quia feciſſet legata ad pias cauſas, & præſertim eidem legatariæ, quæ erat cōſanguinea, & paupera honeſtiſſima, illud ſolueret, & ſic fuit condemnatus hæres ad præſtandum pro anima defuncti eidem legatariæ quantitatem probatam per illum vnicū teſtem, alijs concurrentibus probationibus, ut ſupra, Affl. dec. 337. Gabr. lib. 1. de prob. concl. 1. n. 8. & 22. Viui. in ſylua cōmun. opin. in opin. 945. incip. teſtis unus, num. 2. Ant. Fab. in Codice tit. de prob. defin. 25. Peregr. deciſ. Patau. 35. n. 9. & ità ſimilitèr audiui ab Octauio de Maria meo colendiſſimo cognato, ac viro Lucretiæ de Thoro amātiſſimæ ſororis fuiſſe per Sacrum Conſilium condemnatum ad ſoluendum duc. 400. Ioannæ Pupatellæ, eo quòd pater ipſius dictam ſummam reliquerat in teſtamento, non tamen perfecto, deindè lacerato per conualeſcentiam ipſius, licèt id verificatum per aliquos teſtes, per Confeſſarij fidem, per diſpoſitionem filij vnius teſtatoris, qui legauerat duc. biſcentum eidem, & rogauerat conuētum ſibi cohæredem, vt & alios biſcentum daret, ſtante paupertate legatariæ, & vinculo conſanguinitatis, quam per multos annos in domo alimentauerat, referente Fuluio Conſtantio tunc Reg. Conſiliat. *Epiſc. Genuenſ. in tract. de Eccleſ. aliàs practicab. Eccleſ. q. 45.* Io. Bapt. de Thoro I.C.

Legatum dotis incertum an valeat; fuit deciſum, quòd ſic, Affl. dec. 371. nu. 1. 2. & 3.

Legatum ſi ſit factum mulieri, ſi caſtitatem ſeruauerit, ſi enim peccauerit, & poſteà virum duxerit an illud conſequatur; fuit deciſum, quòd ſic, Vrſill. dec. 36. ſub n. 2. Ricc. collect. dec. 1937.

Legatum factum à viro vxori in dubio an videatur factum animo compenſandi cum antephato, quia in contingenti caſu fuit relicta vxor vſufructuaria Domina, ob quòd alimenta tantùm debentur, fuit deciſum, vtrumq; deberi, ſcilicèt dotes cum antephato, ac alimenta prædicta, Vrſill. dec. 44. n. 19. & memini annis elapſis, & propriè die 7. Februarij 1605. ad relationem Cōſiliarij Scipionis de Curte per S. C. fuiſſe condemnatum Marium Scoppam V. I. D. tutorem Liuiæ Longhæ tunc pupillæ ad ſoluēdum quondam Zenobiæ de Petro vxori mei conſobrini Franciſci Antonij Salinas Regij Auditoris in Prouincia Calabriæ Citra, poſtmodùm in Prouincia Hydruntina ducatos biſcētum legatos à primo eius viro, in quo dicebatur, quòd ſi vxor ſua nuptui ſe tradere vellet, habeat ducatos biſcentum, ſubnectendo, ex quo de eius dotibus lis pēdebat, & nil habuerat, quaſi per viam donationis antephati, vt tutor putabat, & cōſecuta fuit vtrunquè, penès Chiateſem, nunc Turinū Thoro.

Legatum incertum licèt nō valeat, niſi probata quātitate, an procedat in dote; fuit deciſum, quòd ſic in S. C. ob quod fuit datus terminus in cauſa, vt mulier valeret quantitatem dotis probare relictā in legato dotis, de quo non apparebat inſtrumentum, Vrſill. dec. 337. n. 2. & 3.

Legatum dotis, vt matrimonium cōtrahatur, an poſſit conſequi legatarius, ſi nolit nubere, vel ſi Monaſterium ingrediatur, Sacrum Conſilium in occurrenti caſu de legataria effecta Monaca tertij Ordinis Sancti Franciſci condemnauit hæredem ad ſoluendum duc. 4000. legatos, quatènus autem tantùm aſcenderet paragium debitum eidem legatariæ ſuper bonis, & feudis peruentis ipſi hæredi, Capyc. deciſ. 204 Camill. Salern. in Conſuet. Si moriatur, §. eas autem, in addit. incip. monialis nō tranſmittit, fol. 100. Mangrell. ad Bar. in auth. niſi rogati, C. ad Senatuſconſ. Trebell. in princ. & infra verbo legatū, Aloyſ. de Leo l. Deo nobis, C. de Epiſc. & cler. n. 16. Borgn. Caualc. dec. Fiuiz. 1. p. 3. n. 10. Molteſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 16. nu. 12. Zerola in praxi Epiſc. verb. legatum, verſ. ad quintum, par. 1. Ricc. collect. deciſ. 1568. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 1. p. 1. nu. 59. & gloſ. 8 p. 1. n. 63 & 66. & clauſ. 6 gloſ. 2. p. 7. n. 14.*

Legatum ſi ſit relictum duobus ex pluribus hæredibus cū clauſula in codicillis poſita, videlicèt quòd ſi aliquid defecerit ad legatum hæredes mei teneantur, an per hoc cenſeantur omnes grauati, an ſolùm illi duo primò in teſtamento grauati; concluditur, teneri grauatos illos duos in primo teſtamento, & ità deciſum; conuētumq; ex pluribus in codicillis inſtitutum liberandum, Ann. in alleg. 12.

Legatum, quòd quis gaudeat tali fundo, comprehēdit proprietatem fundi, & trāſit ad hæredes, & ſic dicit fuiſſe diſcuſſum in S.C. Ann. in ſing. 304. legatum, Maſull. ad Capyc. dec. 188. n. 7.

Legatum factum à Barone Eccleſijs feudi de aliqua re an ſit deducendū in releuio; fuit deciſum, quòd ſic, quia in vtilitatē feudi redundabat habere Cœnobium, vel Eccleſiam, vt pretioſior Terra iudicaretur, Ann. in repet. Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, nu. 129. *Epiſc. Genuenſ. in tract. de Eccleſ. aliàs practicab Eccleſ. q. 52.*

Legatum dotis ſi ſit mulieri factum, an oportet, vt mulier nubat, vel intrando Monaſterium dicatur impleta conditio; fuit deciſum, quòd debeatur; Gramm. in Conſtit. In aliquibus, n. 25. Viui. in ſylua commun. opin. in opin. 229. dotis legatum, & ſuprà eod. verb. legatum.

Legatum ſi ſit factum à teſtatore alicui de aliquo fūdo, dùm etiam haberet ſtarciam, & in teſtamento eſſent poſiti confines ſtarciæ, an debeatur ſtarcia, vel fundus, concluditur, deberi fundum, quia dùm de corpore conſtat, error in finibus non vitiat, & è contra, & ità in contingenti caſu determinatum fuit, Paris de finib. feud. in c. incip. an ſi erratum ſit in finibus, in fin. fol. 163.

Legatum vxori factum à teſtatore omnium, & quorumcunq; bonorum mobilium, & ſupellectilium ſuæ domus an comprehendat ea, quæ erant extrà domum, Affl. dec. 359. ponit dubium, licèt non referat deciſionem, tamen Loffred. in conſ. 43. conſideratis ijs miratur de Affl. & in fine conſilij exponit, deciſum fuiſſe in Conſilio contra legatariā, & in fauorem hæredis, vt non comprehendantur bona mobilia extrà domum poſita.

Legatum ſi ſit factum, vt diſtribueretur certum quid inter pauperes poſt mortem teſtatoris, an poſſit fieri diſtributio in vita; non fuit deciſum, quamuis concludatur, id fieri poſſe, Franch.dec.706. Ricc. collect.dec.769. & in prax.eccl.dec.400.n.4.

Legatum dotis factum mulieribus proximioribus de aliqua familia an requirat conſanguinitatem, vel ſaltem includat primò conſanguineas, & poſteà alias de familia; fuit in Sacro Conſilio iudicatum, quòd poſt mulieres de linea admittãtur mulieres conſanguineæ, & poſt illas aliæ de familia, ſeù de quarterio, Lanar.conſ.53.plures de hoc negotio, & Mautauu.alleg.20.n.2.

Legatum pauperi præſtitum ob paupertatem an ceſſet, ſi eidem fuerit collatus à S.P.Epiſcopatus; cõcluditur, q; non ceſſet, immò deberi, vt per Fab.de Ann.conſ.21. & ſi regula, & in Apoſtill. in 2.vol. conſil. impreſſa, incip.audiui aliquos, qui magis, &c.inquit in verſ.caſus 21. fuit deciſus in fauorẽ, referente D.Pompeo Salernitano.

Legatum an extinguatur, quando ex pecunia legata res emitur, quæ non eſt in libero commercio, dum fuiſſet legatum factum filiæ ſecundogenitæ certæ quantitatis à patre, cum pacto, quòd ſi debitor vellet tot annuos introitus ſeudales de re, recipere debuiſſet, & facta receptione prædicta primogenita præuia legati extinctione aſſeuerabat, legatum rei prædictæ vti ſeudale ad ſe ſpectare; fuit per Sacrum Conſilium determinatum, quòd cedere debuiſſet introitus cum aſſenſu imperrando per ſecundogenitam, aut ſolueret in pecunia, Minad.dec.33. Perectus.

Legatum factum filiæ decem mille ducatorum, ſi nupſiſſet Nobili Neapolitano ex conſenſu duorum amicorum, an ſit præſtandum per hæredem, ſi filia nupſiſſet alteri ſpretis amicis; fuit in S.C. concluſum, decem millia non aliter deberi, ſed legitimam, quia patris conſilium rationabile fuerat, nec cogitauerat impedire nuptias, ſed facere honeſtiores, nec aliter dotem legaſſet, Minad. in Conſt. In aliquibus, in 6.notab.n.17.in fin. & 18, Ricc.collect.dec.1568.Paſchal.in tract.de vir.pat. pot.p 3.c.1.n.11. *Maia conſult.21.n.6.*

Legatum ſi ſit relictum vxori ſub nomine appellatiuo, ſi moritur vxor, & aliam duxerit maritus, qua accepta mortuus eſſet, non reuocato primo teſtamento, an hæc ſecunda vxor habeat alimenta, determinat Cremenſ.ſing.218. quòd non, ſubdens, quòd ſi filij ſint non eiuſdem matrimonij, ſed alterius an habeat locum conſuetudo Bulgari, & determinat, quòd non, contrarium tamen fuit determinatum in contingẽti caſu, Iacob.Anell.de Bott. ad Bar.in l.Titia, §.Titia, ff.de leg.2.

Legatum vxori factum à viro alimentorum an cenſeatur compenſari cum debito vſusfructus dotiũ, ſi hæredes viri non reſtituerint dotes infrà tempus, ad quarum vſumfructum tenentur; concluditur, quòd non, quia legatum alimẽtorum confunditur, & cenſetur factum animo compẽſandi cum debito, & ità fuiſſe ſepiùs iudicatum in S.C. refert Ant.Capyc.in Conſuet.Heredeſq; mariti, in Apoſtill.in verb.quid ſi maritus, quamuis Apoſtill. ad marginem ibidem aſſerat, aliter fuiſſe iudicatum in S.C.in anno 1553. eũ citat Aloyſ. de Leo l.cùm quidam, nu.55. C.de iur.dot.& ſup.eod.ver.legatum.

Legatum liberationis debiti relictum in teſtamento an debeatur, ſi fuerit contra teſtamentum oppoſitum, teſtamentum fuiſſe conditum à teſtatore tempore, quo non erat ſanæ mentis, & id probatum per tres teſtes, licet ex aduerſo oppoſitum verificatum, tàm ex Notarij depoſitione, quam ex aliorum teſtium depoſitionibus, & id potiùs ex febris caliditate proceſſiſſe, non tamen tempore confectionis teſtamenti, quamuis ſigna furoris non erãt exorbitantia, & teſtes contrarij id poſt decẽnium depoſuiſſent; vnde hæredes ſcripti cauſam teſtati ad cauſam inteſtati reducere intendebant ad excludendum legatarium; Circumſcriptis rationibus hinc indè adductis per S.R.C. fuit abſolutus legatarius ab impetitis per hæredes, & ſic in fauorem teſtamenti, & legati, Camill.Borrell.in cõſ. 44. Magnificus Pompeius, & n 41.ponit deciſionem, *& in ſumma deciſ.tom.3.tit.22.n.132.*

Legatum factum mulieri, vt nubat eius conſanguineo, & ſi ſecùs fiat, careat legato, an debeatur ſi conditio illa non adimpleatur, latiùs diſcutitur iſte articulus nouiſſimè per Andr.Molfeſ.in conſ. 12.impreſſo poſt Comment.ad Conſuet.Neap.& tandem ſub num.31.tradit relata cauſa in Collat. Cõſil.fuiſſe iudicatum, licet ipſi legatariæ alium virum ducere, ſtante exploratione eius voluntatis declarantis, alium velle ducere, & ità commodum legati conſequuta fuit, non obſtante tali conditione appoſita, Ricc.collect.dec.1568. Paſchal.in tract.de vir.pat.pot.p,3,c.1.n.18.

Legatum vſusfructus omnium bonorum viri reſoluitur in alimenta filiis exiſtentibus, & ità deciſum in S.C. referente Io.Andr.de Georg. in cauſa Mineruæ Ferſaræ cum Thoma Mrugha, Andr.Molf. in Conſuet.Neap. p.6.q.11.n.1.& 2. in addit.

Legatum factum à teſtatore eius debitori ad quod tenebatur, animo compenſandi factum iudicatur; nam debitum hæredis incepturum poſt mortem defuncti reputatur debitum defuncti, quòad hoc ut defunctus cenſeatur animo compenſandi cum illo; & ità deciſum in S.C. And.Molf.in Commẽt, ad Conſuet.Neap.p.6.q.11.n.34 & 35.in addit.

Legatum dotis, alimentorum, & antephati non cenſetur animo compenſandi factum cum intereſſe, ex coniecturata mẽte teſtatoris, per quam uoluit, utrunq; deberi, & ſic fuit deciſum in S.R.C. referente Io.Thoma Veſpulo Reg.Conſiliar.in cauſa Iſabellæ de Tolſa cum Duce Ebuli, Andr.Molfeſ. in Conſuet.Neap. p.6.q.11.n.39.in addit.

Legatum factum à uiro uxori pro obſeruantia lecti uidualis de feudis, cum conditione, quòd hæres infrà ſex menſes ratificaret codicillum ipſum, & ſuper eo interponere aſſenſum, & ſi talis diſpoſitio effectum ſortiri non poterit, legauit duc.120. mil.an debeatur ſaltim in æſtimatione prædicta, ſi per hæredem non fuerit infrà tempus elapſum, ratificatum, immò impugnata uoluntas teſtatoris, prætextu capitulationis priùs factæ, in qua conuentum erat, quòd tàm inter viuos, quàm in vltima uolũtate non poſſet in fauorem filiorum procreandorum diſponere, nec directè, nec indirectè, niſi pro ſumma duc.4000.in uaſſallagium, exceptis feudis in hæreditate remanſis, etiam cum aſſenſu Regio; fuit iudicatum in fauorem legatariæ, ex cumulatis per Reg.de Põte conſ.77.nullam, uol.2.

Legatum æſtimationis feudi factum à matre ſecundoge-

dogenito debetur deducta legitima in beneficiũ primogeniti, & ità deciſum in Reg. Cam. Summ. & Collat. Conſil. Reg. de Ponte conſ. 75. Princeps Biſiniani, n. 29. vol. 2.

Legatum mulieri factum conditionalitèr, ſi nupſerit, vel monacabitur, an debeatur, ſi ipſa legataria cęlibem vitam elegerit, ſe Tertiariam S. Frãciſci efficiendo; concluditur, nõ deberi, & ſic iudicatum in M.C.V. in cauſa hæredũ Antonini Palombæ, vt refert Paſchal. in ſuo tract. de vir. pat. pot. p. 3. c. 2. n. 27.

Legatum rei feudalis cum omnibus iuribus, iuriſdictionibus, &c. an ſub ſe contineat bona burgenſatica cum ipſo feudo incorporata; fuit deciſum iũctis omnibus Tribunalibus in cauſa Regis Poloniæ ceſſionarij Annę Reginę cũ Io. Vincẽtio Pappacoda affirmatiuè, vt teſtatur Io. Andr. Georg. in alleg. 50. in princ. quem citat, & ſequitur Anell. Amat. in conſ. 6. n. 42. contra conſ. 63. Io. Franc. de Ponte tunc Regentis.

Legatum annuum relictum an tranſmittatur ad hæredes, etiã ſi ſub aliqua conditione iàm purificata diſpoſitum fuerit, quæ indè defeçerit, & ſi perpetuò relictum fuerit, dùm anni cuiuſlibet initium intuẽdum ſit, ac in facto liquido apparebat, teſtatorem legaſſe Titio duc. 100. ſoluendos tertiatim de infinito ad infinitum, cõditione adiecta, vt moriente legatario prædicto abſq; filijs legitimè deſcendentibus vſumfructum dumtaxàt haberet, cũ itàq; ipſe legatarius deceſſiſſet relicta poſthuma, quæ poſt paucos menſes ſimilitèr deceſſiſſet, matre ſuperſtite legatum ſibi deberi prætẽdente ob legati perpetuitatẽ cauſatam per conditionis exiſtentiam, & ſucceſſiuè tranſmiſſibile effectum ad hæredes; fuit deciſum contra hæredem legatarij, abſoluendo hæredes teſtatoris ab impetitis per S.C. penès Cantonũ, in cauſa Anelli Amati V.I.D. cum hæredibus Auguſtini Prouincialis, vt idemmet Anell. Amat. in conſ. 34. Clericus Dominicus poſt longam articuli diſputationem concludit, deciſionemquè refert, *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 2. c. 10. n. 22.*

Legatum ex certa re præſtandũ, ſi res ipſa minuatur an paritèr onus iniũctũ minui debeat, per S.C. fuit cõmiſſus calculus, penès Galter. in cauſa illorũ de Galluccio, vt refert Anell. Amat. cõſ. 37. diſpoſuit.

Legatum factum alicui mulieri an compẽſari poſſit per hæredem cum debito viri mulieris, non tamẽ neceſſario; deciſum fuit negatiuè, ſed legatũ deberi, in cauſa Iuliæ Salernitanæ cum hæredibus quondam Antonij Saluij, D. Camill. de Laratha in conſ. 55. in materia.

Legatũ ſi ſit factũ deſcendentibus filijs ex Berta pro eorum maritagio an filiæ fęminę deſcendentes ex linea fęminina veniant in legato maritagiorum facto deſcendentibus ex Berta, & ſic in infinitum, condito teſtamento per q. Bapt. Ametranum fratrem vtrinquè coniunctum Iuliæ, & Altabellæ de Ametrano meæ auiæ paternæ, poſt inſtitutionem hęredis ſuorum bonorum factã in beneficium Sacri Hoſpitalis S. Mariæ Annũciatæ de Neap. inter cętera legauit omnibus deſcendentibus ex Iulia, & Altabella ſuis ſororibus tẽpore maritagij duc. 100. pro qualibet filia fęmina, & licèt ad deſcendẽtium maſculorum fęminas legatum prædictum abſquè difficultatę fuerit præuijs ſententijs S. C. conceſſum ad relationem Regiorum tunc Conſiliariorum Caroli Fęnicei, Io. Thomæ Veſpuli, & Fabij Riccardi, tùm reſpectu meæ familiæ de Thoro deſcendentis ex Altabellæ filijs maſculis, tùm ex familia de Caſo deſcendente ex linea maſculina ipſius Iuliæ, vt patet in proceſſu deſupèr agitato, penès Chiareſe, nunc Turinum Act. Magiſt. Difficultas tamen orta fuit, ſi etiam ad deſcẽdentes ex linea fęminina ipſarum Iuliæ, & Altabellæ legatumq; prædictum concedi deberet, ità vt in tali diſpoſitione fęminæ ex fęminis deriuatæ, & deriuandæ in futurum veniant; quanquàm certiſſimum in iure ſit expreſſum, deſcendentium appellatione comprehendi omnes in infinitum cuiuſcunq; gradus, inquit Alex. cõſ. 160. n. 3. lib. 2. & propterea non ſolùm maſculi, ſed etiam feminę appellatione deſcendentium veniunt, Loffred. conſ. 39. n. 9. Dec. conſ. 222. n. 1. conſ. 364. nu. 1. & 5. conſ. 413. n. 5. Gozad. conſ. 20. n. 8. Oſaſch. dec. 23. nu. 38. Reg. Valenz. conſ. 97. n. 138. Paſchal. de vir. pat. pot. p. 4. c. 9. n. 34. Peregr. de fideicommiſſ. art. 25. n. 8. & art. 19. n. 11. quia cùm ſit hæc dictio, deſcendentes, communis, extenditur in infinitum ad omnes poſteros, Socin. ſen. conſ. 51. nu. 2. quia eſt collectiua, ſubnectit ibi nu. 11. An autem ſicuti fęminæ deſcendentes ex maſculis comprehenduntur, vt inquit Vezin. inter commun. opin. tit. de verbor. ſignif. nu. 20. Peregr. de fideicomm. art. 26. num. 23. ità & fęminæ ex fęminis, vt eſt caſus, de quo quæritur, quem tangit Socin. ſen. in dicto cõſ. 51. in princ. ità concludens, vt comprehendantur, niſi fideicommiſſi verba repugnarent, vt in caſu ab eo citato, de quo latiſſimè per Peregr. in dicto art. 26. vel ſtatuti diſpoſitio vrgeret in ſucceſſionibus, vt in caſu Putei dec. 143. p. 2. aut in dignitatibus, vt in caſu Alex. cõſ. 125. n. 5. lib. 7. ſed cùm ſimus in legatis fauorabilibus pro ſubſidio maritagiorum, ſecùs eſſe videtur, quia in hoc nullum ius reſiſtit, propterea admittuntur omnes vtriuſq; ſexus in infinitum, ad quod facit ſolemne votum Martæ 12. vltrà DD. citatos, Maur. iun. alleg. 20. ſed meliùs Alex. conſ. 160. vol. 2. & in legato iuris patronatus ſic concludit Gemin. in c. ſtatutum 2. de hæret. in ſexto, & ſic in pluribus cauſis filiarum de Grandatio deſcendentium ex Victoria de Thoro filia ipſius Altabellæ, & filiarum Liuiæ de Thoro ſimilitèr filiæ dictæ Altabellæ, ac aliarum filiarum de Caſo deſcendentium ex linea Iuliæ Ametranæ; fuit per S.C. ad relationem dictorum Regiorum Conſiliariorum deciſum in eorum fauorem, penès Turinum, & Carbonum Act. Mag. cum dicto S. Hoſpitali S. Mariæ Annunciatæ de Neap. Io. Bapt. de Thoro I.C.

Legatum factum filiabus debentibus maritari, intelligitur de filiabus, quæ primùm nubere debent, non de viduis, Tiraq. in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignif. in regula, n. 113. & ſic deciſum fuit per S.C. in anno 1548. referente tunc Regio Conſiliar. Minadoo in cauſa Lucretiæ de Summa, vt refert Marcell. Maur. in alleg. 20. cauſa iſta, in princ.

Legatum alimentorum vxori relictum à viro an compenſari debeat cum alimentis debitis vigore Conſuet. Neap. ad puncti enucleationem contra vxorem hæc breuitèr allegata fuerunt per Aloyſiũ Bonocorde in iure; Cõſuet. Neap. Hæredes, de

iur. dot. diſpoſuit, dari tarenũ pro qualiber vncia dotium ſecundis ſex menſibus anni, & pro alimẽtis deberi dictum reditum, dixit, quòd ſi nõ dixiſſet, non teneret, ex quo ſaperet vſuram, (etiam ex cauſa pietatis prohibitã, c.ſuper eo, c. quia in omnibus, de vſur.) & itá dixit Abb. loquẽs in ſtatuto in c. ſalubritèr, de vſur. n. 5. verſ. & faciunt hæc ad quæſt. qui allegat Io. de Ligna. in clem. 1. eod. tit. tenentẽ, ſtatutum, q; dentur vxori octo, vel decem pro centenario pendente reſtitutione dotium nõ tenere, Feli. in c. cõſultationibus, n. 1. de off. deleg. Iaſ. §. fuerat, n. 19. verſ. an autem valeat ſtatutum, Inſt. de act. dicit, cõmunitèr ſic teneri per DD. nec in conuentionẽ deduci poteſt, q; ſoluatur pendente dilatione certũ quid per viã intereſſe, niſi fieret habito reſpectu ad fructus rei vẽditæ, latè Aymõ conſ. 189. col. 4. verſ. quartus caſus eſt, vol. 1. nã intereſſe non datur antè moram, l. ſi traditio, C. de act. empr. l. ſtipulationes nõ diuiduntur, verſus fin. ff. de verb. obl. & pendẽte dilatione nõ datur mora, vt ibi per eũ, allegat Corn. in cõſ. 59. lit. E. verſ. ſed reſpondetur, vol. 3. Aret. conſ. 157. in fin. dixit communem opinionem, & vſumfructũ dotis non competere mulieri, niſi pro alimentis tantùm, vel pro intereſſe paſſo, refert Affl. fuiſſe deciſũ in S.C. dec. 284. ſtatutũ verò iubens dari pro alimẽtis certã ſummã pro quolibet centenario eſt validum, itã Abb. & Felin. in loc. præalleg. Socin. conſ. 180. n. 7. vol. 2. licèt Paul. de Caſtr. in l. diuortio, n. 7. ff. ſolut. matr. dixerit, mulierem peccare, ſi habet vndè ſe alat, & percipiat lucrum dicti ſtatuti, ideò nõ eſſe vſurariũ reditũ per dictam Conſuet. vxori datum, quia pro alimẽtis datur, teſtatur Napod. in verb. tarenũ vnũ, dùm dixit, illam eſſe emanatã ad tollẽdum dubium iuris cõmunis, an debeat vidua ali ab hæredibus viri, ſi dictum interuſurium pro alimentis competit vxori, quæ eſt alimentata dictis ſex menſibus, ergo nõ debentur, verùm ſi ex legato viri alimenta relicta, & vtrunq; deberi, alimẽta ſcilicèt & interuſuriũ ex aduerſo affirmetur, vtiq; tale legatũ animo compenſandi cũ interuſurio ex dicta Cõſuetudine debito factã, eſt reſpondendũ, ſtante q; eſt debitum neceſſarium, ex l. municipali procedens; legatum .n. compenſatur cum debito, neceſſario, l. ſi cum dote, §. ſi pater, vbi notãt omnes DD. ſol. matr. l. creditorem, de leg. 2. Affl. dec. 44. n. 9. & legatum alimentorum compenſari cum alimẽtis de iure debitis, dixit Alex. l. diuortio, nu. 28. ff. ſol. matr. ſequitur Bal. in l. ſi donaturus, §. fin. in princ. ff. de cõdit. cauſ. dat. alimẽta de iure communi dentur infrà annũ vxori viduæ, & non vltrà, DD. in d. l. diuortio, poſt annũ detur intereſſe dotiũ, vel damni emergẽtis, vel lucri ceſſantis, vt per Alex. & alios ibi, Conſuet. noſtra taxauit alimenta debita infrà annum, q; præſtentur ad rationem tareni vnius pro qualibet vncia pro ſecũdis ſex mẽſibus, vndè ſicut legatum compenſatur cũ alimentis de iure debitis, itá cum hoc interuſurio, ſeù ijs alimentis à Conſuetudine taxatis, in hoc nõ video differentiam, & præſumendum eſt, teſtatorem voluiſſe cõpenſare, & nõ grauare eius hęredẽ duplici onere, l. Titia cum teſtamento, §. qui inuita, ff. de leg 2. In hoc interuſurio debito infrà annum pro firmo teneo, legatũ alimentorum nõ operari, cùm ex diſpoſitione Conſuetudinis debeatur, ſitq; debitũ neceſſariũ, verùm ꝑ interuſurio debito poſt annum legatum operabitur, & vtrunq; debetur, ea potiſſimum ratione, nam tunc debitum eſt voluntarium, cùm ſit promiſſa dotium reſtitutio ex dotali inſtrumento, elapſo anno hæredes viri ſunt in mora tacita à lege inducta, vt in d. §. exactio, & in mora expreſſa per diem appoſita in inſtrumento, vndè legatum alimentorum hoc ſecundo caſu non compenſabitur cum interuſurio poſt annum decurſo, quod eſt debitum voluntarium, d. l. creditorem, cum alijs, & hac ratione creditur, S.C. fuiſſe motum ad iudicandum, non compenſari legatũ in cauſa Hæredum Io. Thomæ Veſpuli, & benè; ſed tandèm facta relatione in eodem S.C. per Regium tunc Conſiliarium Iacobum Ancllum de Boctis fuit deciſum contrarium, ijs non obſtantibus, vt vtrunq; debeatur, in cauſa Illuſtris Comitis Briatici cum Delia . . . vt habui ex vol. allegat. mei chariſſimi quondam Fabij de Falco, quæ quidèm deciſio concordatur cum alia conſimili relata per Vrſill. dec. 44. nu. 19. vt ſuprà eod. verbo, vbi hæc non reperiuntur allegata. Thoro.

Lectus vidualis, ſimilitèr veſtes lugubres, & paramenta nigra viduis debita poſt mortẽ viri debentur, maximè vbi conſuetudo de hoc vigeret, Caualc. de vſufr. mulier. relict. nu. 200. an debeantur vidua ipſa ad ſecundas conuolante nuptias) & ſucceſſiuè ad illorum reſtitutionem, quatènus deberentur, & ſi indiſtinctè in Ciuitate iſta Neapolitana vxoribus viduis dentur ueſtes lugubres, & magnis Dominis etiam panni lugubres, etiam pro parandis cameris, & etiã lectus uidualis, & ſi hæredes renuerint dare, roguntur, ut refert Præſ. de Franch. dec. 413. n. 2. de quo in eodem meo Compendio uerbo ueſtes lugubres, ubi alios citaui, & hoc fundatum eſt ex iuris diſpoſitione ex authoritate Doctorum citatorũ per ipſum de Franchis, attamen per tranſitum ad ſecundas nuptias, ſi intrã annum luctus tranſiret uidua, eas amittere opinatur Molf. in Conſuet. Neap. p. 6. q. 11. n. 27. quoniam ueſtes illæ cenſentur accommodatæ illi uiduæ, donec, & quouſq; in uita uiduali permãſerit, & ſucceſſiuè facto tranſitu per eam ad ſecundas nuptias, ceſſat illa conditio; quia finitũ eſt tempus commodati, & ſuccedit obligatio reſtituendi illas ueſtes, ut ex mente Couarr. Vrſill. & Sanch. comprobat, ſed utcunq; ſit eo ipſo, quòd lectus uidualis cum alijs ueſtibus lugubribus petitus eſſet tẽpore uiduitatis, facta indè conuolatione ad ſecũdas nuptias elapſo anno adhùc debentur, attenditur enim tempus habile uiduitatis, & itá in facti contingentia iudicatum fuit per Sacrum Conſilium in cauſa Aluinæ de Stephano cum hæredibus quondam Lucæ de Thoro mei patrui, referẽte tunc Regio Conſiliario Marco Antonio de Põte, penès Amatrudam Actorum Magiſtrum. Et iterùm in cauſa quõdam Zenobiæ de Petro vxoris V. I. D. Franciſci Antonij Salinas mei conſobrini cum hæredibus quondam Scipionis Longhi, referente Regio tunc Conſiliario Scipione de Curte, in Banca Chiaieſe, nunc Turini in anno 1605. & ſic de alijs indifferentèr iudicatur, ſed an teneantur eas reſtituere, vltrà Barboſ. in l. quæ dotis, nu. 81. in 3. limit. ff. ſolut. matrim. vide Vrſill. dec. 315. nu. 3. & Maſull. ad Capyc. dec. 24. Ann. in ſing. 591. cum addit. vbi plures allegat, & meliùs eundem Molfeſ. in addit. ad d. q. 11. nu. 27. qui te-

nct;

net, quòd ſi infrà annum luctus tranſiret ad ſecũdas nuptias mulier, teneretur, ergò ſecùs elapſo anno,& quãuis in dies caſus iſte euenire poteſt,& euenit, non tamen adhùc audiui, fuiſſe talem reſtitutionem factam,nam ſi dantur etiam ſacto trãſitu ad ſecundas nuptias, vt dixi,& cẽſentur quodammodò donatę,immò in pecunia,ſicut deciſum fuit in citatis caſibus, quidquid dixerint Aufrer. & cęteri relati per Caualc. de vſufr.mul.relict.nu. 200. *Garſ.de expenſ.c.8.nu 41.Nunt.Pell.cc,in Conſuet.Auerſa.c.3.n.498. nouiſsimè D.Reg.Rouit.cõſ. 97. ponit aliam deciſionem, & iterùm fuit idem deciſum die 10. Iulij 1630. in cauſa Virgiliæ Peronto cum D. Franciſco Iordano tutore Aloyſij Iordani, in Banca Sarri.*Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Leges, ſeu Extrauagantes Henrici Imperatoris an locũ habeant in Regno Siciliæ;concluditur,quòd ſic,ex rationibus cumulatis per Capyc.dec.130. à n.50.ad 53.

Legitima an filio inuito pater aſsignare poſſit, non fuit deciſum,ſed proceſſum ad vlteriora in cauſa, ſalua diſcuſsione facienda ſuper prædictis,Frãch. deciſ.133. Fab.de Ann.in addit.ad ſing.531. eius patris, Peregr.in tract.de fideicomm.art.36.n.16. Reg. Tap.in auth.Ingreſsi,verſ.ſua,c.3.n.21.C.de ſacroſ.eccl.Paſchal.in tract.de vir.pat.pot.p.2.c.3. n.72.*Merlin.in tract. de legitima,lib.5.tit.3.q.1.n.12.*

Legitima filio debita ab hærede cõcurrẽte creditore hæreditatis, non tamẽ liquido an debeatur pẽdente diſcuſsione eius crediti,præſtita cautione per filium; non fuit deciſum,quamuis cõcludatur pro filio,Franch.dec.127. Maſtrill.deciſ.Sicil.64. n.7.Ricc.collect.dec.105. Paſchal.in tract.de vir. pat.pot.p.2.c.4.n.19.Hector Felic.alleg.38.n.4.& ſeq.*Borrell.in ſumma deciſ.tom.3.tit.16.n.102.*

Legitima auiæ præteritæ debita in bonis nepotis an ſit tertia totius,vel tertia tertiæ; fuit deciſum,eſſe tertiam tertiæ, Franch.dec.63. Peregr.in tract.de fideicomm.art.38.n.13.verſ.contrariam,cum allegat Reg.de Ponte conſ.68.nu.4.vol.1. & declarat hanc deciſionem, annuens, quòd S.C.non determinauit punctum, ſed ex præteritione matris tenuit teſtamentum nullum, & conſequentèr,quòd ſuccederetur ab inteſtato, & ſic mater cum filijs admitteretur,tamen ibi nu.1.inquit,in occurrenti caſu fuiſſe deciſum per S.C.legitimam matris eſſe tertiam totius,Aſcia determ.22.num.3.cum citat, Theſ.dec.Pedem.172.nu.4.Ricc.collect.dec.105. & 1369.Maynar.dec.Tholoſ.11.p.5.faciunt congeſta hic per Viſcont.in addit.nouiſſ.ad Franch. *D.Reg.Rouit.I.C. ſolertiſsimus dec.22.nu.9.& 16. Io.Franc.Papar.in praxi iudic.rubr.ſuper petit.legit.n.3.*

Legitima an competat matri in bonis filiæ decedentis relicta filia naturali; fuit deciſum, quòd non, Frãch.dec.47. Borgn.Caualc.dec.Fiuiz.9.p.3.nu. 22.Paſchal.de vir.pat.pot.p.2.c.1.n.39.& c.4.n.52.

Legitima an debeatur nepoti ſubingredienti in locũ matris renũciantis hæreditati paternæ,attẽta dotatione tunc congrua ſuper bonis auctis tempore mortis aui exiſtentibus; fuit deciſum, quòd non, & ideò fuerunt conuẽti abſoluti, Gramm.dec.57. Vrſill.dec.161.n.7.Michael Craſſ.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.§.legitima,q.3.nu.9. Peregr.in tract. de fideicomm.art.52.n.93.Reg.de Ponte in tract. de poteſt.Proreg.tit.9.in princ.nu.12. Cannet.in extrauag.ſi aliquem, §.ſed quãtum,& §.nihilominùs,& §.ſed quid ſi,Molſeſ.in Comment.ad Conſuet.Neap.p.3.q.7.n.6.& ſeq. & in addit. Ricc.in collect.deciſ.13.*D.Conſil.Scipio Theodorus vir doctiſsimus alleg.35. num.39. ac etiam optimus Reg. D.Franciſcus Merlin.controu.forenſ.c.3.n.4.Caſtill. dec.Sicil.189.n.5.p.2.*

Legitima an debeatur matri in bonis filij vltimi moriẽtis,ſtante ſubſtitutione ſub nomine collectiuo; fuit deciſum,quòd ſic,Affl.deciſ.38.Alex.Trentacinq.in tract.de ſubſtit. p.2.c.16.

Legitima an competat filiæ in bonis paternis; fuit votatum,quòd filiæ competat legitima ſuper Caſtro paterno pro dote de paragio, quæ eſt tertia pars eius, quam habitura fuiſſet ab inteſtato, ſi ſuccederet ſuper dicto Caſtro,Affl.deciſ.76. Bellon.conſ.83.n.12.Ricc.in collect.dec.105.

Legitima cõpetens ſorori in bonis fratris inſtituẽtis turpem perſonam quãta eſſe debeat: fuit concluſum, & deciſum, eſſe quartam partem portionis, quam habitura fuiſſet ab inteſtato, Affl.dec.204. nu.4.vbi latè Vrſill.Ann.in ſing.506.Ricc.collect. dec.105.Rendina recept.ſent.tit 63.n.11.Anchar. q.60.p.2.& q.12.n.4.& 6.p.1. *Maynar.dec.11.lib.5. Rendina in promptuar.iuris,tit.63.de legitima,n.11. Blaſc.in memorab.16.nu.22.Alex.Trentacinq.var. reſol.lib.1.tit.de legitima,reſol.3.n.13.*

Legitima an debeatur agnatis,ſi facta inſtitutione per patrem, & ſubſtitutione pupillari, vt Eccleſia ſuccederet,excluſis agnatis,factoq; caſu ſubſtitutionis licèt videatur dicendum,q̃ nõ,ſicuti mater excluditur etiam à legitima ob ſubſtitutionẽ pupillarem,ità erat dicendum in caſu iſto,propterea quia alio iure agnatis debetur legitima matri, & alio iure agnatis debetur medietas bonorum antiquorum,ideò non fuerunt excluſi,Affl.dec.310. Franch.dec.411. Molſ.in Comment.ad Conſuet. Neap.p.2.q.23.n.4.& 5.tradit,nouiſſimè deciſum fuiſſe in conſimili caſu, matrem excludi à ſucceſſione filij ob pupillarem ſubſtitutionem,& p.3.q. 2.nu.2. Ricc.collect.dec.105. Giurb.dec.Sicil.11. nu.13.Mart.de iuriſd.p.4.caſu 5.nu.28.Paſchal.in tract.de vir.pat.pot.p.1.c.9.nu.8. *Barbat.de diuiſ. fruct. p.2.c.3.n.240.& ſeq.*

Legitima competens filiæ de bonis maternis, & paternis ſi poſt matrimonium in hęreditate paterna obuenerit aliquod feudum,vel bona ex præterito cauſam habentia an augeri debeat:fuit deciſum, quòd non,& vltrà Affl.dec.382.latiùs ibi diſputãdo proſequitur Vrſill. & in fine refert, ſecundùm eandem deciſionem fuiſſe iterùm deciſum in S.C. ſed contrariũ,quòd debeatur, annuit Franch.dec. 61.n.11.& nu.18.quod optimè declarat Peregr.in tract.de fideicomm.ar.36.num.22.& 24.Io.Andr. Georg.in alleg.40.ſi in patrocinijs,nu.8. vbi n.34. annuit,deciſionẽ Affl.procedere in augmento extrinſeco,& fuit contrarium deciſum ſequentibus temporibus alleg.Vrſill.ibi in addit.& Franch.vbi ſuprà,Ricc.in collect.dec.626.& 105.*Alex.Trentacinq var.reſol.lib.1.tit.de legitima,reſol.2.num.3. Merlin.de legitima,lib.5.tit.3.q.7 nu.8.Cancer.var. reſol.to.3.c.21.n.159.Mangil.de imput.q.9.ſub n.27. Lal.Caput.in Conſuet.Si moriatur p.2.§.6.n.11.*

Legitima in bonis paternis an cõpetat ſorori ex pſona fratris,ex qua debeat detrahi de feudo,in quo ſolus primogenitus ſuccedit, & viuitur iure Fran-

corum; fuit deciſum contra ſororem pro legitima, & computatione feudi, Capyc.dec.2.licèt Fab.de Ann.in conſ.25.n.28.reprobet opinionem Capyc. ſubdens, eſſe veram quoàd corpus feudorum, non quoàd valorem, Iacob. Thomin.dec. Lypſiæ 2.per tot. Franch.dec.15.nu.5. Theſaur.lib.2.quæſt.forenſ.q.76.n.6. *Merlin.dec.126.n.1.poſt tract.de legitima, ac etiam Iul.Cæſ.Gallupp.in docta methodo feud.p.3.c.4.n.45.*

Legitima relicta à patre ſecũdogenito alijs filijs hæredibus inſtitutis quãtum eſſe debeat, & an in taxatione, ſeù cõputatione filiæ feminæ faciant partes, ſtante Conſuet.Neap. quòd ſtantibus maſculis filiæ feminæ non ſuccedant, ſed debeant dotari de paragio, omnibus opinionibus circũſcriptis fuit per S.C.deciſum, legitimam ipſam ſtante numero filiorum ſex, & trium feminarum eſſe ſextã decimam partem bonorum hæreditatis patris, in cuius hæreditatis computatione, & dictę legitimę deductione habeatur ratio de dotibus datis tribus ſororibus eorundem fratrum filiabus patris in vita ipſius, Capyc.dec.158.à nu.1.ad 7.& deciſ.211.in fin. Franch.deciſ.549. & Ann.in ſing.214. filia, Gabriel.lib.6.de legitima, concl.2.Craſſus de ſucceſſ.ab inteſt.§.legitima, q.7.n.4. Fab.de Ann.in conſ.25.nu.42. Minad.in Conſt.In aliquibus, in 7.notab.nu.11.Io.Iacob.Maſull.in addit.ad iſtam deciſionem Capyc.poſt nu.3.affert, aliàs in S.C.in ſimili caſu idem fuiſſe deciſum, Molfeſ. in Comment.ad Conſuet.Neap. p.4.q.17.n.2.vbi n.3.tradit aliam deciſionem nouiſſimam S.C. & q.17.num.31. *Borrell.in ſumma deciſ.tom.3.tit.4.n.333. Fontanell.de pact.nupt clauſ.10.gloſ.1.p.2.n.36.*

Legitima an debeat aſſignari filio à patre in vita diſſipãti bona; fuit deciſum in occurrenti caſu, quòd non, Ann.in ſing.531.tex.in l.Imperator, tamen ibi Fab.de Ann.in addit. concludit, tutius eſſe ipſa in contrarium adducta procedere in alimentis, vt ibi per eum, quamuis poſteà in cõtrarium fuerit deciſum, vt poſſit filius per implorationem Iudicis officij legitimam petere patre diſſipãte bona, vt refert Vrſill.dec.393.n.2. & dec.86.n.6.cum citat Petra ad Capyc.dec.56.verſ.iuxtà l.lis nulla, & dec.158.in princ.Molfeſ.in Conſuet.Neap.p.3.q.1.in addit.n.4.

Legitima quamuis minui, neq; tolli poſſit, tolli tamẽ poteſt per ſubſtitutionem pupillarem, & ob id in contingenti caſu fuit in S.C. deciſum, vt ſubſtitutus à filio in pupillari ætate poſſit grauari etiam in legitima, & illud, quod directè fieri non poteſt in perſonam filij, vt grauari non poſſit, poteſt fieri per obliquũ in perſonam alterius, vt refert Franc. de Amic.in tit.de ijs, qui feud.dar.poſſ.§.& veniẽdo ad primam, ſub num.25.col.3.verſ.ſed notetis vnum caſum, fol.200.Molfeſ.in addit.ad eius Cõment.ad Conſuet.Neap.q.19.nu.6.de nouo viſus me citat hic.

Legitima filio, vel filiæ debita an diminuatur diminutis bonis hæreditariis, ità vt poſt mortẽ defuncti intereſſe, ſeù tertiæ decurſerint in damnum hæreditatis in beneficium creditorum, fuit in S.C. deciſum, quòd tertiæ, vel intereſſe decurſæ poſt mortem de uncti non noceant filiæ in liquidatione, Lanar.conſ.70.n.9.

Legitima debita alicui filiæ ſuper aliquo officio an liquidari debeat inſpecto tempore mortis teſtatoris, ità quòd augmentum temporis debeat cedere lucro poſſeſſoris, & non filiæ, præſuppoſito, quòd debeatur in pecunia, & non in corpore; concluditur ex multis rationibus, ipſam deberi in corpore, cuius augmentum ex tempore cedere filiæ debet, & non poſſeſſori; fuit tandèm deciſum in S.C. iunctis Aulis, legitimam eſſe tertiam partem officij vnà cum fructibus à die mortis patris, Io.And. de Georg.in alleg.40. ſi in patrocinijs, vbi nu.37. ponit deciſionem, Ricc.in collect.dec.632.Anell. Amat. in conſ.38.n.9.

Legitima, quæ conſiſtit in pecunia an debeatur vnà cum fructibus à die mortis tantùm, reuocata donatione, ſeù dotatione per titulum de inofficioſo; fuit deciſum, quòd ſic, Fab.de Ann. in pract.obſeruat.obſeru.5. vidi quandoquè.

Legitima debetur filiæ de bonis maternis exiſtente fratre maſculo, iuxtà Conſuet.Si moriatur, vbi gl. verſ.maternis, etiam quòd non probetur Conſuetudo prædicta, & ità audiuiſſe pluriès fuiſſe iudicatum etiam per ſententiam Regis, affirmat Affl. in Conſtit.In aliquibus, n.49.

Legitima an ſit ſubiecta Conſuet.Neap.diſpoſitioni, quemadmodùm ſucceſſio, & donatio; cõcluditur, quòd ſic, quia eodem iure veniunt, & ità iudicauit S.C. in contingenti caſu nouiſſimè relato per Andr.Molfeſ.in Comment.ad Conſuetud.Neap. p.2.q.19.n.12.

Legitima cõpetens filio ſuper bonis patris an ſit deducenda ex quartà bonorum viri vxori debita; fuit concluſum, quòd non, Franch.dec.318.

Legitima an poſsit prohiberi, ſicut trebellianica; fuit deciſum, quòd non poſsit prohiberi in S.C.in cõtingenti caſu, vt refert Mich.Zappul.in Commẽt. ad pragm.5.§.8.ſub n.16.de Adminiſtr.Vniuerſit.

Legitima matris an ſit tertia totius, vel tertia tertiæ; fuit in S.C.deciſũ, quòd ſit tertia totius pro Hippolyta de Roſa cum Io.Dominico Milone, penès Scodes, Flau.Amend.ad Franch.dec.63.in fin.eãdem deciſionẽ refert Paſchal.in tract. de vir. pat. pot.p.2.c.4.n.45.& ſuprà eod.verb.legitima.

Legitima in feudalibus bonis primogenito debita an ſit deducenda feudo integrè legato; fuit deciſũ in S.C.in cauſa Marchionis Lauelli eſſe deducendam in beneficium primogeniti, Io.Vinc.de Ann. in alleg.126.n.22.& in rubr.de vaſall.decrep.ætat. n.256. Reg.de Põte de poteſt.Proreg.tit.de refut. feud. §.2.ſub n.28.

Legitima an ſit detrahẽda per hæredem extraneum inſtitutum à filio ſimilitèr à patre inſtituto cum onere ſubſtitutionis, vt hæreditas illius eo decedente abſq; filijs legitimis, & naturalibus deuolueretur ad fratrem inſtituentis: ſucceſſo caſu ſubſtitutionis fuit deciſum negatiuè per S.C. vt dixì ſuprà in verbo immiſsio, ex conſ.1. Anell.Amat. & in conſ.80.legitimæ vol.1.latiùs materiam ipsã cum deciſione proſequitur.

Legitima, ſiuè alia portio debita ex hęreditate alicuius ſi cõtingerit poſt mortem teſtatoris damnum in hæreditate prædicta, ob quod minueretur, an paritèr minui debeat; concluditur affirmatiuè, at cũ ad ſubterfugiendum deciſionẽ puncti aduerſa pars offerret pretium rei hæreditariæ, ſuper qua legitimæ, ſiue portiones debebantur fuit per S.C. iũctis Aulis prouiſum, quòd hæres faceret depoſitum pro reliquis portionibus debitis infrà certũ

tem-

Digitized by Google

tempus, quo ſiquidèm ela pſo Actores pro eorum portionibus in poſſeſſionem hæreditariæ rei immitterentur, & ità exequutum, dùm conuentus præferri noluiſſet, penès de Viuo Act. Anel. Amat. conſ.46. prolata olim, vol. 1.

Legitima an detrahi poſſit per filium onere fideicõmiſſi grauatum, ſi ſimpliciter fuerit eius detractio prohibita à teſtatore; fuit deciſum in fauorem filij, vt poſſit legitimam detrahere in S. C. in cauſa Chriſtophori de Arazola cum hæredibus Prudẽtiæ Arazolæ, in Banca de Longo, Anell. Amat. cõſ. 75. donationem, n. 23. vol. 1.

Legitimatio an fieri poſſit à patre in præiudicium agnatorum ipſis non citatis, concluditur ex mente Napod. quòd non in Ciuitate Neapol. & ob id per S. C. in occurrenti caſu fuit deciſum, patruum poſſe ſuccedere in bonis paternis, iuxtà Conſuet. Neapol. non obſtante legitimatione nepotis ab eius patre facta, Vrſil. dec. 195. n. 5. & dec. 386. n. 6.

Legitimatio facta à Subſtituto, ſiue Locumtenente Viceregis alicui legitimato an valeat; fuit deciſum, quòd ſic in caſu occurſo in cauſa Achillis de Capua cum Sedile Nidi, & ſic pro validitate legitimationis factæ à Comite Sanctæ Seuerinæ ſubſtituto à D. Carolo della Noy Regni Prorege, Reg. de Pon. conſ. 55. vol. 1. non videõ, nu. 55. & in caſu illius conſilij refert, fuiſſe iudicatum in fauorem Petri Exarchez contra Fabritium Mormile, idem Reg. in tract. de pot. pror. tit. 7. §. 6. n. 13.

Legitimatio, vel diſpenſatio dicitur, quando quis nõ eſſet habilitatus ad feuda, nec ad officia, & quòd ſi extaſſent legitimi non potuiſſet habere pluſquã legitimus; quarè præſupponebatur, quòd legitimatus erat clericus in minoribus beneficiatus, & quia vitium erat indiſpenſabile per Principem ſecularem in radice matrimonij; fuit concluſum, quòd exceptio illa non facit, quòd dicatur diſpenſatio, ex quo ſuccedit poſt natalium reſtitutionẽ, atq; plenariam perſonæ habilitationem, & ità dicitur eſſe legitimatio, vndè non obſtat, quòd non poſſit diſpenſari in radice matrimonij, quoniam licèt dicatur tunc pleniſſima diſpenſatio, non tollitur, quin ſit plena legitimatio, item quòd nulla erat neceſſaria diſpenſatio, ex quo, abſq; aliqua diſpenſatione clericus etiam beneficiatus poteſt matrimonium contrahere, licèt ipſo iure vacent beneficia, Minad. dec. 34. dubitatum, *Conſil. Theodor. alleg. 18. n. 56.*

Legitimatio filij limitatiuè facta, vt ipſe filius non poſſit ſuccedere, niſi in eo, quod patri placuerit ei relinquere, an valeat, & ſucceſſiuè ſi fuerit inſtitutus à patre cum onere fideicommiſſi an poſſit detrahere trebellianicam, & legitimam, attento tenore legitimationis ità peractæ; fuit per S. R. C. determinatum contra filium legitimatum, in cauſa Io. Bapt. Catanei cum Philippo Spinula, vt refert Philip. Paſchal. in ſuo tract. de virib. patr. pot. p. 2. c. 4. n. 131. vſq; ad n. 142. vbi nu. 197. & ſeq. poſuit allegationes vtriuſq; partis.

Legitimatus cum clauſula (abſq; præiudicio venientium ab inteſtato) an ſi pater ab inteſtato ſuccedat, iſte legitimatus excludat proximiores, qui debuiſſent defuncto ſuccedere, ſi legitimatio non adeſſet; concluditur per Capy. dec. 22. cum prima opinione illorum dicentium, quòd iſte legitimatus nedùm ex teſtamento, ſi inſtitueretur, verùm etiam ab inteſtato ſuccedat, excluſis venientibus ab inteſtato, cum declaratione Alex. dicentis, q́ quando hæc clauſula adiecta non fuiſſet patri, alijs filijs legitimis, & naturalibus ſuperſtitibus decedenti, iſte legitimatus vnà cum dictis filijs ſucceſſiſſent ab inteſtato, tamen clauſula iſta operabitur, quòd ſi pater ipſe ſuperextantibus dictis filijs legitimis, & naturalibus decederet, iſte legitimatus non ſuccederet ab inteſtato, niſi inſtituatur, vndè ſecundùm eum ab inteſtato excluderetur à fratribus, eis verò non exiſtentibus excluderet tranſuerſales, & agnatos, Gabr. lib. 6. de legit. concl. 8. n. 3. Gamm. dec. Luſit. 268. n. 4. Ric. in collect. dec. 652. & 108. *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. q. 9. num. 2.*

Legitimatus an admittatur ad fideicommiſſum, & quid ſi fuerit filia fœmina an cenſeatur eſſe de familia; in vno caſu exiſtente filia legitima, & naturali cum maſculo legitimato per reſcriptum Principis fuit prælata fœmina, & ità deciſum in occurrenti caſu, vt refert Fab. de Ann. in conſ. 106. in hac cauſa, in princ. ſed quando eſſet è contra, vt putà filia fœmina legitimata per reſcriptum Principis, vt erat caſus, de quo quærebatur, ſic deberet admitti ad ſucceſſionem fideicõmiſſi, dùm teſtator vocauerat omnes de familia deſcendentes ab ipſa, & licèt dicatur eſſe de familia; fuit per S. C. deciſum contra iſtam filiam fœminam legitimatam, abſoluendo conuentum, & hoc ea ratione, quia legitimatio fuerat quòad bona quæſita, & quærenda tantùm per patrem filiæ legitimatæ, at bona, de quibus agebatur, erant ad ipſum peruenta ex prælegato materno, & ſic non vibebantur quæſita per ipſum, ſed ex ſucceſſione obuenta, vt ibi Ann. nu. 25. ponit deciſiones, Molf. in Conſuetud. Neap. p. 2. q. 10. vbi in principio allegat Apoſtillã ad Conſuet. Et ſi teſtator, in princ. f. 172. referentem, in cauſa Ioannellæ Golino cum Catharina Cercella pariter fuiſſe per S. C. deciſum in fauorẽ Agnatorum contra legitimatos.

Lena de lenocinio inquiſita nulla mercede pro eo recepta, exiſtente cognitione cauſarum penès Iudicem meretricum, & lenarum an ſit eidem Iudici remittẽda lena, ſi fuerit capta à M. C. V. fuit deciſum, quod nõ, Franch. dec. 68. Caball. reſol. crim. cent. 2. caſ. 123. & 171. Ric. in collect. dec. 163. Viſcon. hic in add. ad ſaturitatem, idem Ric. collect. dec. 1795. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 2. c. 10. n. 23. *doctiſſimus Conſil. Carleual de iudicijs, tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. q. 6. ſect. 8. n. 695.*

Læſio enormis colligitur regulariter, quando eſſet facta in ſexta parte quantitatis pretij rei venditæ, vel tranſactæ, ex regula Bar. in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorũ, ff. pro ſoc. iuncta l. vndè ſi neruas, eod. tit. licèt alij voluerint, q́ hoc ſit Iudicis arbitrio, remittendũ cũ nõ ſit à lege determinatũ, per gl. in §. pretium, Inſt. de contrah. empt. & quòd iſtæ ſunt principales opiniones, quæ magis communiter tenentur à DD. & gl. ſecundùm vtranq; erit iudicandum, & ità fuit iudicatum in S. C. in cauſa Magnif. Vincentiæ Capuanæ contra Hieronymũ Ottonum eius virum de anno 1589. Act. Fontana, vt refert Aloy. de Leo in l. interpoſitas, C. de tranſact. n. 4.

Læſio quæ nàm requiratur in reſciſſione contractus venditionis facti per Fiſcum, concluditur plurimis autho-

authoritatibus, læſionem vltrà dimidiam eſſe neceſſariam, & ità fuiſſe iudicatum in Reg. Coll. Conſ. fatetur Reg. de Pont. in tract. de pot. proreg. tit. 4. de regal. impoſ. §. 5. nu. 3. & 4. *Ant. de Amat. var. reſol. tom. 1. reſol. 38. n. 21.*

Læſio in ſexta parte in venditione rei factæ ſub haſta ſufficit, ex doctrina Bart. l. ſocietatem, ſ. arbitrorũ, ff. pro ſoc. & ſecundùm hanc Bart. deciſionem indifferentèr fuit iudicatum, teſte Vrſil. ad Afſl. dec. 340. eum citat Reg. de Pon. in tract. de pot. prot. tit. 4. de regal. impoſ. §. 5. nu. 8. & iterùm in R. C. S. in læſione vltrà ſextam in cauſa hæredum Andreę Sageſij, in Banca Eugenij, Anell. Amat. in conſ. 87. intentio, *Ant. de Amat. var. reſol. tom. 1. reſol. 38. in fin.*

Læſio vltrà dimidiam iuſti pretij qualitèr probetur, ità quòd non ſat ſit teſtes dicere, quòd res valuerat tantùm, & plus, & quòd etiàm ſi in minimo læſio deficeret, quòd non detur reſtitutio, & ſic antiquitate temporis concurrente, S. C. determinauit, conuentos abſoluendos eſſe, vbi pauca quantitas ſufficiebat ad faciendam læſionem vltrà dimidiam, & proindè fuerunt abſoluti, quia nõ erat læſio vltrà dimidiam, Vrſill. dec. 322. n. 9.

Libellus alternatiuè conceptus ab Actore, ſi per reũ fuerit oblatus vnus ex duobus adimpleri, an ſit admittendus; non fuit deciſum, Gramm. deciſ. 68. Muſcat. in prax. S. C. p. 1. gl. petitur, n. 68. lib. 1. Ric. collect. dec. 1828. *Cancer. var. reſol. to. 3. c. 17. n. 295.*

Libellus continens duo remedia poſſeſſoria .ſ. adipiſcendæ, & retinendæ poſſeſſionis an valeat tãquàm continens ſub ſe duo contraria .ſ. interdictum quorum bonorum, & interdictum reſtituendæ; fuit deciſum, valere talem libellum, nec remedia ipſa eſſe contraria, Afſl. dec. 118. Gramm. dec. 79. n. 12. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 1. n. 91. & remed. 4. nu. 504. Fuſc. ſing. 46. lit. I. *Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 1. c. 3. nu. 51. Surd. conſ. 273. nu. 35. vol. 2.*

Libellus in iudicio porrectus per creditorem conuenientem filium debitoris vti aſſertum hæredem, an iudicetur ineptus, vt non procedat, cùm creditor agens cõtra filium alicuius ex debito paterno debeat facere mentionem, quòd ſit hęres; aliàs libellus ſit ineptus, nec ſufficiet allegare, & probare, quòd ſit aſſertus hæres; fuit concluſum, quòd dictus libellus non procederet, Capy. dec. 70. n. 1.

Libellus debet continere ea, quæ in iudicio petuntur, & non iudicatur, niſi ſuper deductis in libello, nam ſuper deductis in articulis tantùm nõ fertur ſententia; in caſu occurrenti erat libellus generalis, in quo erat dictum, quòd quidam fuerat ſpoliatus à paſcuo ſyluarum in grauaminibus contentarum, & in articulis verificau erat, fuiſſe ſpoliatum à paſcuo, tàm porcorum, quàm aliorum animaliũ, & licèt ſententia debebat eſſe conformis libello, tamen ob generalitatem ipſius fuit iudicatum in R. C. & lata ſententia porcorum tantùm cauſam annuens, deindè fuit lata ſententia circa animalia, Ann. in ſing. 312. libellus, Muſcat. in prax. S. C. lib. 1. gl. petitur. n. 68. & Ric. dec. 5. n. 2. *D. Reg. Merlin. contron. forenſ. c. 34. n. 15.*

Libellus duplex, & implicitus ſi contineat contraria, ſeù actiones contrarias, & incompatibiles an in eo admittatur alternatiua propter probabilem agentis dubitationem; concluditur, quòd ſic per tex. in l. 1. §. quod autem, ff. quor. leg. & ità fuiſſe deciſum in S. C. in contingenti caſu tradit Maſull. in add. ad Capy. dec. 140. num. 4. in fi. Ric. collect. dec. 1828.

Libellus æſtimationis iniuriæ an admittatur; fuit in M. C. V. plurięs deciſum, quòd ſic, Grãm. in Conſt. Varietates, n. 3. eum citat Baiar. ad Clar. §. iniuria, n. 46. Maſtrill. dec. Sicil. 153. n. 6. latè de hac materia per Farin. in eius prax. crim. tit. de var. ac diuerſ. crim. q. 105. inſpect. 2. à n. 35. & ſeq.

Libellus an pluriès mutari poſſit, concluditur, quòd non; niſi bis, tamen in cauſa magnæ importantiæ fuit ſepties libellus mutatus, quod fuit in practica receptum, & ità audiuiſſe fatetur Bologn. l. edita, nu. 28. C. de eden. in fin. & hoc agendum erit iuxtà tradita per Afſl. dec. 60. in fi. vt ſuprà, verb. contractus ſimulatus.

Libellus continens duo remedia contraria an ſit admittendus, vt pura ſi dixerit aliquis, peto hæreditatem, declarato nullo aſſerto teſtamẽto, & ſi quid eſt peto legitimã; fuit deciſum, quòd libellus procedebat. Primò, quia duo remedia etiam contraria poſſunt conditionalitèr, & ſubordinatè proponi. Secundò, quia iſta remedia tendunt ad diuerſa ex diuerſa cauſa, non ex eadem ſcriptura; quia legitima non petitur ex ipſo teſtamento, ſeu ex voluntate teſtatoris. Tertiò, quia euitatur circuitus, Minad. dec. 31. in cauſa.

Liberatio à creditore ſi ſit facta vni ex correis de debito, pro quo ſententiam obtinuit an poterit alter correus condemnatus opponere exceptionem liberationis, ſeu pacti, vel exceptionem cedendarum in exequutione ſententiæ cõtra creditorem; concluditur, exceptionem pacti non obſtare creditori, poſtquàm pactum fuerat perſonale, nec paritèr militare exceptionem cedẽdarum, poſtquàm correus liberationem eodem contextu acceptauerat, Franch. dec. 476. Molf. in comm. ad Conſuet. Neapol. tit. de renunc. q. 8. nu. 28. *D. Reg. Rouit. dec. 47. & D. Reg. Capyc. Latro dec. 112. n. 27.*

Liberationem an conſequatur debitor ſoluens curatori alicuius mediante decreto confirmato, ſi pecuniã ipſam curatrix ad ſuum commodum cõuerterit, non alitèr ex conuentione habita inter curatorem; & debitorem, item nullo accedente decreto Iudicis ſuper ſolutione facta; quàmuis de dicta pecunia eſſet factum depoſitum, & per Iudicem prouiſum, quòd ſtante depoſito fiat retrouenditio, hoc eſt in beneficium debitoris; fuit iudicatum; quòd ſic, Reg. de Ponte conſil. 83. hæc cauſa, vol. 2.

Liberi poſiti in conditione an cenſeantur vocati, cõcluditur iuxtà communem concluſionem, quòd non, quàmuis faciant deficere fideicommiſſum, & ità in S. C. fuiſſe deciſum tradit Ann. in allegat. 134. n. 4. & 5.

Libertati priſtinæ an reponẽdus ſit Apoſtata laicus, qui cũ eſſet in minori ætate à Turcis captus fidẽ Catholicam abnegando ſe circumcidi paſſus fuit, potiùs timore, quàm voluntariè, & ſi demùm ad patriam voluntariè reuerſus, præuia abiuratione, remiſſionem ab Eccleſia conſequutus fuerit. Caſus iſte cùm annis elapſis contigiſſet in perſonam Vincẽtij de Pocoſanci de Terra Beluederij Prouinciæ Calabriæ Citrà inquiſiti de crimine Apoſtaſiæ perſcrutari, poſtquã per Collaterale Conſilium

lium condemnatus fuerat ad perpetuam ſeruitutem,& ſeruus declaratus, ſicuti per decretum apparebat in proceſſu fol.29.demum interpoſita reclamatione ex infra dicendis concludebatur per eximium tunc cauſæ patronum quond. Fabium de Falco meũ benemeritum patruũ, ipſum eſſe à ſeruitute perpetua triremium abſoluẽdũ, ac priſtinæ libertati reponendum. Et primò,cùm talis condemnatio proceſſerat abſq; termino,nõ aliter datis defenſionibus, quæ ſiquidem defenſio,cum ſit de iure naturali,tolli non potuit, clem.paſtoralis, de re iud. Bald. & cæteri in l. vt vim, ff. de iuſt.& iur. Item pro crimine Apoſtaſiæ quis proprie non efficitur ſeruus, etenim bonis omnibus ſpoliatur, & omne ius legitimum ab eo abdicatur, vt habetur in Conſt. Apoſtatantes, vbi proindè dixit gloſ. Marini in verbo omne ius,ꝙ eſt quaſi ſeruus,quomodò ergò fuit declaratus,& condemnatus vt ſeruus,ſi non eſt propriè ſeruus. Secũdò,& ſi talis inquiſitus Apoſtaſiam in iudicio confeſſus fuerit,vt ex eius depoſitione conſtat f.23. adhùc talis confeſſio intelligenda erit cum grano ſalis, attentis conditionibus,& qualitatibus ipſius, poſtquã ipſemet fatus fuerat ore tantùm, non corde fidem renegaſſe, quo caſu accedente metu, & cruciatu Turcarum,quæ præſumuntur de iure, cùm ſit difficilis probationis,maximè cùm ſit geſta apud inimicos Turcos,ſufficiunt coniecturæ,& iuramentũ proprium,facit tex.in l.præſenti,§.ſicubi, C.de ijs, qui ad Eccl.confug.ibi,de ſua ẽt conſcientia ſatiſfacere,ſtari profectò debet iuramento noſtro de ijs,quæ dependũt à voluntate noſtra, gl.in cap.ſignificaſti,el 2.de homicid.Iaſ.in l.cùm quædã, nu. 11.ff.de iuriſd.omn.iud.qui ait,ꝙ valdè nota,quia poſſes quẽ euadere in practica à pęna mortis,& ſi à dolo quælibet cauſa excuſet,gl.in l.plagij, C.ad leg.Flau.de plag.Boer.dec.168.n.11.Dec.cõſ.170. poſt n.2.Iaſ.in l.ſi quis id,ꝙ,n.35.ff.de iuriſd.omn. iudic. & voluntas, & propoſitum diſtinguunt delicta,& maleficia,l.qui iniuriæ,ff.de furt.ſubſequitur,proindè,ꝙ circũſcripto dolo ſtãte metu prędicto non ſit locus pęnæ, metus .n. etiam ex coniecturis probatur, Cyn.in l.quod in carcerem, C. ꝙ met.cau.Alciat.de præſump.in 7. præſump.n.3. in add.in reg.3.& ideò negari non põt,quin iſta acerba captiuitas,& iuſtus metus illatus à Turcis ſaltim excuſationẽ præſtet, gl.in c.1.§.itẽ ſi delator, quæ fuit prim. cauſ.beneſ.amitt. vbi Affl.Præpoſ. & cęteri,nã paria ſunt aliquid fieri per metum,vel per probabilem ſuſpitionem metus, Ang.in l.metum,ff.quod met.cauſ.quò fit,vt cùm ore tantùm, non corde fidẽ abnegaſſet,non verè apoſtata dici poterat,quãquàm mortalitẽr peccaſſet,ſecundum B. Antonin. in ſum.2.p.tit.12. c.6. quẽ refert Affl, in Conſt. Apoſtatantes à Fide Catholica,n.9. tex. eſt in can. non ſolũ,vbi gl.11.q.3.& ex conſequẽti pęnam non meretur, cùm verè delictum punibile non reperiatur, quoniã oporteret dolo, & voluntariè illud eſſe commiſſum,Bar.in l.1.§.1.ff. ſi quis teſt.lib.eſſ.iuſſ.fuer. verſ. iuxtà hoc quæro,Bald.in l.data opera,verſ.item ſi ſtatutũ,C.qui accuſ. non poſſ.& ſicuti ſuprà dictũ eſt,in hoc ſtandũ erit iuramento ipſius,ſi ore tantũ,non corde abnegauerit,cùm igitur difficilis ſit probationis,nec illas afferri potuit, propterea de facto ſuo cũ tortura interrogãdus erat,ſicuti in ſeruis fit, iuxtà l.interrogari,vbi Salyc.C.de qſt.l.edictũ,C.eo. Rurſus cõfitens delictum cũ aliqua qualitate, puta homicidium ad ſui defenſione,pro verificatione qualitatis torqueri põt,Bald.in l.vnica,C.de confeſ. Lanfranc.in cap.quoniam contra, in verbo confeſſiones,verſ.iuxta præmiſſa quæro, de probat. cùmq; magis ad torturam ſit deueniendum in ſubſidium deficientibus probationibus, vt dixit Paul. Caſtr. in l.ſi quis in hoc genus,C.de Epiſc.& Cler. Bald. & Alber.in l.obſeruare,C.quor.appell. non recip. Gramm.qui alios allegat in voto 2.n.6.veruntamẽ cum deficerent probationes,torturæ omninò ſtandum erat. Tertiò,dato quòd crimen Apoſtaſię verè commiſiſſet,adhuc attenta eius minori ætate, non pęna ordinaria, ſed mitius. Iudicis arbitrio puniri debebat,l.auxiliũ,§.in delictis, ff.de minor. Gramm.dec.23.n.12.laudatiſſimè Iul.Clar.lib. 5.§.fin. q.60.in 1.& 2. col. & minor ætas ex ipſius aſpectu clarè colligebatur, vt optimè probat Bart. in l. de ætate,n.6.in fin.& n.8.ff.de minor.25.ann.l.minor 25.ann.ex aſpectu,ff.eo. & quamuis tempore depoſitionis dixerit,eſſe annorũ 24.in circa, vt f.23. vt hic videatur concludere,eius captiuitatẽ fuiſſe in 18.anno ſuæ ętatis,hoc ex ſuo aſpectu erroneũ euidentèr apparere põt, exiſtente etiam fide de ſua minori ætate,deducta in proceſſu f.15.quo caſu falſa, & erronea confeſſio veritatẽ mutare nequit,vt notat Paul.de Caſtr.in l.cũ falſa,C.de iuris, & facti ignorant.vlteriùs quãdo verum eſſet,prout non eſt,ſua confeſſio vtiq; non concludit ætatẽ completam annorũ 18.nàm dixit in circa, & ideò ad hùc minor erat,Nam Conſt. Regni Minorũ iura requirit, ꝙ annus 18.ſit completus,vt quis maior dicatur,& ſtante tali minori ætate mitiùs cum eo agendũ erat; Accedant inſupèr ignorantia ipſius,& reuocatio confeſſionis, quæ veritati non præiudicant, l.error, C.de iuris, & facti ignor. per fidẽ Vniuerſitatis præſentatam omninò vti minor iudicandus erat. Quartò,ad elucidationẽ eius confeſſionis,quòd non corde,ſed ore tantùm abnegauerat fidem, clarificatur ex eius receſſu, poſtquã iſte pauper quamprimũ occaſione habita à Turcis aufugit,& ſpõtanea voluntate ad Chriſtianos conuolauit,& hoc duplicitèr oſtenditur. Primò,ex informatione Curiæ capta per Commiſſarium Illuſtr. Comitis Briatici,vbi inter cæteros teſtes Fiſci vnus depoſuit,ꝙ iſte Vincentius ſtatim arma depoſuit,& profeſſus fuit,ſe Chriſtianum,ꝙ vtiq; magnum eſt argumentũ ſuæ ſpontaneæ reuerſionis. Secũdò demonſtratur ex fidibus productis f. Comitis Conuciaroni, & Didaci Lopez Commiſſarij f.16. & 17. ex hoc .n. reddituſ ſubſequuto declaratur,qualis fuerit animus in præcedentibus, vt per DD.in l.ait pretor,ff.de priuil.cred.l.aut facta, §. euentus, ff. de pęn. & vltrà hoc ſe reconciliauit cũ Sancta Matre Eccleſia, vt patet ex fide Reuerendiſs. Archiepiſcopi Conſentini f.18. Immò ex eodem proceſſu liquet,per ſimiles fides aliũ conſimilem ſeruum condemnatum pro eodem crimine fuiſſe nouiſſimè conſultũ per R.C.S.fore libertati reſtituendum;eſſet .n. res mali exempli,vt redeuntes ad fidem pęna aliqua afficerentur, ſicuti iſto pauperrimo cõtingit,qui poſt biennalem carcerationem per aliud ſeptennium remigauit,exẽplum .n. ſcilicet Eccleſiæ imitandum eſſe decet, quæ nulli gremium claudit, l.inter claras, C. de

Sum.

Digitized by Google

Sum. Trin.& fid.Cath. gloſ.in auth. vt non luxur. contr.natur. princ.& demum attenta delicti antiquitate omnis pęna ſubleuanda, & facinus venia concedenda erit, l.ſi diutino, ff.de pęnis,& ità patrocinante eodem I. C. præſtantiſſimo Fabio de Falco fuit inquiſitus ipſe liberatus, & priſtinæ libertati repoſitus, ſub auſpicijs quond.olim Circūſpecti Regentis Io. Franciſci de Ponte Marchionis Paculæ, & ſic exequutum, vt collexi ex alleg. vol.dicti quond.mei patrui Io. Bapt.de Thor. I.C.

Libro mortui an fides adhiberi debeat circa ſolutiones per eum factas, ſtante qualitate bona Scribētis, ac veritate Scriptorum in libro cōprobata per alias ſcripturas,& Banci ſolutiones; fuit per S. C. deciſum, quòd ſic, & ità in fauorem pupillarum conuentarum ſuper promiſſione dotis facta per eorum patrem, dùm alitèr probare non poterat, Gramm.in conſ.ciuil.158.redemptoris gentium, *Paul.Duran.dec.Roman 49.n.10.to.1.*

Licentia conceſſa à Rege vaſallo, vt poſſit exire à Regno pro negotijs ſuis peragendis an operetur exemptionem vinculi fidelitatis, & iuramenti ligij; concluditur, quòd non, Affl.dec.307. a nu.18. vſq; ad 26.vbi Vrſill.num.15.& ſeq. latè exornat, Phanu.de inuent.p.6.n.38.

Licentia impetrata pro ſiumentis deferendis ad Infideles, intelligitur pro vnica delatione tantùm, cùm ſit odioſa, Capy.dec.150.n.4.

Licentia exercendi actus Doctorales in Regno, nempè conſulendi, utraq; interpretandi, officia gerēdi, & potiſſimùm Aduocādi in Tribunalibus ipſius an concedi debeat Clerico beneficiato, qui poſt cōpletum ſtudium Neap. per annos quinque Romæ ſe cōferens, Doctoratus gradū ibi aſſumendo, poſtmodū reuertens dimiſſo clericali habitu Aduocationis muneri incumbere voluerit. Cùm igitur Auguſtinus Caputus Coſentinus Patritius miræ eruditionis Neap. ſtudijs legalis peritiæ per quinquennium operam dediſſet, & ad gradū Doctoratus aſcendere voluiſſet vti clericus, ac beneficiatus meliùs ſibi cōſulens, Romam ſe contulit, ibiq; Doctoratus dignitatem conſequutus fuit in anno 1616. indè Neap. appulſus dimiſſo clericali habitu poſt certos menſes, vt ſuis, & aliorū negotijs, & litibus vacaret, licentiam exercendi ab Excellentiſſimo Prorege expetijt, per quē commiſſa rei diſcuſſione Regio Conſiliar. tunc Proregenti Cæſari Alderiſio, Almi Collegij Vicecancellario. Dubitatum fuit, ſi deferēdum eſſet petitioni propoſitæ, obſtante vltima nouella Pragmatica Comitis Lemēſium iunioris in tit.de Scholar. doctoran. quam ponderat Reg. Rouit. in pragm.2. eod. tit.n.2. qua cautum eſt, Doctoratos extrà Regnū, ſi ſint Regnicolæ, & ſtuduerint in Scholis Regni nullo modo gaudere debere priuilegio Doctorū, & præſertim Aduocationis munere, & propterea attenta diſpoſitione d. pragm. ac aliarū præcedentium ius ei obſtare videbatur, c.cùm perſonæ, de priuil.in ſexto, prætereà dolo carere non cenſebatur per contrauentionem dictæ pragmaticæ alibi ſe doctorando; in delictis .n. dolus ſaltim genericè ineſſe dicitur, Tiraq.de pęn.cauſ.14.n.3.is .n. ex facti qualitate demonſtratur, & probatur, Affl. in Conſt. Qui doloſè.n.6. ad euitandum examen Almi Collegij Neap. alibi ſe contulit, ſic .n. agunt Doctores ignari, & illiterati, qui vt plurimū graduantur extrà Vniuerſitatem ſtudij generalis, inquit Staphil. in tract. de literis gratiæ, tub. de prerog. exped.&c. §.circa tertiam, n.41. & ſi dicatur, talem pragmaticam eū non afficere vti clericum, & ſucceſſiuè non valēre, quemadmodū ſtatutum excludens clericos à Collegio Doctorū non valet, Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cler. in 2. effect. n. 434. & proindè Doctor, qui iuriſdictionem habet, in Scholari non clerico ceſſat, auth. habita, vbi Bal. col.8. notat, C. ne fil. prò patre; attamen quotiès ſtatutūm laicorum, cuius ratio euidētèr tenderet ad finem rationabilē, & communem, tūc tam clericos, quàm laicos comprehenderet, ſubdit indè Graſſ. loco citato, nu.166.& 177. hinc videmus in Almo Collegio Neap. nonnullos clericos Doctores, immò Prælatos participare de emolumentis Collegij, & alijs prærogatiuis, & priuilegijs potiri: Ex aduerſo aūt dicebatur, nullatènus in fraudē Regiæ Pragmaticæ feciſſe, eo quod clericus erat beneficiatus, & nullū intereſſe habere poterat, tùm quia vti clericus interdictū ei erat Aduocationis munus in cauſis prophanis, ex traditis per Affl. in Conſt. Aduocatos, nu.2. de quo extat particularis prag.2. de poſtul. ſimilitèr & officia gerere, Frāch. dec.470. tùm quoq; quia cum eſſet de Regno, ad Collegij numera admitti nō poterat, ſicut Neapolitani, & inſupèr ex prohibitione facta ab Excellentiſſimo Prorege eidē Almo Collegio, ne procederet ad doctorandū Scholares; qua de re ſibi expedire potiùs viſum fuit Romę doctorari, vbi pro modico ſumptu, & non magna impenſa doctorantur, ſubnectit ibi Staphil. n.43. quod non eſt Neap. vbi ēt Staph. nobilitatem ſtudiorū, & Collegij Romani intuetur, & ſic dolus ex ijs ceſſare cernitur, cū quælibet minima cauſa excuſet ab eo, Tiraq. in d. tract. cauſ.43. Accedat ēt, quòd per dimiſſionem habitus clericalis laicalē aſſumendo ſit effectus nouus homo per mutationē ſtatus, ſicuti de filiofamilias effecto ſui iuris dicitur, Franch. dec.185. n.5. ſic vti noua perſona extera de nouo licentiam patrocinandi, aliauè exercendi expoſtulauit, ſicuti de reſtituto ad Collegium, à quo expulſus fuerat, qui non primęuum locum, ſed noua iura cōſequitur, inquit Feli. conſ.1. nu.30.& ſic ad examen idoneitatis, iux. Conſt. Aduocatorū, quod & ſi in Doctoratis Neap. ceſſet, eo quod ſola approbatio Collegij ſufficiat, ex prag.24.§.fi. de offic. S.C. nō tamē procedere videtur quòad exteros, & Doctoratos extrà Regnum, cū itàq; talis licentia patrocinādi ad Principē ſpectare dignoſcatur, vel ad eū, cui facultas ab eo cōceſſa ſit, inquit Caſſan. in Cathal. glor. mund. pat.5. conſid.24. in 24. priuil. & idem refert Affl. in d. Conſt. Aduocatorum, nu.4. ampliàns etiā ſpectare ad M.C. & ad Iuſtitiarios in Regni Prouincijs; proptereà facta relatione in Collat. Conſil. per dictum Regium Conſiliarium Alderiſium ex cauſis mentem dicti Collat. Conſil. mouētibus deciſum fuit, & mandatum Almo Collegio, vt procederet ad conceſſionem petiti exercitij de anno 1618. in menſe Aprilis penès Fabritiū de Angelis à mandatis Scribā, vndè pro exequutione dicti decreti cōmiſſa fuit cauſa Io. Thomę Grandonio, per quem facta indè relatione in eodem Almo Collegio deciſum fuit, quod liceret exercere iuxtà formam ſui priuilegij, & ſic exequutum, penès Io. Antoniū Infriſium Secretarium, & Actuarium dicti Almi

Col-

Digitized by Google

Collegij,& arbitror ſiquidē, rectè proceſsiſſe decimonem allegatā ex ijs,quæ tradit Affl.in d. Cōſtit. Aduocatos, n.18. non aliter eſſe denegandam licentiam patrocinandi clerico,vbi eius beneficiū eſſet exiguum,vel eſſet ità pauper, q nisi aduocaret,egeret,vt tūc poſſet victum quærere ex patrocinio, quantò magis ſi dimiſſo habitu, & effectus eſſet laicus, vt iuris ſtudijs incumberet, & alienis pro ſuo victu quærendo, tantòq; fortius cùm ſit exterus,& gradum Doctoratus Romæ conſequutus fuerat, legitimis cauſis præmiſſis ſubſiſtentibus,& ità iuri conſonum eſſe arbitror. Thoro.

Licentiatus an ſit pro Doctore habēdus in criminalibus,ſi de pœna nobili infligenda tractaretur,fuit deciſum,quòd non,Franch.decis.111. Capibl.in prag.19.n.16.de Baron.& Iacob.Maſul.in add.ad Capy.deciſ.48.nu.2.allegat iſtam deciſionem, annuens, contrarium fuiſſe deciſum in contingenti caſu, ex quo fuit quidam Licentiatus condemnatus per ſeptennium in Inſulam Capreæ ob homicidium,Reg.Roui.rub.de ſcholar.doctoran.num.6. *Epiſc.Genuenſ.in tract.de Eccl. ſeù practicab. Eccl. quæſt.609.*

Licitatio an pluries fieri poſſit,concluditur, pluries fieri poſſe,Capy.dec.36.n.5.Muſcat. in prax.S.C. lib.2.p.3.gl.venduntur,n.65.

Licitatio in diuiſione rei communis an ſit neceſſaria, ſi aliquis ex diuidentibus haberet aliam rē cohærentem rei communi; fuit obſeruatum, quòd non in S.C.vt in cauſa illorū de Piſanello, teſtatur Piſanell.in addit.ad Conſtit.Licentiam, incip. vide Luc.in cauſa eius patris,cum D.Paulo Piſanello.

Limites, ſeu termini in territorijs an ſint ponendi pendente reclamatione ſententiæ in S.C. fuit deciſum,quòd ſic,nam alia eſt appellatio,quæ ſuſpēdit iudicatū,& de iuſtitia admittitur,alia eſt ſupplicatio,quæ fit de gratia,nec ſuſpendit iudicatū, cùm ſententiæ S.C. habeant paratam exequutionem,vndè per S.C.poterit committi affixio terminorum pro exequutione eius ſententiæ, Affl.dec. 341.Franch.dec.603.Tapia in prag.5.n.3.de offic. S.C.Menoch.de retinend.poſſeſſ.remed.1.nu.91. Muſcat.in prax.S.C.lib.2.p.1.gl.poterit,n.64.Hieron.de Monte de finib.reg.cap.vlt.n.8.*D.Reg.Tapia dec.S.C.18.n.13.*

Linea maſculina an cenſeatur finita, ità vt fœmina ſubingrediatur,ſi in fideicommiſſo adiecta eſſent verba poſt inſtitutionem factam à teſtatore cum ſubſtitutione,vt vnus ſuccedat alteri,ſi ſine liberis deceſſerit,& ſic eorum deſcendentes durāte linea maſculina,& quòd ſicut in primo gradu ſubſtitutionis ſuperexiſtentia fœminæ illam expirare feciſſet,ità in ſecundo gradu,dùm linea teſtatoris tantùm conſideratur, ſed vnuſcuiuſq; ab eo, & quòd propterea cùm tot ſint lineæ, quot ſunt fratres nō veniant fœminę excludendæ, ſi illarum excluſio eſſet apposita durante linea maſculina,vt ſic mortuis maſculis deſcendentibus ab inteſtato ipſius filiæ omni iure admittantur;concluditur plurimis rationibus contra filias fœminas inſtitui in fauorem ſubſtitui de familia in genere vocati,vt per Reg.de Pon.conſ.47.vol.1, audiui partem, vbi in fine refert,ſecundùm prædicta fuiſſe deciſum per S.C.iunctis aulis contra fœminas.

Liquidatio vitæ,& militiæ quando fit, an in ea ratio haberi debeat de fructibus,qui percipiuntur,non tantū ex corporibus introituū, quæ aderant tempore mortis, quam et ex introitu bonorum reintegratorum poſt mortem; fuit deciſum, eſſe de omnibus rationem habendam,Franch.dec.61.nu.11.& ſeq.Io.And.Georg.alleg.40.n.34. Baiz.ar. in c.1 §. ſimiliter,nu.7. ſi de inueſt.feud.fuer.contr. Molt. conſ.9 n.14.Muta dec.Sicil.90.n.22.*Gallup.in method.feud.p.3 c.4.n.65.Bilott.concl.14.n.15. & 16.*

Liquidatio intereſſe ſummæ legatæ pupillo quomodò fieri debeat; fuit deciſum, intereſſe liquidandū eſſe habito reſpectu ad fructus, q percipi potuiſſent ex bonis hæreditarijs,Franch.dec.16.n.13. & ſeq. Viſcon. in add. ad dec.374. eiuſdem Franch. *Barry de ſucc.to.1.lib.16.tit.de fruct.legit.in fine.*

Liquidatio inſtrumenti an impediri poſſit prætextu præuentionis intentatæ præuia abſolutione iuramenti facta in vltimo die ſolutionis,contra ſtilum petendi abſolutionem antè 20.dies; fuit deciſum, eſſe procedendum ad liquidationem, verùm pro criminalitate fuit remiſſa eidem M.C.V. vt cōtumaces admitterentur ad cōpoſitionem, Affl.dec. 31.Genuenſ.in pract.Cur. Archiep. Neap.c.4.n.6. Biloct.in tract.de abſol.à iuramen.lib 2.c.14.nu.2. Ric.in collect.deciſ.686.ad ornatum, Ant. Fab.in eius Cod.de ord.Iud.defin.17.

Liquidatio fructuum an fieri debeat à die poſſeſſionis,vel à die petitionis,ſi conuentus ad eos ſoluēdos condemnatus fuerit, ſtātibus bona fide,ac titulo donationis; fuit deciſum,eſſe liquidationem faciendam à die captæ poſſeſſionis,licèt poſteà in liquidatione fuerit taxata ſumma cum æquitate, Ann.in repet.c.1.de vaſal.decrep.ætat.n.234.vide in ſimili infrà verb.medietas.

Liquidatio inſtrumenti via ritus ſi ſit facta contra debitorem,creditore exiſtente carcerato in Palatin Curiæ,non autem præſente condemnationi, an iure ſubſiſtat,& ſucceſſiuè condemnatio, dū fuiſſet de nullitate dictum in S.C.de eius ordine fuerunt examinati multi teſtes pro tali obſeruantia; vndè deciſum fuit, quòd ſuſpenſa tali condemnatione iterùm citetur debitor ad faciendam liquidationem,Franciſc. Ant. de Iudice in pract. de liquid.& exequut.inſtrum.in 4.conſid.n.5.

Liquidatio intereſſe exiſtente electione rei adiudicatę per ſententiam, ad quam rationem fieri debeat,fuit per S.C.liquidatum ad rationem quinq; pro centenario,Fab.de Ann.in conſ.15.n.17.& ſuprà verb. intereſſe.

Liquidatio vitę,& militię quo tempore fieri debeat, S.C.ſolet ſemper vitam, & militiam liquidare ſecundùm tempus mortis, etiam quòd fuerit petita longè poſt mortem patris,vel matris,vt in contingenti facto fuiſſe deciſum teſtatur Reg. de Pont. conſ.89.prætendit,n.14 vol.1.

Liquidatio vitæ,& militię iuxtà legitimę taxam exiſtentibus ſex liberis, hoc eſt quatuor maſculis, & duabus feminis quomodò ſit faciēda in ſucceſſione tranſuerſalium, in qua quidem liquidatione dubitabatur,ſi legitima ſit aucta ad inſtar deſcendentium,per S C,facto compromiſſo per partem in poſſe eiuſdem S.C.fuit decretum, vitam, & militiā aſcendere ad annuos duc. 260. quamuis maior eſſet ſumma,quę ſibi deberetur,quādo teneretur opinio, quòd in linea tranſuerſali ſit aucta legitima,Capy.dec.211.in fi.Georg.alleg.9.n.21.

Liquidatio inſtrumenti an impediri poſſit obſtante nul-

Digitized by Google

nullitate contractus facti contra formam nouellę pragmaticæ editę 31. Octobris 1601. diſponentis, non poſſe fieri emptiones Hoſpitiorum ab alijs, quàm ab illis, qui gaudent vti milites equeſtris militiæ, vel alio modo, & paritèr annullando omnes contractus factos, & faciendos, prohibēdoq; Notarijs ſtipulationes talium contractuum, fuit per Collat. Conſ. decretum, quòd S. C. antè omnia ſuper nullitatibus prouideret, & diſcuſſo negotio in eodem S. C. licèt videbatur obſtare Ritus M.C.V. & ordo procedendi in ea; fuit decifum, vi ſta dicta pragmatica procedendū eſſe ad diſcuſſionē nullitatū, ſuſpēſa pro nūc liquidatione ſentētię, Reg. Tap. in 4. p. iur. Regni ſuper prag. 15. de empt. & vēd. ſituata ſub tit. de cōtract. illic. incip. hęc prag.

Liquidatio vitæ, & militiæ an fieri debeat tempore mortis, vel liquidari debeat ſingulis annis, ità vt fructus ſi augeātur, augeri debeāt, & ſi diminuantur, diminui; fuit decisū, eſſe faciendā tēpore mortis, Frāch. dec. 61. n. 1. & ſeq. Fab. de Ann. cōſ. 75. n. 12. & ſeq. Borgn. Caual. dec. Fiuiz. 8. n. 16. in 3. par.

Liquidatio inſtrumenti via ritus an impediri poſſit, vt ordinariè agatur pętextu notorię exceptionis in promptu oſtenſę, vt putà ſi fuerit factus affictus Gabellę alicui, ꝙ facto Superioris fuerit impeditus exercitiū Gabellæ exercere, veluti ſi à Superiore bannum emanaretur, vt non extrahatur Canapū de Regno, ꝙ promiſſum erat Affictatori, & ob tale bannum vltrà ꝙ nequiuerat extrahere; fuit intercepta certa quātitas canapi ipſius à Reg. Cur. cuius occaſione excompotum prætendebat, & ob id inſtrumentum minimè liquidari potuiſſet, obſtante dicta exceptione, quāuis per M.C.V. fuiſſet deciſum, vt debitor faceret depoſitū certæ quantitatis, & pro reliqua ageretur ordinariè in cauſa Alphōſi Ruſſi cū Arrendatoribus Regię Dohanę Neap. de qua verba feci in verb. Exceptio, vbi ꝓmiſi deciſionem faciendam per S. C. Idcircò die 25. Octobris 1619. facto verbo de prædictis per Iudicē Scipionem Mocciam in aula Regij Conſiliarij Io. Baptiſtæ Melioris deciſum fuit, procedēdum eſſe ad interrogationem, & ità pro obſeruātia dicti decreti proceſſum fuit ad interrogationē, vt moris eſt, quo ſiquidèm tēpore Curia pro Tribunali ſedente ipſe debitor præſentauit depoſitū integrum, petens audiri in ſuis iuribus, & ità decretum per dictam M.C. & vt mihi relatū fuit duplici ex cauſa S.C. reuocando decretū dictę M.C. mādauit, procedendum fore ad interrogationem. Et primò, ex quo dictus Alphonſus, quāuis nō fideiuſſerat pro toto affictu, ſed pro certa quātitate expreſſa in inſtrumento, quam ſoluerat, & pro reliquis moleſtari nō poterat: Dicebatur ex aduerſo, totam pecuniā affictus in ſui poſſe vti Capſerium perueniſſe, & ſucceſſiuè ex tali cauſa debere cogi citrà aliorū excuſſionem, ad quod punctualitèr allego Marſil. in rub. de fideiuſ. nu. 370. vbi refert, ꝙ datis pluribus fideiuſſoribus pro duc. 1000. qui peruenerunt ſolùm ad manus vnius ex ipſis, quòd primò agendū erit contra illum, ad cuius manus peruenerunt duc. 1000. ad ꝙ allegat tex. in l. actione, §. ſi cōmunis pecunia, ff. pro ſoc. vbi caſus ſpecialis refertur, ꝙ ſi communis pecunia ſit penès aliquem ſociorum, vt quia fecerunt eum Camerariū, vel Burſarium, aut Depoſitarium, quòd priùs agendū eſt cum illo, quàm cum alijs ſocijs, nā licèt actio pro ſocio ſit perſonalis, tamē ſequitur ſociū Camerarium, vel Depoſitarium in ſolidum, ſecūdùm Raph. Fulg. ibi; hęc ille, vbi alia refert ſimilia. Secundò quia decretum M.C. non erat fundatum in recto ordine, poſtquàm ſuum erat cognoſcere iuris articulum, ſi liquidari poterat, vel nō, aut agi ordinariè, non autem mediam viā eligendi, vt fieret depoſitum, adeò quòd depoſita Curia pro Tribunali ſedente recipi mandantur, iuxtà diſpoſitionem nouellæ prag. 4. de inſtrum. liquid. quibus ſic ruminatis per S. C. deciſum fuit, eſſe procedendum ad interrogationem, vt dixi, & ità exequutum. Tertiò, nec obſtare videbatur deciſio Ann. in alleg. 21. nam loquitur, quando bannum emanatū eſſet ab eiſdemmet Gubernatoribus affictantibus gabellam, nō autem à Tertio, & ſic à Principe, vt in caſu noſtro, nàm licèt dicatur factum Superioris caſus fortuitus, vt dixit Affl. dec. 54. n. 2. ſequitur Caroc. in tract. de locat. p. 4. tit. de caſib. q. 12. n. 1. attamen quia in inſtrumentis communitèr illis renunciatur, non poterit per hoc impediri liquidatio, quamuis ordinariè aliquid prætendi poterit pro excompotu. Io. Bapt. de Thoro I.C.

Lis habita inter priuatos de concernentibus gabellam Regiam, vel aliud an debeat in R.C. tractari, ex quo Fiſcus habet intereſſe, ſaltim cùm habeat, vel habere poſſit ſimiles cauſas; fuit deciſū, quòd ſic, Capy. in inr. eſt. feud. rubr. feudorum clauſulæ, verſ. Gabellariorum lites, ſ. 115.

Lis pendere an dicatur perempta inſtantia cauſæ, concluditur, nullam dari litis pendentiam, & ità in contingenti caſu fuiſſe deciſum teſtatur Grammat. dec. 103. nu. 114. & 115. eum citat Muſcat. in prax. S.C. lib. 1. p. 2. gl. Tribunali, n. 7.

Lis ſi ſit incępta cum patre ſuccedente filiæ an impediri poſſit eius expeditio ad inſtantiā matris prætendentis ſimilitèr cū patre ſuccedere; fuit deciſum, quòd non, citrà præiudicium iurium matri competentium, Franch. dec. 492. *Reg. Merlin. controuerſ. forenſ. c. 3. n. 8. Guzman de euict. q. 6. num. 32. Ric. collect. 3714. p. 8.*

Lite pendente ſuper attentatis an procedi poſſit in cauſa principali; fuit deciſum, quòd ſic, Affl. deciſ. 131. n. 2. Pariſ. conſ. 12. vol. 2. n. 108. & ſeq. Lancell. in tract. de attent. p. 3. c. 31. n. 234. & ſeq.

Lite compromiſſi pendente coràm Arbitris an peti poſſint alimenta coràm Iudice ordinario, quamuis .n. negādum potiùs, quàm affirmandum ſit, ex deciſis per Marc. Ant. Amat. deciſ. Anconit. 90. vt compromiſſo pendente coràm ordinario, agi non poſſit antè eum, Gayl. pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 32. nu. 9. attamen ex authoritate Affl. deciſ. 170. in conſimili caſu deciſionem referentis, ne iudicium fiat eluſorium pendente compromiſſo præſtatur cautio de iudicio aſſecurando, per quam, vt retulit mihi Lęlius Caputus I. C. Neap. cauſæ patronus fuit deciſum in S.C. die 15. Octobris 1617. referēte meritiſſimo Conſiliat. Didaco Salinas cauſæ Commiſſario in cauſa agitatā inter Philippum Imperialē, & eius fratrem Marchionem Oriæ, ꝙ non obſtante petito cōpromiſſo dentur certę pecuniarū quantitates dicto Philippo ſecūdogenito in cauſam declarandam, & ſic exequutum, penès Sarrū Act. Mag. & hoc puto iuridicè proceſſiſſe, etenim in contrariū adducta procederēt, quotiès de eadem re, quæ coràm Arbitris pendet, iterùm

co-

corãm ordinario peteretur, vt aduertit ẽt Lancell. in tract. de attent. 2. p. c. 15. nu. 7. ſecus tamen ſi diuerſa eſſet petitio, ſicuti ibidem Lancell. n. 214. limitat, ad ꝙ ego punctualitèr allego Molſ. in add. ad 5. p. Conſuet. Neap. q. 3. & 4. n. 4. vbi punctualitèr tradit, pendẽte iudicio compromiſſi petiri per conuentum ſuper filiatione alimenta deberi, ex eo quòd cauſa alimentorum lite pendente dicitur clara, & exequutiua, & ſic non compromittitur, vt per Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priu. 56. n. 33. & ſeq. tamen quia in præſtatione alimentorum ſufficit ſummaria Iudicis cognitio abſq; termino, cõpromiſſum non poteſt hanc cognitionem impedire, nam illud ſolùm habet locum in ijs, quæ requirunt altiorem indaginẽ, vt per Anchar. conſ. 183. aliàs 184. ſub nu. 3. item quia iſte eſt merus articulus iuris, & clarus, ideò non compromittitur, & ità refert d. Molſ. deciſum per S. C. Thoro.

Litis conteſtationis omiſſio in cauſa vbi petitur aliquid dari, vel fieri, ob quod non poterit perueniri ad diffinitiuam, niſi fuerit lis cõteſtata, an reddat nullam ſententiã indè latam, maximè ſi eſſet cauſa poſſeſſorij; fuit in S. C. de tali nullitate nulla habita ratio, vigore cap. Deteſtantes, quod tollit talẽ ſolemnitatem litis conteſtationis, Affl. deciſ. 283. n. 2. 3. & 4. vbi Vrſil. n. 8. confirmat, talem opinionẽ de iure procedere, Muſcat. in prax. S. C. lib. 2. p. 1. gl. nullitatis, n. 26. Maſtril. de magiſt. p. 2. lib. 5. cap. 10. n. 14. Villal. & Kircou. inter comm. opin. tit. de lit. conteſt. nu. 1. *Hieron. Bruch. in conſtit. 1. n. 2. poſt dec. Maynardi.*

Litigioſa res an diuidi poſſit inter fratres etiã clericos, ità vt alienatio non dicatur facta in fraudem litis, vt impediri poſſit exequutio ſententiæ latæ contra fratres diuidentes bona ſtabilia, ſuper quibus fuit lata ſententia prædicta; fuit in contingẽti caſu per S. C. impedita exequutio ſententiæ cuiuſdam corporis, pro cuius relaxatione fratres laici fuerant condemnati, & poſt citationem laicorũ per diuiſionem bona illa peruenerãt ad clericum fratrem, qui inſtitit pro remiſſione cauſæ ad Iudicem competentem; ſuitq; iudicatum, diuiſionem illam non fuiſſe in fraudem, Bammac. in cap. omnes filij, n. 8. ſi de feud. defunct. controu. &c.

Literas cãbij ſi ſimplicitèr acceptauerit mercator ſibi tranſmiſſas ab aliquo pecuniam recipiẽte, ſoluendã infrà certum tẽpus, ſi pendente dicto tempore ſolutionis principalis debitor mittẽs decoxerit, an teneatur iſte acceptator, nõ obſtante exceptione ab eo oppoſita, ꝙ tempore acceptationis erat procurator mittentis, & ſucceſſiuè non principali nomine, ſed procuratorio acceptauerat literas prędictas, & ſi ſimplicitèr, & ſic aduerſus acceptatorẽ iſtum infraſcripta allegata ſummariè fuerunt. Primò, quòd in mandato non aderat poteſtas acceptandi literas cambij, quarè illas acceptando ſimplicitèr nomine proprio tenere videtur, vt dicunt DD. in fortioribus terminis in faciente actũ procuratoris nomine alterius, & non eſſet procurator in illo actu, quòd teneatur proprio nomine, multò fortius in faciente actum ſimplicitèr, Bar. in l. procurator, qui pro euictione, n. 4. & 5. ff. de procurat. quem ſequuntur DD. citati à Soc. conſ. 154. vol. 2. col. 2. n. 8. verſ. tertius caſus eſt. Secundò, dato quòd poteſtas adeſſet, adhuc obligatus eſt proprio nomine; nam per acceptationem videtur fidẽ ſuã aſtrinxiſſe, iuxtà terminos d. l. procurator, ſunt .n. verba obligatiua; non enunciatiua, ex quibus ẽt obligatur procurator proprio nomine, ſimplicitèr acceptãdo, ſeù contrahendo, Paul. Caſtr. in l. 1. §. exercitorem, n. 4. ff. de exercit. act. quem ſequitur Soc. vbi ſuprà, & quando quis eſt conſtitutus procurator ad aliquid agendum, ſi illud agat, tacendo nomen procuratoris, licèt quòad mandantẽ intelligatur contraxiſſe procuratorio nomine, non tamen quòad cõtrahentem cum eo, pulchrè Bart. in l. qui in aliena, §. is, qui, n. 1. verſ. ex hoc reſpõſo, ff. de acquir. hæred. Aret. in §. ſequens illa diuiſio, verſ. & ẽt aduertas, Inſt. de act. & faciunt dicta per Bart. in l. 1. n. 12. ff. de oper. nou. nunc. vbi ſi procurator nunciauit nouum opus, exprimendo nomen officij, intelligitur nũciaſſe procuratorio nomine, ſecus ſi ſimplicitèr, nam tunc proprio nomine cẽſetur denunciaſſe, ſicq; reſpondetur ex mẽte Bar. in d. §. nunciatio, ad l. fi. ff. de inſt. act. & l. cùm poſt, §. 1. ff. quando ex fact. tut. quę poſſunt in contrariũ adduci, in quibus facta erat mentio officij, propterea tutor, & inſtitor non tenebantur proprio nomine, accedit etiam, ꝙ dixit Bal. in l. ex pecunia, C. de iur. dot. n. 1. ꝙ gerens duplex officium, naturale, & accidentale, ſi faciat actũ ſimplicitèr, intelligitur feciſſe officio naturali, non accidẽtali, vndè ex ijs colligitur, acceptatorẽ iſtum remanſiſſe obligatum proprio nomine, tantò magis cũ non expreſſerit cauſam acceptationis, q̃ potuiſſet ei prodeſſe, Bar. & alij in l. ſi pupilli, §. 1. n. 5. ff. de negot. geſt. Tertiò, attenta ſocietate inita inter mãdatarium iſtum, & mandantẽ de mercaturis inter eos geſtis, in facto liquebat ipſum acceptatorẽ alias acceptaſſe literas cambij, & in aliquibus exprimebat acceptaſſe vti procuratorẽ, & in alijs ſimplicitèr, ꝙ eo caſu conſuetudo contrahentium attendi debeat, l. ſi ſeruus pluriũ, §. fi. ff. de leg. 1. & l. cum delanionis, §. aſinam, ff. de fund. inſt. Quartò, vana reddebatur iſta acceptatio facta per mandatariũ vti procuratorẽ, eò ꝗa principalis obligatio cõtracta erat, & ꝓindè nõ requirebatur alia procuratoris acceptatio, indè reſultat vera acceptatio ꝓprio nomine, ad hoc vt acceptatio operetur, iuxtà l. ſi quando, ff. de leg. 1. l. generalitèr, §. 1. ff. de vſuf. leg. Quintò, adducebatur mos mercatorũ acceptantiũ literas prædictas ſimplicitèr, quãdo proprio noie obligatur, quando verò procuratorio cũ proteſtatione, aſſerẽdo eſſe procuratorem: Attamẽ ex aduerſo allegabatur doctrina Bar. cõmunitèr recepta in l. ſi pupilli, §. 1. ff. de neg. geſt. n. 4. ꝙ ſimplicitèr contrahens, intelligitur ꝓcuratorio nomine cõtrahere, ad ꝙ replicabatur duplicitèr. Primò, ꝙ intelligitur reſpectu mandati, non autẽ reſpectu eius, cũ quo contrahit, prout ipſe Bar. dixit in d. l. q̃ in aliena, vbi allegat l. ſi pupilli, & l. ſi is, qui n. 1. verſ. Nota diligentèr, ff. de pet. hęred. Secundò, nã ibi Bar. in d. l. ſi pupilli concludit, ꝙ quando negotiũ pertinere põt ad vtrumq; .ſ. ad mandantem, & mãdatariũ, tunc mãdatarius ſimplicitèr cõtrahẽs, tenetur de proprio, vt in caſu iſto: Tandẽ facta relatione in S. C. deciſum fuit in fauorẽ conuenti, ipſum abſoluẽdo, in cauſa Rocchi Ruſca cum Hieronymo, & Fratribus de Riuolta, prout hęc habui ex volumine allegationũ recolendæ memorię Fabij de Falco I. C. clariſſimi, mei patrui. Thoro.

Literæ familiaritatis an proſint, etiam quòd in actu

non ſeruirēt familiares, latè Carau. in Rit. M.C.V. nu.22. pertractat materiam iſtam; tamen bis fuit deciſum, non prodeſſe, niſi actu ſeruientibus, Anna in ſing. 321. literæ, Ric. collect. dec. 1274.

Literę cambij quãuis non fuerint acceptatę, ſcribēs remanet obligatus vt principalis, & an ſi fuerint acceptatę, ſed nõ cõpletę ob fauorē liberi cõmercij exequutionē paratã habeant contra ſcribentē, ita vt non cenſeatur liberatus; fuit deciſum cõtra ſcribentē, Reg. Rou. in prag. 1. de liter. camb. nu. 4.

Literę exequutoriales expeditæ virtute inſtrumenti liquidati via Ritus M.C. cõtra debitorem obligatum, ſi ipſarum vigore creditor exequi feciſſet nomē debitoris debitoris ſui, iuxtà practicam traditam per Galter. in prax. inſtr. 2. p. 2. partis ſub n. 44. verſ. quod ſublimita, illudq; ſibi ſolui coegerit pręuio decreto eiuſdem M. C. V. vt ei de capitali, & tertijs in futurum correſpondeat, ſibiq; adiudicari faciendo, & per plures annos in pacifica poſſeſſione exigendi permanendo, effecto deindè ipſo debitore debitoris non ſoluendo an poſſint renouari cõtra principalem debitorem, & iterùm exequi contra eũ; contingit caſus talis annis proximè elapſis in cauſa mei quon. obſeruandiſſimi Genitoris Matthęi de Thoro cum Bartholomęo Sebaſtiano, in Banca Prence Act. Mag. Et prima facie dicendum videbatur, non alitèr potuiſſe renouari, quãuis iūs exequẽdi ſpatio 30. ann. præſcribi poſſit, vt dixit Vrſil. dec. 245. n. 10. & 11. adhùc tamen quando per aliquod temporis ſpatium ſuum effectum habuerunt, non ità facilitèr renouantur, niſi partibus auditis, vt fuit in allegato caſu obtentũ corã Iudice tunc M.C. Alenſo Vargas, nã conſtabat, per decennium, & vltrà creditorem ſtetiſſe in poſſeſſione exigendi, indè cõſtito de prædictis expedita fuit citatio ad dicendũ cauſam, quarè non debebant renouari dictæ literæ exequutoriales aduerſus debitorē principalem, per quem dicebatur, creditorē ipſum fuiſſe ſatisfactũ, dũ eius debitorem debitoris exequi feciſſet, & ſibi adiudicari, & ab eo diù exigiſſet, ꝙ ei permiſſum eſſe videtur ex iuris diſpoſitione, vt dixit Maur. ſen. in alleg. 34. n. 2. & 3. & ſucceſſiuè debitor ſi facta liquidatione per depoſitum ſatisfecerit creditori cum cautione liberatum, ſi ab eo auocatum fuerit, non poteſt indè via ritus conueniri, ſed ordinariè, idẽ Galter. in d. pract. in 2. p. 3. par. rub. 2. n. 54. quinimmò rectè pceſſerat ordo iudicij, ſed reſpectu principalis cauſæ dicebatur inſupèr, nequaquàm moleſtandum fore debitorem principalem, quẽadmodùm DD. dicunt de debitore, cuius bona fuerunt per Curiam ſequeſtrata, & vendita, ac pretiũ creditori liberatum cum cautione de pręſtando eum indemnem, non põt ampliùs ab ipſo moleſtari, idẽ Galt. in 2. p. 2. par. rub. 2. nu. 67. vbi allegat Præſ. de Franch. dec. 200. ad hoc prætereà allegabatur ſolemne conſil. Soc. ſen. 37. incip. quidam Nicolaus, vol. 4. qui in proprijs terminis loquitur de creditore vigore inſtrumenti, & ſententiã habente paratę exequutionis, cuius vigore ſequeſtrari fecerat nomen debitoris debitoris ſui, deindè conſentiẽte debitore principali, & licentiam cõcedente dicto debitori, vt ſolueret creditori ſuo, & id per Iudicē exequutum, præuia adiudicatione; concludit, non eſſe ampliùs moleſtandũ dictum debitorem principalem, per iura ab eo citata, hoc igitur ſit legis virtute, adeò ꝙ debitor à creditore inuito non põt ſe ab obligatione, qua tenetur eximere, & eam in alium transferre, ſed benè lex hoc põt facere, Io. de Amic. conſ. 68. nu. 7. Immo debitoris nomen cedens tenetur ſolum manutenere, eum eſſe verum debitorem, non aũt quòd ſit ſoluendo, ēt appoſita clauſula generali, de defenſione, & cõſeruatione indemnitatis, Goz. ad. conſ. 58. nu. 17. & hanc opinionem reperi, defenſam fuiſſe a Reg. Roui. in rub. de inſtr. liquid. n. 40. quando debitor ſi poſt liquidationem inſtrumenti verè ſatisfecerit creditori per depoſitum ei liberatum cũ cautione, ſi poſtea idem creditor fuerit coactus illud reſtituere alteri creditori, an ſequuta dicta pecuniæ auocatione poſſit carcerari ad inſtãtiam eiuſdem creditoris vigore liquidationis primæuę, & concludit negatiuè ibi, & n. 47. ſubdit, ꝙ licèt per M. C. V. fuiſſet prouiſum, ꝙ renouarentur literæ exequutoriales realitèr, & perſonalitèr vigore inſtrumẽti ab initio liquidati, tamen facto verbo in S.C. fuit dictum, ꝙ audiatur ordinariè in iuribus ſuis, ſic paritèr in præſenti caſu deciſum fuit in eadē M.C. referente tunc ipſius Iudice Io. Franciſco Sanfelicio, eſſe renouãdas literas exequutoriales, quãuis adhùc pendeat deciſio S. C. exiſtente appellatione, poſtquã in aula debitor non fuerat auditus, vt permiſſa allegari potuiſſent per eius Aduocatũ, & credo fortè mota fuit ex deciſione de Franch. 200. nu. 6. ꝙ debitoris liberatio manet in ſuſpẽſo, donec creditor, cui fuit liberata pecunia cum cautione põt moleſtari ab alijs creditoribus anterioribus, pręter quãdo per debitorē res datur in ſolutũ non tollitur prior obligatio, niſi res fiat irreuocabilitèr creditoris, Cabal. conſ. 81. n. 16. vol. 2. ſic paritèr in caſu noſtro cũ factũ Iudicis cēſeatur factũ partis, Frãch. dec. 531. n. 3. & inſup creditori donec nõ fuerit integralitèr ſatisfactũ, nũquã ius pignoris poterit dici extinctũ, nec diſtractum, Muſc. in prax. S.C. lib. 2. p. 3. gl. ſeruata, n. 27. Thor.

Locare an poſſit domum donatam donatarius, ſi habitationē illius ſe reſeruauerit vita eius durante; fuit deciſum, quòd ſic, Affl. dec. 401. Caroc. in tract. de locat. & cond. p. 1. tit. de vſufr. n. 12. & p. 2. grad. 3. tit. de vſu loca. q. 3. n. 3. & in repet. l. nemo q. 14. Surd. in tract. de alim. tit. 2. q. 2. col. 6.

Locatio officij ad longum tempus prohiberi cernitur ex adductis, & cumulatis per Anell. Amat. in conſ. 22. locationem, vbi in fine ſe refert ad deciſionem conſ. 23. eiuſdem cauſæ, vbi patet deciſum per S.C. iunctis tribus aulis in beneficium locatoris, condemnando conductorem ad maximam pecuniarum quantitatem perceptam intuitu officij, iam longo tempore locati.

Locatio officij ad longum tempus an fieri poſſit citrà Regium aſſenſum; deciſum fuit in Collat. Conſ. negatiuè in locatione officij Maioris Curſoris Regni, vt retulit Reg. de Pont. deciſ. 28. de qua dixi ſupra in verb. aſſenſus, & ſup. verb. obligationes, quam ſiquidem deciſionē nouiſſimè corroborat nõnullis rationibus Io. And. de Geor. in repet feud. c. 54. per tot.

Locationis cõtractus an reſcindatur prætextu enormis lęſionis vltrà dimidiã, ſiuè durante locatione, ſiue ea finita; fuit per M.C. V. reſciſſus cõtractus affictus factus per Baronē cũ eius Vniuerſitate de baiulatione ipſius, cũ eſſet in eo lęſio vltrà dimidiã ſoliti affictus, & confirmata ſententia per S.R.C.

vt

vt refert Viu. in ſylu. comm. opin. in opin. 1047. incip. vltra dimidtam, nu. 8. & incip. & ità aliàs, Ric. collect. 1712. & 19 9. *Ant. de Amat. var. reſol. to. 2. reſol. 67. n. 1. vbi citat nos hic.*

Locator rei ſtabilis an poſſit in iudicio intentato per eius debitorem contra alium eius debitorem pro cõſequutione ſui crediti ſubintrare, petẽdo, nomẽ debitoris debitoris ſui ſibi adiudicari, & ꝓhibere, ne ſolueret debitori ſuo hęredi conductoris, qui bona ſua, & hæredem obligauerat, non ſolùm pro penſionibus affictus, quàm ét pro continuata tacita reconductione, quãuis ex aduerſo pretenderetur illius rei affictatæ dominium, & poſſeſſio, de qua erat detentor locator, fuit deciſum iunctis Aulis in ſui fauorem, Reg. de Pon. conſ. 2. vol. 2.

Locumtenẽs Officialis à Barone creatus durare debet, vt non excedat exercitium quindecim, vel viginti dierum, quibus elapſis Baro tenetur conſtituere ordinarium, & ità deciſum fuit per S. C. inter Vniuerſitatem Vallis Vitulani, & Baronem, Capibl. in prag. 3. n. 141. de Baron. & in prag 5. nu. 9. eod. tit. dicit, idem fuiſſe deciſum cum Vniuerſitate Solofræ die 22. Nouembris 1578. de quibus per Amendol. ad Franch. dec. 98. n. 16.

Locumtenẽs an poſſit eſſe in propria patria; fuit domi prouiſum, quòd quando eſſet modica dilatio toleraretur, ſed quando eſſet magna deberet aduena ſubſtitui, Franch. dec. 98. & hic Viſcon. in addit. plures DD. citat, ſed meliùs Amend. in addit. ad iſtã deciſionẽ ponit tres deciſiones S. C. vt poſſit ſubſtitui Locũtenẽs in propria patria pro modico tempore, pro Vniuerſitate Solofræ, pro Terra Vallis Vitulani, & pro Terra Petræ Paganæ cũ eorum Dominis, de quo ſuprà eod. verb. Locumtenens, Ric. collect. dec. 1078.

Locumtenens Officialis creatus à Barone an præferatur, vel creatus ab Officiale, pluriès deciſum fuit per S. C. præferendùm eſſe Locumtenentem creatum à Barone, in cauſa Petræ Paganæ, & aliorum, licèt poſtmodùm contrarium in cauſa Terrę Solofræ cum Comite Muri, & pro Vallo Vitulano cum Barone Sellarulo, Flau. Amen. ad Franch. dec. 98. n. 15. & ſeq. Ric. collect. dec. 1025.

Locupletior an cenſeatur effectus, ſi ex re mea quis pretium perceperit, & re perempta agerem contra eum; concluditur, quòd ſic, ſecus quando ipſe pro ſe, & eius familia conſũpſerit, Franch. dec. 31. in fi. in dubio tamen ſecundùm vnam opinionem bonæfidei poſſeſſor nõ præſumitur effectus locupletior, contrariam verò opinionem multi tenuerunt, ſecundùm quam fuit laudo terminatum per Doctiſſimos viros ibi relatos, ad materię ornatum perlegenda ſunt adducta hìc per Viſcon. in ſuis addit.

Locus delicti qualis erit attendendus in remiſſionibus delinquẽtium, vt puniri poſſint; fuit deciſum, eſſe attendendum locum commiſſi delicti effectualitèr, quamuis alibi fuiſſet tractatum, Vrſill. dec. 219. n. 3.

Locus vbi quis vulneratur, an vbi moritur ex vulnere attendi debeat, vt ſoluatur pęna Fiſco, licèt fuiſſet deciſum, quòd non debet attendi locus, vbi quis fuerit vulneratus, contrarium tamen tenet Barthol. de Capua in ſing. 26. quidam fuit.

M

MAgiſter Actorum Curię Admiratiæ ſi fuerit conuentus in S. C. ab aliquo, & tacitè in Iudicem cõſenſerit, prorogando iuriſdictionẽ Curiæ prædictæ, an ea inſtante debeat cauſa remitti; fuit deciſum, eſſe remittendam ad Curiã ipſam, Capy. dec. 9. Franch. dec. 417. latiſsimè Fab. de Ann. in conſ. 107. licèt per tex. n. tr. & ſeq. Minad. in Conſt. In aliquibus, verb. Comitum, & Baronum, n. 25. Capibl. in prag. 8. de Baron. nu. 74. & ſeq. Foller. in pract. crim. rubr. audiantur excuſatores, n. 63. Vrſil. dec. 41. nu. 3. Calà in tract. de mod. articul. & prob. gl. 1. §. 1. n. 109. Mart. vot. 163. n. 7. *Galupp. in prax. S. C. p. 2. c. 6 n. 94.*

Magiſtri Actorum delinquentes in officio an ſint remittendi ad Barones Terrarũ, vel ad M. C. V. quæ cognoſcit de Officialium delictis, concluditur, eſſe remittendos ad Barones, cùm Ritus M. C. V. loquatur in Officialibus iuriſdictionem habẽtibus, Franch. dec. 407. Baiat. ad Clar. in §. fin. q. 15. n. 10. Capibl. in prag. 5. de Baron. num. 38. Reg. Tap. in Cõſt. Magiſter Iuſtitiarius, n. 8. & 13. ait, caſũ prędictum non fuiſſe deciſum in ipſa cauſa, fuerunt tamen prolata decręta tàm per M. C. V. quàm per S. C. ità Regia decretatione indigere, cùm ex pluribus tàm iuris communis, quàm Regni iuribus poſſit concludi, illos comprehendi, & præſertim ex pragmat. Comitis Oliuares, per quam declaratur, non comprehendi Syndicos, Electos, Camerarios, & Balliuos, ergò videtur includi Magiſtros Actorum, Aſcia determ. 107. Reg. de Pon. in tract. de pot. pror. tit. 3. in princ. nu. 3. Maſtril. deciſ. 147. nu. 26. *Conſ. Carleual de iudic. to. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 7. inſpect. 1. n. 796. Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 9. n. 56. vltra Viſcon. in ſuis concl. verbo Actuarius, nouiſſimè D. Reg. Sanfelic. dec. 61. n. 7.*

Magiſtri Actorum S. C. ſunt numero treſdecim ex ſpeciali priuilegio Regis conceſſo, ità vt nequit numerus augeri, & alij creari in eorum præiudicium; & cùm caſus eueniſſet aliàs contra Actuarios prædictos prætendentes excludi facere Anellum Falangonum Secretarium S. C. ſupernumerarium Actuarium eiuſdem; in iure allegauit Maur. ſen. in alleg. 18. in cauſa Nobilis, poſtremò annis elapſis cùm de augmẽto numeri ipſorum ageretur ex multitudine cauſarum, & obſtante dicto priuilegio; deciſum fuit in eorum fauorem per R. C. S. referente Ioanne Montoya, tũc illius Præſidente, nunc meritiſsimo Regente apud Catholicam Maieſtatem, penès Paladinum Act. Magiſtr. Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

Magiſtri iurati quaſi in omnibus Regni partibus eliguntur, licèt in aliquibus appellentur Camerlenghi, in aliquibus Magiſtri Feriæ, quia iuriſdictionem aliquando exercent tempore Nundinarum, ſeù Feriarum per tempus præfixum, vt vidi Foggiæ preeſſe per mẽſem Maij, in Ciuitate Ariani per dies octo in Feſto S. Othi, in Terra Summæ per alios dies octo in Feſtiuitate S. Mariæ dello Puzzo, in Ciuitate Coſẽtię in Feria S. Marię Magdalenæ per dies 15. & in die S. Auguſtini per alios

dies octo, ſic in Ciuitate Nolæ, & alijs, iuxtà eorum inſtitutum, immo in Terris Baronalibus, vt vidi obſeruari in Ciuitate Theani in Feſto S. Patridis per dies duos, & quia cognoſcunt de cauſis ciuilibus, criminalibus, & mixtis eo tẽpore: dubitari cõtingit, quãdo eliguntur tales Magiſtri Iurati, vt cõmunitèr ſunt idiotæ, licèt Nobiles, & meliores de Ciuitate, aliquando ẽt Doctores, an cum voto alicuius Cõſultoris, Aſſeſſoris, vel Iudicis ꝓcedere debeant, eſt.n. cautum ex nouella Pragm. vnica, de iuriſd. Magiſt. Iurat. vt ipſi cũ voto Iudicis ordinarij eo tẽpore procedant ad ſentẽtias diffinitiuas, & hoc benè ꝓcedit in Terris, aut Ciuitatibus, vbi Iudex deputatus eſſet à Domino, vt ſeruatur, & obſeruari vidi in Terra Summæ, & Nolæ, ſed quotiès extaret cõſuetudo eligendi Aſſeſſorẽ per ipſos Magiſtros Iuratos, vt eſt Coſentiæ, in Terra Foggiæ, & Theani, & ſimilibus; ſecus erit, quia ipſi eligendo Conſultorẽ, vel Iudicem proprium, cum eo procedunt, vt in Ciuitate Salerni ſeruari dixit Matan. in Spec. p. 4. diſt. 9. n. 85. ad ꝙ notandũ erit, ꝙ habens poteſtatem eligendi Officialem, ſi eſſet in loco domanij, debet eligere Officialẽ de domanio, & non de Terra Baronis, Affl. in Cõſt. Magiſt. Camerar. n. 8. ſed quãdoq; creantur Doctores Magiſtri Iurati, & in hoc contingit dubitari, ſi cũ voto ordinarij Iudicis ꝓcedere debeant, non obſtãte quòd ſint Doctores, in contingenti caſu in Terra Summæ, vbi meus conſobrinus Franc. Antonius Salinas erat Iudex, ex quo Magiſter Iuratus erat Doctor, & nolebat cum eius voto procedere, per Coll. Conſ. prouiſum fuit, vt cum eius voto procederet, & idem obtentũ in perſonam Horatij Salinas Iudicis Ciuitatis Nolę in anno 1618. & hoc nõ abſq; ratione, cũ dignitas Doctoratus non attẽdatur in illo actu, dũ Doctor non ſuum officium, ſed alienũ gerat, & perſonã alterius repręſentet, & ſic vidi in fortiori caſu practicatũ in Ciuitate Coſentiæ de anno 1611. vbi erant duo Doctores ibi Officiales, vnus Locumtenẽs Curię dictę Ciuitatis, & alter Iudex ipſius, & hoc corroboratur ex ſimili caſu contento in Reg. Prag. 86. capitum, promulgata de menſe Maij anno 1610. c. 64. ꝙ ſi contingerit deſtinari perſonam ad exequendũ, & fuerit electa perſona Doctoris, non per hoc conſequetur ſalarium vti Doctor, ſed vti merus Commiſſarius, & ſic anteà deciſum refert doctiſſimus Reg. Rou. in prag. 6. de Commiſſ. n. 11. ſic de Epiſcopo ſedẽte in Capitulo vt Canonico, in illo actu non habetur ratio Epiſcopatus, ſed Canonicatus, iuxtà tex. in cap. à collatione, de appell. de quo ſuprà in ver. appellatio; ſic Nobilis exercendo officium procuratoris, cum plebeis cõnumerabitur, Carau. in rit. 100. nu. 4. hæc poſui, quia in dies accidũt in actu practico per Regnum, *Auguſt. Caput. de regim. Reipul. c. 1. n. 26. & c. 7. n. 2. & 20.* Io. Bap. de Tho. I. C.

Magnus Cãcellarius an præcedat Magnum Siniſcalcum; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 549. & an præcedat Magnum Admiratum; fuit deciſum in Coll. Conſ. quòd nõ, in cauſa D. Cęſaris de Aualos cum Principe Conchæ, vt refert Reg. de Pont. in tract. de pot. pror. tit. 7. de Aſſenſ. Reg. ſuper alien. feud. §. 5. n. 5. nam inter eos, qui tenent ſeptem officia Regni, & ſunt de Conſilio ſtatus, vnuſquiſq; præcedit ſecundùm dignitatem officij, atq; præcedentiam, Maſtrill. in tract. de Magiſtr. p. 2. lib. 5. c. 4. num. 35. *Reg. Tap. in deciſ. Italiæ 21. num. 30.*

Magnus Cancellarius quamuis maior ſit Principe intuitu officij eſt minor ratione feudi titulati, cui poſtponi debet, an in parlamentis, & votãdo præferri debeat; fuit deciſum in Coll. Conſ. quòd pro illa vice præferatur in ſedendo, & votãdo magnus Cãcellarius Principi Salerni, Frec. de ſubfeu. lib. 1. tit. de orig. Baron. in verſ. alia etiam fuit, n. 42. de qua meminit Lanar. conſ. 88. nu. 19. Reg. de Pont. conſ. 14. n. 52. & 59. vol. 1. & Fab. de Ann. conſ. 123. n. 39. idem Reg. de Pon. in tract. de pot. pror. tit. 7. §. 5. n. 5. annuens, nouiſſimè fuiſſe deciſum in Coll. Conſil. inter Marchionem Gruptaliarum cum Principe Cõchę, ſ. ipſum Principem Magnũ Admiratum præferri debere Marchionem Decanũ, & antiquiorem Conſiliarium, idem Reg. nouiſſimè in dec. 8. nu. 3. allegat Frecc. loc. cit. vbi paritèr refert, in Coll. Conſ. fuiſſe deciſum in fauorem dicti Principis Conchę Magni Admirati, vt præcederet Magnum Cancellarium Regni, qui nõ erat titulatus, licèt antiquior in dignitate officij, Ric. in collect. dec. 674. & 1446. Amat. conſ. 30. ſub nu. 4. *D. Reg. Tap. I. C. peritiſſimus, qui tot legalia opera pro communi vtilitate in lucem prodiit admodum vtilia in dec. Italiæ 21. nu. 30. & 27. & D. Reg. Conſtant. in l. 1. C. de Conſulib. lib. 11. n. 11.*

Magnus Regni Admiratus, ꝙ pręfertur magno Cãcellario ſi ſit creatus Conſiliarius ſtatus, poſtquam fuerat ſimilitèr creatus magnus Cancellarius an pręferatur eidẽ Cancellario in Conſilio; fuit iudicatum in Coll. Conſ. eſſe pręferendũ magnum Admiratum, Fab. de Anu. conſ. 122, clarã exiſtimaui, n. 44. Io. Andr. de Geor. in alleg. 25. Illuſtr. Princeps, n. 21, Amat. conſ. 30. ſub n. 8. *Reg. Tap. dec. 21. n. 30.*

Maior an reſtituatur ad articulandum, & teſtes producendum ſuper concernentibus articulos priores, ſeù productos per Eccleſiam, ſeù minorem in primo termino; fuit deciſum, quòd ſic, Capy. dec. 170. Franch. dec. 269. n. 7. Muſcat. in prax. S. C. p. 6. gl. communis, n. 4. Tap. in Conſt. Minorum iura, Vrſil. dec. 94. n. 1.

Maior ſumma an comprehendat minorẽ in terminis c. fraternitatis, vt ſi in prima inſtãtia fuerit articulatũ de reditu vnius Caſtri in d. 100. in ſecũda inſtantia poſſit articulari de maiori, vel de minori; fuit deciſum, ꝙ reciperẽtur articuli, & habebitur ratio de impertinentibus in deciſione cauſę, Ann. in ſing. 332. Et vtrum, cũ citat Pellic. in Conſuet. Auerſ. ſub c. 3. in add. ſub n. 359. incip. adde circa, *Trentacinq. var. reſol. lib. 2. tit. de prob. reſol. 4. n. 67.*

Maior pars Nobilium alicuius Sedilis Neap. ſi admitteret aliquem Nobilem ad Sedilis honores an iure ſubſiſtat, contradicente minori; fuit in Coll. Conſ. deciſum, quòd ſic, Loffr. conſ. 51. in Reg. Cancell, eum citat Franch. dec. 2. ſed dubium ceſſaret, accedente conſenſu omnium Nobilium Sedilis, vt communitèr fit, ſed an valida ſit allectio in Nobilem facta per aliquot ex Sedilibus; concluditur, ꝙ non per Ann. in alleg. 130. & vt audiui, ità ſeruari videtur ſtante Regia prohibitione, cũ quodlibet Sedile repręſentet vnam partem Ciuitatis, & in tali actu debet concurrere Ciuitas, & per hanc rationem defendebãtur illi de regimine Ciuitatis Capuæ contra Nobiles, vt refert Franc. de Amic. in §. explanatis iſtis, n. 3. f. 219. & ità concludit cõtrà Nobiles ſup reper, c. 1. de his, qui feu. dar. poſſ.

Maior

Maiór pars attenditur in ſententijs, ſed non ſemper, nam in R.C. ex ſtilo attentis paribus votis Præſidentium profertur ſententia pro reo, quid ſi per conuentum fuerit propoſita ſuſpitio, an pro cauſa ſuſpitionis ſit pro reo, vel contra reum proferēda ſententia; fuit deciſum in R.C. in beneficium Fiſci, vt interueniret Officialis ſuſpectus allegatus, & ſolueret pœnam proponens ſuſpitionē, ex quo in iudicio iudicium ſuſpitionis eſt ſeparatum à principali iudicio, Reg. Tap. in prag. 22. Item volumus, n. 2. & ſeq. de offic. Procur. Cæſar.

Maior pars id, quod facit, ab omnibus cenſetur fieri, l. quod maior, ff. ad municip. cùmq; Neapolitana Ciuitas repręſentetur per quinque Sedilia Nobilium, vt refert Franch. dec. 207. n. 8. & Plateam Popularem, contingit multotiès inter negotia Ciuitatis eſſe diſcrimina, vndè maior pars Ciuitatis eſſe cernitur concurrēte conſenſu quatuor Platearum, quæ repręſentant, atq; concludunt etiam cōtradicente Platea Populari; & ità per Regem mādatum fuit, atquè deciſum per Reg. Coll. Conſ. Reg. de Pon. in tract. de pot. pror. tit. 2. de Abundan. Ciu. §. 7. n. 13. & 15.

Maior pars Vniuerſitatis an in pręiudicium minoris partis aliquid ſtatuere poſſit, etiam ſi aſſenſus in concluſione fuerit interpoſitus; Cùm Vniuerſitas Mōtis Corbini pro exoneratione æris alieni, communicato Concilio per maiorem partem ipſius concluſum fuerat, vt imponerentur duc. 20. pro quolibet centenario ſuper omnibus bonis ciuium, etiam de pecunia exiſtente ad cenſum, non obſtāte, quòd emerant cenſus francos à qualibet impoſitione impoſita, & imponēda; & ſuper tali Regius aſſenſus impetratus, à qua minor pars reclamando dicebat, non potuiſſe fieri, ex multis congeſtis per D. Camill. de Larath. in conſ. 43. maior pars, refert, deciſum fuiſſe ad relationem Regij tunc Conſiliarij Ferdinandi de Haro eſſe ſuperſedendum in ſoluendo, & ſic confirmatum primū decretum latum, penès Secretarium S.C.

Malæfidei poſſeſſor an cenſeatur ille, qui emit ob titulum, & poſſeſſionem habuerit per lōgā tempora, licèt ſit fama, quòd res empta ſit Eccleſiæ; concluditur, quòd non, Affl. dec. 178. n. 11. & 12. Pariſ. conſ. 23. vol. 2. n. 259.

Maledicens Principi in ſcriptis puniri debet pœna mortis naturalis, & cùm contingiſſet Neap. quendam Doctorem Hiſpanum porrexiſſe reſcriptum Viceregi, in quo verba contumelioſa dixerat, fuit poſt manus inciſionem caput in publico foro ei obtruncatum, vt refert Muſcat. in pract. crimin. tit. ſi quis Imper. maled. nu. 21. ſimilitèr fuit obſeruatum in quodam milite, vt infra eod. verb. miles.

Mandans, aliquem vulnerari, exiſtentibus aliquibus indicijs, vt poſſit torqueri, qua pœna ſit puniēdus, ex quo tortura inferri nequit, niſi in delictis vltrà pęnam relegationis infligentibus, non fuit tortus, ſed benè condemnatus ad exulandum per biennium, Gramm. dec. 28. Farinac. in titul. de indit. & tortur. q. 44. n. 17. Muſcat. in pract. crim. tit. de iniur. n. 37. & ſeq. Foller. in prag. 1. de ictu ſcopp. n. 42. Reg. de Pon. dec. 16. n. 19. Monald. conſ. 102. p. 1.

Mandans, aliquem venenari, ſi ad actum non fuerit deuentū, ſed dùmtaxat præparatum, & re integra mandatum quodammodò reuocatum, an puniri debeat pœna ordinaria, vel extraordinaria, & qua pœna; fuit deciſum, eſſe puniendum pœna triennalis exilij, licet ſit mulier, vt in caſu tradito à Grāmat. dec. 38. Ric. collect. dec. 1286.

Mandans, aliquem verberari, expreſsè inhibendo mandatario, nè cum enſe percuteret, ſi contra formam mandati mandatarius enſe percuſſerit, & interfecerit inimicum, & ob id fuerit mandans carceratus, an liberandus ſit, ſaltim ſub fideiuſſoribus ad faciendas ſuas defenſiones; fuit per M. C. V. decretum, quòd ſic, Gramm. in conſ. crim. 20. ſummi rerum opificis.

Mandans, verberari aliquem Nobilem per Ignobilem, licèt etiam ipſe mandans ſit Nobilis; ſi ſequuta verberatione puniendus veniret, qua pœna teneretur; fuit per biennium mandans ad exilium damnatus, & ad ſoluendum pro intereſſe partis vncias cētū, quāuis poſteà pęna moderata ex gratia, ità Gramm. vot. 15. omnipotentis Dei auxilio, Capibl. in prag. 6. n. 50. de Baron. vbi latè, Viu. deciſ. 152. nu. 8. & 391. n. 6. Muſcat. in pract. crim. tit. de vulner. lęthal. n. 55. Annibal. Troyſ. tit. 68.

Mandans inueſtitus de feudo, fieri raſuram in reſcriptis Regis, hoc eſt in conceſſione, ſiuè confirmatione an puniri debeat pœna contenta in Conſt. Qui literas; concluditur, quòd nō, & ſucceſſiuè in prædictis arbitraria pœna locum habet, Affl. dec. 404. Genuenſ. in prax. Cur. Archiep. Neap. c. 35. Baiard. ad Clar. §. falſum, n. 191. Gabr. lib. 7. de maleſ. concl. 5. num. 24. & ſeq. Muſcat. in tract. de pœnis, cauſ. 31. n. 23. Caball. reſol. crim. caſ. 206. latè Farin. in eius prax. crim. in tit. de falſit. & ſimul. contract. ſub q. 151. p. 1. per tot. Mart. vot. 249.

Mandans an includatur in ſtatuto pœnali, tàm in pęna, quàm in modo procedendi quòad pœnam imponendā, concludit ſingularitèr Troyſ. in tit. 276. nu. 32. loquens de pragmatica ictus ſcoppicti non extendi, in caſu, de quo agebatur de modo procedendi dùmtaxat tractabatur, adeò quòd ad tollēdam audaciam delinquentium cum ſcoppicto in Prouincia Calabrię Citrà mandauit Excellentiſſimus Prorex Regni, vt breuiato termino forindicationis Regia Audiētia ejuſdem Prouinciæ procederet contra committentēs homicidia cū ſcoppictis, & fuit difficultatum, an contra mandantes procederet talis iuſſus, ad quod fuit allegata authoritas Iulij Clari in §. fi. q. 89. n. 2. vbi cum diſtinctione concludit, quòd aut ſtatutum inſpicit perſonam, & tunc non egreditur perſonam, ſi verò rem intuetur, vt in caſu noſtro, & tunc etiam mandās includitur, & ità fuit iudicatum in dicta Reg. Audientia, exiſtente cauſæ relatore Regio Auditore Franciſco Antonio Salinas, in cauſa illorum de Alimena de Mōtealto, qui cùm habuiſſent recurſum ad Reg. Coll. Conſ. ſuper pręd ictis, fuit reſcriptum, vt ad vlteriora procederet Regia Audientia, & ſic ad forindicationem, & ità exequutum. Io. Bapt. de Thor. I.C.

Mandatarius an puniri debeat de occiſo, ſi fuerit per mandantem poteſtatem habentē datum mandatum ad occidendum, hoc eſt adulterum, vel adulteram de mandato viri; fuit in contingenti facto deciſum in fauorem mandatarij, quoniam quę ſunt licita mandanti, erunt licita mandatario, & ità tradit Affl. in Conſt. Regni Si maritus, ſub n. 3. ſequitur Iul. Clar. in §. homicidium, ſub nu. 42. *Decian. in tract. crim. to. 2. lib. 9. c. 16. n. 27.*

Mandatarius an teneatur verificare ſolutionem intereſſe alteri factam, quamuis per maiorem partē fuiſſet votatum, eſſe mandatarium cogendum oſtendere, quantum,& cui ſoluit pro intereſſe iuxta mandatū, tamen quia non fuit viſum per Conſilium dictum mandatum, ideo viſo mandato reſeruauit meliorem deliberationem, Affl. dec.22. Bellon.dec.Genuæ 12.Maſtril.in tract.de Magiſtr, lib.1.c.29.n.20.

Mandatarius an poſſit de iure repetere vſuras, quas ſoluit pro pecunia, quam mutuo receperat, vt pecunia illa ſolueretur creditori mandantis ex cauſa venditionis; fuit concluſum, quòd ſic; nam mandās debet mādatarium ſeruare indemnem, etiam vbi non iuratum, Affl.dec.91.n.1.Strac.in tract.de mercat.tit.de mand.n.31.Cauatius in tract. de camb. tit.de recept.in quo loco, à quo, col.3.verſ. mandatarius ſoluens.

Mandatarius an excuſetur, vel teneatur ſi confiteretur, ex ordine Conſilij mandantium feciſſe, cum in facto occurrenti demonſtraretur, Viceregem huius Regni mandaſſe quandam ſummā duc. 1000, pro ſolutione militum,& in via fuerint depredati portatores, & ob id egiſſe de mandato Conſilij, quod quidèm Cōſilium repræſentabatur per plures Potentatus ligæ, vndè reſultare cernitur, vt mandatores, ſi plures ſint, quilibet ipſorum teneretur inſolidum, tamen habebunt beneficium diuiſionis, ſi omnes eſſent ſoluendi, ſicuti fideiuſſores; nō fuit deciſum, Capy.dec.180.Pereg.in tract. de fideicomm.art.51.n.4.& 5.

Mandatum generale quamuis morte mandantis expiret re integra, an habeat locum in mandato generali facto à tutore tutorio nomine; fuit deciſum, mandatum ipſum eſſe extinctum in litibus,& negotijs non ceptis in mandato vniuerſali, & in mandato Inſtitoris non cenſeri extinctum, quia negotiatio, ſuper qua quis eſt inſtitutus vna voce, & ſignificatione comprehēditur ſub vno nomine; ideò ſi vna res in negotiatione eſſet inchoata geri, mandatum non expiraret morte mandantis, quia totū ipſum vniuerſale eſſet geri inchoatum, & ſic res non eſſet integra, ſecundùm quæ fuit deciſum, cauſas ceptas in S.C. in cauſis redemptionis Terræ cum diuerſis perſonis, quia vnica erat negotiatio redemptionis, contra Scribam mandati, cum quo erat controuerſia, Franch.dec.466.Reg. Roui.in commen.prag.rub.de Procurat.n.15.Ric. in collect.dec.173.*D.Reg.Conſtant in l.ſi quis, C.de Decur.lib.10.nu.54.& D.Reg.Capyc.Galeota to.2. controu.28.n.3.Gallup.in prax.S.C p.2.c.8.n.36.*

Mandatum primo loco factum, & præſentatum an teneatur procurator Vniuerſitatis exhibere, & interim non procedi in cauſa, ſi non fuerit præſentatum; fuit deciſum, eſſe procedendum ad vlteriora in cauſa, non obſtante petita exhibitione, & hoc in tribus caſibus determinatum fuiſſe tradit Ann.alleg.5.

Mandatum ad omnes cauſas, vel ad cauſas an comprehendat cauſas feudales; concluditur, quòd nō ab Ann.in alleg.118.& in repet.c.1. de vaſall. decrep.ætat.nu.41.qui refert, tempore Affl.fuiſſe deciſum, quòd ſic, poſt eum ſic etiam fuit in S. C. deciſum, vt idemmet Ann.in ſing.328. mandatum, ſequitur Intrigl.in tract.de feud.cent.1.f.524. Bāmac.in cap.ſi vaſallus, num.54.65.& 73.ſi de feud, defunct.milit.*Iul.Cæſ.Gallupp.in ſuo meth.feud.p.6. cap.vnico, n.10.Bilott.conci feud.85.*

Mandatum ſpeciale an requiratur in petenda reſtitutione in integrum; fuit in facto iudicatum, quòd ſic, Bartol. de Capua in Conſt. Generalia iura in opere Gramm.n.7.

Mandatū ſi ſit factū Syndicis Ciuitatis de reparādo Ciuitatem de bōbardis, baliſtis & fortalitijs propter impetum Turcarum, quia erant in culpa, nō fuerunt cōdemnati, quia mādatum fuit gratia Ciuitatis mandantis contractum in contingenti caſu, Io.Petr.Mangrell.ad Bart.in rub. ff.mand. in princ.

Mandatum habens ad agendum, ſi noluerit defendere, denegatur actio,& ita deciſum in cauſa Reginæ Poloniæ cum Regina Sueciæ, Reg.de Ponte conſ.2.n.5.vol.2.

Mandatum procuratorium ſubſtitutionis an verificetur eodem modo ſicuti mandatum procuratorium, quod non ſolū per teſtes probari dixit Balb. deciſ.190. quem ſequuntur Villal. & Vezin. inter comm.opin.tit.de procur.n.43.ſed ēt ſcriptura, ità Boer.dec.281.immò potiùs ſcriptura, quam teſtibus, Calà de mod.articul.§.2.gl.vnic.n.156. multò fortius & ſubſtitutio procuratoria, quæ in actis conſtare debet, Biſignet. dec.6. in princ. tetigit id antè eum Alex.conſ.80. ſub nu.4. verſ. quinimmò iuramtū, lib.2. & dato, ꝙ per ſcripturam id probādum ſit, vel per teſtes, cùm probatio per teſtes, vel ſcripturam æquiparentur, Rot.in nouis dec.5. de offic.Vic.n.4.Catau.in tit.275.n.17.an per ſcripturam priuatam cenſeatur mandatum verificatum,& certè Reg.Rou.in rub de Procur.n.51. affirmatiuam partem aſſequitur,& vltrà eum Veral, dec.Rom.185.p.2.alias 7.verb. mandatum, prætereà & per confeſſionem partis aſſerentis, ſe eſſe procuratorē.Boer.dec.281.n.1.vbi plures allegat, immò per literas miſſas Iudici, ſecundùm Viui. in ſylua commun.opin.in opin.476.verſ.ſexto loco, Donat.à Fin.inter comm.opin.in tit.de mand.n.3. quæ ſiquidèm omnia procedere videntur in mandato expreſſo, adeò quòd quādo ſumus in dubio, licèt mandatum regulariter non præſumatur, ex coniecturis tamen præſumitur,& probatur multifariam, vt per Ric.collect. dec.1890.& 1483. vbi allegat Caſſad. dec.3. de Procur.nu.5.& 6.qui ad propoſitum noſtrū dixit, nam & ſi Dominus viderit, cauſam ſuam agi per alium nomine ſuo,& non contradicit; creditur, quòd ex mandato agat, ſecundū Innoc.in c.ex parte Decani, de reſcript.ità paritèr præſumēdum erit in ſubſtitutione procurationis,& ſi non fuiſſet expreſsè facta, ſed tacitè, tunc præſumendum erit, factam eſſe nomine Domini, ſi penès acta in replicatione petitionis Procurator generalis Domini conſtitutus cū poteſtate ſubſtituēdi dixiſſet, quòd intimaretur eius procuratori Titio, de quorū mandatis in actis conſtabat, hoc eſt de mandato Procuratoris generalis,& de mandato Titij Procuratoris ipſius Procuratoris generalis Domini. Dum itàq; die 24. Aprelis inſtantis anni 1619, facta fuiſſet relatio in S. R. C. per meritiſſimum Iudicem M.C.V.D.Flaminium Conſtantium, iuxtà ordinem ſibi datum in ſupplicatione Circumſpecti Præſidis S. C. in cauſa V.I.D.Franciſci Antonij Salinas, & Fratrum cum Io. Antonio Salinas, generali procuratore cum

po-

poteſtate ſubſtituendi ſagaciſſimi Secretarij Excellentiſſimi Comitis Caſtrenſium, nunc Proregis Siciliæ Ioannis Lezcani mei obſeruandiſſimi Domini, viri quondam Claudiæ Salinas meæ conſobrinæ ex cauſa decreti ab ipſo Iudice domi lati, quòd cauſa remaneret in M. C. V. non obſtante remiſſione petita, adeò quòd fuerat petita poſt cõcluſum in cauſa, vnus ex Dominis dubitauerat de ſubſtitutione ita ſimplicitèr, & tacitè facta per ipſum generalem procuratorẽ aſſerentem, ſimplicitèr in replicatione ſcripturæ ſibi primò notificatæ, quòd intimaretur ſuo procuratori Titio, & ſic obſeruatum, & iudicium compilatũ per actores; attamen omnibus ijs diſcuſſis fuit per S.C. remiſſa cauſa ipſa eidem M.C.V. annuendo dictæ ſubſtitutioni ſic ſimplicitèr, & tacitè factæ, nam licèt videbatur obſtare regulam tex. in l. conſilij, §. ſocij, ff. de reg. iur. ſocius ſocij mei non eſt meus ſocius, ſic procurator procuratoris mei nõ eſt meus procurator; cõtrarium tamen puto, de iure verum eſſe, poſtquàm actus præſumitur de mandato eius, cuius intereſt geſtus, Caſſador. dicta dec. 3. n. 4. & ſicuti tutor ſimplicitèr aliquam rem faciendo, vel actum, qui ſpectat ad pupillum præſumitur nomine pupilli, & vti tutor feciſſe, & non proprio, Caualc. de tutor. n. 243. ſic & procurator, qui mãdatum ſuſcepit videtur gerere actum nomine mãdãtis, dùm ſic ſimplicitèr actum gerit, Ioſeph Ludou. in ſuis comm. concl. tit. de procur. concl. 2. in princ. nam etiam tacito conſenſu procurator conſtituitur, l. qui patitur, ff. mãd. Verall. vbi ſuprà n. 2. Id enim, cenſetur factum de mandato Domini, procuratorem ſubſtituere videtur Dominus, qui dat facultatem ſubſtituendi, Rot. in nouis dec. 4. de off. Vic. nu. 8. & dec. 8. de procur. ſecus quando expreſsè non fuiſſet data facultas ſubſtituendi, & ſi permiſſum fuiſſet per Dominum habere ratum geſtum à procuratore, vel eius ſubſtituto, Alph. collect. 1188. quod non erat in caſu, de quo agebatur, cùm in ſpecie talis ſubſtituendi poteſtas conceſſa fuiſſet in mandato, quinimmò ſic dicendo, vel replicãdo iſte procurator, quòd intimetur ſuo procuratori Titio, videtur tacitè illum ſubſtituiſſe, & ſic iure optimo ex allegatis deciſio proceſſit, ſaluo meliori iudicio. Io. Bapt. de Thoro.

Marchio Comes an præfetatur Marchioni tantùm, quamuis antiquior ſit; fuit deciſum, quòd ſic, Vrſill. dec. 1. in fine.

Marchio ſi efficiatur de Conſilio Status an præfetatur Regẽtibus Reg. Cãcellariã priùs aſſumptis, licèt maiorem habeat dignitatem ratione Tituli; fuit in Collaterali Conſilio deciſum in fauorem Marchionis; & ipſe fuit prælatus, vt per Loffied. in c. omnes filij, ſi de feud. defunct. milit. quem citat Fab. de Ann. in cõſ. 122. claram exiſtimaui, nu. 18. & 37. vbi allegat Surgent. de Neap. illuſt. lib. 1. c. 27. n. 21. allegantẽ deciſionẽ prædictã, quos citat Io. And. de Georg. in alleg. 25. Illuſt. Princeps. n. 19. Bologn. l. cũ quid, n. 38. ff. ſi cert. pet. Reg. de Ponte dec. 8. nu. 3. & ſeq. *Reg. Tapia dec. Italiæ* 21. n. 33.

Maritagium relictum puellis Monialibus cuicis debeatur, ſi priuatam vitam in domo parentum facere voluiſſent in habitu monialium tertij Ordinis; fuit deciſum in S. C. deberi, Io. Aloyſ. Ricc. in collect. dec. 1051. incip. adhuc.

Maritus occidens vxorem ob adulterium an lucretur dotes; fuit deciſum, quòd non, & ob id fuit cõdemnatus ad reſtitutionem dotis ſororibus mulieris, Vrſil. dec. 265. ſub n. 63. Viſcont. ad Franch. decil. 421. *Danza vir probatiſſimus in iure in tract. de pugna Doct. tom. 1. tit. de Aduoc. n. 49.*

Maritus an teneatur in certo loco perpetuum domicilium habere cum ſua vxore, prout in capitulis matrimonialibus cautũ fuerat; fuit cõcluſũ, q̀ ſic, & ità exequutũ in Regno Siciliæ, Capyc. dec. 135.

Maritus, & pater filiorum filiæ morientis antè patrem dotãtem lucratur dotem maternam ipſorum morientiũ ſibi ſolutam, promiſſam verò diuidit æqualitèr vna cum ſocero, & ità fuit deciſum per S.C. tanquam arbitrum electum per partes, Capyc. dec. 176. n. 30. & ſeq.

Maritus an lucretur dotem, ſi ipſa fuerit in pecunia data cum pacto, vt conuerteretur in emptionẽ ſtabilium, vel annuorum introituũ, & adhuc nõ conuerſa in emptionem ſolueretur matrimoniũ, licèt concludatur, q̀ non, contrarium tamẽ pluriès fuit deciſum in diuerſis Tribunalibus, vt inquit Nunt. Pellic. in Conſuet. Auerſ. c. 10. n. 45. ſed n. 48. concludit cum prima opinione, vt nõ lucretur, aſſerẽs, in eadem quæſtione ità fuiſſe deciſum in S.C.

Maritus an teneatur ad reſtitutionem dotis per eũ non exactæ à ſocero, licèt per diſpoſitionem tex. in l. ſi extraneus, ff. de iur. dot. ad aliquid non teneri videatur, niſi negligentia in exigendo interfuerit, & ſignantèr dum tempore moræ ſocer, vel reliqui promiſſores eſſent ſoluẽdo, qui deindè effecti fuerunt non ſoluendo, tamẽ ità aliàs M.C.V. in cauſa Gratiæ Taronitæ iudicauit, vt nouiſſimè tradit Horat. Viſcont. ad Franch. dec. 424. ex allegationibus Camilli de Medicis ibi citatis.

Maſculiatio an locũ habeat in cauſa teſtati, vt ſi pater in teſtamento legauerit dotes filiæ, & fratres diſtulerint maritare, & dotes dare, ſicuti quando eſſet ab inteſtato, quo caſu introducta eſt conſuetudo, vt fratres diſtulentes maritare ſorores, debeant maſculiari; fuit deciſum in S.C. q̀ ſic, Camil. Salern. in addit. ad Conſuet. Si moriatur, incip. ad hanc Conſuet. in princ. f. 72. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 2. nu. 1. q. 4. in princ. q. 12. n. 1. & q. 27. Ricc. collect. dec. 754. *Iul. Cæſ. Gallupp. in ſua eleganti method. feudal. p. 3. c. 3. nu. 47. tom. 1.*

Maſculiatio an procedat, ſi pater reliquerit dotem filiæ, quam maritare fratres diſtulerint; fuit deciſum, quòd ſic, Fęlix de Rub. in Conſuet. Si quis, §. quod autem, in addit. incip. etiam per viam legati, fol. 3. poſt Conſuet. impreſſ. de qua meminit Franch. dec. 412. ſub n. 4.

Maſculiatio an inducatur ex inſtitutione facta à patre filię, vt vnà cũ maſculis ſuccederet, quãuis filia, ſeù ſoror eſſet maior 16. annorũ, quæ vt vnus ex fratribus ſuccedat in bonis paternis, ſicut alij fratres, vt fratrum filij, eo enim caſu cenſetur vt maſculus, & vt maſculiata, iuxtà theoricam Napod. in Conſuet. Sed ſi morienti, §. quod autem, n. 302. quamuis nõ loquatur, nec viam aperire videatur, ſi efficeretur maſculiata, ſi fuerit à patre inſtituta vna cum fratribus, vt deinceps in ſucceſſione tàm ipſa, quàm filij concurrerẽt cum alijs maſculis, tacitè tamen ſentire videtur, vt per formam ſucceſſionum, propterea ità fuit iudicatum in S.C. & in fortiori caſu, quòd filia etiã maſculiata ex eo, quia pater eam inſtituerat in teſtamento pari èr cum filijs,

filijs, quàm ex eo, quia fratres diſtulerãt illam maritare poſt decimum ſextum annum, ea maximè ratione, quia pater no prohibetur filiam inſtituere, vt refert Affl. in Cõſuet. Sed ſi morienti, §. quod autẽ, in addit. incip. quia iſta gloſ. nõ apertè, t. 159.

Maſculus alicuius familiæ licet in vlteriori gradu poſitus an excludat fęminã proximiorem in gradu, ſtante fideicommiſſo in feudalibus adhibito, vt excluſis fęminis maſculi ſuccedant, hæc quæſtio incidit in cauſa Comitis Saponariæ ſuper bonis feudalibus Principis Biſiniani, vt refert Camill. de Curtis in diuerſ. iur. feud. verſ. nunc ad vlteriora, n. 125. fuit tandèm deciſum in Collat. Conſil. referente Præſidẽte Reg. Cam. Io. de Montoya in beneficium fęminę, quę erat ſoror vtrinq; coniuncta Principis, & Marchioniſſa Fuſcaldi contra Comitem Saponariæ, & ſic admiſſa ad ſucceſſionẽ feudorum, illorumq; poſſeſſionẽ habuit, quæ deciſio fuit in menſe Decembris 1608. vt refert Io. Aloyſ. Mormil. in Conſtit. In aliquibus, nu. 53. ex quo in tali domo de Sãſeuerino extabat ſtatutum, vt bona non poſſint alienari in alios, nec fęminæ ſuccederent, Loffred. conſ. 14. & Bologn. l. omnes, n. 57. ff. de iuſt. & iur. & infrà verb. pactum.

Mater an ſuccedat filio naturali in legato eidem facto per patrem, in quo ſubſtituit extraneũ, & pręſertim in duabus vncijs, quæ competũt filio naturali, & in eis ab inteſtato ſuccedit; fuit deciſum, quòd nõ, & hæres ſubſtitutus fuit abſolutus, Frãch. dec. 720. Paſchal. in tract. de vit. par. pot. p. 2. c. 4. n. 50.

Mater legataria ſi de legatis à filio factis ſatisfieri non poſſit, dũ de viribus hæreditarijs tractaretur an poſſit ſatisfieri ſuper bonis hæreditati obuẽtis per fideicõmiſſũ, in quibus particularis inſtitutus erat cum conditione, ſi ſine hæredibus ex corpore deſcẽdẽtibus deceſſerit, ſuccedat hæres vniuerſalis, an verò eius hæredes, & ſucceſſores, nõ obſtãte quòd ſubſtituti priùs deceſſerint; fuit deciſũ, bona ipſa per fideicommiſſum obuenta non augere hęreditatem, & proindè matri nullum ius competere ſuper illis, Franch. decis. 525. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. tit. de renunc. q. 5. n. 12.

Mater non petens curatorem inſano filio an priuetur hæreditate ipſius; non fuit deciſum, Franch. dec. 167. vbi videtur cõcludere in fauorem matris, Viui. dec. 364. *Blaſcus in memorab.* 23.

Mater ſi tranſeat ad ſecũda vota mortuo filio ſuccedens cum alijs, hoc eſt, quòad vſumfructum, proprietate ſeruata filijs, an factis emptionibus per tutorẽ de introitibus, & fructibus hæreditatis debeatur eidem matri portio iſtarum emptionum ex fructibus dependẽtium, etiam quòad proprietatem, vel vſumfructum tantùm; fuit deciſum, ad ipſam ſpectare quòad proprietatẽ, & ſimilitèr fuit deciſum in fauorem patris contra filios primi matrimonij prætendentes, proprietatem fructuum hæreditatis emptorum per patrẽ ad eos ſpectare, Franch. dec. 18. Peregr. in tract. de fideicomm. art. 49. in cap. incip. in ſecundo autem tempore, n. 20. Fab. de Ann. in conſ. 119. nunquàm potui, n. 25. & 26. declarat iſtã deciſionem, quomodò procedat, Io. Andr. de Georg. in alleg. 24. nu. 8. & 12. & alleg. 25. nu. 5. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 2. q. 20. nu. 3. Alph. collect. 654. Gratian. diſcept. forenſ. q. 540 n. 9. tom. 3.

Mater inſimul cum filia in re certa inſtituta an admittatur ad ſucceſſionem filij, ſeù fratris, alio fratre ſubſtituto ſub nomine collectiuo, fuit deciſũ, quòd mater, & ſoror, & frater ſuccedant primo morienti, quilibet pro tertia parte, per auth. defũcto, C. ad Tertull. Affl. dec. 38. Alex. Trentacinq. in tract. de ſubſt. p. 1. c. 12. n. 1.

Mater tranſiens ad ſecũda vota an excludatur à ſucceſſione filij, ſi nõ petierit tutorem, quamuis adeſſent tutores in teſtamento; concluditur, quòd nõ, Affl. dec. 75. Boer. dec. 266. in fin. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 3. q. 1. n. 4. Galt. in prax. tutel. p. 1. in princ. ſub nu. 26. Marta vot. 92. Alph. collect. 1. *Alex. Trentacinq. lib. 3. var. reſolut. tit. de cenſib. reſol. 3. ſub n. 3. verſ. ſed ſi filius, & reſol. 5. nu. 21. verſ. ſecũdus caſus, Cãcer. var. reſol. to. 1. c. 5. n. 10.*

Mater in tutela an ſit præferenda auo paterno, tantò magis cùm fuerit à patre relicta tutrix; fuit deciſum, quòd ſic, attẽtis multis rationibus cumulatis per Affl. dec. 183. Peregrin. in dec. Patauiæ 28. n. 6. Galter. in prax. tutel. in 1. p. in princ. nu. 18. *Ant. de Amat. var. reſol. to. 1. c. 24. n. 3.*

Mater nõ alitèr ſuccedens filio obſtante ſubſtitutione compendioſa facta per verba communia exiſtẽs in medio, ſi filius in pupillari ætate deceſſerit, an conſequi poſſit legitimam, & trebellianicam ex aduentu conditionis; fuit deciſum, quòd mater ſuccedat in legitima competente filio, nec non in quarta trebellianica, quæ ex aduentu conditionis debetur matri; Affl. dec. 367. à nu. 4. ad fin. Peregr. in tract. de fideicomm. art. 34. num. 39. Io. Andr. de Georg. in alleg. 24. n. 7. & alleg. 25. n. 5. Viui. in ſylua commun. opin. in opin. 852. ſubſtitutio compẽdioſa, n. 2. in fin. Theſaur. dec. Pedemont. 200. ſub nu. 4. Ioſeph de Ruſt. in tract. an, & quando lib. in condit. poſ. voc. lib. 1. c. 2. n. 9. Alex. Trentacinq. in tract. de ſubſtit. p. 4. c. 11. nu. 8. Paſchal. in tract. de vit. pat. pot. p. 1. c. 9. n. 19.

Mater ſuccedens in legitima, & trebellianica pupillo ſub cõditione inſtituto an ſuccedat in fructibus per pupillũ à die mortis teſtatoris perceptis; fuit cõcluſum, quòd ſic, quia illi ſunt proprij ipſius pupilli, Affl. dec. 367. n. 5. Franch. dec. 18. n. 12. Borrel. conſ. 51. n. 7.

Mater an præferatur in baliatu filiorum viri defuncti; fuit deciſum per S.C. quòd ſic, Maricond. in addit. ad Cap. Regni incip. Feudatarius, verſ. ibi præferatur, Petr. Garſ. dec. 59.

Mater, ſeù auia tutrix filiorum, vel nepotum adimplens omnia ſolemnia prætèr renunciationem ſecundarum nuptiarum, quãuis in actu aderat clauſula, quòd promittebat obſeruare omnia, ad quæ de iure tenebatur; Item quòd erat clauſula, quòd ſe obligabat in forma Curiæ conſuẽta; fuit cõcluſum, quòd ex quo pars non oppoſuit de defectu dictæ clauſulæ, quòd valeret proceſſus, Capyc. dec. 50. in fin. Puteus dec. Rom. 318. p. 1. Io. Franc. del Caſtill. dec. 80. n. 46. Ricc. collect. dec. 1065.

Mater quæ non petijt tutorem filijs an priuetur ſucceſſione; concluditur, quòd ſic, & ità fuit deciſum, Ann. in ſing. 335. mater, Viui. dec. 432. n. 1.

Mater an præferatur ſorori defuncti in feudis refutatis per ipſam, licet cõtra matrem latiùs allegaſſet, cauſamq; defendiſſet Lanar. in conſ. 68. fuit tãdèm iudicatum pro matre refutante, vt refert ipſum allegando Io. Andr. de Georg. in alleg. 17. ad ſucceſſionem, nu. 7. vbi in ſimili cauſa rationibus

pro

Digitized by Google

pro matre ornãdo ſimilitèr pro matre inquit, fuiſſe iudicatum ſecundùm veteres deciſiones, nu.48. idem in patre, vt infra eod. verb patei.

Mater tutrix an poſſit adminiſtrare abſquè interuẽtu aliorum contutorum, dum tractatetur de interdicendo ſibi adminiſtrationem; fuit deciſum in S.C. iunctis Aulis, quòd non, Iacob. Anel. de Bott. in addit. ad Bart. in l. li tutor, ff. de ſuſpit. tutor. in verſ. curator adiungi.

Mater tutrix relicta in teſtamento an poſſit à tutela remoueri ob non confectionem inuẽtarij, ex hac potiſſimùm cauſa fuit tàm per M.C.V. quàm per Sacrum Conſilium deciſum, debere remoueri, vltrà alias cauſas traditas per Affl. deciſ. 207. Iacob. Puteus dec. 31. p. 3. Io. Fran. del Caſtillo dec. Sicil. 80. n. 27. Galter. in prax. tutel. p. 2 rub. 5. n. 10. Marcell. Conuerſ. in tract. de tutel. & cur. tit. de ſuſpit. n. 11. Mart. de clauſ. p. 2. clauſ. 55.

Mater relicta à feudatario teſtamẽti exequutrix inſimul cũ alijs Exequutoribus an petere poſſit, ſe cõſtitui ſolam Baliã eius filij, licèt plures ſint Exequutores relicti in teſtamento, in cauſa Marchionis Vallis fuit iudicatum, quòd vnicus Balius cõſtituatur, relictis fideicõmiſſarijs, atq; Exequutoribus, & idem in cauſa Franciſci Filomarini, & demùm in cauſa Marchioniſſæ Acheruntiæ, concurrẽtibus inimicitia contracta cum Exequutoribus, ac alijs cauſis fuit in Reg. Collat. Conſil. idem deciſum, vt mater ſola Balia conſtituatur, Reg. de Pont. dec. 20. ſicut de iure, Ricc. collect. dec. 1382.

Matricula ſine exercitio, vel è contra an ſufficiat ad obtinendum declinatoriam fori alicuius artis in exercentes talem artem; fuit deciſum, vtrunq; requiri, Franch. dec. 481. Io. Franc. Capibl. in prag. 8. n. 239. de Baron. Io. Franc. del Caſtillo deciſ. Sicil. 39. n. 4. Ricc. collect. dec. 1829.

Matrimonio ſeparato quòad thorum ob furorem an ſit dos reſtituenda; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 312. *D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. tom. 2. controu. 61. n. 28.*

Matrimonium contrahi cum certo genere perſonarum an pacto prohiberi poſſit; concluditur, poſſe fieri talem prohibitionem; at in caſu occurrenti cum fuiſſet facta remiſsio per filios patri occiſori eius matris ſub pacto, nè contraheret cum certo genere perſonarum, vndè mors vxoris ſuſpicabatur, ne induceret nouercã ipſis filijs, & ꝙ dotibus deberet priuari, & illas filijs applicari; fuit deciſum in S.C. eſſe priuandum omni ſucceſsione, & ad pęnam contentam in promiſsione eſſe obnoxium, Vrſill. dec. 350, n. 5. Ricc. collect. dec. 1568. & in praxi var. reſol. reſol. 107. ſub n. 1.

Matrimoniũ ſi ſit cõtractum quòad reſtitutionẽ dotis, & antephati more Magnatum, licèt nil dictum ſit quòad ſucceſsionem filiorum, an cenſeatur in prædicto caſu contractum ſimilitèr more Magnatum, vel ſecũdùm modum Capuanæ, & Nidi, ambis contrahentibus exiſtentibus de tali Sedili, attenta communi obſeruantia contrahendi fuit per S.C. deciſum, quòd ſic, iuxtà formam ſucceſsionis Capuanę, & Nidi, ex his, quę colligit Fab. de Ann. in conſ. 2. in capitulis, & in conſ. 118. exiſtimaui adeò, n. 5. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 1. c. 4. n. 14. & ſeq. *Conſil. Theodor. alleg. 79. nu. 10.*

Matrimonium prohiberi an poſsit in certo loco, cũ alibi ſic nubere non poſsit; concluditur, quòd nõ, cùm hæ pactiones inducant viduitatem, & nõ valent, l. cum ita legatum, & l. hoc modo, ff. de cõd. & demonſtr. Andr. in Conſt. Honorem, idemq; concludit Camer. in l. Imperialem, lit. M. fol. 80. à t. de prohib. feud. alien. per Feder. quarè in anno 1599. referente Regio Conſiliario Fęlice de Ianuario in cauſa D. Sances Baſtida fuit deciſum, licere ipſi matrimonium contrahere cũ filia Regentis Mathos, ſicut cum effectu fuit contractũ, non obſtante prohibitione paterna, qui prohibuerat, ne contraheret matrimoniũ eius filius in Italia, licèt poſteà dum ſe Hiſpaniam contuliſſet, & deindè in Italiam reuerſus ex tacita mẽte ipſius colligebatur, quòd voluerat, vt filius contraheret in Italia, non tamen reuocato teſtamento, de hac quæſtione latè per Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 6. in princ. n. 6. meminit etiã de hoc Ricc. in praxi var. reſolut. reſol. 107. *Nouar. de grauam. vaſallor. to. 1. grauam. 424. n. 11. & Ioſeph Mele in addit. ad Conſil. Grizzarell. dec. 62. nu. 11. extat iſta deciſio in proceſſu ſiſtente in Banca Amatrudæ.* Io. Bapt. de Thoro V.I.D.

Medicus de Collegio Neapolitano an vigore priuilegij cõceſsi Magno Cancellario cognoſcendi eos tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, & mixtis poſsit vti conuentus in S.C. fori priuilegio potiri, remiſsionẽ petendo; fuit deciſum, quòd ſic, & ità fuit remiſſus, Affl. dec. 41. Sigiſmun. Scacc. de iud. cauſ. ciuil. & crim. c. 66. n. 5. & 8. Io. Grand. de bello exul. rubr. de qualitate q. 3. & Reg. Tapia in prag. 3. §. ordinarius, de off. Magn. Cancell. refert, pluriès fuiſſe deciſum per M.C.V. non tantùm in Medico, ſed etiam in Doctore de Collegio, & verba decretorum ibidem adducit, Viui. in ſylua cõmun. opin. in opin. 435. iuriſdictio. Vant. in tract. de nullit. rub. ex defect. iuriſd. num. 104. *Nouar. de elect. fori, to. 2. p. 2. ſect. 3. q. 27 n 88. Gallupp. in praxi S.C p. 2. c. 6. nu. 58. Græuen. pract. concluſ. lib. 2. concl. 20. conſid. 1. n. 2. Donat. Ant. de Marin. quotid. reſolut. c. 213. n. 13.*

Medietas debita agnatis vigore Conſuet. Neap. vnà cum fructibus à quo tempore ſit faciẽda, vel à die mortis, vel à die petitionis; non fuit deciſum, ſtante partium tranſactione liquidantium à die mortis, quia erat modicum interuallum vſq; ad diem petitionis, Franch. dec. 374.

Medietas bonorum antiquorum agnatis debita an minuatur ob debita c[illegible]tracta per poſſeſſores; in occurrẽti caſu dùm eſſet petita aſsiſtẽtia per vxorem defũcti in bonis ipſius, & alterius fratris, qui obligauerant omnia bona ſua pro dote, & antephato, tàm in bonis paternis antiquis, quã nouis, qua præſtita, & adiudicatio peteretur per eam, & exequutio ſuper bonis paternis: fueritq; oppoſitũ per fratrem, non poſſe medietatem bonorum antiquorũ defraudari agnatis, exiſtentibus alijs bonis de nouo quæſitis, prout ità cõcluditur per Afflict. deciſ. 347. vbi ſingularitèr Vrſill. in princ. eius annotationis concordando in prędictis opiniones Napod. diſtinguit, quãuis debeatur iſta medietas agnatis deductis oneribus eius, à quo bona ipſa venerunt, vndè ſoluit ꝙ pro debitis ipſius teſtatoris, ideſt illius, qui tenet bona antiqua, quæ fuerũt habita ab alio non minuitur iſta medietas debita agnatis, ſed ꝓ debitis illius, à quo bona primò venerũt, ad hùc benè minuitur iſta mędietas, Frãch.

dec.

dec.280. latiùs Molfeſ.in Comment.ad Conſuet. Neap.p.3.q.1.n.55.Ricc.in collect.dec.126.Giurba dec.Sicil.11.nu.14. Anell.Amat.conſ.47.n.11. deciſio patet intra eod. verb.oneta, & in conſ.74. n.47.*latè Hector Capyc.Latro dec.117.n.7.*

Medietas bonorum antiquorum an debeatur feminæ agnatæ,quamuis renunciauerit,ſi fuerit extranea hæres inſtituta in dictis bonis ab agnato,non obſtante quòd hęres inſtituta vellet ipſam retinere ex cauſa ornamentorum,& veſtimentorum debitorum per eius virum teſtantem,per Sacr.Conſil. fuit votatum, eſſe condemnandum hæredem inſtitutum ab eius viro ad medietatem bonorum obuẽtorũ dicto viro à fratre,& patre ipſius agnatę actricis,verùm quòd à bonis obuentis dicto viro extrahat antè omnia pręcipuam dotem maternam dicti teſtatoris, de credito ornamentorum non fuit habita ratio, ex quo tale onus dedebat deduci ab illa medietate, de qua teſtator poterat diſponere,Capyc.deciſ.191.Franch.deciſ.518.Io. Ang.Piſanell.ad Cõſuet.Neap.Si quis, vel ſi qua, incip.ſed quæro quid, fol.141.Ann.alleg.55.n.11.

Medietas bonorum antiquorum an debeatur agnatis ex re empta de pecunia peruenta ex patre, vel linea paterna; concluditur,q; non,& ità fuit iudicatum,vt refert Capyc.ex mente aliorũ DD. antiquorum dec.194.à n.15.ad fin. Vrſill.dec.369.nu. 10.Molſ.in Comment.ad Conſuet.Neap.p.2.q.5.

Medietas bonorum agnatis debita virtute Conſuet. Neap. an debeat deduci de quolibet corpore bonorum hæreditariorum, conſiderando omnia pro indiuiſo, & quid ſi teſtator de re diſpoſuerit, an agnatus poſſit recurrere ad teſtantem ſolùm; fuit deciſum in S.C.quòd non, Apoſtill.in Conſuet.Et ſi teſtator,incip.aduerte quia Stephanus, fol.173.

Medietas pretij rei dotalis peruenta ex venditione rei dotalis facta per ſororẽ fratri debitori in pretio an debeatur hæredi alterius ſororis, iuxtà Cõſuet. Neap. ſi de pretio ipſo fuerit facta donatio fratri;fuit votatum in fauorem conuentorum,hoc eſt,vt non debeatur,cùm dotale pretium ſuccedat loco rei,& ità actum fuerat,vndè fuerunt abſoluti per ſententiam,Capyc.dec.85.n.3. de Ponte conſ. 115.n.2.vol.1.& conſ.117.n.14. *Reg.Conſil.Theodor.alleg.77.n.31.Barbat.de aſſiſtent gloſ.12.n.36.*

Meliorationes rei emphyteuſis deuolutæ ad Dominum directum ſine culpa emphyteutæ ob lineam finitam an ſint reſtituendæ hæredibus emphyteutæ, quamuis Eccleſia fuerit Domina directa; fuit deciſum,quòd ſic,Frãch.dec.191. Ricc.in collect. dec.667.& 150.

Meliorationes domus ſi fuerint deductæ antè ſentẽtiam impediretur exequutio, donec fuerit facta ſolutio, ſi verò poſt ſententiam fit exequutio cum cautione,Franch.dec.112.Peregr.in tract.de fideicommiſſ.ar.50.in c.incip.circa quartum principalem articulum,n.81. Fab.de Ann.in conſ.43.in facto, n.10. tamen reſpectu ſolutionis pretij meliorationum factarum de æquitate S.C. ſolet admittere, vt ſoluantur, vt in caſu allegato per eundem Præſid.vbi ſic deciſum n.9. tradit, quem citat Polyd.Rip.in ſuis obſeru.ſingul.obſeru.116. Caroc. de locat.p.4.tit.de expenſ.n.27.*D.Reg.peritiſſimus Fab.Capyc.Galeota tom.2.controu.46.n.2.4. & 5.*

Meliorationes factæ in domo reſtitutioni ſubiecta, ſi excederẽt pretium an teneatur fideicommiſſarius ad ſoluendum hæredi pretium meliorationis fuit concluſum,non teneri,niſi ad id,quod expenſum ſit, Franch.dec.109.n.5.

Meliorationes iure factæ an dicantur obligatæ: fuit deciſum,quòd ſic,Franch.dec.38.in fin. Viſcont. hic in addit.in fin. Ricc.dec.Archiepiſc.263.p.2. *Mãgil de euict q.40.n.8. Barbat.de aſſiſt.gl.5.n.65.*

Meliorationes,& expenſæ an repetãtur a bonæ fidei emptore in caſu reſtitutionis rei,S.C.diſcuſſo negotio inclinauit, quòd iſti fructus quatènus eſſent infrà expenſas excomputarentur cum expenſis, quatènus verò eſſent vltrà, & eſſent percepti poſt litem conteſtatam, & ſic poſt malam fidem, reſtituerentur, cùmq; emptor conduxiſſet rem à Procuratoribus Vniuerſitatis,& q; vidente Vniuerſitate,& patiẽte,immò hominibus illius operãtibus meliorauerit rem,faciendo molẽdinum;fuit votatum cõtra emptorem, verùm quòd quatènus fructus percepti per eã eſſent percepti reſpectu ſoli territorij, & aquatum Vniuerſitatis compenſarẽtur cum meliorationibus factis per emptorem, quatènus verò eſsẽt percepti ex meliorationibus, & alijs aquis emptoris non teneatur ad reſtitutionem,nec ad compenſationẽ,Capyc.dec.93.n.9.& ſeq.Peregr.in tract.de fideicom.ar.50.n.67.Mart. vot.61.n.4.*Franc.Hier.de Leo dec Valent.98.n.18.*

Meliorationes factæ in fundo quo tẽpore reſtituẽdæ ſunt,ſeu appretiandæ, vt valeant tẽpore,quo fiũt, vel tempore, quo reſtituitur res, diſtinguitur, aut actũ eſt reiuendicatione,& fuit iudicatũ pro actore,quia expenſæ nõ fuerũt factæ à Domino,ſed tãtũ à poſſeſſore,qui nunquàm fuit Dominus,& tũc expenſæ reſtituendę ſunt,vt tempore erogationis ſint minus, quàm hodiè valerent, ſin autem tempore reſtitutionis minus valerent,minus reſtitueretur; ſed ſi expenſæ factæ eſſent à Domino, & in re propria appretiarẽtur, vt plus valerẽt tempore reſtitutionis, & ità fuit deciſum in S. C. Ann. in ſing.182.expenſæ, Maſull.ad Capyc.dec.78.nu.4. dec.93.& dec.202. Viſcont.ad Franch.dec.109.

Meliorationes feudi factę per Baronem ſi ob lineam finitam feudum deuolueretur ad Fiſcum an ſint per eum ſoluẽdæ creditoribus Baronis; fuit deciſum in Collat.Conſil.facta relatione per Reg.Camer.Summar.quòd ſic, Fab.de Ann.in poſtremis additionibus ad alleg.6.eius patris,n.12.& 13.

Meliorationes factas per cõductorem domus,quam ipſemet priùs vendidit cum pacto de retrouendẽdo an teneatur emptor,& locator bonas facere,& pretium ſoluere; fuit deciſum in S.C.quòd ſic,nã in hoc habet locum Conſuet. Si quis conduxerit, de locato, ratione ſpei, quã habebat ille de retrouendendo.Vinc.de Franch.in d.Conſuet,in addit. incip.Magnif.Laura Panarella,fol.172.

Meliorationes factæ per feudatarium in feudo an deuoluto feudo Domino per lineam finitam exolui debeant hæredi feudatarij; fuit deciſum tàm in R.C.S.quàm per Reg.Collat.Conſil.deberi expẽſas tãtùm,per quas feudum eſt melioratum, Reg. de Ponte in dec.12.quæ impenſæ, n.1.& poſt n.6. verſ.fuit deciſum,& in dec.4.nu.33. Ricc.collect. dec.2060.

Memoriale porrectum Suæ Excellentię de litis pendentia,vt non pręſtetur aſſecuratio vaſallorum an iudicetur ſubreptitium,fuit deciſum,etiam ſi fuiſſet in eo gratia appoſita tanquàm concernẽs præiudi-

Digitized by Google

iudicium tertij non valere, vt ſubreptitium, Reg. de Ponte conſ.68.n.34.vol.1.

Menſura parietis conſtruendi palmorum octo iuxtà domum vicini, nè ibi aſpectus habeatur, licèt ſit facienda à ſummitate podij, ſi ibi erit, & idem in lacerto ad modum podij facto, an etiam procedat in herbario, Napod. in Conſuet. Si aliquis habens, de apert. non faciend. nu.25. dixit, quòd non, idem eſt ſicut in podio, quia potiùs reddit aſpectum difficiliorem, quam faciliorem propter herbas ibi aſtantes, tamen contrarium fuit deciſum per S.C. vt refert Iacob. Anell. de Bott. in d. Conſuet. in addit. incip. adde, quòd contrarium, fol.364.

Menſura tempore venditionis attendi debet, vel menſura tempore venditionis frumenti venditi, & traditi; fuit deciſum, eſſe attendendum tempus venditionis per tex. in c. cùm quis, de cenſib. Io. Baccan. in ſing.1. nota, inter ſingularia Doctor.

Menſuratio itineris aſportandi molas, & alia à vaſallis pro ſeruitio Baronis cum animalibus fieri debet per viam terreſtrem communem, & vſitatam, non autem per aerem; & ità fuiſſe iudicatum per S.C. refert Regens Scipio Rouitus peritiſſimus, eloquentia, & probitate præſtantiſſimus in prag. r.n.5. de ſalar. cor. qui mit. pro ſeruitio Reg. Cur.

Mercator librorum, ſeù librarius an præferri debeat ceteris mercatoribus aliarum ſpecierum, & non eſt dubium, quòd nobilior quiſq; eſt, quantò nobilius habet ſubiectum, Capyc. dec.17.n.23. quinimmò iſti mercatores nobile ſubiectum habent. ſ. libros, per quos humana ſciētia cōſeruatur, vt plura congerit ad hoc Caſſan. in cathal. glor. mundi, p.12. cōſ.73. verſ. quomodò, & de eorum nobilitate teſtificatur Thomas Garzonius in ſuo libro nūcupato *la piazza vniuerſale* rubr. *delli Librari*, vbi pluribus rationibus comprobat iſtam opinionem, & in annotatione dictæ rubr. in fin. nonnullos Bibliopolas famoſos enumerat, ſicut etiam Neap. floruerunt famoſi Bibliopolæ Anellus S. Vitus, Nicolaus de Boctis, Philippus de Maria, & Henricus Baccus, qui edidit Regni Neap. Opuſculum: & ad præſens floreſcunt Hector Soldanellus, & Io. Dominicus Boue, cuius qualitates laudādo recenſet Auditor Perra in ſuis addit. ad dec. Grām. in dec.94. ſub n.12. in fi. fol. mihi 240. *& nouiſſimè peritiſſimus D. Io. Iacobus Anichinus in ſuo elegāti tract. de præuent. inſtrum. c.1. q.5. n.*116. In tantū, q̃ eorum nobilitas extollitur potiſſimum in iſto Regno, quia pro eorum mercaturis nullum ius Regię Dohanæ ſoluitur, ex particulari priuilegio Caroli V. Imperatoris, non ſic pro omnibus alijs rebus inuectis, ſicur nec ſcholaris tenetur ſoluere gabellam pro libris, Bellac. inter commun. opin. tit. de vectig. n.27. & quòd præferri debeant librarij, & impreſſores ipſorum, ſeù calcographi, vel bibliothecarij, tenet idem Caſſan. in dicto cathal. p.11. conſid.39. & ità audiui ab Octauio de Maria meo amantiſſimo cognato olim Continuo Suę Excellētiæ deciſum fuiſſe per S.C. referente Reg. tunc Conſil. Camillo Sanfelicio in cauſa Iacobi Anelli de Maria mercatoris librorū ſui genitoris, cū Gabriele Balbino mercatore ſerici ſuper præcedentia Oeconomatus Eccleſiæ Spiritus ſancti huius Ciuitatis, & in poſſeſſionem poſtmodùm immiſſus dictus Iacobus Anellus, vt præcederet, conſtat ex actis deſuper compilatis in Banca Fontanæ de anno..... & quòad præcedentiam mercatorum in ſeſſionibus Oeconomatus facit conſ. 60. Anell. Amat. de nouo viſum, vbi plura. Io. Bap. de Thoro I.C.

Mercaturam exercere facere an poſſit Officialis iuriſdictionem habens, fuit per totum Collat. Conſ. diſſequeſtrata quædam mercatura olei, quam publicè faciebat Hector Ieſualdus Regius Conſiliarius, vt refert Io. Ant. Lanar. in conſ.43.n.32. Molſ. conſ.16.n.18.

Metus debet probari in ſpecie ad illū actum, de cuius reſciſſione tractatur, & ità pluriès in S.C. fuit deciſū, Ann. ſing.341. metus, Ricc. collect. dec.921. *Alex. Trentacinq. var. reſol. lib.1. tit. de his, quæ vi met. cauſa reſol.1. n.*40.

Miles captus cū ſclopo carico an poſſit iuxta pragmaticam detineri, & puniri, non obſtante quòd ſit miles nouæ militiæ, ſtante Reg. Pragm. generali id prohibente, Io. Franc. Capibl. in prag.3. de Baron. n.25. & 26. refert, in Regia Audientia fuiſſe contra militem pronunciatum ex generalitate verborū, & appellata cauſa de indebita captura fuit remiſſa, licèt ipſe cōtrariū iudicatū fateatur. *Dāza de pugna DD. to.2. rub. de elect. for. c.13. n.5. &* 15.

Miles ob famoſū libellū debet pęna vltimi ſupplicij puniri, iuxtà deciſa ſuprà eod. verb. famoſū, ſed an pęna nobilium, ſcilicèt obtruncationis capitis, vel ignobilium, ſcilicet furcarum; in facto occurſo de quodam milite famoſum libellum in Viceregem infringente, & vti conuictus, atquè confeſſus, fuit facto verbo in Reg. Collat. Conſil. condemnatus ad vltimū ſupplicium, & puniendus pęna nobiliū, & ità exequutum, Mutius Surg. in annot. ad opus eius fratris, de Neap. illuſtr. in c.22. ſub n.12. f.371. verſ. de criminibus autem, & idem fuit ſeruatū in quodam Doctore, vt ſuprà eodē verb. maledicēs.

Milites Hieroſolymitani an poſſint ſuccedere in feudo, licèt cōcludatur, q̃ nō per Ann. in ſing.207. feudū, idē poſteà fuit deciſū in R.C. q̃ non ſuccedāt, vt refert Fab. de Ann. in addit. dicti ſing. incip. fuit deciſū, hoc eſt in feudo franco, Oct. Bammac. in c. qui clericus, n.43. & ſeq. ſi de feu. defun. milit. Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. in cap. abſoluta igitur, nu.12. fol.18. à tergo, Tap. in auth. ingreſſi, ver. ſua, c.14. n.19. & ſeq. C. de ſacroſ. eccl. Reg. de Pōt. in tract. de poteſt. Proreg. tit.7. §.4. n.7. & ſeq. referens, idē fuiſſe aliàs deciſū in R.C.S. Maſtrill. dec. Sicil 85. n.11. idē Reg. de Ponte in repet. rub. de ſucceſſ. feud. lect.10. n.38. Ric. collect. dec.216. *Epiſc. Gemmenſ. in tract. de Eccl. ſeù practicab. Eccl. quæſt.20. Bilotta concl. feud.65. n.*11.

Miniſcalcus ſi eius culpa æquus ex aliquo medicamento, aut ferri impoſitione infirmaretur, vt Domino deſeruire nō poſſet, an teneatur ad intereſſe; cū accidiſſet caſus in Ciuitate Ariani, q̃ quidā Miniſcalcus dū ferrū imponeret mulæ, ipſā vulgò inchiodaſſet, per mēſē circitèr infirma ex tali cauſa effecta nequaquā Domino ſeruire potuit. & dū aditū eſſet per Venerabilis Monaſterij S. Frāciſci eiuſdē Ciuitatis Guardianū Dominū mulæ apud Doctorē Frāciſcū Antoniū Salinas dictę Ciuitatis Gubernatorē, meum cōſobrinū pro intereſſe lucri ceſſātis ex impedimēto culpa Miniſcalchi cauſato, replicabatur per cōuētū, nō debere moleſtari, exiſtēte vulgari prouerbio apud Miniſcalcos, *chi chioua inchioua*, ob quod ad nihilum teneri videbatur,

Digitized by Google

batur,ego autẽ ſub diſtinctione annuebam,quòd aut iſte Miniſcalcus ob imperitiã artis id egerat, & tunc ex quo imperitia culpæ annumeratur, §.pręterea,Inſtit.de leg.Aquil.& ꝙ imperitia peccauit culpam eſſe, inquit I.C.in l.ſi quis fundum, §.Celſus,ff.loc. & ꝙ per imperitiam commiſit imputari ei debet,l.illicitas,§.ſicuti, ff.de off.Præſid. ſicuti & in Medico dicitur,vt ſi per imperitiã ſeruũ ſecuerit, vel ex locato, vel ex lege Aquilia cõpetit actio. l.qua actione,§.fin.ff.ad leg.Aquil.vbi gloſ.Florian.& cęteri,& §.imperitia, vbi Aret.Inſtit.eod.tit. & eo caſu quẽadmodũ ipſi Medici ad ſingula dãna,& intereſſe tenentur, vt quoq; optimè tradit Borgn.Caualc.dec.Fiuiz.26.in 1.p.n.16. ita paritèr & Miniſcalchi,ex quo iura prædicta nõ tãtùm extenduntur ad homines literatos,ſed etiã ad homines aliquod officium profitẽtes, vt tradit Gloſſella in d.§.imperitia, in addit.& eam ponderat Borgnin.vbi ſuprà,n.16.in caſu ſuo de Sartore malè veſtes ſuendo,& ratio eſt ſecundùm eum ibi n.15. ex quo omnis Artifex præſumitur idoneus, poſtquàm exercet eius artem;quia videtur aſſerere, ſe eſſe in illa arte peritum,& ideò tenetur de negligentia, imperitia,dolo, & lata culpa,ex quo nõ debet exercere artem,dùm illam ignorat,gloſ. in §.titulos,auth.de mãd.Princip.verſ.ſiquidem,ſi aũt id ſtudiosè egerat, nõ erit à dolo alienus,quoniã qui non facit id,ꝙ ſcire debebat,vel ſciebat de arte ſua,tenetur de dolo, Borgnin.vbi ſuprà nu.2. vbi concludit in princ.ꝙ Sartor, & quilibet alius Artifex tenetur de negligẽtia,& dolo in arte ſua. ſi quid omittat, vndè ex his iuſtiſſimè fuit conuẽtus ad intereſſe cõdemnatus,& dùm fuiſſet per eũ appellatum ad Regiam Audientiam Principatus Vltra;fuit confirmatum decretum prædictum,immò paritèr & per M.C.V.licèt reformatum circa quãtitatem intereſſe, & hoc in anno 1603.ſi rectè recordor, me tunc commorante in Ciuitate prædicta.Io.Bapt.de Thoro V.I D.

Minor maiori ſuccedẽs (licèt non habeat beneficia) lata tamẽ ſentẽtia ſi cõtingerit appellari, cõcedũtur ei beneficia,ſi minor eſſet læſus in cauſa reclamationis, Frãch.dec.647.ſed cũ qualitate ibidem expreſſa,*Fontanell.de pact.nuptial.gloſ.3. ſub n.59. ſub clauſ.3.& Ripol.var.reſolut.c.11.n.167.*

Minor reſtituitur in integrum ſi conſenſerit in Iudicem ſuſpectum per intermediam perſonam curatoris;& ità deciſum,Franch.dec.692.

Minor pupillus an poſſit inſtructo proceſſu cũ eius patre in aliqua Curia Baronali ſuper adminiſtratione tutelæ, & diuiſionis reſciſſione mortuo patre forũ eligere;in S.C.iuxtà terminos l.1.C.quãd. Imper.int.pupill.& vid.fuit dictum,ꝙ nõ,Franch. dec.364. Tap.in Conſt.Statuimus, vt M.C.V.nu. 29.Iul.Cæſ.Imbrian.in tract.de primo,& ſecundo benef. conſid.1. n.89.

Minor an ſuccurratur in delictis atrocibus,ob ꝙ ei pena mitigari debeat;fuit cõcluſũ,ꝙ nõ,& proindè minor parricidiũ cõmittẽs pena vltimi ſupplicij puniri debet, vt obſeruatũ Neap.in cõtingẽtia facti teſtatur Frãch.dec.230.Tap.in Cõſt.Minorũ iura, n.30.latè modernus Doctor Petr.Caball.reſol.crim.cẽt.2.caſu 134. & Farin.in eius praxi ſub q.92.ſub tit.de pęn.moderand.n.108. & 163. latè iſtam deciſionẽ exornat Viſcont.in ſuis addit.hic, Ricc.collect.dec.1119.Paſchal.in tract.de vit.par. pot.p.2.c.10.n.22.*Fontan.de pact.nupt.clauſ.7.gl.2. n.11.Ruginell.pract qq.c.35 n.52. Danza de pugna Doct.to.1.tit.de deleg.c.1.n.8.Gręueu.pract.concluſ. lib.2.concluſ.110.conſid.2.rub.coron.remiſſ.Guazz. in tract.ad defenſam, defenſ.33.c.7.n.1.*

Minor cõuẽtus vigore apocæ ſcriptæ eius manu etiã cũ authoritate,& cõſenſu curatoris an poſſit carcerari;fuit deciſũ,ꝙ nõ, Reg.Roui.in prag.63.de off.Procur.Cęſ.n.2.in fi. Viſcõt.ad Frãch.dec.502.

Minor 18.annis homicidiũ cõmittẽs cũ cauſa pręcedentiũ iniuriatũ,verberũ, & petriatarũ factarum eius patri,ſeù matri an ſit plectẽdus pęna mortis; fuit deciſũ,eſſe cõdemnãdũ in Inſulã per decẽniũ deportatum, quæ quidèm pęna cum nõ ſit in vſu, fuit in Regijs triremibus pro eodem tempore cõdemnatus ad ſeruiendùm Regi in bellis,Gramm. dec.23.Iul.Clar.in §.fin.q.60.in princ.verſ.& ideò quidam, & Baiard.ad Clarum,§.homicidium, nu. 112.Marant.p.4.nu.85.in med.Theſ.dec.161.Caball.reſol.crim.cent.2.caſu 134.nu.7.latè Famian. Centol.in addit.ad conſ.1.Farinac.Mõtel.in prax. arb.p.4.q.7.nu.31. Ricc.dec.Archiep.113.p.2.

Minor ſi pendente iudicio effectus ſit maior, & petierit reſtitutionem in integrum an ſit ei concedenda; fuit deciſum,ex quo dolo,& malitia actoris lis fuerit protracta in longum,quòd idem erit in Iudice protrahente cauſam,eſſe concedendam reſtitutionem, niſi eſſet concluſum in cauſa,Affl. dec 210. Troyſ.in pragm.6.de dilation.num.7. & Muſcat.in praxi S.C. p.6.gloſ.in integrum.nu.17. Sforz.Odd.in tract.de reſtit.in integr.q.25.nu.33. ſub 4.art.Mart.vot.71.n.8. Lancell.in tract.de attent.p.2.c.4. limit.20.n.13.

Minor pupillus an reſtituatur petẽdo reſtitutionem in integrum infrà quadriẽnium aduerſus præſcriptionem conſuetudinariam, ità quòd exiſtente Conſuet.Neap. vt decedente patre filij maſculi ſuccedant cum onere maritandi ſorores ſecundũ paragium, vſq; ad annos 17. quo tempore elapſo ſoror admitteretur ad ſucceſsiones vti maſculus, & in caſu occurrẽti mortuo patre relicto filio pupillo,ac filia pubere, vel impubere, quæ effecta erat 17.annorum antequàm filius pupillus efficeretur maior,an poſsit dicere,quòd vellet ſuccedere, eò quòd frater non maritauerat eam infra 17. annum, fuit pari voto deciſum, ex quo iſte frater quando mortuus fuerat pater, erat pupillus, & mortuus fuit quandò erat ætatis annorum 18. & filia tempore mortis fratris erat annorũ 22. quòd dictus filius conuẽtus poterat opponere de dicta reſtitutione,quæ competebat patri minori,cuius ipſe filius erat hæres inſtitutus, Afflict.dec.370. à n.1.ad 6.Tap.in Conſt.Minorum iura,n.13.

Minor in delictis atrocioribus an reſtituatur aduerſus confeſſionem; in occurrenti caſu fuit per Magnam Curiam Vicarię minor tormentis expoſitus abſq; curatore,& mox condemnatus,non obſtante minori ætate,vt tradit Vrſill.dec.208.ſub nu.3. eum citat Viu.in ſylua commun.opin. in opin.504. minor, n.3.nouiſſimè Farin.in praxi tit.de reo cõfeſſ.& conuict.ſub q.81.c.10.num.383. *Guazzin.in tract.ad defenſam, in defenſ.32.c.32.n.6.*

Minor an reſtituatur elapſo tempore pacti de retrouendendo cum minore geſto,quamuis poſteà maior ſit effectus; fuit deciſum, quòd ſic, Vrſill. deciſ.210. numer.4. & 5. eum citat Viuius in ſylua commun.

Digitized by Google

commun.opin.opin.1013.venditor, n.4.

Minor maior effectus per lapsũ decẽnij an poſſit reſtitui aduerſus confeſſionẽ factã ſine iuramẽto, & ſine curatore, ſicuti donatio per eũ facta abſq; iutore per lapsũ decennij confirmatur, concluditur, non eſſe reſtituendum, Capyc.deciſ.92.vſquè ad num.3.

Minor regularitèr non punitur pęna ordinaria, ſed minoratur ei pęna, tamen non procedit in atroci crimine, vt in facti contingentia fuit deciſum in Collaterali Cõſilio dum quidam minor occidiſſet quandã mulierẽ intus Eccleſiã S.Laurentij, quando aquam ſanctam ſumeret abſq; cauſa, qui erat ætatis annorũ ſexdecim, fuit illicò ſuſpẽſus, & hoc ob malitiã licuit minorem ordinaria pęna punire, non obſtante minori ætate, ex doctrina Bald.in l. adminiſtrantes, §.qui corporis, ff.de excuſ.tuto.vt refert Gramm.in Conſtit.Minorum iura, ſub n.7. col.2.verſ.niſi in caſu, vbi ponit alium ſimilem caſum in facto occurſum, fuiſſe minorẽ vltimo ſupplicio traditum, & flammis quoq; combuſtum ob crimen ſodomiæ, & de tali deciſione etiam meminit Farinac.in tit.de penis tempetand. q.92.n.86. & Follet. in addit. ad Robert.Marant. in 4.p. ſub n.85.in fin.verſ.quid igitur dicendum, annuens, id procedere in agente minore, ſecùs in patiente minore, immò Foller.vbi ſuprà n.48 & ſeq. refert, in caſu homicidij commiſsi per minorem proditoriè ex propria malitia fuiſſe per M.C.V. ad mortem damnatum, tandèm vnitis omnibus Officialibus Sacri Conſilij, Regiæ Cameræ, & M.C.V. fuerunt in pari voto in hoc, alij enim confirmabant ſentẽtiam M.C. cęteri verò inclinabãt in minoratione pęnæ, de Gramm.mentionem facit Sforz. Odd. in tract. de reſtit.in integr. q.80.art.9. nu.201. & 93. qui vti Aduocatus illius cauſæ tradit, Proregem in illo caſu ſtante votorum paritate mandaſſe, vt minoraretur pęna, & ità fuit exequutum, ex quo poſt biennalẽ exequutionem inquiſitus fecit cõpoſitionem ducatorum tercentum, & vnius mancipij conſignandi Regiæ Curiæ. *Ruginell pract.qq. c.25.n.38.& 63.vbi præter iſtas deciſiones alias cõferentes deduxit, Gaſp.Ant.Theſaur.lib.3. practic. quæſtion.q.17.n.4.ita deciſum refert.*

Minor ſi cõfeſſus fuerit in iudicio, commiſiſſe crimẽ ſodomiæ, nec alitèr probatum, immò talis cõfeſsio abſq; curatore potiùs proceſſerat ex dementia, & ſignis dementiæ, an ſit aliqua pęna puniendus; fuit per M.C.V.abſolutus, Gramm.in conſil.crim. 16. incomprehenſibilis Dei ſuffragio, Farinac. in eius praxi ſub q.94. tit.de pęnis temperand.n.31.

Minor ſi pro diuerſis furtis, & vulneribus fuerit cõdemnatus an pęna ordinaria, vel extraordinaria ſit plectẽdus, ſi per teſtes fuerit probatum de minori ætate, licèt ex aſpectu alitèr appareret, conſideratiſq; delictis patratis fuit per M.C.V.vltimo ſupplicio damnatus, Gramm. voto 14. tremendi Dei præſidio, Theſ.dec.Pedemont.161.n.4. idem Gramm.dec.34.n.47.

Minor dolo aduerſarij inductus ad iurandum ſe maiorem, ſtante ſtatuto, quòd contrahere non poſsit abſquè conſenſu conſanguineorum requiſito per ſtatutum an poſsit dicere actum nullum: fuit iudicatum, quòd ſic in S.R.C. refert Affl.dec.393. nu, 12.& ſeq. quem citat Viuius in ſylua comm.opin. in opin.796.ſtatutum diſponens, n.27.

Minor iurans mendacium ſuper ętate an reſtituatur in integrum ex capite minoris ætatis; cõcluditur, quòd non, niſi dolo, & verſutia emptoris fuerit inductus ad iurãdum, & ità fuit iudicatum per S.C. Affl.dec.393.n.12. & 13. eum citat Io.Camill.Biloct.in tract.de abſolut.iuram.lib.1.c.4.n.18.

Minor ſuccedens in aliquo officio, in quo perſonalitèr ſeruire tenetur an ob talem defectum poſſit per ſubſtitutam perſonam inſeruire; pluriès in contingẽtibus caſibus fuit obſeruatum, quòd ſic, relatis nouiſſimè per Reg.de Ponte dec.27. n.19.

Minor duodecim annorum ſi ſe obligauerit in contractu, an talis cõtractus iuramento firmetur, vt pro minore habeatur, iuxtà diſpoſitionem auth.ſacramẽta puberum, C.ſi aduerſ.vend.per S.C.fuit approbata opinio Bart.& Canoniſtarũ aſſerentium, auth.prædictam locũ habere etiam in pupillo doli capace, vt ſi iurauerit in cõtractu, firmetur iuramento, ſicut ſi eſſet pubes, Affl.dec.322.vſquè ad n.5.& 393.n.11.& ſeq. Ant.Gabr.lib.2.tit.de citat. concl.1.nu.39. Tap.in auth.ingreſſi, verſ.ingreſſi, c.6.nu.25.C.de ſacroſ.Eccleſ. Viui.dec.400.n.43. & in ſylua comm.opin.in opin.508. minoris.

Minor annorũ decem, & octo, & maior annorũ 14.an habeat electionẽ fori, fuit per M.C.V.in caſu pręmiſſo cauſa remiſſa ad Curiã, vndè lis vertebatur, denegãdo electionẽ factam de M.C.V. nouiſſimè Horat.Viſcõt.in addit.ad Frãch.dec.100.ſub n.17. *D.Conſil.Carleual de iudic.lib.1.tit.1.diſp.2.q.4.inſpect.7.n.537.Nouar.de elect. fori.tom.2.p.2.q.4.*

Minor, ſiuè pupillus an cogi poſſit ad petendum reſtitutionem in integrum, ſiuè primum, vel ſecundũ beneficium ad inſtantiam partis, ne lis protelerur vlteriùs, prætextu talium beneficiorum, licèt videbatur dicendum affirmatiuè, quemadmodùm in petendo curatore communitèr practicatur, de quo per Muſcatel.in praxi S.C.lib.1.p.2.gloſ.intimato, n.49.tamen reſpectu beneficiorum, cùm ſint voluntariæ petitionis non ſic aſtringuntur, ſicuti cęteræ perſonæ priuilegiatæ, quamuis in quacũq; parte iudicij peti poſsint per eos, nõ tamen relata, & introducta cauſa in S R.C.ſiuè poſt, idem Muſcat.in d.prax.eod.lib.1.p.6.gloſ.priuilegiata, n.9. & 10.nouiſsimè Reg.Rou. meus dominus, & I.C. pręſtantiſsimus in pragm.2.n.28.de ord.iud.& ſic iudicatum retuli ſuprà eod.verb.beneficium, propterea ne partes ipſæ laboribus, & expenſis defatigentur, vt finis litibus imponatur, ad euitãdum verſutias pupillorum, ſiuè ipſorũ curatorum, aut tutorũ cõmunitèr introducta praxis de hoc fuit, vt poſt interpoſitionem primi, vel ſecundi decreti ad petendum beneficia, ſi indigent pupilli ipſi, introducitur cauſa in S.R.C.& ſic poſt introductionem omninò excluduntur ab illorum petitione, & ità deciſũ particularitèr fuit in cauſa Camilli Mõdelli cum Iordano Moretto R.C.S. Rationale, & tutore Octauiani de Thoro, filij quõdam Aſcanij de Thoro legum profeſſoris eximij, mei patrui, ad relationẽ Regij Conſiliarij Marci Antonij de Põte tunc cauſæ Commiſſarij, nunc dignisſimi Præſidis S.R.C.& Marchionis S.Angeli in anno 1598. penès Amatrudã Act. Mag. & ità communiter in Tribunalibus practicatur, vt infrà eod.ver mulier, de quo meminit Scagl. in ſuo ord.iud. poſt ritus, rub.introductio cauſæ. *Accedat prædictis optimæ dec.Conſil.Gizzarell.21.n.2.* Io.Bapt. de Thoro.

iuxtà ipſorũ loca, ſed longè diſtãtia, vt dixit Alex. conſ.12.in prin.lib.7. ſicuti in caſu noſtro cernebatur oculariter, quinimmò de omnibus facta relatione per Reg.Cam.Sum.in Collaterali Conſilio, præcedente acceſſu dictæ Regiæ Cameræ, & Collater.Conſil.ſuper faciẽ loci, auditis partibus valdè conquærẽtibus, & ſtrepitantibus deciſum fuit, molendinũ ipſum eſſe demoliendũ, & ità exequutũ, vt notoriè videtur, ſub regimine Excell.Comitis Oliuitæ tũc Proregis in anno 1599. Thoro.

Molere in molendinis Baronis an teneantur vaſalli, ità vt cogi poſsint a Barone; fuit deciſum, ꝙ non per Sacrum Cõſilium, declarando, Vniuerſitatem non teneri, & condẽnando Barouem ad reſtituendum exactum à die litis conteſtatæ, Ann.in alleg. 116.& in repet.rubr.de vaſall.decrep.ætat.nu.70. Capibl.in pragm.14.de Baron. *Alex.Trentac.var. reſol.lib.1.tit de ſeruit.reſol.1.n.12.*

Monacus an poſsit relictũ poſsidere contra Regulę diſpoſitionem, Abbatis oculis conniuentibus; fuit deciſum, quòd ſic, ſed non perpetuò, Franch.dec. 718.Ricc.collect.dec.519.& 162. *Barbat.de diuiſ. fruct.p.2.c.2.n.129.*

Monacus profeſſus in fraudem commiſsi criminis, & profeſsione per ſcripturam nõ aliter probata, ſed tantùm per teſtes iurata, cõſimiles ſcil.cẽt monacos, an ſit remittendus ad Iudicem competẽtem; fuit deciſum, quòd ſic, Frãch.dec.284.Iul.Cæſ.Imbrian.in tract.de repulſ.p.1.conſi.ſ.6.n.32.Caball. reſol.crim.cent.2.caſu 108. Oct.B nimitc.in c.naturales, n.75.& 76.ſi de feud.defunct.cõtr *D Reg. Sanfelic. patritius opt.mè meritus Neap.dec.2.n.25. & D.Conſil.Carleual de Iudic.to.1.lib.1.tit.1.diſp.2. q.7.ſect.3.n.909.Barbat.de aſsiſt gloſ.3.n.12.*

Monacus Monaſterium ingreſſus an poſsit petere portionẽ ſibi tãgẽtem à fratribus vniuerſalitèr inſtitutis per cõmunẽ ſororẽ virtute Cõſuet.Neap. Capyc.dec.98.in fin. ex dictis per Napod.in Conſuet.Si quis,in verb.proximiores, ibi verſ.& præmiſſa, dùm dicit, quòd Religioſi ſuccedentes habẽtes proprium dicuntur ſuccedere iure communi, non autem de iure conſuetudinario, quod non poteſt habere locum in Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis, cõcludit, ꝙ non, nec reſoluit quæſtionem, & de eo meminit Reg.de Põte cõſ.39.n.11.vol.1. & meliùs Præſ.de Franch.dec.411 nu.5. vbi citat Thom.Naucler.in addit.ad Napod. ad gloſ. prædictam, dicentem, fuiſſe per M.C.V.deciſum contra authoritatem Napod.in cauſa prædicta, & deindè per S.C. fuit iudicatũ pro opinione Napod. ſub die 12. Iunij 1521. & ſubdit ibidem Præſ. vidiſſe proceſſum prædictum, & in eo non apparere ſententiam, quamuis in libro votorum exiſtente penès Secretarium, vidiſſe referat, ſic deciſum, in qua deciſione non interuenerat Capyc. & non mirum ſi de ſententia mentionem non fecit, & de hoc nouiſsimè videnda ſunt congeſta per Andr. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet.Neap. p.2.q.7. n.29.& ſeq.præſertim n.34.& 40 Carol.de Craſſ. in tract.de effect.cler.in 2.effect.n.401.

Monaſterium an ſuccedat loco filiæ, ſi attenta Conſuetud, Neap. mulier lucretur antephatum quòad vſumfructum, filijs exiſtentibus, eiſq; ceſſantibus quòad proprietatem, & filia reperiatur monialis præmortua antè matrem, an proprietas antephati ſpectet ad matrem, vel ad Monaſterium; non fuit deciſum, licèt concludatur contra Monaſterium, Franch.dec.469. Molf.in Comment.ad Conſuet. Neap.p.4.q.65.& p.7.q.10.Ric.in collect.dec.162.

Monaſterium an ſuccedat in feudo ex perſona Monaci ob defectũ aliorum ſucceſſorũ, exiſtente cõtrouerſia inter fratrẽ Baronis Monaci, & ſororem maritatam ſuccedere petentem; fuit deciſum, non poſſe Monaſteriũ ſuccedere, & proindè abſoluendam ſororem prædictã ab impetitione Monaſterij, Affl.dec.320.à n.1.vſquè ad 11. Petr.Garſ.dec. 44. Carol.de Craſſ.in tract.de effect.cleric.in 4.effect.n.2. & 319. & alias deciſiones ponit Loffred. in paraphr.feud.in c.clericus, ſi de feudo defunct. milit.col.2. allegat hic Affl. & citat eundem Affl. dec.354.n.8. & Capyc.in inueſtit.feudal.rubr.feudatarij habiles, verſ.clericus an ſuccedat, fol.245. refert, paritèr fuiſſe deciſum contra Monacum, & Monaſterium, eundè Capyc.citat Io.Paul.Balzar. in c.1.de vaſal.mil. qui arm.bell.depoſ.n.27. Cannet. in extrauag. Volentes, §.ſed operepretium, n.13.ſed quid in officijs conceſſis ad vitam, & pro hærede, an ſi hæres efficeretur Religioſus, Monaſterium ſuccedat; concluditur, quòd non; nam officia habent ſtrictiorem naturam, quàm feuda, vt latè proſequitur Franc. de Amic. in c.1. qui feud. dar.poſſ.§.dicebam, cum ſeqq.§§. fol.61.& ſeq.& cùm caſus accidiſſet annis elapſis in perſonam filij Scipionis Turboli, qui erat Guardianus portus Neap.& ingreſſus eſſet Religionem Miniſtrorum infirmorum, eadem Religio ex gratia obtinuit à Rege, vt dictum officium venderet alicui, ſicut actum fuit, vt dixit mihi Reu.Pater Anellus de Thoro meus germanus, meminit Reg.de Ponte in dec.4.n.2.Bologn.conſ.5.n.28.*Cabed.dec.Luſit. 133.n.7 p.1. Gallupp.in method.feud.p.3.c.2.nu.18. Epiſc.Ricc.collect.2725.p.8. verſ.poſsidebat, vbi meminit de hac eadem deciſione Turboli.*

Monaſteriũ an excludat ꝓximiores ingreſſi, adeò ꝙ rũpat teſtamentũ, ꝙ ingrediens fecerat, concludit Napod.in Conſuet.Si moriatur, verſ.moriatur, nu. 10.ꝙ ſic, & iſtam opinionem tenuit S.C.ſecundùm quam iudicauit, ità refert Fęlix de Rub.in addit. ad d.Conſuet.poſt Conſuet.impreſſa, incip.in Cõſuetud.Si moriatur, &c.& in ſeq.addit. ponit aliũ caſum ſimilem, & ſuprà in verb Bona ingrediẽtiũ.

Monaſteriũ an poſſit loco filij prętereriti teſtamẽtũ infringere cõditũ à matre inſtituẽte filiã hæredẽ, relicto annuo legato filio in Monaſterio exiſtẽti; fuit per S.C.deciſũ, ꝙ ſic, ſalua decima parte dotis, de qua mulier diſponere poterat, Vinc.de Frãch.deciſ.Neap.667.vol.4.Molf.in Cõment.ad Conſuet. Neap.p.3.q.21.n.4.& q.60.n.10. & conſ.27.n.17. Ricc.collect.dec.1938. *D.Reg Rouit.conſ.57.nu.7. tom.2.Lal Caput.in prælud.Conſuet.Neap.§.3.n.23.*

Monaſteriũ Mendicantiũ an ſit capax introituũ annuorum, & bonorum ſtabilium, ad finem vendendi, ſtante diſpenſatione Apoſtolica tenẽdi laicum Syndicum; fuit deciſum in S.C.referẽte Reg.Conſil.de Franchis in cauſa Monaſterij S.Viti de Mariliano, ꝙ ſic, Flau.Amend.ad Frãch.dec.14.in fin.

Monaſterium an poſſit allegare ſuſpectum Iudicem ex perſona Monaci, ex cuius perſona agit, vel excipit; fuit deciſũ in S.C.iunctis aulis in cauſa Monaſterii S.Mariæ Reginæ Cœlorũ cum Cæſare, & Fratribus de Pignatellis ſuper ſucceſſione Io.Andreæ Pignatelli, eſſe admittendum Monaſterium,

Ee 2 præ-

Digitized by Google

prædictum, quod cõcurrebat ad ſucceſſionem ex perſona ſororis Clementiæ Pignatellæ ſororis defuncti, & Monialis in dicto Monaſterio, ad allegãdũ ſuſpectum D. Io. Sanchez de Luna Regiũ Cõſiliar. & Propræſidem S.C. fundãdo cauſam ſuſpitionis in perſonam dictæ ſororis Clementiæ, Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 70. de ſuſpit. Official. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 2. c. 2. n. 221.*

Monetã incidẽs, & ſignãter carolenos an pęna mortis puniri debeat, ſtante diſpoſitione Cap. Regni diſponentis, pęnã eſſe iuxtà perſonarum, & bonorũ qualitates; fuit deciſum, eſſe pęnam mortis, ex adductis per Gramm. dec. 72. eum citat Muſcatel. in pract. crim. rubr. de falſ. monet. n. 40. Ricc. deciſ. Archiep. Neap. 43. p. 2. ſuprà eod. verb. confeſſus.

Monetam adulterinam cõficere incipiens an puniri debeat pęna ordinaria, ac ſi ipſam perfeciſſet, ſi fuerit præuentus in carcerando per Curiam; fuit iudicatũ in M.C.V. quòd ſic, iuxtà dec. 74. Grãm. Io. Aloyſ. Mormil. in ſuis ſing. ad Conſt. Adulterinam, ſub n. 11. Maſtrill. de indult. c. 27. n. 13. Ricc. dec. Archiep. 148. p. 2.

Monetam falſificans an debeat vltimo ſupplicio puniri, ſi non dùm forma numiſmatum impreſſa fuerat; fuit deciſum, quòd ſic, Grãm. dec. 74. cum allegãt Baiat. ad Clar. in §. falſũ, n. 314. Frãch. dec. 440. n. 4. Muſcat. in pract. crim. rub. de falſa monet. n. 7. Carrer. in pract. crim. tit. de appell. in 16. caſ. p tot. Viu. dec. 487. n. 6. Caball. reſol. crim. cent. 1. caſ. 27.

Monetam Regiam tondens an puniatur pęna vltimi ſupplicij, quamuis de iure communi nõ ſit impoſita talis pęna, nec colligi poteſt ex Conſtit. Regni, fuit tamen deciſum per M. C. V. & confirmatum per S.C. in facto contingenti, eſſe inquiſitum pro cauſa prædicta condemnandũ ad mortem; Grãm. in Conſt. Qui nummos, n. 3. licèt hodiè extet Reg. Pragm. 1. de monetis, pęnam vltimi ſupplicij imponens contra raſores monetarum, vbi latiſſimè Reg. Rouit. in Comment. diſputat de dubio pęnæ mortis antè pragmaticam.

Mœnia Ciuitatis an ſint Principis, vel Ciuitatis; cõcluditur, eſſe Ciuitatis per Fab. de Ann. conſ. 72. mœnia, ſed in eius apoſtill. in 2. vol. conſil. poſt argumenta ipſorum impreſſa, incip. audiui aliquos, &c. in verſ. caſus cõſ. 72. deciſus pro Fiſco, Io. Frãc. Capibl. in pragm. 19. de Baron. n. 28.

Męnia Ciuitatis cuius expenſis reſtauranda, aut cõſtruenda ſint, vel Principis, aut Vniuerſitatis, Mutius Surg. in annot. ad opus eius fratris de Neap. illuſt. c. 24. ſub n. 26. fol. 438. verſ. an autem eorum cõſtructio, ſeù reparatio, cenſet, ſępènumero & in R.C. & in S.C. hæſitatum, atq; deciſum fuiſſe, attenta erectione murorum noſtræ Vrbis Neapol. fuiſſe nonnullas Gabellas impoſitas, cui rei, & Vrbis fortificationi certa fuit penſio aſſignata, diſtribuenda per Deputatos electos ex quinq; Sedilibus, & alterum ex populari Platea, cum interuẽtu vnius ex Collat. Cõſil. & hac credo ratione attẽta concluſũ fuit, męnia eſſe Ciuitatis per Fab. Annã conſ. 72. licèt pro Fiſco iudicatũ, vt ſuprà eod. ver. męnia, ſed aliàs, vt idem Surgens ibidem ſubiungit fuiſſe hæſitatũ inter Regni Vniuerſitates Bari cum Sereniſſima Regina Poloniæ in Sacr. Conſil. per quod fuit deciſum, vt ſaluo prætenſo iure per Vniuerſitatem in totum teneatur Regina, licèt in ſequenti f. 439. verſ. nam cùm Vrbis ſubdat, fuiſſe in Collat. Cõſil. ad relationem Reg. Cam. deciſũ, reſtaurationem murorum ære Fiſcali faciendam, & hoc in Vrbe Trani, ne mora in his periculũ pareret, licèt in alio caſu ſe opponentibus Ciuitatibus Monopolis, ac Callipolis p iuſtitię tramites ſe tuẽtibus fuit lite pendẽte per Reg. Cam. decretũ, vt ad earum opus explicarentur, dato termino in petitorio, ex quibus omnibus cõcludit, dubiã iſtã altercationem ſępè ſępiùs Fiſcum tranſigere pendente deciſione articuli facienda per Reg. Collat. Conſil. & nouiſſimè idem tradit Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 3. de elect. Official. §. 1. n. 37. annuens, pluriès fuiſſe deciſũ per Reg. Cam. vt expẽſis Fiſci reficerẽtur cũ poteſtate repetẽdi ob impotẽtiã Vniuerſitatũ, Ric. collect. dec. 1639.

Moniales Tertiariæ, ſiuè Pizoccaræ an gaudeãt priuilegio fori, vt remitti debeant earum Ordinario, tàm pro cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, in contingẽti caſu Iuliæ de Barletta in ſeculo deindè ſororis Annæ, inquiſitę in M.C.V. de attoſſicatione in perſonã Donati de Sangiouanne primi eius viri, pro petita remiſſione ad eius Ordinariũ Superiorem infraſcripta allegata fuerunt in S.C. pẽdente appellatione à decreto lato per M. C. V. q cauſa remaneat, dùm per inquiſitã ipſam nil probatum eſſet, & in termino defenſorio. Primò, productum apparet, ipſam ream per annos octo retrò in circa habitum Pizzocarũ ſuſcepiſſe, & per annũ Nouitiatum peregiſſe, profeſſionéq; poſtmodùm cum eodem habitu, & ſubcãno feciſſe, votũ pariter perpetuæ caſtitatis, ſeù cęlibatus, & obediẽtiæ Superioribus emiſiſſe, iuxtà regulã approbatam per Nicolaum IV. Pontificem. Secũdò, apparet publicus actus profeſſionis celebratus corã Notario, Iudice, & teſtibus, vt ex regeſtro cõſimilium monialium. Tertiò, ex eo, quòd in ſeculo Iulia appellabatur, eadem erat, quæ ſuſcepto habitu Anna nuncupabatur. Quartò, verificatum fuerat in actis, ipſam poſt dictam profeſsionem incediſſe in habitu Monialium, ac obſeruaſſe mandata Superiorum, & Abbatiſſæ, ſanctiſsimum Sacramentum ſuſcepiſſe in prima, & ſecunda Paſcha Reſurrectionis, & aſtitiſſe in prima, & ſecunda Dominica cuiuſlibet mẽſis ſermonibus fieri ſolitis Monialibus, & pariter alijs ſolemnitatibus, quãdo reliquæ Moniales induuntur, & profitentur. Quintò clareſcit, tempore capturæ fuiſſe repertam in eodem habitu. Sextò, cùm ex priuilegijs Bullarum, & decretorum notum ſit, eas gaudere omnibus immunitatibus, quibus gaudent cęteræ Moniales, quæ collegialitèr viuunt, & gaudẽt Fratres Sancti Franciſci, habitum ipſius aſportantes, tàm profeſsi, quàm non profeſsi, cum exemptione fori ſecularis, nec alitèr cognoſci poſſunt ab alio Superiore, quàm Ordinario ipſius Religionis, & ſic aliàs ſeruatum eſſe in ciuilibus, & criminalibus ex teſtium depoſitionibus comprobatum eſt. Sed demùm ad conualidationem præmiſſorum producitur Decretum Sacræ Congregationis Illuſtriſsimorum Cardinalium Interpretum Sacroſancti Conc. Trident. de Tertiarijs, videlicèt Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Trident. Interpretũ conſulta reſpondit, Fratres Tertiarios, Mãtellatos, Corrigiatos, alioſq; ſimiles, ità demũ ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum aſſumpſerũt priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iuriſdictione

excm-

exemptos eſſe, ſi Viri collegialitèr viuũt, ſeù cum clauſtralibus habitẽt, & Mulieres virginalem, ſeù cęlibem, aut caſtã vidualem, expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitã traduxerint, quemadmodũ cauetur Cõſt. Concil. Lateranẽſis ſub Leone X. quæ habetur ſeſſ. 11. in fin. Hoc autẽ voto mulierũ alia duo, ſcilicèt Paupertatis, & Obediẽtiæ nequaquã includi, quinimmò huiuſmodi Mulieres ſi vitam virginalem, aut cęlibẽ ſimilitèr, expreſſèq; vouerint, etiam in cõſanguineorum, & affinium ſuorũ, aut proprijs domibus, vel ſeorsũ habitãtes ſupradictis priuilegijs ordinis, cuius tertiæ regulę habitum detetũt, exemptioneq; ab Ordinarijs frui debere; quemadmodùm idẽ Leo poſteà declarauit Conſt. edita die 1. Martij 1518. in quo decreto paritèr adeſt Regium exequatur; Deducitur paritèr decretum editum ex decrens Sacr. Concil. Trid. ſub tit. de perſonis, quæ hujus Canonis priuilegio fruuntur, in illis verbis: Tertiarij verò in proprijs domibus degẽtes, licèt de iure cõmuni huiuſmodi priuilegio clericali nõ gaudeant, cùm nec in ordinibus ſacris cõſtituti, neq; ſolemnem profeſſionem emittãt; nihilominùs dùm omnibus priuilegijs, & immunitatibus, quibus Fratres fruũtur, & ipſi quoq; ex priuilegio Apoſtolico gaudeãt, ideò eorum percuſſores in præſentis Canonis ſentẽtiã incurrũt. Item producitur Conſt. Sixti IV. ibi prohibemus, prædictos Fratres, & Sorores contra inhibitionis noſtræ tenorem per quoſcunque, quauis authoritate indebitè moleſtari, & illos, quos hanc excõmunicationis ſententiam conſtiterit incurriſſe excommunicatos nũcier, & faciet, &c. Ex ijs enim tã per Bullas, & decreta, quã etiam vtroq; iure inſpecto cenſetur, remittẽdam eſſe, nam cùm de iure, vt quis efficiatur Religioſus tria vota in aliqua ex Regulis approbatis profiteri debeat, c. cùm ad monaſterium, de ſtat. regul. Reg. Tap. in auth. ingreſſi, c. 1. n. 33. & profeſſio valida eſt, quæ fit vno ex ſubſtantialibus regulæ expreſſis, vt cõcludit Io. And. & Ant. de But. in c. porrectũ, de regul. Io. Anan. in c. conſulti, n. 6. eod. tit. Prępoſ. in c. conſuluit, qui cler. vel vou. & Gemin. in c. quidèm, n. 2. diſt. 27. Abb. in c. 1. n. 6. de oblig. ad ratioc. non ordin. qui quamuis intelligant, cùm quis obedientiam promittit, ſufficit tamen ſimplicis obediẽtiæ promiſſio, quæ intelligitur regulæ, cui ſe obſtringit, qualitate inſpecta, vt ſequitur idẽ Tap. in c. 3. n. 7. accedat, nã cùm votũ ſolemnizetur quocũq; ex ſubſtãtialibus, c. 2. qui cler. vel vou. & c. inſinuãte, eod. tit. dùm tamẽ iſtud annectitur ad aliquam regulam de approbatis, ideò Fratres (inquit Abb. in c. 1. de oblig. ad rat.) de Tertio Ordine annectuntur ad Regulã B. Franciſci, & ſic gaudent priuilegio, & iſta ſunt formalia eius verba: hinc eſt, ꝙ cùm mutent habitum, dicuntur Eccleſiaſticæ perſonæ, c. vt priuilegia, de priuil. in illis verbis; Hoc autẽ de illis Confratribus intelligimus, vel qui adhùc manẽtes in ſeculo, eorum Ordini ſunt oblati, mutato habitu ſeculari, loquẽdo ibi S.P. de extẽſione priuilegiorum cõceſſorum Regularibus, & à fortiori clareſcit, nã ſi Cõuerſi, qui dicũtur Deo deuoti, qui nõ tenentur continere, cũ deferant habitum illorum, cũ quibus conuerſantur, vt 16. q. 7. c. in nona, dicũtur Eccleſiaſticę perſonæ, c. duo ſũt genera 12. q. 1. & c. vt lex 27. q. 1. & gaudẽt priuilegio Canonis ſi quis ſuadente Diabolo, vt habetur in c. non dubium, de ſent. excomm. in 6. quantò fortius erit dicendũ de iſtis Pizochatis, quæ emittũt profeſſionẽ, & ratione voti chaſtitatis nõ poſſunt cõtrahere matrimoniũ, vt habetur in c. vt lex 27. q. 1. & hoc idẽ habetur in quadam Bulla, vt in Sorbo §. 7. de ijs .n. Tertiarijs habemus in Clemẽtinis cognitionẽ, vt in c. cùm ex eo, de ſentent. excommun. & c. cùm de quibuſdam, de relig. dom. & in gloſ. in quibus apparet, S. Franciſcum tres inſtituiſſe ordines; Primum maſculorum, qui ſunt omnes de Ordine Minorum Conuentualium, Obſeruãtiæ, & Capuccinorũ, qui profitentur omnia tria ſubſtantialia Ordinis, & Religionis. & iſte eſt ſtrictiſsimus, de quo in clem. exiui à paradiſo, de verbor. ſignif. Secũdum Sanctæ Claræ Sororum, quæ profitetur etiã illa tria ſubſtãtialia, & habent propriũ in communi. Terniũ, vtriuſq; ſexus .ſ. maſculorum, & fęminarum, in quo exiſtentes promittũt Chaſtitatem, & Obediẽtiã, & habent quandã Regulam quòad modum viuendi tãtùm per Sedem Apoſtolicam approbatum, & eſt pro viuẽtibus in cõiugio, de quo tertio Ordine .ſ. coniugatorũ non loquimur, ſed de illis tantùm Pizzocaris, quæ vitã virginalem, vel cęlibem vouerint, quę per decretũ Sacræ Cõgregationis Cardinalium fuerũt aggregatæ etiã ad priuilegium fori, & optima ratione, cùm ſufficiat, quòd votum ſolemnizetur quocũq; ex ſubſtantialibus regulę expreſsis, & per Doctores ſuprà citatos, cùm adnectantur ad regulam à B. Frãciſco inſtitutã, & à Papa Nicolao IV. approbatã, vt teſtatur gloſ. in clem. cùm ex eo, in verbo tertio, in fi. quę profeſsio inducit, eas cẽſeri de ſtatu monac. & regul. c. porrectum, de regul. & ideò cũ ſubſtãtialia verę Religionis à iure poſitiuo ſint introducta, & eodẽ iure poſitiuo ſint introductæ Religiones, & varij modi Religionũ, indè iura de Religione loquentia diſtinguũt de Religione minori, pari, vel arctiori, c. licẽt, de regul. c. ſanè, de præben. in ſexto, clem. in agro, de ſtatu monac. iſta Religio tertij Ordinis potuit per Papã ſub certis regulis modificari, ſeparatis ab alijs regulis aliarũ Religionum, & tamen vocabitur Religio, c. vn. de rer. permut. in 6. vndè & ipſi incorporati ipſi Religioni, Religioſi ſunt, & ſic priuilegio prædicto debent gaudere; & deſcendẽdo ad priuilegium Papæ Nicolai; Et primò, dùm ibi dicitur, ordinamus propterea ſtatuentes, quòd nullus poſt ipſius Fraternitatis ingreſſum eadem valeat egredi, colligitur, quòd ingrediẽtes Fraternitatem illam, ſeculũ egrediuntur, ergò deſinunt eſſe perſonę ſeculares, c. cũ ſeculum, de iur. pat. & incipiunt eſſe perſonæ Eccleſiaſticæ, cũ ſint plura hominũ genera, c. duo 12. q. 1. ſubdit idẽ Pontifex; poſſunt tamen habere liberũ trãſitum ad aliã Religionẽ approbatã, ergò hæc erat Religio approbata, cũ dictio, aliam, poſitionẽ faciat, c. ſedes, de reſcript. & ideò trãſeũtes de tertio Ordine ad aliã Religionẽ Mẽdicãtiũ nõ tranſeunt de ſeculo ad Religionem, ſed tranſeunt de Religione tertij Ordinis ad aliã Religionẽ, quę verba in priuilegio prolata intelligũtur in ſuo ſignificatu, vt ſpecificè diſtinguãtur ab alijs, cũ ſint leges priuatæ, c. priuilegia 3. diſt. l. ius ſingulare, ff. de leg. & l. 1. ff. ad munic. & tãdẽ dũ in eadẽ Bulla legitur; Si verò Fratres, vel Sorores contra ius, vel eorum priuilegiũ per Poteſtates, vel Rectores locorum, vbi domicilium obtinent, moleſtentur,

nõ poſſe vexari à Rectoribus,& ſic ſubſunt Eccleſiaſtico,& gaudent priuilegio fori,cùm non ſit date Acephalũ, c.nulli 14.diſt. & ſic fuit iterùm ordinatum per Bullam Sixti IV.f.78.ſub pęna excõmunicationis,& Bar.noſter tetigit materiã de iſtis Tertiarijs in l.ſemper,§.quibuſdam,ff.de iure immun.qui dicit,hujuſmodi eſſe exemptos à iuriſdictione ſecularium,& exẽptos ab oneribus,& collectis ſecularium,referendo multos Doctores.niſi in fraudẽ onerum ſuſciperent habitum,& ex hoc infero ad alium motiuum; nam cùm nõ poſſit dubitari,quin iſtæ Pizoccaræ,quæ nõ poſsũt dici Beguinę,cùm habeant eorum Regulam inſtitutam à B.Frãciſco, & approbatam per Nicolaum IV.per Bullas,& Conſtit.Pontificũ,& tandèm per Decretum Sacræ Congregationis Cardinalium , ꝙ gaudeãt & priuilegio ſi quis ſuadẽte Diabolo, & priuilegio fori, quid dicendum erit,cùm prætẽdatur, iſtam deliquiſſe antequàm ſuſciperet habitum,an valeat gaudere priuilegio ſuſcepto habitu poſt delictum,Io.And.in c.magnus,de oblig.ad ratioc. non ord.refert opinionem Goffred.in c.cùm te,de reſcript.tenentis,quòd mutatio ſtatus non liberat aliquem ab eo,ad ꝙ per priùs tenebatur,l.ſi reus, ff.iud.ſolui,l.cùm quadã, ff.de iuriſd.omn.iud.c.3. 16.q.1.Immò laicus poteſt exequi ſẽtẽtiã,l.ſi quis poſtquam,ff.de iud.c.propoſuiſti,de for.comp.ſed Io.de Deo tenuit aliam opinionem,hoc procedete in cauſa ciuili,nõ criminali,per tex.in c.de perſona 11.q.1.Tertia fuit opinio,quòd nõ poſſit Iudex procedere,ſiuè cauſa ſit ciuilis, ſiuè ſit criminalis, per tex.in l.non diſtinguimus,§.ſacerdotio, ff.de arbit. l.qui cum vnò,§.ſi reus,ff.de milit.teſt. l.hos accuſare, §.hoc beneficio , ff de accuſ.l.prætor,§.1.verſ.vel ſi qui ſacerdotiũ,ff.de var.mun.& ad idẽ,nam ſi fugiens ad Eccleſiã gaudet immunitate eccleſiaſtica , cap.inter,de immun eccl.quantò magis & clericus illa gaudere debet. Itẽ declinatoria nouitèr orta benè opponitur poſt litẽ cõteſtatam.c.inſinuante,de offic.deleg.c.calũnijs 14. q.6.ſequitur Archid.in c.1.11.q.1.propter ordinẽ impreſsũ, præcipuè vbi agitur de pęna corporali; nã cùm mutatur ſtatus perſonę,c.duo ſunt 12.q.1. mutatur & forus,& ſic in terminis eſt deciſio D.de Franch.dec.395.additur alia deciſio eiuſdem 400. & ad literã facit alia dec.384. per quam iũctis aulis tribus fuit quidã habilitatus, & exiſtens in habilitatione fecit profeſſionem;& nihilominùs fuit remiſſus ad Iudicẽ Eccleſiaſticum, & ità aliàs fuit iterùm iudicatum,vt per eundẽ loc.cit.& ex prædictis omni iure cõcluditur,eſſe prædictam remittendam vti Religioſam ad Reuerendiſſimum Patrem Generalem,vel eius Officiales,ſtantibus cẽſuris,& Bullis Pontificum,ac decreto M.C.confirmato per S.R.C. per quod fuit in quadã cauſa ciuili remiſſa quedã Soror Brigida de Ponte ad Reuerẽdiſſimũ Generalem, & eius Officiales,vt patet in actis,& ſic demũ deciſũ fuit in pręſenti cauſa,referẽte peritiſsimo Cõſiliario Io.Baptiſta Meliore,remittendo iſtam inquiſitã Officialibus prędictis,in Bãca de Amico Actuarij:ego autèm addo Ricc.in collect.dec.1051.vbi nonnullas collexit deciſiones, ſed meliùs Carol.de Craſſ.in tract. de effect.cler.in primo effect.à n.92.cũ ſeq. vbi in terminis noſtris concludit,gaudere priuilegio fori iſtas Tertiarias,ſeù Pizoccaras, dummodò vota prędicta emiſerint,& Religioni ſe aſcripſerint,viuẽdiq; modum, ac regulam deſupèr traditam obſeruauerint,cęterùm ſi in domibus viuerẽt priuatis,& habeant vxores, maritos,nec aliquæ regulæ ligatæ,ceſſaret vtiq; remiſsio,vt ibi per eum n.94. *Donat.Ant.de Marin.quotid.reſolut.c.117.n.12.vbi de hac deciſione memor eſt,alia cõferentia adducẽs, vltra Gratian.diſcept.foręſ.c.413.n.32.& ſeq.de eadem materia loquentem.* Io.Bapt.de Thoro I.C.

Monialis filia in Monaſterio exiſtens an proſit patri ad excuſandum eum à tutela ; fuit deciſum,ꝙ ſic, Frãch.dec.532. Molf.in Cõmẽt.ad Cõſuet.Neap. p.3.q.23.nu.9.Paſchal.in tract.de vir.pat.pot.p.4. c.4.n.12.*Reg.Cõſtãt.in l.ſi quis,C.de decurion.lib.10. Epiſc.Gennęſ.in tract.de Eccleſ.alias practicab.Eccleſ.q.258.Barbat.de diuiſ fruct.p 2.c.2.n.161.*

Monialis Monaſterium ingrediẽs , quam portionem habere debeat ſuper bonis maternis ; fuit deciſũ, portionem huius Monialis in bonis maternis eſſe legitimam debitam de iure naturæ, Afl.dec.348. Boer.dec.126.n.12. Franch.dec.44.Frecc.de ſubfeud.lib.2.in 2.author.nu.23. Barthol.Martial.in Conſuet.Si moriatur, §.cas autem,in addit.incip. vide quia,fol.10.vbi refert,bis fuiſſe iudicatum,ꝙ debeatur tantùm paragiũ ingreſſarum Monialiũ, Minad.in Conſt.In aliquibus,in 3.not.n.63.& 83. ſubdit,nõ vidiſſe pro Moniali iudicatum,Vrſill.ad iſtam deciſionẽ nu.2.tradit,fuiſſe deciſum in S.C. quòd mulier ipſa ingrediẽs Monaſterium,tunc nõ obſtante mẽte teſtatoris deberet recipere dotem ſecundùm cõditionem ipſius Monaſterij,nè ſufficeret legitima , eũ citat Viui.in ſylua cõmun.opin. in opin.328. filiæ relinquens , Ricc. collect.deciſ. collect.500.nouiſsimè Intrigl.dec.Sicil.45.infringendo deciſionem Vrſill.confirmat multis medijs deciſionem Afl.Ricc.in prax.var.reſol.reſol.347. *Borrell.in ſumma deciſ.to.3.tit.4.nu.108.Fontanell. de pact nupt.clauſ.5.gloſ.8.p.1.n.60.*

Monialis, ſiue Monaſterium Ordinis S.Franciſci an ſit capax bonorũ feudalium , ità vt ſi feudum iure ſucceſsionis ſpectaret ad Monialem,& ſucceſsiuè ad Monaſterium contra poſſeſſorem agẽtem, per quem oppoſita exceptione incapacitatis debeat audiri;fuit decretum,non eſſe procedẽdum ad vlteriora,vndè actrix mutauit actionem,agendo ad commoditates,Capyc.dec.10.& dec.31.n.4. Muſcat.in praxi S.C.p.1.gloſ.petitur,n.52. Camill.de Curr.in diuerſ.iur.feud.incip.abſoluta igitur,n.7. fol.18.latè Tap.in auth.ingreſsi,ver.fin.c.14.n.1. & ſeq.C.de ſacroſ.Eccl.Bolognett.l.petens, C.de pact.num.34.nouiſsimè Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.7 §.8.nu.4. Cannet.in extrauag. volentès, §.ſed operepretiũ,n.13.& in extrauag.ſi aliquem,§.ſed non ſic,n.32. Ricc.collect.dec.890.

Monialis Tertij Ordinis S.Franciſci exiſtens in Monaſterio non dùm facta profeſsione,ſi è Monaſterio exierit an excludat ſororẽ maritatam in ſucceſsione feudi; concluditur,ꝙ ſic,Capyc.dec.115. à n.9.ad finẽ, licèt hæc concluſio impugnetur per Minad.in Conſt.In aliquibus,verſ.filiorum, n 21. ſubdens,eſſe reijciẽdam à numero deciſionũ S.C. & ibidem in 3.not.nu.83.Io.Thomas de Marin.in tract.de gener.& qual.feud.tit.2.de feud.ex pact. & prouiden.antiq.ſiuè pater.in 2.p.incip.Cõſtitutio Regni,nu.142.Gamm.dec.Luſit 6.n.1. Borgn. Caual.dec.Fiuiz.1.p.3.n.10.Reg.de Põt.dec.4.n.5.

Mota-

Moratoria ſi ſit conceſſa per Principem ob aliquam cauſam omnibus debitoribus alicuius Ciuitatis pauperibus, an ſi vnus ex debitoribus fuerit conuẽtus, non probata qualitate paupertatis debeat gaudere tali moratoria; fuit deciſum, ꝙ non, Affl. deciſ.377.& Franch.deciſ.565. Annibal Troyſ.rit. 287.n.18. Ant.Fab.in eius Cod. defin. Sabaud. tit. de prec.Imper.offer.in defin.20.& defin.18.tradit, ẽt Vniuerſitatis nomine poſſe literas dilatorias impetrari, & ità tradit deciſum ibi, & paſſim in hoc Regno obſeruatũ vidi, & nouiſſimè obſeruatum per Excellẽtiſſimum Proregem Comitem de Lemos, qui attenta notoria paupertate Vniuerſitatum cõceſſit literas ſuperſeſſoriales ſoluendi eorum debita per certum tempus, *Fontanel.de pact. nupt.clauſ.5.gl.1.p.2.nu.31.Gallup.in prax. S.C.p.1. c.6.n.12.*Io.Bap.de Thor. I.C.

Mora an committatur quando debitum non eſſet liquidum; fuit deciſum, quòd nõ committatur mora, antequàm per Iudicem ſit liquidatum, & declaratum, Affl.dec.205.Monter. deciſ.Arag.6.n.5. Bellon.dec.Genuę 118.Veral.dec.298.p.1. Mareſcot.var.reſol.lib.1.c.57.n.12.*Nouar.dec.200.n.4. Reg.Capyc.Latro dec.59.n.24. Coſta de retrotract. caſ.9.c.8.n.4.*

Mora an purgari poſſit per emphyteotã, qui defecit per duas tertias continuas, & iuxtà conuentionẽ debebat inſtrumentum liquidari pro tertijs, & capitale; in vna cauſa fuit iudicatum in M.C.V. eſſe admittendam purgationem moræ facto depoſito tertiarum, & nihilominùs fuit debitor condemnatus pro tertijs, & capitale, factoq; verbo in S.C. fuit remiſſa cauſa eidẽ M.C.V. in alia verò ſimili cauſa non admiſſa fuit purgatio morę, licèt per S.C. fuerit remiſſa eidem M.C.V. ꝙ prouideret, & fuit reuocatum decretũ, & admiſſa purgatio, in primo caſu erat cauſa inuolutionis debitorũ, ad quæ tenebatur debitor, & intererat creditoris habere pecuniam, in ſecundo caſu non militabat hæc ratio, Ann.in ſing.349.mora, Ric.collect. deciſ.145. Calà in tract.de mod.articul.& proban.gl.4.n.58. ad iſtam materiam videas Seſſe dec. Arag.203.

Moram purgare an poſſit debitor, qui promiſit in inſtrumento conceſſionis rei feudalis ſoluere in tribus paghis, ſ. in Paſcha, Auguſto, & Ianuario, cum conditione, & pacto, quòd ſi deficeret in ſolutione vnius paghæ, quòd deberet ſoluere omnes tres in vno termino; fuit deciſum in Conſilio, ꝙ ſi defecerit à ſolutione vnius paghæ, & Dominus ageret pro tribus paghis, non poſſet moram purgare, offerendo primam, vt non ſoluat tres in vno termino, nàm in conditionibus non habet locum moræ purgatio, Paris de reintegr. feud.in c. incip.ſequitur modò quotidiana quæſtio, num.33. f.62.Carau.in rit.173.n.5.Garſ.dec.6.

Moræ purgatio poſt latam ſẽtẽtiam ſuper deuolutione rei emphyteoticæ an admittatur, de ęquitate S.C. fuit admiſſa, vt pluribus deciſionibus occurſis, & recollectis per Vrſil.dec.174.ſub n.3.cõſtat, Calà in tract.de mod.artic.& prob.gl.4.n.81. & in facto proprio obtinuiſſe in M. C. V. in anno 1457.refert, Reoda.in tract.de reb.Eccl.non alien. q.174. quem refert Zerol. in praxi Epiſc.verb.locario p.1.*Ric.collect.2170.p.6.Capan.de iure releu. p.5 q.14 n.12.*

Moræ purgatio an admittatur poſt ſententiam; in cauſa domanij petiti per Vniuerſitatem non fuit admiſſa purgatio moræ, quæ fieri ſolet ex clauſula generali, ſi qua mihi cauſa iuſta, &c. per R.C. facta relatione in Coll.Conſ.Ann.in ſingul.350. moræ, Vin.dec.442 n.19.*Ric.collect.2455.*

Moræ purgatio an admittatur in venditione facta cum pacto de retrouendẽdo, uſq; à certum tempus facienda, & conuentione, quòd die illa elapſa non teneatur ampliùs retrouendere ſub pœna, ſi poſt lapſum parui temporis fuerit factum depoſitum pretij, fuit iudicatum, non eſſe locum purgationi, & ſic contra Fiſcum id allegantem, aliaq; opponentem, Reg.de Pon.in conſ.129.non poſſum, vol. 2.*Ric.collect.2455.p.6 ac D.Reg.Capy.Latro deciſ. 30.n.15.*

Mulier, quæ cum diſpenſatione Regia ſe obligauit, an teneatur; fuit in caſu contingenti cõtrouerſum, ex quo in citatione nõ fuerat facta mentio de Regia diſpenſatione in præſentando inſtrumentum, & ob id non fuiſſe ritè, & rectè proceſſum ad pręſentationem inſtrumenti, vndè poſteà iterùm citatione formitèr facta, & præſentata diſpenſatione Curia pro Tribunali ſedente fuit prouiſum, eſſe procedendum ad interrogationem, & confirmatum decretum per S. C. Franch.dec.623.

Mulier per verba generalia in contractu per virum celebrato contrahentem cum alio remittendo, ſeu renunciando eius iura, an poſſit habere recurſum ad alia bona viri, excluſis bonis ſibi ob dotem obligatis, ſuper quibus ceſſit iura creditori viri, & licèt hoc ſit veriſſimum, dubitabatur, an non obſtante tali renunciatione poterit habere regreſsũ pro dote ſuper eiſdem bonis renunciatis, concluditur, quòd ſic, & hoc in ſubſidium, non exiſtente viro ſoluendo, vel alijs bonis deficiẽtibus, Franch. dec.477.

Mulier an poſſit heredes viri conuenire pro reſtitutione dotium promiſſarum per patrẽ mulieris, cui vir dilationem ſoluendi dotem conceſſerat; non fuit deciſum, quamuis multa cumulẽtur ad declarationẽ l.ſi extraneus, ff.de iur.dot.per Frãch. dec. 424.vbi Viſcon.deciſionẽ adduxit, de qua ſuprà in verb.maritus, Fortun.in tract. de verit. & error.p. 2.in 2.memb. n.19. *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.6. gl.1.p.2.n.69.& ſeq.D.Reg.Rou.conſ.50.n.21.to.2.*

Mulier Neapolitana origine, quæ habet priuilegium trahendi, & non trahitur, ſi nupta ſit viro extero ob mutationem domicilij an trahere poſſit exteros in Regijs Tribunalibus, non fuit deciſum, Franch.dec.416.Reg.Rou.in prag.1. de ceſſ.bon. n.5.& ſeq.Capibl.in prag.8.n.247. de Baron. Ric. collect.dec.38.& 251.& Viſcon.hic tradit praxim de hoc. *Adde deciſiones relatas in 2.par.noſtri compendij, verbo vidua.*

Mulier an reſtituatur aduerſus ſolemnitates omiſſas in inuentario; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.deciſ. 229. Reg.Tap.in annot.ad Conſt.Mulieribus, n.3. vbi refert, fuiſſe in S.C. deciſum, non eſſe concedendam reſtitutionem in integrum, quia illa mulier poterat conſulere peritiores, & hoc procedit, quãdo dolus eſſet expreſſus, non autem præſumptus, & ſic extrà caſũ deciſionis de Franch. Aloyſ. de Leo l.1.C.ad S.C.Velleian.num.12. Paſchal.in tract.de vit.pat.pot.p.1.c.2.nu.71. *Reg.Tap deciſ. S.C.39.n.1.*

Mulier vidua an iuuetur beneficio S.C. Velleiani ſi

ſe

ſe obligauerit ad debita viri pro exoneratione conſcientiæ viri; fuit deciſum, quòd non iuuatur, Franch.dec.237.Tap.Conſt.Statuimus,n.24.& in prag.1.de Senat.Conſ.Velleian.Viſcon.in add. ad dict.deciſ.Franch.Paſchal.in tract. de vir.pat.pot. p.3.c.5.n.18.Theſ.lib.2.qq.forenſ.q.76.n.10.*Fontanell.de pact.nupt.clauſ.7.gl.2.p.7.n.39 & iterùm in cauſa Hieronymæ de Stephanellis viduæ quond. Marty Papari cum Gabriele Gallo, ad relationem Reg.Conſil. D.Didaci Varelæ die 28. Iunij deciſum fuit, quòd abſoluatur conuentus, & ipſa correſpondeat ſeruata forma inſtrumenti, in quo expreſsè dictum fuerat pro exoneratione conſcientiæ ſui viri, & aderat diſpenſatio Collat.Conſ. in Banca Turini, nunc Zuozi, ſub tutela Io. Franciſci Vitaliani I.C. Neap.amatiſſimi mei conſobrini.*

Mulier an reſtituatur aduerſus fatalia decurſa, vel aduerſus ſententiam; fuit deciſum, ꝙ non, Franch. dec.284.Tap.in Conſt.Mulieribus, nu.4. Aloy.de Leo l.ne paſſi.n,C.de prec.Imper. offer. nu.5. Iul. Caſ.Imbr.in tract.de 1.& 2.benef.conſid.2.n.118. Reg.Rou.in prag.1.de appell.nu.11.Io.Franc.del Caſtill.dec.Sicil.23.n.22.Giurb.dec.Sicil.18.nu.1. & dec.33.n.3.

Mulier intercedens pro filio ex cauſa dotis à nuru traditę, conſtituendo antephatum an iuuetur Velleiano mortuo filio aduerſus petita per nurū; fuit deciſum in fauorem nurus, Franch.dec.182. Molfeſ.in Commen. ad Confuet. Neap.p.7.q.3.nu.18. Ric.in collect.dec.87.& 777. *D.Conſ.Theodor.alleg.13.nu.2.& Borrell.in ſumma deciſ. tom.3. tit.4. num.19.*

Mulier nobilis inquiſita de graui delicto an debeat carcerari, & vbi; fuit cõcluſum, quòd ſic, ſed diuerſimodè iudicatum, hoc eſt in Monaſterio, vel in Caſtro nouo, vel in domo conſanguinei, Gramm. dec.33.Iul. Clar §.fi.q.28.nu.3.Farin.tit.de carcer. q.27.n.53.Scac.de iudic.cauſ.ciuil.& crim.c.46.n. 25.latè Caball. reſol.crim. cent.1.caſ.78. Ric. collect.dec.608.

Mulier an poſſit impedire creditorem viri capere volentē bona prætextu petitæ aſſecurationis virtute inſtrumenti certæ partis dotis primo loco ſolutæ, dùm adhùc non obtinuerit pronunciari, eſſe locum aſſecurationi dotium; concluditur, quòd ſi in diuerſo iudicio fuiſſet pronunciarū, eſſe caſum conſignationis dotium ob paupertatem, niſi hoc præcederet, non poſſet vxor vti remedio prędicto contra creditores, ſi verò in eodem iudicio fuerit recta via intentatum remedium præfatum, & probaret de vergentia viri; cõcluditur, ceſſare remedium, nec impediri poſſe creditores, & ità fuiſſe deciſum cenſet Gramm.dec.92.ſub n.17.referens, ità ſenſiſſe Anton. de Alex. & fuiſſe diſcuſſum in S.C.& idem Gramm.in add.ad Affl.in deciſ.199. verſ.in priuilegio, Ant.Fab.in eius Cod.titul.de iure dot.defin.36. *D.Reg.Capye.Latro dec.42.n.3.*

Mulier ob furtum magnum domeſticum an poſſit puniri pœna vltimi ſupplicij; fuit aliàs deciſum quòd ſic, Affl.in Conſt.Baiuli locorum, n.17.ſequitur Clar.in §.furtum, nu.23. Camp.in cap. Ad hoc n.103.in fi.

Mulier an præferatur habenti ſpecialem hypothecā ſuper domo; videtur concludi, quòd ſic, Affl.dec. [illegible] & ſeq.tamen impugnatur ibi per Vr[illegible]u.dec.155.n.6.*Borrell.in ſumma dec.*

Mulier Neapolitana, quæ habet bona ſui viri obligata pro dote, & antephato, ſi conſentiat alienationi factæ per virum de re ſtabili in vita, vel in morte, renunciando iuri hypothecæ cum iuramēto rei alienatæ per virum, & cùm ſint alia bona, ſuper quibus poſſit ſatisfieri, & recuperare dotē, an poſſit ſuper tali re agere hypothecaria; non obſtantibus prædictis fuit deciſum contra vxorē, vt per Affl.dec.311.n.3.& 4.vbi Vrſil.in princ. latiùs exornat, quamuis contra iſtam deciſionē fuerit deciſum in S.C.vt per Frec.in Conſuet. Si mulier, incip.per iſtam Conſuet.& ibi Camil.Salern. in addit.incip.aduerte quia contra ſol.eod.ponit aliam deciſionem contra iſtam Affl. Theſ. deciſ. Pedem.223.n.12.allegando iſtam deciſionem airì, ſimilitèr fuiſſe deciſum in illo Senatu, dummodò non remaneat indotata, Ric. in collect. deciſ. 44. Molfeſ.in Conſuet.Neap.p.8.q.2.nu.3.Amend.ad Franch.dec.89.in princ.de Pont.conſ.40.n.4.vol.2, *Dalner.in tract.de renunc.c.15.n.11.Caſtill.dec.234. n.9.&10.3.*

Mulier conſentiens alienationi rei viri ſibi obligatæ, renunciando iuri hypothecæ cum iuramento an poſſit non obſtātibus prædictis pro eius dote, & antephato recurrere ad bona alienata contra tertium poſſeſſorē; concluditur, quòd non, exiſtētibus alijs bonis, quibus ceſſantibus non prohibetur ſuper eadē re recurrere, vt concludit Affl.dec. 311.n.1.& 2.vbi Vrſil.nu.3.per quæ fuit deciſum in S.C.quòd quando vxor cederet, & inter creditores fieret graduatio, tunc priores in tempore pręferūtur, & quatènus eſſet ſumma dotis, & omnes alij poſteriores excluderentur, eo caſu vxor nō poterit habere recurſum cõtra creditores grauatos, & bona mariti, quibus ceſſit, nec cõtra alia quæcunq; bona mariti, quæ poſſidentur per tertios poſſeſſores, poſtquàm vxori eſt ſatisfactum per ceſſiones factas, quibus creditores vſi ſunt, & acceperunt bona mariti ex iuribus vxoris excludendi alios, nè bis eidem ſatisfiat, ſed poterit habere recurſum contra hæredes viri, & bona, quæ poſſidentur per virū, non obſtantibus ceſſionibus quæ prætenduntur factæ contemplatione viri, & ſic fuit iudicatum, Camil. Salern. in Conſuet. Si mulier, incip.aduerte quia, ſ.279.Farin.deciſ.Rot. Rom. 112.lit.D.Morot.in reſponſ.87.n.8.*Barbat. de aſſiſtent.gl.5.n.121.*

Mulier conſentiens alienationi rei viri ſibi obligatę, renunciando iuri hypothecæ citrà iuramentum, ità quòd pecunia rei venditæ perueniat ad mulierem, an non obſtantibus prædictis non exiſtentibus alijs bonis poſſit habere regreſſum ad bona alienata; fuit deciſum, ex quo probabatur per partitam Banci, & per teſtes, quòd licèt in teſtamento dicatur, quòd pecunia rei venditæ peruenerat ad virū, quòd vxor poſſit agere hypothecaria ad illā rem, non obſtante renunciatione, quia non erat caſus reſtitutionis dotis promiſſæ conſtante matrimonio, quoniam non erant alia bona viri, Affl. dec.311.nu.5.& 6.Franch.dec.477.nu.11.Pellic.in Conſuet.Auerſ.c.9.n.151. Morot. reſponſ.87.n.8.

Mulier ſi conſenſerit alienationi rei ſibi obligatę per virum alienantem, renunciando hypothecæ ſibi competenti citrà iuramentum, an ſoluto matrimonio poſſit ſuper re prædicta agere hypothecaria, non exiſtentibus alijs bonis, ſed tātùm correo debe-

bendo; fuit deciſum, non poſſe agere, niſi contra correum obligatũ, Affl. dec. 312. Franch. dec. 477. nu. 12. Pellic. ad Conſuet. Auerſ. in prælud. nu. 309. Pariſ. conſ. 120. vol. 1. nu. 16. Battaglin. in auth. ſi à me, C. ad Velleian.

Mulier conſentiens alienationi rei ſibi obligatæ per virum alienantem cùm eius renunciatione hypothecæ, quo tempore vir habebat bona mobilia, & ſtabilia, licèt tempore reſtitutionis dotis nõ adeſſent alia bona, an poterit habere regreſſum ad bona alienata, non obſtante renunciatione; per S.C. fuit confirmata ſententia Io. de Imola dicẽtis, non ſufficere, quòd tempore factę alienationis vir habuerit alia bona, vt poſſit mulieri conſuli, immò requiritur, quòd etiam tempore, quo agitur ſit in facultatibus viri, & ſic fuit deciſum, Affl. dec. 313. Pellic. in prælud. ad Conſuet. Auerſæ, n. 310. & c. 9. num. 168. Farin. dec. Rom. 112. lit. E. Battaglin. ad Cyn. in auth. ſi à me, C. ad Velleian. Anton. Fab. in eius Cod. tit. ad S.C. Velleian. defin. 13. Cagnol. l. in ambiguis, ff. de reg. iur. nu. 2. *Alex. Trentac. lib. 3. var. reſol. tit. de iure dot. reſol. 5. ſub n. 10.*

Mulier ſi ſit dotata ab aliquo Hoſpitali, ſi dos fuerit ſoluta patri viri, qui obligauerat omnia bona, cõſtituendo antephatum, & mortuo patre alijs hæredibus exiſtentibus, per quos fuit dos tantùm reſtituta coniugibus in tot bonis ſtabilibus, an ſoluto matrimonio per mortem viri exiſtente dicta reſtitutione dotis, conſtante matrimonio facta ab hæredibus patris viri, poſſit mulier agere pro reſtitutione dotis contra tertios poſſeſſores, accedẽte alienatione fundi dotalis pro certa ſumma, citrà conſenſum vxoris facta; fuit deciſum, aſſiſtentiam, appretium, & adiudicationem petitas eſſe præſtandas mulieri ſuper prædio alienato ipſa inſcia pro eadem ſumma ſoluta, verùm contra tertios poſſeſſores bonorum præſtetur aſſiſtẽtia pro antephato, pro reliqua verò quantitate dotis prędictæ abſoluantur, attenta reſtitutione dotis facta conſtante matrimonio, Affl. dec. 349. Franch. dec. 381. *Franc. Hieron. de Leo dec. Valent. 54. n. 8. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gl. 10. p. 2. n. 51.*

Mulier ſi inſimul cũ viro bona alienãdo confitetur, recepiſſe pecuniam, an mortuo viro dotem petẽs, talis confeſſio ſibi præiudicet, vt non poſſit ſuper alienatis agere, quando mulieri poterit eſſe conſultum ſuper alijs bonis viri, vt ſibi ſatisfiat de dotibus, ſi verò non fuiſſet ei conſultum, & eſſemus extrà Neap. quia tunc mulier, nè remaneat indotata poterit habere recurſum, etiam ad bona alienata in ſubſidium; prout in facto fuit deciſum, teſte Vrſil. dec. 209. n. 7.

Mulier ſicut præfertur in dote creditoribus habẽtibus tacitam anteriorem, an ẽt in antephato procedat; fuit deciſum, quòd non, Vrſill. dec. 291. n. 3.

Mulier Neapolitana aliendo rem mariti inſimul cũ eo cum promiſſione euictionis, renunciando ius ſuum generalitèr ſuper omnibus bonis ipſius mariti, &c. an ſit excluſa quòad antephatum pro dote conſtitutum; fuit deciſum, non eſſe excluſam quòad dotes, ſecus quòad antephatum in occurrenti caſu, Vrſil. dec. 311. ſub n. 1.

Mulier contrahens cum eius viro, & ſi confeſſa fuiſſet, pecuniam ad eam perueniſſe, an præiudicet in dote; ſi ſoluto matrimonio factus eſſet caſus reſtitutionis; fuit deciſum in S.C. quòd non obſtante, quòd fuiſſet probatum, ad eam perueniſſe de mãdato viri certam pecuniarum quantitatem ex affrancatione cuiuſdam rei dotalis, tamen fuerunt condemnati heredes viri ad integras dotes, & pro eis aſſiſtentia præſtita, Vrſil. dec. 311. n. 6.

Mulier inuita an compelli poſſit ad petendum reſtitutionem in integrum, ſeù beneficium, vel ad probandum actum factum, vt pars aduerſa diù teneatur in ſuſpenſo; non fuit deciſum, quamuis cõcludatur, quòd ſic, ſecus in minore, ſeù pupillo, Capyc. dec. 110. ipſum citat Pellic. in Conſuet. Auerſ. in addit. ad c. 10. incip. adde, quòd ſi tutor, Maxill. in Conſuet. Bari, rub. de minor. §. cùm minor. n. 14. Tap. in Conſt. Mulieribus, n. 1. Sforz. Odd. in trac. de reſtitut. in integr. q. 25. art. 2. Vrſill. dec. 369. n. 8. vide infrà eod. verb. reſtitutio.

Mulier cõdemnata ad reſtitutionem rei ad inſtantiã creditoris viri in iudicio petitionis an poſſit pro eius dotibus, & iuribus dotalibus eandem rem retinere; S.C. votauit, & decreuit, eſſe locum retentioni, Capy. dec. 119. Franch. dec. 53. n. 3. Valaſc. in prax. partit. & collat. c. 6. n. 39. *Franciſ. Hieron. de Leo dec. Valent. 58. n. 14. Barbat. de aſſiſt. gl. 2. n. 36.*

Mulier, quę prohibetur pro viro intercedere, an poſſit renunciare marito ſuo hypothecam, quam habet in aliqua re; concluditur, quòd ſic, & ideò fuit deciſum, valuiſſe alienationẽ dotarij, quod habebat mulier quædam in quodam Caſtro facta cuidam proprietario Caſtri, Frec. de ſubfeu. lib. 2. in 1. author. verſ. pluribus modis, nu. 25.

Mulier, quæ primo loco contraxit ſecundùm Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, ſi ſecũdo loco nupſerit, & ſecundùm morem Magnatum cõtraxerit, & in morte diſpoſuerit de aliqua parte dotis per legatum in beneficium fratris, & ſic vltrà promiſſa in prima Cõſuetudine, an talis diſpoſitio valeat in beneficiũ fratris; concluditur, Conſuetudinem ipſam antiquam non habere locum, niſi in vltima volũtate, non inter viuos, & ſucceſſiuè non prohiberi mulierem filios habentem contrahere, diſponere, & alienare inter viuos, etiam donando, quãdo non in fraudem, ſed iuſta cauſa: vndè contrahẽdo matrimonium erit iuſta cauſa, dùm ſecũdò nubit poterit facere pactum de dote lucrãda, & etiã dotem alteri ſtipulari, & ſucceſsiuè talem diſpoſitionem factam valere in beneficium legatarij, & ità iunctis aulis in S. C. iudicatum fuit, Reg. de Pont. conſ. 35. vol. 1. vltrà alia, vbi in fine ponit deciſionem.

Mulier ſecundùm morem Magnatum poteſt de dotibus diſponere in vltima voluntate, filijs legitima tãtùm relicta, quod paſſim fuit iudicatum, M inad. in Conſt. In aliquibus, not. 4. n. 4. eum citat Reg. de Pont. conſ. 25. nu. 1. & 6. vol. 1.

Mulier an præferatur Fiſco pro dote vigore eius inſtrumenti, non tantùm in expreſſa, ſed etiam in tacita obligatione Fiſci, hoc eſt pro delicto viri, pro quo inquietat mulierem; fuit pro vxore iudicatũ, vt præferatur Fiſco, Paris in tract. ſynd. ver. publicatio bonorum, nu. 3.

Mulier, quę in primis nuptijs contraxit iuxtà Cõſuetudinẽ Capuanę, & Nidi, cui fuit limitata poteſtas diſponẽdi in vltima voluntate in capitulis matrimonialibus, ſi poſteà ad ſecũdas conuolauerit nuprias, mutata forma capitulorum, iuxtà morem Procerum, & Magnatũ contrahendo, & ſublando

pote-

Digitized by Google

poteſtatem limitatam diſponendi,an liberè poſsit in vltima voluntate diſponere,& legare;fuit deciſum in S.C. potuiſſe diſponere ob mutatam formã capitulorum,& ſucceſsiuè legata deberi legatarijs,in cauſa Marchionis Lauri hæredis q.D.Lucretiæ Carafæ cum Marchione Turris Vitrici, vt nouiſsimè tradit Molf.in Comment.ad Conſuet. Neap.p.6.q.3.nu.32.*Ant.de Amat.var.reſol.to.1. reſol.28.n.2.*

Mulier expoſita ſi fuerit ab aliquo ſtuprata an poſt lapſum nonnullotum annorum poſsit de iuribus ſuis experiri contra hæredes ſtupratoris pro cõſequutione dotis,& alimentotum,licèt contrà eam. Primò oppoſitum eſſet, non adeſſe bona ſtuprantis. Secundò,quia in vita ſtuprantis non fuit conquæſta,& per annos 22.tacuit. Tertiò,quia carebat actione contra hæredem ſtupratoris. Quartò, quia iſta actio iniuriarum non datur hæredi, nec contra hæredem.Quintò, quia cùm actione carebat,ad iudicium admitti non debuerat.Sextò,nec etiam alimẽta deberi,eò quia & ſi concubinæ debẽtur,ſunt pro ſeruitijs,at iſta mulier pro ſeruitijs pręſtitis ſatisfacta fuerat, nã ſtuprator quietationem ab Oeconomis S. Mariæ Annunciatæ obtinuerat.Vltimò,nec intereſſe debetur, cùm debitũ non aderat;Vndè die 6.Martij 1614.facta relatione in S.C.per Reg. Conſiliarium benemeritum. Io. Andream de Georgio ſententia M.C. fuit liquidata in duc.20.de quo cùm fuiſſet obtenta decretatio verbi faciendi,facto verbo in S.C.die 22 Octobris ejuſdem anni cum interuentu Illſtriſsimi Marchionis S.Angeli Præſidis S.C. fuerunt ei dati duc.50.miſerationis cauſa,& ſic exequutum, penès Secretarium, in Banca de Mõdellis, D.Camill. de Laratha conſ. 108. Lucretia expoſita.

Mulier Neapolitana ſecũdò nubẽs an poſsit in pręiudicium nouem partium ex Conſuetudine,debitarũ filijs primi matrimonij ſibi reſeruare ius diſponendi contra ius, vel Conſuetudinẽ,quẽadmodùm paciſci de dote lucranda in præiudiciũ legitimæ filiorum primi matrimonij; fuit deciſum in S. C. contra filium primi matrimonij, in fauorem mulieris, licèt de ijs pendeat reclamatio in cauſa Marchionis Lauri, in Bãca Balſami, vt per Anell. Amat. in conſ. 56. cùm conſtet.

Mulieres inhoneſtę,& Studẽtes poſsũt è vicinio expelli,iuxta Cap.Neap.cõceſſum,quod non procedit in Scholaribus Neapolit. an talis gratia extendatur ad Scholares Caſalium Neap. concluditur,quòd ſic,Frãch.dec.316.de qua meminit Reg. Rouitus in rubr. de ſcholar.doctor. n.3. & ſubdit Aloyſ.de Leo l.2.C.de Sum.Trinit.& fid.Cathol. n.44.fuiſſe multotiès iudicatum per S. C. in fauorem Scholarium Neapolitanorum,vel Caſalium, aut exterorum,in propria domo habitantium,nouiſsimè Caball.reſol.crim.cent.2.caſ.184.Theſaur. lib.1.qq.forenſ.q.33.n.1.Paſchal.in tract.de virib. pat.pot.p.2.c.10.n.36.*Epiſc.Genuen.in tract.de Eccleſ.ſeu practicab.Eccl q.242.Mut. in Conſuet. Panorm.c.33.nu.27.Ioſeph Mele in addit.ad Conſ.Gizzarel.dec.54.*

Mulieres an admittantur in ſubſidium ad vendicandum iuiuriam ſuorum; per Reg. Audientiam fuit deciſum,quòd ſic,licèt per M.C.V.fuerit oppoſitũ iudicatum,idemq;cõfirmatũ per S.C.quamuis pẽdeat reclamatio,Follet.in Conſt.Iuſtitiarij non per Kalendas,n.39.tamen refert Iſern.in ſing.19.aliàs 142.Ex iſta lege Senatus,C.q accuſ.nõ poſſ.fuiſſe deciſum in Curia Iuſtitiarij Magni, mulierẽ poſſe accuſare de nece filij,& vide infrà verb.mulieres.

Mulieres regulariter non admittuntur ad accuſandum,ſeu quęrelandum, niſi ex iure ſpeciali,quando ſuã,ſuorumq; iniuriam proſequerẽtur, ſed hoc potiſsimùm procedit, quando de nece ſuorũ tractaretur,tunc.n. admittuntur ad accuſandũ;item reſpectu iniurię ſuis illatæ tempore,quo viuebãt, vt ſuprà dixi verb.mulieres;ſed quando tractaretur de iniuria ſuorũ adhùc viuentium,ſecus eſſet, quamuis offenſus declaraſſet,nolle quęrelare, vel eſſet in mora quęrelãdi:Et ità in facti contingẽtia in pluribus cauſis declarauit S.C. & quotidiè ſeruari in Reg. Audien.Principatus,& Baſilicatę fatetur Carau.in rit.191.n.8.in add.noua,ibi ſcias tamẽ.

N

NAti ex illicito coitu an inter ſe ſuccedant in linea tranſuerſali,fuit pluriès deciſum, ꝙ ſic,Franch.dec.238.Molf. in Commen. ad Conſuetud. Neap. p.4.q.43.n.26.Paſch. in tract.de vir.pat. pot.p.2. c.1.nu.49.*D.Conſil.Theodor. alleg.62.n.11.*

Natus in aliqua Ciuitate obitèr exiſtente matre grauida pertranſeunte,nõ animo ibi habitãdi,vel domiciliũ contrahendi,an debeat admitti ad Collegium Doctorum,ſicut cęteri Ciues; fuit deciſum, negatiuè per S.C. in cauſa cuiuſdam de Aquamalorum pretendentis admiſsionem ad Collegium Salernitanum, vt refert Doctor eximius Petra in add.ad Gramm.in dec.103.n.93.& 94.

Neapolitani authores laudati in Curijs Regni an teneantur comparere ibi,vel in M.C.V.fuit deciſũ, ꝙ non tenẽtur ibi litigare,ſed remittũtur ad Tribunalia M.C.V.Ann.ſing.45.author,Cala in tract. de mod.art.& prob.gl.1.§.1.n.50.licèt in alia cauſa S.C.in contingentia facti determinauerit,ꝙ non teneatur defendere in loco iudicij emptorẽ, verũ ſententia quatènus veniret proferenda contra Neapolitanos,proferatur in Ciuitate Neap.& fuit in cauſa vertẽti inter Io.Antoniũ,& Io.Michaelẽ Triaſcum Cauenſes, & Io. Catolum de Sarno in M.C.V.facto verbo in S.C. die 28. Auguſti 1560. penès Tramontanũ,vt refert Addit. ad c.53. Reg. Catholici,fol.46.Muſcat.in prax.S.C.lib.1.p.3.gl. nominet,n.6.Tartagl.in prax.M.C.V.ciuil.c.2.nu. 51.*D.Conſ.Carleual de iudic.tom.1.tit. 1.diſp.2.q.6. inſpect.2.n.662.*

Neapolitani, qui ſunt exempti ab omnibus Regni Tribunalibus vigore eorum priuilegiorum, quia trahunt, & non trahuntur, an idem ius militet in Reg. Dohana Menępecudum, cuius Dohanerius merum,mixtumq;imperium habet à Rege;fuit iudicatũ contra Neapolitanos,Reg.de Pon.in tract. de pot.pror.tit.4.de Regal.impoſ.§.8.n.49.*Danz. de pugna Doctor.to.2.tit.de immun. Neap.c.1.n.11.*

Neapolitani bona tenentes in territorio Summæ an teneantur ſoluere pro bonis ibi poſitis, & poſſeſſis;fuit per R.C.S.deciſum,ꝙ non teneantur,ſtante promiſcuitate territorij, in cauſa Vniuerſitatis

præ-

prædictæ cũ bonatenentibus,ſub die 3.Iulij 1540. penès Iacobum Ant. della Turina, *Danza de pugna Doct.to.2.tit.de immun.Neap.c.1.n.13.* Thoro.

Neapolitani ſunt immunes ab omnibus dirictibus, & gabellis, etiam pro mercaturis per totum Regnum,prout ſunt Capuani,& Liparoti,vt patet ex litera Regiæ Cameræ expedita die 16.Iunij 1494. f.20.à ter.inter Capit.Neap.ſicq; per particularia Regum priuilegia confirmata, vt in c.6. Regis Ferdin.II.f.21.Regis Federici c.9.f.23.eiuſdem Federici litera f.28.& 30.quod etiam in Terris Baronũ procedit ex particulari litera dicti Regis Federici anni 1498.die 10.Nouembris f.31.& confirmata per Magnum Capitaneum c.7.f.34. ſicuti gaudẽt prædicti Capuani,& Liparoti, & eorum vigore per S. C. & Reg. Cam. deciſum fuit, quòd quòad graſſiam, & vſum conſeruentur in quaſi poſſeſſione immunitatis etiam Terrarum Baronum, citrà præiudicium iurium vtriuſq; partis, tàm proprietatis,quã poſſeſſionis, & quòd repreſaliæ nullo modo fiãt,nec permittãtur,&c.die 3.Iulij 1560. penès Raparium, vt habetur in decreto inſerto inter Capit.Neap.f.59.vt in verb.repreſaliæ.

Neapolitani Ciues,& Caſalium ipſius, & habitãtes in ea vigore ſpecialis gratiæ,ſeù priuilegij trahũt omnes exteros ꝓ omnibus cauſis ciuilibus,& criminalibus,& mixtis,& non trahuntur,vt cõmunitèr dici ſolet,teſte Præſ.de Franch.dec.412.n.1.& dec.382.n.3.Ann.ſing.401. ità quòd conuenti habere cernuntur, nedùm priuilegium declinandi quemcunq; forũ,& petendi,ſe remitti ad M.C.V. verùm etiã conueniendi alios, nec tenentur ſequi forum reorum, ſed poſſunt eligere Tribunalia Neap. adeò quòd dicuntur habere priuilegium electionis fori, ſicuti & teſtificatur. Carau. in rit. 301.n.5.ex mente Gramm.dec.87.in princ.ſequuntur Maſull.ad Capy.dec.59.Campan.in cap. Pridèm.n.19.Muſcat.in prax.S.C.lib.1.p 2.gl.competentes,n.76.copioſè Ric.collect.dec.38.& ſi habitauerint per loca Regni,potiſſimùm in terris Baronalibus,vt refert Capibl.in pragm.8.p.1.de Baron.quid ſi ciues alterius Ciuitatis conſimile Regale priuilegiũ habuerint, an paritèr militaret eorum priuilegium,vt ſunt Coſentini,qui priuilegiũ habent à Rege Federico conceſſum in anno 1496. confirmatum à Rege Ferdinando, & ab Imperatore Carolo V. & demùm à Philippo II. Rege, vt nequeant extrahi à foro Ciuitatis Coſentiæ, nec ratione contractus,vel delicti,nõ obſtantibus quibuſuis priuilegijs Baronalibus, aut alterius Ciuitatis,vt audiui ab Auguſtino Caputo V. I. D.Coſentino,*qui idem teſtatur,nos citando in tract. de regim.Reipubl.c.1.n.*109.conſimile & habent priuilegium Capuani,vt colligitur ex mente Andr.in Conſtit.Capitaneorum,ſub verb.parum,antè verbum,vbi quærit,poſtquàm M.C.vbi eſt præſens de omnibus ipſa cognoſcit,& Iuſtitiarij ſilent,ſi verò M.C. exiſtente Neap.delinquat ibi Capuanus,vel contrahat, & recedat, & vadit Capuam,an accuſabitur in M. C. Neapol.de delicto, vel contractu Neap.in ſua præſentia inito, & cõmiſſo,vt ibi per eum,& tandèm Vrſil.dec.133.ſub n.8. refert, pluriès fuiſſe in S.C.obtentum pro Neapolitanis contrà Capuanos, & in caſu ab eo relato nouiſſimè deciſum,de quo ſuprà eod.verb.Capuani, etiam ſi Neapolitanus ageret iure ceſſo, vt fuit deciſum in S.C.idem Vrſil.dec.74.n.6. & hoc iure optimo fundatur,nam & ſi priuilegia conquaſſentur concurrentibus duobus priuilegiatis, vt per Franch. dec.16.n.5.& ſucceſſiuè priuilegiatus contra paritèr priuilegiatum non vteretur priuilegio,Affl.in Conſt.Hoſtes,nu.19.hoc procederet,quando priuilegia eſſent æqualia,& tunc attenderetur ius cõmune,Alex.conſ.53.n.8.lib.5.quòd actor ſequatur forum rei,idem Affl.in Conſt.Si quis in poſterùm, n.57.& in Conſt.Statuimus,vt Magna,nu.19. Cauenſ.in rit.71.n.6.Carau.in rit.228.n.3.Reg.Rou. in prag.6.de poſſeſſ.non turb.nu.46.quanquàm in caſu allegato data paritate priuilegiorũ dixit ſingularitèr Affl.in d. Conſt.Statuimus, ſub n. 20. ꝙ quando ſunt plures priuilegiati priuilegio fori:ſiquidèm omnes ſunt priuilegiati ſub eadem conſideratione,tunc conſideretur maior ratio priuilegiati, & tunc illud priuilegium, in quo eſt maior ratio attenditur,per l. ſi apud,ff.de min.& ſubdit, tene ergo iſtam concluſionem,quòd priuilegiatus à iure communi non vtitur priuilegio ſuo contra aliũ æquè priuilegiatũ de iure cõmuni, & ſic iſta priuilegia cõfunduntur,ratio aũt priuilegij Neap. conceſſi maior cæteris eſſe oſtenditur, dùm Neapolis ſit caput Regni,& Prouinciæ Terræ laboris, Franch.dec.360.n.4.quod colligitur ex prag.1.de iur.immu.ibi, Nos tamen attendentes, maiorem fieri frequentiam hominum exterarum nationũ in hãc noſtrã Ciuitatẽ Neap.quę caput noſtri Regni eſt, &c. hinc Neapolis Capuę præponitur, & Salerno, Affl.in Conſtit.In locis domanij,n.3. indè dignitatẽ habens à Principe præfertur alijs, Specul.in tit.de citat.§.5.verſ.porrò, at Ciuitas Neap. cùm capitis Regni dignitatem cõſequuta fuiſſet, ſicuti caput eſt principale membrũ hominis, l. cũ in diuerſis,vbi Bar.ff.de relig. & ſumpt. fun. quod adeò dignum eſt,quòd ab eo eſt incohandum, idẽ Spec.in tit.de elect. §.1. verſ.publicatione, ex cuius dignitate ſubſequitur,quòd vbi caput ſepultũ eſt,ibi omnia membra cenſentur ſepulta, idem in tit.de ſepult.verſ.& hoc quando,ſimilitèr totum corpus cenſeri baptizatum ex baptizatione capitis,gl.in c.propriè de conſecr.diſt.4.verſ.trium,nã tanquàm maius dignum cæteris membris trahit ad ſe omnia membra, ideò maius dignum trahit ad ſe minus dignum,gl.in c.ꝙ in dubijs,de cõſecr. Eccleſ.verſ.conſecrato,ſic priuilegiũ maius trahit minus,Afflict.in dec.56.n.1. & maior cauſa trahit ad ſe minorem, gl. in Conſt. Honorem,verſ.vt potẽ,non mirum igitur ſi dignior præferatur minus digno,& minus nobili,Marant.in Spec.in 3.p.nu. 118.vbi in præcedenti num.117. dixit,digniorem, & maiorem cenſeri primò nominatum, & primo loco nominatus præcedere debet,Frãch.dec.138. n.11. & hoc punctualitèr demonſtratur in dicta Conſt.In locis domanij, vbi prius Neap. nominatur,deindè Capua,& Salernum,& propterea cùm ſit condecens, vt membra capiti obediant,non è contra,argum.cap.cũ inferior, de maior. & obed. ità iuſtum non erit,vt Neap.ex capite Regni prouenientes ad inferiora Tribunalia trahantur:Secunda ratio illa eſſe cernitur, cùm priuilegium fori Neapolitanis conceſſum non alitèr videatur eſſe permiſſum,vt trahantur ad certum Iudicem inferiorem,vel habentẽ iuriſdictionem limitatã, vel trahant,nam conceditur, vt trahant, & trahã-

tur

Digitized by Google

tut ad Tribunal maius,hoc eſt ad M.C.V. quæ eſt Tribunal et interarbitrum perſonarum priuilegiatarum circa fori electionem,vt in dict. Conſt.Statuimus,ipſa .n. eſt caput,& Domina omnium Regni Tribunalium,vt dixi in præfatione huius Cõpendij, & iuriſdictionẽ ſupremam habet in toto Regno, & hominibus ipſius, in tantum ꝙ priuilegia toti conceſſa Baronibus per Reges huius Regni non operantur contra Neapolitanos,nulla facta diſtinctione,quod priuilegiũ ſit prius,& quod poſterius,Maur.iun.in alleg.40.n.8.benè uerũ eſt, quòd ex diſpoſitione nouellę pragm.8.de citationibus nequeunt expediri citationes cõtra exteros ad inſtantiam priuilegiatorum,niſi conſtito priùs de priuilegio ipſo,& hoc iure vtimur. Thoro.

Negotia,& vota alicuius Capituli an ſint tractanda in loco Capitulari,& Collegiali,& ſi fuerint extrà locum tractata,an valeant,licèt de iure hoc ſit verũ,tamen in occurrẽti caſu dùm fuiſſent ſuffragia data extrà Sedile,fuerunt valida habita,Ann.ſing. 355.negotia,Ric.in collect.dec.613.vbi refert aliã deciſionem.*Aug.Caput.de regim.Reipub.c.6.n.*10.

Nepos ex ſecũdogenito natus an excludat patruum tertiogenitum à ſucceſſione feudi;fuit deciſum ꝓ nepote contra patruum,Gramm.dec.1.de qua meminit Campag.in prælud.poſt n.22. in add. Gabr. lib.4.de ſucceſſ.ab inteſt.concl.2. latè Lanat.conſ. 1.ſub n.51.& ſeq.Fab.de Ann.conſ.125.n.41.& an nepos in Regno excludat patruum;extant quamplures deciſiones in Regno,citatæ per Camil.Salern.in Conſuet.Si moriatur,§.& omnia,incip.iſte articulus,f.108.& quid in ſucceſſione feudi ; fuit deciſum in fauorẽ nepotis,Affl.in rubr.de ſucceſſ. feud.n.55.& 58.& in c.1.de natur.ſucceſ.feud.ſub n.19.quem citat Thom.de Marin.in tract. de gener.& qualit.feud.tit.6.de feud.hæred.antiq.ſiuè patet.n.22.in fi.Maur.iun.alleg.12.n.3. Amar.cõſ. 15.n.1.copioſè Theſ.lib.1.qq.forenſ.q.35.nu.6.& ſeq.Couar.pract.qq.c.37.nu.8.Viu.in ſylu.comm. opin.in opin.539.nepos, Gamma deciſ.Luſit.184. Viu.dec.502.nu.6.& 519.num.17.Reg.de Pon.in tract.de pot.pror.tit.9.in princ.nu.45.& ſeq. & in rub.de ſucceſ.feud.lect.12.n.37.Caſſan.in Cathal. glor.mund.p.5.conſid.39.& 42. Ric.collect.deciſ. 1702.*Franc.Hieron.de Leo dec.Valent.*109.*nu.*13. *Io.Bapt.Bilotta I.C.præclariſſimus in concl.feudal. concl.*23.*n.*20.

Nepos filius ex ſorore an præferatur fratri patrueli in inueſtitura feudi facienda, poſt longam diſcuſſionem fuit per R.C.prolata diffinitiua ſententia, quòd inſtituatur nepos , quia non fuerat cõpetentèr mater dotata de bonis fraternis,& ille patruelis fuit etiam excluſus, quia feudum fuerat acquiſitum à quadam auia , talitèr quòd non deſcendebat à primo acquirente maſculo , vt gratia Regis in patruele locum vendicaret,Ann.in alleg.34. & in repet.rub.de vaſal.decrep.ætat.nu.94.Io.Andr. Geor.alleg.23.n.48.*Alex. Trentac.variar. reſolut. lib.*1.*reſol.*1.*ſub n.*2.*verſ.vltrà prædicta,tit.de ſtatut.*

Nepos ex ſorore an excludat amitam in ſucceſſione feudi;fuit deciſum,quòd ſic, Ann.in alleg.55.n.5. & 6.*Alex.Trentac.var.reſol.lib.*1.*reſol.*1.*verſ.vltrà prædicta tit.de ſtat.*

Nepos ex ſorore in feudo an excludat patruum , & amitam ; fuit deciſum in R. C. & in Coll. Conſil. quòd ſic,Ann.ſing.356.nepos,Maſul.deciſ.21.n.1. Ric.collect.dec.1700.

Nepos,ſiue neptis ex fratre coniuncto ex vtroq; parente an excludat alios fratres conſangineos tantum,vel vterinos tantùm;fuit in Coll.Conſil.deciſum,quòd ſic,Loffr.in paraphraſi feud.in c.1.de notis feud. col.3. verſ.& cũ hic caſus accidiſſet in Oppido,eum citat Io.And.Geor.in alleg.21.cùm Vincentius,n.28.vbi allegat alios DD.& n.55.

Nepos an excludat patruum in fideicommiſſo conditionale fauore certæ perſonæ , quando alitèr ex mente non conſtaret,concluditur, quòd nõ includitur,Minad.in Conſt.In aliquibus, in 3.notab. n.109.vbi ait,fuiſſe declaratum in fauorem D.Ferdinandi Caietani cõtra Scipionem,quòd in fideicommiſſo Comitis Fundorum non excluderetur patruus à nepote per ſubingreſſionem.*Trentacin. var.reſol.lib.*1.*reſol.*1.*tit.de ſtat.verſ.primo caſu.*

Nepos an excludatur a ſucceſſione feudi aui, ſi eius pater deliquerit,occidendo eius patrem,ſeu auũ ; fuit deciſum in R.C.S.ſuccedere, non obſtãte delicto paterno,& ſic contra Fiſcum,Reg.de Pon.in tract.de pot.pror.in tit.8. de reſut.feud.§.9. vbi in fine ponit deciſionem,in cauſa illorum de Cinis, Molf.in Commen.ad Conſuet.Neap.p.4.q.58.n.5.

Nepos an excludat patruum in ſucceſſione feudi, & ſubingrediatur in locum eius patris , vt ſuccedat auo,vltrà dicta ſupra eod. verb.nepos fuit paritèr pro nepote contra patruũ deciſum tempore Regis Ferdinandi,vt refert Affl in c.1.n.19.de natur. feud.verſ.ſed contrarium , quẽ citat Reg.de Pon. in tract.de pot.pror.in tit.9.in princ.n.46.vbi concludit,non tantùm in feudalibus militare,ſed etiã in allodialibus,& ad conualidationẽ premiſſorum n.48.refert,nouiſſimè fuiſſe deciſum in anno 1593. referente Regio Conſiliario D. Didaco de Vera, in cauſa illorum de Mangiarua per S.R.C.neptẽ perſonã patris in omnibus repræſentare , propterea eidem competere virilẽ portionem in bonis aui, & ſuccedere æqualitèr cũ patruis, qui prætẽdebant illam tanquam fœminã excluſam , & aliàs ad ſucceſsionẽ nõ eſſe admittẽdam, ſed paragium tantùm eſſe ei præſtandum , & poſteà facta liquidatione per Reg.Conſil.Carolum Tironum,penès de Fęlice,Molfeſ.in Comment.ad Conſuet.Neap. p.4.q.27.n.13.Maur.iun.alleg.12.num.3.Petra ad Gramm.dec.73.n.2.Amat.conſ.15.n.1.

Nepos , & ſic filius primogeniti an excludatur per patruum,tàm à bonis feudalibus,quàm burgenſaticis ſubiectis fideicommiſſo aui in beneficium primogeniti deſcendentis;obſtante patris renunciatione fuerunt per S.C.iunctis aulis tàm feudalia,quàm burgenſatica fideicommiſſo ſubiecta,ſequeſtrata , & ſi aduerſarius contenderet, ſe poſſidere,in cauſa Proſperi Suardi cum eius patruo, in Banca de Ferratijs,Anel.Amat.conſ.15.defuncto.

Nepos ex fratre an præferendus ſit in bonis patrui exiſtentibus infrà diſtrictum Ciuit. Neap. excluſis neptibus ex ſororibus,ac filijs ipſorũ, & ſorore defuncti:Cùm autem fuiſſent per M. C. V.declarati hæredes Fęlix Antonius Glielmus nepos ex fratre Antonij Glielmi patrui defuncti,nec non , Portia Glielma ſoror defuncti , & Siluia Cortado neptis ex ſorore in hæreditate dicti q. Antonij in ſtirpes in bonis extrà diſtrictum,in bonis verò intra diſtrictum dictus Felix Antonius tantùm, appellauerunt ad S.C.dictæ Portia,& Siluia pretendentes ſimilitèr in bonis intrà diſtrictum ſuccedere,

re, eò quòd Antonius ipſe, de cuius hæreditate agebatur nô erat Ciuis Neapolitanus, & ſucceſſiuè Conſuetudines Neapolitanæ in eius bonis locũ non habere, attamen ad excluſionem ipſarum, & corroborationẽ decreti M.C.V. pro defenſione huius nepotis ex fratres dicebatur Cõſuetudines ipſas Neap. nedùm Ciues, ſed habitatores Ciuitatis comprehẽdere, vt colligitur ex Cõſuetud. Pupillus, de in integr. reſtit. vbi Nap. in gl. habitatoribus, ſatis enim hoc rationabile eſt, inquit Nap. eò quòd perpetuò habitantes ligantur lege Ciuitatis, authoritate Archid. & aliorũ in c. Romana, de ſent. excomm. in ſexto, ſequitur Molfeſ. in Conſuetud. Neap. p. 2. tit. de perſon. num. 4. & ſeq. f. 28. at ex actis apparebat, defunctum continuò habitaſſe ſpatio 30. annorum, & plus in hac Ciuitate Neap. quò fit, vt in eius hæreditate ſuccedant vocati à Cõſuetudine, & ſi forenſes, & nô ciues eſsẽt, vt iunctis aulis deciſum eſſe refert in S. C. Iacob. Anell. de Bott. in dicta Conſuet. Pupillus, incip. in cauſa Lemborũ, & id multis rationibus cõprobat Preſ. de Franch. in add. in proẽm. Conſuetud. incip. in eodem proẽmio, ſimiliter annuens, iunctis aulis fuiſſe deciſũ, Conſuetudines exteris prodeſſe, reſpondendo Nap. dicenti, ciuibus, & non exteris Conſuetudines prodeſſe, nàm loquitur de Cõſuetudine loquente de perſona, non autem de bonis, & ſic Conſuetudo in caſu noſtro omninò ſeruãda, eò ꝙ ſufficit, bona ſita eſſe in diſtrictu, nec curandum, mortuum eſſe exterum, vt ex multis comprobat Molſ. loc. cit. nu. 4. & propterea cùm ex iure conſuetudinario ſoror defuncti excludatur per filium fratris, prout ità Napod. in Conſuet. Et omnia, n. 14. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. filius aũt defuncti determinat, rationem reddens in verſ. ratio autẽ, quarè filius defuncti, quia filius defuncti dotando ſororem de paragio excludebat ipſam, ergò eodem iure eius filiũ, cùm in locũ patris ſubingrediatur, que ſiquidèm dotatio in caſu iſto non eſt neceſſaria, cũ iam dotata reperiebatur, & vnica dotatio ſufficit, vt ſit excluſa, Preſes de Franch. dec. 87. & ob id dũ ſoror mortui ſit excluſa, à fortiori eius filius excluditur, & mater eorum, ſi viueret non ſuccederet, ergò & filij excluſi remanebũt per filios fratris, & ſic deciſum per S.C. vt refert Præſ. de Franch. dec. 412. Nec obſtat, quòd in hæreditate predicta reperiantur nomina debitorum, & annui introitus extrà diſtrictum, nam cùm ſolutio ſit deſtinata in hac Ciuitate, reputantur bona ſita in diſtrictu, & per conſequens in eis viget Conſuetudo prout aliàs S.R.C. iudicauit, Ant. de Alex. in Conſuet. Si aliquis moriens, incip. nota, ꝙ poteſt, & Præſ. de Franch. dec. 93. n. 7. quò verò ad pecuniam in Banco exiſtentẽ non dubitatur, illam ſubiacere Conſuetudini, prout ſic iudicatũ refert idem Præſes in d. dec. 93. in fi. & demùm facta relatione per Reg. Conſil. meritiſſimũ Io. Bapt. Meliorem die 3. Nouembris 1617. fuit iudicatum per S.R.C. in fauorẽ nepotis ex fratre, excluſa ſorore fratris, & nepte alia ex ſorore, in cauſa dictorũ de Glielmo, penès Carbonum Act. Mag. allegante V.I.D. Horatio Glielmo, iuuene ſiquidèm perſpicace in hac legali ſcientia, filio q. Pompei Glielmi olim Andriæ, & Rubonum Iudicis, ac Auditoris Status Ducis Montis Leonis, Viri Ioannæ Faleſiæ meę conſobrinę, *De hac eadem deciſione meminit Lal. Caput in prælu. Conſuet. §. 1. à n. 23. ad fi. & §. 6. num. 7.* Io. Bap. de Thorò I.C.

Nepotes ſubſtituti inſimul cum patruo per nomina propria appellatiua, an ſuccedant in capita, vel in ſtirpem auo, concluditur, quòd ſiuè fuerit inſtitutio, ſiuè ſubſtitutio ſub nomine collectiuo, in ſtirpem ſuccederent, non aũt in capita, ſicuti ſi ſucceſſiſſent ab inteſtato repręſentantes perſonã patris, in cuius locũ ſubingrediuntur, ſed ſi fuerit per verba appellatiua facta ſubſtitutio, vt in caſu occurrenti fuit deciſum, ipſos ſuccedere in capita, non in ſtirpẽ, vt per Affl. deciſ. 309. vbi latè Vrſill. exornat, Capy. dec. 207. n. 6. Franch. dec. 336. Piſanel. in add. ad iſtam deciſionem Affl. dicit, in facto fuiſſe iudicatum, ꝙ nepotes, qui fuerũt vocati nomine proprio, per nomina in teſtamento cũ aliquo ſucceſſerunt in capita, non in ſtirpem, Viu. in ſylua. comun. opin. in 323. opin. filij duorum, n. 2.

Nepotes ex filio naturali inſtituti inſimul cũ patruo ſimilitèr naturali legitimato an admittãtur in poſſeſſionem bonorum hæreditatis occupatorum per nepotes teſtatoris legitimos, vigore l. fi. C. de edict. Diu. Hadr. toll. non obſtãtibus oppoſitis circa illegitimationem inſtitutorum; non fuit deciſum, ſed tranſactione terminatum, Capy. dec. 194. in princ. & in fi. Vrſil. dec. 369. n. 10.

Nepotes filij ex ſorore vocati à teſtatore auo, per nomina propria, & appellatiua miſculãdo, an admittantur inſimul cum alio nepote ex fratre ad eius ſucceſſionem in ſtirpem, vel in capita, fuit deciſum, in capita eſſe admittendos, Capy. dec. 208. Borgni. Caualc. dec. Fiuiz. 9. n. 86. p. 2. Alex. Raud. dec. Piſan. 24. nu. 4. & dec. 32. num. 332. Amend. ad Franch. dec. 24. n. 6.

Nepotes filij an in lucro dotis inſimul cum alijs patruis ſuccedant æqualitèr, vel inæqualitèr, hoc eſt, vt nepotes in capita, & non in ſtirpem; fuit deciſũ, nepotes cũ patruis æqualitèr ſuccedere, & nepotes in ſtirpes, Buccin. in add. ad Conſuet. *Si aliquis* moriens, incip. ad hanc apoſtillam, f. 163.

Nepotes deſcedentes ex filio maſculo an admittantur ſoli ad ſucceſſionem matris in virilem, & tanquàm ex maſculis deſcendentes excludãt amitas à ſucceſſione, ità quòd ſolum paragium eis teneãtur dare, an autem Conſuet. Si qua mulier habeat locum, & iuuet amitis, iudicauit S.C. quòd ſicut filius morientis natus ex vno viro non excludit ſorores natas ex alio viro, ità nec nepos ex ipſo filio, Capy. in Conſuet. Si qua mulier, in add. incip. quid ſi tempore, quo hæc mulier, f. 205.

Nepotes ex filiabus ſubingredientes in locum eorũ matrum an admittantur inſimul cum amitis ad ſucceſſionem fratris, non obſtante teſtamento per eum facto, hæredemq; inſtituente ſuam vxorem, exiſtẽte paterno fideicommiſſo, quo cautum fuerat in donatione contẽplatione matrimonij facta, vt decedente eius filio abſq; filijs, aut ipſius filijs decedẽtibus abſq; filiis ſuccederent magis proximi ipſius donantis, verificatur caſus talis in donatione facta per q. Io. Laurentium de Carolis Tarentinũ A.M.D. die 18. Octobris 1598. Octauio de Carolis eius filio cõtemplatione matrimonij certorum ſtabilium cum allegata conditione, cùmq. factus eſſet caſus decedentiæ dicti filij abſq; filijs, inſtituta per eum vxorẽ hærede comparuerunt in M.C.V. Hippolyta, Franciſca, & Victoria de Ca-

ſolis filiæ dicti donantis petentes relaxationē bonorum prædictorum vnà cum fructibus, & licèt demùm compilato proceſſu in dicta M. C. fuiſſet abſoluta conuenta ab impetitis, deducta tamen cauſa in S.C.ſeruatis ſeruandis fuit condemnata ad relaxandum vnà cum fructibus, indè poſt certos dies comparentibus Io. Baptiſta Morrone filio q.Iſabellæ de Carolis, & Io. Maria Prothonobiliſſimo filio q. Angelæ Antoniæ de Carolis ſimilitèr filiarum dicti donantis, & petentibus in S.C.amitas ipſas condemnari facere ad dandum, & ſoluendū portionem dictorum bonorum vnà cū fructibus per eas receptis ex intermedijs perſonis matrum ipſorum vigore ſubingreſſionis, in cuius rei ambiguitate infraſcripta breuitèr ad ornatū quæſtionis conſiderata fuerunt poſt deciſionem per Auguſtinum Caputum V.I.D.ꝙ in donatione iſta contēplatione matrimonij facta per nomen collectiuū proximiores vocando ad ſucceſſionem filij decedentis abſq; filijs,&c.verè proximiores vocati cenſentur,qui in proximo gradu reperiuntur defuncto coniuncti, per cuius mortem donatio vacauerat, l.cùm ità,§.in fideicommiſſo, & l.peto,§.fratre,ff.de leg.2.conſtat aūt,Hippolytam, Franciſcam, & Victoriam de Carolis amitas reſpectu Octauij earū fratris defuncti eſſe in gradu anteriores nepotibus,ſcilicèt Io. Baptiſtæ filio Iſabellæ,& Io.Marię filio Angelæ Antonię ſororū vtrinq; coniunctarum,& dictarum Hippolytæ,& aliarum,inſpecto vtriuſq; iuris origine ſecundùm verba legis pręponēdas eſſe in ſucceſſione,per dictum §.in fideicummiſſo,& ibi Bal.quia in ſucceſſionibus fideicommiſſarijs ordinatis ab ordine conſideratur teſtatoris affectio,quæ eſt procliuior ad ſibi proximiorem,& attenditur gradus prioritatis. Iaſ. & Dec.in l.ſi amiæ, C.de ſucceſſ. edicto, Card.Pariſ.in conſ.16.nu.56.cum ſeq.2.vol.taciti, & expreſſi par eſt virtus,l.3.ff.de leg.1.nam cùm Io.Laurentius de Carolis fecerat donationem cōtemplatione matrimonij dicto Octauio,cum conditione, ſi ſine filijs decederet, aut filij eius decederēt ſine filijs proximiores expreſsè vocati ſunt, & ſic amitæ præferuntur nepotibus,idem Pariſ.in conſ.9.col.3.& conſ.37. n.57. 66.& 69.lib.2.l.ſi libertus præterito, §.libertus, ff.de bon.liber. Theſ. dec.65.Donator .n. dùm vſus eſſet nomine proximiores,quod excludit gradus repræſentationem, quia data repręſentatione ceſſaret hoc comparatiuū,Paul.Caſtr.in auth.defuncto,C.ad Tertul. & per talem donationem vocantur proximiores, & ità pluries per nomen collectiuum diuerſarum perſonarum exiſtentium in diuerſis caſibus,& ſic ordine ſucceſſiuo vocati ceſſat gradus repręſentatio,Menoch.de pręſump.lib.4.pręſ.95.n.30.(ad quod vltrà allegata cito Reg. Valenzuel. in conſ. 24.n.92.vbi alios Doct.cumulat) ſed ijs non obſtātibus contrarium multis rationibus comprobari cernitur,quapropter non obſtant contraria adducta,ex eo, oīn qui ſuccedit in hæreditate, ſuccedit quoq; in fideicōmiſſo,Soc.iun.conſ.225.vol.1. Iul Clar.in §.teſtamentū,q.76.ſed cùm à teſtatore nō ſit alius ordo in ſuccedendo diuerſus ab ordine legali,cenſetur voluiſſe,vt ſecundùm ordinem præſcriptum à lege communi ſuccedatur in fideicommiſſo,Curt.iun.in conſ 57.nu.8. ſicq; teſtator præſumitur velle quod ius diſponit,Bal.in l.ſi duo, ff.de acquir.hæred.Bar.in l.vxorem,§.teſtamento, ff. de leg, 3. nepotes .n. concurrunt cum amitis, quando agitur de ſucceſſione aui,quia ſuccedunt in locum ſuarum matrum, & habent ſucceſſiones illas,quas haberent earum matres,ſi viuerent,Peregr.de fideicomm.art.21.nu.6.& 7. & quidquid dixerat Paſchal.de vir.pat.pot. p.4.c.9.nu.4. quòd quādo agitur de ſucceſſione aui, licèt ſuccedat ex perſona propria,non per viam ſubingreſſionis,nō negat, ꝙ concurrant cum amitis, ſubingreſſio .n. gradus fauore nepotū datur, nam amitę non rectè dicuntur proximiores in gradu in materia fideicōmiſſi ſucceſſori, nā conſideratur reſpectu ordinis ſuccedēdi,non reſpectu proximiorū, idem Peregr.vbi ſuprà n.9.cum ſeq.& ità æqualitèr ſuccedunt cū amitis ſuperſtitibus,licèt in gradu ſanguinis remotiores ſint, immò amitæ nō ſunt propinquiores nepotibus, quia nepotes in ſucceſſione tenent locū eorū matris,Bal.in cōſ.488. quidā Titius,lib.3.Iaſ.conſ.215.in 3.dub.vol.2.Paſc.loc.cit. n.10.Frāch.dec.149.n.1.& ibi Amend.& nepos aſſumit gradū patris,et patruus in ſucceſſione nō eſt ſibi ꝓximior,& filij fratrū ſunt pares defuncti fratribus,ſi pares,ergò in gradu ęquali, ideò nepotes ingrediūtur locū patris,Bar.in l.1.§.ſi ſit,ff.de coll. dot.& ſic datur ſubingreſſio,ſeu repręſentatio, ꝙ ꝓcedit ēt in fideicōmiſſo,idē Paſc.loc.cit. n.23.cò ꝙ patruus,& nepos cōcurrūt ambo ex vi nominis collectiui,Couar. pract.qq.c.38.n.4.Pereg.loc.cit. n.11.& proindè non obſtat diſtinctio Bal.in d.§.in fideicōmiſſo, nā nepos concurrit cū patruo ex diſpoſitione legis, ſecus verò in diſpoſitione hominis,vt inſpiciatur ꝓximitas ſāguinis, eò ꝙ teſtator ſe remiſerat iuris diſpoſitioni, cū vſus ſit in fideicōmiſſo verbo collectiuo .ſ. ꝓximiores,citrà clauſulā,ſeruata gradus pręrogatiua; vt Paſc.in d.loc. n.28.notat, dū igitur nō adſint verba reſiſtētia,nō pręſumitur,teſtatorē receſſiſſe,in materia fideicōmiſſi ſucceſſorij nō cadit affectio, ſed tm̄ teſtator reſpexit ad ꝓximiores ſubintrātes in locū patris, ſeù matris,ergò proximitas nō cōſideratur in materia ſucceſſionis, Grām.dec.1.n.6.ibid.Petra n.8. allegat Ann. cōſ.10. nec obſtat tex. in d.l.ſi libertus,§.1.ff.de bon.lib.quia loqtur in materia ſucceſſionū manumiſſorū, vt proximior ſuccedat, ſecus verò de iure nouo,Decia.conſ.1.n.364.Frāch.dec. 24.n.4.& 5.qui loquitur de iure conſuetudinario, non aūt de iure cōi,quo datur ſubingreſſio,quādo tractatur de ſucceſſione auūculi,vel patrui, vt eſt caſus noſter,vt per Franch.in dec.149. in princ. & Paſchal.vbi ſupra,n.10.qui citat Franch. dec.652. n.2.Nec obſtat, ꝙ cùm teſtator vocauerit per nomen collectiuum proximum videatur primo loco vocatus,non .n. procedit in ſucceſſione aui patrui auunculi,nàm adeò proximus reputatur,vt proximus cum eo concurrit,quia patris gradū aſſumit, & ſic non præfertur nepoti: etiam ſi teſtator expreſsè proximiores vocaſſet,vt in caſu noſtro,etenim nepos concurrit cum patruo,& amita vacante fidecommiſſo aui,vel patrui, & ratio eſt, quia nepos reſpectu ſucceſſionis eſt eiuſdem gradus,& in eorum gradu,prout patruus, quia proximus in poſitiuo,idem importat,quod proximior in comparatiuo,l.proximus,ff.de verb.ſignif. Peregr.vbi ſuprà num.17.vndè benè nepotes prædicti in alias duas partes ſuccedere debēt,& ſic in ſtirpes, ſicut

notat

notat Peregr. ibi nu.19.& 21. Franch.dec.149.in princ.& dec.24.n.10. Eòq; fortius dicti nepotes admitti debent,cùm tempore conditionis adimpletæ per mortem dicti Octauij erant nati,ex quo in fideicommiſſis conditionalibus qui non eſt natus,vel ſaltim conceptus tempore aduentus conditionis,is ad fideicõmiſſum non admittitur,ſicuti natus poſt mortem teſtatoris, cùm de purè relictis agitur, ad euitandum abſurdum, & ratio eſt, quia ob eius natiuitaté diminuerentur portiones admiſſorum, & variaretur ſucceſſio iàm obtenta, idem Peregr.in d.tract. art.22.n.72. Paſchal. in d. tract.p.1.c.9.n.53.Surd.dec.230.n.9. per tot. & in ſubſtitutione dicti Octauij continêtur nepotes nati,Ruin.conſ.116.n.6.vol.2. Accedat demùm ad excluſionem vxoris inſtitutæ hæredis, quòd appellatione proximiorum non venit vxor, aut maritus,l.cùm alienam, C.de legib. l.1. vbi Bar. Bal. Corn.Dec.Curt.& ceteri,C.vndè vir,& vxor,neq; Gener,aut Nurus l.fi.C.de verb.ſignif.quinimmò ex ijs omnibus colligitur, eſſe iudicãdum in fauorem iſtorum nepotum, prout ità deciſum fuit in S.C.die 18. menſis Maij 1619. referente Erudito I.C.& meritiſſimo Reg.Conſ.Io.Bapt.Meliore,nã fuerunt condemnatæ dictæ tres ſorores ad dãdũ, & conſignandum actoribus duas portiones ex quinq; dictorum bonorum vnà cum fructibus pro tempore liquidandis,penès Cioff. Act. Mag. Addo ad corroborationem præmiſſorũ Molſ.in Conſuet.Neap.p.4.q.36.à n.7. cum ſeq.vbi ſub nu.10. exemplificando ponit caſum noſtrum in ſpecie deciſum,incip.ibi fuit etiam aliàs. Thoro.

Neptes ex filia collatis dotibus an admittantur vnà cum nepte ex filio ad aui ſucceſſionem in Regno; fuit deciſum in S.C.in fauorem ipſarum neptum, & idem in alio caſu iunctis aulis de menſe Nouẽbris anni 1564. referente Domino Altomare, vt refert Claud.Tutius in alleg.3. concluſiuè loquẽdo,& in fine ponit iſtas deciſiones.

Neptis in tertio gradu exiſtens an admittatur cum filio alterius neptis in quarto gradu exiſtentis ad ſucceſſionẽ amitæ de iure conſuetudinario Neap. fuit deciſum,neptem ipſam eſſe abſoluendam ab impetitis à filio alterius neptis, Franch. dec.266. Georg.alleg.12.n.47.& alleg.30.nu.75. Molfeſ.in Commen.ad Conſuet.Neap.p.4.q.45. n.40. & ibi in add.in princ.me citat hic.

Neptis a patre maritata an mortuo auo ſuccedat inſimul cum fratre; fuit deciſum contra neptem, Franch.dec.87.in prin.Fab.de Ann.conſ.45.n.70. Battaglin.ad Cyn.l.fi.C.de neg.geſt.

Neptis filia ex filio an admittatur ad ſucceſſionem aui inſimul cum filia dotata,ceſſantibus maſculis; fuit deciſum,eſſe admittendam inſimul cũ amita, facta priùs per eam collatione dotis,Gramm.dec. 63.Pellic.in Conſuet.Auerſæ,in prelud.n.313.Vrſill.dec.191.Minad.in Conſt.In aliquibus,in 3.notab.ſub n.117.verſ.contra,annuit,Gramm.loqui in burgẽſaticis,& n.120.multa in hoc adducit,Molſ. in Commen.ad Conſuet.Neap.p.4.q.32.n.3.Tut. alleg.4.n.18.

Neptis,& ſic filia fratris defuncti an concurrat inſimul cum amita in ſucceſſione defuncti; fuit concluſum, & votatum, quòd amita cum nepte concurrat,& quòd ambæ ſuccedant, Capyc.deciſ.21. Idem in add.ad Conſuet.Si moriatur,incip.nota ex gl.f.74.Piſanel.ad Conſuet.Sed ſi morienti,incip.& quòd tamen,f.153.Reg.de Pon.conſ.39. nu. 24.vol.1.Minad.in Conſt.In aliquibus,in 3.not.n. 118.in med.& in fi.vbi declarat,iſtam deciſionem procedere in linea tranſuerſali,& in terminis Cõſuet.Neap.& ſub nu.20.verſ.nec obſtant, reſpondet multifariàm Gramm.dec.63.n.16.& Surd.deciſ.138.in princ.Reg.de Pon.in tract.de pot.prot. tit.9. in princ.nu.38. Camer. in quodam reſponſo impreſſo in opere Cannetij,incip.in hac quæſtione,col.13.f.359.Borgn.Caual.dec. Fuiz.13.par.3. nu.36.Molſ.in Comm.ad Conſuet.Neap.p.4.q.28. 29.& 32. Alex.Raud.dec.Piſan.49.n.28.Tut.alleg. 3.n.16.Paſch.in tract.de vir.pat.pot.p.4.c.9. n.19.

Neptis an admittatur ad ſucceſſionẽ auiæ maternæ, ſtãte eius fratre;fuit deciſum per S.C. facto verbo in Collat. Conſil. quòd in bonis intus, & extrà diſtrictum auiæ neptis haberet paragium, Camill. Salern.in add. ad Conſuet. Si moriatur, incip. ad han. Conſuetudinem,col.2.f.75.

Neptis quamuis cõcurrat cum amita in ſucceſſione patrui,vt fuit deciſum, & apparet ſuprà eod. verbo,an id procedat,tã ſi fuiſſet admiſſa, quia frater eã non maritauit,quàm ſi fuiſſet inſtituta à patre; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, niſi priùs fuiſſet dotata à patre, quia licèt dos conſtituatur ab eo poſteà, non cenſetur maſculiata quòad ſucceſſionẽ aliorum,quia non venit vt filia, ſed vt extranea, Capyc.in add.ad Conſuet. Sed ſi morienti, incip. nota,quòd dictio autem,f.156.

Neptis ſola an ſuccedat excluſa amita ad ſucceſſionem patrui, exiſtentibus .n. duobus fratribus, & ſorore,ſi vnus ex fratribus deceſſerit relicta filia fratris,& ſorore, & demùm ſi deceſſerit alter frater ſuperſtitibus filia fratris,& ſorore,& ſic ambo concurrebant,& neptis etiam, licèt neptis prætẽderet ſe ſolam ſuccedere,amita excluſa,iuxtà Cõſuet. Neap. quæ vult, quòd filia ex fratre ſuccedat patruo excluſa amita,quæ non ſit maſculiata,amita verò contrarium aſſerebat, nàm tex.ibi admittit neptem cum fratre, eodemq; patruo ſuperſtite, vndè frater eſt ille, qui excludit ſororem, eandemq; amitam,& cum ea neptis admittatur, quãdo autem neptis ſola concurreret cum amita, ſecus eſſet, quia tunc caſus iſte eſſet omiſſus à Conſuetudine,quæ ſolùm loquitur, quando ſupereſſet frater,& ità ob hãc rationem S.C.iudicauit,Colut. Coppula in add. ad Conſuet. Sed ſi morienti, incip.ſcias,quòd die 27.Octobris f.153.

Neptis an admittatur ad ſucceſſionẽ aui mortui ab inteſtato,ſi fuerit nata ex filia fœmina inſimul cũ nepte nata ex filio maſculo, collatis dotibus maternis,non obſtante renunciatione matris ea præmortua; fuit deciſum in S.C.q̃ ſic, vt refert Camil. Salern.in add.ad Conſuet.Si qua moriens, in add. incip.ad iſtud verbũ ſubſidium,f.204. vbi ſubdit, deciſionem ipſam eſſe diuerſam à deciſione Capy. 21.cùm ibi eramus in tranſuerſalibus, & ſimiliter à deciſ.Gramm.36.vbi non aderat renunciatio filiæ,vt ſuprà in eod.verb.neptis, Moſeſ. in Cõm.ad Conſuet.Neap.tit.de renunc.q.3.n.18. & q.5. n.7. & ſeq.Maur.iun.in alleg.12. in princ. *Conſ.Theodor.alleg.1.n.74.Reg.Capyc.Latro dec.4.n.14.*

Neptis ex primogenito excludit ſecundogenitum,ſi viuitur iure Francorum, vt ſæpè fuit deciſum in S.C.Franc.de Amic.in c.1.de ijs,qui feud.dàr.poſſ.

Digitized by Google

§.& veniendo ad primam,ſub nu.12,f.176. col,13. & antè eum originalitèr tradit Luc.de Pen. in l.1. col.1. C,de priuil. cor. qui in facto,&c. lib.12. vbi diſputando,ita concludit fuiſſe olim deciſum.

Neptis ex filio excluſa an cenſeatur exiſtente ſubſtitutione facta,ſi ſine filijs,vel liberis deceſſerit,excluſa filia fęmina;fuit deciſum,ꝙ non,Franch.dec. 586. Moiſ. in Commen. ad Conſuet. Neap.p.4.q 32.n.7.18.& ſeq.Giubr.dec,Sicil,32.n.33.Paſchal, in tract.de vir.pat,pot,p.4,c.9.n.35, & 37.

Neptis ex ſorore feudatarij an admitti debeat tàm ad feudi ſucceſſionem, quàm ad Tituli dignitatem, contingit hoc tractari in ſtatu Illuſt. Principis Biſiniani decedentis abſq; prole legitima, contendentibus agnatis familię Saſeuerinæ vigore fideicommiſsi,& Excell. D. Iulia Vrſina nepte ex ſorore Principis, quia bona erant ſequeſtrata tàm feudalia,quàm burgenſatica, ſeù allodialia, eratq; notorium, ipſam eſſe neptem, & cauſa fideicommiſsi adhùc non erat deciſa, & inſuper alij agnati vigore donationum cauſa mortis ſine filijs maſculis iudicium proſequebantur petitorium, Fiſcus enim minus ſe oppoſuit de ſtricto iure, cap. ex præſumptuoſa, quod nō fuit diſcuſſum, & tandèm per Reg. Coll. Conſ. fuit datus terminus, & immiſſa neptis in ſolum titulum dignitatis,firmo remanente ſequeſtro, & factum mandatum ei,quòd non diſponat,vt refert Conſil.Io. And. de Georg.in repet.feud.c.52 n.41.vbi ſubdit,nouiſſimè accedente benignitate S. M. deuentum eſſe ad concordiam inter partes.

Nobiles inquiſiti, & banniti ſi ſpontè poſt delictum ſe præſentauerint,an loco carceris ſub fideiuſſione debeat eis aſſignari locus remotus in vim carceris,inſtantibus accuſatoribus,vt in tutum carcerem mancipentur; concluditur; quòd ſic, verùm attenta ipſa inſtantia duplicari debet fideiuſſio cum cuſtodia militum antè oſtium, & ità fuiſſe ſeruatum in Regno Siciliæ, refert Capy.dec.154. latè Farin.in tract.de carcer.q,30.n.58. Capibl.in prag.6.de Baron.n.45,& prag.19.n.10, Muſcat.in prax.S.C.lib.2.p.3,gl.detinebuntur,n.48. *Ric.collect.2215.p.6.*

Nobiles regularitèr in Italia, & præſertim in Regno noſtro Neapolitano pro eorum facinoribus decapitantur,Ignobiles verò ſuſpenduntur, vt dixi ſuprà eod.verb.Doctor, ſed quo in loco hoc agi debeat,concludi videtur in loco delicti,argum.l.capitalium,§.famoſos, ff. de pęnis, ſed hoc regularitèr Neap,obſeruari vidi,attenta qualitate delictorũ exceptuatorum, quoniã regularitèr omnes delinquentes,ſiuè nobiles,ſiue ignobiles puniũtur in foro magno,vt etiam legitur de Corradino Rege, qui fuit decapitatus in foro magno, vt latè refert Camil.Salern.in Conſuet. Neap. Et ſi teſtator, in add.incip.dicit Napod,f.176. & nouiſſimè fatetur Doctor Michael Zappullus maximus hiſtoriographus,& miræ eruditionis in ſuo Compēdio Hiſtorico, in 3.p.c,5.in princ. Tamen contra Equites Neapolitanos alitèr proceditur, ſępè .n. non in foro magno Mercati,vbi ſceleroſi omnes morte plectuntur,ſed antè fores ipſiuſmet Templi Iuſtitiæ,ideſt M.C.V. vt refert Mutius Surg. in annot, de Neap.Illuſtr.c.15.ſub n.28.fo.329. verſ,at verò honeſtiores,& in annot.ad c.22. in 4 priuil,f.373. incip.ob rebellionis tamen crimen, nouiſſimè cõfirmat eoſdem citando Ric,in prax,Eccl,dec,360, & ità audiui quamplurimos Nobiles pari modo ſic iuſtitiatos,& hoc ratione honeſtatis ſeruandę, quod non abſq; ratione proceſſit, nam legitur in Legenda SS. Ioannis,& Pauli fratrũ Iuliam Imperatoris,nō alitèr publicè; ſed in carcere ſuiſſe decollatos, de quo meminit Caſſan. in Cathal. glor. mund,p.6. conſid.38. vbi citat verba Terentiani eorum percuſſoris;Non decet vos intrà aulã Regiã nutritos, vt publicè occidamini. Ità paritèr in quodã Nobili Neapolitano inquiſito de parricidio, dùm fuiſſet condemnatus ad amputationem capitis;& deindè ſeruata forma iuris ad incluſionem vnius ſacci cũ illis quatuor animalibus corpus in mare proijceretur,tàm per M.C. V. quàm per S.R.C.fuit tamen ex gratia hæc pœna iuris remiſſa per Proregẽ,vt fatetur Præſ,de Franch.dec. 230.in fi.Nobilibus .n. iſtis noſtris Parthenopæis plurimum eſt deferendum, Tùm ob eorum antiquam,notam,ac cęlebrem Nobilitatẽ, de qua ille Gregorius Magnus Summus Pontifex,& Eccleſię Dei Maximus Doctor meminerit,cęteris omiſsis, ità in reſcriptis exordiebatur,Nobilibus Ciuibus, & Clero Neap. in c. priuſquàm 28, diſt. & in can. Petrus 39.diſt. & paritèr Robertus ille Rex alter Salomon in eius literis exordiebatur, Nobilibus viris Capuanę,& Nidi,ac cęteris de populo Groſſo,inquit Affl.in c.1.de pac.iuram.firm.n.5.

Notorietatem Nobilitatis ipſorũ ſatis agnoſcimus, ex quo nulla indiget probatione,eo .n. ipſo,quòd aliquis ſit de vno ex quinq; Sedilibus,dicitur Nobilis,Franch.dec.207.n.13. non ſicut cæterorum Nobilitates,quę indigẽt probationibus,& multotiès de Nobilitate contendunt Neap.vt ſunt Scalenſes,& Rauellẽſes,inquit Luc.in l.ſi cohortalis, in fi.C.de cohortal.lib.12.& Amalphitani,Surrẽtini, & præſertim Salernitani, vndè meæ familiæ origo eſt, de cuius Nobilitatis probatione cõſtat in actis S.C.ad inſtantiã Horatij de Thoro V.I.D. intentata,penès Amatrudam, & in eadem familia quoq; inter alios præfuit Fabritius de Thoro V. I. D. de quo mentio habetur inter Comment. Regiæ Pragmaticæ,in titul.de duello, in conſil.de duello, & fuit Lector publicus in dicta Ciuitate Salernitana, & Alphonſus de Thoro V. I. D. licèt in alijs partibus Orbis reperiatur eadem Familia connumerata,vtputà in Ciuitate Aſtenſi,de qua per Paul.de Caſt.in conſ.298.in Chriſti nomine, in Hiſpania,vt legitur in litera Regia penès Reg. de Curt.in diuerſ.iur.feud.§.multotiès concedens, ſub n.101. ibi Comes Generalis Thorius, in Ciuitate Mediolani,vbi præfuit quidam Senator eiuſdem domus,& in Ciuitate Ariani,& alibi,vt audiui. Tùm quoq;ob eorum ſingulares virtutes,poſtquàm Neapolitani Equires tùm armis, tùm etiam literis in omni ſcientia ſingularitèr operam dederunt,vt notum eſt omnibus,& publica monumenta, & documenta teſtantur, qui ob eorum merita omnes dignitates Eccleſiaſticas,atq; temporales, excepta Imperatoria, & Regali poſſidere meruerunt,nec vilibus artificijs,& potiſsimùm mercaturis ſe immiſcuerunt, ſicut cæteri Nobiles Ianuenſes,Veneti,Florentini,& reliqui,quos extollit Caſſan.in Cathal.glor.mund.p.8.conſid.49.obiurgando Nobiles Parthenopæos, & reprehendẽdo eos,qui mercaturas improbant, nec dedignantur cum popularibus matrimonia copulare. Et quo-

ad

ad primum antè ipſum prædictos Nobiles defendit Luc.de Penn.in l.agentes, col.1.verſ.nota hoc, C.de agent.in reb.lib.12.vbi formalia verba recẽſet : Nota hoc contra Nobiles Ianuenſes,& alios, qui honorem Nobilitatis nõ retinent, & facit pro Neapolitanis,qui dicunt,negotiationem Nobilitatis ignominiam fore,& ratio euidentèr demonſtratur,cùm mercatores pauci ſine peccato negotientur, Idem in rubr.de milit. lib.12. nam negotiatores aliqui ſunt prædonibus ſimiles,idem Luc. l.ſeptem diebus,C.de erog.mil.annon.lib.12.

Quò verò ad ſecundum caput facillimè defendũtur à friuola Caſſan. oppugnatione, nam matrimonia inter cęteras cauſas inuẽta ſunt ab ipſa rerum natura,ſicq; maris fęminis iungi,vt imbecillior ſexus præſidium ex mutua ſocietate ſumat, Tiraq.de leg.connub.in l.1.n.75. vndè reſultat paritas inter contrahentes,quarè matrimonium ſemper inter pares facillimè præſumitur, non autem inter impares,Idem in l.5.nu.31. & ſub num.32.ſubdit, æqualitatem inter eos præcipuè eſſe ſeruandam, & maximè in Nobilibus,& ità communi prouerbio concluditur,pares cum paribus facillimè congregantur,Idem d.l.5.nu.22. quod ſi ſecùs fieret, multa inconuenientia inter contrahentes orirentur, vt latiùs Sylua nupt. proſequitur,c.cùm locũ, de ſponſal. quod eſſe non debet, cùm vxor ſocia ſit,non debet ex eius Ignobilitate conculcari,neq; ex eius Nobilitate ſublimari.Ex coſta enim Eua plaſmata fuit à Deo,non à pedibus,ne à viro conculcetur;non à capite,ne videatur Domina, c.fin. cum glo.33.q.5.attenta inſupèr perſonarum qualitate, æqualitèr ſeruari cernitur,& potiſſimùm in matrimonijs, ex quorum diuerſitate multa oriri ſolent mala,vt dixi,cùm ſit matrimonium inſtitutum ad ſolatium, Tiraq.l.1.n.65.de leg.connub.& l.5.n.18. ſubdit,quòd matrimonij ſumma fęlicitas eſt mutua coniugũ amicitia,beneuolentia,& concordia,non decet contrarium oriri odium, & hac ratione optima benè cõſiderata talia matrimonia cohibentur,licèt hodiè ſecùs ſit,cùm multa matrimonia coniũgantur inter Nobiles,& ignobiles,& hoc ex modicitate dotium Nobilium, Frãch.dec. 207.n.11.ſicuti frequentèr videmus. Thoro.

Nobiles Oſſiciales ob atrociora delicta, atq; enormia furcis ſuſpenduntur, vt aliàs contingit fuiſſe ſeruatum Neap.in caſu occurſo, Reg.de Ponte conſ.36.n.26.vol.2. *Ricc.collect.2177.p.6.*

Nobilis ſi ſit pro furto cõdemnatus ad pęnam ignobilis an poſſit exequi pęna prædicta Nobilium,ità vt non dicatur difformis ſententia; fuit deciſum, cùm vtraq; pęna furcarum, & capitis amputationis tendant ad idem, non tamen ſententia difformis judicetur,Franch.dec.569. Ricc.collect.dec, 664.& in dec.Archiep.279.p.2.

Nobilis ſi virtute priuilegij Regalis cõtinẽtis, licere Nobili tali,eius hęredibus,& ſucceſſoribus,etiãq; fęminis gaudere in illis plateis Nobiliũ,vt inhabitabũt,&c.an gaudere debeat in Sedili,& honoribus Sedilis, vbi inhabitat, ſi ex linea fęminea deſcenderet, non obſtante quòd ſit Nobilis alterius Sedilis; fuit deciſum,quòd ſic,Franch.deciſ.297. Ricc.in collect. dec.613.

Nobilis ſi ſit à maiori parte Nobilium admiſſus ad honores, an contradicẽte minori parte Nobilium impediri poſſit ęxequutio honorum;fuit deciſum in fauorem Nobilis electi,non obſtante contradictione minoris partis,Franch.dec.2.Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.4.de Regal.impoſ. in princ.nu.22.tit.10. rub.de legit.ſeù reſtit.natal. nu. 10. Ricc.collect.613.& 316.Viſcont.in addit. iſtam deciſionem Frãch. pluribus exornat authoritatibus. *Aug.Caput.de regim.Reipubl.c.1.n.56. Lel.Caput.in prælud.Conſuet.§.5.n.2. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.3.gloſ.3.n.74. nec per hoc,quòd quis nobilis geſſerit miniſterium populare, nobilitatem amittit, quoniam tamẽ illud accreſcit nobilitati, ità ex Alex.conſ.32.n.6.vol.2. & alijs probaui in addit.ad alleg.36.poſt Reg.Salernit.*

Nobilis ad relegationẽ dãnatus,ſi fractis finibus alia delicta cõmiſerit,qua pęna ſit plectendus;fuit cõcluſum in S.C.iterum relegari,vel in exiliũ mitti, citrà pęnam triremium,ad quam fuit condẽnatus, Grãm.dec.32.latè Ann.conſ.24.pęna,Couarr.var. reſol.lib.2.c.9.ſub n.4.Farinac.tit.de delict.& pęn. q.19.n.14.& tit.de pęn.moder,q.98.nu.98.& 102.

Nobilis ciuis electus per Vniuerſitatẽ ad officiũ ſolitum exerceri per Nobiles an particularibus opponẽtibus,nõ deberi per electũ exerceri,ſit amouẽdus,vel manutenẽdus, dũ ex aduerſo cõtra ciuẽ adducebatur vile patris miniſteriũ,nec principalitèr cauſa ſtatus, ſiuè nobilitatis, vel ignobilitatis intẽtata fuerat,ſed incidẽtèr,quinimmò principalitèr fuerat intẽtatũ,non competere ei officia Nobiliũ,ob ꝙ onus probãdi eis incumbebat, hoc eſt ignobilitatẽ ꝓbare, & ex aduerſo cũ in dubio quilibet pręſumatur Nobilis,ſi ad actũ Nobilium fuerit admiſſus,ad quẽ nõ poſſunt,niſi Nobiles ꝓmoueri, & in poſſeſſorio vnicus actus ſufficit ad manutentionẽ poſſeſſionis,tãtò magis cùm bis in buſſula fuerat poſitus, vndè quaſi poſſeſſio nobilitatis oritur, & deinũm quotieſcũq; tractatur de manutẽtione lite pẽdente, vel cõſiderato caſu, vt aliquis ſe declarari petat Nobilẽ lite pẽdẽte fuerit electus ad officiũ Nobiliũ,quarè abſtinere debet,vel quãdo eſſet electus, aut aſſũptus ad officiũ antè litẽ cęptã de ſua Nobilitate,& tũc nõ debet interdici adminiſtratio, vt in caſu iſto, in quo non dũ lite cępta de Nobilitate,immò exiſtẽtibus in quaſi poſſeſſione Nobilitatis aſcendentibus,& tranſuerſalibus ipſius ciuis reperitur ad tale officiũ Nobiliũ electus; cõcluditur,eſſe manutenẽdũ in poſſeſſione per Fab.de Ann.in cõſ.80. agitur in hac cauſa,qui in eius Apoſtilla impreſſa in 2. vol. cõſiliorum,incip. Audiui aliquos,qui magis aliena ſcripta,&c. ponit deciſionẽ,ibi caſus cõſ.80.deciſus in fauorẽ die 24.Maij 1598.referẽte D.Scipione de Curte Regio Conſiliario,hęc enim practica electionis Nobiliũ ad officia Nobiliũ Ciuitatis,& Ignobiliũ ad eãdẽ electorũ optimè diſcuſſa fuit in ꝓceſsibus Nobiliũ Caſtri Maris de Stabia,in quibus.n.inſpexi quãplurima decreta, nõ tamen vniformia,ſed diuerſa ex diuerſitate factorũ; exiſtẽte tũc cauſæ Cõmiſſario Vincẽtio de Frãchis Regio Cõſiliario,penès de Fęlice, nũc de Viuo,& diuerſitas factorũ cauſabatur hujuſmodi,nã quãdo vel Nobilis,aut Ignobilis eligeretur ad officiũ Nobiliũ,& nemine cõtradicẽte illius poſſeſsionẽ adipiſcatur pacificè, tũc vrgẽtibus deindè cõtradictionibus ciuium,vel aliorũ particulariũ dari cõſueuit terminus in cauſa, & interim manuteneri in poſſeſsione electũ, & de hoc extãt quãplura decreta S.R.C.

Digitized by Google

S.R C.& talē practicā arbitror ſūptā eſſe ex l.lite ordinata, C.de liber.cauſ.vbi pendente lite aliqua de ſtatu ſeruus habetur pro libero,& inquit ibi tex. & interim ꝑ libero habetur, ad ꝙ eſt notabilis deciſio eiuſdē de Frāch,264.ſed quādo Ignobilis ꝑ Nobile ad officiū Nobilium eligeretur,& in tali actu electionis ab aliquo objceretur,electum nō eſſe Nobilē, & ſucceſsiuè nō debere gaudere, tūc alio modo practicatur,nā fit præceptū electo, vt abſtineat ab exercitio,& hęc eſt practica deſūpta ex tex.in l.reus,ff.de muner.& honor.in fin.& ſic patet reſolutum, & obſeruatum per S.C.in dicto proceſſu in multis caſibus occurſis. Thoro.

Nobilis an iudicādus erit datis idētitate familiæ,inſigniorū,deſcendētia per teſtes de auditu,& fama probata per indicia,& teſtes conſanguineos,quaſi poſſeſsione fraternitatis in genere probata, antiquis ſcripturis exiſtentibus, in quibus enūciatiua verba habētur, licèt minus ſolemne in donatione facta per vnū de conſanguineis,ac verbis in teſtamento prolatis,vocando ſuū conſanguineum; cōcluditur in fauorē iſtius Nobilis per Fab.de Ann. conſ.88.licèt in hac cauſa,qui in Apoſtilla impreſſa in 2.vol. conſiliorum, incip.Audiui aliquos,qui magis aliena ſcripta ponit deciſionem, ibi caſus cōſ.88. fuit deciſus in fauorem, quia fuit admiſſus Octauius de Notarijs ad honores Nobiliū Ciuitatis Nolæ die 11.Iulij 1598.referēte incorruptiſſimo,& integerrimo,ac miræ bonitatis viro D.Io. Miſtāza Cōſiliar.Hiſpano,Ric.in collect.dec.613.

Nobilis an debeat pro delicto condēnari ad Regias triremes;in quodā Doctore inquiſito de falſa moneta noluerunt Regentes conſentire, vt condemnaretur ad triremes ad ſeruiendum, nec ad remigandum, tamen per eoſdem quidam Continuus Suæ Excellentiæ poſt duas torturas fuit condemnatus ad remigandū,Reg.de Ponte dec.24.& pariter in quodam Doctore inquiſito de homicidio ſuæ vxoris,licèt ex cauſa mala fuerit obſeruatū,vt per tres torturas ad remigandum cōdemnaretur, Reg.Tap.in annot.ad Conſt.Non ſine grādi,n.14. & 15.idem tradit Reg.de Pōte in tract.de poteſt. Proreg.rubr.de prouiſ.fier.ſolit.§.2.n.1.hoc eſt,vt nobiliter deſeruirent in Regijs triremibus,non ſicut cæteri plebei,ꝙ hodiè ex particulari reſcripto Suæ Excellentiæ ceſſat, vt in pragm.10.in nouiſſ. tit.de cōdem.pro delict.Ric.dec.Arch.19.n.8.p.2. *Nouar.de grauam.vaſall.tom.1. grauam.260.n.8.*

Nobilis ſi fuerit electus ad officiū populare an cogi poſſit illud exercere,ſi pręte ndat eſſe Nobilē;fuit pluriès practicatum, cogi poſſe, Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.2.de abūd.ciuit.§.1.n.4. & ſic multotiès fuit obſeruatum cum proteſtatione, citrà præiudicium Nobilitatis,& hoc cōtingit in perſonā Io.Baptiſtę Criſpi Electi Populi Neap. qui prætendebat, eſſe Nobilem exterum,& idem deciſum in perſonam Io.Baptiſtæ Rēdinæ V.I.D. quando fuit creatus Oeconomus in Sacro Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ de Neap. dùm oppoſuiſſet,ſe eſſe Nobilem,& ſucceſſiuè non poſſe exercere Oeconomatum vti electum à platea populari,indè deciſum in Collat.Conſil.citrà præiudicium Nobilitatis licere exercere,& ſic paſſim in quampluribus cauſis deciſum fuit, conferunt dicta per Ameſc.de poteſtar. in ſeipsū lib.2.c.23. *Canonic. Nouar. memor de noſtra deciſione in ſuis ſcholijs ad Codic.in l.ſi ad magiſtratum, C.de decur. lib.10.n.6.* Io.Bapt.de Thoro I.C. Neap.

Nobilis aliquis de familia originaria Neapol.ſi gaudeat in aliquo Sedili Ciuitatis an per hoc operetur,vt omnes de eadem Familia gaudere debeāt; fuit deciſū,ꝙ ſic,& tātò magis ſi ille nō fuerit gauiſus in alijs locis extra Ciuitatē,nā tūc nō admitteretur ad honores Sedilis,licèt declararetur Nobilis,tunc.n.exteræ familiæ iudicarentur,& aduētitiæ,non aūt originariæ,& ſic intelliguntur deciſiones cōtrariæ, Reg.de Pōte in conſ.107.ex nota facti,vol.2. *Aug.Caput.de regim.Reipubl.c.1.n.32.*

Nobilis probās deſcendere a ſtipite Nobili,quæ gauiſa eſt in aliquo Sedili an ſit admittendus ad honores Sedilis, nō tamen exiſtente alitèr aggregatione antiqui ſtipitis,ſed tantùm probata antiquitate gaudimenti, citrà memoriam hominis; fuit deciſum in cauſa Antonij de Sangro cum Sedile Nidi, referente Reg.Conſiliario Theodoro,quòd ſic,Reg.de Pōte in conſ.107.ex nota facti,ſub n.7. verſ.& hic punctus,vol.2.Paſchal.in tract.de vir. pat.pot.p.4.c.2.n.70. *Ricc collect.2177.p.8. Franc. de Petris doctor ſolertiſsimus conſ.53.nu.18. Aug. Caput.de regim.Reſpubl c.1.n.32.*

Nobilis idē an poſſit habere ſuffragia in duobus Sedilibus;concluditur,ꝙ non,quia poterit ex hoc incompatibilitas officiorū,ac munerum,& onerum oriri,& ex alijs cauſis relatis per Reg.de Pon.cōſ. 108.ex pluribus,vol.2.& ità refert,iudicatū fuiſſe.

Nobilis pretendēs ſe Nobilē eſſe alicuius Ciuitatis, prætextu quòd ſui anteceſſores fuerant deſcripti in numeratione dictæ Ciuitatis,ibiq; onera ſubiſſent,& ſucceſsiuè verificatū,eos ſemper fuiſſe reputatos vti Nobiles in dicta Ciuitate ex immemorabili tempore per publicā vocem, & famam, an ad cętum Nobilium admitti poſsit, etiam per viam reſtitutionis in integrum ex cauſa minoris ætatis,litis curſū impediente,exiſtentibus duabus in ea Nobilium ſpeciebus,hoc eſt Nobilium gaudentium,& non gaudentium, licèt in anno 1612. ad relationē Præſidētis tunc R.C.S. D.Didaco de Vera è Prado deciſum fuiſſet in fauorem Nobiliū Ciuitatis Coſentiæ contra Angelum Merendam, declarando eum Nobilem tantùm, non tamen vt gauderet honoribus, & prærogatiuis aliorū Nobilium, penès Figliolam Actorū Magiſtrum S.C. Iterùm tamen facta relatione per Circunſpectum Regentem Petrum Iordanum Vrſinum die 19. Octobris 1619.deciſum fuit in eius fauorem,& ſic admiſſus ad honores, & prærogatiuas Nobilium Coſentinorum, ex alijs per eum deductis in proceſſu agitato. Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Nobilitas incidentèr allegata an militet,ſi probationes leuiores apparuerint,& allegans in quaſi poſſeſsione reperiretur;fuit deciſum,quòd ſic,Frāch. deciſ.630. ad materiæ ornatum videnda ſunt quæ nouiſsimè ſcripſit Ioſeph Seſe deciſ. Aragon. 12. vbi latè, Ricc.collectan.664. *& collect.2177.p.6.* Paſchal.de vir.pat.pot.p.4.c.1.n.63. & quid in ciuilibus, vide Claper.deciſ.cauſ.28.q.1. vbi refert, contrarium deciſum fuiſſe,& ſecundùm deciſionē de Franch.in criminalibus vidi,ità fuiſſe ſeruatum in Regia Audientia Calabriæ Citra, & inquiſitus fuit ob eius delicta decapitatus ex probationibus nobilitatis leuioribus incidētèr allegatis. Io.Bapt. de Thoro I.C.

Nobilitas

Nobilitas probata per verba enunciatiua priuilegiorum Regalium, concurrentibus matrimonijs cum nobilibus contractis an militet in iure; fuit deciſum, eſſe plenè probatam, Franch.deciſ.357. Ann.conſ.110.n.42.

Nobilitas an oriatur ex donatione feudorum facta ab alijs, quàm à Rege alicui; cõcluditur, quòd nõ, & ità paſſim iudicatum fuit in Regia Camera, dũ eſſet quidam condemnatus ad triremes ob fraudes commiſſas in numerationibus, & à tali ſentẽtia reclamaſſet, petendo puniri pęna nobilium, cũ feuda alia poſſediſſet, conceſſa à Principe Biſinani, fuit confirmata ſententia, & cum maxima cognitione cauſæ iudicatum, nõ eſſe ex eo nobilem, quòd conceſſionem in feudum habebat ab alio, quàm à Rege, Camill.de Curte in diuerſ.iur.feud. in princ.ver.feudorum materia, n.4.& 5.fol.1.à t. ad quod allego optimum dictũ Iacobi de Beluiſ. in c.1.quis dic.Dux, in fin.vbi notat, quòd hodiè solùm ſunt nobiles per feuda, qui ab Imperatore, vel Rege feudum habent, Moliſ.in addit.ad eius Cõment.Conſuet.Neap.p.2.q.7.n.6.vbi me citat.

Nobilitas ex qualitate generis proueniẽs à coruſcatione ſanguinis originem à maioribus ducens, an æqualitèr omnibus deſcẽdentibus communis repùtetur, ità vt in poſterũm trãſeat; fuit iudicatum, quòd ſic, ad inſtantiã Nobilium de Sedili, vt tradit Affl.in Conſt.Intentionis, col.11.verſ.ſed quæro, n.30.eum citat Ioſeph de Seſe dec. Arag.4.n.19.

Nobilitas an per ingreſſum Religionis amittatur, ſeù per Monacatum, licèt videatur cõcludendum negatiuè per Spec.in tit.de ſtatu monac.§.1.verſ. 21.cõtrarium tamen fuit Romæ deciſum per Dominos de Rota, vt refert Rom.in ſing.37.vtrum, vltrà Tiraq.de nobili.c.27. & ſic in facto deciſum fuit ijs diebus proximè elapſis in perſonam cuiuſdam Monaci Apulienſis, qui dum fuiſſet per Curiam Eccleſiaſticam degradatus, & Curiæ ſeculari traditus ob notorium ſacrilegium commiſſum intus Eccleſiam Spiritus ſancti huius Ciuitatis, qui dùm celebrabatur ſolemnitas Iubilæi inter ſacrorum celebrationem interemit quẽdam Nobilem appenſatè ex tumultu ibi habito in anno præcedenti 1617. cùmq; nobilitatem allegaſſet, & probaſſet; fuit referente Regio Conſiliario Gaſpare Palatio Iudice delegato, facto verbo in Collaterali Conſilio iuſſum, vt decapitaretur, & ità exequutum de hoc anno 1618. de menſe Septembris.] Io.Bapt. de Thoro.

Nobilitas alicuius Familiæ exteræ, quæ in aliqua Regni parte fuerit admiſſa, ſi cõtingerit aliquem dictæ familiæ aggregari ad aliquod Sedile huius Ciuitatis, an paritèr ad omnes eiuſdem familiæ extendatur & quid in familia nobili Neap. notoria, ſi non gauderet in aliqua parte Regni, & aliquis ipſorum petierit admitti, an paritèr ad cæteros de familia extendatur, reperi inſraſcripta adnotata in volumine allegationũ quond.bonæ memoriæ mei patrui Fabij de Falco in quibuſdam fragmentis, ſcilicèt quando familiæ ſunt exteræ, & gaudent in alijs partibus Regni, ſunt tanquàm aduentitiæ, & non originariæ, & ſi fortè aliquis ex dictis familijs gauderet in hac Ciuitate, pernecesſe fuit aggregare, poſtquàm à natura, & origine hoc habere nõ potuit, ſiquidèm ciues facit origo, manumiſſio, allectio, vel adoptio, l.ciues, C.de incol.lib.10. dùm deficit manumiſſio, adoptio, & origo, ergò pernecesſe allectio, ſeù aggregatio, & proptereà fuit deciſum per Sacr.Conſil. quòd & ſi omnes ſint de eadem familia, non proptereà omnes gaudeant honoribus Sedilis, nam iſtis aggregatis hæc eſt quaſi nobilitas accidentalis, vnde non probato, qui vult litigare, quòd ſit deſcendens ab vno ex aggregatis, non poteſt obtinere, ad quod ego allego auream doctrinam Afflict. in Conſt.Intentionis, ſub nu.31.ibi, & ideò ſi nobilis defunctus nouiter fuiſſet receptus, eius frater non ſuccederet in illa nobilitate, quia nobilitas non tranſit cum hæreditate in tranſuerſalem hæredẽ, nec ſequitur, frater fuit receptus pro nobile, ergò & eius frater; nam nobilis in vno loco, non eſt nobilis in alio loco, niſi recipiatur, ſecundum Bar.in l.1.C.de dignit.lib.12.& hoc ita communitèr practicatur inter Sedilia huius almæ Ciuitatis, quod facit, quando allectant, & aggregant ad Sedilia aliquem magnum virum nobiliſſimum alterius Ciuitatis, vt ſæpè ſepiùs viſum fuit in allectionibus Proregum huius Regni, & nouiſſimè viſum fuit elapſo anno in allectione Excellentiſſimi Ducis Oſſunæ præſentis Proregis huius Regni facta per nobiles Sedilis Nidi; talis enim allectio quòad eius perſonam tantùm, & ab eo deſcendentes operatur, non quòad alios eiuſdem familiæ, ſubſequuntur alia verba reſpectu alterius capitis. Sed quando familia eſt notoria Neapolitana, quæ in alijs partibus Regni non ſit gauiſa, tunc ſi aliquis dictæ familiæ petijt admitti ad honores Sedilium Ciuitatis, vt cęteri eiuſdem familiæ gaudent, S.C. admiſit, & in eius fauorem decreuit, & hoc caſu, quòd gaudeat vnuſquiſquè, prout omnes, vt patet in caſu relato ab Affl.vbi ſuprà ſub n.30.deciſo in fauorem fratris collateralis defuncti, qui potiebatur honoribus Sedilis, vnà cum hæreditate delata nobilitas Sedilis tranſlata fuit cum qualitate illa relata ibidem, dummodò hæres ſit nobilis, & nobilitèr viuat, de quo etiam dixi in eodem verbo Nobilitas, & ſic in alio caſu deciſum refert Ann. in ſing.468.ſententia, vbi ſentẽtia lata in fauorem vnius fratris in Sedilibus, iuuat alteri fratri cõſanguineo, quod etiam ſeruatum fuit in cauſa Sanſonetti de Alexandro cum Sedile Portus, vt reperi manuſcriptum in dicto ſingul. ab Auguſtino Palomba I.C.Neapolitano. Io.Bapt.de Thoro I.C.

Nobilitas in crimine læſæ Maieſtatis amittitur, & proptereà Nobilis furcis ſuſpẽditur ſicut ignobilis, vt ex multorum Regnorum obſeruantijs, ac iuris diſpoſitione concludit Hieron.Gig.in tract.de crim læſ.Maieſt.titul.de pęn.committ.crimin.læſ. Maieſt. q.1. per tot. & ita deciſum fuit annis proximè elapſis 1599. ni fallor, ſub Præſidatu Excellentiſſimi Comitis Oliuarij, ad relationem tunc Regij Conſiliarij Marci Antonij de Ponte Iudicis delegati in cauſa rebellionis exortę in Terra Stili Prouinciæ Calabriæ Vltra *per certos particulares, de quibus extat dec.691.de Franc.& de Põt.dec.9. vt ſuprà eod.verbo clericus ob crimen.* Nouar de *grauam.vaſall.to 1.grauam.260.n.6.* & fuit quidã Baro laqueo ſuſpenſus antè Caſtrum nouum de menſe Nouembris, vt vidi. Io.Bap.de Thoro I.C.

Nomen debitoris ſi ſit in dotem datũ ab vxore viro cum pacto, ꝙ in caſu reſtitutionis dotis ſit licitum nomen aſſumere ad eius electionẽ, ſi pecunia non

fuerit

fuerit exacta, vel petere pecuniam numeratam, & ſoluto matrimonio ob mortem viri facta electione per vxorem pecuniæ numeratæ actionem contra viri hæredes intentauerit, an hæredes ſe tueri poſſint offerendo idem nomen in dotem datum; fuerunt per S.C. abſoluti hæredes ab impetitione pecuniç numeratç, Franch. dec. 108. & ibi Viſcôt. in addit. Marr. in tract. clauſul. p. 1. clauſ. 75. Mar. Muta dec. Sicil. 84. n. 7.

Nomen debitoris quamuis exteri ſi degerit in Ciuitate Neap. & ibidem fuerit vindicatum per hæredes, cenſetur, vt bona intrà diſtrictum Neap. ſimilitèr & pecunia alibi peruenta depoſita in Ciuitate Neap. & ità fuit deciſum, Frãch. dec. 93. Ann. in conſ. 45. n. 79. & conſ. 92. nu. 50. Georg. alleg. 42. num. 14. Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 9. in princ. n. 9. Borgn. Caualc. dec. Fiuiz. 14. p. 2. Ann. inter conſ. Amat. conſ. 78. nu. 22. *D. Reg Fab. Capyc. Galeot. to. 2. controu. 23. n. 43. & Donat. Ant. de Marin. quotid. reſolut. c. 70. n. 33.*

Nomen Domini Terræ, ſiuè Baronis an ſit exprimẽdum in bãnis, & ſententijs promulgandis per Officialem ipſius, in criminalibus exiſtẽte alio Barone, & ſucceſſiuè Capitaneo in ciuilibus; fuit deciſum, ipſum non poſſe dici Dominum Terræ, exiſtente alio Condomino, Capyc. dec. 27. n. 31. & 32.

Nomen debitoris in obligatione generali contentũ ſi fuerit ab vxore electum nomen ſui viri debitoris pro ſuo antephato, & dote, qui creditor erat alterius in certa sũma, an poſſit ille tertius debitor idem nomen ſibi retinere, & compẽſare cum debito ipſius viri, & hoc in præiudicium mulieris, ex multis dicebatur, compenſationem militare nõ poſſe in perniciem iurium mulieris. Primò, quia generalis procurator ipſius tertij creditoris non habebat poteſtatem ſoluendi, niſi creditoribus introituum ipſius, & nũquàm ei ſolui potuit, & ſucceſſiuè nec compenſare. Secũdò, quia dictus procurator acceperat mãdatum de ſoluendo per vnũ diem ante mortem dicti viri. Tertiò, ex quo dictus procurator receperat mandatum ab eo tanquàm particulari homine, vt illud conſeruaret, & nõ alitèr. Vltimò, dùm reperiretur depoſitum dictum mandatum in poſſe dicti procuratoris, attenta cõditione depoſiti compenſatio nõ admittitur. & ità facta relatione per Regium tunc Conſiliarium Pompeum Salernitanum per Sacrum Conſilium condemnatus fuit Princeps Biſiniani debitor ad ſoluendum petitam quantitatem duc. 940. Lucretiæ Pappaſideræ vxori Angeli Blandi creditoris dicti Principis pro conſequutione eius dotium, in Banca Roppuli, D. Camill. de Laratha conſ. 39. cùm de iure.

Nomina debitorum remanſa in hæreditate Neapolitani exiſtentia in Inſula Siciliæ an ſint ſubiecta diſpoſitioni Conſuetudinis Neap. fuit deciſum in S.C. quòd non, Iacob. Anell. de Boct. in addit. incip. dùm in Sac. Conſil. in proem. Caroli Conſuet. fol. 46. Molf. in addit. ad eius Comment. Conſuet. Neap. p. 2. q. 11. n. 3.

Nomina debitorum an cenſeantur eſſe in bonis ſitis intus Ciuitatem, vel extrà; fuit deciſum, quòd ſi contractus fuerint celebrati Neap. vel alibi, & Neapoli deſtinata ſolutio, tũc iudicarẽtur vti bona ſita Neap. Ant. de Alex. in Conſuet. Si aliquis moriẽs, in addit. incip. nota, q. põt accidere, f. 162. & ibi Iacob. Anell. de Boct. in add. incip. ſecũdùm hanc opinionem, f. 162. vbi ait, idem deindè fuiſſe deciſum in S.C. in caſibus occurſis, & Fœlix de Rub. in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, in add. poſt Conſuet. incip. aduerte, quia non dicit in bonis ſtabilibus, latiùs modernus Molteſ. in Comm. ad Conſuet. Neap. p. 2. q. 12. in princ.

Nominandi poteſtatem habẽs an facta nominatione alicuius poterit variare alium nominando; in contingentia facti fuit deciſum in R.C. non poſſe fieri aliam nominationem, Vrſill. dec. 246. ſub n. 1. *Danza de pugn. Doctor. tom. 1. de priuileg. Baron. cap. 1. num. 9.*

Nominandi facultas ſi ſit cõceſſa in ſucceſſione feudi, vt deficientibus maſculis vadat ad fęminas, ſi plures fęminæ extarẽt, an ſuccedat primogenita, & an Dominus gratificabit, vel ratione incertitudinis, ſi non vitiabitur, aut fortè dirimatur, cõcluditur pluribus rationibus, ad primogenitã ſpectare ſucceſſionem, & ità in contingenti caſu filiarũ Rubini Muſcettulæ in cauſa Alphonſi Piſcicelli fuiſſe iudicatum, tradit Franc. de Amic. in c. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. & veniendo ad primam, ſub n. 21. verſ. ſupereſt modò, f. 194.

Nominandi Iudicẽ poteſtas ſi ſit conceſſa alicui nobili à Rege in aliqua Terra, ſi demùm ipſe cõceſſionarius effectus eſſet cõtumax ob delictum, ob q̃ iuriſdictionalia exercere non poſſet, maximè ſi diù in cõtumacia perſeuerauerit, an priuari debeat tali poteſtate nominandi; fuit decitum, talem cõceſſionarium Baronem poſſe facere talem nominationem vigore ſuorum priuilegiorum, non obſtante nominatione, Reg. de Pont. in tract. de pot. Pror. rubr. de prouiſ. fieri fol. §. 1. n. 7.

Nominãdi poteſtatẽ ſi aliqui habeãt, & eorũ deſcẽdentes primogeniti vnam puellam pauperem, & honeſtã, vt ab hærede inſtituto dos relicta per teſtatorem aſsignetur, an vno exiſtente poteſtatem habente cęteris defunctis poſsit inſimul cum vno filio alterius poteſtatem habentis, licèt ſecundogenito nominationem facere, & ſic continuare, nulla tamen prouiſione facta ſuper legitimatione eius perſonæ. Caſus accidit ijs mẽſibus elapſis in mei perſonam, poſtquàm vti primogenitus quon. mei patris, iuxtà teſtatoris præceptum ſic mandãtis, accedente decreto Regij tunc Conſiliarij Fabij Riccardi nominationem puellæ præuio Albarano feci, vt dotẽ duc. 100. cõſequi potuiſſet à Sacro Hoſpitali Diuæ Mariæ Annunciatæ Neap. ex hæreditate quon. Baptiſtæ Amerrani, contra hæc ſe opponendo Io. Iacobus de Thoro ſecundogenitus quon. Petri de Thoro prętẽdens paritèr ob mortem primogeniti ſe ijs immiſceri, & pro eius iurium conualidatione demonſtrabat Albaranum quodam aliàs factum per quond. Matthæum de Thoro meum genitorem inſimul cum eo, & licèt eius prætenſio vana reddebatur, eo quòd nõ iuridicè demõſtrabat legitimationem eius perſonę, ſi ipſi liceret talẽ nominationẽ facere, ad relationẽ tamen Regij Conſiliarij Io. Andreæ de Georgio cauſæ Commiſſarij fuit condemnatum Sacrum Hoſpitale ad ſoluendũ puellæ à me nominatæ, dictos duc. 100. reijciendo prætenſa per dictum Io. Iacobum, nàm egerat decreto legitimationis ſuæ perſonæ, nec opitulari videbatur Albaranũ aliàs ſubſcriptum inſimul cum meo Genitore, quia ex

iuris

iuris diſpoſitione corruit; non enim poteſt vnus patronus augere numerum patronorum, conſentiendo, quòd alius, qui non erat, efficiatur patronus, in præiudicium Eccleſiæ, ità punctualitèr ait Dec. in conſ. 149. n. 4. tantò magis in mei præiudicium, & ſic exequutum, penès Turinũ pro Chiaieſe Act. Mag. S.C. Io. Bapt. de Thoro.

Nominati in legato primò ſunt præferendi cęteris, & ità primò legatum debetur illis de linea tanquàm primò nominatis, & poſteà illis de familia, quinimmò ordo ſcripturæ dat prælationem, & declarat mentem teſtatoris, & ita in facti contingẽtia iudicauit S.C. vt per Marcell. de Maur. in alleg. 20. cauſa iſta, n. 3.

Nominatio teſtium extrà Regnum quãuis fieri poſſit, facto depoſito per allegantem, ob quod ex cõmuni practica ad euitandum depoſitum efficitur extra Regnum, aſſerens, ea velle gaudere, ac ſi eſſet facta in vltimis partibus Regni, quid ſi non fuiſſent teſtes ſpecificè nominati, nec partes vltimæ in Regno ſpecificatæ, an ſit admittenda; fuit deciſum, quòd non, Franch. deciſ. 57. Muſcatell. in pract. S.C. p. 5. verb. ſuſpectorum, n. 36. & p. 6. gloſ. cauſa, num. 10. Tap. in Conſt. Lite legitimè, & ritu 140. item niſi eſſent teſtes, & pragm. 3. de pęn. oppon. cal. dilat. deſumpta ex titul. de offic. S.C. fol. 107. Reg. Rouit. in pragm. 3. n. 1. de dilat.

Nominatio facta per teſtatorem de perſona ſuccedente in officio in eius teſtamento an euaneſcat, ſi nominatus præmoriatur, ità vt extenſio ſit facienda ad aliam perſonam nominatam, vtputà ad fratrem, aut ſororem; concluditur, talem extenſionem fieri debere, quamuis in R.C. contrarium fuiſſet deciſum, Ann. alleg. 139.

Nominatio teſtium per nomina, & cognomina ſpecificè fieri debet infrà quinque dies poſt datum terminum in cauſa, tùm ex iuris Regni diſpoſitione, ſeù mauis ſtilo comprobatum eſt, vt ex mente Catau. tradit Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. p. 5. gl. ſuſpectorum, n. 18. & meliùs Reg. Rou. in prag. 3. de dilat. vbi id didiciſſe, teſtatur ab olim Præſide S.C. Vincentio de Frãchis ex collectis in dec. 57. & idẽ Rouit. in prag. 7. de ord. iud. n. 24. iũ quoq; ex nouella pragm. Comitis Lemenſium iunioris expedita die 11. Maij 1612. viginti octo capitum, ſub tit. de cauſ. decidend. in 9. cap. de qua meminit idem Rouit. in d. pragm. 7. n. 24. in fin. cùm igitur contigiſſet, nõ alitèr fuiſſe factam nominationem in termino conceſſo in contumaciam, ſed ex parte conuenti penès acta petita remiſſio ab eius Procuratore ad Iudicem competentem, poſtmodùm reiecta tali exceptione per Iudicem, & decretum fuiſſet, quòd terminus aliàs datus currat, quo intimato procurator conuẽti nominationem fecerat teſtium in eo, & dũ hæſitatum fuiſſet, ſi deferendũ eſſet dictæ nominationi, licèt pro parte rei replicatum fuiſſet, terminum primo loco conceſſum fuiſſe impeditum per exceptionem, & poſtmodũ currere per decretum indè interpoſitum, adhùc tamen terminus erat, & licere ei nominationem facere, & in terminis videtur colligi ex traditis per Reg. Rouit. in dicta pragm. 7. n. 24. vbi iubnecrit, quòd ij quinque dies ad faciendam nominationem nunquàm incipiũt currere, niſi ab eo die, quo terminus ipſe currere incipit, & propterea cũ fuiſſet impeditus ob exceptionem oppoſitam non cęperat currere, niſi à die alterius decreti interpoſiti, quòd terminus currat, hæc eſt enim praxis ordinaria Iudicũ, vt terminus impeditus currat, cenſet Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. p. 5. gloſ. defendendum, num. 12. ex aduerſo dicebatur, obſtare pragmaticam nouellam ſuprà citatam, qua prouiſum patet, nominationem fieri debere intrà quinque dies poſt terminum datum, & ſucceſſiuè tàm allegata per Reg. Rouit. in d. pragm. 7. ceſſare ſtante nouella pragmatica, ſicut ipſemet fatetur ibi, hodiè tamen ceſſat hæc quæſtio, &c. quàm ibi adducta per Muſcat. nam, vt non currat terminus, non ſufficit exceptionem tãtùm opponere, ſed proteſtari, quòd terminus non currat, idcircò in cauſa Marij de Aquino cum Illuſtriſſ. Card. Coſentiæ deciſum fuit ad relationem eruditi I.C. D. Flaminij de Cõſtantio Iudicis tũc M.C.V. in ciuilibus, nunc autem in criminalibus, non eſſe admittendã talem nominationẽ factam in decreto, quòd terminus datus currat, & ſic cõfirmatum per S.C. ad relationem eiuſdem in Aula Regij Cõſiliarij Cæſaris Frecciæ patritij Neap. in anno 1617. in Bãca Pulſoni Act. M. C. V. vt mihi retulit Auguſtinus Caputus ſolertiſſimus I.C. *Iul. Cęſ. Gallupp. in praxi S.C. p. 1. c. 24. n. 2.* Io. Bapt. Thoro I.C.

Nominatione non facta per eum, qui nominãdi poteſtatem habet, an poteſtas extinguatur, & cõceſſio caducetur, fuit in S.C. deciſum, quòd ſic, Reg. de Ponte conſ. 109. punctus iſte, n. 20. vol. 2.

Nominationi teſtium an ſit deferendum, ſi non fuerit factum depoſitum infrà quinque dies, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ; fuit bis in S.C. deciſũ, quòd non, in cauſa Magdalenæ Bertoroctæ cum Marchione Illiceti, Item in cauſa D. Caroli de Aquino Principis Caſtellioni cum D. Franciſco de Aquino, Reg. Rouit. in pragm. 3. de dilat. n. 5.

Notario an credatur, & partibus aſſerentibus in cõtractu, Regium interueniſſe aſſenſum; fuit ſępè deciſum in S.C. quòd non, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 25. Pert. Garſ. dec. 27. Mozzius de feud. rubr. ex quibus cauſ. feud. amitt. n. 169. verſ. 50.

Notarius communitèr pro Notario habitus ſi plura confecerit inſtrumenta falſa, an puniri debeat pęna, qua veri Notarij puniuntur, iuxtà Cõſt. Regni; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 444. quemadmodùm & Notarius verus, qui plura inſtrumenta falſa confecerit puniri debet vltimo ſupplicio, vt fuit deciſum in S.C. teſte Capyc. dec. 153. cũ citat Foller. in pract. crim. rubr. itẽ quòd commiſit falſitatem, n. 70. Iul. Clar. lib. 5. §. falſum, n. 17. Caball. reſol. crim. cent. 1. caſu 89. Iacob. Thoming. deciſ. Lipſiæ 29. nu. 35. Hieron. Marilian. in repet. l. quotiès, C. de reiuend. n. 468. Farin. conſ. 11. cum addit. *Epiſc. Ricc. collect. 2176. p. 6.*

Notarius iãquàm de ſequentibus S.C. an poſſit trahere reum de foro Admiratiæ; fuit deciſum, quòd ſic, quoniam ex duobus priuilegiatis attẽditur id, quod maius habet priuilegiũ, cùmq; S.C. repræſẽtet perſonam Regis, ideò maius reputatur Tribunali Admiratiæ, Affl. dec. 56. Tap. in tit. 228. Itẽ quòd nullus priuilegiatus, n. 3. Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. p. 2. gloſ. competentes, nu. 88. Ricc. collect. dec. 300. *D. Conſil. Carleual de iudic. to. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 6. inſpect. 7. n. 634.*

Notarius dãs copiam inſtrumenti procurationis nõ ſtipulati, & lecti cqràm partibus qua pena ſit puniendus,

niendus, fuit condemnatus ad relegationem per decennium, Vrſill.dec.6.n.7.

Notarius in capite electus per Baronem vigore priuilegij, vt poſſit eligi in Actuariũ Notarius in capite, an poſſit ſubaffectare officium alteri, qui nõ ſit Notarius; fuit deciſum in S.C. quòd non, inter Vniuerſitatem Theani cum Principe Hoſtiliani, Io.Franc.Capibl. in prag.8. in 2.p.n.38. de Baron.

Notarius an poſſit pro abſente ſtipulari; cõcluditur, quòd ſic per Affl.dec.393.n.8. & inter cętera fuit deciſum in S.C. Idem deciſ.135. in fine, cum citat Bertaz. in tract.clauſ. in clauſ.18.gl.5.n.4. in med.

Nouatio quamuis expreſsè fieri debeat, ſi ex coniecturis appareat, partes voluiſſe nouationẽ facere, an cenſeatur facta; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. deciſ.5. cum citat Viui. in ſylua commun.opin. in opin.550. Nouatio, in fin. Ricc.collect.deciſ.309. Viſcont. hic alios cumulat, *Cancer.var.reſol.to.3.c.17.n.282. Ant.de Amat.var.reſol.to.1.reſol.50.n.3. Nouar.lib.2.quæſt.forenſ.c.3.n.6. Græuen.pract.concl.lib.2.concl.30.*

Nullitas contumaciæ contractæ per inquiſitum an poſſit per amicum, vel conſanguineum proponi, cũ pro cõtumace nemo loquatur, fuit per Collat. Conſil. deciſum, ꝙ ſic, quando nullitas contumaciæ propoſita ex eodẽ proceſſu, & citatione probari poſſit, Reg.Tap. in annot. ad Conſtit. Edict. n.12. ſimilitèr & nullitas citationis opponi poteſt per Procuratorem, ꝙ receptum eſt in Sac.Conſil. Franch.dec.237. in fi. & nouiſſime fuit iudicatum in cauſa Ducis S.Agathæ cum Marchione Vallis Siculæ, idẽ Tap. in annot. ad rit.269. die 21. mẽſis Iulij 1. Indict. fol.103. in opere iur. Regni, in 3.p.

Nullitas quando cũ appellatione principalitèr proponitur, ſi deſeratur appellatio nõ eſt vlterius locus proſequendi nullitatem, quia ſi ſit vna, eadẽq; inſtantia nullitatis, & appellationis, ſecũdum vnã opinionem, ſed iuxtà aliam ſententiam cõtrariam paritèr communem, in hoc caſu non eſt præcluſa via nullitatem ipſam probandi, & proſequendi, & ſecundùm eam fuit iudicatum in S.R.C. Neapolitano, teſte Grammat. conſil.ciuil.164. quem allegat Viui. in ſylua commun.opin. in opin.551. nullitas, nu.6. vbi ait, ità poſtea obtinuiſſe, Lancell. in tract. de attent. p.2.c.17.n.73.

Nullitates aduerſus ſententiam foriudicationis an exiſtẽte inquiſito carcerato ab eius parte opponi poſſint; fuit deciſũ, ꝙ in caſu, in quo nullitates ex eiſdẽ actis apparebãt, poſsẽt per agnatos, & alios nomine inquiſiti allegari, ſecùs quando altiorem requirerent indaginem, Frãch.dec.681. cum citat Maſtrill. deciſ. Siciliæ 161. num.18. *Nouar.dec.14. Danza de pugna Doct.to.1. tit. de foriudic.c.1.n.25.*

Nullitates decreti ſuſpendentis exequutionem, & poſſeſſionem alicuius Ruris an obſtent ad impediendam exequutionem primæui decreti lati in fauorem creditoris. Primò, ob interuentum vnius ex Conſiliarijs aliàs recuſati, & cauſa alteri commiſſa, non obſtãte quòd pars, quæ erat intereſſata, ob quod Iudex ipſe, & Commiſſarius ſe ſuſpectũ declarauerat, contenta remanſit, quòd interueniret, quia nullum intereſſe habebat in cauſa, item, ex notoria iuſtitia creditoris, & de non iure aduerſarij, ex quo in facto apparebat, Læliũ de Magiſtro Iudice viuẽte Elionora de Magiſtro Iudice ſua prima vxore annuos duc.100. ſibi ſolui petijſſe pro dotibus ſibi promiſſis, qua quidẽ pendente lite ob obitum dictæ Elionoræ curator hæredit. iacenti datus fuerat, ſicq; denium compilato proceſſu aſſiſtentiam in forma, præſertim ſuper dicto Rure cõſequutus fuit, vna cum intereſſe, quo audito per Iſabellam de Magiſtro Iudice ſorore dictæ Elionoræ inſurrexit prætendens, ſibi non afficere talem ſentẽtiam, vti inaudita, a quibus reiecta, ad tranſactionem deuenerat cũ dicto Lælio, & inter cętera dictũ Rus dedit, & ceſſit pro dotibus dictę Elionoræ, cũ iuramento promittendo, non cõtrauenire, & ꝓmiſſione euictionis in forma, cuius vigore poſſeſsionẽ Ruris nacti sũt, & ſucceſsiuè ex perſona dicti Lælij Elionoræ creditoris Beatrix della Ratta in poſſeſsione perſiſtẽs à dicta Iſabella indebitè vexata, oppoſitę fuerũt exceptiones.ſ. trãſactionis, & renũciationis dicti Ruris, omni ſolẽnitate vallatæ, quæ eſt litis finitæ, exceptio ſimilitèr ceſsionis, & renunciationis, ob ꝙ excluditur audiri. Tertiò rei traditæ, q̃ impedit litis ingreſſũ. Quartò, euictionis ꝓmiſſæ, q̃ eſt paritèr excluſiua actionis. Quintò, periurij impedientis litis ingreſſũ, & propterea attẽta poſſeſsione Ruris in vita exiſtentis ob validitatẽ iudicij aliàs incępti per dictũ Læliũ, & in datione curatoris ad litẽ pluriès audita Iſabella per intimationẽ perſonalitèr; concluditur, de facto nõ potuiſſe à poſſeſsione ipsã Beatricẽ moleſtari, & ſic die 28. Iunij 1611. facta relatione in S.C. per Cõſil. Marc. Ant. Morra deciſum fuit, nullitates obſtare, & ꝓindè depoſitũ reſtitui debere, & intra 10. dies audirentur partes ſuper hinc indè prætẽſis, & interim ſeq̃ſtrentur fructus, & relaxẽtur penès quẽ cũ obligatione, penès Secretariũ in Banca Amatrudæ, in proceſſu Lælij de Magiſtro Iudice cũ Elionora de Magiſtro Iudice, D.Camill. de Laratha in conſ.28. in hac cauſa.

Nullitates aduerſus ſententiam propoſitę. Primò, ex capite implicationis, eo ꝙ dum aliquis declaratus fuiſſet nobilis ſimplicitèr, implicaret cõtradictionẽ, ſi nõ gauderet priuilegijs nobiliũ, præſertim in parlamẽtis ipſorũ. Secundò, ex cauſæ expeditione facta abſq; aſsignatione diei; nã coràm Delegatis agebatur. Tertiò, ex quo lis erat inter actorem, & Nobiles Ciuitatis, & in rubrica ſentẽtiæ, aliorũvè actorum dicebatur, in cauſa Ciuitatis Coſẽtiæ, & Nobiliũ cũ Tali de Tale. & lis nõ erat cũ Ciuitate, ſed cũ Nobilibus tantũ, an propterea impediãt ex eorũ ſubſiſtẽtia exequutionẽ ipſius: quãquàm reſpectu primæ nullitatis dici poterat, implicari quodãmodò cõtradictionẽ, eò ꝙ dũ fuiſſet Nobilis declaratus, & Nobiliũ priuilegijs nõ gauderet, nec interueniret in colloquijs, ex tali cõtrarietate cernitur, vti nullũ nõ valere l. vbi repugnãtia, vbi DD. ff. de reg. iur. & hæc obiectio facilè corruit, etenim cõtrariæ ꝓpriè nõ ſunt q̃ ſe cõpatiũtur in origine, & defectu, Euerar. in Topic. loco à cõtrarijs, &c.n.13. exẽpiũ patet, ꝙ Canonicus perfectè eſſe põt abſq; præbẽda, Abb. in c. cũ M. Ferrarieſ. n.13. de Conſt. ſic & Officialis ſinè adminiſtratione, Caſſ. in Cathal. glor. mũd. p.6. cõſid.5. hinc ortum habuit vulgatũ illud nominum abuſiuorum Cardin. Rauẽnæ Epiſc. Nullatenen. Canonicus in herba, Rex ſchaccorum, gloſ. in c. pudor 32.q.2. verb. Principem, ſicut Comes ſinè Comitatu, de quibus per Sylu. nupt. lib.5. num.40. & de Nobili abſquè exercitio reſpectu colloquiorum, ſed cę-

teris

teris priuilegijs gaudere, & ſic de ſimilibus appellantur huiuſmodi, licèt effectum non habeāt, & ſic nō ſunt contraria, nec implicatiua; Accedat etiam, quòd in eadē Ciuitate vltrà Nobiles gaudētes exiſtunt alij Nobiles non gaudentes, nec.n. hoc nouum eſt ſic deciſum, cùm in cauſa Regij Conſil. Fabij Annæ idem deciſum eſſe dixi in verbo Identitas. Secunda nullitas reſultans ex omiſſione aſsignationis diei, dùm fuerat proceſſum ad ſententiā ſine illa, redditur nulla ſententia, facilliſſunè corruit, poſtquam & in ſcriptis, & oretènus talis aſsignatio fieri poteſt, nec per hoc conuentis præiudicium afferre poterat, cùm actori ipſi potiùs expediret, de cuius intereſſe tractabatur, certā diem ſibi aſſignandā procurare, ſed verius hæc aſſignatio diei nō alitèr reperitur de iure naturali permiſſa, ſed ex quadam obſeruantia, & ſic iuris poſitiui, hinc in fortioribus terminis dixit Muſcat. in praxi S.C. lib.1. p.7. gloſ. ſententiam, n.6. quòd ſi fuerit omiſſa citatio ad audiendam ſententiam, quę cùm ſit ſolemnitas iuris poſitiui, nec tollit defenſionē, non per hoc ſententia erit nulla, nec impediretur eius exequutio, immò dùm fuerāt præſentes deciſioni cauſæ, tantò minus citari non debuerāt, idē Muſcat. vbi ſuprà, n.16. Tertia nullitas, quæ magis vrgere videtur, eò quòd dùm actor litem cum Nobilibus Ciuitatis Coſentiæ intērauerat, & non cum Ciuitate, & reperitur in rubrica ſententię, & aliorum actorum, in cauſa talis de tale cum Ciuitate Coſētiæ, & Nobilibus ipſius, nullum enim intereſſe ex tali cauſa Ciuitati reſultare poterat, nec in iudicio conuocata, meritò nulla ſententia dici poterat, poſtquàm ſentētia lata per errorē, ſiuè expreſſus ſit, ſiuè deprehēſus ex actis, eſt nulla, iuxtà communem ſentētiam Doctorum, de qua per Turzan. inter commun. opin. lib.7. tit. de ſent. quæ ſine cert. quant. profer. Error enim iſtius ſententiæ inſpiciebatur ex allegata rubrica, nam ſi ſimplicitèr dicebatur, in cauſa Talis cum Ciuitate Coſentiæ, vtriq; Nobiles comprehendebantur, cùm ſint de corpore Ciuitatis, ſicut alij, Franch. dec.253. nu.9. & ſucceſſiuè opus non erat ſubnectere, & cum Nobilibus ipſius, etenim Ciuitas in hac lite nullū intereſſe habebat, nec in iudicio cōuocata, ſed tantùm Nobiles, & ſicuti ſententia lata contra aliquem non nocet tertio in iudicio non vocato, toto titulo res inter alios acta, Ann. alleg.7. n.5. ità nec prodeſſe, non tantùm illi tertio non conuocato, ſed etiam iſtis Nobilibus, quia ſententia eſt indiuidua, Carau. in rit.257. n.9. licèr cōtineat res diuiduas, Bonac. inter commun. opin. lib.7. tit. de re iudic. nu.106. Accedat etiam, quòd ſicut ſententia lata contra eū, cuius nomine non fuit lis conteſtata, nec deductus proceſſus, eſt ipſo iure nulla, Guid. Pap. conſ.61. nu.4. ſic & ſentētia lata in fauorem illius, cui de iure nulla actio competebat erit ipſo iure nulla, ſecundùm communem opinionem, Ant. Gabr. in lib.2. commun. opin. tit. de ſent. cōcl.8. & ex hac potiſſimùm nullitate vrgente deciſum fuit, nullitates obſtare, in cauſa Nobilitatis V.I.D. Angeli Merendæ cum Ciuitate Coſentiæ, & Nobilibus ipſius, referente tunc Præſidēte Petro Iordano Vrſino, nunc meritiſſimo Regente Reg. Cancellar. penès Figliolam Act. Mag. S.C. Io. Bapt. de Thoro I.C.

Nullitatis remedium an competat ei, qui Iudicem non recuſauit, ſi ab altera parte fuerit Iudex recuſatus, & dictum, quòd interueniat, vel non; fuit in contingenti caſu in Conſilio Collaterali admiſſum nullitatis remedium intentatum ab altera parte, dùm fuiſſet decretum, vt non interueniret Iudex recuſatus, & propoſitis nullitatibus fuit pronūciatum, nullitates non obſtare, & ſic iterùm fuit proceſſum ad deciſionē articuli recuſationis, & decretum S.C. primo loco interpoſitum cōfirmatum, & ità nullitatem proponi poſſe per partē, quæ Iudicē nō recuſauit in alia cauſa fuiſſe deciſū tradit Reg. Tap. in rit.265. Item ſi contingat, Iudicem, n.5. nouiſſimè autem dùm fuiſſet allegatus ſuſpectus Commiſſarius cauſæ Ducis Atriæ cum Comitiſſa Caſtri per dictum Ducem, ex eo, quòd erat debitor eius patris, & quædam colorata inimicitia orta lite pendente, S.C. iunctis Aulis, referēte Regio Conſiliario Xarana Commiſſario ſuſpitionis nullam habuit rationem de allegatis, & decreuit, quòd interueniret, non obſtante ſuſpitione allegata die 23. Decemb. 1610. penès Secretarium, in Bāca Figliolæ, deindè fuit admiſſa eadē pars recuſans ad docendū de nullitate ſuſpitionis decreti lati, & iterùm benè ruminato negotio fuit paritèr iūctis Aulis prouiſū, quod abſtineret, de menſe Ianuarij 1611. & ità exequutū. Io. Bapt. Thoro.

O

OBlatio melior an ſit admittenda candela extincta ſuper licitatione, & oblatione indè ſequuta, quādo tractatur de intereſſe creditorum; fuit deciſum in S.C. quòd ſit admittenda, Io. Iacobus Maſull. in addit. ad Capyc. dec.36. n.6. Ricc. collect. dec.1726.

Oblatio noua ſuperueniens maior, & tranſcendens ſextam in licitatione rei Fiſcalis, ſeù Arrendamētorum, an ſit admittenda, ſi res illa vendita remāſerit alteri vltimo licitatori ad extinctum cādelæ, pro qua fuerūnt expeditæ neceſſarię prouiſiones, & deſupèr interpoſitum decretum liberationis, elapſis tandèm temporibus offerēdi; fuit deciſum per R.C.S. facta relatione in Collat. Cōſil. eſſe admittendam, & de nouo Arrendamentum eſſe licitandum, Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit.4. de regal. impoſ. §.5. n.62. *Ant. de Amat. to.1. var. reſol. in reſol.38. n.21. Iul. Cæſ. Gallupp. in meth. feud. p.1. c.3. n.73.*

Oblatio an fieri poſſit in ſecunda inſtantia, pluriès fuit deciſum in S.C. affirmatiuè, vt per Loffred. conſ.32. n.14. in med. cum citat Ann. ſing.363.

Obligatio penès acta facta per Actuarium ſubditū Baroni in eius fauorē an ſit valida, fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec.118. Capibl. in pragm.1. nu.221. de Baron. Sigiſmund. Scacc. in tract. de iud cauſ. ciuil. & crim. c.62. n.2. Ricc. collect. dec.187.

Obligatio iurata penès acta an exequutioni demandari debeat ad inſtantiam creditoris contra debitorem, qui eodem die petijt, dictam obligationem ex certis cauſis annullari, fuit deciſum, quòd contra eū fiat exequutio dictæ obligationis, præſtita cautione, & audiatur ſuper allegata nullitate dictæ obligationis, Affl. dec.387. cum allegāt gloſ. in prag. malitijs litigantiū, verſ. tertius ritus, de dilat. per calumn. &c. in antiq. Gramm. rit.59. Berardin. Pand. de reaſſumpt. inſtrum. p.4. num.116. & 120.

Scacc.de iud.cauſ.ciuil.& crim.c.62.n.2.Muſcat, in pract.S.C.lib.2.p.1.gloſ.in forma,nu.87. Ricc. collect.dec.187.& 294.Maur.iun.alleg.10,nu.11, Cagnol.l.in teſtamentis, n.9.ff.de reg.iur.

Obligatio facta per prodigum declaratũ per decretum,vt nemo cum ipſo contrahere poſſit,ſi fuerit publicatum in publico corám teſtibus,ſed nõ adhibitis in hoc ſolemnitatibus,hoc eſt bannorũ in locis publicis cõſuetis per Preconium in ſcriptis, & in Valuis appoſitum, nec renouatũ, an valeat; fuit deciſum, nõ valere talem obligationẽ ex defectu ſolemnitatũ omiſſarum, Viſill.dec.290.n.7.

Obligatio bonorum feudalium, & burgẽſaticorum ſi ſit facta à debitore ſuo creditori,citrà tamen aſſenſum Regium,an ſequuta alienatione ipſorum, & potiſſimùm feudalium ad tertium perueniorum, poſſit creditor ſuper fructibus feudalium agere,ità vt cenſeantur hypothecati,decium fuit per S. C. negatiuè in cauſa Io. Gilli, eò quòd illi fructus non fuerunt obligati, quia non fuerunt in dominio debitoris, Affl.in c.1. §.quid ergò,n.12. de inueſt.de re alien.facta, vbi declarat,iſtam deciſionem procedere,quãdo dicta bona in tertium tranſiſſent abſq; fraude,aliàs ſecùs eſſet.

Obligationes, ad quas tenetur vaſallus Domino ſuo,& è contra enumerantur per Affl. deciſ.265. Grãm,dec.80. Franch.dec.541.Frecc.de ſubfeud. lib.2.authorit.29.nu.14. Maſcard.de prob.concl. 1378.n.36.Laurẽt.Siluan.in tract.de feud.recogn. q.109.Reg.de Põte dec.3.n.10.obligationes autẽ libertorũ enumerãtur in tit.de obſeq. à liber. patron.præſt.argumẽtum validũ eſt in iure à liberto ad vaſallũ,Euctar.in Topic.loco à liber.ad vaſall, ea verò,quę ex voluntate per eos fiunt vltrà obligationes veniam, ac præmiũ omni iure merẽtur, hinc pro ſingulari cõmẽdo tex.notab. in l.1.§.ſed & ſi qui,C.de lat.liber.toll.vbi formalia verba habẽtur,ſed & qui Domini funus pileati antecedũt, vel in ipſo lectulo ſtantes cadauer ventilare vidẽtur,ſi hoc ex volũtate fiat,vel teſtatoris,vel hæredis, nam illicò Ciues Romani, & licèt ibi gloſ.in verbo ventilare dicat Thuræ ſecundũ Im.vel dic funibus portabãtur,qui trahi poterãt huc,& illuc, placet mihi Apoſtilla ibi addita ſuper verbo funus, dicẽs,huius moris proferendorum lectorũ in funere meminit Cic.lib.2.de leg.& lege ꝙ ſcripſit Halicarnaſſæus lib.4. antiq.Rom. diſputans de Veterum inſtitutis circa ſeruos,ad morem autem ventilandi pertinet quod de Dione ſcriptum eſt Pertinaci mortuo, & in lectulo in foro collocato adhibitum fuiſſe puerum, qui pennis Pauonum muſcas abigerat: hæc dixi ad curioſitatis actius explicationem,qui in funeralibus pompis Virorũ Illuſtriſſimorum obſeruatus fuit in obitu Pontificum,Regum,& aliorum virorum Illuſtriũ, præſertim Neap.Io.Bapt.de Thoro I.C.

Obligationes, & hypothecæ contractæ per Officialem ſuper officio, ſi facta deindè reſignatione in manu Regis per dictum Officialem eiuſdem officij,an corruant, tantò magis cùm Regio aſſenſu careant,in plurimis cauſis fuit in Supremo Conſilio Italiæ deciſum, tales obligationes nullius eſſe roboris,& momenti,præſertim in cauſa Io. Aloyſij de Sangro Dohanerii Dohanæ menepecudum Apuleæ,ſiuè ipſius creditorum fuit deciſum,officiũ nullo modo potuiſſe obligari, & reſignationẽ prædictã eſſe admittendã,idẽ in fortiori caſu deciſũ fuit cũ creditoribus Gabrielis Capani poſſidentis officiũ Reg.Iuſtitiarij,quibus fuit prælatus Fiſcus pro pęna ducatorum decem millium, ad quos fuit condemnatus,licèt creditores dederant pecuniam vinculatam ad emptionem prædicti officij,& cum illius ſpeciali obligatione; ſed quia carebant aſſenſu, fuerunt excluſi, & Fiſcus omnibus prælatus, ex quo non emerat officium cum facultate vendendi,nec erat ad hæredes tranſitorium, & nouiſſimè per Regiam Cameram Summariæ in cauſa D. Ioannis de Taſſis cum hærede Io.Baptiſtæ Zapata,& Marco Antonio Iudice,facta relatione in Collater.Conſil. fuit idẽ deciſum, valere reſignationẽ officij Curſoris maioris factã in manus Regis per dictum D.Ioannem, non obſtante locatione quindecim annorum dicti officij facta per eundem D. Ioannem dicto Io. Baptiſtæ Zapata,abſq; Regio aſſenſu,quæ omnia refert,& examinat nouiſſimè Reg.de Ponte dec.28.Dominus Ioannes,vbi n.63. ponit deciſiones,immò reiecto pacto adiecto in obligatione de non alienãdo, & in burgenſaticis vide infrà verb.ſucceſſor, Idem in conſ.37,n.11.vol.2. Amat.conſ.49.

Obſeruãtia quæ nã ſit ſeruãda in partus ſuppoſitione,Franch.dec.332.refert,vt accedat Cõmiſſarius cauſæ cum mulieribus expertis, & electis in loco mulieris prægnantis,vbi ponit formam decreti,& circa iſtã materiã vidẽdus eſt Farin. in eius praxi crim.in tit.de falſit.& ſimul.contract.q.150.p.10.

Occidens bannitum etiam de mandato alterius, vel cum pecunia an gaudere debeat indulgentia;fuit deciſum ex quo non conſtabat de mandante in tortura reo illata, reum poſſe gaudere indulgentia, Franch.dec.276.Capibl.in pragm.3.nu.12.de Baron. latè Caball. reſol. crim. cent.3. caſu 278. Farinac.in eius praxi crimin. tit.de var. & diuerſ. quæſt.in 103.q.nu.117. Valenz.conſ.96.num.14. *Taſſon.de anteph. verſ.9. obſeru.2.n.17.*

Occidẽs bannitum extrà territorium bannientis, vt putà in Eccleſia,an ſit puniendus; fuit in occurrẽti caſu punitus homicida in Inſulam per decennium, eò quòd occiderat bannitum in Ciuitate Beneuenti,quæ immediatè ſubeſt Sedi Apoſtolicæ,Reg.Rouitus in rubr.de exulibus,num.2.cum citat Viſcont.ad Franch,dec.286. & ibidẽ Amẽd, nu.4.& de tali materia latè pertractat Io.Grandis de bello exulum, in rubr.de quantitate,in 3.q.nu. 27.& ſeq.vbi refert,vt nec talis delinquens poſſit gaudere indultu,licèt præmium conſequi debeat, & ſubdit, hodiè exiſtente nouella pragm. capitulationis inter S.P. & Viceregem ceſſare, & ità practicari,& obſeruari pluriès vidiſſe.

Occidens adulterum in camera eius vxoris,ſi ibi reperiatur, ibi præſumitur occiſus, & ità in contingenti caſu fuit obtentum,& euaſit quidam miles, qui occidit hominem in camera, qui habuerat rẽ cum eius vxore,Paris de ſyndic,verſ.an ſtetit dicto torti,ſub n.48.

Occidere vxorem cum adultero an liceat viro, etiã per intermediam perſonam alterius, mediante pecunia, & ſic per aſſaſsinium, Bal. in l.Grachus, C.ad leg.Iul.de adulter.tenet,ꝙ ſic,licèt ibi Salyc. de hoc dubitet, quos citat Affl.in Cõſt.Pacis cultũ,n.30. Mart.vot.206.n.9. & idẽ Affl.in Conſi.Si maritus,ſub nu.3.& ibi Gramm.num.13.ex quo ſi

mari-

maritus id facere non poſſit, vel propter ſenectu-
tem, aut infirmitatem, ſeù aliam cauſam legitimã,
per alium facere non prohibetur, & illud, quod
eſt licitum in perſona mandantis, eſt licitum in
perſona mandatarij, *ſicuti etiam occidens bannitũ
non diceretur aſſaſſinus, ſi pro pecunia interuenerit,
probat Gargiar. patroc.* 21. *lib.* 2. per quæ, vt tradit
Affl. in vtriq; locis fuit deciſum in contingentia
facti, quando Dominus Saluator Sanctafè, ſeù
Fancta Medicus Chyrurgus Regis Ferdinandi I.
per alios interfici fecerat vxorem, & adulterum
repertos ſimul de nocte in camera ipſius, quòd tã
ipſe, quàm ſocij liberatentur, & ità impunè tran-
ſierunt, Ricc. collect. dec. 2061. tamen contrarium
patet deciſum Venetijs, teſte Triuiſ. deciſ. 22. p. 2.
Sed memini annis elapſis in cõtingenti caſu noto-
rij adulterij duarum perſonarum nobiliſſimarũ,
quarum nomina taceo, fuiſſe de mandato Viri
noctis tempore interuenientis, & comitiua alio-
rũ ipſas interfectas in domo Viri, quod fuit miræ
admirationis in noſtra Ciuitate, vltrà quòd inter
eas aderat vinculum conſanguinitatis, & ità im-
punè tranſierunt vir, & comitiua, per tex. ſingula-
rem in l. ſi adulterium, §. Imperatores, ff. ad leg.
Iul. de adulter. Et ad declarationem materiæ me-
moratæ non me tędet referre caſum in Reg. Ter-
ra Foggiana, me in ea commorante ſub Præſidatu
Franciſci Antonij Salinas V.I.D. præclariſſimi, il-
lius Terræ Regij Gubernatoris in anno 1602. ni
fallor, in menſe Aprilis tunc occurſum, dùm fra-
ter carnalis cum alio homine aſſaſſino pro pretio
carolenorum decem ſororem intermi feciſſet,
eamq; iugulando aſſaſſinus in domo ipſius mu-
lieris, prætextu, quòd publicè meretricio ſe exhi-
buerat, nec alitèr cum alio inuenta; & demùm ip-
ſis captis, & confeſſis dubitare contigit, ſi im-
punè dimittendi erant, vel puniendi; concluſum
enim fuerat, eſſe puniẽdos ambos, quia deficiebat
poteſtas à iure conceſſa fratri occidendi ſororem,
dumtaxàt enim patri hoc ius à lege perhibitum
eſt occidere filiam, & adulterum, l. patri, l. nec in
ea, & l. quod ait, ff. ad leg. Iul. de adulter. eò quia
habet filiũ in poteſtate, quod denegatur, ſi eſſet
paterfamilias, d. l. patri, & id potiùs patri, quàm
marito, ideò enim, inquit tex. d. l. nec in ea, patri,
nõ marito mulierẽ, & omnem adulterum permiſ-
ſum eſt occidere, quia plerunq; pietas paterni no-
minis conſilium pro liberis capit, & ſic ceſſat ex
identitatis ratione poteſtas fratris, cùm ſororem
non habeat in poteſtate, & non mirum ſi frater
ſororem, vel adulterum interficere non poſſit, vt
in ſpecie tradit Auguſt. ad Angel. de maleſ. in
verb. *che hai adulterato la mia donna*, n. 22. ità ſub-
nectit, nec licitum eſt filio matrem, & adulterum
occidere, & ſi dicatur, pro eo facere tex. in l. quã-
uis, la ſeconda, C. ad leg. Iul. de adulter. ibi, hoc eſt
patri, fratri, nec nõ patri, & auunculo, quos verus
dolor ad accuſationẽ impellit, ibi .n. agitur de ac-
cuſatione adulterij, non autem de interemptione,
nam ſi attendimus dolorem verum reſultantẽ ex
adulterio, erit maior dolor mariti, quã aliorũ, nã
ægrè fert maritus magis adulteriũ vxoris, quã ia-
cturã bonorũ, ac filiorũ amiſſionẽ, vt tradit Sylua
nupt. lib. 1. nu. 30. ad quod extat ſingularis tex. in
c. nec aliqua 27. q. 1. ibi ſi ſuperueniens maritus
ſponſam ſuam iacẽtem cum altero videat, non nè
irridignatur, & fręmit, & præ zęli dolore fortaſsis,
& gladiũ in manu ſumit, & vt demõſtratur ex iu-
re ciuili in d. §. Imperatores, ibi, ſi maritus vxorem
in adulterio deprehenſam impetu doloris tactus
interfecerit, & tex. in l. Grachus, C. eodem, ibi ta-
men quia & nox, & dolor iuſtus factum eius rele-
uãt, & hac ratione attenta denegabatur olim ma-
rito hæc poteſtas, d. l. nec in ea, in fin. ibi, ideò autẽ
patri, & non marito mulierem, & omnèm adulte-
rum permiſſum eſt occidere, vbi ſubdit I.C. cęte-
rum mariti & calor, & impetus facilè ſæuientis
fuit retręnandus, ac cum maximo labore, ac rei
conſideratione, deindè permiſſa fuerat viro occi-
dendi poteſtas, non tamen omnem adulterum, ſi-
cut patri, l. marito, ff. eod. mitigatur ei pena, ſi con-
tigerat adulterum occidere, non adhibitis trinis
monitionibus, ad quas priùs fieri tenebatur, auth.
ſi quis ei, C. eod. Affl. in dicta Conſtit. Pacis cultũ,
nu. 31. attamen ſi omiſsis requiſitionibus dùm in
fragranti adulterio vxorem, & adulterum occide-
rit, pęna ipſa moderari debet, cùm iuſto dolore
motus fuerit, d. §. Imperatores, & l. Grachus, notat
Affl. in Conſt. Si maritus, n. 2. licèt hodie ex vi, po-
teſtateuè conceſſa ex Conſtitut. prædicta conceſ-
ſum ſit marito in ipſo actu adulterij vtroſq; inter-
ficere, ſinè mora protracta, & ſic non fratri, atten-
to dolore eius, & id fundatur ex deciſione tex. d. l.
patri, ibi itàq; nemo alius ex parentibus idem iu-
re facit.

Et demùm quamuis ſit talis poteſtas conceſſa patri,
vel marito occidendi, non tamen permiſsiuè, hoc
eſt permittendo delicta, ſicut multi aduerſantur
diſpoſitioni iuris permittentis talia homicidia, di-
centes, nullo iure poſſe ſubſiſtere, vt nouiſsimè
tradit Gomez. in §. . . . de act. quoniam iura præ-
dicta, ſi rectè perpendantur verba ipſius tex. in d.
§. Imperatores, & l. Grachus remittunt pęnam ta-
libus delinquentibus, attento dolore cordis, & in-
iuria peracta, & ſic, quod eorum eſt, remittũt, atq;
relaxant, non tamen in foro poli, Duenn. reg. 68. in
2. limit. cęterùm ex Conſtit. Regni antiqua incip.
Legum aſperitate permiſſum erat viro, cęteriſq;
parentibus naſum amputare vxori, ſed alia Con-
ſtit. ſuperueniens, incip. Si maritus expreſſim per-
miſit viro inuenienti vxorem adulterari in ipſo
actu nulla mora peracta ambos occidere; & ità
lex permittens aliquid cum aliqua qualitate, de-
bet antè omnia qualitas verificari, & omnia alia
requiſita ꝓbare, vt optimè notat Affl. dicta Cõſt.
Si maritus, n. 1. & ait, aliàs nullius momenti eſſet
excuſatio delinquẽtis, quin pęnã euitet, de iure .n.
permiſſum erat patri filiam occidere, ſi fuerat in-
uenta in adulterio in domo ipſius patris, vel ge-
neri, d. l. nec in ea, §. ius occidendi, l. quod ait, ibi,
ſed domus ſuæ, generiuè ſui tãtùm, ff. eod. Angel.
vbi ſuprà n. 10. ità & marito in domo ſua, non ſo-
ceri, d. l. marito, licèt id ex diſpoſitione iuris auth.
ſit ampliatum vt in domo ſua, vel vxoris, vel adul-
teri, vel in popinis, vel in ſuburbanis, auth. ſi quis,
C. eod. hodie tamen ceſſat hæc diſpoſitio; cùm in
omni loco id permiſſum ſit, inquit Affl. in d. Cõſt.
Si maritus, n. 5.

Secunda qualitas eſt, vt in ipſo actu adulterij in fra-
grãti inueniat, & ità omni iure conceſſũ eſt, tã cõ-
muni, d. l. ꝙ ait, & d. §. Imperatores, & d. l. *Grachus*,
Ang. vbi ſuprà, n. 10. quã etiã dē iure dictæ Conſt.

Si maritus, vbi Affl.nu.1. ſubdens, quia iuſto dolore motus pęna minorari debet, & ità ſępiùs fuiſſe practicatum tempore Regis Ferdinandi Primi, & quod iſta qualitas ſpecificè requiratur, tradit idem Affl.in dicta Conſt.Legum aſperitate, num.7.& in dicta Conſtitut.Pacis cultum, nu.39.& ſic ambos illicò interficere, at ſi adulterum dumtaxàt occideret, & non filiam, teneretur l.Cornelia de ſicar. Ang.vbi ſuprà, nu.20. vel è contra occidendo tantùm filiam, dimittēdo adulterum, puniretur etiam vt leno, vt in Conſt.Maritum, dummodò alter ipſorum aufugerit, & non ſteriſſet per eum, quin ambos non occideret, vt in dicta Conſt.dicitur, & ponderat Ang.vbi ſuprà, n.21.

Tertia qualitas eſt, vt illicò in actu deprehenſionis, nulla mora peracta proferatur vltio viri in vxorem, & adulterum, nam quæ in continenti fiunt cenſentur ineſſe, d.l.quod ait, §.quod ait, de adulter. vbi ſingularitèr traditur regula, ne occiſo hodiè adultero reſeruet, & poſt dieum filiam occidat, vel è contra; debet enim propè, vno ictu, & vno impetu vtrumquè occidere, æquali ira aduerſus vtrunquè, Auguſt.ad Angel.vbi ſuprà, nu.21.vbi variè hoc particulare interpretatur, Affl.d.Conſt. Si maritus, num.7.& ibi gloſ.& Foller, Iul, Clar.in §.adulterium, num.11.

At in caſu iſto dùm poteſtas iuridica deficiebat, requiſita in permiſſione ceſſabant, quatènus verò competeret poteſtas, deficiebat fragrātia delicti, euidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris, cap.euidentia, de accuſ.nam ex facto ipſo iuſtus dolor oriebatur, vndè animus conturbatur ad vindictam, vt in dictis iuribus allegatis, Secundò, deficiebat promptualis vindicta diutiùs protelata, quia ſi proclamare voluit, cur tandiù tacuit, inquit tex.in c.1, de frig.& malef. Nonnè ſi maritus ſciens, vxorem adulterium commiſiſſe, cenſetur ei remittere, ſi cum ea côuerſetur, notat Affl. in Conſtit. Qui poſt crimen, n.1.quantò magis in caſu noſtro, in quo ceſſant omnia memorata requiſita, & proindè iuſtiſſimè, attenta cauſa doloris, & honoris fuit ipſe frater condemnatus ad remigandum vita eius durante per Curiam Regiam Foggianam, licèt per Reg. Aud.Capitanatę, & Comitatus Moliſij introducta appellatione per maiorem partem votorum fuerit ad mortem condemnatus, ſed admiſſa appellatione à decreto prędicto ad Magnam Curiam: Reſpectu verò aſſaſſini, quamuis dici nequeat, quin aſſaſſinus dicatur, dùm pecunia accepta tale facinus cómiſerat, & is verè aſſaſſinus dicitur, vt notat Angel, de malef. in verb, & Sempronių, in princ.n.3. Capyc, dec.155.n.12. Campagn.in cap.Frequens, nu.70. Iul.Clar, in §.aſſaſſinium, Franch.dec.176.n.3.etiā ſi pecunia fuerit promiſſa, vel ſub ſpe remunerationis, ſicut prædicti Doctores fatentur, & tradūt, immaniſſimum eſſe ſcelus, omni rigoroſa pęna dignum, quinimmò ab omni populo aſſaſſinus diffidatur, c.1.de homicid.in ſexto, vbi gloſ. & DD. fatētur idem, & Gramm.in vot.8.n.2. & vot.9.n.4. & vot.20.num.1.& 2.interpretatur, vt talia verba denotare habeant, concedendo poteſtatem cuilibet occidendi talem aſſaſinum ob immanitatem criminis, cùm ſit delictum atrox, & exceptuatum, immò æquiparatum crimini læſæ Maieſtatis, & ſimilibus, Idem in vot.9.n.12.& ſi dicatur, in caſu illicito vleiſcendi ceſſare tale delictum, per ea, quę cumulat Menoch. de arbitr.iud. caſu 360.num.4. Carrer.in pract.crim. fol.285. & præſertim in caſu iſto adulterij, ſicuti ſuperius ex doctrina Bal.affirmante Affl.demonſtratum eſt, negari nō poteſt, quin tale delictum ita commiſſum ſit longè à pęna abſolutum; idcircò in caſu noſtro deficientibus poteſtate, & requiſitis immaniſſimum reputatum eſt, ob quod Curia ipſa Foggiana ad vltimum ſupplicium licito iure damnauit, & paritèr per eandem Reg. Aud. confirmatum, & decretum exequutum tempore nundinarum dictæ terræ. Io.Baptiſta de Thoro V.I.D.Neap.

Oeconomi, ſiuè Magiſtri Eccleſiæ an poſsint preſentare, & liquidare inſtrumenta, ſi retro Oeconomi ſtipulati fuerint pro ſe ipſis magiſtratico nomine, & Notarius vti perſona publica pro futuris, & ſucceſſoribus in Oeconomatu, abſquè aliquo ex prædeceſſoribus; fuit in facto per Magnam Curiā Vicariæ expedita citatio, & debitor vitā citatione ad euitandam liquidationem ſoluit, Mazzia in addit. ad Franc.de Iudice Roberto in pract.de liquid.& exequut.inſtrum.ad conſid.3.ſub n.11.incip.adde quòd ſi Oeconomi.

Offendens Officialem Regis, vt putà Conſiliarium an incidat in crimen læſæ Maieſtatis, vt contingit in morte Andreæ de Iſernia; concluditur, quòd ſic, Affl.in Conſt. Vt participatio, num.9.quem citat Clarus §.læſæ Maieſtatis, num.6.

Offenſus ſi exceſſerit modum in offendendo prouocantem an puniri debeat de exceſſu, vel etiam puniri pęna contenta in obligatione de nō offendendo; fuit deciſum, eſſe puniendum pro exceſſu tantùm læuitèr, non autem pęna contenta in obligatione, nec ipſum, nec fideiuſſorē, Affl.deciſ.206. num.3.& 4. Bologner, in l.vt vim, ff.de iuſt.& iur. num.44. Borgn.Caualc, deciſ.Fiuiz.22.p.5.nu.62. Hercul. in tract, de caut. de non offendend. c.59. num.71.

Offerendi ius an habeat ſecundus creditor, quando primus anterior creditor vellet ſatisfieri in pecunia; fuit deciſum, quòd non, Lanar.conſ.24.nu.13.

Offerre quod acceptum eſt an teneatur contrauenìens tranſactioni, petens, illam reſcindi; fuit deciſum, quòd ſic, Affl.deciſ.220.num.4.& 5.Galter, in praxi tutel.p.3.ſub.fin.num.17. Giurb.deciſ.Sicil, 103 nu.5. Ricc.collect.dec.1535. Vaſq.lib.6.controu.c.61.ſub num.9. Ann.in ſing.540. text.in l.ſi diuerſa, refert, contrarium fuiſſe deciſum in S.C. & proceſſum ad vlteriora, non facta reſtitutione pecuniæ, quam habuerat ex tranſactione, Viui, in ſylua commun.opin.in opin.1003. tranſactio, n.4. Cæſar Barz.deciſ.Bonon.103.num.28.& 29. Rota Rom.deciſ.111.in nouiſsimis, par.1. vbi tradit, in Curia Romana fuiſſe deciſum iuxtà deciſionem Afflict. & deciſ.510.ead.par.dec.102. & 809.n.6. vbi optimè declarat iſtā deciſionem, vt procedat parte opponente, aliàs ſecùs eſſet, & ita pluriès ſub tali diſtinctione refert ibi deciſum, *Fontanell. de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.9.p.5 n.215.*

Officia ſeptē Regni tenentes an præcedant Electos Ciuitatis Neap.in parlamento, fuit deciſum, quòd manuteneantur in poſſeſsione officia habentes, Frāch.dec.548.Reg.de Pōt.in trac.de poteſt.Proreg.tit.7.§.5.n.5 & dec.8.nu.8.Amat.conſ.30.n.2. Maſtrill.de Magiſtr.p.2, lib.5.c.4. nu.35. deciſum

enim

enim extat in Regno, vt ſeptem officia habentes præcedant omnes Barones, etiam titulo maiores in parlamentis, Frec. de ſubfe. lib. 1. tit. de orig. Baron. in 2. q. princ. cum citat. de Pont. dec. 15. nu. 28. Ric. collect. dec. 470. & 1069. Matt. vot. 101. nu. 7. Amat. d. conſ. 30. vbi plura.

Officia collata per Vicereges antequàm ſucceſſor Regni poſſeſſionem adeptus eſſet per ingreſſum, lectis literis commiſſionalibus, & iuramenti præſtatione, an teneant in beneficium Officialium; concluditur, quòd reſpectu officiorum vacantium eo tempore, benè collatio ipſorũ procedebat, ſecus de futuris, Franch. dec. 393. Capibl. in prag. 5. de Baron. n. 74. Carol. Tap. in Conſt. Officia, n. 12. inquit, Franch. loqui de poteſtate Viceregis diſcedẽtis, qui an durare vſquè quo Neap. diſcedat, vbi quærit an Viceręx poſſit facere Locumtenentem, exiſtẽte iam alio Proręge in Suburbijs Ciuitatis, vbi in contingenti caſu cum aliqua dubietate accedente fuit admiſſus filius primogenitus, & ità etiam practicatum fuit in Regno Siciliæ, Reg. de Pon. in tract. de pot. pror. tit. 7. §. 6. n. 13. Maſtril. de Magiſtr. lib. 1. c. 23. n. 17. & p. 2. lib. 5. c. 6. n. 198. & 199. *Ill. Marchio Corleti de Conſtant. in l. 1. C. de Cõſul. lib. 12. n. 27. & Canc. var. reſol. to. 2. c. 8. n. 123.*

Officij priuatio an inducatur ex negligentia, vt putà in officijs Reg. Siclę verſantibus circa pondera, & menſuras, dum ea ipſi Officiales neglexerũt adæquare, ſed obſignauerunt ſine experimento menſuræ per munera, & ſordes, &, quod peius, indifferentèr à quibuſuis aſportatoribus, & ignorantes nomina ad placitum, &, quod peius, ſcientes, pondera ſignata nõ fuiſſe adæquata, inquiſierunt quãplures de falſis ponderibus, quãuis de recenti eſſent ſignata, à quibus extorquerunt aliquas pecuniarum quantitates; fuit deciſum per Reg. Cam. quòd ſex ex inquiſitis priuentur officijs, & reſpectu duorum reliquorum, quòd ſuſpenſio cedat in pœnam, Io. And. de Georg. in alleg. 42. ponderum, n. 37. ponit deciſionem.

Officij reſignatio, ſeù refutatio in manibus Regis facta an operetur excluſionem iurium creditorũ ſuper fructibus illius; licèt concludatur affirmatiuè, fuit tamen per S.C. iunctis aulis attèra paritate votorum prouiſum, quòd cauſa compromitteretur in S.C. & demùm in fauorem reſignantis decretum, modica tantùm ſumma Parti aduerſæ aſſignata, penès Ferrarium, in cauſa D. Liuię Spinolæ cum creditoribus Io. Aloyſij de Sangro, Anell. Amat. conſ. 49. quamuis, vol. j. *Cutell. de donat. tom. 1. diſcurſ. 2. partic. 6. n. 81.*

Officium Bidelli Almi Collegij Neap. an ſit in poteſtate Magni Cãcellarij conferẽdi, ità quòd ſi fuerit per Proregem conceſſum, conceſſio prædicta inualida iudicaretur, ob quod rectè cogi poſſet Officialis electus abſtinere, in hac re allegauit Ann. in alleg. 103. tamen fuit deciſum in fauorem Magni Cancellarij quòad proprietatem officij, verùm quòad fructus perceptos tanquàm ex induſtria perſonali fuit abſolutus conuentus, Franch. deciſ. 165. Capibl. in prag. 5. de Baron. n. 29. & n. 84. vide *Iacob Gall. conſ. 124.*

Officiũ vendere an cogendus ſit Officialis in eo delinquens, ſi tale fuerit officium vendibile, habens annexam iuriſdictionem; fuit deciſum in officio Dohanerij Apuleæ Marchionis Padulæ affirmatiuè poſt eius ſuſpenſionem, & confirmatum per Conſiliũ Supremum Italiæ, vt refert Reg. de Pon. in dec. 16. & conſ. 36. num. 50. vol. 2. vbi alios caſus enumerat, de quibus infra verb. ſuſpenſio.

Officiales prohibiti munera accipere an prohibeãtur legata, & relicta in teſtamento recipere; fuit deciſum, quòd non prohibentur legata recipere, Franch. dec. 493. Capibl. in prag. 4. n. 26. de Baron. Reg. Rouit. in prag. 1. de muner. official. Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. c. 21. n. 12. & p. 2. lib. 6. c. 10. n. 149. Ric. dec. Arch. 265. n. 5. p. 2.

Officiales, alter ipſorum in criminalibus, alter in ciuilibus in ſedendo quis eorum precedere debeat, nõ fuit deciſum, ſed exiſtentibus differentijs inter certos Capitaneos fuit datus terminus, & interim lite pendẽte quia Officialis in criminalibus precedere conſueuerat, præcedit, Franch. deciſ. 388. & idem in addit. inquit, conſueuiſſe dictos Officiales ſedere vnum cõtra alium, & fuit dictum, quòd ſic ſederent, hoc eſt ex latere dextero Officialis criminalis, & ex latere ſiniſtro Officialis ciuilis, de hac deciſione meminit Montanar. in prag. 2. de adminiſtr. Vniuerſit. nu. 281. & ſeq. Ricc. collect. deciſ. 147. Maſtrill. in tract. de magiſtr. par. 2. lib. 5. cap. 4. n. 65.

Officiales Vniuerſitatis prohibiti per Regiam Pragmaticam eſſe eodem tempore ſimul, vt pater cum filio, &c. à contrario ſenſu cenſentur habilitati, vt vnus poſt aliũ immediatè de regimine eſſe poſſit, videlicèt, vno anno pater, altero verò anno filius, & ita fuit deciſum, Reg. Rouit in prag. 5. n. 18. de admin. Vniuerſ. Paſchal. in tract. de virib. par. pot. p. 4. c. 10. n. 1. Ricc. dec. Archiep. 291. num. 8. par. 2. *Nouar. dec. 40. in princ.*

Officiales duo eodẽ tẽpore ſi ſint creati in eodẽ loco ad idem officium, ſi aliquis ipſorum poſſeſſionem ceperit officij, licèt data commiſſionis poſterior eſſet, an ſit manutenendus, aut amouendus; fuit deciſum, eſſe manutenendum in poſſeſſione, Reg. Rouit. in pragm. 5. de Baron. num. 3. infrà eodem verb. Officiales.

Officiales Vniuerſitatis an ſint annales; fuit deciſũ, quòd ſic, Ann. in alleg. 15. num. 15. ſimilitèr & Officiales, ideſt Gubernatores, Aſſeſſores, Iudices Baiulorum, & Actuarij, inquit Ann. ſingul. 369. an etiam Iudices Portulanorum, & ponderum, fuit in S.C. iudicatum, quòd ſic, in cauſa Vniuerſitatis Orioli cum Marchione, Capiblanc. in pragm. 5. num. 76. verſ. & ſic pragm. de Baron. Ricc. collect. dec. 316. *Nouar. de grauam. val. to. 1. grauam. 188.*

Officiales clerici eſſe prohibẽtur regularitèr in prophanis, ſed quid ſi Barones eorum, hoc eſt Epiſcopi feuda habeant, ob quod ſubſunt Regi, an Officiales laici ab eis conſtituti ſyndicari debeant, vt cæteri; fuit bis deciſum, quòd ſic, Ann. ſingul. 460. Rex Reg. Rouit. in pragm. 1. de Eccleſiaſt. perſon. Zerol. in prax. Epiſcop. verb. Iudex, verſ. 13. Carrab. ſingul. 60. & 171.

Officiales, & alij mancipati ſeruitio Regis an teneantur ſoluere adoham; fuit deciſum, quòd ſic, niſi ſpeciali priuilegio ſint exempti, Camill. de Curt. in diuerſor. iur. feud. verſ. cùm igitur, num. 65. fol. 42.

Officiales omnes tenentur perſonalitèr comparere in ſyndicatu, nec per procuratorem, & ſi conuicti fuerint, ſubſtinebunt pœnam periurij, iuxtà Conſt.

Regni

Regni,& Capitula,quæ iura loqui licèt videantur in Iuſtitiarijs, porriguntur ad omnes Officiales Regni,vt pluriès fuiſſe iudicatum in Conſilio Regis tradit Paris de Syndic. verb.Procurator Officialis,ſub n.4.

Officiales actu ſeruientes non trahuntur extrà Tribunalia,iuxtà Cap.Regni,ita tamen quòd nõ poſſunt trahere aliquẽ a Iudicibus proprijs, & ità in contingenti caſu fuit deciſum in cauſa Annibalis Famatij cum Vincentio Bidello Epiſcopo Catriati,Io.Ang.Piſanell.ad Afll.dec.56. eum citat Foller.in pract.crim.rubr.audiantur excuſatores, nu. 138.& Reg.de Pon.dec.36.n.11.

Officiales exigentes pecuniam fiſcalẽ,& non facientes introitum, puniuntur ad duplum, iuxtà Reg. Pragm.46.de offic.Procur.Cæſ.quæ fuit practicata in contingenti caſu, vt refert Carol.Tap.ibi in annot. ſubdens, paritèr ſeruari, & practicari in R.C. ſi non fecerint introitum,vel facerent duplicatum exitum,puniri ad nonuplum.

Officiales Baronis habentis iuriſdictionem criminalem in aliqua Terra an poſſint cognoſcere de delictis Officialium alterius Baronis eiuſdem Terræ habentis iuriſdictionem ciuilem; fuit votatum, poſſe talem Officialem Baronis criminalem cognitionem habentis cognoſcere de delictis Officialium alterius Baronis habentis ciuilem cognitionem,de delictis tamen extrà officium commiſſis, Capyc. deciſ.27.à num.9.vſq; ad 11.Franch. deciſ.174.num.5.Maxill.in Conſuetud.Bari,in tit. de immun. Eccleſ. §.neque à Comitibus, num.40. & 41.*Fontan.de pact.nupt.clauſ.4 glo.10.p.2.n.68. Andr.Capan de iur.adhoæ,q.48.n.22.*

Officiales plures ſi ſint electi à Barone ad idem officium,quis eorum præferri debeat;cõcluditur,qui primò poſſeſſionem ceperit, & ità in contingenti caſu fuit deciſum in S.R.C.ad relationem Magnę Curiæ Vicariæ, teſte Io.Iacobo Maſull.in add.ad Capyc. deciſ.125.num.10. ſuprà eodem verb. Officiales.

Officiales Baronum delinquentes an cognoſci poſſint ab eis,obſtante Ritu Mag.Cur.Vic. fuit deciſum in S.C.Ritum prædictum M.C.V.non priuatiuum eſſe ad Barones, etiam quòad cognitionem offenſæ factæ eius Officiali,benè tamen procederet Ritus,quandò Baro vellet cognoſcere de delictis Officialis, Flau.Amend.ad Franch.dec.407. n.5. *Danza de pugn.Doctor.tom.1.tit.de Official.in genere,c.10.n.3.*

Officiales conſtituti ad beneplacitum iudicantur annales, & ità deciſum in S.C. in multis cauſis, Flau.Amend. ad Franch. dec.409. num.8. *Nouar. de grauam.vaſall. tom.1.grau.188.nu.9.vbi hoc declarat,qualitèr procedat.*

Officiales in Terris Regni,tàm domanialibus,quàm etiam Baronalibus diuerſimodè cõſtituuntur, aliquando enim deſtinantur Officiales idiotæ, qui communitèr Capitanei Terrarum nuncupantur, & eis aliquãdò in aliquibus Terris datur Conſultor,aut Aſſeſſor,vel Iudex à Domino conſtituẽte, vt eſt in Terra Sũmæ,Ciuitatis Nolæ,Capuæ,Surrentinę,Auerſæ,& aliarum domanialiũ,Baronaliũ verò in Ciuitate Theani, Caleni, Sueſſæ, Andriæ, &c. aliquando autem datur eis poteſtas ſibi eligendi Conſultorẽ, vt in Gubernatore Puteolorũ, &c.quãdòq; verò eligũtur Doctores in gubernium, & tunc vtrumquè officium gerunt, ſcilicèt Capitanei, & Aſſeſſoris, quoties ex priuilegio aliqua Ciuitas id haberet conceſſum, vt eſt in Ciuitate Troiæ,Ariani,& aliarum cæterum, ſi non de hoc haberent priuilegiũ,& ſi eſſent Doctores,Capitanei,& Aſſeſſores paritèr,vt vidi aliquãdò obſeruatũ in Ciuitate Coſentiæ,tũc vnuſquiſq; exerceret ſuũ officium, in quo deſtinatus erit, vt infrà dicetur, & quia multotiès vbi ſunt duo Officiales in Terra ob aliquod impedimentũ,vel Aſſeſſoris,vel Capitanei,vtputà ex cauſa abſentiæ, infirmitatis, vel mortis,quanquàm vetitum ſit ſubſtitutum facere ſine ſpeciali mandato, vt dixit Capua in cap. Quia de vicarijs, adeò quòd in ſpecie in literis cõmiſſionalibus ſpecificè habetur,quòd non poſſint diſcedere à Terra ſine mandato, & hoc iure vtimur,Reg.Rouit.in pragm.2.de offic.Iud.n.2.attamen in caſu mortis, & alterius impedimenti denunciari debent ſubſtituti, vt ſint idonei,Proregi, qui & interim in caſu mortis adminiſtrare poſsũt ſine legitima cauſa, Scagl.tit.7.n.1.& 2.donec alitèr prouiſum fuerit per D. Proregem, vt in c.34. Item quòd prædicti Officiales non ordinent,in caſu verò abſentiæ non niſi per quindecim dies tantùm eis permiſſum erat Locumtenentem creare, & ſi vltrà abſentia durauerit,cõſtituerentur à Barone Officiales,vt ex mente Pręſid.de Franch.tradit Reg.Rouit.in pragm.1.de ſyndic.Official.nu. 54.& 56. ſimilitèr in cauſa infirmitatis,eò quia infirmitas abſentiæ comparatur, Camp.in Cap.Regni 228.incip.Poſt commiſſum à delinquẽte,n.47. nouiſſimè autem dùm fuiſſet promulgata nouella pragm. ab Excellentiſſimo Comite Lemenſium die 13. Maij 1616. plura capita continens quaſi 86.& pręſertim in 15.cap.cautum reperitur,quòd contingente morte alicuius Iudicis, ſeù Aſſeſſoris Regij alicuius Terræ domanialis licitum erit Capitaneo ſibi eligere vnum Conſultorem ordinarium locorum conuicinorum,ſicq; è contrà per mortem Capitanei,ſeù Locumtenentis licitum ſit Iudici exercere officium Gubernatoris ſimul, & ſemel, data cautione de ſtando ſyndicatui pro illa rata temporis eorum adminiſtrationis, & paritèr iniunctum fuit Præſidibus Regiarum Adientiarũ,& in abſentia ipſorum Auditoribus,vt certiorari debeant Proreges de morte dictorum Officialium, &c. cùmq; conſuetum eſſet in omnibus quaſi Regni Terris,tàm ob abſẽtiã Capitaneorũ, quàm mortem ipſorum Magiſtros Iuratos exercere,& hoc indifferentèr in Terris domanialibus, ſimilitèr & Baronalibus,vel Sindicos,aut Camerlinghos,iuxtà mores ipſorum,eorum enim electio in Terris domanialibus ſpectat ad Vniuerſitatẽ, vt pluriès iudicatum fuit per Sacrum Conſilium, per Capitul.Regni Ad quietem, vbi Camp.refert Franch.dec.43.& Montan.in pragm.2.de admin. Vniuerſ.nu.191. In Baronalibus verò ad Barones regularitèr, vt conſuetum eſt, Amend.ad Franch. in dicta deciſ.num.2. vbi adnectit,in Terra Sancti Angeli non alitèr ad Baronem, ſed ad Vniuerſitatem ſpectare, vt quoquè in Ciuitate Caſtri Maris obſeruari vidi,& in hoc locotũ cõſuetudo attendi debet, nàm regularitèr ad Decuriones ſpectare videtur,ex Cap.Item ſtatuimus,quòd officium, eorum enim officium regularitèr verſatur circa cuſtodiam nocturnam Terrarum denunciare

malefi-

maleficia, vt ibi per Montan. ſed regularitèr iuriſdictionem exercent tempore feriarum, ſeù Nundinarum, Prag. 1. de iuriſd. Mag. Iur. & loco ordinariorum Capitaneorum ſubrogari in caſu abſẽtię, infirmitatis, aut mortis, quanquã in Terris Baronalibus Aerarij ſubrogati videntur, vt vidi obſeruari in Ciuitate Caſtri Maris de Stabia. Theani, & Caleni, ac aliarum, ſed quia pragmatica ipſa loquitur in caſu, vbi ſunt Capitaneus, & Iudex, & nõ in alijs, vbi ſolus Gubernator, ſiuè Capitaneus exiſtit, benè obſeruãtia præterita obſeruari videtur, & non noua prouiſio ipſius pragmaticæ, quapropter quando in caſu cõtento in dicta pragmatica, hoc eſt in Ciuitate, vbi Iudex, & Capitaneus exiſterent, attenderetur eius diſpoſitio, vt vnus alteri ſubrogetur, an paritèr locum habere videatur in Ciuitate, quę ex priuilegio habet facultatẽ in caſu abſentiæ, mortis, & aliorum ſubſtituendi Magiſtrũ Iuratum loco Gubernatoris, ſiuè Capitanei, & ſimilitèr Iudicis: Caſus talis contingit in Ciuitate Coſentina, quæ particulare habet priuilegium conceſſum a Philippo II. Rege, Datum Namptori, expeditum die 4. Auguſti 1555. vbi diſponitur ex ſequentibus verbis: *Item attento, che occorre più volte infrà annũ per abſentia delli Magnifici Locotenenti, & Iudici, ſeù Aſſeſſori, ò morte, ò per altri impedimenti detti officij, ò alcuni di eſſi vacare: per queſto ſupplicano V. M. reſti ſeruita, che quandocunq; occorrerà alcuni di detti officij vacare per qualſiuoglia cauſa, tanto neceſſaria, quanto volontaria, concedere, che lo Maſtrogiurato, & Aduocato di detta Città ſtatim che occorrerà alcuno di detti officij vacare, debbiano quello pigliare, & eſercitare in nome di V. M. & quello eſercitare fin tanto, che altramente per l'Illuſtriſſ. Vicerè del Regno ſarà prouiſto, videlicèt: Lo Maſtrogiurato l'officio del Luocotenente, l'Aduocato l'officio del Giodice, e che detto Luocotenente, & Aſſeſſore non poſſano in modo alcuno ſubſtituire in loco loro altri, eccetto li prefati Maſtrigiurati, & Aduocato, caſu quo li foſſe licito ſubſtituire.* Placet Reg. Maieſtati, ꝙ fiat, vt ſupplicatur in caſu mortis cuiuslibet eorũ Officialium, in alijs autèm caſibus prouideat in neceſſarijs Regia Audientia Prouincialis, donec per Proregem alitèr fuerit prouiſum, &c. Quinimmò non ſolùm antè conceſſionem dicti priuilegij, vltrà caſum mortis, in caſu abſentiæ per Reg. Audientiam prouiſum fuit officium Locumtenentis dictæ Ciuitatis, vacatum ob abſentiam Locumtenentis in anno 1527. die 6. Nouembris, in perſonã Sigiſmundi Caputi Magiſtri Iurati, & reſpectu Iudicis officij in perſonas Io. Andreę de S. Blaſio, & Sebaſtiani Caputi Aduocatorum, & Conſultorum dictæ Ciuitatis, ſed etiam poſt impetrationẽ dicti priuilegij, hoc eſt per abſentiã Locumtenentium per dictam Reg. Audientiam dictum officiũ iniunctum fuit in anno 1567. in perſonam Io. Baptiſtæ Corati, in anno 1570. in perſonam Ioannis Caputi, in anno 1610. in perſonam Caroli Paſſalacqua, in anno 1618. in perſonam Marij de Attoli ob abſentiam Andreæ Robles, & ſimilitèr ob abſentiam Iudicum per eandem Reg. Audientiam officium iniunctum Io. Paulo Monaco, Bartolo S. Blaſio, Iulio Caputo, filio Sebaſtiani, & hoc virtute ſoliti, & conſueti, pro cuius obſeruatione mandatum fuit eidem Reg. Audientię per Collat. Conſil. quòd in prædictis ſolitum ſeruetur, ſicut hactènus obſeruatum fuit, nec aliquid innouetur in præiudiciũ ipſius Vniuerſitatis, vt patet in prouiſionibus deſupèr expeditis in par. 38. fol. 3. & nouiſſimè pro corroboratione dicti priuilegij fuit per Excell. Proregẽ hodiernũ Ducẽ Oſſunæ prouiſum officium Locumtenentis Ciuitatis Coſentiæ ob impedimentum Iulij Cęſaris Caraccioli, qui ob abſentiam Io. Thomæ Scoriolæ Orpinellæ Præſidis Prouinciæ Calabriæ Citrà in eius locum ſuffectus fuit, & ſucceſſiuè officium Locumtenẽtis conceſſum Pompeo de Spiritu Magiſtro Iurato dictæ Ciuitatis, & ſic exequutum die .. menſis Maij 1619. & cùm aduerſus dictum Magiſtrum Iuratum oppoſitum eſſet, eſſe Ciuem, & ſucceſſiuè non poſſe tale officium exercere, & ob talem cauſam impeditum ſigillum, ſiuè emparatum; indè facta relatione in Collat. Conſil. fuit deciſum, eſſe expediendas literas cõmiſſionales, & imponi perpetuum ſilentium, penès Fabritium Angelum à mandatis Scribam; & hoc credo iure optimo proceſſiſſe, ex eo quòd priuilegio ſpeciali nõ derogatur, niſi de ipſo fiat mentio, Afſl. in Conſt. Ea, quę ad decus, n. 33. & priuilegium conceſſum ſpecialitèr alicui, nõ reuocatur per clauſulam generalem, non obſtantibus, Fuſc. ſing. 93. lit. P. latiſſimè Maur. iun. in alleg. 16. nu. 15. Cauenſ. in tit. 46. n. 8. & 9. & quamuis allegatum Capitulum in caſu mortis loquatur, adhùc in caſibus conſimilibus, hoc eſt abſentiæ, & infirmitatis porrigi videtur, eo quòd ſicuti mortuus abeſſe dicatur, Franch. dec. 252. n. 2. ità & verè abſens, Fuſc. ſing. 2. lit. A. & infirmus, vt ſuprà dixi, eo quod fortius, cùm concedens, quod eſt magis videtur conceſſiſſe ꝙ eſt minus, Gramm. dec. 4. nu. 4. 5. 6. & 7. & licèt dicatur in priuilegio memorato, quòd in caſu mortis concedatur iuxtà petita, & reſpectu aliorum caſuum prouideat Reg. Audientia, cùm ipſa Reg. Audientia in caſibus ſimilibus eoſdemmet Magiſtros Iuratos, & Conſultores, ſeù Aduocatos Ciuitatis adminiſtrare mãdauerit, ipſum priuilegiũ interpretaſſe videtur, ex eo quòd priuilegij interpretatio ſumitur ex obſeruãtia, & ſufficit, ità obſeruatum, licèt non ſit præſcriptum, ità Maur. iun. in alleg. 50. n. 4. & alleg. 55. n. 10. Vndè ex allegatis arbitror, rectè proceſſiſſe prouiſionem Reg. Coll. Conſil. ſub patrocinio Auguſtini Caputi V. I. D. Coſentini impetratam pro parte dictæ Ciuitatis, *vt ipſe teſtatur in tract. de regim. Reip. cap. 7. nu. 16.* Io. Bapt. Thoro I. C.

Officialis Vniuerſitatis confirmari non poteſt vno reluctante, intelligitur, quãdo quis contradiceret tempore electionis, non poſt, quarè fuit deciſum, confirmationem validam eſſe factam in parlamẽto generali nemine diſcrepante, & ſi cęteri non interuenientes contradicerent, Franch. dec. 609. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. pat. 4. cap. 10. n. 8. *Palma in diuerſ. iur. comm. & Regni, Pragm. 2. de ord. iudic. glo. 11. n. 30.*

Officialis an poſſit cõfirmari per Concilium electũ à Concilio generali, & quando non eſſet factum Concilium generale; fuit deciſum, teſte Franch. dec. 609. in S. C. confirmationem eſſe validam, ex quo fuerat facta in pleno Concilio, tunc nemine diſcrepãte, nam ſecus eſſet, ſi Conciliũ perageretur, & illicò aliquis diſcreparet, vt infrà verb. Sindicus,

dicus,

Digitized by Google

Maſtrill.deciſ.Sicil.188.n.6.Ricc.collect.dec.316.

Officialis per annum adminiſtrans in aliqua Terra an poſſit eſſe Iudex appellationis in eadem Terra elapſo anno; fuit deciſum, quòd non, Franch.dec. 479.in fin.Capibl.in prag.5.nu.70.de Baron.Maſtrill.deciſ.Sicil.188.n.12.Ricc.collect.dec.317.& var.reſol.414.idem Maſtril.de Magiſtr.lib.1.c.23. nu.61.& 65.& par.2.lib.4.cap.17.nu.19. *Iul.Caſ. Gallupp.in method.feud.par.5.cap.1.nu.20.*

Officialis creatus per annũ an poſſit renunciare infrà annum,etiam de cõſenſu Baronis, & recedere ab adminiſtratione;quamuis non fuiſſet deciſum, tamen ex relationibus relatis apparet, non poſſe renunciare,& ità fuit in occurrenti caſu expedita prouiſio Officiali,quòd cõtinuaret, & ſi ſe abſentauerit,quòd ſub pœna rediret ad officiũ,Franch. dec.409. Capibl.in pragm.3. de Baron.nu.138. & n.8.& Carol.Tap. in pragm.5.de Baron.allegãdo iſtam deciſionem ait, quòd licèt caſus non fuiſſet deciſus, eſt tamen apud Conſiliarios receptiſſima opinio, cui addit, vt nec etiam Vniuerſitate conſentiente liceat diſcedere, licèt de hoc non inuenerit hùcuſq; deciſionem,Maſtrill.dec.Sicil.188. nu.22.& de Magiſtr. lib.1.cap.23.nu.25.50.& 51. Paſchal.in tract.de vir.pat.pot.par.4.c.10. n.9.

Officialis ſi ſit creatus à Barone in eius Terra,quam alteri locauerat, an cõductor teneatur ſtare facto locatoris in recipiendo,vel reſpuendo dictũ Officialem;fuit deciſum in fauorem Officialis,data tñ electione conductori,vel quòd haberet poſſeſſionem officij, vel ſalariũ promiſſum loco intereſſe, Franch.dec.216. Capibl.in prag.5.n.59.de Baron. Petra ad Capyc.dec.20.verſ.vniuerſalis, n.2.& 5. Ricc.collect.dec.93.Caroc.de locato,p.2. grad.1. q.6.n.3.& par.4.ad l.emptorem,q.13. Maſtrill.de Magiſtr.lib.1.c.11.n.12.& c.21.n.89.in fin. & p.2. lib.4.c.17. n.90.

Officialis in vna Terra creatus ab Vniuerſitate, ſi ad inſtantiam Baronis altero ſequenti anno crearetur Officialis Baronis in eadem Terra,an poſſit exercere,cõtra iuris diſpoſitionem; fuit deciſum, ꝙ ſic,quia à diuerſis fuit creatus Officialis,Frãch. dec.210.in fin.Montanar.in pragm.5.§.16.nu.10. de adminiſtr.vniuerſ.Capibl.in pragm.5.n.72. de Baron.& prag.10.num.78. Ricc.collect.dec.317. Maſtrill.de Magiſtr.p.2.lib.4.cap.17. n.100.

Officialis an poſſit vti ſuſpectus allegari in cauſa ſimili, in qua fuit Aduocatus; fuit deciſum, quòd non,Franch.dec.87.n.18. Maſtrill.deciſ.Sicil.151. n.56.vide inf.eod.verb.ſuſpectus,*D.Reg.Sanfelic. deciſ.78.n.8.in fin.*

Officialis ſucceſſor an interuenire debeat in ſyndicatu prędeceſſoris; concluditur,ꝙ ſic, & proindè cùm prçuia appellatione interpoſita in M.C.V. à decreto Syndicatorum fuiſſet per eam ordinatũ, quòd cauſa remaneret in eadẽ M.C.V. prætextu grauaminis,factoq; verbo in S.C.fuit reuocatum decretum M.C.V.& cauſa remiſſa eiſdem Syndicatoribus,vt cum interuentu Syndicatorum procederent, Reg.Rou.in prag.1.nu.4.de Synd.offic. & idem refert Vrſill.dec.1. nu.6. fuiſſe decretum, de quo Reg.Rou. non meminit ; aliam deciſionẽ M.C.V.tradit Barius in annot.ad Affl. in procem. Conſt.1.Pręſentes,lit.A.in fi. verſ.& ità dicebam.

Officialis à Barone conſtitutus in eius Terra quòad exercitium iuriſdictionis ordinariæ an poſſit per eundem Baronem per extraordinariam cõmiſſionem aggratiãdi delicta exercere talẽ commiſſionem,ſicut ipſe Baro,fuit obſeruatũ,quòd ſic,Reg. Rouit.in prag.1.de ſyndic.Officialium,poſt n.12.

Officialis quãuis in caſu ſuſpitionis ſuæ poterit examinari vt principalis,an procedat in aduerſario in cauſa principali,ꝙ in cauſa ſuſpitionis vti principalis examinari debeat ; fuit deciſum , quòd non, Reg.Rou.in prag.1.de ſuſpit.Official.n.14.& 15. aliàs 39.in nouo comment. Ricc.collect.dec.770.

Officialis carcerans indebitè ſubditos,quibus ex tali indebita carceratione iniuria infertur , & intereſſe eis debetur,qua pęna tenetur; fuit circa hoc caput deciſum , attenta bimeſtrali carceratione, Officialis carcerem ipſum cedere loco pœnæ, Gramm.dec.40.Bottell.in add.ad Bellug.in Spec. Princ.rubr.11. §.reſtat, lit.B. incip.denegantibus, Parlador.rer. quotid.lib.2.c.7.ſub n.12.

Officialis ſi ſit in ciuilibus, & alius in criminalibus eiuſdem Terræ, quis eorum interuenire debet in Cõcilio Vniuerſitatis;fuit votatum,debere interuenire Officialem in ciuilibus,verùm ſi Officialis in criminalibus vellet interuenire,non poteſt ſibi denegari aſſiſtentia in tali Concilio , Capyc.dec. 27.à n.21.ad 22.Ann.ſingul.368.Officialis,& Capibl.in prag.1.n.51. de Baron.

Officialis an peccet prohibendo, capi poſſeſſionem alicuius Eccleſiæ ſine literis exequutorialibus Regijs, ſecundùm opinionem Angel. cõcluditur, quòd non,exiſtente tali pragmatica, id permittẽte , ſecundùm opinionem Abb. contrariam ſunt excommunicati facientes talia ſtatuta ſeruari ipſo iure,& concluditur, ſi peccet Officialis in hoc, vel non iuxtà diſtinctionem traditam ſuprà in verb.obedire,Capyc.dec.132.à n.6.ad fin.Capibl. in prag.8.n.6.in 2.par. de Baron.

Officialis creatio an ſpectet ad vſufructuarium feudi,cui fuit relictum legatum fructuum feudi,itàut etiam percipiat prouentus criminalis iuriſdictionis;fuit deciſum,nõ ſpectare creationem Capitaneorum ad vſufructuariũ,nec fructus iuriſdictionis criminalis,Capyc.dec.185.licèt Luc.de Penn. l.1.ſub n.7.C.quãdo,& quib.quar.pars deb.lib.10. dicat, quòd vſufructuarius locabit excadentias, Baiulationes,& in Eccleſijs vacantibus pręſentabit Rectores,hoc procedit in muliere pro ſuo antepharo,quæ plus iuris habet,quàm ſimplex vſufructuarius, Ant.Fab. in eius Cod. tit. de pignor. deſin.11.Piſanell.in add.ad Conſt. Ea,quæ, incip. nota,quòd die. *Barbat.de diuiſ.fruct.par.1.cap.13. nu.13.ad 16.*

Officialis licèt regulariter debeat interuenire in Concilio Vniuerſitatis,tamen qñ vaſalli litigarẽt contra Baronẽ,tunc petita licentia, & nõ obtenta ſe congregant , dummodò loquantur de cauſis contra Baronẽ tantùm,& ità fuit deciſum in S.C. Ann. ſing.367.officialis, Carrab.de ſyndic. par.1. nu.166.Amend.ad Franch.dec.264.n.11.*Auguſt. Caput.de regim.Reip.cap.3. n.19.*

Officialis inquiſitione pendente vtrum ſuſpendatur ab officio, in facto occurrenti non fuit interdicta adminiſtratio,etiam poſt litem conteſtatam, Ann. ſing.370.officialis , Ioan.Grand.in tract.de Bello Exulum,in prædicamento pati, q.3.ſpeciali 96.

Officialis an refirmari poſſit in ſecundo anno etiam ſub quæſito aliquo nomine Commiſſarij, aut Locum-

cumtenentis, fuit deciſum, quòd non, Ann. ſingul. 479. ſecundò, Amend. ad Franch. deciſ. 1. num. 34. Paſch. de vir. pat. pot. p. 4. c. 4. nu. 13.

Officialis Regis à latere Conſiliarius an præferẽdus ſit alijs ſocijs, quia primò meruit dignitatem, tantò magis cum in priuilegio cõſtet, fuiſſe anteà expeditum, quam aliorum; fuit deciſum in eius fauorem, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. rubr. quis dicatur Dux, nu. 45. & ſeq. de Pont. conſ. 33. nu. 10. vol. 2. *D. Reg. Tap. dec. Italiæ 21. nu. 13.*

Officialis ſi aliquid iniuſtè faciat de cõſilio Iudicis, an ſolus Iudex teneatur, dũ fuiſſet cõpoſitus quidam de vſuraria prauitate per Gubernatorẽ Prouinciæ nõ contradicẽte Iudice, immò conſentiẽte in eo, fuit condemnatus per Syndicatores quòad intereſſe partis, & cõfirmatum per S.C. ſalua prouiſione facienda quòad pęnã, Gramm. in cap. Regni Item caueant, ſub n. 2. in fin. verſ. & dùm cõrigiſſet; facit alia deciſio infrà eod. verb. Officialis.

Officialis delinquens in officio priuatur officio, vt fuit aliàs deciſum, Paris de ſynd. verb. Iudices capi, n. 8. & verſ. Officialis offenſa, eum citat Georg. alleg. 42. nu. 17.

Officialis an teneatur in ſyndicatu, ſi pęnam in banno appoſitam, quòd nemo per Terram vicini pertranſiens exigeret à clerico ſpreuerit; fuit de facto condemnatus in ſyndicatu, Paris in tract. de ſynd. ver. clericus officialis, ſub n. 3.

Officialis præſentando eius Miniſtros extorſiones in officio patrantes, quæ in vtilitatem Officialis verſæ fuerãt, an liberatus erit, ſi ipſe perſonalitèr non comparuiſſet; concluditur, quòd non, ex doctrina Bald. in l. ex Diui, C. locati, & ità obtinuiſſe fatetur Paris in tract. de ſynd. verb. poteſtas teneatur, ſub n. 3. verſ. nam Baro.

Officialis eligens malum Conſultorem, ſeù Iudicem imperitum licèt ob conſilium excuſetur à pęna, an excuſetur ab intereſſe partis, cõcluditur, quòd nõ, quia imperitia eius Aſſeſſoris electi à poteſtate, eum non excuſat, & ità fuit obtentum in cauſa cuiuſdam Baronis, Paris de ſynd. verb. an poteſtas excuſetur, in fine, facit alia deciſio ſuprà eod. ver. officialis.

Officialis Regius an poſſit eſſe procurator generalis alicuius Baronis, &c. ſine licentia Proregis; deciditur, quòd non, vt fuit cum licentia Proregis practicatum in facto, Carol. Tap. in annot. ad rub. de offic. Iud. in pragm. incip. addentes inſupèr dictæ pragm. n. 1.

Officialis recuſatus an poſſit interuenire ceſsãte ſuſpitione; fuit deciſum, quòd non, Franch. dec. 719. Ricc. collect. dec. 423. & Reg. Rouit. in prag. 1. de ſuſp. offic. in nouis, nu. 45. vbi aliam ſimilem citat deciſionem Coll. Conſ. pro creditoribus Comitis Loreti in ſuſpitione Reg. Geſtellet, *idem Regens Rou. dec. 50. & conſ. 49. vol. 2. nu. 13. Fontanell. dec. 11. n. 26. & dec. 13. nu. 12. Conſil. Carleual de iudic. to. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 6. ſect. 7. n. 620.* & hoc propter primęuas reliquias ſuſpitionis, ſicut inimicus capitalis poſt pacẽ factã nõ eſt idoneus teſtis, Affl. in Conſt. At legitima, nu. 2. ità & Iudex, qui eſſet inimicus recõciliatus, Aufr. in tract. de recuſ. verſ. 36. & verſ. in inimico, nuitèr vide etiã Ricc. dec. Arch. Neap. 168. n. 4. p. 1. & memini annis elapſis fuiſſe deciſum in S.C. in cauſa Petri de Thoro cũ illis de Baſſo, Io. Thomam Veſpulum Regiũ Cõſiliarium, & cauſæ Commiſſarium non poſſe iudicare ob ſuſpitionem inimicitiæ allegatam, non obſtante recõciliatione habita cum dicto Petro, penès Secretarium in Banca Cioffi, *hanc deciſionem citat Reg. Hector Capyc. Latro dec. 81. vbi aliã conſimilem recenſet.* Io. Bapt. de Thoro I.C.

Officialis vnum ex ſeptem Regni officijs gerens an præferatur alijs in Collat. Conſil. & præcedat alios Conſiliarios ſtatus priores tempore; fuit deciſum, quòd ſic pro Duce Amalfiæ Magno Iuſtitiario contra Principem Biſiniani, Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in different. n. 14. fol. 432. eum citat Io. Andr. de Georg. alleg. 35. n. 5.

Officialis remittens clericum Epiſcopo an debeat puniri, ſi cum aliqua ignominia, vel verecundia ad Epiſcopum remiſerit, fuit in contingenti caſu priuatus officio Regẽs M.C.V. eò quia remiſerat clericum cũ catena in collo ad Epiſcopum, Paris in tract. de ſynd. verb. remiſſio, in princ. verſ. quæ nota, eum citat Carau. in ritu 235. nu. 8. vbi tradit practicam, Boer. deciſ. Burdegal. 103. Genuenſ. in praxi Cur. Archiep. Neap. c. 6. n. 7.

Officialis Regius delegatus ad exequendũ, vel quiuis alius delinquens in Terra Baronis an ſit ab eo cognoſcendus, vel remittendus ad Curiam Regiam, concluditur, non poſſe remitti, ſed cognoſci debere per Baronem, dummodò Baro id notum faciat Officiali Regio. quæ omnia procedunt, quando deliquerit extrà officium, ſecùs tamen in officio, quia tunc deberet remitti ſuo Iudici, & ità fuit decretum per M. C. V. in cauſa Commiſſarij ad exigendas pecunias publicas pro functionibus fiſcalibus, qui deliquerat in Terra Angrię, & dùm M.C.V. petiſſet remiſſionem, quia Officialis Angriæ non remiſerat, per vim auocauit carceratum, & decreuit, illum remitti, & reſtitui Officiali Angriæ, Foller. in pract. crimin. rubr. audiantur excuſatores, n. 143.

Officialis Regens Regiam Cancellariam ſi fuerit titulo Comitatus, aut Marchionatus decoratus an præferatur alijs Regentibus in Collat. Conſil. fuit in Collat. Conſil. deciſum in fauorem Officialis titulati, & hoc in cauſa Marcelli Pignoni Marchionis Orioli, vt ipſe præcederet in omnibus actibus publicis, & proceſſionibus, ac etiam ingrediendo, & egrediendo Collateralis Tribunal, & in præſtãdis votis in rebus bellicis, & militaribus negotijs, prætèrquã in cauſis vbi interueniebat vt Regens, vt refert Marc. Ant. Surgens de Neap. illuſt. c. 27. n. 19. & n. 22. ponit deciſionem, & c. 23. n. 39. *D. Reg. Conſtant. in l. 1. C. de Conſul. lib. 12. n. 12. vbi aliam deciſionem retulit, & n. 34.*

Officialis ob nimiam ſæuitiam, vel grauiora crimina iuriſdictionis priuatur officio, cęterùm ſi non eſſent grauia delicta, quæ priuationem non inducerent, compelleretur ad vendendum officium, vt fuit in cauſa Gabrielis Capani Iuſtitiarij Graſſiæ practicatũ, vltrà alias pęnas, & in cauſa Marchionis Padulæ Dohanerij Menępecudũ Apulę, Reg. de Põt. in tract. de pot Proreg. tit. 3. de elect. offic. §. 1. n. 4. Quid in Barone, vide ſuprà verb. Baro.

Officialis promotus à minori officio vẽdibili ad maius officium, illud vẽdere poteſt, vt in duobus caſibus fuiſſe practicatum refert Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 3. de elect. offic. § 8. n. 4.

Officialis an teneatur de facto familiæ deputatæ per

ipſum

ipſum in exercitio officij, iſtã queſtionẽ latè examinat Marcell.de Maur.in alleg.93.officialis, vbi Abb.Io.Hieron.de Mauro in addit.incip. ad totã refert,fuiſſe diſcuſſum,& deciſũ in R.C.S.in cauſa Ducis S,Agathæ cum Io. Vincẽtio Valenzano, & ſuis creditoribus,in Banca Sarnetani,referente Præſidente Montoya, quòd officialis teneatur de facto familię,nec per exhibitionem ipſius liberatur,quia culpa eſt in mala electione, Ric. collect. dec.1816.& 1849.

Officialis componens inquiſitum de ſodomia cõtra prohibitionem Reg. Pragmaticæ an ſit puniẽdus pęna illius ſanctionis,fuit per S.C.tortus,tamẽ nõ cõfeſſus abſolutus in anno 1579.Marcell.Fortun. in tract.de verit.& error.p.2.in 2.membr.nu.31.

Officialis reuelans ſecreta Curię licèt puniri debeat pęna arbitraria,attamen per nouella Pragmaticã ptiuationis officij pęnam incurrit,de quo per Carauit.in rit.3.n.16.& ſic deciſum fuit in perſonam cuiuſdã olim Reg.Cõſiliatij S.C.vt dixit Marcell. Fortun. in tract.de verit.& error. p.2.in 2.memb. n.7.& ſequitur antè cum Theſ.dec.Pedem.1.n.14. citando iſtam deciſionem particularitèr.

Officialis deputatus à Barone pro iuſtitiæ adminiſtratione in ſua Terra,ſi contingerit eãdem Terram affictare, an cõplere debeat adminiſtrationẽ, fuit per Coll.Conſ. ordinatum,eſſe annum integrè complendum,Horat.Viſcont.ad Franch.dec. 216. in fin.

Officialis deſtinatus ad numerandum animalia paſcua ſumẽtia in herbagijs Reg.Cur. certo numero ab illorum Dominis præſignato, vt veritas haberetur pro fidæ ſolutione,ſi dolum, aut fraudem fecerit in numeratione, & ſucceſſiuè in relatione Reg.Cur. facienda,vel minus,vel plus numerando,an puniri debeat,& qua pœna,cùm fuiſſet per Reg. Dohanam Menępecudũ Apulęę deſtinatus Iulius Cæſar Brancalaſſus Cauallarius extraordinarius ad alliſtandum animalia groſſa in Ciuitate Manfredoniæ, & cum effectu relationem feciſſet dictæ Reg. Dohanæ,in poſſe Iuliani Capuani dictæ Ciuitatis reperiſſe 150. animalia baccina, & in poſſe Michaelis Ceſſi dictæ Ciuitatis alia bis 150. animalia, in poſſe Franciſci Capuani alia bis 140.animalia,& demũ in poſſe Io.Baptiſtæ Ceſſi alia animalia 225. & in rei veritate compertum fuiſſet per dictos Dominos animalium minus numero prędicto animalia eſſe,hoc eſt in poſſe dicti Iuliani animalia 107.in poſſe dicti Michaelis alia num.150.in poſſe dicti Franciſci alia num.148. in poſſe dicti Io.Baptiſtæ alia num.125. fuit ſeruatis ſeruandis per dictã Reg. Dohanam ſub die 7. Iunij 1618. Iuſſum, vt dictus Ioa. Baptiſta Ceſſa pro fida ſolueret Reg.Cur. pro dicto numero animalium 125.& pro teſtantibus vſq; ad numerũ 225. non moleſtaretur,ſed exequatur contra dictum Iulium Cæſarem Brancalaſſum vti malum numeratorem, deuoluta appellatione pro parte dicti Iulij Cæſaris ad R.C.S. factaq; relatione de prædictis die 16.Maij 1619.per meritiſs. Militem dictæ R.C. Pręſidentem Io.Caputum,deciſum fuit, quòd dictus Iulius Cæſar mulctetur in duc.20. ſalua prouiſione facienda reſpectu Cauallarij,penès Matthęum Tramoglia,hoc ſiquidèm ex iuris diſpoſitione demonſtratur in Agrimenſore, qui in iudicio, & Iudicis commiſſione falſam, & non iuridicam,dolosè, & lata culpa cõfecerit relationem recta via tenetur omne damnum reficere,ità Florian.in l.1.ff.ſi menſ.falſ.mod.dixer.per glo. in l.ſi duobus,§.1.ff.eod.ſubdens,ſic de facto vidiſſe ſeruari,vltra Felin.Iaſ.Aret.& Hieron. de Monte de fin.reg.c.33.citatos per Bonacoſſ. inter comm. opin.lib.9.tit.de malef.nu.65. & qua nàm probatione conuincatur Agrimenſor malè,& falsò mẽſutans,vide Marcell. Cala de modo artic.glo.vn. §.2 nu.363.quam deciſionem meis lucubrationibus, & authoritatibus roboratam habui ab Auguſtino Caputo V.I.D. meo familiari. *Canon.Nouar.in ſcholys ad l.inſ.ar, C.de iur.Fiſci lib.10.n.17.* Io. Bapt.de Thoro I.C.

Officialis in propria patria nemo aſſumi poteſt, tùm ex iuris communis diſpoſitione,l.fi.C.de crim.ſacril.quàm iuris Regni, vt in Conſtitut. Iuſtitiarij per Prouincias, Conſtit. Magiſtri Iuſtitiarij, vbi Afflict. & Paris de ſynd. ver Aſſeſſor, col.2. quos citat Camp.in cap.Vt cùm nihil,nu.9. Amend.ad Franch. deciſ.98. Immò aliquando ex priuilegijs Ciuitatum, & Terrarum Regni Officiales debẽt eſſe abſentes ab illa per 20. milliaria, vt eſt Capuæ,de quo per Gramm.conſil.ciuil.5. & in Ciuitate Caſtri Maris de Stabia, quod fuit difficultatum in perſonam Horatij Salinas V.I.D.& tamen cum proteſtatione Ciuitatis admiſsi ad illius gubernium, ità tamen quòd nec Locumtenens Officialis eſſe poſsit per multum tempus, ſecus per modicum,vt fuit iudicatum pluriès per Sacrum Conſilium, Franch. deciſ.98. & ibi Amend. plenius,de quo ſuprà in verb. Locumtenens, & hoc quia directè videtur, talem creationem proceſſiſſe, quid autem ſi mediatè, hoc eſt ſi contigerit, aliquem ciuem eſſe Magiſtrum Iuratum, ſiuè AEratium, & ob abſentiam Officialium eos ſolere exercere,an militet eadem ratio. Caſus enim contingit in perſonam Pompei de Spiritu Magiſtri Iurati Ciuitatis Coſentiæ, qui cùm ad Locumtenentis Ciuitatis prædictæ officium aſpiraret vigore priuilegiorum dictæ Ciuitatis in caſu mortis,abſentiæ, vel infirmitatis Officialium ſpectare ad dictum Magiſtrum Iuratum exercitium, & iuxtà ſolitum expeditis literis commiſſionalibus per Collaterale Conſilium fuit emparatum ſigillum à certis ciuibus, aſſerentibus, ipſum eſſe ciuem, & ſucceſsiuè non poſſe exercere officium dictæ Ciuitatis, obſtante alio priuilegio eiuſdem Ciuitatis, ſed facta relatione in Collaterali Conſilio de Mẽſe Maij 1619. per doctiſs. Virum,& Regentem circumſpectum Fuluium Conſtantium, Marchionem Corleti, coràm Excell. Prorege, deciſum fuit, procedendum eſſe ad expeditionem dictarum literarum commiſsionalium, & earum conſignationem, & proindè imponatur perpetuũ ſilentium, penès Fabritium de Angelis à mandatis Scribam, ſub patrocinio Auguſtini Caputi V.I.D.Coſentini, hæc omnia mecum conferentis, ex eo, quòd non propria perſona ipſius ciuis cõtemplatur in caſu allegato, ſed officiũ ipſius Magiſtri iurati,ad quem ſpectat exercitium Locumtenentis ex priuilegio particulari, ſtante aliqua legitima cauſa, ſcilicèt abſentiæ, infirmitatis, vel mortis Locumtenentis, & hoc iure vtimur indifferentèr. *Auguſt.Caput.de regim.Reip.cap.7. n.18.* Io.Bapt.Thoro I.C.

Offi-

Officialium delicta ſiuè actiuè, ſiuè paſſiuè ſola M.C.V. cognoſcit, & fuit bis in S.C. deciſum iunctis aulis in cauſa Io. de Sabino cũ Donato Antonio Coppula, & in cauſa Martiæ Branchæ, quæ offendetat Perſium de Aranda Gubernatorem Albeti inter Ducem Summæ, & Comitem Albeti, Flau. Amend. ad Franch. dec. 407. n. 11.

Omiſſio ſolemnitatis requiſitæ in regiſtratione priuilegij infrà annum iuxta pragmaticam, an vitiet actum ipſo iure, vel per exceptionem; fuit practicatum, atq; iudicatũ, quòd ipſo iure vitiet, in cauſa Secretarij Soti, Reg. de Pont. conſ. 34. ſi proceſſus, n. 11. & conſ. 60. vltra latiùs, vol. 2. vbi patet, fuiſſe per Coll. Conſil. decretum, nũ eſſe aſſenſum alitèr regiſtrandum.

Omittens aliquid ponere in inuentario tenetur ad duplum, licèt aliqui renuerint, vt inuẽtarium hoc caſu hæredi nil proſit, teſte Ann. iun. conſ. 96. ſed prima opinio fuit recepta, eum citat Nunt. Pellic. in Conſuet. Auerſ. in add. ad c. 9. verſ. adde circa, n. 120. ſubdens, in contingentia facti non potuiſſe obtinere pro ſecunda opinione.

Onera primi morientis, & vltimò morientis an ſint deducenda de toto patrimonio, vel de medietate, de qua potuit quis diſponere virtute Cõſuetudinis; fuit deciſum, quòd venditiones factę cum pacto de retrouendendo reputentur tanquã æs alienum, totum patrimonium reſpiciens, item quòd debitum contractum per vnumquenq; ipſorum pro paragio ſoluto ſororibus detraheretur de toto patrimonio, de debitis verò alio modo contractis non fuit deciſum, Franch. deciſ. 280. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 3. q. 1. n. 56. in fin. & 52. Ricc. collect. dec. 126. & ibi idem Molfeſ. in addit. nu. 33. alias deciſiones tradit, Auell. Amat. conſ. 43. nu. 22. conſ. 47. nu. 11. & conſil. 74. nu. 47. *Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 325.*

Onera an imponi poſſint in feudis hęreditarijs, cõcluditur, quòd ſic, & ità paſſim pluriès iudicatum fuit, teſte Præſ. de Franch. deciſ. 386. num. 6. quem citat Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 3. q. 2. nu. 8.

Onera hęreditaria & ſi ſoluenſia ſint pro rata bonorũ, exiſtẽtibus hæredibus in feudalibus, & in burgenſaticis diuerſis, an facta vẽditione per teſtatorem ſuper feudalibus, & in defectũ ſuper alijs bonis cũ pacto de retrouendendo, cum promiſsione ſoluẽdi etiam de pecunia propria, teneatur dumtaxât hęres in feudalibus, excluſo alio hærede in burgẽſaticis pro eius rata; fuit deciſum, ad omnes ſpectare onera hęreditaria pro rata, per rationem allegatam per Franch. dec. 159. Reg. de Pont. cõſ. 13. nu. 21. & conſ. 52. n. 2. vol. 1. Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. redeundo igitur, n. 18. fol. 24. à ter. & ità pluriès fuiſſe deciſum teſtatur Anton. de Alex. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, incip. ad intellectum huius Conſuetud. fol. 11 t. & Fęlix de Rub. in d. Conſuet. in apoſtillis poſt Conſuetudines impreſsis; incip. ſcias, quòd Guliel. de Cuneo, Molfeſ. in comment. ad Conſuet. Neap. p. 2. q. 12. n. 24. & in addit. num. 9. me citat hic, Ricc. collect. deciſ. 1294.

Onera hæreditatis an minuant medietatem debitã agnatis vigore Conſuetudinis Neap. vel ſint deducenda, vel non, eſt diſtinguendũ, quòd aut onera ſunt impoſita à primo acquirente bona, & tunc illa onera tanquàm ęs alienum ſunt deducẽda in primis, & poſtmodùm diuidũtur bona, aut loquimur de oneribus impoſitis per alios deſcendentes, & ſucceſſores in bonis paternis, & antiquis, & tunc iſta onera non minuunt medietatẽ, & ità fuit iudicatum aliàs, vt refert Stephan. de Caieta in Conſuet. Si aliquis moriens, in addit. incip. tenet hìc Napod. f. 169. & idem aſſerit in contingentia facti fuiſſe deciſum pluriès in S.C. Piſanell. in add. incip. ſecundùm iſtam apoſtillam, eod. fol. 169. & ità in alijs contingentibus caſibus fuit pluriès deciſum in S.C. vt teſtatur Apoſtilla ad Conſuet. Et ſi teſtator, incip. fuit iudicatum in S.C. fol. 181. & ibi Capyc. in addit. incip. Item S. C. fol. 182. ponit aliam deciſionem Iacob. Anell. de Bott. ibi in add. incip. vide Capyc. in dec. 210. eod. fol. Franch. dec. 180. per tot. Molfeſ. in comment. ad Conſuet. Neap. p. 3. q. 1. n. 56. & q. 60. n. 5.

Onera hęreditaria regularitèr diuiduntur inter hęredes æqualitèr inſtitutos in allodio, & ſi vltrà primogenitus habeat feudalia, cõtribuet, an etiã procedat in legatis; fuit deciſum, quòd ſic in caſu vrgenti, quod etiã procedit in eo, qui ſuccedit cõtra voluntatem teſtatoris in legatis, & alijs, vt in alio caſu fuiſſe deciſum tradit Reg. de Pont. conſ. 13. verè cauſa hæc, n. 26. vol. 1.

Onus adohę an ſit deducendum in liquidatione paragij debiti tertiogenitæ ſuper feudo, vel illud ſpectet ſimplicitèr ad primogenitũ, fuit deciſum in S.C. iunctis tribus aulis, tale onus non minuere paragium, in cauſa D. Iſabellæ Vitellæ cũ Beatrice Vitella, Io. Aloyſ. Mormil. in ſuis ſing. in Conſt. In aliquibus, nu. 47. *Andr. Capan. de iure adhoæ q. 25. num. 4.*

Opem pręſtans carceratis aufugiẽtibus à carceribus Baronis fracto carcere, & accedẽtibus ad M.C.V. an teneatur; fuit deciſũ in M.C.V. quòd nec Vaſalli, nec ipſi opem præſtantes teneãtur, Fab. Ann. in add. nouiſſ. ad repet. rub. de vaſall. decrep. ętat. eius patris, ſub n. 58. n. 118. & ſeq.

Oppoſitiones, quę non poſſunt opponi abſente reo, an poſſint opponi eo carcerato, cõcluditur, quòd ſic, Franch. dec. 673. & 674.

Ordinationes, & bãna an fieri poſſint ab Electis Ciuitatis Neap. ità vt per ea impediatur exactio Affictatoribus Gabellarum; cùm aliàs caſus cõtigiſſet olim in Ciuitate Neap. inter Io. Franciſcum de Alexandro, & participantes Gabellæ huius Ciuitatis, & Electos ipſius, eo quòd fecerant nonnullas ordinationes, prohibẽdo eos, qui ſoliti erant portare panẽ in dicta Ciuitate, à quibus Gabella exigi ſolet, vt minimè panẽ inferre haberent, & ſucceſſiuè ex hoc impediebatur exactio dictæ Gabellę, relata tamẽ cauſa in S.C. tunc per Reg. Cõſil. Altomarę die 13. Iulij 1566. deciſum fuit in fauorem dictorũ Electorum, eos ab impetitis abſoluendo, penès Cioff. Act. Mag. vt habetur in copia ſententiæ S.C. inter Cap. Neap. exiſtente fol. 115. ſed hæc prohibitio facta fuerat cum cauſa euidẽtis vtilitatis Neap. eo quòd noluerant accipere granum partiti huius Ciuitatis ipſi aſportantes panem, & ſic deciſum patet per ſententiam Coll. Conſil. de qua per Montan. in pragm. 2. num. 75. & 76. de adminiſtr. vniuerſit. nàm eſſet contraria deciſioni citatæ per Ann. in allegat. 21. vbi apparet, fuiſſe factum excomputum per Decuriones

Neap. Arrendatoribus Gabellæ vnius tomienſis ob banna emanata per eos inſolita contra piſciuendulos,& ſalciccıarios,& alios,quòd nemo extraheret ſaiſumina ab hac Ciuitate, & ſic condemnati,& exequuti.

Ordo in exequendo iuxtà terminos l. à Diuo Pio,ff. de re iud. ſi non fuerit ſeruatus,an reddatur nulla exequutio, quæ prius fieri debeat, poſtmodũ vẽdi; de iure concluditur, eſſe nullius roboris, tamen in praxi id fuiſſe ſeruatum tradit Vrſill. in dec 358.ſub nu.1.Ricc.collect.dec.156.

Ordo iuris an ſit ſeruandus in cauſis Fiſcalibus; cõcluditur,quòd ſic communitèr per DD.& potiſſimùm in rebus feudalibus, de quo per Afflict. in Conſt. Violentias,n.51.vbi allegat Andr.de Barulo in l.1.C.de conduct.lib.11. dicentẽ, vidiſſe caſſari & annullari proceſſum factum cum quadam citatione in Curia Manfredi, qui citauit quendã Nobilẽ ad oſtẽdendum, quo iure tenebat, & poſſidebat quædam Caſtra, quæ dicebantur ad Curiam pertinere,alias priuaret Caſtris, nam fuit iudicatũ,quod dicta citatio, & proceſſus ſit nullus, quia iuris ordine non ſeruato, eum citat Ann. in alleg.68.nu.4.& alleg.79.nu.2. Barius ad Affl. in Conſt.Si quãdo,Camp.in cap. Prædicti Magiſtri, n.14. Iacobut.de Franch.in prælud.feud. rubr.de ſpecieb.feud.n.100.*Roland.conſ.65.n.22. vol.3.*

Oſculans mulierem virginem ſine eius cõſenſu ætate maturã in platea publica extrà Neap. qua pœna ſit puniendus; fuit deciſum, propter oſculum cum amplexu contra voluntatem mulieris acclamantis eſſe pœnam relegationis à loco prædicto per 30.milliaria,& ad penam pecuniariã,moderãdam ſecundùm eius diuitias, Affl. deciſ.276. Iul. Clar.§ fin.q.68.nu.4.& q.83.nu.6. & Franch.dec. 333.Pellic.in Conſuet.Auerſ.cap.2.n.114. Boſſ.in tit.de extraord.crim.nu.3.Carrer.in prax.crim.in tract.de homicid.verſ.circa tertium,n.20.fol.177. Alphan.collect.175.Maſtrill.de indult.c.52.n.13. *Marc.Mantua inter conſil.crim. diuerſ. tom.2. conſ. 98.n.4.Moller.lib.3.ſemeſt.cap.*27.& aliàs per S.C. deciſum fuit,eſſe liberandum ſub cautione oſculantem in Villa,Gramm.conſil.crimin.48.n.4. annuens,fuiſſe liberatum quendã,qui oſculatus fuerat mulierem, cũ qua aderat tractatus matrimonij,eo ſequuto,aliam deciſionem tradit Paluetin. in add.ad Cap.Regni Vt ſine mortalis fuiſſe liberatum ſub fideiuſſore, & alium fuiſſe foriudicatũ, tamen hodiè per nouellam prag.1. de oſcul. mulier.eſt impoſita pęna vltimi ſupplicij, iuxtà Cap. Regni,de qua meminit Vrſill. in addit.ad ipſam deciſionem, alia referendo, Aloyſ. de Leo in l. ſi quis non dicam,C.de Epiſc.& Cler.Peguet.deciſ. Cathal.7.refert, fuiſſe deciſũ in illo Senatu iuxtà deciſionẽ Affl.latè Petr.Cabal.reſol.crim. cent.1. caſ.96.Ricc.collect.deciſ.569.& 47. Carrer. vbi ſup.in verſ.circa igitur,n.13.fol.mihi 178.Marius Mitta deciſ.Sicil.62.vbi n.12. hic me citat.

P

PAciſci an poſſit pendente dilatione data ad ſoluendum de intereſſe in mutuo: fuit iudicatum in S.C. quòd ſic, in cauſa Hæredum q. Hectoris Capycij Latro cum V.I.D.Camillo de Laratha, reſiſtente tunc Conſiliario Rouito, vt ipſemet teſtatur in prag.n.1.de viurar.ſub nu.45.

Pactum de non alienando quãuis non impediat tranſlationem dominij, ſi in eo pacto dictum eſſet,quòd in caſu contrarij alienatio ſit nulla,ſi demùm fuerit facta alienatio contra formam pacti, an iure ſubſiſtat talis alienatio;non fuit deciſum, tamen concludi videtur, quòd tale pactũ per priuatum in contractibus fieri nequit, ſi non interfuerit Iudicis decretum,quando in cõtractu prædicto verba non eſſent appoſita pro reſolutione contractus,quod eſſet ſecus in contrariũ, Franch. deciſ.355. Sempron. Aſcia determin.98. nu.6. de Pont.conſ.159.n.59.vol.2.

Pactum ſi ſit adiectum poſt venditionem factam in inſtrumento alicuius rei de retrouendendo pro eodem pretio, & non alienando,verificatum per apocam priuatã, bino teſte, & principale notatã, ſed vnico teſte examinato concurrentibus alijs probationibus veritatem pacti prædicti concernentibus, an dicta alienatio vendicari poſſit vigore pacti prædicti,fuit deciſum,quòd ſic in fauorem actoris,Franch.dec.95. & ibi Viſcont.

Pactum factum de vendendo, ſi poſt aliquot ſpatiũ temporis Regio aſſenſu roboraretur, an valeat; fuit deciſum,quòd ſic; & paritèr, pactum ipſum non poſſe exerceri elapſis 30.annis,Franch.deciſ. 48.nu.1.Fab. Ann.conſ.75.nu.17.cum ſeq. *D.Reg. Rouit.conſ.14.nu.2.vol.2.*

Pactum factum inter contrahentes, vt creditor rem ſibi hypothecatam poſſit capere propria authoritate,& reuocare precarium,& in ſolutũ retinere pro iuſto pretio, an valeat; fuit concluſũ, valere, Affl.deciſ.368.nu.2. ſed quid è contra,ſi creditor pŏtatem vendendi dederit abſq; interpellatione, an ſequuta venditione venditor poſſit moleſtari, ex eo,q̃ non fuerunt citati creditores,cõcluditur, non valere,nam citari debẽt creditores,per auth. ſi omnes,C.ſi min.ab hered.ſe abſtin. vbi Mãgrel. in add.ad Bat.inquit,id de facto contigiſſe coràm D.Salazar olim Iudice M.C.V. deindè Regente. *Barbat.de aſſiſtent.glo.6.n.4.*

Pactum adiectũ in inſtrumẽto conditionali per cõtrahentes,q̃ debitor ex mutuo promitẽs ſoluere infrà ánuum dictũ mutuum, quo elapſo promiſerat domum eius ſubmittere cenſui, & ſoluere annuum canonem,an reſoluatur in alternatiuam in beneficium debitoris,vt teneatur ad alterutrum; fuit deciſum, quod illud pactum adiectum in inſtrumento mutui,quòd ſi infrà terminum non ſoluerit mutuum cõfeſſatum, teneatur debitor ſubmittere dictam domum emptam ad rationẽ quinque pro centenario,cum poteſtate affrancandi in pecunia reſoluitur in alternatiuam, quaſi dicat, promitto ſoluere pecuniam in tempore, aut non ſoluendo pecuniam ſubmittam domum, cum

pote-

poteſtate affrancãdi, & ſic erit electio debitoris, qui per ſententiã nõ potuit compelli ad ſoluendũ pecuniam ob lapſum tẽporis; ſed quòd teneatur facere inſtrumentum ſubmiſſionis dictæ rei emptæ cum obligatione ſoluendi cenſum, Affl. dec. 397. eum citant Surd. dec. Mantuæ 113. n. 7. Theſ. in dec. Pedem. 147. nu. 3. Monter. dec. Aragon. 48. n. 11. Petr. Cabal. conſ. 81. n. 7. vol. 2.

Pactum de quota litis factũ ab Aduocato cũ clientulo an valeat, & ſi iure iurãdo firmetur, & an valeat promiſſio de re, quæ nõ eſt in lite; fuit deciſũ bis in S.C. non valere, Vrſil. dec. 123. nu. 6. eum citant Viuian. in ſylua comm. opin. in opin. 38. Aduocati, nu. 2. Farinac. in eius prax. crim. tit. de var. & diuerſ. crim. q. 106. n. 31. Caroc. in tract. de locato, p. 1. tit. de ſubſtant. locat. q. 8. nu. 85. *Ang. Steph. in obſeru. ad Conſt. Mediol. lib. 3. tit. 5. §. ſi Aduocati.*

Pactum factum per mulierẽ cum heredibus viri de non petendo quartã, ſiuè antephatum infrà annos quatuor, & ſi peteret, eſſet excluſa à prætenſione quartæ, quòd ſi infrà tempus prædictum quartam lucratã petierit, ſit excludenda vigore pacti prædicti; cõcluditur, quòd non, cũ per eum fieret deterior conditio dotis in præiudicium mulieris, & ità fuit deciſum in S.C. pactum prædictum nõ valere, Affl. dec. 154. Franch. dec. 182. n. 4. & idem refert, fuiſſe deciſum in S.C. licèt non alleget hanc deciſionẽ, Maxill. in Conſuet. Bari, rub. de donat. inter vir. & vxor. §. in omnibus, num. 43. Alexand. Ambroſ. deciſ. Epiſc. Peruſ. 6. n. 4. Molfeſ. p. 8. q. 7. nu. 2. in Conſuet. Neap. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. glo. 9. par. 5. n. 181.*

Pactum de retrouendendo adiectum in venditione tot annuorum introituum ſuper re aliqua feudali infrà certum tempus limitatum an protogari potetit per hæredes creditoris, vel facta prorogatione iure ſubſiſtat; fuerunt creditores condẽnati ad retrouendendum ex æquitate S.C. quia dicti introitus fuerant appretiati pro duc. 1000. & cõdecens non erat, vt fieret tanta locupletatio cum aliena iactura, tantò magis cùm in vẽditionibus ad rationem decem nunquàm tempus pacti expiret, Ann. alleg. 11. Reg. Rouit. in prag. 1. de cenſib. n. 1. Ricc. in collect. dec. 41. Marcell. Calà in tract. de modo artic. & prob. glo. vnic. §. 2. n. 559.

Pactum de retrouendendo temporale an efficiatur perpetuum, ſtante læſione, vt in venditionibus ad rationem decem pro centenario; fuit deciſum per M.C.V. & per S.C. confirmatum, quòd in venditionibus ad rationem decem pro cẽtenario tempus pacti nunquàm eſſet elapſum, Ann. alleg. 83. n. 5. Fab. Ann. conſ. 68. nu. 1. & 4. Marcell. Calà in tract. de mod. artic. & prob. gloſ. vnic. §. 2. nu. 558. Mart. de iuriſd. p. 2. c. 9. n. 14.

Pactum de retronendendo an poſſit per emptorem feudi prorogari ſine nouo aſſenſu; fuit per S.C. iudicatum, prorogationem eſſe validam, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 17. in princ.

Pactum ſi ſit adiectum in inſtrumento dotali, quòd ſi filius naſcatur, & quãdocunq; ab inteſtato deceſſerit, quòd dos reuertatur ad dantẽ, nec pater ei ſuccedat, conſilium erit, quòd dùm filius efficitur pubes, pater faciat ipſum teſtari, & ſe hæredẽ inſtitui in iſtis bonis maternis, quia per hoc ſuccederet iſte pater, & ceſſabit diſpoſitio pacti, ſm̃ Stephan. de Caieta in addit. ad Conſuet. Filiusfamil. incip. licèt ergò hodiè, fol. 189. vbi ſubdit per aliam Apoſtillam, in occurrenti caſu ità fuiſſe per Sacr. Conſil. deciſum, Franch. deciſ. 552. num. 3. Theſ. quæſt. forenſ. quæſt. 8. num. 12. lib. 2.

Pactum adiectum in conceſſione feudi, vt fœminæ non ſuccedant, an iure ſubſiſtat; fuit iudicatum, quòd ſic in Familia de Sãſeuerino, & in cauſa Caroli Carafæ, vt refert Io. Ant. Carafa in l. fin. C. de pact. quem citat Loffred. conſ. 14. in cauſa Magnificæ Dominæ Marellæ, nu. 26. Io. Thom. de Marin. in tract. de qualit. & gener. feud. tit. 11. de feud. fœmin. n. 29. Bolog. in l. omnes, n. 57. ff. de iuſt. & iur. & vide ſup. in ver. maſculus. Similitèr & per fideicommiſſum, vt fuit deciſum in cauſa D. Scipionis Caietani cum D. Victoria Caietana ſorore vtrinquè coniuncta D. Io. Caietani, quæ fuit excluſa ab eius ſucceſsione feudi Pedimontis, & inueſtitus dictus D. Scipio frater patruelis, in quinto gradu exiſtens, obſtante fideicommiſſo excluſiuo fœminarum facta relatione in Coll. Conſil. per R.C.S. cum adiunctis ex S. R. C. Anell. Amat. conſ. 100. ſub n. 39. vol. 1.

Pactum de nõ alienando an impediat, quin res prohibita alienari veniat ſub generali obligatione bonorum præſentium, & futurorum, fuit deciſum, quòd non, Minad. deciſ. 22. in cauſa. Ricc. collect. dec. 970.

Pactum de retrouendendo adiectum in venditione an ſubintelligatur in aſſenſu præſtito ſuper vẽditione, in quo quidẽ aſſenſu non fuerat facta mentio dicti pacti, fuit in S.C. deciſum contra emptorem, ità quòd teneatur retrouendere, non obſtante, quòd de pacto de retrouendendo mentio facta non fuerit, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 16. quẽ citat Foller. in prax. cenſual. ver. inſt. grat. pro conſign. pret. n. 12. non tamen quia pactum de retrouendendo ſit pars contractus, ſed quia agebatur contra emptorem ex pacto, & erat pretij modicitas, & æquũ erat, & eſt, venditorem non decipi, quem conſtat, noluiſſe alitèr vendere, niſi cum pacto de retrouendendo, &c. vt ibi, Maur. iun. alleg. 8. ſub n. 22. *Epiſc. Iſer. in tract. de Eccl. ſeù practica b. Eccl. quæſt. 418.*

Pactum de nõ alienando impedit tranſlationem dominij, ſi facta fuerit in alium alienatio, non obſtãte pacto, & ſecundùm hanc ampliationem fuit iudicatum in S.C. de Franch. dec. 1. nu. 4. eum citat Amed. de Pont. in tit. qui feud. dar. poſſ. n. 118.

Pactum de retrouendendo quandocunq; adiectum in inſtrumento cum iuramento an præſcribatur ſpatio triginta annorum; fuit deciſum in S.C. in cauſa Franciſci Serrano cum Cæſare Mont'Aquila in anno 1565. de menſe Iulij die 14. tale tẽpus non ſufficere, vt nouiſsimè tradit Io. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. collect. 285. *Fontanell. deciſ. 77. n. 10. quàmuis Magon. deciſ. Florent. 145. teneat affirmatiuè, Vinius dec. 424. n. 27. Maur. ſen. alleg. 105. n. 1. & 5. ſed iuxtà hanc deciſionem fuit Tholoſæ iudicatum, Io. Stephan. Duran. q. 47. vbi ex Caſſan. ait, etiam Burgundiæ deciſum.*

Pactum de capiendo ſolitũ apponi in inſtrumento ſi fuerit omiſſum per Notarium apponi, ſed tantũ clauſula cõſtituti, & precarij, an poſsit aſsiſtentia eo nõ obſtante præſtari, & præſertim ſuper bonis ſub haſta vẽditis, & à tertio poſſeſſore emptis, & poſſeſsis, generalitèr tamen hypothecatis, omiſſa

diſcuſsione bonorũ ſpecialitèr hypothecatorum, non obſtante quòd creditor partem pretij dictorum bonorũ recepiſſet, cõſentiendo venditioni, & pro dicta ſumma iura ceſſa fuere, immò debitoris bona miniſtrauerat. In anno 1547. cũ Io. Baptiſta Caputus patritius Coſentinus pro capitali ſcut. 375. annuũ cenſum ſcut. 7. cũ dimidio conſtituiſſet ſuper certis poſſeſſionibus nuncupatis S. Viti, & S. Euſtachij, indè ſub haſta venditis, poſtmodùm emptis per Berardinũ Theleſe tertiũ poſſeſſorem, qui ob defectũ ſolutionum cenſuum decurſorũ in judicio cõuentus à Mario, & Fabritio de Caputis, filijs dicti Io. Baptiſtæ ſuper aſsiſtentia bonorum prædictorũ concedenda, quatuor principales exceptiones aduerſus actorũ petitiones obijciebat. Primò, quia cũ pactum de capiendo nõ adeſſet in inſtrumẽto, nullatenus aſsiſtẽtia præſtari poterat, obſtante prag. 1. de aſsiſtent. vbi expreſsè præcipitur, tunc præſtari aſsiſtentiã, quotiès in inſtrumento clauſulæ illæ adeſſent ibi, pacti de capiendo, cũ cõſtitutione precarij peti poſſe, &c. ad quod ſubnectit Muſcat. in prax. S. C. lib. 2. p. 1. gl. 1. n. 146. & ſeq. eſſe de forma ſubſtantiali pragmaticæ, vt cum inſtrumẽto vallato dictis clauſulis cum poteſtate capiendi, cõſtituti, & precario, &c. aſsiſtentia peti poſsit, ità & talitèr ꝙ forma ipſa impleri debeat, aliàs actus corrueret, & ſic reſidet, de quibus quidẽ clauſulis pleniùs habetur per Frec. de inſtrum. præſent. p. 7. q. 3. & in tract. de ſubfeu. lib. 2. in 15. q. n. 3. & huic exceptioni replicabatur multifariàm per Actores. Primò, quia talis clauſula erat ſolita apponi in inſtrumentis, ideò pro expreſſa haberi debet, Affl. dec. 265. n. 83. & ſic in terminis omiſſionis clauſulæ conſtituti concludit Benint. deciſ. Bonon. 32. n. 6. Secundò dicebatur, per tale pactũ introductũ eſſe, licere creditori rem obligatã propria authoritate capere, ꝙ ei prohibitũ eſt, l. creditores, C. de pign. Aſcia determ. 193. n. 7. & 8. Alphan. collect. 224. Ameſc. in tract. de poteſt. in ſeipſum, lib. 2. c. 20. & ſucceſsiuè contra tertiũ poſſeſſorem, Neguſ. de pign. 4. p. n. 21. immò operatur clauſula allegata, ꝙ decretũ dici non poſsit nullũ ex defectu citationis, ità Affl. dec. 278. n. 6. Sed cũ hodiè conſultum ſit creditoribus vrbanius agere, licentiam Iudici petendo de ingrediendo, vt dixit glo. d. l. creditores, & ibi DD. & eo caſu citatio, & Iudicis interlocutoria requiruntur, ſequitur Neguſ. vbi ſup. n. 23. Anchar. in q. 25. p. 1. n. 11. latiſsimè Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 5. nu. 14. quò fit, vt pro non appoſita operetur, dùm effectũ non habet, immò nec operatur inductionẽ hypothecæ, refert Affl. dec. 201. Vltimò, & fortiùs dicebatur, ſufficere clauſulã cõſtituti, & precarij, quia vtilior eſt clauſula conſtituti, quàm precarij, Cagnol. in l. contractus, n. 26. ff. de reg. iur. Theſ. dec. 105. nu. 3. hinc eſt, quòd ſi creditor haberet pactum ex conuentione ingrediendi propria authoritate, non poſſet expellere debitorem facto reſiſtentem, niſi adeſſet clauſula conſtituti, vel precarij, Tiraq. in tract. de iur. conſtit. p. 1. in princ. nu. 37. & per tale conſtitutũ transfertur vera, & naturalis poſſeſſio, Maur. iun. in alleg. 1. nu. 6. idcircò non prohibetur creditoribus exequi poſse etiam cõtra ſingularẽ ſucceſſorem reſiſtentẽ vigore inſtrumenti vallati dicta clauſula conſtituti, & precarij, nulla facta liquidatione, cenſet Affl. in Conſt. Pacis, n. 22. & ſic decisum refert, de quo ſupra in ver. exequi, & in ſumma concludit Affl. in dec. 139. verſ. item hodiè, vbi Vrſill. n. 4. quòd vbi eſt conſtitutum, & precarium poſsit agi cõtra tertiũ bonorum poſſeſſorẽ, nulla facta diſcuſsione cõtra principalem, etiam virtute pragmaticæ, quæ incip. aſsiſtentiam. Secunda exceptio oppoſita continebat excluſionẽ actionis ſuper bonis petitis, ſtãte ſpeciali obligatione aliorum bonorum, quinimmò ex regula l. 2. C. de pignor. creditori permiſſum erat prius ſuper bonis ſpecialitèr obligatis agere, & poſtmodùm facta diſcuſsione ad alia generalitèr obligata, iuxtà formã inſtrumenti, in quo dicebatur, ẽt ſuper omnibus bonis in futurum, & vnoquoq; ipſorum, &c. & tantò magis, cùm in eodẽ inſtrumento non aderat clauſula illa, ꝙ generalis hypotheca derogẽt ſpeciali, nec è contra, quæ operatur electionẽ bonorum arbitrio creditoris; vt per Frãch. dec. 5. nu. 2. & alios citatos per Ricc. collect. 72. & 1981. Minſyng. ſingul. obſeru. centur. 6. obſeru. 94. huic obiectioni replicabatur, bona ipſa ſpecialiter obligata nõ adeſſe in poſſe debitorum, ſed tertiorum poſſeſſorũ, & ſuper illis aliàs ipſi Caputi pro conſequutione dotium promiſſarũ à Io. Theleſe patre Franceſchæ Theleſe vxori dicti Io. Baptiſtæ Caputi egerant, & excluſi fuerãt ab anterioribus, immò partim bonorũ prędictorũ ſpecialitèr hypothecatorũ fuerunt euicta, & partim cõſequuti fuere ipſi Caputi, mediante ſentẽtia M.C.V. quinimmò pro tali ſatisfactione eorũ crediti intererat eis dimiſsis bonis ipſis ſpecialitèr hypothecatis litigioſis, ſuper explicitis paritèr ſub generali obligatione contentis agere, eò quia creditor habens generalẽ hypothecã, electionem habet, in qua re velit, ſibi ſatisfieri, Anchar. in q. 25. par. 2. n. 11. quapropter & ſi ex iuris diſpoſitione cautũ ſit, vt creditor ſpecialẽ, & generalẽ hypothecam habens, priùs ad ſpecialẽ, deindè ad generalẽ poſſit deuenire, & ſic facta prius diſcuſsione ſpecialis hypothecæ, iuxtà text. in d. l. 2. de quo per Neguſ. in d. tract. in 2. memb. 5. p. n. 51. Ricc. vbi ſup. limitatur tamen, non procedere contra tertiũ poſſeſſorẽ, & ſic tex. illũ locũ habere in concurſu creditorũ, vt per eundẽ Neguſ. in d. tract. in 1. membr. 8. p. n. 20. & Franch. vbi ſup. Tertia exceptio obiecta ſuadebat, ꝙ poſtquàm Caputi partẽ pretij rei venditæ ſub haſta receperãt, & dictũ fuiſſet, quòd cederent iura pro illa ſumma recepta tm̃, per tex. in l. 1. 2. & 3. C. de remiſſ. pign. ſibi prædicauerãt, facilis reſponſio ipſorum ex actis apparebat, nã dùm fuerat depoſitũ Mario intimatũ, replicauerat cum proteſtatione ſuorum iurium, non alitèr conſentiendo venditioni, per text. in l. ſi debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu. Immò pro parte ipſorum Caputorũ præſentata fuerat cõparitio ſuper liberatione depoſiti, vbi dictũ fuerat, citrà præiudiciũ exequendi ſuper poſſeſsione alienata lite pendente dicto Horatio, & aliorum iurium, &c. vndè ius ipſorum ſemper durauit, l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pign. vbi Bart. Bal. & Salyc. l. ſicut, §. nõ videtur, vbi Bart. & l. ſi debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu. Neguſ. in d. tract. 3. memb. 6. p. n. 23. cum ſeq. Vltima exceptio erat, quòd Marius fuerat tutor dicti Berardini Theleſe, & eius bona adminiſtrauerat, & ſucceſsiuè obnoxius erat rationes reddere, nam de hoc quie-

tatio-

Digitized by Google

tationē factā ab ipſo Berardino eius manu firmatā, ſcripturarū comparitione, & teſtium cōprobatam præſentauerat, quinimmò vēditio dictarum poſſeſſionū ſub haſta occultè facta inſcijs Caputis abſq; ſolēnitatibus ex bono, & æquo per tutores nullo iure ſubſiſtere poterat, iuxtà tradita per Affl. dec. 16. Demùm facta de prædictis relatione per Reg. Conſil. Cæſarem Frecciā Patritiū Neap. in S.C. corā Reg. Conſiliarijs Rouito, & Salinas, cū interuentu Ill. Marchionis S. Angeli Præſidis S.C. & adiunctorum, nempè Riccardi, & Palatij, paritèr Reg. Conſiliar. die 11. Octobris 1614. ſeruatis ſeruandis deciſum fuit, petitam aſſiſtentiam eſſe præſtandam ſuper dictis bonis in iudicio deductis, penès Izzum pro Longo Act. Magiſt. S.C. Io. Bapt. de Thoro V.I.D. Neap.

Pactum adiectū in venditione feudi de retrouendēdo, ità quòd facto depoſito pretij parti notificato ipſo iure retrouenditio facta intelligatur, an operetur reſolutionem contractus ipſo iure; cōcluditur affirmatiuè, & ſic in facto S.C. decreuit, ſtante depoſito iā facto vigore pacti prædicti relaxandū eſſe feudum venditum venditori, & confirmatum in Collat. Conſil. in cauſa D. Marcelli Cabanigliæ Marchionis S. Marci, in Banca de Amatruda, Anell. Amat. in conſ. 62. iuſtè agit, vol. 1.

Pactum adiectum in capitulis matrimonialibus inter virum, & vxorem perpetuò cōmorandi in certo loco an valeat, deciſū fuit affirmatiuè, Capyc. dec. 135. de quo ſup. eod. verb. maritus, eum citat Marcell. Fortun. de verit. & error. 2. memb. 2. par. n. 24. in fi. & pro hac materia vide text. in l. ſeruus ea lege, ff. de ſeru. export. & quòd valeat pactum in matrimonio de habitādo in certo loco, Henric. Boich in cap. de illis, de ſponſal. Pellic. in Cōſuet. Auerſ. c. 2. n. 62. Io. Bapt. de Thoro.

Papa contra Cardinales non reſidentes in Ciuitate Romana, ſed abſentes per longum tempus quid facere debet; cōcluditur, quòd quando ignoratur, vbi eſſet talis abſens, fiat citatio per edictum, ſed quando certificaretur, citabitur de perſona, vt ad pœnas iniunctas peruenire poſſit, Affl. dec. 289.

Paragia cōmunium ſororum an ſint deducenda ab hæreditate materna, nedùm vſq; ad virilem, ſed etiam vſq; ad integras dotes bona fide datas, & cōſtitutas à primogenito abſente ſecundogenito, qui donauerat fratri ipſo primogenito omnia iura, etiam vitā, & militiam, & portionem dotiū maternarum ſibi competētium ſuper bonis vtriuſq; parentis, licèt talis donatio poſteà reſciſſa fuerit poſt donationem, quarè habenda erit ratio dotiū ſolutarum, & ſi fuiſſent exceſſiuæ habito reſpectu ad vires patrimonij, & ità fuit iudicatum in S.C. vt ſecundogenitus teneatur contribuere pro integris dotibus ſolutis per primogenitum, Franc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dat. poſſ. §. pro cuius definitionis, n. 7. fol. 5.

Paragiū an neptis petere poſſit in bonis aui, ſi fuerit dotata à patre; fuit deciſum contra neptem pluries, Franch. deciſ. 87. nu. 2. Georg. alleg. 30. nu. 22. Ricc. collect. dec. 1803.

Paragium debitū Monialibus ingreſſis Monaſteriū ſuper bonis patris quod nam erit, fuit pluries deciſum, eſſe legitimā taxatam per Conſuetudinē, quæ erit dos ſolita dari Monialibus, quàmuis poſtremò deciſum ſit, paragiū ipſum eſſe dotem ſm conſuetudinem Monaſterij, quemadmodùm cæterę Moniales habēt, Franch. dec. 44. Capiblanc. in prag. 1. nu. 78. de Baron. & Viſcont. hic alios citat DD. Ricc. collect. dec. 1803. *Molfeſ. in Conſuet. Neap. p. 4. q. 16. n. 10. D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. to. 2. controu. 10. n. 2. Barbat. de aſſiſtent. glo. 12. nu. 64.*

Paragiū à fratre ſorori debitum quantū eſſe debeat, fuit cōcluſum, & ità deciſum, quòd ſi ſoror nō erit maritata, paragiū erit vltrà legitimā, conſiderata quantitate patrimonij, qualitate coniugū, & numero filiorum, ſi verò ſoror eſſet maritata, vel ob pulchritudinē, vel à patre dotata, & perierit paragiū, tunc paragiū non erit minus legitima, Affl. dec. 160. Gramm. dec. 101. nu. 27. Franch. dec. 61. nu. 5. de Pont. conſ. 45. nu. 5. & conſ. 65. nu. 8. vol. 1. Franc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dat. poſſ. Maxil. in Conſuet. Bari, rub. de iure dotiū, §. dos à patre, n. 42. 43. & 54. Per. de Greg. in tract. de dote, & paragio, q. 32. ſub nu. 4. vbi ait, ſic pluriès fuiſſe deciſum in Regno Siciliæ, Viuius dec. 187. n. 1. idē Gramm. dec. 57. n. 6. idem Viu. in ſylu. comm. opin. in opin. 289. ſtatutū, quòd vxor, n. 2. Marant. conſ. 27. n. 3. Canner. in extrauag. Si aliquē, §. ſed quantum ſit, n. 9. Borgn. Caual. dec. Fiuiz. 29. n. 16. p. 3. Ricc. collect. dec. 13. Peregr. dec. Patau. 3. n. 5. & 9. Claud. Tutius alleg. 4. n. 5. *D. Reg. Rou. conſ. 36. ſub n. 3. lib. 2. vbi hanc deciſionē declarat qualitèr procedat, & D. Reg. Hect. Capyc. Latr. dec. 59. nu. 14. & dec. 99. n. 24. Barbat. de aſſiſt. gl. 12. n. 70. Lel. Caput. in Conſuet. Si moriatur, par. 2. §. 13. nu. 14.*

Paragiū an debeatur ſorori in capillo, ſi fuerit dilatio interpoſita in maritādo eam, ob quod à domo hæredis egreſſa aliundè alimenta perceperit; fuit deciſum, paragium cōpetere ſorori in bonis maternis, paternis, atq; auitis vnà cū alimentis à die, quo egreſſa eſſet à domo fraterna, alimēris compenſatis, Ann. alleg. 70. Ricc. collect. dec. 1803. *Camillus Laratha in theatr. feudal. part. 1. dilucid. 66. n. 8. vbi alias deciſiones conſimiles adduxit.*

Paragium an aliquādo ſit minus legitima, fuit per S.C. deciſum in pluribus cauſis, paragiū eſſe minus legitima, vt in filijs Magnatum, tunc .n. attenditur paragium, cum quo poſſit aptè nubere pari, & ità refert Capyc. in addit. ad Conſuet. Eas autē, incip. an mulier excludatur, fol. 74. vbi etiā ponit, quandoq; eſſe legitimā, quandoq; plus legitima. & ità in alia cauſa fuit iudicatum, refert Camill. Salern. ibid. in addit. incip. paragium quid ſit, in princ. fol. 95. verſ. quòd autem dicat, & idē Capyc. vbi ſup. paritèr concludit, aliquando paragiū eſſe legitimam, nō enim debet eſſe minus legitima in hęreditatibus nō ità opulentis, & ità fuit bis iudicatum, quòd tale paragium ſit legitima, ità Nicol. Maricon. in add. ad d. Conſuet. Eas autem, incip. quòd tale paragium, f. 94. & ità aliàs fuit per S.C. determinatū, & habitus fuit reſpectus ad legitimam, Vinc. de Frāch. ibi in add. incip. circa paragium; & ſubdit ibid. Io. Ang. Piſanel. in add. incip. circa paragium, f. 94. fuiſſe iudicatū in S.C. quòd dos eſſe debeat vſquè ad portionem virilem, vt ſi ſuccederet, quia cum legitima nō poterat nubere, & per conſequens attēditur, vt poſſit nubere pari, ità quòd ſi cum legitima non poſſit, habebit portionem, nō autem vltrà portionem, ne melioris ſit conditionis, quàm maſculus, & Franciſc. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dat. poſſ. §. & ve-

niendo ad primam,ſub n.8.col.17.fol.164.annuit, paragiũ eſſe minus legitima,ſi legitima exceſſerit dotes conſuetas dari;& ità fuit iudicatũ in pluribus cauſis. *Borrell.in ſumm.deciſ.tom.3.tit.4.n.*175.

Paragium an petatur contra tertios poſſeſſores bonorũ hæreditariorum per hæredes venditorum; fuit deciſũ in S.C. quòd ſic,licèt cauſa deciſionis fuerat,quia emptores emerant valdè minori pretio dicta bona, quæ valebant, & ità hoc deductũ fuerat,& verificatum in proceſſu pro parte Actorum,Camill.Salern.in Conſuet.*Si* qua mulier, incip. quoniam tractat hic Napod.fol.208. Molfeſ. in comment.ad Conſuet.Neap.p.3.q.1.num.3. & p.4.q.14.*Barbat.de aſſiſtent.glo.*12.*n.*56.*&* 57.

Paragium an debeatur ſorori reſpectu bonorũ,quæ obuenerunt fratri,de cuius ſucceſſione tractatur: fuit deciſum,quòd non, Fęlix de Rub.in add.poſt Conſuet. impreſſ. in Conſuetud. Si quis, §. quod autem,fol.3.incip.in eadem Conſuet. *Si* quis.

Paragium an debeatur ſorori reſpectu bonorũ nouitèr quęſitorum,licèt in hoc fuerit reſeruata melior deliberatio,tñ quia verba Conſuetudinis faciũr in contrariũ, eò quia ſimplicitèr loquũtur in tranſuerſali,vt non debeatur legitima,videtur, ꝙ nõ debeatur paragiũ, niſi in ſubſidiũ,prout eſt de iure communi,& ſic fuit deciſum in S.C.Fęlix de Rub.in add. poſt Conſuet. impreſſ.in Conſuet.*Si* quis,§.ꝙ autem,f.3.incip.in ead.Conſuet.Si quis.

Paragium an debeatur filiabus legatarijs pro dotibus datis per feudatarium; fuit iudicatũ per Regem cum eius Cõſilio, dotes deberi tàm per emptorem feudorum,quã per alios emptores aliorũ bonorum,quæ fuerunt teſtatoris,& illis debeatur paragium de iure,& virtute legati,Loffred.in paraphr.feud.ſuper Andr.in cap.1.§.quid ergo,de inueſt.de re alien.facta,verſ.in ſecunda columna, ibi vel eſſet onus feudi.

Paragium dotis an petere poſſit mulier nupta cum dote à patre legata ſuper bonis fideicõmiſſo ſubiectis, in quibus ſucceſſerat aliquis de familia, iuxtà formam diſpoſitionis teſtatoris;cõcluditur, quòd nõ,ex duabus rationibus.Primò,quia auth. res,quæ loquitur in ſubſidium aliorum bonorum, ac ſtantibus bonis feudalibus, & allodialibus ceſſat talis concluſio. Secundò,diſpoſitio d.auth. regularitèr procedit in muliere non nupta, ſecus autem in nupta,ex quibus conuentus abſolui deber,vt cõcluditur per Reg.de Pont.conſ.45. vol.j. Franciſcus,& conſ.47.eod.vol. audiui partem, in fine tradit, iuxtà prædicta iunctis aulis per S. C. fuiſſe deciſum in fauorem prædicti fideicommiſſarij, excluſis fœminis, dùm loquatur de eadem materia,& inter cętera de prædictis.

Paragium an poſſit filia petere,ſi fuerit dotata à patre,licèt videatur eſſe minus legitima;cõcluditur, quòd ſic per Reg.de Pont.in conſ.65.vol.j.in terminis tamen,vt audiui,fuit cõtra filiam deciſum, & licèt in reclamatione fuerit cauſa tranſactione ſopita,& ipſemet Reg.de Pont.in tract.de poteſt. Pror.tit.9.de ſucceſſ.mulier.in princ.nu.2.referat, in caſu iſtius conſil. fuiſſe deciſum pro fratre opponente, dotem legatam à patre duc.50.mil. eſſe congruam,& vnam de maioribus,ſecundùm morem Regionis, cum qua ſatis decentèr nupſerat pari, dùm prætendebat legitimam aſcendere ad duc. pluſquàm 100.mil. in cauſa Duciſſæ Andriæ cum Principe Hoſtiliani,& idem in cauſa Duciſſæ Nuceriæ cum eodem Principe refert fuiſſe iudicatum, quàmuis in reclamatione fuiſſet tranſactum, ex quo filia parum, aut nil habuerat ex bonis maternis, & paternis, cui alia ſumma fuerat aucta,Molf.in Conſuet.Neap.p.3.q.7.n.12.

Paragium regularitèr non poteſt excedere virilem, licèt ſit loco legitimę,& debeatur condictione ex lege ex cauſa cõgruę dotationis,à qua excluditur mulier, an ſi frater donatarius exceſſerit dotando ſororem vltrà paragium,ſi fuerit poſteà dicta donatio reſciſſa, poterit impugnare paragium vltrà virilẽ ſtatutum; concluditur, quòd ſic,& ità fuit iudicatũ in S.C.ex quo donatarius credebat donationem ſibi factam perpetuò manſurã, & irreuocabilem, & propterea tãquàm de ſuo patrimonio potuit eſſe liberalis,quod facere poterat,etiã ceſſante donatione,attenta fratris abſentia,nam tunc frater præſens poterat ſororem communem dotare de communibus bonis, etiam vltrà virilẽ, ſi qualitas perſonarum hoc exigeret, vt cõtraheretur,& matrimonium condecens fieret, Franc. de Amic.in c.1.de ijs, qui feud.dat.poſſ.§.pro cuius definitionis,n.7.f.5.& 6.& in §.& veniendo.

Paragium quomodò taxãdum ſit in maritata;fuit in caſu occurrenti liquidatũ reſpectu legitimæ, Io. Ang.Piſanell.ad Affl.dec.160.ſeù 159. vbi refert, id fuiſſe deciſum in S.C.die 6.Septemb.1548.referente D.Minadoo in cauſa vertẽte inter Ferdinandũ Robertũ,& Hyeronimum Funatũ petentẽ paragiũ ſpectans ad ſororẽ vterinam,ꝙ fuit liquidatum reſpectu legitimæ, Ricc.collect.dec.746.

Paragium debitum per fratres ſororibus,ſi decederent ſorores antè nubilem ætatem an tranſmittatur ad hæredes; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec.618.Molf.in comment.ad Cõſuet.Neap. p.4. q.15.n.6.Ricc.in collect.dec.13.Mormil.in Conſt. In aliquibus,n.21.& 35.*D.Reg.Fab.Capyc.Galcot. tom.2.controu.*15.*nu.*23. *Cutell.de donat. diſcurſ.*3. *par.*6.*n.*66.*Barbat.de aſſiſtent.glo.*12.*nu.*69. *Bilocta concl.feud.*84.

Paragium debitũ filijs fœminis deſcendentibus ex aliquo donatario,& ſic in donatione facta per donantẽ contẽplatione matrimonij conuentum certorum bonorũ cũ onere paragij, an debeatur filię donatarij,quæ poſt matrimoniũ contractum illud petierat, ceſſante cõditione in donatione paragij contenta,nõ obſtante albarano facto per eam cũ dotãre, vbi iura ſua renunciare promiſerat ei, habita certa ſumma pecuniarum, ſimilitèr & tranſactione inter eos inita,per quam apparebat,eſſe ſecundam donationem reuocantem primã factam à donante, ob quod ius non alitèr quæſitum erat antè acceptationem donatario per ſecundã donationem, obſtante læſione. Nec demùm auth. res, quæ,C.commun.de leg.militare in contractu, ſed in fideicommiſſo, & in fideicommiſſario non habente alia bona libera,deciſũ fuit per R.C.S. die 24.Ianuarij 1617.referente tunc Præſidente R.C. D.Petro Iordano Vrſino,reſciſſa tranſactione, & inſtrumento in actis deductis, paragiũ petitũ deberi ſuper domibus in actis deductis, liquidandũ tempore exequutionis,pęnès Longum Act.Mag. in cauſa D.Portiæ Caracciolæ Duciſſę Cercę maioris cũ Paſchale Caracciolo,& Reg.Fiſco,D.Camill.de Laratha conſ.112.in cauſa D. Portiæ.

Para-

paragium non tantùm reſpectiuè ad feudalia, quàm etiam ad burgenſatica debetur, & ità pluries decisum fuiſſe in S.C. teſtatur Affl.in rubr.Conſt.de ſucceſſ.filior.Comit.& Baron.quē ſequitur Auell. Amat.conſ.11.nu.23. *Andr.Capan.de iure adhoa. q.24.nu.23.& q.26.nu.42. Ioſeph Mele in addit. ad Conſiliar.Gizzarell. dec.36.n.26.*

Paragium debitum ſorori an concurrentibus creditoribus fratris cum aſſenſu ſuper feudo cum prælatione ipſorum debeatur ad excluſionem paritèr dictorū creditorum; fuit deciſum iunctis Aulis in S.C. affirmatiuè in cauſa D. Antonij Carafæ cum eius ſororibus, & in cauſa ſororis Iuliæ Dèricis cū fratribus de Tagliauia, ad relationē Regij Cōſil. Patigni, vt refert Anell.Amat.conſ.42.egit Antonicca, nu.9. & ibidem refert, in caſu ſuo deciſum fuiſſe, vt Monaſterium nomine Monialis petentis paragium præferatur in bonis maternis, creditoribus ēt paternis habēribus aſſenſū, dū tamē mater potior exiſtat ſuper bonis viri, in cauſa D. Antonicchę de Loffredo, ſeù Monaſterij Dōnæ Reginę.

Patentela an ſufficiat probari, etiam φ gradus non diſtinguantut ab obtinendum legatū factum alicui familiæ; fuit deciſum, φ ſic, Vrſill.dec.25.nu.7.

Paries intermedius aſtricorum debet eſſe palmorū octo iuxtà Conſuetudinē Neap. Si quis, de apert. non facien.& ob id in S.C.die 4.Iulij referēte Domino de Altomare fuit condemnatus Proſper de Duce ad erigendum murum iuxtà formam Conſuetudinis, Actuar.Io.Portio, vt refertur in Repertorio Conſuet.Neap.in verb.paries intermedius.

Pars pretij feudi donari an debeatur ob ſeruitia; fuit deciſum, quòd ſic, Ann.in ſing.201.feudi, Petra ad Capyc.dec.2.Ricc.collect.dec.609.

Pars colligitās an poſſit ſe opponere aduerſus capita recuſationum Iudicum, nam videtur affectare Iudicem, licèt dicatur, quòd nō, quod vſq; ad hodierna tempora fuit obſeruatum, tamen in cōtingenti caſu in Collat.Conſil.fuit contrariū deciſū, & ſimiliter in multis alijs cauſis, ob quod inoleuit practica introducta per Præſidem S.C.vt altera pars interueniat, ſi voluerit ad dicēdū, qd occurrerit circa capita propoſita, Reg.Tap.in annot.ad Rit.265.itē ſi contingat, Iudicē ordinariū, ſub n.7.

Pars an admittatur ad probandum per rei euidentiam poſt didicita teſtificata; concluditur, quòd ſic, & ità practicatur in S.C. Affl.dec.216.n.3.

Paſcua ſumere cum animalibus in alieno territorio per diem vnum, & vnam noctem cuilibet pertrāſeunti permiſſum eſt, iuxtà Conſtitutionem Regni, niſi illa Terra fuiſſet bannita, vt nullus præſumeret paſcua ſumere ſub pęna vnciarum, &c. nā tunc non poterit ibi pernoctare, vel paſcua ſumere, & ità fuit obtētum in M.C.V. Affl.in c.1.§.quicunquè, de pac.tenend.n.3.vbi plurifariā limitat.

Paſcua ſi ſint ſolita à Barone fidari aliqbus vaſallis exteris, qui p 30.annos, & plus præſcripſerūt tale ius, an Baro denegare poterit ius prędictū ob inopiā paſculorum; fuit deciſum, ex quo facta fuerat fides, φ Dominus territorij, & eius vaſalli erant augmentati in animalibus, & territorium nō ſufficiebat ambobus, quòd liceat Domino territorij ſolitos affidare prohibere ab vſu territorij, nec teneatur eos affidare, Affl.dec.290.à nu.6.ad fin. eum citat Surd.in deciſ.236.nu.20. Aloyſ.de Leo l.Præſes, C.de ſeruit.& aqua.nu.5.Valaſc.dec.Luſitan.192.n.5.Polydot.Ripa in eius obſeru.332.& 333.*Fontanell.dec.164.in fine.*

Pater an admittatur ad ſucceſſionē filiæ in dotibus datis per fratrem cū pacto, ſi ſine liberis deceſſerit ſoror, vel cum liberis, decedentibus tamen in pupillari ætate, & facto caſu mortis filiæ maritatę decedentis cum filijs, in pupillari ætate decedētibus; fuit deciſum, quòd non, Franch.deciſ.491. Io. Franc.del Caſtillo dec.Sicil.25.n.11. *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.10.p.1.n.10.*

Pater an admittatur ad ſucceſſionem filiorum decedentium cum matre vnico cōtextu, nec appareat, quis eorū primò deceſſerit, fuit conuētus abſolutus in alia cauſa, dū priùs filij prēmortui pręſumebantur, quando verò ſumus in dubio, ſed reſeruatū viro ius ſuccedēdi per titulū vndè vir, & vxor, ſuccederet, Franch.dec.454. Molfeſ.in Commēt. ad Cōſuet.Neap.p.4.q.59.n.17. *Taſſon.de anteph. verſ.13.obſeru.1.n.28.verſ.92. præſumitur.*

Pater filio in balium datus quamuis impotens an debeat habere ſalarium de eius adminiſtratione; fuit deciſum, quòd non, Fraoch.deciſ.340. Ricc. collect.dec.1628. Maſtrill.in tract.de indulr.c.2. n.36.ad 39.citat iſtam deciſionem.

Pater an ſuccedat ſolus filio in bonis per eum donatis, vel inſimul cum fratribus vtrinq; coniunctis, ſi præmoriatur; fuit deciſum, ſuccedere cum fratribus vtrinquè coniunctis, Franch.deciſ.59.Georg. alleg.17.nu.15. Vrſill.dec.315.de Ponte conſ.19. nu.21.& 68.vol.1. Viui.dec.421.nu.26.Milanenſ. dec.Sicil.3.lib.3.n.87.Borgn.Caualc.dec.Fiuiz.31. n.13.p.4. Ricc.in collect.dec.15. Molfeſ.in addit. ad eius Comment.ſuper Conſuet.Neap.p.4.q.36. Paſchal. in tract.de vir.pat.pot.p.1.c.4.num.69. *Camill.de Medic.conſ.99.n.26.& ſeq.D.Conſ.Theodor.alleg.28.n.2.& alleg.33.n.28.& 31.Fontanell. de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.3.p.2.n.62. Barbat.de diuiſ.fruct p.2.c.3.n.155.& c.14.n.40.Greuens pract. concluſ.lib.2.concl.40. conſid.1.*

Pater ſuccedēs in feudo antiquo, & paterno per ipſum filio donato, & refutato contemplatione matrimonij, eo defuncto an teneatur ad ſolutionem debitorum medio tempore contractorum per filium, nō obſtante patris prætenſione de feudis reuerſis ad ipsū ex prima cauſa, ſeù primæuo iure; fuit deciſum, patrem ipſum vt hæredem in feudo teneri ad onera hæreditaria pro cōcurrenti valore feudi, Frāch.dec.3.& ibi Viſcont.in addit.Mormil.in Conſt.Vt de ſucceſſionibus, nu.31. Georg. alleg.17.nu.4.& 16. Franc.de Amic.in c.1.de iis, qui feud.dar.poſſ.§.prodeſt iſte, n.2.fol.131.Reg. de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.8.in princ. n.14. vbi paritèr decidit, quòd feudatarius ſuccedens ei, cui refutauit vt hæres tenetur ad releuiū, & crediroribus illius, & ità nouiſſimè deciſum, & Milanenſ.deciſ.Sicil.8.lib.1.nu.289.vide eundem Reg.de Ponte in prælud.feud.n.104.Iacob.Thoming.dec.Lipſiæ 27.Octau.Bamnac.in c.ſi minori, ſi de feud.defunct.cont.&c. *Iul.Caſ.Gallupp.in method.feud.p.2.c.vlt.n.35.Camil.Larath.in theat. feudal.part.12.diluc.67.*

Pater an dicatur eſſe in ægeſtate, ſi eius ſubſtantia nō ſuppleret ad dotandum omnes eius filias, ſed vnam tantùm; fuit deciſum, non eſſe in cōſideratione paupertatem patris, cū eius inopia conſideretur reſpectu certi effectus, ſcilicèt dotis promiſſæ,

ſæ, Affl.dec.179. Maſcard. de prob.concluſ.1155. n.12. Genuenſ. in praxi Cur.Archiep.Neap.c.25. nu.8. Ricc.collect.deciſ.164. Alphan.collect.218. Anchar.q.33.p.1. *Borrell.in ſumma deciſ.to.3.tit.4. n.36. Cutell.de donat.to.1.diſcurſ.2.partic.11.n.31.*

Pater an ſuccedat filio nato in octauo mẽſe in dotibus maternis, ad quas filius ſucceſſit ob mortem matris, & breui manu mortuo filio ad patrem; fuit deciſum, quòd non, quia natus in octauo menſe non præſumitur viuere, & ſucceſſiuè fuit vir condemnatus ad reſtitutionẽ dotis patri vxoris præmortuæ, Affl.deciſ.236. Michael Craſſ.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt. §.fideicommiſſum, q.33.in fin.& §.teſtamentum, q.36.n.19. Maſcard.de prob.cõcl. 1151.n.6.& concl.1089.n.1. Boer.dec.220. Peregr. de fideicomm.art.43.n.30. Pellicc.in Conſuetud. Auerſ.c.5.nu.17.& c.3.nu.61. Piſanell.in addit.ad Affl.in dicta deciſ.dicit, ità deindè fuiſſe deciſum, Borrell.conſ.28.n.1. Borgn.Caualc.dec.Fiuiz.16. p.3.nu.26. Alex.Trentacinq.in tract.de ſubſt.p.4. c.7.n.77. Pariſ.conſ.56.vol.2.nu.6.& 7. Hieron.de Laurent.dec. Auenion.178. Mainard.dec.Tholoſ. 77.lib.5.n.6. Tiraq.l.ſi vnquàm, verſ.ſuſceperit liberos, n.167.C.de reuoc.donat. Mart.vot.55.n.7. Ioſeph Ludou. in concluſ. tit. de Nato in octauo menſe, concl.vnica, Phanuc. de lucr.dot. gloſ.11. nu.3.& 7. *D.Reg.Conſtant.in l.ſi quis decurio, C.de decurion.lib.10.n.24.latiſſimè Arumæus dec.Ienẽſ. vlt.n.50.p.2.Marius Muta in Cõſuet.Panorm.c.44. n.95.& ſeq.Moller.lib.3.ſemeſtr.c.28.contra iſtam deciſionem inuehit.*

Pater an teneatur ad debita contracta per filiũ inſtitorem, permittens, ipſum negotiari per multum tẽpus, nec cõtradicẽs talibus illius negotijs quaſi ex tacito mandato eius ad negotiandum, Affl. in dec.308. videtur inclinare, quòd ſic, licèt cõtrariũ tenuerint alij Conſiliarij, & ſic cauſa non fuit ſententialitèr terminata, ſed trãſactione finita, ſed ibi latè Vrſill. contra Affl. opinionem inuehit, Muſcat.in praxi S.C.p.3.gloſ.cõparentis, n.35. Borgn. Caualc.dec.Fiuiz.31.num.16.p.1. Tap.in rubr.de Senat.Conſult. Macedon. in 4.par.iur.Regn.n.6. Marc.Ant.Bellon. deciſ.Genuæ 14.n.78. cum ſeq. *Ioſeph Ludou.dec.Lucenſ.55.n.1.*

Pater an poſſit bona filij aduentitia alienare; cõcluditur, quòd pater vt tutor, vel curator filij nõ poteſt bona filij aduentitia alienare ſine decreto Iudicis, ſecùs quando iure patrio alienaret bona filij minoris aduentitia; tunc enim non requiritur Iudicis decretum, maximè quando immineret æs alienum ex perſona illius, cuius fuerũt bona, quæ peruenerunt ad filium, tunc pater poterit vẽdere bona filij, & de pretio ſatisfacere creditoribus, ſed in occurrenti caſu nec æs alienum, nec decretum interuenerunt, meritò vẽditio nulla, & inualida fuit reputata, Affl.dec.393.nu.1.& 2. vbi latè proſequitur Vrſill. & ità determinat ſub num.7. Franch.dec.665. Ricc.collect.dec.345. Maur.iun. alleg.73.n.13. *Pereira dec.Luſitan.19.n.3.*

Pater an poterit diſponere de feudis, filium ingratũ ex iuſta cauſa exhæredando, cõcluditur, quòd ſic, maximè quando feudum à patre proceſſiſſet, ſecùs in feudo antiquo paterno, & ità in cõtingẽtia facti annuit, eſſe ſeruatũ Vrſill.dec.119.n.7.& 8.

Pater tenetur filio agenti cõſentire etiam captis pignoribus, & ità fuit practicatum, Ann.ſing.376. pater. & in Conſt.Conſtitutionem, num.203.

Pater an ſit inueſtiendus de feudis per eũ filiæ refutatis, vel ſoror mortua filia; fuit deciſũ in R.C.& in S.C. quòd inueſtitura patri concederetur, Ann. in repet. rubr. de vaſall.decrep.ætat.nu.403. cum ſeq. idem in matre, ſuprà eod.verb.mater.

Pater refutans ſi ſucceſſerit filio an teneatur ad debita filij, fuit deciſum in S.C. patrẽ ſuccedere tanquàm hæredem, ideò teneri ad debita, Ann.in reperit.rub.de vaſall.decrep.ætat.n.366. quem citat licèt antè eum Lanar.conſ.68.in fin. & ſuprà eod. verb.pater ſuccedens, *Camill.Larath.in theatr.feudal.to.1.p.9.dilucid.28.n.3. Biloct.cõcl.feud.24.n.9.*

Pater an poſſit excluſa filia primogeniti præmortui pactum facere pro excluſione fœminarum, vt ſuccedant maſculi tantùm, congruè tamen offerens dotare primogeniti filiam; fuit deciſum, quòd nõ, ſed ꝙ ipſa ſuccedat in feudis, Frecc. de ſubfeud. lib.2.in 1.q.incip.ſupereſt aliqua, n.13.

Pater ſi ſtipulatus fuerit, dotẽ reddi filiæ, & hæredibus eius, vel patri, & eius hæredibus, an pater cẽſeatur admitti pro filia, ità quòd non veniat tanquàm hæres filiæ, an verò videatur ſtipulaſſe pro ſe nomine proprio; fuit in S.C. deciſum, quòd videatur ſtipulaſſe nomine filiæ, Fœlix de Rub. in Conſuet. Si qua moriẽs, in addit.incip.vide plenè per Luc.de Penn.fol.4.à t.poſt Cõſuet.impreſſ. *Io. Caſtagn.in tract.de benef.deductio ne egeat, q.1.n.12.*

Pater poteſt feudũ nouum, & etiã antiquũ, dũmodò ſit hæreditariũ aſſignare vni ex filijs, & in totũ legare cũ cõſenſu Domini, aliàs ſecùs, ſi eſſet feudũ ex pacto, quia non poſſet in totũ legare, ſi conſenſus Domini non interueniſſet, & ità ego Io.Angelus obtinui in cauſa Baronis Mãdatorum cũ Oriſcella nepte cõtra D.Matthęũ de Afflicto tũc Aduocatum, & fuit in ſecũdo anno mei Doctoratus, inquit Piſanel.ad Affl.dec.119.col.3.verſ.ſit mihi.

Pater an poſſit agere bãnito filio, & exercere actionẽ, Alber.in l.3.§.filius, ff.ꝙ quiſq; iuris, & Nell.de bannit.2.p.1.temp.q.6. cõcludunt, ꝙ ſic, & ità fuit deciſum in S.C. die 1. Aprilis 1558. iunctis Aulis, referente Tapia Iudice M.C.V. in cauſa Iuliani Parlãtis cum Octauio Scãnaſorece, penès Iordanũ Actuar. vt refert Iacob. Anel.de Bott.in addit. ad Bar.in l.ſi ſine, §.qui patris, ff.rẽ ratam haberi.

Pater an poſſit præſeruare ſucceſſionẽ filiæ primogenitæ maritatæ, & dotatę in ipſo actu dotationis in præiudiciũ ſecũdogenitæ; fuit deciſum, ꝙ ſic in cauſa Status Amatricis, Reg.de Põte cõſ.20. duo ſunt iudicia, n.56.vol.1.& conſ.21.nu.33.eod.vol.

Pater cũ aſſenſu an poſſit ex cauſa diſponere in beneficium ſecundogenitorum; fuit ſępiùs iudicatũ quòd ſic, dummodò ſincerè, ceſſãte dolo, & fraude fieret, Minad.in Conſtit. In aliquibus, in princ. nu.7. eum citat Reg.de Ponte in tract. de poteſt. Proreg.tit.6. de aſſenſ.Reg.ſuper dot.§.2.n.13.

Pater an poſſit remittere iniuriam factam filio, tàm deſcendẽtem ex lege Prætoria, quàm ciuili ex lege Cornelia; fuit deciſum, quòd cõſenſus vtriuſq; requiratur, præterquàm quando non interueniũt cędès, & verbera, Frãch.dec.715. Ric.collect.dec. 292. Carrab.ſing.74. *Reg.Rou.dec.49.n.9.& 11.*

Pater an in pręiudicium primogeniti poſſit alienare feudum antiquum in ſecundogenitum; fuit deciſum in S.C. quòd non in cauſa illorum de Bozzutis, Io.Aloyſ.Mormil.in ſuis ſing.ad Conſt. Vt de

ſuc-

ſucceſſionibus, n.2.& ibi in ſeq.numero declarat deciſionem prędictam,niſi aſſenſus Regius interuenerit, & fuerit impetratus ex certa ſcientia, factaq; expreſſa mētione de filio primogenito, licèt in contingenti caſu ab eo relato fuiſſet aſſenſus denegatus per Collat. Conſil.

Pater naturalis filium ex concubina habens naturalē elapſo triennio an poſſit illum agnoſcere, & in eius domū traducere ex domo dictæ concubinæ, aſſerentis,illum nō eſſe filium petētis,ſed alterius viri, & ſi per fidem baptiſmi cōtrarium appareat, & quatènus vera eſſet patris prętenſio,dū in neutri poteſtate exiſtat, cui ipſius filij educatio decernēda ſit:Incidit quæſtio talis in M.C.decidenda diebus ijs proximè elapſis,cùm pater quidam filium cū concubina procreaſſet, cupiēs indè ipſū agnoſcere,& in ſuā poteſtatē redigere,eiq; alimēta præſtare,ac ex cōcubinæ domo ad ſuā traducere;ſe oppoſuit eadē mater,aſſerendo,nō aliter eſſe ſuū filiū,ſed alterius viri,& propterea repellēdus ab impetitione infantis, & dato,& nō conceſſo,ꝙ appareret,eſſe ſuū,educatio illius nō alteri, quàm matri decernenda omni iure erit, hinc audita rei huius ambiguitate,breuitèr infraſcripta adnotare libui antequàm ad deciſionis relationē deueniā pro illius declaratione. Et ſi diuinum Salomonis iudicium inter duas illas mulierculas de infantis agnitione diſceptantes,cui potiùs ipſarū aſſignari debuerat,priùs enim Sapiētiſſimus Rex de veritate maternitatis agnoſcere propoſuit, iubens, puerū diuidi, vt alterutri pars pueri tribueretur, dixitq; afferte mihi gladiū, &c. quo ſiquidèm ad maternas aures peruento, commotiſq; illicò eius viſceribus rogauit Regem,vt puer viuus non veræ matri daretur, potiuſquàm vtriſquè mortuus, ſicq; vera maternitate detecta mandauit,illi puerum viuum reſtitui,vt legitur in lib.Reg.3. c.3.de quo in c.afferte, de præſumpt.cuius quidèm exēplū imitatione dignū aſſequēdo inter patres propoſiti caſus de infantis altercatione colluctātes, operæpretium duxi priùs de paternitatis cognitione diſſerere, & poſtmodùm de alimentationis onere, & cui loco ſubminiſtrādæ, vt veritati quæſtionis locus ſit,illud enim priùs præludij loco aduertēdum cenſui,iudiciū agnitionis paternitatis, & filiationis cōmune eſſe inter patrē,& filiū,ſicuti .n. filius patrē agnoſcere nō vetatur,ſic ē cōuerſo pater filiū, & actione in iudicio experiri de liberis agnoſcendis,vt per Spec.in tit.qui fil.ſint legit.n.2.& in ijs, vt plurimū, Iudicis verſatur officiū,l.ſi quis à liberis,in princ.ff.de lib.agnoſ.quod non ſolùm ergà filios in poteſtate poſitos verſari cernitur, ſed pariter ad eos,qui nō ſunt ex aliqua cauſa in poteſtate cōſtituti,vt ex d.l.colligitur ibi, & magis puto, ꝙ ex ſubſequentibus verbis apertiſſimè demonſtratur,ibi, præſertim vulgò quæſitos liberos alere,ad ꝙ glo.allegat §.oportet,auth. quib.mod.nat.effic.ſui, licèt autem in huiuſmodi actionis propoſitione excogitandū ſit,an ordinariè, vel ſūmariè agatur,etenim ſi ordinariè de filiatione actū eſſet, tūc probata filiatione procul dubio iudiciū determinaretur, ꝙ potiùs actori id proponēti onus probādi incumbat:hoc eſt ſiuè filio agēti de filiatione aduerſus patrem, ſiuè patri aduerſus eum, de cuius probationis veritate potiſſimū illegitimorū ſatis erit videre penès Berouq.91.Gozad.cōſ.13.And.Gayl pract.obſeru.lib.2. obſer.97.Maſcar.in tract.de prob.to.2.concl.789. n.25.verſ.nonò amplia,quē ſequitur Marcell.Cala de mod.artic.§.2.gloſ.vnica,nu.284.vltrà Matt. in vot.26.de quo latè ſuprà eod. verb. filiatio, in ſummario aūt iudicio dū ſub dubio verſamur, nō ex matris incertitudine, ſed patris, eò ꝙ reſpectu ipſius matris ēt meretricis,& nō nuptę præſūptio filiationis probatur,vt voluit ibi Bero.n.3. nō tamen reſpectu patris,vt n.10.& 11. ſubnectit,proptere a filiationis probatio ex parte patris difficilis dixit Andr.Gayl.vbi ſuprà n.3.quibus accedat hæc mulieris aſſertio cōtraria,affirmātis, non eſſe eius filium,ſed alterius viri,& iſto caſu filiationis poſſeſſio reijcit onus probādi contrariū in aduerſariū, ſequitur ibi Gayl.n.19.quocircà de fide baptiſmi nulla in hoc caſu credulitas iuuari poteſt, dictū filiū eſſe filiū dictæ mulieris, & ipſius petētis,poſtquā liber baptiſmi non probat,quē eſſe filiū alicuius, vt dixit ſingularitèr Matt.in d.voto 26.n.8.& ſubdit n.9.librū baptiſmi probare ætatē de cōſuetudine,non aūt cōditionē nataliū, immò & filius natus ex ea, cū qua quis habet conſuetudinem extrà domum, non præſumitur conceptus ex illo, niſi probetur,ꝙ nemo alius cum ea habebat conſuetudinem, Alciat.in tract.de præſumpt. in præſumpt.37.reg.3.n.4. in filiatione enim tempus conceptionis,& natiuitatis attēditur, vt cēſet ibi Gayl.n.22. ſed ijs nil opitulantibus cōtrarium fortè in ſūmario iudicio apparere pōt,cùm ex iuris diſpoſitione pater certus eſſe poſſet, vt notat ibi Berous n.5.ꝙ ex coniecturis,& legis præſumptionibus demonſtratur,Paleot.in tract.de not.& ſpur.c.21.ſub n.1.eò ꝙ legū præſumptiones liquidiſſimas probationes eſſe cēſet ibid.Gayl ſub n.3. certū .n. in facto demōſtrabatur,patrem iſtū vendicantē rē habuiſſe cū iſta muliere per certū temporis ſpatiū, vndè filius procreatus exiſtit,nec ex aduerſo inſtingitur rei veritas, hinc pater iſte filiū agnoſcēdo,ſic nūcupando, in iudicio cernitur, in quaſi poſſeſſione paternitatis exiſtere,& ob id filiationis quaſi poſſeſſio ex ſola nominatione ſufficit in præparatorijs iudiciorū, ſecùs in deciſorijs,idē Gozad.in d.conſ.13.n.14.& 53.quò fit vt exiſtens in quaſi poſſeſſione filiationis, releuetur ab onere probandi, Bellon.conſ.35.n.3.Paleot.in d.tract. c.22.n.6. ad conualidandum inſupèr iuris præſumptionem,ſi filius in dubio naturalis præſumatur illius, qui ſuis ſumptibus mulierē detinet, notabilitèr idem Paleot.in d.tract. c.26.n.3. & 4. ſub diſtinctione tradit, quòd aut quis mulierem quandocunquè apud ſe conſuetudinis gratia domi propriæ alat,& retineat,partum indè editum, illius ferè ſemper iudicādum, quamuis & ab aliorum concubitu illa interim nō abſtinuiſſet,quò ad vxoris,& concubinæ exemplum inductum eſt,allegat Abb.in c.per tuas,col.1.de prob.quēadmodū enim filius ſpurius natus ex adulterio præſumitur legitimus, & ſic filius patris, & matris, vt per Alex.cōſ.88.n.8.lib.7. Caſtrēſ.cōſ.277.col.fin. Sylua nuptiā lib.1.n.51. latè Alciat.in d.tract. de præſumpt.in præſumpt.37.reg.3.n.4. Paleot.in d. tract.c.22.nu.3. Duenn.in reg.344. in tantum eſt verum, quòd in eo caſu non crederetur matri alitèr aſſerenti, vt ſubdit ibidem Sylua nupt.nu.50. Andr.Gayl.ibidē n.7.Bellac.& Donat.à Fin.inter comm.

comm.opin.lib.4.tit.de prob. & præſumpt.n.359. Gomeſ.in l.9.Tauri, n.3.alios citat Viui.in ſylua commun.opin. in opin. 170. & Duenn. vbi ſuprà n.4. ità pari modo filius natus ex vnica concubina domi retenta præſumitur ipſius concubinarij, vt in terminis concludit idem Gomez.loc.cit. nu. 12. Alciat,ibi n.3. & Duenn.ibid.n.3. Andr.Gayl. loco citato,n.12. vbi ampliat, concluſionem allegatam confeſſionis matris etiam procedere ad concubinam domi retentam,quod dictũ ſequuntur idem Bellac.& Donat.à Fin.vbi ſuprà nu.360. ſed quantum pertinet ad concubinam extrà domum retentam, ſi filius ex ea natus præſumatur illius conſuetudinem habentis cum ea, vt in caſu iſto, idemq; Paleot.loco allegato, nu.4.in alio diſtinctionis capite ſubnectit in verbis illis, reſponderem ego, illum filij parentem declarandum, in cuius manu mulier erat, cuiuſq; dominatu regebatur,& alijs ſui copiam quandoq; fecerit,& hoc putat, ea ratione roborari ob cõſuetudinem aditus,qui cęteris inhibetur,ad ꝙ allegat Dec.in d.c. per tuas, col.1. vbi optimè, quidquid dixerit Alciat.in d.tract.ead.præſumpt.37.reg.3.n.4.ex mẽte Alber.in l.filiũ diffinimus,ff.de ijs,qui ſunt ſui, vel alien.iur.quòd nõ præſumatur filius illius, qui cõſuetudinem cum aliqua habuerit extrà domũ, niſi probetur,quòd ea cum nemine alio cõſueuiſſet,& ità obtinuiſſe ait, nã ibid.Alciat, ſubnectit, licèt Modern. dubitent in d.cap. per tuas, & fuit Dec. citatus per Paleot.vbi ſuprà, inter perſonas qualificatas nõ præſumitur,vt quando aliquis cõſuetudinem cum aliqua muliere habeat, ipſa mulier copiam ſui alijs faceret,eſſet enim ſatis viliſſimum,hinc experiẽtia docet, tales meretrices publico vſui deputatas,copiam ſui omnibus faciẽtes raro concipere, non ſic & domi retentæ,aut extrà domum ad requiſitionẽ concubinarij, quæ ſolent, vt plurimùm,concipere,& filios edere,& hoc per conſuetudinem coeundi corroboratur hoc optima ratione,eò quòd ex multorum ſemine oppreſſa mulier non concipit, vt dicũt Medici,ſic etiam ſi grauida foret mulier ex nimia concuſſione partus opprimeretur,ità gl.in c.origo 32.q.4.verſ.nõ perdant,& propterea abſtinere mandatur à coitu vſq; ad purificationẽ, c.ad eius diſt.5.ꝙ nõ poſſet locũ habere in publicis meretricibus,ſtãte eorum neceſſitate,& ſimilitèr in iſto caſu contrariæ confeſſioni matris non ſtabitur, aſſerentis, filium eſſe alterius,quàm concubinarij ordinarij;nã mulieri, ad quam furtiuus acceſſus habetur, dicẽte Amaſio,ſe patrem prolis non creditur,ſubdit idẽ And. Gayl.n.12. multò fortius ſi negaret, nõ eſſe filium illius,qui continuum acceſſum habuerat,vt in caſu noſtro, eo caſu probatione indigeret,quemadmodùm filiatio ex leuioribus probationibus probatur,ità & negatiua filiationis, de quo per Hercul.in tract.de negatiua, ſub nu.297. ꝙ fortius in caſu noſtro corruit matris aſſertio,obſtante fide baptiſmi contraria eius aſſertioni peractæ in odiũ dicti patris petentis ob cauſam matrimonij per eũ cõtracti cum alia muliere.& ſic habitum fuit pro abſoluto in M.C. dictum filium eſſe ipſius petentis,ſed dubium erat in præſtatione alimentorum, nam & ſi mater filium triennio lactare compellatur,l.fin.C.de patr.poteſt. Fuſ.ſing. 11.lit.M.& ſi ſpurium, eadem Sylua nup.lib.4.n.26.nouiſſimè Paſchal. in tract.de vit.pat.pot.p.2.c.3.nu.48. vbi plurifariam limitat,& infrà dictum tempus poteſt inuito patre filium penès ſe retinere, & alimenta à patre petere, Gramm.in conſil.ciuil.33. idcircò tranſacto triennio alere ampliùs non tenetur, Affict.in l.Imperialem,in 12.notab.n.66.de prohib. alien.per Feder. & ità ad patrẽ ſpectare onus alimentandi lapſo triennio,l.fin.C.de alen.lib.& potiſsimùm filium naturalem,Nicol.Euerard.in Topica,loco ab alimentis ad dotem,n.57. Maynard. dec.Tholoſ.22.lib.2. quem citat Ric.collect.dec. 962.vbi alia cõferentia tradit,Theſaur.dec.Pedemõt.211.& dec.3.in fin.latiſſimè idè Paſchal.in d. tract.p.2.c.3.n.1.cũ ſeq. licèt autẽ aliqui dixerint, matrẽ quoq; teneri ad alimenta,vt voluit Spec.in d.tit.qui fil.ſint legit.n.17. Theſaur.vbi ſuprà n.7. ꝙ demonſtrare cerneo ex d.l.ſi quis à liberis,§.idẽ in liberis,ibi ergò & matrem cogemus,præſertim vulgò quæſitos liberos alere, &c. & ſic data paritate oneris alimentandi vtriſq; impoſitis,dũ filius in poſſe matris reperiatur,cui alimẽta erogare tenetur,aſſerere poterit,alimenta ipſa in domo grauati prę́ſtari debere,nõ alibi,Menoch.de arb.iud. caſu 168.n.12.& tantò fortius cũ pater nõ habeat filiũ naturalem in poteſtate,§.ſi aduerſus, Inſt.de nupt.Duenn.in reg.223.limit.4.Rom.in ſing.594. attamen pro concordia præmiſſorũ arbitror,onus alimẽtandi ex iuris diſpoſitione cõmune eſſe parẽtibus,vt voluit etiã notabilitèr Couarr.in tit.de ſponſal.c.1.§.6.in 2.p.relect.c.8.per tot.ſed cũ diſtinctione ſubnectit ibi Couar. num.8. hoc eſt, vt prius triẽnio à matre, deindè à patre educetur, ꝙ ſequitur Paleot. in d.tract.c.48. in princ. vbi n.5. quem citat Theſaur.vbi ſupra plures rationes aſſignat,cur pater potiùs quã mater filios alat,quocirca canon vtriq; parenti onus alẽdi iniunxit,ſecundũ vniuſcuiuſq; facultates illud communicari iuſſit,c.cũ haberet, vbi gloſ.& DD.de eo,qui duxit in matr.ſicut ibidem Paleot.ſub n.2.notat,quã de re exiſtẽte patris inopia matri incũberet onus alẽdi filios,idẽ Couar.loco allegato ſub n.13.in fi. quẽ ſequitur Theſaur.loc.cit.nu.7. & ſic in ſubſidiũ mater tenebitur, Amanell.in ſing. Menoch. de arb.iud.caſu 460.n.3.& 4. Euerard.loc.cit.n.5. & ſic intelligitur tex.in d.§.idẽ in liberis,ſicut tradit ibi gloſella in verbo cõpellatur,hinc cõcluſiuè colligitur,onus tale principalitèr ad patrem,& in ſubſidiũ ad matrem ſpectare, & ideò nõ obſtat, ꝙ filius nõ ſit in poteſtate patris,quia neq; in poteſtate matris exiſtit,cũ nõ habeat filios in poteſtate,Marſil.in conſ.124.n.15. ſed demũ in quo loco præſtari debeant,& filius educari,cũ in poteſtate patris non ſit,neq; matris, & ſi pro patre dicatur, alimẽta præſtari debere in domo grauati,vt dixi, & ſucceſsiuè pater cõpellere poſsit filiũ ad ſecum habitandum,Angel.in conſ.85.n.3. hoc procederet, quotiès haberet eũ in poteſtate, vt ſit per legitimationem,ità punctualitèr tradit Rom.d.ſing. 594.tũc pater ob patriam poteſtatem compellere poſſet filium ſecum habitare,Boer.dec.195.nu.5. Molf.in Conſuet.Neap.p.5.q.2.n.2.aliàs ſecùs eſſet;ſicq; notabilitèr conſulendo cõcludit Thom. Grãm.in citato conſ.ciuili 33. redẽptoris gẽrium, per tot.patrem teneri ad alimẽtandũ filiũ baſtardum,nec illum ad ſe aduocare,ſed ei alimẽta prę́ſtare in domo matris,& ſic reſidet, quãquàm ipſe

loqua-

loquatur in infante intrà triẽnium educãdo à matre, ad ꝙ ex iuris debito tenetur; in caſu verò noſtro ſumus in infante elapſo triẽnio, quo caſu per lapſum triẽnij onus ad patrẽ tranſlatũ ſit; Verùm tamen cũ filius in neutri poteſtate exiſtat, ob ꝙ ſui iuris eſſe cernitur, ſicq; præſumendum eſſe refert Alciat. in d. tract. præſupt. 2. reg. 2. n. 5. ꝙ filius præſumitur ſui iuris, quãdo nõ apparet natus ex legitimo matrimonio, & in hoc caſu volũtas eius explorari debet, in quo loco malit habitare, ſicuti in pupillo adulto obſeruari videtur, quotiès Iudex de volũtate libera dubitet, vt ex mẽte Alberi. Alciat. Caualc. & aliorũ refert Reg. Roui. in prag. 8. de Baron. per tex. in l. 1. §. ex hoc, in fin. verſ. item prætor, ff. de vent. inſpic. & in l. 3. propè fin. verſ. in hoc interdicto, ff. de lib. hom. exhib. quẽ ſequitur Molſ. in addit. ad Cõſuet. Neap. p. 3. q. 11. ſub n. 3. qui omnes concludunt, voluntatẽ adulti explorãdã, & ibi educationẽ ipſius aſſignãdam, cui adulto videbitur, & ſic Iudex aſſentire, ſed quia in caſu noſtro talis volũtas explorari nequit, cũ ſit infans, qui nõ habet nec velle, nec nolle, l. ſi infanti, C. de iur. delib. conſulũ eſt tamẽ in hoc caſu, iudiciũ differri, quẽadmodùm ſi infanti quæſtio ſtatus moueatur, ità ſingularitèr tradit Spec. in tit. de actore, ſub n. 61. verſ. item differtur, per tex. in l. 4. §. duæ, ff. de carb. edict. & l. 1. & 2. C. eod. tit. quid nã interim agendũ ſit, rebus ſic ſe habẽtibus, quia educatio pupillorũ arbitraria Iudici eſſe cõſpicitur, & plura cõſiderare debet, inquit Molfeſ. in d. Conſuet. Neap. p. 5. q. 11. n. 17. 19. & 38. cõmunitèr tamẽ ſeruari ſolitũ eſt, eos penès Tertium tutum reponi, vt in multis caſibus refert Ann. in ſingul. 395. ſeruatum fuiſſe, & ibi Cõſil. Fab. multos DD. in additione refert. Nec obſtat dec. 151. Affl. nu. 7. dicẽtis, ꝙ Iudæus paruulus baptizatus inuitis parẽtibus ſit eis tradẽdus, vt educetur, quouſq; peruenerit ad perfectã ætatẽ, deindè amouẽdus, nam Iudęi habẽt filios in poteſtate, Paſchal. de vir. pat. pot. p. 1. c. 7. n. 9. ꝙ non eſt in patribus naturalibus, & matribus; quinimmò nouiſſimè audiui, facta relatione per Iudicẽ Scipionẽ Moccià cauſæ Cõmiſſariũ exiſtente paritate votorũ quatuor Iudicũ, adhibitoq; altero voto peritiſſimi Regij Conſiliarij Gaſparis Palatij, vnà cũ quatuor Iudicibus alterius Audientiæ deciſum fuiſſe, iudicium eſſe trãsferẽdũ, decidendũq; tempore perfectæ ætatis infantis, & interim educetur penès Tertiũ eligendũ per S. E. ſub die vltimo Octobris 1619. in cauſa Io. Perez cũ N. Valletta, penès Anaſtaſiũ Actorũ Mag. Quid autẽ in duobus patribus negãtibus filiũ, vt euenit decidi annis elapſis in Prouinciali Audiẽtia Calabriæ Citra inter quãdam mulierem aſſerentem, filium eſſe Titij, & ei incumbere onus alendi, qui ad ſe releuãdum dixerat, eſſe Sempronij, nec dubitabatur de concubinatu vtriuſquè, audiui, iuſſum fuiſſe, filium aſportandum eſſe inſimul cum patribus antè Præſidis, & Auditorũ Audientiam, quibus benè recognitis, quia vni potiùs quàm alteri ex duobus ſimilitudo concurrebat, accedẽte etiàm matris cõfeſſione fuit per dictam Audientiã deciſũ, illi, cui aſſimilabatur cõſignari, & ſic exequutũ in cauſa cuiuſdã de domo Capuri. ꝙ puto, iuri cõſonum eſſe, per ea, quæ tradit idẽ Theſaur. dec. 3. n. 6. vt ſtetur iuramento mulieris dicentis, filium eſſe Titij (viris negantibus) ſed cõcurrentibus alijs coniecturis, vt quia effigie illum referret, quẽ matrem nominat, quod probat multis authoritatibus, ꝙ ſequitur Mart. in vot. 153. n. 3. ſimilitudo filij cũ patre arguit præſumptionẽ, Fulgoſ. conſ. 212. ſub n. 1. indè filius imago patris dicitur, Affl. in c. omnes filij, ſi de feud. controu. int. dom. & agn. n. 22. Nec ſilentio præterire mihi viſum fuit quæſtionem ſingularem, de qua proximis ijs diebus interrogatus fui, an mater trãſiens ad ſecũda vota intrà annum, vel biennium adhùc filium lactãtem intrà triennium teneatur eum relinquere, & non lactare, ſecundo viro conquærente, licèt ad deciſionem quæſtionis allegata fuiſſet doctrina certè ſingularis Napod. in Conſuet. Hæredeſq; mariti, de iure dotium, nu. 75. ſuper verb. cõmunes, vbi quærit Napod. ſed quid ſi eſt anniculus, & mater eo relicto tranſit ad ſecunda vota, non præbens alimenta per trienniũ ipſi filio, vt de iure tenetur, C. de pat. pot. l. fin. & C. de neg. geſt. l. alimenta, & 2. Machab. 8. ibi, & lac triennio dedi, &c. Reſpondetur, quòd hoc caſu mater tenetur, & debet priuari, & carere tali beneficio alimẽtorum huius Conſuetudinis; nã ex qua cauſa poteſt quis exhæredari, debent alimenta denegari, hæc ille, attamen impugnatione carere non videtur, quãuis ſaluari poſſit Napod. quia loquitur in materia cõpenſationis, & admittitur cõpenſatio etiã doli cũ dolo. In caſu, de quo agebatur nõ alitèr de cõpẽſatione tractabatur, ſed de debito, ſi ad illud obnoxia erat mulier ipſa, facto tranſitu ad ſecũda vota, & ità in poteſtatem alterius viri obſtantis, non eſſe ampliùs obnoxiã, ſed viri primi hæredes teneri; Nã & ſi de iure mulier triennio filiũ lactare cogitur, regularitèr plurifariã tamen regula ipſa limitatur per DD. in dictis locis, & Paſchal. vbi ſuprà, & ſic poteſt debitũ ipſum nõ eſſe præciſum, ſed per alios impleri, hoc eſt per alias mulieres, etiã aliquãdo exiſtente culpa vxoris ſuis expenſis impleri, vt dixit Innoc. in c. ex literis, de cõiug. infidel. exiſtente tamen aliquo impedimento, cur ꝓhibetur alere, vt cõcludit Mari. in vot. 236. aut eſſet mulier talis perſona, quę nõ poſſet ſine magno ſcãdalo apud ſe retinere, tũc pater filiũ agnoſcere, & alere tenetur, idem Theſ. d. dec. 211. ſub n. 7. immò exiſtente impedimento legitimo pater ſuis expenſis aſtringitur ad alendũ filium, etiam intra triennium, Abb. in d. c. ex literis, ſub n. 4. præterea nõ nè vxores viris ſubſunt, gl. in c. de filia 27. q. 1. verſ. receperit, & in c. cũ caput 33. q. 5. verſ. blaſphematus, & eis obedire cõpelluntur tãquàm ſubiectæ. Prætereà & ſi mater præferatur alijs in tutela, cõtractis ſecũdis nuptijs ipſo iure deſinit eſſe tutrix, Berous q. 96. n. 2. Sylua nupt. in lib. 2. nu. 50. latè Caualc. in tract. de tutor. & curat. nu. 190. & 307. & ſucceſſiuè efficeretur ſuſpecta, ità & talitèr, ꝙ educatio liberorũ penès eã nullatènus decerni debeat, l. fin. C. vbi pupill. educ. deb. Molſ. in Cõment. ad Conſuet. Neap. p. 3. q. 11. n. 16. & ſeq. niſi alitèr Iudici viſum fuerit, Franch. dec. 301. vel id expreſsè ordinatum fuerit à teſtatore, vt ſit tutrix filiorum, etiam contractis ſecundis nuptijs, vt dixit Sylua nupt. vbi ſuprà, aut educationem liberorum eidem commiſerit, & ſi eſſent infantes, non obſtante contradictione agnatorum de ſuſpitione infantis volente ipſa matre defuncti voluntatẽ ſeruare, non poterit filius ab ea auferri, vt in ter-

minis

minis conſuluit Io.de Amic.in conſ.144.vertitur dubium, vbi cauſam ſuſpitionis examinat, ſed de ijs hactènus, quando caſus contingerit decidi, ſatis cogitandum eſſe arbitror, ſaluo, &c. *Quod in cauſa Lucretiæ Viſconte vxoris Didaci Robles cũ conſanguineis primi viri dùm fuiſſet difficultatũ corã Regio tunc Conſiliario Gaſpare Palatio, & Proregẽte M.C.V. ſi poſtquàm ipſa tranſierat ad ſecunda vota, & filium anniculum dediſſet nutriciæ ad lactãdum, ſalariũ nutricis per eam, vel per conſanguineos ſolui debuiſſet, fuit reſolutum, ad matrem ſpectare intra triẽnium, penès Indellum Actuarium, ad quod facere videtur tex. in §.eiuſdem, auth.de nupt. vbi filius debet educari apud matrem, niſi ad ſecũdas nuptias conuolauerit, & ſuppoſito, quòd ipſa mater tenetur lactare filium intra triennium, Surd.de alimẽt.tit.1. q.14. ſi tamen ſine cauſa lactare noluerit, ſoluet expenſas nutrici, ex Abb.in c.cùm haberet, nu.8.de eo, qui duxer.in vxor.&c. Surd.d.tract.tit.7.q.13.nu.13. & per talem tranſitum fit incapax ſua culpa.* Io.Bapt.de Thoro.

Pater inceſtum committens cũ filia propria qua pęna puniri debeat, DD.omnes vnanimitèr concludunt, puniri capitalitèr, Iodoc.in praxi crim.c.94. Gull.& Corrad. citati per Iul.Clar.quos ſequitur in §.inceſtus, n.3.copiosè Menoch.de arb.iud.caſ.502. ſed punctualitèr in patre loquens Boer. dec.318.& ibi Menoch.n.5.tradit exemplum de Cyano Syracuſano, qui in tenebris vi habita filiã conſtuprauit, à qua deindè Oraculi accepto reſponſo gladio occiſus eſt, & quamuis pęna iſta capitis intelligatur triplicitèr, hoc eſt mortis naturalis, ciuilis, vel amiſſionis Ciuitatis, & in dubio de minori ſit intelligenda, ità Marant.in ſpec.p.4.n.63. attamen in atrociſſimis delictis pęna iſta capitis tres in ſe diſſimiles continẽs pęnas arbitrio Iudicis relinquitur, vt vſq; ad mortem naturalem arbitrari poſſit, ſicuti exemplificando demonſtrat Præſ.de Franch. dec.504. & ſic refert idem Iul. Clar. vbi ſuprà ſub n.3. quòd quidam Io.de Corſis, qui filiã ſuam annorum 16.violauerat, fuit furcis ſuſpẽſus 6.Octobris 1548. & ità in contingenti caſu annis elapſis memini deciſum fuiſſe per M.C.& confirmatum per S.C.patrem ſtuprantem filiam fuiſſe laqueo ſuſpenſum, non tamen in alijs perſonis inceſtuoſis procedere videtur, vt aliàs euenit, inceſtum commiſſum fuiſſe per fratrem carnalem cũ ſorore, citrà tamen ſtuprum, ſicut exemplificando demóſtrat Menoch. vbi ſuprà n.14.& 15.eo enim caſu pęna mortis exẽplificaretur deportationis, vt aliàs deciſum in S.C.refert Præſ.de Frãch.dec.87.quod ſequitur ibi Menoch.nu.31. In conſimili materia, & fuſtigationis in muliere, vt pluriès ſeruatũ fuiſſe refert Iul.Clar.vbi ſuprà, & ſic memini annis elapſis fuiſſe fratrem ad triremes damnatũ, & ſororem circum circa palatium M.C.fuſtigatã, & deindè in exilium miſſam, vt vidi. Thoro.

Pater an poſſit in iudicio conueniri à vicino prætextu iuris congrui ad relaxandum domum emptam per eius filium clericum, licèt minorem, & in poteſtate conſtitutum, ex cauſa præſumptæ fraudis iuris congrui, dùm fuiſſet de hoc hæſitatũ in S.C. tùm reſpectu proſequutionis iudicij, tùm quoquè reſpectu relaxationis rei emptæ inter Franciſcum de Roberto, & Ioannem Antonium Squillacem patrem clerici emptoris, demùm ſeruatis ſeruandis. Quòad primum caput proſequutionis iudicij deciſum fuit primo loco per S. C. referente Reg. Conſiliar. Marco Antonio Morra, tunc cauſæ Commiſſario procedendum eſſe ad vlteriora in cauſa, oppoſitis ex aduerſo non obſtantibus, & iterùm relata cauſa reclamationis iunctis Aulis bis confirmatum fuit idem decretum eiuſdem S. C. tùm in cauſa reclamationis, quàm etiam in cauſa reuiſionis ſententiæ ex Regia ordinatione, & demum reſpectu principalis cauſę ad relationẽ Regij Conſiliarij Pomponij Salui, cauſæ prædictę Commiſſarij diffinitiuè deciſum fuit, patrem ipſũ clerici condemnandum eſſe ad relaxandum domum prædictam, per eius filium emptam actori præuio appretio, vt patet in actis deſupèr compilatis penès Io.Aloyſium Sarrum Mag. Act.de hoc anno 1618. & credo, quòd per vtramquè partem in iure copiosè allegatum fuit, quamuis allegata in mei poſſe non alitèr peruenerint, vt typis traderem, adhùc nè ſicco pede pertrãſire videar, memini, id mihi contigiſſe decidere ſuper conſimili cõtrouerſia aliàs exorta in Ciuitate Theanẽſi coràm me tunc illius Iudice inter Reuerendum D. D.Tiberium Capuanum Canonicum illius maioris Eccleſiæ, & Hieronymum Montanarium donantem, & patrem clerici donatarij conuentum ad relaxandum domum per eum emptam, & clerico filio donatã opponẽrem de donatione facta, nec alitèr cum ipſo agẽdum per infraſcripta media. Et primò, ex quo rubrica perfectam orationẽ habens pro lege allegari poteſt, Andr. Gayl in tract.de pignor.c.4.n.1. & ſic ad deciſionem cauſarum, Bonac.inter commun.opin.lib.1.tit.de leg. n.251.potiſſimùm quando rubrica incipit per vt, vel per ne, tunc decidit, & habet vim textus, inquit Euerard.in Topica iuris, loco à rub.n.3. ſubſequitur, quòd dùm rubricam ſpecialem habemus, ne filius pro patre, &c. attento iuris argumẽto à contrario ſenſu in iure validiſſimo, vt idem Euerard.in eadem Topica, loco à contrario ſenſu rectè concludit. Nec pater pro filio, vt in Conſt. Patres pro filijs, & ibi Aff.nu.1.punctualitèr notat, ſed magis ſpecificè Guid.Pap.conſ.74.n.6. adnectit, per iſtam rubricã patrem pro filio non poſſe conueniri. Secundò, & ſi communitèr dici ſolet, quòd pater, & filius ſunt vna perſona, gl.in l.item ſi victus, §.pen.verſ.ſi quis hominem, ff.de excep. rei iud.& l.cùm non ſolùm, verſ.recuſante, C.de bonis, quæ lib.in §.ei verò, Inſtit.de inut.ſtipul.cũ alijs, quò fit, vt poſſit inſolidum conueniri; talis.n. vnitas procedit ex fictione iuris, glo.in d.§.ſi quis hominem, & inter fictionem iuris, & veritatẽ maxima eſt differentia, notat gloſ.in §.ſi ab hoſtibus, verſ.pendet, quib.mod.ius pat.pot.ſolu.in rei veritate alia eſt perſona patris, alia eſt perſona filij, idcircò & ſi patri permiſſum ſit pro filio agere, & excipere, non tamen procederet, ſi filius eſſet maior ſeptennio, vt ex mente Doctorum tradit Paſchal. in tract.de vir.pat.pot. p.1.c.2.nu.27.29. & 30.quaſi ꝙ id filijs reſeruatum ſit, vt poſſint agere, ſimilitèr & cõueniri. Tertiò, ſuadetur ex dictis per Aret.cõſ.73.n.9.vbi ſi patitur pater, filium ſuſcipere mandatum ad negotiandum, etiã dùm ſumus in materia ſtricti iuris vigore ſtatuti, vbi agitur de conueniẽdo alium pro alio, obligatur, aliàs ſecùs eſſet, & per alia media ſingularitèr cõfirmat

Aſſ.

Affl.dec.308.n.1.2.& 3. patrem non teneri ex cõtractu eius filij, & ſucceſſiuè nec conueniri poſſe, ſed ijs nõ obſtãtibus aduerſa opinio magis tutior eſſe videtur, vt poſſit conueniri pater ex cõtractu per filium geſto, itemq; ex donatione conſimili facta, vt euitetur cõgruum, & ſic ad excluſionem tertij, proindè non obſtat prima ratio, vt pater nõ teneatur pro filio, hoc.n.procedit in criminalibus, ſicuti vltrà Affl.in d.Conſt.Patres affirmat Foller. in frag.n.160.Iul.Clar.§.fin.q.86.verſ.ſecundò infertur; nam pęna ſequitur ſuos authores, l.ſancimus, C.de pęn.hinc eſt, quòd ſi ex diſpoſitione ſtatuti cautũ ſit, vt pater teneatur ꝓ delicto filij, non ſibi vẽdicaret locum in pęnis corporalibus, Ang. in tract.de maleſ. verb.dictum Sempronium, &c. n.13.14.& 15.Neq; ſecundò obſtat argumentum, vt ſint pater, & filius fictione iuris vna perſona, etenim attẽta ipſa fictione iuris ſuper ratione fũdata diſpoſitũ eſt, filiũfamilias nõ eſſe legitimam perſonam ſtandi in iudicio ob eius ſubiectionem, quò fit vt ſi agat, patris conſenſus exquiratur, ſiuè cõueniatur, aliàs iudicium nullum redderetur, ità Marant.in ſpec.p.4.diſt.16.n.30.eapropter ex neceſſitate iuris pater nomine filij agere, & excipere poterit, vt ſuprà dixi, ſimilitèr & conueniri nomine filij, ꝙ non tantũ in criminalibus, hoc eſt, circa cõdemnationes pecuniarias cõtra filios factas, (quas & ſi illas ſoluere nõ teneatur, vt dixit Clar. vbi ſuprà) adhùc pater citandus ſit in condemnatione ꝓ filio ſoluenda, dixit Iaffred. Balb.dec.196. & hoc ꝓ ſuo intereſſe, ac defenſione filij, Viui.inter cõmun.opin.lib.4.tit.nè filius pro patre, n.12. in princ. Sed etiam in ciuilibus, & præſertim in rebus profectitijs (exceptis bonis caſtrẽſibus, aut quaſi) pater omninò conueniri debet pro filio, vt ſingularitèr tradit Specul.in tit.de actore, nu.32. prout in caſu noſtro, nã in dubio præſumitur res potiùs patrimonialis, quàm acquiſititia, Ann.ſing. 676.& ſic filius potiùs emere de bonis patris, quã ſuis, vt dicam infrà. Sic pater confitens, emiſſe domum de pecunia filiorum exiſtentium in poteſtate, præſumitur donare, quod non licet, niſi tempore confeſſionis appareret, filios edoctos alicuius exercitij, & ꝙ veriſimilitèr potuerint lucrari pecuniam in inſtrumento contentam, Capyc.deciſ. 203.n.19. ſicq; in dubio filius præſumitur acquiſiuiſſe ex pecunia patris, niſi in contrarium coniecturæ exiſterẽt, vt ex Doctorum ſententia comprobat idem Paſchal. in dicto tract. de vir. patr. pot.dicta p.1.c.3.n.24.& ſeq. Vaſq.controu.illuſt. lib.3.c.105.nu.8.Nequè demùm obſtabit tertium argumentum, ex quo ibi fuſius reſpondit Affl. & dixit, contra patrem deciſum fuiſſe, eò quòd in dubio filius cenſetur negotiari nomine paterno, non ſuo, ſubnectit ibidem Paſchal.n.15.& ſeq. & ſucceſſiuè non tantùm pater ex contractu per filium celebrato, inſolidum tenetur, ſed etiam filius, vt diſpoſitum eſt in l.ſi ex alio, C.quod cum eo, vbi Doctores, etenim patria poteſtas plurimũ in hoc attenditur, vt pater obligetur per filium, & in ciuilibus, & quandoq; in criminalibus pater ex facto filij tenetur, quando eſt in eius poteſtate, Gozad.conf.1.n.24. quamuis enim hæc omnia procedere videantur in filio maiori in poteſtate conſtituto, multò fortius in minore filio, adhùc ſub paterna poteſtate conſtituto, vt in caſu noſtræ deciſionis, ad cuius corroborationem allego ſingulare conſ. Socin.ſen. 61. incip. Dominus labia mea aperiat, &c. circa primum dubium, vol.4. vbi in terminis loquitur de contractu celebrato per minorem in poteſtate conſtitutum, expreſsè nominatum in contractu, vt præſumatur celebratus de voluntate patris, & de pecunia paterna, cùm filius non præſumatur acquiſiuiſſe de vento, niſi filius habeat artem, vel miniſterium veriſimile ad acquirendum, & propterea cùm ex ijs in commodum patris apertiſſimè tendat, non mirum ſi ipſe conueniri omni iure debeat in iudicio: Accedat etiam, quòd talis donatio facta in clericum minorem non caret ſuſpitione fraudis, quemadmodùm & ceſſio facta à laico clerico cõtra laicum, ità dicunt Domini de Rota in deciſ. 1. aliàs 177.nu.2.verſ.item præſumitur, de alien.iudic. mut.cauſ. in nouis, quam deciſionem allegat Carau.tit.215.in fin.verſ.34.eſt in ceſsione, multò fortius in donatione facta ipſi clerico, niſi oſtẽdatur, nõ fictè, ſed verè facta, vt per Rendel.in tract. de iure prothonoſ. verb.probatũ fuerit ſimulatè, nu.53. & ſeq. nam clericus pro iure congrui conuenitur coràm ſuo Iudice, Alber. Oliua in Ritu Cur.Archiep.22.nu.6.& ibi Campanil.n.18.& ſic in fraudem, non tamen quando proprio nomine emeret, vel haberet bona iuxtà bona empta, Franch.dec.285.n.1. tunc competeret ius cõgrui, & fraus ceſſaret, ſecùs ſi in fraudem, nam tunc ceſſaret hoc ius, Vrſill.dec.72.num.12.vndè ex ijs omnibus ego procedi mandaui ad vlteriora contra patrem, & nouiſsimè audita deciſione ſuprà citata S.R.C.mihi denunciata à perito I.C. Ioan. Franciſco Vitaliano meo conſobrino, qui authoritate dictæ deciſionis conſimilem cauſam in M.C.V.coràm peritiſsimo Iudice Nicueſa patrocinando obtinuit, procedi ad vlteriora, de quo valdè gauiſum ſum.Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Pater, qui dotem dederat filiæ, & ſtipulatus eſſet, eã reddi ſoluto matrimonio, an facto caſu diſſolutionis ſolus ipſe ſuccedat, vel cũ matre, & fratribus, iuxtà ius Authẽticorum; fuit deciſum per R.C.S. pro opinione Bart. quòd ſolus ſuccedat, Reg.de Ponte conſ.69.hodiè, n.1.vol.2.

Pater ſuccedens cum filijs an habeat vſumfructum in portionibus filiorum, quando tranſierit ad ſecundas nuptias; fuit in M.C.V.deciſum, quòd nõ, in cauſa Marię de Rizetta, And.Molf.in Conſuet. Neap. p.3.q.12.n.7. in addit.

Patruus magnus frater conſobrinus aui an concurrat cum filia ſororis conſobrinæ, vt ſic non ſubingrediatur locum matris cũ gradus prærogatiua; fuit deciſum, quòd ſic in S.C. in caſu occurrenti, & idem in patruo conſobrino cum pronepote conſobrino deciſum fuit, Fęlix de Rubeis in addit.ad Conſuet.Si quis, §.quod autem dictum eſt, incip.in patruo magno, fol.8.poſt Conſuetud.impreſſ. Molfeſ.in Comment.ad Conſuet.Neap.p.4. q.36.n.10.

Patruus, qui reperitur maior natu tempore mortis eius patris ſuo nepote filio ex primogenito, & in poſſeſsione bonorum feudalium, ſi fuerit per Curiam ſpoliatus, non tamen per diffinitiuam ſentẽtiam, dando nepoti poſſeſsionem illorum, dùm iure Frãcorum viueretur, an ſit audiẽdus; fuit per ſententiam Regis Roberti olim deciſum, non

eſſe audiendum, & hoc in ſpolio Comitatus S. Seuerini, vt tradit Afl. in Conſt. Violentias, nu. 23. 24. & 61. verſ. ſextus caſus, & in Conſt. Pacis cultũ, ſub n. 13. verſ. & pro hoc facit.

Patruus an ſuccedat nepoti in feudo antiquo, vel Fiſcus; fuit bis deciſũ in facto, q nõ ſuccedat, ſed Fiſcus, Afl. in c. 1. Imperat. Lotharius, ſub n. 23. vbi refert, hodiè non habere difficultatem, poſtquam ex ſpeciali gratia Regis Catholici fuit in parlamento Neapolitano editũ prouiſũ, q in feudo antiquo patruus ſuccedat nepoti, ſi patruus ſit de deſcendentibus primi acquirẽtis feudũ, & ibidem Loffred. in paraphraſ. ſuper Andr. incip. Andr. ponit quæſtionem, vbi etiam refert ex mente Andr. olim contra patruum fuiſſe deciſum per Iudices M.C.V. tamen contrarium poſteà fuit decisum, vt Idem ibi col. 23. verſ. & vt ad eum, à quo diuertimus, vbi de amita etiam loquitur, & contra patruum extat opinio gloſ. in Conſt. Vt de ſucceſſionibus, ſecũdùm quam fuit iudicatum, vt refert Ant. de Alex. quem citat M. nad. in deciſ. 37. ſub n. 5. verſ. circa ſecundum, vbi ipſe reſidet cum opinione An Ir. pro patruo, licèt ſit deciſa, vt ſuprà.

Patruus defuncti feudatarij, qui eſt in tertio gradu an admittendus ſit ad ſucceſſionem feudi, excluſo alio fratre patruele, qui eſt in quarto gradu, hærede inſtituto in feudo, cùmq; capta eſſet poſſeſſio feudi prædicti per ambos prætẽſores; fuit tãdẽ per S.C. confirmatus, & manutentus in poſſeſſione feudi patruus exiſtens in tertio gradu die 4. Iunij 1602. & hoc confirmatum in S.C. iũctis Aulis die 14. Martij 1603. in cauſa D. Thomæ Moles, p quo allegauit Io. And. de Georg. in alleg. 11. & p Marco Antonio Moles Reg. Rouit. in pragm. 11. de feud. à n. 72. cum ſeq. vbi n. 122. ponit deciſionem.

Patruus, cui feudum in teſtamento relictum fuerat, ſtante renunciatione primogeniti facta in beneficium fratrum an ſuccedat in feudo, obſtante nepote, & filio primogeniti infringente refutationẽ, abſquè Regio aſſenſu peractam, & ſi concludere videatur in fauorem nepotis Ann. in alleg. 124. reperi tamen Apoſtillam Auguſtini Palombæ in dicta allegatione manuſcriptã, hæc formalia verba proferentis; fuit deciſum in fauorem Io. Franciſci de anno 1560. in R.C. in Banca Raparij, & ſic in beneficium patrui, qui ſic appellabatur, vt in caſu eiuſdẽ allegationis patet, pro quo in iure allegauit Maur. iun. alleg. 42. & ibj additio, & ipſemet Ann. confitetur in repet. c. 1. nu. 290. de vaſall. decr. ætat. *Sequitur Camill. de Medic. conſ. 136. nu. 13. Gallupp. in praxi S.C. p. 2. c. 6. n. 58.*

Pauperes an habeãt electionem fori ſicuti pupillus, & vidua; fuit pluriès deciſum, quòd ſic in Regia Audiẽtia Capitanatæ, & cùm eſſet appellatum ad Magn. Cur. Vic. & S.C. fuit cauſa remiſſa eidem Regiæ Audientiæ, Franc. Viui. dec. 222. num. 3. ad materiam iſtam optimè Catau. in rit. 233. n. 4.

Pectoratam ædificãs iuxtà parietem vicini, quamuis facere debeat per palmos octo, iuxtà Conſuetud. Neap. Si aliquis habens de apert. nõ faciẽd. an illã facere teneatur vicinus, qui non alitèr ædificauit, ſed aſpectum haberet ſuprà domum vicini, licèt Napod. ibi n. 17. teneat, quòd non, tamen contrarium fuit deciſum in S.C. confirmando ſentẽtiam M.C.V. vt conuentus teneatur ad faciendum pectoratam, licèt domus eſſet antiquiſſima, nec ibi fuerat vnquàm pectorata, Barthol. Martial. in d. Conſuet. incip. contrarium eius, ſol. 363.

Pecunia liberata ſub cautione de reſtituẽdo cui, quibus, & quando, aut in caſu retractationis an dicatur extare, ità vt non dicatur conſumpta; fuit deciſum in S.C. quòd non dicatur conſumpta, & fuit liberata priori creditori, Ann. ſing. 537. tex. in l. ſi pupillus, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8 p. 8. num. 33.*

Pecunia mutuata vxori inſimul, & viro ſoluẽda pro releuio Curiæ debito per vxorem ex feudo, cuius hæres erat in dotem viro dato, an ſtante tali aſſertione in inſtrumento mulier ſe tueri poſſit, fuiſſe colorem quæſitũ, & ſucceſſiuè ſpectare ad virum talem ſolutionem, ad quem peruenerunt fructus feudi, obſtante in hoc exceptione Velleiani, & ſi ſoluta fuerit cũ effectu pro releuio pecunia prædicta fuit deciſum contra mulierem, ſaluis iuribus eidem contra hæredes viri, Franch. dec. 121. optimè Maſtrill. deciſ. Sicil. 112. per tot. Ricc. collect. dec. 585. *D. Reg. Hector Capyc. Latro dec. 92. Andr. Capan. de iure releuu. p. 3. q. 15. Maur. Burg. in tract. de laudemio, p. 1. inſpect. 6. n. 12. D. Conſil. Marcian. conſ. 34. ſub n. 1. Andr. Capan. I.C. peritiſſimus de iure releuu, p. 1. q. 6. nu. 17. & p. 2. q. 5. nu. 11. & 12. & p. 4. q. 7. n. 16.*

Pecunia peruenta ex arrendamento data ad cautelã fideiuſſori in primis fuit iuſſum, quòd reſtituatur, tanquàm non conſumpta, & poſteà fuit ſoluta fideiuſſio per ſententiam R.C. Ann. ſing. 538. tex. in l. ſi pecuniam, & ſuprà verb. creditor, *Alex. Trẽtacinq. var. reſol. lib. 1. tit. de ſolut. reſol. 23. n. 11.*

Pecunia ſoluta per filium in vita patris pro reſiduo dotium an cenſeatur ſoluta de bonis paternis, ità vt deduci poſſit tãquàm æs alienum, fuit per S.C. deciſum, quòd cẽſeatur ſoluta tanquàm de bonis paternis, & propterea declarauit, quòd non deduceretur tanquàm æs alienum in facto occurrenti, Iacob. Auell. de Boctis ad Bar. in l. cùm oportet, C. de bonis, quæ liber. verſ. ouæro, quid iuris.

Pecunia ſi ſit mutuata alicui Vniuerſitati pro ſui cõſeruatione ob aliquã cauſam, fortè generalis tumultus, vt cõtingit in Ciuitate Neapolitana tempore generalis tumultus, ſi fuerit per ipſam Vniuerſitatem oppoſitum non teneri ad reſtitutionẽ, ex quo non fuerat verſa in vtilitatem ipſius, an talis negatiua debeat probari per ipſam, vel debeat condemnari; fuit declaratum, ipſam Ciuitatem deliquiſſe, & per hoc fuit punita tã vniuerſalitèr, quàm particularitèr, vndè ad ipſam ſpectauiſſe probare talem negatiuam, hoc eſt fuiſſe inutilem, ex decreto conſtat, ità Bologner. l. Ciuitas, nu. 47. & 48. ff. ſi cert. pet.

Pecunia peruenta ex feudo an dicatur feudalis; licèt concludatur regularitèr, quòd non, cùm feudum non ſit vniuerſitas iuris, ſed facti, tũc enim diceretur quid vniuerſale, quando hæreditas, ſeù totum patrimonium alicuius vẽderetur, etiam cum feudo, non tamen ex ſui natura, ſed quia ineſt patrimonio, & hæreditati illius erit quid iuris vniuerſale, quãdo feudum vẽderetur, quia nõ eſt vniuerſitas iuris, ſed facti, meritò feudalis diceretur, vndè in Sacr. Conſil. fuit deciſum, quòd creditores cum aſſenſu graduentur ſuper pecunia peruenta, & venditores feudorum, & alij ſine aſſenſu ſuper pecunia burgenſatica. Ann. alleg. 141. num. 12. & ſing.

Digitized by Google

& ſing.204.feudũ, vbi Fab.de Aun.in addit.& ità quotidiè iudicatur,annuit Camil.de Cur.in diuer. iur.feud.verſ.in hoc igitur,n.9.fol.20.Ric.collect. deciſ.888.Matt.vot.16. *Camill.Laratha in theatr. feudal.p.3.diluc.9.tom.1.Cutell.deciſ.Sicil.13.n.23.*

Pecunia peruenta ex pretio alicuius rei feudalis depoſita penès publicũ Bãcum, in cuius liberatione certi creditores concurrebant,nempè vnus creditor,qui cauſam habebat ab eius patre confitente, recepiſſe duc.4000. & in veritate non erant niſi duc.3000. & pro duc.1000.confeſſio reddebatur ſimulata ex pluribus. Primò,quia in inſtrumento aſſerebatur,recepiſſe duc.1000.per medium Banci Montiſnigri in anno 1561.& facta diligentia in ſcripturis,non alitèr fuit reperta talis partita;Immò non ſolùm reſpectu dictorum duc.1000. ſed reliquorum duc.3000. confeſſio ſimulata reddebatur, eò quòd eodem die ijdem cõtrahentes coràm eiſdem Notario, & teſtibus fecerunt inſtrumentum mutui, dependentis ex dotibus vxoris confitentis, ob quod, & ob breuitatem temporis præſumebatur vnicum inſtrumẽtum, & correſpectiuum. Tertiò,ex quo in inſtrumẽto mutui dicebatur, quòd in caſu reſtitutionis dotium excomputetur mutuum dependens ex inſtrumento dotali.Quartò,quòd ſi confeſſio,& ſolutio verè fuiſſent,nõ erat neceſſarium inſtrumẽtum mutui depẽdẽs ex dictis dotibus,vbi debitores apparebãt, bis ſoluiſſe, & ſucceſſiuè ſecundum inſtrumẽtum fuiſſe ſuperfluũ. Quintò,ſimulatio patebat ex eo, cùm confeſſio fuerit facta in anno 1562.ſoluũtur indè in anno 1563.& 1565.duc.3000. Similitèr & alter creditor vigore inſtrumenti emptionis annuorum duc.270.pro duc.3000.etiã cũ obligatione feudalium in caſu euictionis,& aſſenſu vẽditis à Io. & Tiberio Baracchis patre, & filio dominis dictæ feudalis rei, & aduerſus talem contractum dicebantur plura. Primò,in anno 1577.tempore venditionis Ioan.fuiſſe minorem annorum 14.vndè in tali venditione iuris ſolẽnitates interuenire debuerant,& ex metu reuerentiali,& læſione cõtractus inualidus reddebatur.Nec proindè aſſenſus in hoc aliquid operari potuerat,dũ ſuper contractu inualido ex defectu ſolẽnitatum omiſſarũ interpoſitus fuerat.Secundò,ex clauſula illa in aſſenſu poſita, quatènus ritè, & rectè proceſſerint, &c. Tertiò,ex conditione adiecta aſſenſui,vt tres cedere deberent,& duo reperiũtur ceſſionem feciſſe, & ſucceſſiuè ceſſionarij iſtorum creditorũ excludi debent ex allegatis,& ex alijs cauſis. Primò,quia erant exteri,& ius eorum reale, ſiuè hypothecaria actio,quæ cum aſſenſu Proregis tantũ cedere nõ poterant cedentes,obſtante Reg.Prag. & proindè non obſtabat quod dicebatur,pragm. de feudis loqui non de actionibus,& obligationibus, cùm idem ius ſit in vtroquè, & inſuper ꝙ iſta actio à principio dubia fuerat,ſi debebat eſſe feudalis,vel non,cũ venditio ſuper allodio facta fuerat, & pro euictione obligata etiã bona feudalia, tãdem in allodio excluſi ab anterioribus creditoribus fuerant;qua ſtante dũ ad feudalis rei pretiũ recurrerent,ad excluſionem ipſorum creditorum allegata fuerũt per Io.Baptiſtam de Spiritu,& Victoriam Baraccham,qui pro conualidatione eorũ crediti aſſerebãt, duc.4000. ipſis ꝓmiſſos ex cauſa dotis dictæ Victoriæ, legitimæ,& ſupplementi legitimæ,& paragij,quę omnia ex iuris diſpoſitione à patre debẽtur filiæ;Nec opitulari poterat,ꝙ ex aduerſo dicebatur, promiſſionẽ factã operari dotationem, nàm ſola promiſſio non ſufficit, ſed conſequutio promiſſionis, & ſi dicatur, nouationem eſſe inductam per talem promiſſionem debitorum,& ſucceſſiuè attẽdi debere tempus promiſſionis dotium,& non tempus actionis paragij, nam verè facta non cẽſetur,niſi expreſsè fieret,& quatènus facta eſſet,cùm eſſet factus caſus,nonnè ad primæua iura recurri deberet, & demùm non obſtat, quòd actio pro paragio ſit in rem ſcripta, quæ non datur ſuper feudo, ſed contra fratrem fit condemnatio,& exequutio; nam limitatur,quãdo frater non eſſet ſoluendo, vndè ex ijs omnibus cõcluditur, primis creditoribus deberi ſolùm duc. 3000. & dictos Io.Baptiſtam,& Victoriã ex cauſa dotium,& paragij præferri debere,nõ ſolùm in dictis duc.1000.ſed alijs creditoribus.ſ.Io.Vincẽtio Ferrara,Petro,Io.& Gregorio de Naſellis,eorumq; ceſſionarijs Hieronymo,& Bonifacio Naſelli;& ſic deciſum fuit per S.C.in Bãca Roppoli, D.Camill.de Laratha conſ.38. quòd Ioanni,&c.

Pecunia exacta ab aliquo vigilãte creditore de bonis cõmunis debitoris an poſſit à creditore anteriore auocari, deciſũ fuit per S.C. in cauſa Baptiſtæ Scoppæ cum Franciſco Anto. Acciardo affirmatiuè,in Banca Iubeni, D.Camill.de Laratha in conſ.64.Franciſcus Antonius, *Amat.var.reſolut. tom.2.reſol.52.n.26.in fine, Fontanell.de pact.nupt. clauſ.5.gloſ.8.p.8.n.31.*

Pecunia ex reſiduo pretij rei feudalis vẽditæ depoſita in Banco per emptorem,vt liberetur vẽditori iuxtà cõuẽtionem inter eos habitã,an poſſit vẽdicari à creditore venditoris,& ſucceſſiuè ſibi liberari,non obſtante,quòd debitor in contractu prædicto delegaſſet omnia nomina eius creditorum emptori, vt infrà annũ capitalia reſtituere haberet, & interim ſoluere tertias, quas ipſe creditor ab emptore receperat;caſus in facto ſic oſtẽdebatur eſſe, (Poſt mortem Scipionis Badulati V.I.D. Coſẽtini Baronis Terræ Capolari Prouinciæ Calabriæ Citra,qui emerat d.Terrã pro duc.24.mil.) Eius quatuor filios,nẽpè vnũ ex primo matrimonio nomine Philippũ,ac alios tres ex ſecũdo diuidiſſe bona hæreditaria, & præſertim pretiũ dicti feudi noui ex iuris diſpoſitione, Ann.in ſing.566. vt tamẽ facilius de eorũ creditis fratribus ſatisfacere potuiſſet prædictus Philippus dictã Terram vendidit Illuſtriſs. Principiſſæ Roſſani pro pretio duc.32.milliũ,ſoluẽdorũ videlicèt infrà annũ duc. 26824.nõnullis eius creditoribus in inſtrumento nominatis, & reliquos duc.5165. ſoluere emptor promiſit ipſi venditori infrà annũ cum onere illos deponẽdi,vt in emptionẽ implicarẽtur ꝓ euictione feudi vẽditi,facto .n. depoſito per dictam Illuſtriſſimã Principiſſam dictorum duc.5165. comparuit Franciſcus Badulatus frater patruelis petens, ſibi liberari dictam ſummam depoſitam pro eius credito ex diuerſis quãtitatibus ſibi debitis, & ſic delegatis per eius fratrem infrà annum ſolui promiſsis per emptricem,& hoc attento ordine ſcripturæ, eò quòd ex inſtrumento vẽditionis cõuẽtum fuerat, vt dicta emptrix infrà annum ſatiſfaceret creditoribus dicti venditoris,& capitalia remanerent, deindè depoſitũ faceret pro reſiduo

dicti pretij duc. 5165. pro venditore, vt couerteret illos in tutam emptionem, ordo enim ſcripturæ in iure attenditur, Carau. in tit. 23. n. 3. & argumentũ præbet libellis, contractibus, & teſtamentis, Idem in tit. 2. n. 11. hinc ordo eorum, quæ in lege, vel canone, aut diſpoſitione alicuius inter viuos, vel in vltima volũtate ponuntur, ponderandus eſt, quãdo ex ordine præſumitur, & colligitur mẽs, & voluntas diſponentis, Euerard. in Topic. loco ab ordine, nu. 7. & ſubnectit ad propoſitum, quòd ordo neglectus, ſeù præpoſteratus vitiat actum, & reddit eum nullum. Secundò dicebatur, dictã emptricem ſimplicitèr acceptaſſe onus ſoluendi duc. 26. mil. creditoribus dicti venditoris pro retrouenditionibus introituum ipſius vẽditoris, nec proptereà prætendere poſſet cautionem à creditoribus, nec vt conuertantur in emptionem pro ſecuritate dictæ Terræ, poſtquã noluit aliud à creditoribus emptrix, niſi ceſſiones eorũ iurium, & hypothecarum in beneficium ipſius, & ſuorum hæredum, & ſucceſſorum, immò voluit, vt obſeruarẽtur omnes cõditiones, & vincula, quæ fortè appoſita fuiſſent pactis de retrouẽdendo, geſtis in cõtractibus inter dictũ venditorem, & ſuos creditores, eo modo, ac ſi idẽ debitor ſoluiſſet, hinc exiſtente pacto prędicto de retrouendendo in dicto contractu in beneficiũ venditoris, & ad ſui libitũ, quando Terram ipſam vẽdidit, & pretium ſolui iuſſerit ob retrouenditiones faciendas à creditoribus, cum tale pacto exercuit pactum de retrouẽdendo ipſe debitor, pactum enim de retrouendẽdo ex veriſimilibus et probatur cõiecturis, Franch. dec. 105. nu. 23. & Vrſill. dec. 272. n. 3. ità & retrouẽdito, & tãtò fortius, cùm tale pactũ ad ſecundũ emptorẽ nõ tranſeat, Anch. q. 13. p. 2. n. 1. Tertiò dicebatur, ei nõ obeſſe, ſi tertias decurſas à noua emptrice ipſe Franciſcus recepiſſet, ſicuti ex aduerſo dicebatur, per tex. in l. ſi creditores, C. de pact. Ann. in alleg. 3. n. 6. alios citat Alph. collect. dec. 1096. eò quia in dicto inſtrumẽto duo pacta diuerſa inerãt, vnum ſcilicèt ſoluẽdi capitalia infrà annum à die 1. Nouembris 1617. alterum, ꝙ interim dicta Principiſſa ſoluere debuiſſet idem dictis creditoribus, ſicuti idemmet debitor ſoluiſſet, & donec dicta capitalia non fuerũt ſoluta, omninò intereſſe debebatur, & hac ratione attẽta dictus Frãciſcus intereſſe receperat, quia ſic ipſa emptrix obſeruare tenebatur. Quartò dici etiã poterat, quemadmodùm creditor agere poterit cõtra nomen debitoris ſui debitoris, illudq; exactum retinere, Maur. ſen. in alleg. 34. nu. 2. & 3. Vrſill. dec. 8. nu. 3. multò fortius ad pretium per eum debitum, ſed ijs non obſtantibus contrariũ deciſum fuit per S.C. referente Reg. Conſil. Pomponio Saluo cauſæ prædictæ Commiſſario die 23. Iulij 1619. nam fuit liberatum depoſitum venditori cum cõditione adiecta in eo, & breui manu dictum fuit, quòd dicta Principiſſa Roſſani faceret depoſitum de credito ſpectante ad dictum Frãciſcum, penès dę Amico Actorum Magiſt. vt mihi retulit Doctor Auguſtinus Caputus, qui inſimul cum Fabio Milano, ac Lælio Caputo I.C. eruditis pro dicto Frãciſco patrocinium præſtiterunt, & credo iuſtiſſimè deciſum fuiſſe in fauorem emptoris, ad cuius deciſionis confirmationem allego Mart. in vot. 48. fuit factum, vbi in terminis examinat quæſtionem illam huic conſimilem de vendẽte rem, vt pretium poſſeſſionis rei vẽditæ ſibi ſoluerentur, & de eius mãdato inſraſcriptis creditoribus nominatis, quòd non liceat creditori agere cõtra eum ſine ceſſione, & ità concludit, & ſucceſſiuè nec ad pretij vẽdicationem, vel vt ſibi ſoluant, vt ex mente Soc. ſen. conſ. 236. lib. 2. & Bald. conſ. 315. lib. 3. notat Fuſcus ſing. 253. lit. C. proptereà nõ obſtat primũ dictum circa ordinem; nã procederet, quando ordo fuiſſet pro forma datus, vel quando eſſet ſubſtantialis, vt Euerard. ibi n. 6. & 10. notat. Secũdò non obſtat, quòd debitum ſimpliciter acceptauerat, ità quòd ipſi creditores delegati nec ad præſtationem fideiuſſoriam, neq; ad cõuerſionem in emptionem tenerentur, nam verum eſſet, quando pretium ſuorum creditorũ fuiſſet depoſitum, ſecùs quando alia ſumma fuiſſet depoſita ad alium finem. Tertiò obſtabat exceptio receptionis tertiarum decurſarum à dicta emptrice, nam ex prædicta receptione tertiarum delegationem tacitè acceptauerat, tex. eſt in l. delegare, ff. de nouat. ibi nutu, vbi fari nõ poteſt, & quamuis illa ad capitalium reſtitutionem infrà annum, & ſucceſſiuè ad tertias tenebatur vigore pacti adiecti, non tamen cogi poterat ab ipſis creditoribus, quibus nulla ceſſio facta fuerat à debitore pro ſolutione capitaliũ, eò quia ipſi dũtaxàt perſonalẽ actionem ex hac delegatione cõſequuti fuerũt, l. ſi ſoluere, vbi Doct. C. de nouat. nõ tamen ad pretij exolutionẽ, per ea, quæ tradit Mart. loc. allegato, & demũ quę in vltima obiectione dicta ſunt, vltrà reſponſionẽ præcedentẽ, dixit ſingularitèr notando gloſ. in l. ſi debitorem, ff. de nouat, & l. pen. §. filia, ff. de ſolut. addit Amancl. de Clar. aquis in ſing. 135. ꝙ ſi ego mando Titio, ꝙ decẽ, quæ mihi debet, tibi ſoluat, non propter hoc poteris agere cõtra ipſum, & ratio eſt, quia talis delegatio nõ fuit iuridicè perfecta cũ interuentu creditoris, & debitoris, & illius, cui facta fuerat delegatio, vt notat Paul. de Caſtr. in d. l. delegare, ità quòd cũ ſimplicitèr à debitore conuentum fuerit cum emptore, vt ſolueret eius creditoribus abſq; interuentu ſui creditoris, adhùc debitor non erit liberatus, licèt tertius ſe cõſtituatur pro eo ſe ſoluturum, idẽ Amanel. in ſing. 77. cęterum eo interueniente debitor cõſequeretur liberationem, Affl. dec. 353. n. 5. & fieret nouatio contractus, vt per Franch. dec. 15. & ei actio, & perſonalis, & realis quæreretur, quæ ceſſat in hac ſimplici delegatione, & proptereà dicta memorata obiectio procederet, quoties debitor omnia ſua bona obligauerit, & etiam nomina debitorũ, vt voluit gloſ. in d. l. ſi ſoluere, verb. pro chirographo; hæc collexi, ſaluo meliori iudicio. Thoro.

Pecunia Vniuerſitatis per Capſeriũ nullatenùs expendi debet, niſi de mandato, & ordine Sindici, & Electorũ, & ità tã iuris cõmunis diſpoſitione, quã Regni iure optimè cõprobatum eſt, vt latiùs per Io. Paul. Montan. in pragm. 5. §. 3. & 4. de adminiſt. Vniuerſ. nu. 1. 2. & 3. Cùm igitur hæc noſtra Fideliſſima Ciuitas Neap. per ſex Electos Nobiles, & vnũ popularẽ gubernetur, Franch. dec. 2. in princ. idem Montan. in pragm. 2. n. 317. eod. tit. & in vnũ cõueniat in Tribunali S. Laurẽtij, diuerſum tamẽ à Deputationis pecuniæ Ciuitatis Tribunale, ꝙ per Deputatos plateãrũ cum interuentu vnius ex Regijs Cõſiliarijs ad id delegati pecuniam Ciuitatis

ratis erogant, ſoluunt, & diſponunt; & ab eis fuiſſet ſolemne votum emiſſum ijs annis proximè elapſis, credo in anno 1607. ni fallor, Capellã, ſeù Theſaurũ maximum in honorem S. Ianuarij, aliorumq; huius Ciuitatis Patronorum conſtrui facere intus Eccleſiam Cathedralem Neapolitanã ob euidens miraculũ à dicto glorioſo S. Ianuario mediãtibus eius meritis tempore penuriæ obuentũ, & pro tali conſtructione magnã pecuniarũ quantitatem ſoluere, ſicuti cum effectu iam quaſi conſtructũ patet, miro ſiquidẽ artificio, marmoreiſq; lapidibus, & porfidis ornatũ, ſe oppoſuerunt Deputati prædicti pecuniæ Ciuitatis, prætendentes, pecuniam ipſam abſq; alio ordine, & mãdato Electorum in cauſam prædictam erogare, quod iuri aduerſabatur ex allegatis in principio: re tamen deducta in S.R.C. deciſum fuit, talem pecuniarũ quantitatem in cauſam allegatam eſſe de ordine, atq; mandato Electorum vouentium impendendam per Deputatos ipſos, & ſic exequutum, referente D. Cõſiliario Ferdinando Brãcia, penès Secretarium in anno ſupradicto. Io. Bapt. de Thoro.

Pecunia ſi ſit depoſita per aliquẽ, vt ſoluatur certo creditori alicuius Vniuerſitatis, ad cuius inſtantiã bona Vniuerſitatis licitationibus, & vẽditionibus expoſita erant venalia, & ità in beneficiũ Vniuerſitatis verſa, ſicuti cũ effectu fuit liberata mediãte decreto Iudicis, obtenta ceſſione creditoris in beneficium deponentis contra Vniuerſitatem, an ob id Vniuerſitas ipſa cogi debeat ad ſoluendum pecuniam depoſitam deponenti, non obſtante ꝙ ꝓ parte Vniuerſitatis plura obijciebãtur. Primò, de Procuratore recipiente pecuniã nomine Vniuerſitatis, nullũ habente mandatũ. Secundò, ex eo ꝙ creditores Vniuerſitatis non propriè erant creditores. Tertiò, per obiectionẽ ciuium obligatorũ in cõtractu, aſſerentiũ, per metum, & vim ſe obligaſſe, hoc eſt viribus præturæ compulſos, in facti themate exordiebatur, D. Victoriam de Heredia matrẽ D. Franciſci Patigni emiſſe ab Vniuerſitate Altauillæ annuos duc. 320. pro pretio duc. 4000. depoſitorum per eam in Banco publico, & liberatorũ præfatæ Vniuerſitati præuijs decretis, & ceſſionibus ipſorũ creditorum in beneficium ipſius D. Victoriæ, hoc eſt duc. 1965. liberati fuerũt Auguſtino Bernallæ, & Hippolytæ Sophiç creditoribus cum Regio aſſenſu, habẽtibus ſententiam S.C. & alij duc. 2035. liberati Horatio de Loffredo ceſſionario Io. Thomæ Cãpanilis ſimilitèr creditori dictæ Vniuerſitatis, ad cuius inſtãtiã fuerũt interpoſita nõnulla decreta cõtra Vniuerſitatẽ, & fuerunt exequuta eius bona, & expoſita venalia, quæ bona ſtãte prædicto depoſito facto fuerunt liberata, vndè ex hoc patet fuiſſe verſos dictos duc. 2035. in beneficiũ Vniuerſitatis, eãdẽq; remanere obligatã præfatæ D. Victoriæ, per tex. in l. pupillo, ff. de ſolut. & l. fin. ff. de exercit. act. per quem tex. DD. notãt, ꝙ per ſolutionẽ pecuniæ factã pro imminẽte neceſſitate rerũ, etiã pupillorũ obligatur pupillus; nã ſic cõſtat, pecuniã cũ effectu eſſe verſã in eius vtilitatẽ, Paul. de Caſtr. ſũmat l. ciuitas, ff. ſi cert. per. dicẽs, ex mutuo facto Adminiſtratori Ciuitatis obligatur Ciuitas, ſi fuit cõuerſum in eius vtilitatẽ, aliàs nõ Ciuitas, ſed Adminiſtrator, qui recepit, obligatur, ſubdens deindè, ꝙ in quolibet Adminiſtratore priuati ex mutuo ſibi facto in vtilitatem Domini cõuerſo tenetur Dominus, l. ſi pupilli, §. 1. ff. de neg. geſt. & licèt Procurator ciuis dictæ Terræ Altauillæ nullũ habuiſſet mãdatũ ab Vniuerſitate, prout verè habuit, nihilominùs dũ eſt vnus de principalibus ciuibus gubernantibus dictã Vniuerſitatẽ, vt in eius articulis, teſtiumq; depoſitionibus legitur, potuit hoc facere in beneficiũ Vniuerſitatis, vt probat Aym. Crauett. conſ. 132. vbi allegat, & ſequitur Dec. in l. ſi quis, ff. de iuriſd. omn. iud. dicentẽ, ꝙ quilibet de populo poteſt facere rem vtilẽ ſuę patrię, & ſi dictus Procurator nõ eſſet ciuis, nec habuiſſet aliꝙ mãdatum, dũ pecuniã cõuertit in rẽ Vniuerſitatis, remanet Vniuerſitas obligata, nã Bart. in l. fin. ff. de exercit. act. dicit. Nota mirabilẽ legem, per quã creditori ſoluẽti pecuniã Inſtitori non imponitur onus probãdi, pecuniã fuiſſe cõuerſã in vtilitatẽ debitoris, & opponit de l. ꝙ ſi ſeruus, ff. de in rem verſo, vbi creditor tenetur hoc probare: quam oppoſitionẽ ſoluit, dicẽs, ibi, cõtrahebatur cũ eo, qui nullũ habebat mãdatũ, & ſic annuit, ꝙ ẽt nõ habẽs mãdatũ obligat eum, in cuius beneficiũ pecuniam conuertit, Iaſ. in d. l. ciuitas, n. 16. verſ. nam, in vltimo caſu loquens de Adminiſtratore nullum habente mandatum, dicit, ſi probetur, ꝙ pecunia erat verſa in vtilitatem Ciuitatis, certè Ciuitas tenetur, & dat rationem, dicens, quòd quilibet, in cuius vtilitatem verſa eſt pecunia, tenetur vtili actione de in rem verſo. l. ei, qui, in fin. C. quod cum eo, & de hoc habemus tex. expreſſum in l. vnica, C. de ſolut. debit. ciuit. lib. 11. inſupèr eſt aduertendum, ꝙ ſuper emptione prædicta facta à dicta D. Victoria in anno 1596. fuit interpoſitus Regius aſſenſus in eodem anno; Verùm quia erat firmatus ab vno Regente tãtùm, ideò fuit expeditus alius aſſenſus in anno 1612. & firmatus ab omnibus Regentibus, & licèt tunc erat facta concluſio in cauſa iſta, nihilominùs admittitur ex æquitate S.C. vt deciſum fuit, referente Capyc. dec. 51. nu. 11. iuxtà notata per Alex. cõſ. 150. n. 25. & per eũdem Capyc. in inueſtitura, in rubr. feud. exequut. verſ. & ſi actum, fol. 195. per Liparul. in c. 1. §. quid ergo, de inueſt. de re alien. fact. nu. 6. lit. V. incip. in iudiciale, in fin. & plenius per Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 8. §. 11. nu. 14. & quòd Thomas Campanilis erat creditor Vniuerſitatis prędictæ, apparet ex lectura inſtrumentorum, vbi legitur, per eum fuiſſe ſolutos duc. 1500 ipſi Vniuerſitati, & pro ea eius creditoribus mediãte perſona Syndici ipſius Vniuerſitatis, qui de prędictis duc. 1500. fecit ſibi introitum, & exitũ, & illos ſoluit creditoribus Vniuerſitatis prędictæ, quod ſufficit ad obligandũ, vt declarant Domini de Giunta, & hoc fuit approbatũ per Rationalem Regiæ Cameræ ad videndum computa eiuſdem Vniuerſitatis, per quã ſolutionem factam Sindico, qui rationẽ adminiſtrationis ſuæ Vniuerſitati reddidit, remanet obligata ipſa Vniuerſitas, vt habetur in d. l. Ciuitas, & hoc iàm fuerat iudicatũ per dictos quatuor Regios Conſiliarios, quorum mandato, & mandatis erãt exequuta bona Vniuerſitatis, & expoſita venalia, & cum effectu eſſent vendita, ſi prædicta D. Victoria dict. duc. 4000. non dediſſet, quos ideò ſoluit, vt bona Vniuerſitatis lueret, & ideò ipſa Vniuerſitas in publico parlamento ratificauit præfatum inſtrumentum crediti factum in

beneficium prædictæ D. Victoriæ per dictũ Procuratorẽ; Nec obſtat exceptio ex aduerſo nũc oppoſita, quòd ad faciendam præfatam ratificationẽ fuerũt coacti Ciues per Officialem, inſtantibus illis perſonis, quæ erãt obligatæ in prædictis cautelis factis cum prædicto Thoma in anno 1572. illæ enim perſonæ enumeratæ in articulis aduerſarij, à quibus præſupponitur vim fuiſſe illatam illis 80. ciuibus ratificantibus prædictam venditionem in anno 1596. non interuenerunt in cautelis factis in beneficium Campanilis in dicto anno 1573. & ſic nihil eorum principalitèr intererat ſatisfieri, vel non ſatisfieri prædicto Cãpanili, ſed intererat totius Vniuerſitatis verè debitricis, vexatæ, & exequutæ à Cõmiſſarijs cõtra eã expeditis ad inſtantiam prædicti creditoris virtute dictorum decretorum, ideo pro ea in eius beneficiũ obligari Ciues, pertinebat ad ipſos de Regimine, & renitentes viribus præturæ cõpelli facere, l. 2. ff. de iuſt. & iur. gl. pen. in l. fi. C. de abolit. Vltimò, aduertatur, ꝙ dato, & non conceſſo, prædictum Campanilem non fuiſſe creditorem, & ſic prædicta decreta cõtrà Vniuerſitatem fuiſſe malè interpoſita, dùm pro exequutione ipſorum fuit præſtita cautio in caſu retractationis, poterit ipſa Vniuerſitas procurare prædictam retractationẽ, & auocare pecuniam per eam ſolutam prędicto ceſſionario Campanili, nam hoc non poteſt facere D. Franciſcus, ſed ipſa Vniuerſitas, ſi à prædictis decretis ſẽſerit ſe grauatam, & intereà ipſa tenetur ſoluere dicto D. Franciſco pro ea ſoluenti, quod à fideiuſſoribus dicti creditoris prætendit malè fuiſſe ſolutum, ſed dũm per annos 20. Vniuerſitas tacuit, acquieſcẽdo prædictis decretis, & eis patẽdo, ex hoc apparet, illam fuiſſe debitricẽ dicto Campanili, & ſucceſſiuè ad præſens debere dicto D. Franciſco, de cuius pecunia ſuum debitum ſoluit, quæ omnia fuerũt allegata patrocinante peritiſſimo I.C. Michaele Zappullo, meo coniuncto dilecto, & tandèm referente Regio Cõſiliario Gaſpare Palatio cauſæ Commiſſario fuit per S.R.C. condemnata Vniuerſitas ad ſoluendum dictam ſummam vnà cum intereſſe decurſo, aſcendentem ad ſummam duc. 8000. dicto D. Franciſco Patigno, ſaluis iuribus competentibus dictæ Vniuerſitati contra ipſos creditores die 22. Nouembris 1618. in Banca de Izzo. Ego autẽ vltrà prædicta allego Mõtanar. in pragm. 2. de adminiſtr. Vniuerſ. nu. 141. vbi in ſpecie tradit, quòd quotiès venduntur bona Vniuerſitatis, ſi interueniunt ſolemnitates à lege requiſitæ, tunc non eſt neceſſariũ, pecuniam verſam in beneficiũ Vniuerſitatis probare, quia præſumptio eſt contra Vniuerſitatem, vbi alia, & in fine dixit, & quatènus pecunia verſa eſſet in beneficiũ Vniuerſitatis, eatènus tenetur Vniuerſitas, per tex. in l. ſi prædium, C. de pręd. min. vbi n. 129. quærit, ſi incũbat creditori, ſaltim præſumptiuè probare, pecuniam verſam eſſe in vtilitatem Vniuerſitatis, vt ibi & nu. 158. tenet, quòd ciues cogi poſſunt per Capitaneum ad ſe obligandum pro Vniuerſitate. Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Pecuniam diminutam à Rege rãtùm approbatã an creditor recipere cogatur; fuit deciſum, quòd ſic, niſi alitèr fuiſſet cõuentum, vt. ſ. certa ſpecies monetæ traderetur, vel exiſtente cõſuetudine, vt creditor quantumcũq; quantitatem pecuniæ debitæ in genere compelli nõ poſſit ad recipiendum, niſi certam partem eius, Franch. dec. 508. *Io. Bapt. Larrea dec. Granat. 22. n. 3.*

Pecuniæ quantitas ſi ſit exacta per cohæredem medietatis hæreditatis an teneatur illam communicare cohęredi; fuit deciſum, quòd non, & ità abſoluta fuit cohæres exactrix, Ann. alleg. 4. Molfeſ. in addit. eius Comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 26. nu. 8. *Alex. Trentacinq. var. reſol. lib. 3. tit. de ſolut. reſol. 23. n. 3.*

Pęna laicis dębita pro delictis enormibus an eadem Clericis in maioribus conſtitutis, & degradatis irrogari debeat; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 571. deindè fuit contrarium deciſum in S.C. vide ſuprà in verb. clericus, hoc enim procederet, quòad mortis pęnam, vt omnes ſuſpendantur; verùm tamen quòad corpora diuidenda in fruſtra non fuit ſeruatum quòad Clericos, ratione priſtini Sacramẽti reuerẽtiæ, & ità deciſum refert Frãch. ibi in fin. *Sic etiam Coloniæ ſeruatum fuiſſe per hãc rationem in ſimili facto, ne in Rota poneretur, teſtatur Petr. Rauenn. in ſuo diſcurſu poſt alphab. incip. Propheta, col. 8. verſ. modò in hoc, & in alio caſu relato per Io. Gallum q. 127. adde Epiſc. Genuenſ. in tract. de Eccleſ. ſeu practicab. Eccleſ. q. 769.*

Pęna mortis naturalis in arbitratijs an poſſit à Iudice imponi. licèt opiniones hinc indè ſint affirmatiuæ, & negatiuæ, quas nouiſſimè recollexit modernus Doctor Petr. Caball. reſol. crim. cent. 1. caſu 92. tamen, vt ipſe concludit, in atrocioribus militare, ſicut in caſu tradito in dec. 504. de Franch. ab eo allegato, vt ſuprà verb. incidens, & in alio caſu tradito per Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rub. de prouiſ. fier. ſol. §. 2. n. 16. de quo infrà eod. verb. tortura. *Caſtill. dec. Sicil. 138. n. 15. p. 2.*

Pęna inceſtus, & ſtupri an ſit pęna mortis, licèt in M.C.V. fuiſſet deciſum, quòd ſic, per S.C. fuit reformata ſentẽtia, vt in ſtupratione ſit deportatio, & in mulieribus detruſio in Monaſterium, Frãch. dec. 378. Baiard. ad Clar. in §. inceſtus, nu. 11. Ant. Theſ. dec. Pedemont. 100. n. 5. Caball. reſol. crim. cent. 2. caſu 200. n. 15. & 33. Ricc. collect. dec. 151. Iacob. Thoming. dec. Lipſiæ 42. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 5. p. 2. n. 6.*

Pęna mortis impoſita vltrà vnciã furanti iuxtà Cap. Regni Ad hoc an procedat in committente crimen pęculatus, latè articulus diſcutitur, tandèm concluditur, committentem tale crimen fuiſſe cõdemnatum perpetuò ad triremes, Frãch. dec. 315. Caball. reſol. crim. cent. 1. caſu 18. nu. 6. & caſu 99. pręſertim n. 44. *Epiſc. Ricc. collect. 2087. & D. Reg. Sanfelic. dec. 35.*

Pęna adulterij cum inceſtu an hodiè ſit pęna mortis; fuit deciſum, quòd ſic; tantò magis cùm in ipſis delictis concurrebant emptio veneni, & mors viri præſumebatur, Franch. deciſ. 240. Baiard. ad Clar. §. adulterium, n. 46. & §. fin. q. 19. n. 3. Caball. reſol. crim. cent. 2. caſu 200. n. 17. Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 1. c. 5. n. 38. in fin.

Pęna vltimi ſupplicij an puniatur ſagittã proijciens, quamuis mors indè non fuerit ſequuta; fuit deciſum, quòd ſic, Gramm. dec. 36. ſub nu. 12. meminit Foller. in pragm. 1. n. 40. de ictu ſcopictæ in fi. Aff. in Conſt. Si quis aliquem, n. 16. Iul. Clar. in §. aſſaſſinium, nu. 6. Franch. deciſ. 333. Maſcard. de prob. concl. 1140.

Pœ-

Digitized by Google

Pęna vltimi ſupplicij an veniat imponenda exiſtentibus præſumptionibus violentis, quàmuis delictum liquidò probatum non eſſet, in occurrenti caſu nonnullorum furtorum ex præſumptionibus violentis fuit deciſum, penam ipſam locum habere, Gramm.dec.56. latè Petr.Caball.reſol.crimin. cent.3.caſ.288.n.14.

Pœna Baiuli tunc locum vendicat, quando in genere, vel in ſpecie eſſet facta prohibitio, nã regularitèr vaſſalli Domini animalium damnum dantiũ non tenentur ad pœnam, niſi pro rata affidaturæ, & ità obtinuiſſe in facti contingentia refert Affl. in c.1.§.fin.de pac.tenen. Capiblanc.in pragm. 19. nu.39.de Baron.Maxill.in Conſuet.Bari,in rub.ſi animal in hom. vel in alıud damn.§. cùm animal, n.2.Gramm.dec.67.nu.3.Camp.in cap.Grauamina,n.93.

Pœna amputationis manus datur percutienti cum armis, & ſi fuerit facta offenſio Officiali debet puniri percutiens duplicata pœna, exiſtente tali ſtatuto,ſed an vtraq; manus abſcindi debeat, fuit per M.C.V. condemnatus ad amputatione vnius manus quidam,qui percuſſit Officialem Soloſræ, Affl.in Conſt.Si quis aliquem,n.14.

Pœna contenta in obligatione fideiuſſorum de præſentando principalem,ſi fuerint citati ad dicendũ cauſam,quarè non debet incuſari pęna ad inſtantiam Fiſci,nõ tamen incuſatione facta, an poſſint fideiuſſores cõdemnari;fuit deciſum; ſententiam eſſe proferẽdam iuxtà libellum, ſcilicèt quòd declaretur,quòd pœna poſsit incuſari,& contra eos fieri exequutio. Afflict.deciſ.34.Franch.deciſ.656. Muſcat.in pract.fideiuſſor par.1.mod.10.n.5.Folter. in Fragment. nu.256. Cacher. in deciſ. Pedemont.17.nu.49.vbi declarat,iſtam deciſionem ibi non militare, ex quo in illa patria hoc iure vtuntur, ſcilicet, ad incurrendam pęnam eſſe accuſandam cõtumaciam,Ant.Fab.in eius Cod.defin. Sabaudię,tit.comm.epiſt.progtamm.author.rei iud. defin.2.vbi paritèr tradit,idem ſępiùs in dicto Senatu fuiſſe reſolutum, & in tit. de cont. & comm. defin.14. Hercul. in tract.de caut. de non offend. c.48.nu.3.

Pœna deportationis in inſulã quàmuis nõ ſit in vſu; loco ipſius datur ad inſeruiendum Regi in triremibus pro tempore expreſſo, Gramm.deciſ.23.in fin.ad materiã vide Farinac. tit.de delict. & pœn. q.19.nu.14.Franch.deciſ.442. Modernus Doctor Pet.Cabal.reſol.crim.caſ.200.n.150.& n.106. cõcludit,hodiè ſucceſsiſſe pœnam arbitrariam,Ric. dec. Archiep.113.p.2. *Conſil. Gizzar.dec.18.n.3.*

Pœna adiecta obligationi facti an de iure debeatur, vt putà ſi fuerit impoſita extrahentibus certã ſpeciem extrà Regnum,& pęna acquiratur alicui ex priuilegio,ſi demũ fuerit de pœna per conuentionẽ extractionis facta obligatio, an debeatur; fuit deciſum, pœnã ipſam deberi, quatènus cum intereſſe concurrat, ꝙ liquidabitur tempore exequutionis, Affl.dec.135.Muſcatell.in praxi fideiuſſor. par.2.q.2.n.8.Maxill.in Conſuet.Bari,rub.de pœna in contract.appoſita,§.quia proniores, num.7. Aloyſ. de Leo l.2. C. de Epiſc.aud.nu.8.latè Modernus Doctor Petr.Caball.reſol.crim.cent.3. caſu 226.nu.4.& Ioſeph de Seſe dec.Aragoniæ 110. nu.21.Ant.Fab.in eius Cod.tit.de contr. & commerc.defin.14.Hector Fęlicius in tract.de ſociet. c.29.nu.7.*Epiſc.Genuenſ.in tract.de Eccleſ.ſeù practicab.Eccleſ.quæſt.253 nu.4.& q 686 n.3. D.Reg. Rouit.dec.13.n.24. D.Conſil.Theod.alleg.77.nu.15. Renſuer.dec.Camer.Imperial.lib.2.dec.24.nu.15.*

Pœna qua nàm puniri debet dãs alapã Famulo Curiæ,ſi eſſet Nobilis; fuit per M.C.V.deciſum, & confirmatum per S.C.vt ſit pœna bimeſtralis exilij à Ciuitate puniẽdus,Gramm.dec.14.& in cap. Regni Plerunq; contingit,meminit Carau.in rit. 258.n.2.Carrer.in pract.crim.tit.de indic.& tort. in princ. verſ.in tex.ibi itemq; n.90. latè Farinac. in eius prax.in tit.de var.& diuerſ. crim. in q.105. n.208.Peregr.de iur.Fiſc.lib.7.tit.4.n.1.Ric.deciſ. Archiep.81.p.2.

Pœna impoſita per Barones habentes Baiulationẽ in eorum Terris an debeat excedere damnũ datũ;fuit deciſum, quòd non poſsit excedere quãtitatẽ ſortis petitę, Campag.in c.Grauamina, n.93. ad quod vide Gramm.dec.67. ſub n.14.& ſeq.

Pœna quæ nam ſit contra vſurpantes iuriſdictionẽ, ſuſcipiẽdo Magiſtratum,cùm ſint perſonę priuatæ;concluditur,quòd aut ſumus in eo,qui propria authoritate occupat iuriſdictiones;& facit ſe Officialem ſine motu Principis,& tunc locum habet pœna falſi,pœna capitis,& publicationis bonorũ, aut ſumus in eo, qui ab alio Magiſtratu creatur Magiſtratus cauſarum criminaliũ tantùm, & tũc locum habet pœna publicationis bonorum tantùm, aut in eo dùm eſſet aliàs Dominus loci, & haberet in eo ciuilem iuriſdictionẽ,vſurparet ſibi criminalem, exercendo eam, vel alteri committendo in Terra ſua,& tunc locum vendicat pœna publicationis terræ tantùm, aut in eo, qui patitur ſe creari ab Vniuerſitate Officialem cauſarũ ciuilium,& criminalium, & tunc erit pœna capitalis,aut in eo,qui aſſumit ſibi officium,& tunc erit pœna falſi, vel extraordinaria, Capyc.dec.130. à n.21.ad 31.Farinac.de inquiſ.q.10.n.43. de Pont. conſ.90.n.34.vol.1.

Pœna ſolui an debeat à fideiuſſore de præſentando reum, ipſumq, præſentando ex poſt facto,hoc eſt poſt incuſationem pęnæ;fuit deciſum,quòd ſic, ꝙ procedit in M.C.V.vigore ritus, ſecus extrà ipſã M.C.V.Vrſill.dec.130.n.8. Muſcatell.in pract.fideiuſſ.p.1. n.21.

Pœna mortis an ſit mitiganda in minore delinquẽte,& homicidiũ patrante,licèt per M.C.V. fuerit minor in occurrenti caſu dãnatus ad mortem, per S.C. non fuit dicta ſententia exequutioni demãdata,ſed tranſacto biennio cõpoſitus ad duc.300. vt refert Vrſill.dec.287.à n.2.vſq; ad n.8.vbi ſubdit,hodiè eſſe aboletũ,exiſtente nouella pragmatica de minoribus,vbi omnia arbitrio Iudicis relinquit,& vide ſuprà in verb. minor.

Pœna polluentis extraordinariè,hoc eſt extrà vas in maſculo an erit eadem, quæ contra veros ſodomitas extat; concluditur,quòd ſicut extraordinariè delinquunt, ità extraordinariè puniri debent, & ità determinatũ per Magnif. Doctores vidiſſe teſtatur Affl.in Conſt Legũ aſperitate, ſub n.12. eum citat Pet.Cabal.reſol.crim.cent.1.c.16.n.11. Iul.Clar.in §.ſodomia,n.8.vbi defendit Afflict.ab impugnatione Gramm.ſubdens,in practica non eſſe recedendum ab opinione Affl. quam ſequutus eſt Senat.Mediol. & nouiſsimè Franc.Monal. conſ.62.nu.10.& ſeq.vol.2. qui omnes allegat, & ſequi-

ſequitur opinionem Affl. Io. Aloyſ. Ricc.in prax. Eccl.de pœn.dec.367. refert,quid fuerit iudicatũ contra clericum ita delinquentem per Cur. Archiep.& in deciſ.Cur.Arch.148. p.2.

Pœna qua nã puniri debet lacerans literas Officialis;deciſum fuit in occurrenti caſu cuiuſdam lacerantis mandatum,ſeù citationem M.C.V.eſſe puniendum ad relegationem per quinquennium, Vrſill.dec.274.de ſimili materia abundè loquitur Guid.Pap.dec.233.& 579.

Pœna ordinaria homicidij, vel extraordinaria puniri debeat occidens Semproniũ dùm voluerat occidere Caium;cõcluditur per DD. vt pęna extraordinaria puniri debeat, Gramm.conſ.5.& fuit in facti contingentia ità iudicatum in S.C. vt refert idem Gramm.in Conſtit. Regni Terminum vitæ, fol.14.n.11. eum citat Iul.Clar. in §. homicidium, poſt nu.4.verſ.dicunt etiam , & Nunt. Tartagl.in Margar.Fiſc.p.2.c.2.verſ.finem, & Petr.Cabal.in tract.de omn.gen.homicid. nu.238.

Pœna cap.Regni Ad hoc furibus impoſita an locum habeat in crimine expilatæ hæreditatis;fuit deciſum,quòd non, Napod.in add. ad d.cap. Ad hoc, verſ. prætereà hic dicit, Pet.Garſ.in dicto 489.

Pęna cõtenta in Conſt.Regni Violẽtias,vt pro pęna violentię cõmiſſę teneatur ſpoliãs ſoluere medietatem æſtimationis ipſius rei,cui applicanda erit? fuit deciſum in S.C.eſſe Fiſcò applicandã, nam in eo caſu mulctatur in quantitate,Barth.de Capua in d.Conſt. Violẽtias,vt infrà eod. ver. pęna Cõſt.

Pęna damni clandeſtini,ad quã tenetur Vniuerſitas an ipſa emendare debeat , quando delictum eſſet cõmiſſum in territorio, vt cantat Conſt. Regni Si damna, an etiã ſi delictũ eſſet cõmiſſum in Ciuitate;fuit determinatum in M.C.& in S.C.ceſſare in delicto cõmiſſo in Ciuitate , Barth. de Capua in d.Conſt.Si damna, verſ.fuit de facto, eum citat Foller.in fragment.n.120.de homicid.clandeſt.

Pęna pecuniaria proueniens ex commutatione pęnæ delicti importantis pęnam mortis,aut membri abſciſſionis facta,& cõmutata per Officiales Baronis habẽtis iuriſdictionem criminalem ad quẽ ſpectet,fuit votatum,quòd quãdo de pęna corporali deuenitur ad pecuniariã ex voluntate,nõ ſpectat ad Baronem ciuilem cognitionem habentẽ, quando verò ex neceſsitate ſic, Capyc. deciſ.27.à n.12.vſq; ad 19.Franch.dec.116.n.10. Capiblanc. in prag.8.n.118.de Baron.Frecc.de ſubfeud. lib.2. in 3.authór. refert , fuiſſe per Regem declaratum in cauſa Ducis S. Petri Galatinæ die 26. Ianuarij 1516. quòd quando pęnæ non proueniunt principalitèr ex delicto,ſed ex cauſa ciuili,vel incidẽtèr, ſpectant ad Iudicem ciuilem, qui dicit facere pro Dominis habentibus iuriſdictionem ſeparatam. Et de hoc extat Reg.Pragm. in tit. de iuriſd. ad inuic.non turb. *Barbat.de diuiſ. fruct.p.1.c.13. num.11.*

Pęna publicationis bonorum an locũ habeat in crimine læſæ Maieſtatis in ſecundo capite , cõcluditur,quòd nõ,Capyc.dec.130 à n.33. ad 35. Carrer. in pract.crim.tit.de appell.in caſ. 11.

Pœna publicationis bonorum quamuis locum non habeat in crimine læſæ Maieſtatis in ſecundo capite,an ex reiteratione eiuſdẽ delicti imponi poſſit;concluditur poſſe Viceregem facere confiſcationem talem in omnibus bonis, Capyc.dec.130. à n.34.ad 41. Carrer. in pract.crim. tit. de appell. in caſ.11.

Pęna l.quiſquis, C.ad l.Iul.Maieſt. an locum habeat in eo, qui committit contra Viceregem, & Vicarium Principis;concluditur,quòd ſic, Capyc.dec. 130.à n.41.vſq; ad n.50.Carrer.in pract.crim. tit. de appell.in caſ.11.n.26.Marius Italia in tract. de immun.Eccl.lib.1.c.5.§.7. n.41.

Pęna,an damnum debeat ſolui priùs,exiſtẽte banno pro damnis datis in territorio;fuit deciſum,priùs damnũ,quàm pęnam ſolui debere, Ann.ſing.139. damnum, Capibl.in prag.8.n.178.de Baronib. & nu.181. annuit, bis fuiſſe iudicatum in S.C. quòd non poſſit exigi prius pęna antequàm damnum fuerit appretiatũ,& exactũ,Ricc.in coll.dec.103. *D.Cõſil.Carleual de iud.to.2.lib.1.tit.2. diſp.1.n.27. Nouar.de grauam.vaſall.tom.1.grauam.46.& 56.*

Pœna priuationis officij extat contra aperientes literas,& reuelantes ſecreta, & ità fuit practicatũ, Ann.ſing.383. pœna.

Pœna quando deſcendit ex delicto , etiam ſi agatur ciuilitèr,dicitur cauſa criminalis,nàm origo inſpicitur,& proindè comprehenduntur pœnæ ſimiles in indultu generali,vt in pluribus caſibus fuit deciſum in Coll.Conſ.& R.C. Ann.ſing.384. pœna. *Barbat.de diuiſ.fruct.par.1.cap.13 n.76.*

Pœna fideiuſſionis contra fideiuſſores exulis de ſeruandis finibus an exequi debeat irremiſibilitèr,ſi exul fuerit viſus intrà fines territorij pertranſire; fuit deciſũ in M.C.V.in cauſa appellationis quòd non,Viui.dec.505. in princ.

Pœna raptus violentis in meretrice eſt capitalis , & per M.C.V. fuit principalis condemnatus ad furcarum ſuſpendia, alij verò ſocij ad remigandum, Gramm.in Conſt.Capitalem pœnam,n.2.

Pęna Conſt.Regni Violentias,quę eſt medietas ęſtimationis rei, ſuper qua cõmiſſum eſt ſpolium , an Fiſco, vel parti applicari debeat, Affl. in d. Conſt. Violentias,n.10.& ſeq.proſequitur diſputãdo articulum pro,& contra,& nu. 16. ſubdit,eſſe in Regno hoc deciſum per Cap.Regis Caroli,incip.Placuit de cõſilio, quòd pęna tripli applicetur Fiſco; & ſubdit, vidiſſe Apoſtillam antiquam in dicta Conſt.quæ dicebat,quòd in Reg. Conſil. fuit concluſum,quòd iſta pœna applicatur Fiſco, vide ſuprà eod.ver.pęna contenta.

Pęna mortis an ſit plectendus percutiens aliquem cũ baſtone in capite, ſi relicto percuſſo incolume per ſpatium ſeptem dierum , infrà octauum febre ſuperueniente obijt,attenta Medicorum diuerſitate opinionũ, quorum vnus aſſeuerabat, ex vulnere deceſſiſſe,alter,illud à principio fuiſſe lęthale,circũſcriptis defenſionibus factus, quòd elapſis ſeptem diebus percuſſus inuoluto capite exiebat extrà domum,eundo per Ciuitatem laborando in ſuo exercitio; fuit per M. C. V. condemnatus in Inſulam in perpetuum , cùm in triremibus minimè inſeruire potuiſſet,ſtãte debilitatione manus, Gramm.conſil.crim.2. in Ieſu Chriſti Redemptoris,infrà eod. verb.pęna mortis.

Pęna capitis adiecta in lege, vel in ſtatuto intelligi debet,nõ de pœna mortis,ſed de alia mitiori pœna,vt concludit Marant.in ſpecul.p.4.n.63. & ibi Alfer.in add.& ità in facto obtinuiſſe tradit Vrſil. dec.404.n.16.quem citat Farinac.in tit.de carcer. q.30.nu.4. qui loquitur in fractore carceris cum

con-

conſpiratione aliorum, ad ornatum materiæ prædictæ omninò videdus eſt modernus Doctor Pet. Caball. reſol.crim.cent.1.caſ.8.nu.29.caſ.27.nu.2. caſ.42.ſub.nu.5.& caſ.46.nu.4.& cent.3. caſ.236. n.19.21.& 22.annuens,regulam ipſam militare in caſibus delictorum minimorum merentium minorationem pœnæ, cæterùm attenta grauitate delictorum iſta interpretatio ceſſat, quarè capitis pęna de morte intelligendum erit, niſi alitèr conſtaret de mente ſtatuentis, ſeù Legislatoris,vt tradit Franch.dec.140.n.2.

Pęna an exigi poſſit per Baronem,quando animalia inueniuntur in Terris ſatis, ſaltis apertis, & non minatis;fuit deciſum in S.C.quòd nò,Lanar.conſ. 98.n.8.Maſtrill.in tract.de magiſtrat.par.2.lib.4. c.18.n.18.*Nouar.de grauam.vaſall.grauam.43.vbi aliam deciſionem affert.*

Pœna in Banno contenta contra animalia intrantia territoria aliena bannita an exigi poſſit pro tota quantitate dãni tantũ, & non vltrà,ſi damnũ paſſus accuſaret pęnam pro tota quantitate,quando animalia non ex ſeipſis,ſed aut cuſtodes, aut Dñi facerent intrare, cùmq; prohibere poterant, nec prohibuerũt;fuit in caſu vertẽti inter Caſtrũ Rotelli cũ Comite Beccarij ità deciſũ per S.C.vt pęna exigitur pro tota quãtitate damni tantùm, & non vltrà,Lanar.in conſ.98.n.14. Maſtrill.vbi ſuprà,*Cancer.variar.reſolut.tom.3.cap.13.num.*177. *Nouar.de grauam.vaſall.tom.1.grauam.*53.

Pœna publicationis bonorum in Regno viget iuxtà Reg.Pragm. contra vſurarios, & quàmuis contra Neapolitanos talis pęna non vendicet ſibi locum vigore priuilegiorum noſtræ Ciuitatis,ſi .n. Ciuis Neap.tale crimen cõmiſerit,qua nam pęna puniri debeat; fuit aliàs deciſũ in S.R.C. eſſe puniendũ extraordinariè,vt refert Frãch.dec.213.n.17. quẽ citat Viui.dec.504.n.12.& 22. Marr.vot.70.n.10.

Pęna triremiũ Nobiles nõ ſunt puniendi, & quid in popularibus diuitibus,& honeſtis,concluditur in eorũ fauorẽ per Fab.Ann.conſ.34.pęna triremiũ, eum citat Capibl.in pragm.19.n.15.de Baron. tamen in Apoſtill. in 2.vol.conſil.incip. audiui aliquos,inquit ibi in verſ.caſus conſ.34. fuit deciſus contra conſil. nõ ex eo,quòd dicta in conſilio nõ militarent, ſed quia non erat locus reclamationi, & declarationi,obſtante Reg.Pragm.& ità in decreto ſuit dictũ, eum citat Reg. de Pont. in tract. de pot.Pror.rubr.de prouiſ.fier.ſol.§.2.n.2. Farin. in prax.tit.de pęn.moder.q.98.n.99.Paſch.de vir. pat.pot.p.4.c.2.n.64.vide quid fuerit obſeruatum in Cur.Archiep.Neap.in Clerico,non tamen Nobili,ſed ex parentibus diuitibus,& honeſtioribus orto,vt refert Ricc.in prax.Eccl.rubr.de pęn.dec. 366.& in dec.19.par.2.

Pœna certa ſufficit ad inducendum inhabilitatem, etiam quòd ſententia ſit diuerſa,& ità fuit deciſũ in occurrenti caſu,Reg.de Pont.conſ.73.tota vis, nu.23.& 24.vol.1.

Pęna an ſit mitiganda in perito in arte, de iure concluditur,quòd ſic,l.ad beſtias, ff.de pęn. & ità fuit obtẽtum in Conſilio Regio in quodam Bombarderio inquiſito de homicidio, vt refert Paris de Put.in tract. ſindic. verſ. an ſi tempore officialis, n.2.in fin.quem citat,alios caſus ſimiles referendo Num.Tartagl.in Margar.Fiſc.c.15. verſ. præterea pentia,Batius in adnot.ad Affl.in Conſt.Poſt mũdi machinam,lit.C. incip.vllius,vbi alias deciſiones tradit, Farin.vbi alias ſimiles tradit in tit. de pœn.mitig.q.98.cauſ.15.n.134.Iul.Clar.§.fi.q.66. num.20.

Pęna ſpreti mãdati an ſit exigenda tota per Baronẽ; fuit prouiſum in S.C. quòd pœna non excedat tarenum, niſi inobedientia haberet alias qualitates grauantes,Capibl.in prag.16.nu.54.de Baron. & ità vidiſſe ſeruari teſtatur Viui. in ſylu. commun. opin.in opin.678.præceptum,num.7.vt pro pœna ſpreti mandati exigatur vnum tarenum pro qualibet vncia,citat Gramm.conſ.ciuil.73.n.1.& Reg. de Pont.in tract.de pot.Pror.tit.3.§.1.n.45.refert, pluriès fuiſſe deciſum,Baronem poſſe exigere pęnam vltrà damnum propter contemptum, *Nouar. de grauam. vaſall.tom.1.grauam.*177.

Pœna an exigi debeat à Baiulis, ſi Dominus damni contentaretur;fuit iudicatũ in S.C.inter Vniuerſitatem Lauri cum Marchione, quòd ſi animalia introierint Terras appatronatas nõ bannitas Baiulus non poſſit exigere pęnam, niſi damnum dederint,tũc licèt nõ adſit quærela, pęna exigetur;ſi verò Terra erat bannita,& animalia intrarẽt, pęna debetur,quanquàm damnum non dederint, & ità fuit prouiſum,ſed ſi Terræ eſſent apertæ, licèt ſint bannitæ,pœna non exigetur, niſi eſſent ſeminatæ,vel clauſæ,& ità prouiſum intèr Vniuerſitatem Literarum, & Baronem Vniuerſitatis Vallis Vitulani,Capibl.in prag.8.nu.180. de Baron. Aduertatur,quòd hæc pęna, quæ debetur exiſtente banno in territorio, & damnum non ſit illatum, exigi debet moderatè, & ità fuit deciſum; inquit Ann.in ſing.158.damnum, Ricc.collect.dec.103. *Barbat.de diuiſ.fruct.par.1.c.13.n.75.*

Pęna ſpreti mandati an ſit integrè exigenda per Barones,ſuprà oſtenſum eſt eod.ver.pęna.quid autẽ ſi fuerit pęna ſpreti mandati magna à Rege, ſeù à Prorege fortè facta alicui Neapolitano Ciui,an erit exigenda exiſtente Gratia Neapolitanis conceſſa,vt non poſſit contra eos fieri publicatio bonorum pro quouis delicto, exceptis criminibus læſæ maieſtatis,vel hæreſis, ex quo per talem pęnam impoſitã per indirectum veniret publicatio bonorũ, vel maioris partis; cùm autem cõtigiſſet annis elapſis per Excell.tunc Proregem Marchionem de Mondeyar fuiſſe ſub pęna magna præceptum factum cuidam Nobili Neapolitano,& Titulato, qui alitèr non comparuit, & dùm ad exactionẽ pęnæ procedi debuerat, comparuit Fideliſſima Ciuitas Neapolitana coràm Prorege allegando dictũ Cap.ei conceſſum,ob quod non potuit ad dictam exactionem ſic indirectè procedi, petendo obſeruantiam ipſius,fuit diſcuſſis aliquibus difficultatibus ſuperſeſſum in exactione pęnæ prædictæ,& hoc potiùs ex gratia obtinuit à Prorege pẽdente diſcuſſione coràm inuictiſſ. Rege noſtro, vt tradit Marc. Ant.Surg. de Neap. Illuſtr.c.15. n.10. & ſeq. & de tali deciſione meminit etiam Io.Paul.Balzaran.in c.1.§.bona contrahentium,ſub n.15.quæ ſint regal.feud.& nouiſſimè Reg.de Pont.in tract.de pot. Proreg. rub.de prouiſ.fier.ſol.in princ.nu.22.& 23. inquit, pęnas tales exigi,ſed cum moderamine, & in caſu allegato fuiſſe per Regem noſtrum Inuictiſs. confirmatam ſententiam Proregis, qui ipſam moderauit, ex cauſa relata per eundem Authorem ibi

con-

confiſcarionis dubio rejecto, & ad hoc vltrà adducta per dictos DD. extat aurea doctrina Affl. in Conſt. Si vaſallus, n. 24. quòd ſi præceprum fuerit oretènus factum à Prorege, pęna non exigeretur, vt fuit in contingenti caſu practicatum, ſecus ſi in ſcriptis fuerit mandatum factum, vt ibi. *Nouar. de grauam. vaſall. tom. 1. grauam. 220. n. 2.*

Pęna impoſita pro aliquo delicto, & eademmet pro alio delicto, ſi fuerint per aliquem delinquentem delicta prædicta commiſſa, an duplicari debeat, vt putà in contingenti caſu occurſo pœna manus impoſita pro periurio, & eadem pro vulnere illato in faciem, an vtraq; pœna puniri debeat delinquens incidendo faciem alicui, cui cum iuraměto promiſerat non offendere, fuit olim per Regem Ferdinandum mandatum M.C.V. vt vtraſq; manus amputaret inquiſito, & ità exequutum, Affl. in Conſt. Si quis aliquem, ſub n. 10. q. 6. eum citat Carrer. in prax. crim. tit. de indit. & tort. in princ. verſ. in text. ibi item quòd eorum, num. 69. & licèt Capyc. dec. 159. nu. 4. dicat ex mente Veron. quòd percutere in faciem cum cultello cum aliqua ſanguinis effuſione non ſit enorme delictum, tamen Cæpoll. in d. conſ. 11. col. 9. loquitur in caſu ſuo, ex quo ibi Clericus percuſſerat cum cultella in faciē cum ſanguinis effuſione, ex quo vulnere fuit condemnatus in centumquinquaginta libris, & ſubdit ibi, idcircò tale delictum enorme nō poſſe dici, quantum ad amiſsionem priuilegij clericalis, ceterùm de per ſe enorme dicitur, cùm excęcatur facies, & deturpatur, & maximè ſi cicatrix indè remaneat, vt tradit Angel. de maleſ. ver. cicatrix, & ſignum perpetuum, & ità ex mente aliorum concluditur, vt dicam infrà eod. ver. tortura; benè verum eſt, quòd in prædictis attenditur qualitas perſonæ, nàm tunc atrox diceretur ex perſona vulnerati, vt inquit ibi Cępoll. & hoc caſu militabit pœna amiſsionis manus; cęterùm ſi fuerit vilis perſona, ſuccederet pęna triremium, vt dicam infrà, & nouiſsimè obſeruatum fuit per M.C.V. in quodā Barbitonſore inquiſito de vulnere illato in faciem cuiuſdā Meretricis ex proceſſu tranſmiſſo per Reg. Aud. Calabriæ Citrà, quò verò ad pęnā amiſsionis manus pro periurio ceſſauit ab Aula, vt dixi infrà eod. ver. periurij pœna.

Pœna parricidij à iure communi impoſita, hoc eſt, vt delinquens ponatur in Coiro cum Gallo Gallinaceo, Simia, Vipera, & Cane, deindè in mare proijciatur an ſit hodiè vſu recepta, de ſignificatu, quare animalia ipſa imponi debeant vide notabilitèr Foller. in praxi cenſuali, in princ. verb. Nicolaus Epiſc. nu. 15. & ſeq. & antè eum Petrum à Plaza in Epith. delict. c. 22. ſub n. 7. verſ. poſtremò neq; ſilentio, quò verò ad vſum illius vidimus in pluribus caſibus Neap. occurſis non fuiſſe obſeruatum, vt ſuprà eod. ver. fœminæ, quāuis M.C.V. dùm condemnaſſet quendam Nobilem parricidam ad decapitandum, & poſt mortem ponendū cadauer intus Coirum cum ſolemnitate iuris cōmunis, fuit tamen ex gratia Proregis pœna ipſa poſt mortem remiſſa, vt tradit Muſcat. in prax. crim. tit. de pœn. præd. delict. poſt tit. de homicid. med. aſſaſſ. n. 39. & hoc propter animæ periculum, & antè ipſum ſaxus eſt Pręſ. de Franch. dec. 230. in fin. & de tali inobſeruantia nouiſſimè teſtatur Petr. Caball. reſol. crim. cent. 1. caſ. 15. num. 11. vbi tradit, tales delinquentes fuiſſe furcis ſuſpenſos, quos aliquando ſimilitèr Neap. vidi fuiſſe ſuſpenſos, nouiſſimè Ricc. in prax. Eccl. deciſ. 360. & in collect. deciſ. 1860. Attamen ego vidi fuiſſe contrarium nouiſsimè obſeruatum tempore Excell. Comitis Lemenſiū Iunioris in anno 1615. in perſonam cuiuſdam infelicis Doctoris parricidæ, qui poſt capitis amputationem fuit intus coirum in mare proiectus. Thoro.

Pœna Nobilium, & Ignobilium in Regno regularitèr verſatur, vt Nobiles decapitentur, & relegentur, Ignobiles verò ſuſpendantur, & ad triremes dānentur, vt latius proſequitur Franch. dec. 569. latè de hoc per Farinac. in tit. de pœn. temp. q. 98. Ricc. in prax. Eccl. dec. 366. de pęnis, & dec. Arch. 279. par. 2. Paſchal. de vir. par. pot. p. 4. c. 2. n. 61.

Pęna criminis peculatus de iure eſt deportatio, l. fin. ff. ad l. Iul. pecul. glo. in l. fin. C. eod. ſed contra ſurripientes pecuniā fiſcalem, vel Reipublicę ſtatuta eſt in Conſt. Officiales, tit. de offic. Reipub. Affl. in add. ad cap. Ad hoc volentes, & ibi Camp. Paris in ver. ſyndicentur etiā, ſed quia iſti tales poſſunt pluribus pœnis affici .ſ. furti, peculatus, & etiam falſi, dixit Montan. in prag. 5. n. 36. de admin. Vniuerſ. Ideò diebus elapſis facta relatione in Coll. Conſ. fuit quidā Porterius Ciuitatis noſtræ fuſtigatus per totā Ciuitatem, & ad triremes perpetuò damnatus, eò quòd ſurripuerat pluriès pecuniam Ciuitatis à Banco ſub quibuſdam villectis vnius ex Deputatis, in quibus & ſi vera ſubſcriptio illius apparebat, fuerat tamen expeditū mādatum ſuprà eorū ſubſcriptionem in literis alteri tranſmiſsis, & non Banco, Io. Bapt. de Thoro I.C.

Pœna fracti voti an debeatur per vouentem ſe ſoluturum centum, ſi poſteà luderet, ſi indè contrafecerit, ſicut accidit in perſonam cuiuſdam Nobilis Surrentini, qui vouerat Cōfraternitati Sacramēti ſe ſoluturū centū, ſi luderet, cùm poſteà cōtrafeciſſet, indè Archiepiſcopus Surrētinus fecit eū pro pœna cōuenire in M.C.V. vt eum cogeret ad ſoluendū pœnam, fuit ab ea abſolutus, quia pœna nō debetur, niſi cùm intereſſe concurrat, Thom. Zerol. in prax. Epiſc. in ver. pœna, p. 2. licèt cōtrarium teneat Paſch. de vir. par. pot. p. 1. c. 6. nu. 101. ex mente Bart. l. ex ea, §. 1. ff. de verb. obligat.

Pœna iuris communis, vel Conſt. Regni contra ferentes falſum teſtimoniū an locum vendicet contra præſtantem conſilium, & auxilium, & perſuaſionem, vt alius ferat teſtimonium falſum, cōcludit Affl. in Conſt. Eos, qui ſcientèr, ſub num. 26. in 12. q. quòd non, ſed tales puniendos eſſe pœna l. Cornelię, de falſ. & ſic deportationis, & ità vidiſſe iudicatum, & exequutum ſubnectit, exceptis aliquibus caſibus ibi relatis, Petr. Garſ. dec. 91.

Pœna mortis naturalis an puniatur aſſaſsinus, qui non conſummauit actum perfectè; fuit pluriès iudicatū in M.C.V. quòd non, vt per Gramm. dec. 2. n. 25. quem citant Camp. in cap. Ad peruerſorum, n. 44. & Reg. Rou. in prag. 1. nu. 52. de aſſaſſ. quod ſecus eſt hodiè per dictam Pragmaticam.

Pœna pecuniaria peruenta ob nō petitam inueſtituram à Domino infrà annum, & diem per vaſallum an comprehendatur ſub generali indultu; fuit deciſum in R. C. S. contra Fiſcum in beneficium Baronis Sinagiæ die 12. Ianuarij 1600. vt tradit Ioann. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. 2023. *Andr. Capan.*

Cap. m. de iure releuij par. 5. quæſt. 5. num. 5.
Pœna fideiuſſionis incuſatę contra principales,& fideiuſſores an debeatur per fideiuſſores,ſi poſt ipſius incuſationem principales ſpontè ſe pręſentauerint,& ob eorum crimina abſoluti, licèt de hoc extet deciſ. Gramm. 95. de qua ſup. eod. verb. fideiuſſor, qui aliter in M.C.V. quã in alijs Curijs ſeruari dixit, ſi ſtatim fuerit mora purgata, vel poſt certos dies, aut menſes, aut ſi fuerit exacta, vel non, quid autem in R.C.S. ſeruandum ſit, cùm ſit Tribunal ab alijs ſeparatum, in occurrẽti caſu interpoſita appellatione per Io. Donatum Fanuzum fideiuſſorem Nardi Lacannæ aliàs Cinquegrana, & Innocentij Martuccij inquiſitorum in Regia Audientia Montepeculum Apuleæ cum Reg. Fiſco ſeruatis ſeruãdis facta relatione per benemeritum Propræſidentem R.C. Io. Caputum die 29. menſis Maij 1619. deciſũ fuit, quòd ſtante decreto liberationis caſſetur fideiuſſio,& non moleſtetur pro pena, penes Scognamilium Act. Magiſtr. Io. Bapt. de Thoro I.C.

Pęna dicentiũ de nullitate aduerſus ſententias S.C. iuxtà Prag. 5. §. 2. & 3. de offic. S.C. eſt duarum unciarũ pro ſententijs continentibus ſummam duc. 1000. citrà, ſi vltrà dictã ſummã erit duc. 15. quæ confirmari videtur in prag. 77. §. 16. eiuſdẽ tit. de quibus per Tattagl. in prax. ciuil. cap. 6. n. 9. vltrà Affl. in Conſt. Appellationum tempora, n. 38. verſ. ſed iuxtà, vbi Batius in add. nouiſſimè Muſcatell. in prax. S.C. lib. 1. p. 7. gl. condemnando, n. 100. & in lib. 2. p. j. glo. nullitatis, n. 49. & dùm fuiſſet hæſitatũ, quid in cauſa Nobilitatis, vbi certa æſtimatio non habetur, dicendũ eſſet, reperi, id punctualitèr diuiſiſſe Reg. Rou. in prędicta prag. 5. n. 31. in nouiſſima cõpilatione, vel ex mente Villad. lib. 7. for. aud. tit. 6. in rub. n. 68. verſ. neq; idcircò refert, talem pœnam in ſententia Nobilitatis, vel iuriſdictionem liquidandã fore Iudicantis arbitrio, habita conſideratione ad tẽpus petitionis, non autẽ ſententiæ; quinimmò in hoc præſenti anno 1619. de menſe Iulij dùm fuiſſet dictũ de nullitate ſententiæ Nobilitatis prolatæ in fauorem Io. Baptiſtæ de Francho per Sedilis Capuanæ Deputatos, ſeu Nobiles ipſius, & factum depoſitum duc. 12. ad relationẽ D. Io. Henriquez Pręſidentis R.C.S. vnius ex quinque Iudicibus Delegatis in cauſis Nobilitatum Sedilium huius Ciuitatis Neap. deciſum fuit, faciendum eſſe depoſitum duc. 90. infrà certum tempus, aliàs eo elapſo reſtituto depoſito duc. 12. procederetur ad conſignationẽ poſſeſſionis, & ſic exequutum, penès de amico Act. Mag. & ſic etiam obſeruatũ audiui per Nobiles Coſentinos aduerſus ſententiam prolatam in beneficiũ Angeli Metendæ, de nullitate dicentes, penès Figliol. Act. Mag. S.C. de hoc anno pręſenti 1619. & Menſe Octobris die 31. *nouiſſimè Reg. Rouit. in prag. 5. de offic. S.C. nu. 34. in poſtrema compilatione, meminit de hac noſtra deciſione.* Io. Bapt. de Thoro.

Pœna furti in Regno ex diſpoſitione cap. Ad hoc,& ibi Campan. nu. 27. eſt, vt pro furto infrà auguſtalẽ ſit fuſtigationis,& ſignationis, ſeu mercationis in fronte,& bãnitionis de Prouincia, quod ſeruatur, non tantùm contra maiores, ſed etiam cõtra minores, vt primò fuſtigentur: ſecundò, vt eis obtrũcentur aures, & tertiò remiſſa eſt arbitrio Iudicis, iuxtà prag. 1. de minor. & de hoc habetur in prag. 2. de furt. noctur. quanquàm hodiè ex communi obſeruantia mercantur tu ſpatulis,& ſi iterũ capti fuerint pro furto, ad triremes cõdemnantur, iuxtà qualitatem furtorum, & eorum circumſtantiarum, vt communitèr ſeruatur; prætereà ſubdit ibi tex. in furto vltrà auguſtalem vſq; ad vnciam eſt pœna amiſſionis manus, quod non ſeruatur hodiè,& demùm ſi vltrà vnciam, vel pluribus minimis vnitis, vt in caſu Gramm. dec. 48. de quo ſupra eod. ver. fur, & conuicti eſſent, pœna ſuſpẽdij, & ſi Nobilis, erit pœna capitalis, hoc eſt mortis, & ſic deciſum per Franch. dec. 569. hęc eadẽ mortis pœna in furibus impoſita eſt, & ampliata in Regno, attentis ipſorũ circumſtantijs. Primò, cõtra furantes per nemora, vt ſunt latrones, de quibus per Campan. in dicto loco,& Muſcat. in prax. crim. rubr. de furt. &c. Io. Grand. in tract. de bello exul. in prædic. qualit. q. 1. n. 5. & 6. ſimilitèr & Piratæ eãdem pœnam luunt, Franch. dec. 142. n. 4. & Io. Grand. vbi ſup. in ſpecial. 3. Secundò ampliata fuit ad capientes homines per vim ex domibus eorũ, eoſq; aſportando in nemora, vt in prag. 1. de capien. hom. per vim, quod ſatis ex iuris diſpoſitione cõprobatum eſt, Luc. in l. oẽs, C. de cohortal. lib. 12. col. 2. verſ. quid ergò, Affl. in Conſt. Duram, & diram, n. 7. Similitèr & tertiò ad committentes furta nocturna in plateis Neapol. & in eis Suburbijs, vt in prag. 1. de furt. noctur. quæ indè ampliata fuit ad furantes noctis tempore, ſcaſſando apothecas,& domos diſcaleando, pragm. 2. eod. tit. de qua memor eſt Franch. dec. 570. vbi refert, dec ſũ fuiſſe per S.C. etiam procedere contra fures nocturnos, citrà ſcaſſationis qualitatem ex idẽtitatis ratione: An autem procedat contra fures maſcaratos, ſeu tintos, ſicuti vulgò nuncupantur *Barba ad vtile*, qui citrà aliquam violentiam in domibus ciuium pecunias expetunt, eoſq; concutiendo, qui ſi denegarent, vim inferre nituntur, de quibus ẽt loquitur glo. in l. illicitas, §. nẽ potentiores, ff. de offic. Præſid. verſ. concutiendos ibi procedebant, & ſic veniebant in veſtimentis ouium, intus autẽ erant lupi rapaces, hìnc ſingularitèr Andr. in Conſt. Super iuriſionibus, quẽ ſequitur Paris de ſyndic. verb. an ex eo, ſub num. 23. & Affl. in dicta Conſt. ſub n. 17. in fi. loquitur de hominibus Vniuerſitatis, qui fuerunt negligentes in cuſtodiendo territorium à malefactoribus, & fuerit facta robaria per homines incognitos, titiros, vel maſcaratos, vel tinctos in facie,& non potuerũt homines loci capere, quia erant equeſtres, & leues ad fugam,& nemus erat propè, vbi ſe poterãt cęlari,&c. cuius authoritate Muſcat. in d. prax. crim. rubr. de priuil. furt. & n. 13. notat, quòd hæc rapina fieri poteſt de nocte, vel per homines incognitos, titiros, & maſcaratos, & tunc equiparantur nocturnis malefactoribus qui neſciuntur, & malefactoribus de die clandeſtinis, qui ſimilitèr neſciuntur, ad quos dicta Pragmatica extenditur, vt ſit pęna mortis,& ſic deciſum per M.C.V. memini annis elapſis ſub regimine Excell. Comitis Oliuarię, contra quandam comitiuam furum nocturnorum, numero treſdecim, qui cum barbis ſuppoſitis extorquebant nonnullas pecuniarum quãtitates in domibus priuatorum in hac Ciuitate, & fuerunt omnes laqueo ſuſpenſi in Foro Magno, inter quos erat quidam minor, qui fuit etiam ſuſpen-

ſpenſus ob delicti atrocitatem, vt vidi, & ſic communitèr ſeruatur. *Anton. de Ballis in tract. crimin. lib. 5. tit. de pœn. eunt. cum facie tincta.* Io.Bapt. de Thoro I.C.

Pœnam petens probare debet, omnia adimpleuiſſe ex parte ſua, nec iuramentũ ſuppletorium in hoc dabitur, vt in facto contigiſſe teſtatur Vrſill. dec. 154. nu. 7.

Pœnam contrauentionis bannorum emanatorum contra vendentes frumentum vltrà taxatum prætium an incurrat vendens antè publicationẽ banni, ſciens, publicandam pragmaticam vltrà pretiũ taxatum, fuit obſeruatum, quòd ſic, Io. Vinc. Ann. in repet. c. 1. de vaſall. decrep. ætat. nu. 138. & Viſcont. ad Franch. dec. 360. ſub n. 5. alios conſimiles caſus enumerat, citando Authorem hic, & idem Ann. in ſing. 51. Bannum, vbi Fab. Ann. citat Authorem hic, vltrà eos vide Catal. de indult. q. 9. n. 40. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 185. n. 21.

Pœnæ peruentæ ex cõtumacijs obligationum accuſatis, & præſẽtationibus inſtrumentorũ, an includantur ſub generali indultu conceſſo de quibuſcunquè delictis, & pœnis; fuit deciſum, quòd ſic, Gramm. dec. 4. Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. n. 31. Maſtrill. in tract. de indult. c. 19. n. 3. & c. 40. Ricc. coll. dec. 2023. vbi alias deciſiones R.C.S. tradit de hoc. *Andr. Capan. de iure releuij, par. 5. quæſt. 5. num. 4.*

Pœnæ duæ, ſi concurrant, vna ſcilicet corporalis, altera verò pecuniaria ex eodem delicto dependẽtes, an vtraq; debeatur, vel vna tantùm, & qualis; in facto cernebatur, relegatũ dediſſe fideiuſſoriã cautionem duc. 1000. de ſeruandis finibus, & deindè fuiſſe repertum in Ciuitate, fortè in domo, an pœna pecuniaria inſimul cum pœna relegationis debeatur, vel vnica tantùm, & qualis; fuit iudicatum in M.C.V. vnam deberi, & ſic in S.C. confirmatum benè fuiſſe prouiſum per M.C.V. hoc eſt corporalem tantùm, & pœnam fideiuſſionis non eſſe incuſandam, Ann. in alleg. 40.

Pœnæ debitæ pro ſuſpitionibus allegatis reſtitui vetantur, etiam ſi fuerit renunciatum ſuſpitionibus ipſis, an ſi fuiſſent propoſitæ ſuſpitiones poſt terminum à Regia Pragmatica ſtatutum erint reſtituendæ pœnæ iam dictæ; fuit iudicatum in S.C. R.C.S. & Coll. Conſil. quòd non admittantur ſuſpitiones, & proindè reſtituta depoſita pro pęnis, quia tunc non eſt locus pœnæ, ex quo non fuerant propoſitæ in termino, Reg. Rouit. in prag. 11. n. 3. de ſuſpit. Official. quod tamen innouatum eſt per nouiſſimam pragmaticam Excell. Comitis de Lemos Proregis editam die 31. Maij 1616. quòd licèt non ſit ſuſpitio propoſita in termino pœna incurratur, nec valeat remitti.

Penſio an debeatur, ſi conceſſa tracta pro vno anno fuerit prohibita pro anno prætento; fuit indicatũ, quòd non debeatur penſio in anno ſequenti, tracta vno anno prohibita, niſi adeſſet clauſula refectionis, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. redeundo igitur, n. 62.

Penſio rei locatæ excreſcentibus fructibus vltrà duplum penſionis an augeatur; in contingenti caſu locationis officij factæ per Illuſtr. Comitem Villę Medianæ fuit per S.C. iunctis tribus aulis deciſũ in eius fauorem, condemnando conductorem ad magnam ſummam pecuniarum ob excreſcẽtiam fructuum ex officio perceptorum, Anell. Amat. in conſ. 21. vidi doctiſſimas, vbi in fine ſe refert ad deciſionem citatam in conſ. 23.

Penſiones domorũ adiudicatariũ perceptę per conuentum lite pendente an veniant in dicta adiudicatione, vel augeant pretiũ domorum, cõcluditur, ꝙ aut fructus percipiuntur pendente iudicio in hypothacaria actione, & tunc venirẽt iudicis officio, nõ iure actionis, aut percipiuntur nõ pendẽte iudicio, ꝙ eſt in caſu, de quo quærebatur, & tunc ſecus eſſet, Capyc. dec. 177. Franch. dec. 613. Ricc. in prax. var. reſol. in reſol. 322. *refert contrarium fuiſſe deciſum per S.C. quem ſequitur Reg. Hector Capyc. Latr. dec. 65. n. 15. Reg. Merlin. contron. for. c. 24. n. 10. Caſ. Manent. dec. Mantuæ 34. in fin.*

Penſiones domorũ an iudicẽtur fructus annales, vel qui ſingulis diebus colligũtur, vt diuiſio fieri poſſit inter hæredẽ, & ſucceſſorẽ in re, vel inter emptorem, & venditorem, fuit deciſum, eſſe fructus, qui ſingulis diebus colliguntur, Franch. deciſ. 79. Ricc. in collect. dec. 5. *Fontanell. de pact. nupt. clau. 7. glo. 3. p. 15. nu. 16. Rendell. in tract. de vino fol. 78.*

Penſiones beneficiorum an regulẽtur vt fructus ipſorum beneficiorum, ſeù ad inſtar beneficiorum, cõcluditur, quòd non, licèt cõtrarium fuerit deciſum in occurenti caſu, Capyc. deciſ. 200. à num. 1. ad 4.

Penſionis perceptio an probet poſſeſſionẽ domus; fuit deciſum in S.C. quòd quando conſtet, ꝙ alius eſt in poſſeſſione eiuſdẽ rei, & inquilinus ſoluerit alteri, iſta perceptio penſionis non probaret, ipſũ eſſe in poſſeſſione, ſed quando alius non eſſet in poſſeſſione, tunc ex perceptione pẽſionis probaretur poſſeſſio, Affl. dec. 325. in princ. Ant. Gabr. lib. 3. de locat. concl. 4. Peregrin. de fideic. art. 47. n. 35. Bellon. conſ. 11. n. 9. Rot. Rom. in nouiſſimis dec. 506. n. 7. & 681. *Coccin. dec. Rom. 348. n. 3.*

Perceptio emolumentorum officij Magni Prothonotarij an ſpectet ad Prothonotarium, qui habet dignitatem, vel ad eius Viceprothonotarium, qui habet onus, & laborem; fuit deciſum in fauorem Prothonotarij, Frecc. de ſubfeud. lib. 1. de offic. Locumtenen. & Prothon. nu. 21. & ſeq.

Percutiens aliquem in rixa ſi demùm à ſocijs poſteà in continenti fuerit occiſus, qua pœna puniri debeat; fuit per M.C.V. decretum, eſſe puniendum ad mutilationem manus, & ad exilium triennale extrà Ciuitatem, & confirmatũ per S.C. Gramm. in Conſt. Terminum vitæ, n. 12. latè Petr. Caball. reſol. crim. cent. 1. caſ. 17. nu. 6. & ſeq.

Percutiens aliquem licèt famulum cum baculo qua pœna ſit puniendus; fuit per M.C.V. punitus ad remigandum per triennium, ſed per S.C. fuit reformata ſententia ad exulandum pro dicto tempore, Gramm. deciſ. 17. meminit Campagn. in cap. Qui cum ronca, nu. 8. in addit. Ricc. collect. 1783. & idem Gramm. in Conſtit. Si quis aliquem cum armis, nu. 4. refert, quando data paritate perſonarum, quoniam verberauerat Nobilem de mandato alterius Nobilis fuit pęna pecuniaria Fiſco dãda, & Mandatarius punitus ad amputationẽ manus, & ità etiam pęna erit, vel exilij biennalis, Muſcat. in tit. de vuln. læthal. nu. 55. in pract. crim. Farinac. in eius prax. crimin. de var. & diuerſ. crimin. q. 105. inſpect. 4. num. 217. *Danza de pugna Doctorum, tom. 2. tit. de homicid. cap. 5. in princ.*

Perc-

Periculum rei venditæ an ſpectet ad emptorem, vel ad venditorem, hoc eſt in venditione rerum cõſiſtentium in pondere, numero, & menſura, quæ dicitur perfecta etiam quòad periculũ, quando fuerit venditum totũ corpus, vt putà quando fuiſſet vẽditio facta de toto vino, quod erat in Cellario ad rationem tãti pro ſalma, in contingentia facti erat facta permutatio vegetũ 280. vini cum certis veſtibus, & dùm vinum eſſet mutatum colore, & ſapore, dubitabatur, ſi erat faciẽda tara, & attẽtis rationibus adductis fuit per S.C. deciſum, nullam eſſe faciendam taram, ità Affl. dec. 399. Pariſ. conſ. 64. vol. 1. n. 19. Phanuc. de inuent. p. 6. ſub nu. 12.

Periura mulier an dicatur, ſi conſtito de vi, & metu veniret contra iuramentum abſq; illius abſolutione; fuit deciſum ſecundùm opinionem Legiſtarũ dicentium, iuramentũ preſtitum per vim, & metũ eſſe ipſo iure nullum, & non obligare, & proindè non obſtante exceptione periurij oppoſita fuit ꝓceſsũ ad vlteriora in cauſa, Affl. dec. 263. Muſcat. in pract. S.C. p. 2. glo. gradum, n. 61. & p. 4. glo. periurij, n. 15. Lanat. conſ. 44. nu. 32. Io. Camill. Biloct. in tract. de abſol. iuram. lib. 2. cap. 1. nu. 12. Borgn. Caualc. deciſ. Fiuiz. 39 p. 2. n. 15.

Periurij pœna de iure communi nõ eſt pena mortis, vel mẽbri abſciſsionis, ſed extraordinaria, de iure Conſt. Regni imponitur pena mẽbri abſciſsionis, vt fuit deciſum in Conſilio tempore Regis Caroli III. de quo fuit facta obſeruantia in M. C. V. in ſcriptis redacta, & tempore Regis Ladiſlai cõtra Notarium peierantem, licèt non fuerit exequuta talis ſententia, Affl. in Conſt. Statuimus, vt Magnæ, n. 53. & contrarium facit Cap. Regni ad Audientiam noſtram, in fin. quod modificatur per Cap. Vt delatas, vt ſaltem ſit denunciator, & ſic ſeruatur hodiè ille Ritus, inquit Paris de ſyndic. verſ. & aduerte, quòd dictæ Conſt. ſub n. 3. verſ. & vide aliquid per Andr. & ob id optimè dixit Follet. in prax. cenſual. verſ. Nicolaus Epiſc. n. 89. nunquàm vidiſſe talem pœnam manus fuiſſe exequutam contra peierantes extraiudicialitèr, & idem refert Carauit. in rit. 171. nu. 2. quòd pœna mutilationis manus pro periurio hodiè euaſit, & nunquàm vidiſſe exequi; refert Alberic. Oliua in Rit. Archiep. Neap. 37. n. 12. idẽ firmat Affl. in Conſt. Statuimus, vt Magnæ, ſub n. 53. vbi ſubdit vidiſſe tẽpore ſuo nõ ſeruari diſpoſitionẽ Ritus prædicti, ſed pecunialitèr puniri peierãtem, Farinac. in tit. de falſit. & ſimul. contract. q. 160 §. pena, nu. 32.

Periurij exceptio ſi ſit oppoſita à defuncto, ob quod non potuit agere, & litem proſequi, an etiã extendatur ad eius heredem, vt paritèr agere nequeat; fuit in Coll. Conſ. prouiſum, quòd procedatur ad vlteriora, exceptionibus ad merita reſeruatis, Anna in alleg. 28. Gaghard. de abſol. à iuram. §. ſecundùm, n. 17. & ſeq.

Periurus an dicatur debitor, qui promiſerat, atq; iurauerat, certo die pecuniam præſtare, & deindè poſt dictum diem ad omnem ipſius creditoris requiſitionem, ſi requiſitus, vt det, nõ daret; fuit determinatum, quòd nõ, nam eatènus dicitur periurus, quatènus elapſum eſſet tempus, & fuerit indè requiſitus, Per. de Monte Forte in Conſt. Eos, qui ſcientèr, verſ. ſed pone quæſtionem.

Permiſſio patris, quòd filius capiat vſumfructum de bonis aduentitijs an operetur donationem; fuit deciſum, quòd ſic, donec permãſerit voluntas patris, Franch. dec. 585.

Permutatio rerum ſpiritualium cum temporalibus an iure ſubſiſtat; fuit ex communi voto concluſũ, nõ valere, ex cauſis adductis per Affl. dec. 17. Fab. de Ann. conſ. 30. n. 50. Ricc. coll. dec. 466. Rebuff. in prax. benef. p. 3. tit. de permut. n. 23. f. 404.

Permutatio alicuius rei feudalis ſi ſit facta cũ aliqua re burgẽſatica cum aſſenſu Regio an illa efficiatur feudalis; fuit deciſum in S.C. quòd non, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 21. in princ. Petr. Garſ. dec. 83. vide Ann. ſing. 393. & ibi Fab. in add. nouiſſ. *Iulius Cæſ. Gallupp. in method. feud. par. 2. cap. 4. n. 5. Mart. conſ. 158. nu. 55.*

Perſona mediata, an immediata inſpicienda ſit in ſucceſſione ſeruata forma Conſuet. Neap. latè diſcuritur, licèt non appareat deciſio per Franch. dec. 696.

Perſona an ſit declarãda ab Exequutore teſtamenti, cui teſtator ſecretè cõmiſit certã ſummã exoluendã certæ pſonæ per teſtatorẽ declaratæ; fuit deciſũ, ꝙ nõ, Franch. dec. 484. Ric. coll. dec. 961. *Epiſc. Genuenſ. in tract. de Eccl. ſeu practic. Eccleſ. q. 431.*

Perſonæ priuilegiatæ conuentæ cum alijs perſonis non priuilegiatis an ſint remittendæ ad Iudicem eorum competentem, fuit deciſum, quòd quando cauſa eſſet diuidua, retinentur laici, & clerici remittuntur, & cæteræ perſonæ priuilegiatæ, & inter diuiduas cauſas intelligitur et hypothecaria quòad iſtum effectum, Capyc. deciſ. 173. Franch. dec. 426. in fin. Piſanell. ad Affl. dec. 213. & ibidem Carauit. Maxill. in Cõſuet. Bari, rub. de dilat. n. 29. Iul. Clar. §. fin. q. 36. n. 41. & aliàs iuxtà opinionem Capyc. fuit deciſum in S. C. Ann. ſingul. 73. cauſa, Borrell. de compromiſſ. § 2. glo. 1. n. 83. Vrſill. dec. 213. Ricc. in collect. dec. 639. Fuſcus ſing. 90. lit. C. Mart. de iuriſd. p. 4. caſ. 118. n. 11. *Alex. Trẽtacinq. v. ir. reſ. lib. 2. tit. de iudic. reſol. 3. n. 4. Danza de pugn. Doct. tom. 1. tit. de delegat. cap. 1. n. 39.*

Petens debitũ aliàs ſolutũ qua pœna puniatur; fuit in occurrẽti caſu in quodã Mercatore deciſũ, extraordinariè puniendũ, Affl. in Conſt. Mercatores, ſub n. 3. verſ. vt accidit, in Regno noſtro extat particularis pragmatica regiſtrata in nouiſſimis, in prag. 7. de falſis, vbi pœna certa ſtatuitur contra petẽtes debita aliàs exacta, hoc eſt pena triẽnalis relegationis Nobilibus, Ignobilibus verò triremiũ, cũ declaratione tamen, dũmodò actores ſint principales, cũ quibus debitũ eſt contractũ, & de ſatisfactione conſtet per ſcripturas publicas, vel per apocas de iure validas, quã nouiſſimè cõmentauit Io. Alphonſ. Gennarell. inter cõment. pragm. de hac materia latè Pet. Caball. reſol. crim. cent. 2. caſ. 169. & diſpoſitio ipſius Pragmaticæ nõ habet locum in petente tantùm, ſed in eo, qui petijt, & conſummaret delictũ, quia receperat cum effectu pecuniam, at in petente tantùm ità fuiſſe deciſum bis in S.C. dixit Reg. Rouit. in d. pragm. num. 4. in vltima compilatione.

Petitio hæreditatis an detur cõtra titulo poſsidentẽ quæſito poſt mortẽ defuncti, ſicuti ſi fuiſſet priùs quæſitus titulus, & eſſet nullus; fuit deciſum, dari petitionem, Affl. dec. 228. Peregr. de fideic. art. 45. n. 25. Rota Bonon. Benintend. concl. 35. Bellac. inter comm. opin. tit. de petit. hæred. nu. 4.

Petitio reſtitutionis in integrum offerri an poſſit in

cauſis ciuilibus poſt concluſionem factam in illis per actores,& conuentos ex rit.296.Item quòd in quibuſcunq; cauſis, deciditur, quòd nô,quod fuit etiam in S.C.ſeruatum in occurrẽti caſu,vt refert Puluerin,in add.ibi,incip.hic ritus fuit, &c,

Petitorium ſi ſit incidenter intentatũ per cõuentos pro poſſeſſorio, illud in articulis, ſeù exceptionibus probantes, & deducentes, ꝙ actor paſſus fuit de illis diſcuti, an prolata ſententia contra actorẽ exiſtente appellatione,ſeù reclamatione ſuſpendi poſſit dumtaxàt ſuper poſſeſſorio proſequi, licèt de iure cautum reperiatur,ſuſpitiones militare in ſpiritualibus,ſeù beneficialibus,non tamen in tẽporalibus,fuit tandẽ deciſum,quòd dicta ſuſpẽſio locũ habeat,Capyc,dec.28.& idem cõcludit dec. 35.n.6. Muſcat,in pract,S.C.p.5.glo.impertinentes,n.30.Ant,Gabr.lib.5.tit.de reit.ſ.ſpol.concl.1, n.59.& ſeq.& cõcl.5.n.10.& ſeq.Scagl.in rit.260, *D.Conſil.Theod.alleg.63. nu.31.*

Pignus an cenſeatur liberatum per donationem alterius pignoris,quando quis ſua facilitate deciperetur benè procederet,ſecus ſi dolo,& ità fuit deciſum;Franch.dec.708.

Portio hæreditatis debita filio cohæredi inſtituto, ſi inſtitutio ex morte filij caducaretur,an applicetur cohæredibus, deducta legitima competent. filiæ præmortui, an verò integra idem filiæ competat; fuit deciſum, quòd non, ex quo caducata inſtitutione is,qui debet eſſe heres patris,vel aui,nõ tenetur reſtituere portionem, quam teſtator cohæredibus non reliquit.Franch.dec.475.Theſ.lib.2. quæſt.forenſ.q.70.n.5.

Portiones ſororũ amitinarũ an accreſcant fratri eis ſuccedenti cum alijs fratribus amitinis in ſucceſſione patrui, omnibus exiſtentibus in linea tranſuerſali, ità vt facta diuiſione hæreditatis includãtur fœminæ,quarum portiones accreſcant earum fratri carnali;fuit deciſum,partes ipſarum ſororũ fratribus accreſcere,Frãch.dec.149.Georg alleg. 30.de ſucceſſ.n.19.& 72.Molſeſ.in comment.ad Conſuet.Neap;par.4.q.17.nu.13.Ricc.in collect, dec.28.*D.Reg.Hect.Capyc.Latr. deciſ.4.nu.1.L.ſi. Caput in Conſuet.Si moriatur,par.1.§.6.in princ.*

Portiones ſororum,quę fuerunt dotatę,& renunciauerunt omnibus fratribus an accreſcãt omnibus fratribus, & faciant pinguiorẽ legitimã, cuius inſtar vita,& militia terminatur;concluditur,ꝙ ſic, vt cedere debeant in beneficiũ fratrũ, tamen fuit judicatũ per S. C. ꝙ partes deficientiũ cedant in beneficium primogeniti,quãtumcunq. renunciauerint omnibus,Minad.cõſ.2.in liquidatione,vbi in fine ponit deciſionem,& ibid.n.7.ponit, ſimile fuiſſe aliàs deciſum, licèt conetur dictæ deciſioni reſpondere, quòd in caſu illo ſoror fuerat maritata,& dotata ex paterna hæreditate, & nihil amplius in ea ſibi competebat, quod accreſcere alijs fratribus potuiſſet, vel illis renunciari.

Portulaniæ ius,quod ſpecificè impetrari ſolet,an cẽſeatur per infeudationem tranſlatum;fuit in S.C. iudicatum, quòd non,in cauſa Ducis Nuceriæ cũ Abbate S. Petri, Minad. in Conſtit. In aliquibus, verſ.Comitum,& Baronum,n.14.

Poſſeſſio rei per actionem hypothecariam à poſſeſſore auocatur,& fit miſſio in poſſeſsionẽ pro fructibus,& ſic procedit cap. Regni Conuentus, ſed quando fit petitio iure aſsiſtendi cũ adiudicatione virtute clauſularum conſtituti, & precarij incontinenti fit adiudicatio pro cõcurrenti ſumma, & ſic fit creditor Dñus,Franch.dec.464.Ric.coll. deciſ.343.Paſch.in tract.de vir.pat.pot.par.1.c.8. n.217.*Iul.Cæſ.Gallupp in prax.S C p.2.c.2.n.34.*

Poſſeſsio defuncti per colonum cõtinuata an acquiratur eius hæredi, ità quòd rei poſſeſsio ab alio fuerit adepta herede abſente cõcurrentibus Cõſeruatorio Regio,impoſitione Cuſtodum,acceſſu ad Territorium,ac poſſeſsionis acquiſitione; fuit deciſum, talem hæredem eſſe abſoluẽdum ab impetitione actoris,ità Affl.dec.167.Franc.dec.204. Peregr.de fideic,art.47.n.35.Maſcard.de probat. concl.1185.nu.16. Petr.Beniutend. deciſ.Bonon. concl.12.n.7.Magon.dec.Lucenſ.27.n.55.Borgn. Caual.dec.Fiuizan.44.p.1.n.44.Rot.Rom. in nouiſſ.dec.506.par.1,n.44. videnda eſt deciſ. Lipſiæ Auctore Thomingio 46.Cornazan.deciſ.Lucenſ. 43.Matt. vot.250.n.7.

Poſſeſsio feudi an cenſeatur trãſlata,ſi in inueſtitura dictum ſit, ità quòd talis inueſtitura per anulum facta,verę,realis,& corporalis poſſeſſionis habeat vires, & ſucceſſiuè cenſeatur talis inueſtitus per anulum, & ſi alius poſteà intraret poſſeſsionem feudi dici poſſet ſpoliaſſe, ob quod cõpeteret interdictum recuperandę poſſeſsionis;fuit deciſum, quòd iſta poſſeſsio ficta tradita à Rege per anulũ cũ expreſsione, quòd vellet, quòd habeat effectũ veræ,& realis poſſeſsionis, nõ patitur interdictũ recuperandæ, ſeu adipiſcendæ poſſeſsionis, ſed in iſto interdicto,quando tranſlata eſſet poſſeſsio ficta per ſtatutum,vel Regem, non poterit opponi exceptio dominij,quia fuit intentatum merum interdictum recuperandæ non fuit per S.C. habita maxima ratio de ciuili poſſeſsione,ex rationibus ponderatis per Affl.dec.299. Ant.Gabr.lib.5.de acquir.poſſ.concl.9.Camill.de Curt.in diuerſ.iur. feud.verſ.vt igitur,n.20.fol.31. Andr.Gayll. lib.2. pract,obſeru.in 152.obſeru.Aloyſ.de Leo l.traditionibus,num.27. C.de pact.Borgn.Caualc.deciſ. Fiuiz.35.par.2.nu.29.Pariſ.conſ.1.vol.2.nu.159. Tiraquell. in tract.le Mort Sais, le viſ, in præfat. declar.6.n.6.& in 2.declar.6.par. & declar.4. n.2. Mart.in tract, de clauſul.p.1.clauſ.20.nu.4. *Iulius Cæſ.Gallup.in method feudal.p.1.c.4.n.37.*

Poſſeſsio vſus paſculandi, & aquandi in territorio Caſtri Ciuium,& Vniuerſitatis an tollatur,ſi fuerit eiuſdem Terræ,ſeù Caſtri cõceſsio facta à Rege alicui cum iuribus ſuis,& herbagijs, & aquis, ità vt poſsit Dominus prohibere eius vaſallis, ne vtantur dictis paſcuis; fuit deciſum,quòd nõ, Affl. in Conſt.Cùm per partes,ſub nu.6.in 3.not.in fin. quem citat Ant. in alleg.48.n.48.

Poſſeſsio quaſi iurium incorporalium an acquiratur ex poſſeſsione 40.annorum Hoſpitali Fuſariũ facienti iuxtà aquam eiuſdem loci,nõ obſtãte prohibitione vicinorũ per vnicam citationem, interuenientibus ſcientia,& patientia Hoſpitalis,& exercendo Fuſarium fuit deuentũ ad ſequeſtrum, attenta prohibitione vnica,violenta, ac patientia precaria fuit deciſum;Hoſpitale eſſe abſoluendũ, Affl,dec.67.*Alex.Trentac.lib.3.var.reſol.tit de empt.& vend.reſol.5.ſub nu.7.verſ.ſecunda opinio.*

Poſſeſſio feudi an cẽſeatur quæſita per procuratorẽ intendentem Baroni acquirere per actũ obedientiæ nomine Regis, & ab eo conſtitutũ; fuit deciſum,

ſum, quòd ſic, Affl.dec.301.& Geor.alleg.12.n.16. Borgn. Caual.de tut.& curat.nu.256. Bertazol.in tract.de clauſ.in clauſ.5.glo.2.nu.5. Anton.Fab.in eius C.tit.ſi quis alteri, vel ſibi, defin.14.

Poſſeſſio antiqua feudi ſi ſit probata per Eccleſiam ſpoliatam per multos teſtes, licèt ex aduerſo fuiſſet probata aliqualis poſſeſſio noua, quarum ipſarum militare debeat; in puncto iuris fuit votatum, Eccleſiã melius probaſſe poſſeſsionem, circumſcriptis alijs probationibus, Affl.deciſ.324. à nu.18.vſq; ad nu.23.Pariſ.conſ.15.vol.1.nu.14.& conſ.27.n.24. Maur.Sen.alleg.35.nu.2.

Poſſeſsio lite pendente an ſit concedenda intentato poſſeſſorio per Vniuerſitatẽ poſſeſsionẽ habentẽ ſumendi paſcua in ſyluis Baronalibus, ſoluta fida virtute capituli Baronis, in quo cõtentatur, ꝙ poſſint paſcere ſoluta fida, vel ab eis abſtinere; fuit deciſum facto verbo in S.C. quòd detur terminus in cauſa, & Vniuerſitas abſtineat, & ratio fuit, qa Vniuerſitas intentauerat remediũ recuperãdę, in quo non põt practicari remediũ lite pendente, cũ illud propriè cadat in remedio vti poſsidẽtis turbatio, ſed inſtructo proceſſu fuit cauſa remiſſa ad R.C. per quã fuit prolata ſentẽtia in fauorẽ Vniuerſitatis, Ann.alleg.84.Pellic.in prælud.ad Conſuet. Auerſ.n.197.Reg.Tap.in rub. qñ Rex inter Eccl.perſ.cogn.poſſ.n.19.in opere iuris Regni.

Poſſeſsio in cauſa poſſeſſorij an ſufficiat probari per vnũ teſtem iuxtà mentem Bar.in l.1.C.quor.bon. fuit viſum S. C. non ſufficere, tantò magis cũ teſtes ipſi deponentes de perceptione fructuũ Terræ non dicunt verum, nec veriſimile, quod totum committitur Iudicis arbitrio, Affl. dec.364. nu.5. Ant.Gabr.lib.5.de reſtit. ſpoliat. concl.5. nu.123. Peregr.de fideic.art.46.n.32.Maſcard.de probat. concl.1204.n.10.& lib.1.q.5.nu.119. Viui.in ſylua cõm.opin.in opin.901. incip.in ore duorum, nu.3. & 4.ſingularitèr Cagnol.in l.in pari, ff.de reg.iur. n.3.Ricc.coll.dec.1340.Mareſcort.var.reſol.lib.1. c.59.nu.30.*Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.*18. *par.4.nu.4.Granut.Theorem.*22.

Poſſeſsio quaſi per vnicũ actum licèt acquiratur in incorporalibus, & ex vnico actu rei Vniuerſitatis infertur ad vniuerſum, & propterea quãdo agitur de quaſi poſſeſſione iuris vniuerſalis, contra oẽs de Vniuerſitate extenditur, aliàs mortuis illis, qui tunc viuebãt, & natis alijs neceſſe foret inchoare aliam præſcriptionẽ, tamen ſi Vniuerſitas, & homines ipſius ſint in mala fide, quia fortè habebãt ſcientiã rei alienæ, oportet quòd omnes, qui tunc viuebant, moriantur, & demũ tunc inchoare ipsã præſcriptionẽ, per quæ in occurrenti caſu fuit deciſum in M. C. V. & in S. C. eſſe condemnandos quoſdã particulares Buctarios ad ſoluendum Baiulo Neapolitano ius cedulæ, aſſerentes negando ſolutionem hoc illis particularibus, non toti turbæ fieri præiudicium, Vrſill.dec.67.nu.5.

Poſſeſsio antiqua ſi ſit verificata per Cõteſtabilem Ciuitatis imponendi aſsiſiam in aliquo Caſali in feudum cõceſſo alicui Baroni, qui paritèr ꝓbauit poſſeſsionem ſuam decennij, impoſuiſſe aſsiſiam, an ſit præferẽda poſſeſsio Baronis poſſeſsioni dictæ Ciuitatis; fuit per S.C. pronunciatum in fauorem Conteſtabilis contra Baronem, Gramm.conſ. ciuil.113.in Chriſti nomine Amen.

Poſſeſsio, vel quaſi in iuribus incorporalibus vt quæratur an requiratur ſcientia eius, ad quẽ ſpectabat, aut ſaltem poſſeſſoris; concluditur, ꝙ nõ, & ob id deciſum fuit, eſſe abſoluendũ conuentum poſſeſſorem iuriſdictionis criminalis certæ Terræ ab impetitis per actorẽ prætendentẽ, poſſediſſe talẽ iuriſdictionẽ ob rebellionẽ Baronis, nulla tamen notitia de ijs Regi habita, & ſi fuiſſet probatum, eius Officiales talem notitiam habuiſſe, remittẽdo cauſas eidem actori, tũc poſſeſſori, nõ per hoc præiudicaretur Domino Regi, vt in ſimilibus cumulatis per Capy.dec.57. Ant.Gabr.lib.5. de præſumpt.cõcl.1.n.64. Vant.de nullit.rub.quib.mod. ſent.null.def.poſſ.num.44. *D.Reg.Merlin.controu. forenſ.cap.13. nu.25. Nouar.dec.117.*

Poſſeſsio bonorũ confiſcatorũ an poſſit capi propria authoritate per lapsũ anni publicationis bonorũ cõtumacis, nõ expectata ſentẽtia foriudicationis; fuit iudicatũ, quòd ſic, & ità contra contumacem inquiſitum in poſſeſſorio, Io.Ant. Lanar conſ.45.

Poſſeſsio an ſit manutenẽda lite pendente, ſi per aliquã Vniuerſitatem fuerit prætenſum ius paſcendi, aquandi, & lignandi in territorio alterius iure cõmunionis antiquiſsimæ; fuit deciſum, lite pendente ſuper iudicio ordinario moto, vel mouẽdo, eſſe Vniuerſitatem manutenẽdam in quaſi poſſeſſione paſculãdi, citrà præiudicium iurium in poſſeſſorio, & petitorio ordinario, Capy.dec.189.de Pont.conſ.97.n.26.vol.1.Maxill.in Conſuet.Bari, rub.ſi animal in hom.vel in aliud dam.§.cùm animal, n.15.Menoch.de retin.poſſ.remed.vlt.nu.21. Valaſc.dec.Luſit.conſult.79.n.18.Maſtrill.dec.Sicil.114.n.55.Io.Franc.del Caſtil.dec.12.n.46.Couarr.pract.quæſt.cap.16.nu.6.idem Reg.de Pont. conſ.31.n.8.vol.2.Ricc.deciſ. Archiep.282. par.2. *D.Reg.Hect.Capyc.Latr.deciſ.77.nu.*20.

Poſſeſsio cõſtructionis nouorum furnorum in Terra cõſtructorum per Baronem cauſarum criminaliũ an ſit lite pendente ſequeſtranda, ſtante prohibitione alterius Domini vtilis dicti Caſtri, habentis alios furnos in ipſa Terra; fuit deciſum, eſſe mandandum ipſi nouo cõſtruenti, quòd deſiſtat ab vſu furnorum nouitèr conſtructorum lite pendente, citrà præiudicium iurium ambarum partium, tàm in petitorio, quã in poſſeſſorio ordinario, Capyc. dec.209.Reg.de Pont. conſ.97.n.26.vol.1.

Poſſeſsio an reguletur ex tituli inſpectione, cùm .n. fuiſſet incautè productũ priuilegium, vndè apparebat de defectu intentionis, & tituli, fuit deciſũ, vt probationes, in quibus pars ſe fundabat nõ ꝓdeſſent, quia inſpectio tituli demõſtrabat veritatẽ, à qua ſumebat initium omnis poſſeſsio, Franc. de Amic.in c.1.de ijs, qui feud.dar.poſſ.§.ſequitur modo, ſub n.8.verſ.& ſimilitèr in alia cauſa f.244.

Poſſeſsio eligẽdi Nobiles Oeconomos in aliqua Eccleſia ab alijs Nobilibus, ſi per negligentiã forſan tales ab eo iure ceciderint an ſint ex tractu tẽporis reintegrandi, ſi per Populares conſocios fuiſſet intereà proceſſum ad electionem popularium, non obſtante Regia fundatione, & dotatione, ac electione Nobilium, & Popularium; concluditur, quòd non, & ità in facti contingentia fuiſſe deciſum in S.C. teſtatur Affl.dec.245.eum citat Mut. Surg.in annot.ad opus eius fratris de Neap.Illuſt. in cap.6. ſub nu.11.f.320.vbi paritèr refert, idem fuiſſe deciſum in Eccleſia S. Georgij, Rot. Rom. teſte Fab. Accoramb.dec.214.p.3. lib.2.

Poſſeſſio corporalis tradita alicuius rei in eius præſentia an habeat proindè poſſeſſionẽ aliarũ rerũ poſſeſſor, licèt abſẽtarum, aliqui dicebãt, in particularibus rebus hoc locũ non habere, ſecus autẽ in vniuerſalibus, vt putà in hæreditate, vel feudo; tunc, n. ſi intrẽ vnum, ea mente, vt omnia habeã, ſatis eſſe, vt omnia habeã, proindè omniũ poſſeſſionẽ, & ſic fuiſſe judicatũ tradit Andr. Iſer. in c. t. ſub n. 4. verſ. ſed tradit, & inueſtit, quid ſit inueſt.

Poſſeſſio ſi fuerit ex vltimo actu verificata, cõſeruari debet penès poſſidentẽ, & ità poſſidens manuteneri debet in poſſeſſione, quarè cũ cõtigiſſet elapſis annis pro expetenda pluuia proceſſionalitèr per Ciuitatẽ Neap. comeare in honorẽ ſacratiſs. ſanguinis S. Ianuarij Antiquiſſimi Patroni dictæ Ciuitatis fuit haſta Pallij aſportata per oẽs Electos Nobiliũ, & Populi, ſubſequẽte deindè Feſtiuitate Aſsũptionis D. Thomæ in vnũ ex Patronis ſe oppoſuerunt Electi Nobiliũ prætendentes, obſtare ſñtiam Regis Federici plateæ populari excluſiuã omniũ dignitatũ, & honorum; fuit tamen in Reg. Coll. Conſil. decisũm, ꝙ citrà præiudicium iuriũ partiũ, tàm in petitorio, quã in poſſeſſorio, etiam ſummariſſimo, ꝙ Electus popularis aſportaret haſtam Pallij in dicta proceſſione inſimul cũ alijs Nobilibus, prout ſic exequutũ fuit, Reg. de Pont. dec. 18. in ſolemni, Ric. collect. dec. 1446.

Poſſeſsio feudi ex pacto, & prouidẽtia in iudicio ſũmarijſsimo cui ex duobus cõcurrentibus ad poſſeſsionẽ ipſius cõſeruanda ſit, hoc eſt maſculo, vel fœmina ex diuerſis iuribus, videlicèt fœmina vigore teſtamenti paterni, in quo diſpoſitum fuerat de feudo in eius beneficium, item ex diſpoſitione cap. Volẽtes circa continuationẽ poſſeſsionis defuncti; vlteriùs attenta conuentione habita inter patrẽ, ſcilicèt teſtatorem cũ eius prima vxore, & matre maſculi, vndè feudum dependebat, vt ipſa ſuccederet cũ promiſsione ratificationis filij, quæ nunquàm ſubſequuta fuerat, & demùm aſſerta poſſeſsione ipſius feudi per exiſtentiam fœminæ ſucceditricis in Caſtro feudi dumtaxat; maſculus verò tãquàm filius eius matris, vndè feudum deriuabat, ad quã deuolui debebat, & ità ad filiũ legitimè poſſeſsionẽ antè mortẽ patris præcauentẽ, tot ius feudi actus poſſeſsiuos ẽt poſt mortẽ continuando in feudo prædicto, iuraq; aduerſariæ infringẽdo, tunc quòad teſtamentũ, dũ non poterat de tali feudo teſtator diſponere ex iuris diſpoſitione, item reſpectu aſſertæ cõuentionis factæ inter coniuges, nulla ſiquidèm apparente cõfirmatione filij maſculi, & data validitate ipſius vltrà vitã conceſsionarij patris extendi nõ poterat, nec paritèr diſpoſitio cap. Volentes militare poterat, hoc eſt continuatio poſſeſsionis procedentis ex actu nullo, & inualido, deniq; reiecta poſſeſsione feudi prædicti capta per fœminã habitantẽ in Caſtro feudi, actuſuè poſſeſsiuos nõ alitèr continuãdo, cõcluditur in beneficiũ maſculi per multa doctiſsima media, ac iuris deciſiones adductas per Reg. de Pont. in dec. 40. vbi in fine aſſerit, fuiſſe in pari voto Regẽtes in ſupremo Italiæ Conſil. tandẽ ſuperueniente alio Regẽte inclinauit in cõtrariam partẽ, hoc eſt in fauorẽ fœminæ, vt manuteneretur in poſſeſsione feudi iã dicti, & hoc in iudicio ſummario contra maſculum. *Aut. de Amat. variar. reſol. tom. 1. reſol. 39. nu. 87. Cutell. de donat. tom. 1. diſcurſ. 2. partic. 3. numer. 65.*

Poſſeſsio exigendi aliquod ius ab omnibus Cauponibus, & Tabernarijs exiſtẽtibus in territorio alicuius Ciuitatis, cui ex priuilegio Regis illud cõceſſum fuerat, ſic vulgò nuncupatum Quartucciũ, cuius vigore, ac decreti authoritate deſupèr interpoſiti exigendi, poſſeſsionẽ cõtinuauerat, ſi per aliquos iuris ipſius trãchitia oppoueretur, & ſucceſſiuè aliquando nõ fuiſſet ſolutũ ius prædictum ab aliquibus, ẽt mediãte alio Curiæ decreto, itẽro authoritate alterius priuilegij cõtrarij, an ſit cõſeruãda lite pendente. In occurrẽti caſu ſequẽtia in iure allegata fuerunt per illũ maximum I. C. & meum patruũ q. Fabium de Falco pro tuitione iuriũ Ciuitatis Sueſſæ: Ciuitas .n. Sueſſę habet priuilegiũ à Rege Ferdinando exigendi Quartucciũ ab omnibus Cauponibus, & Tabernarijs exiſtentibus in eius Territorio per milliare vnũ, & ſemper vigore dicti priuilegij exigit, & in hac antiqua poſſeſsione reperitur, & pars aduerſa nõ negat, & apparet ẽt per teſtes iã productos, ſed prętendunt iſti Hieronymus de Frãciſco, & Horatius Ricca aduerſarij, eos nõ teneri ad ſolutionẽ, figurando, nunquã ſoluiſſe pro eius Tabernis, ſed pro ipſa Ciuitate dicebatur, habere intẽtionem fundatam. Primò, ex priuilegio prędicto, qui .n. exhibet in promptu priuilegiũ, & allegat poſſeſsionẽ, interim eſt manutenendus, iuxtà not. in c. cũ perſonæ, de priuil. in 6. vltrà Abb. in c. t. vt lit. pend. egregiè firmat Reg. de Pont. in cõſ. 97. n. 21. & ſeq. vol. 1. ꝙ quando ius reſiſtit, ſi doceatur de titulo colorato, & allegatur poſſeſsio, hoc ſufficiat; prætereà Ciuitas nedũ allegat poſſeſsionem exigẽdi, ſed illam in actis demonſtrat in vniuerſũ, dũm ab omnibus exigit, & hodiè paritèr exigit Quartucciũ, & in vniuerſalibus, & in corporalibus poſſeſſio vnius operatur in totũ, vt gl. Bar. & alij in l. deducta, ff. ad Trebell. ac plenè gl. in c. dilectus, de Capell. Monac. ſed ex abundanti Ciuitas oſtendit in particulari, ꝙ etiã exigit ab aduerſarijs prædictis, vt teſtes cũ iuramẽto examinati deponunt, & ſic adſunt priuilegiũ, & poſſeſſio pro Ciuitate, & proindè rectè interim eſt conſeruanda in eius poſſeſſione: Demũ Ciuitas pro ſe habet decretũ vltimo loco latum per Curiam Sueſſanam pro exactione prædicta, & iam illud exequutioni eſt demandatum, vt patet ex actis, ergò omni iure lite pendẽte Ciuitas non eſt ſpolianda ſua iuſta poſſeſsione, quæ fulcitur priuilegio, poſſeſsione, & decreto, vt ſuprà: Hinc non obſtat, quòd aduerſarij publicanis, & conductoribus iſtius vectigalis aliquando non ſoluerint, quoniam text. in l. licitatio, §. earũ, ff. de publ. & vectig. decidit quæſtionem, inquit enim text. ibi, quid ſi publicanus ex indulgentia omiſerit exigere vectigal earũ rerum, quarũ vectigal præſtari ſolet, alius publicanus ſucceſſor exigere nõ prohibetur; iſti .n. publicani, & cõductores non poſſunt principalibus, & ſic Ciuitati prę̃iudicare, eſt particularis deciſio in d. §. earũ, q̃ extollit And. in cap. 1. §. vectigalia, quæ ſint regal. feud. prętereà ꝙ iſta exactio interdùm prętermiſſa ſit iniuſta, & non operetur amiſsionẽ poſſeſsionis, latiſsimè fundat ex multis Reg. Lanar. in conſ. 27. 31. 46. & 48. qui rogo, legatur. Nec deniq; obſtat copia figurati decreti Curiæ Sueſſanæ reſpectu Hieronymi de Frãciſco, quia de Horatio Ric-

ca

Digitized by Google

cta non loquitur, nàm reſpectu ipſius nil adeſt in contrarium circa immunitatem prædicti vectigalis. Primò, quia eſt decretum clãdeſtinum, & originale nõ exhibetur, prout multotiès fuit ordinatũ, & odit lucẽ. Secundò eſt decretum ſine actis, & ſine cauſæ cognitione, & nõ habet vbi figat pedes, & ſic nullius momenti præcipitantèr interpoſitum, adeò quòd eſt ipſo iure nullum, Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ, de Conſtit. & latè per Sebaſt. Vant. in tract. de nullit. in rubr. de nullit. ſent. ex defect. proceſſ. nu. 33. & 34. Tertiò Ciuitas habet nouiſsimum decretum, in actis exiſtens ab eadem Curia Sueſſana pro exactione prędicta vigore ꝓuiſionũ R.C. & vltima derogãt primis, iuxtà text. in l. pacta nouiſsima, C. de pactis, & hoc decretũ fundatur in priuilegio, & in alijs probationibus, ideò interim erit obſeruandũ. Nec quicquã facit, ꝙ teſtes producti per Ciuitatem ſint recepti parte nõ citata, etenim ſunt producti ad inſtructionẽ Iudicis, & ſunt iurati teſtes, & in hoc ſummariſsimo iudicio lite pęndente ſufficit priuilegium, & ẽt aliqua probatio, ẽt inter diuerſas perſonas, iuxtà glo. in l. ſi duo patroni, ff. de iur. iur. Florian. in l. ſeruitutes, ff. de ſeruit. Cæterùm pars non habet priuilegiũ, nec probat aliquã poſſeſsionẽ, & quærit ſpoliare Ciuitatem eius patriã tàm antiqua, & iuſta poſſeſsione exigendi dictũ vectigal, de quo ſoluit Reg. Cur. functiones fiſcales, propterea id non erit permittendũ. Vltimò, non obſtat quoddã priuilegiũ nouitèr productũ, quia loquitur de diuerſis perſonis, & eſt poſterius, nullã faciens mentionem de noſtro priuilegio anteriori, & ſic nullarẽnus potuit illi pręiudiciũ afferre, vulg. iur. vltrà ꝙ de eo nulla ad præſens habetur poſſeſsio, nec pro pręterito fuit habita, & eſt priuilegium extinctũ, factũ ad beneplacitũ illius Regis, cap. ſi gratiosè, de reſcript. in 6. & per ea, quæ dicunt DD. in l. more maiorũ, ff. de iuriſd. omn. Iud. & iſti aduerſarij eò fortiùs non ſunt audiendi, ex quo priuilegium non loquitur de aliqua immunitate, ſed de ſolutione facienda alteri, & ſic allegant ius tertij, idcircò licitè lite pendẽte Ciuitas eſt manutenenda in poſſeſsione exigendi hoc antiquum vectigal, ꝙ ſemper exigit, & ſic fuit deciſum in fauorẽ Ciuitatis prædictæ per R.C.S. referente tũc Præſidẽte ipſius q. Iacobo Salutio, doctiſsimo viro. Additio; Ad primũ quæſitũ de poſſeſſore manutenẽdo in poſſeſſione lite pendente, fræto authoritate priuilegij extat ſolẽne conſ. Io. de Amicis 50. citatum per Ann. in ſing. 548. vbi aliqua addidi, ſecus tamen ſi citrà priuilegium exactio in mera facultate exigendi conſiſteret, tunc enim in his, quæ ſunt meræ facultatis ex longeua obſeruãtia nec conſuetudo, neq; pręſcriptio induceretur, in terminis concludit Maur. ſen. in alleg. 8. Ad ſecundum verò de poſſeſſione exigendi verificata per teſtes ẽt ab Aduerſarijs colligitur, quòd exactio Gabellarum, & pedagij in aliquo loco arguit dominium iuriſdictionem exigentis, idem Maur. alleg. 58. nu. 1. & alleg. 62. nu. 5. & maximè ſi talis exactio eſſet antiqua, tunc fortiùs iuriſdictionem, item & merum Imperiũ eadem antiquitas daret, Andr. Gayll. pract. obſeru. lib. 2. obſer. 52. n. 25. Ad tertium de decreto interpoſito notandũ eſt, quòd acta inducunt notoriũ, vt dixit Maur. d. alleg. 62. n. 3. vbi in conſimili caſu loquitur de decreto interpoſito per R.C. & in hoc caſu decretũ Iudicis aliàs latũ ſufficit ad manutentionem poſſeſſionis lite pendente, Ann. in alleg. 84. n. 8. nõ obſtat prima partis prætenſio, ſi publicani non exigerint, nã idẽ de procuratore dicitur, qui licèt confiteri poſſet debitũ ſibi ſolutũ, non tamen remittere debitũ, & in quęrendis pręiudicare Domino, idẽ Ann. in alleg. 89. nu. 5. & 6. & demùm non obſtat priuilegiũ nouitèr productũ, nàm priuilegiũ non tollit priuilegiũ; Verall. dec. 88. nu. 8. p. 2. nàm ad hoc vt priuilegiũ ſecundũ tollat primum, debet facere mentionem de primo, Suarez alleg. 9. n. 8. & alleg. 28. n. 10. & 13. Maur. ſen. alleg. 15. nu. 10. alleg. 16. n. 12. alleg. 40. n. 12. alleg. 77. n. 2. & alleg. 79. n. 4. & maximè quando per primũ eſſet quæſitũ ius tertio, Idem in d. alleg. 16. n. 11. alleg. 26. n. 13. & alleg. 40. n. 12. multoq; fortiùs ſi fuiſſet priuilegium cõceſſum Vniuerſitati, eo enim caſu non tolleretur ſine ſpeciali reuocatione, Ann. alleg. 53. n. 26. His omnibus circumſcriptis etiã ſi eſſemus in dubio, pro poſſeſſore iudicandũ erit, Franc. dec. 441. n. 8. Io. Bapt. de Thoro I. C.

Poſſeſsio alicuius rei ſtabilis capta vigore aſsiſtẽtiæ præſtitæ ex ſententia M.C.V. an exiſtentibus nullitatibus oppoſitis reſtituenda ſit, nullo facto depoſito crediti; caſus talis incidit in cauſa Vaſtollæ Zitæ terræ Tramunti, quæ obtinuerat aſsiſtẽntiã in forma ſuper certis bonis ſtabilibus in actis deductis eius generi ex cauſa reſtitutionis dotis eius filię pręmortuę ſine liberis, & dùm fuiſſet appellatum ad M.C. & dictũ de nullitate, procurator dictę Vaſtollę nõ fuit nixus in defenſione nullitatũ, ex quo de iure debebat Vaſtolla pignori incumbere, & quouſq; ei ſatisfiebat de credito ſuo, non tenebatur relaxare, ex tex. in l. ſi non ſortẽ, §. ſi cẽtum, ff. de cond. indeb. ꝙ ſequitur Surd. deciſ. 46. M.C.V. ad relationẽ Iudicis Franciſci Vollari decreuit, ꝙ ſtantibus nullitatibus reſtitueretur poſſeſsio, ſed demùm propoſita appellatione ad S.C. facto de prędictis verbo in Aula Reg. Conſ. Frecciæ deciſum fuit, ꝙ facto depoſito integri crediti, pro quo eſt facta adiudicatio, reſtituatur poſſeſſio, penès Sabathum Caputum Act. Mag. Thoro.

Poſſeſsio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum an ſtatim mortuo grauato ad fideicõmiſſarium ſpectet cum fructibus pendentibus, vel ad hæredes grauati, pro fideicommiſſario plura dicebantur. Primò, cùm ipſe fideicommiſſarius erat exequutor teſtamenti fideicommittentis, cui permiſſum erat propria authoritate bona capere. Secundò, quia erat fideicommiſſarius abſq; detractione legitimæ, & ſimilitèr bona capere poterat. Tertiò; quia bona ipſa fideicõmiſſo ſubiecta erant vineę, & morã non patiebantur, & ſic tàm per M.C.V. quã per S.R.C. deciſum fuit in beneficiũ fideicõmiſſarij, & condẽnatus conuentus ad reſtitutionẽ bonorum ipſorum cum fructibus liquidandis, referente meritiſſimo Regio Conſiliario Iacobo de Franchis, penès Borrellum Act. Mag. in cauſa Proſperi Rendellæ V.I.D. contra Fabritiũ Teſtã, D. Camill. de Laratha in conſ. 72. ſtante morte.

Poſſeſſor in vita an poſsit declarari facere, ad quem ſpectet eius ſucceſsio; fuit deciſũ, quòd ſic, Frãch. in deciſ. 695. & de hoc extat conſil. Annæ 126. vbi examinat articulum, & ponit ſimilem deciſionẽ, immemor deciſionis de Franch. quæ fuit impreſ-

ſa poſt eius conſilia, vt dixi ſuprà verbo Agi, &c. Ricc.collect. deciſ.1424. Paſchal.in tract. de vir. patr. pot.p.4.c.10.n.34.

Poſſeſſor rei permutatæ ſi contra eum ſententia proferatur ad reſtitutionem ipſius rei ex defectu aſſenſus an poſsit opponere aduerſus actorem ad reſtitutionem alterius rei permutatæ,ab alio euictæ,inaudito ipſo poſſeſſore,fuit deciſum,poſtquā in facto alia conſtabant,eſſe audiendas partes,an eu ctio legitimè,vel illegitimè proceſſerit, citatis hæredibus euictoris,Franch.deciſ.523. Ricc. in c. .. ct.dec.91.

Poſſeſſor vnius rei emphyteuſis an poſsit conueniri ad ſoluendum cenſum pro præterito actione hypothecaria,concluditur,quòd ſic,Affl.deciſ.95. vbi Viſil.Franch.dec.615.Foller.in prax.cenſual. verſ.huiuſmodi cēſus ſuper rebus,n.97. Amed.de Pont.in tract.de laudemio,q.45 Surd.deciſ.Mantuan.32.Gamm.deciſ.Luſit.350.Hieron.de Laur. dec.38.Auenion,in fin. Io.Franc.del Caſtillo dec. Si. il.41.nu.5.Comazan.deciſ.Lucenſ.2.n.15.Ant. Fab.in eius C,tit.de iur.emphyt.definit.12.Maur. Burg.in tract.de laudemio p.1.inſpect.9. Virgin. Boccat.de cenſib.par.2.in princ.& nu 87.*Reuſner. deciſ.Cam.Imper.lib.1.dec.26.n.64 Alex Trentac. lib.1.var.reſolut.tit.de iur. Fiſci,reſol.4.in princ.& lib.2.tit.de cenſ.reſol.1, ſub nu.4 verſ. ſecunda eſt.*

Poſſeſſor tertius ignorans hypothecam alienam an præſcribat,ità vt conuentus ab anteriori creditore hypothecam habente cum precario obijci poſſit per poſſidentem exceptio præſcriptionis;fuit deciſum, quòd non; nàm licèt hypotheca ſit ſublata per præſcriptionem longi temporis, non tamen eſt ſublatum precarium, quarè fuit præſtita aſsiſtentia dicto creditori contra poſſeſſorem cum titulo & bona fide, Affl.dec.189.Ann.ſingul.237. hypotheca,Pellic.in Conſuet.Auerſæ c.p.8. n.42. Tapia in prag.1.de aſsiſtent,nu.2.& Muſcatell.in praxi S.C.lib.2.p.1.glo.ſententia,nu.160. Gaſpar Theſ.in addit.ad dec.215.eius Patris.Maranta in tract.de remed.poſſ.n.57. Viuius dec.416.nu.15. Ricc.collect.dec.406. Ant.Fab.in eius Cod.tit.de acquir.vel amitt.poſſeſſ.defin.39. & tit. ſi aduerſ. credit.defin.4.Maur.inn.alleg.1.n.7.Franc.Steph. in deciſ.Auenenſi 25.nu.5. Alph.Peruſ.collect.479. Iacob.Nouell.in reg.33. *Io.Caſtagn.in tract.de beneſ.deduct.ne egeat,q.1.fallent.1.n 15. Barbat.de aſsiſtent.glo.7.n.32.*

Poſſeſſor tertius tenens feudum ſi fuerit à primogenito in iudicio vexatus,prætendendo feudum ad ſe ſpectare, tanquàm primogenitum, & pariter à ſecundogenito prætendente,feudum ad ſe ſpectare ob inhabilitatē ſucceſsionis, an poterit opponere,& reluctare,q. non vult ſubire iudicium,niſi cū vno,cōcludit Affl. in c,1. de grad.ſucceſſ.feud, n.9.q. ſecundogenitus non poſsit agere,et ſi diceret,primogenitū excluſum,nam requiritur, quòd per ſententiā primogenitus ſit excluſus, vt poſsit agere ſecundogenitus, tamen aliter fuit iudicatū in S.C.vt ibi refert,& in c.1.nu.41.quæ ſint regal. refert,fuiſſe viſum S.C.æquū, ambos agere, & ſic contra ius,Tiraq.in tract.de iur. primog. q.98.

Poſſeſſor rei an teneatur creditori agenti aſsiſtentia offerre totum debitum,an verò rei petitę ęſtimationem,& quid ſi fuiſſet actum hypothecaria:fuit deciſum, totum debitum eſſe offerendum, Vrſill, dec.199.ſub n.3.Aſcia determin.89. n.5.

Poſſeſſor lite pendente tueri debet in ſua poſſeſſione,quādo ſimpliciter poſsideret,ſecùs quando vi, aut clàm poſsideret, vt fuit deciſum in S.C. in facto contingenti,teſte Io.Iacob.Maſull.in addit.ad Capyc.dec.72.n.2.

Poſſeſſor lite pendente an priuari debeat ſua poſſeſſione,concluditur, quòd non, licèt cōtrarium fuerit deciſum,Capyc.dec.209 à n.5.ad 14.Capiblanc. in pragm,14.nu.24 & ſeq. de Baron.

Poſſeſſor feudi,cui in commendam datum fuerat ob culpā predeceſſoris vaſalli ſequeſtrati an peracta compoſitione cum Reg.Cur.ob culpam commiſſam,ſi fuerit cōuentus ad reſtitutionem dicti feudi, & per poſſeſſorē exceptū de culpa cōmiſſa, ob q̄ feudo priuari debuerat, teneatur ad reſtitutionē,fuit deciſum in S.C.referente Reg.Conſil.Io. Tho.Minadoo in cauſa Aſcanij Columnæ cū hæredibus Pauli Reſtaini ſuper reſtitutione Caſtri Rapini eſſe cōdemnandum poſſeſſorē ad reſtitutionem feudi, ſtāte compoſitione factā cū Curia, in Banca Tramōtani de anno 1545.Io. Vinc. Ann. in repet.c.1.n.116.de vaſall.decrep.ætat. *Iul.Cæſ. Galluppo.in method.feud.p.4.c.6.n.26.*

Poſſeſſores bonorum hęreditariorū an poſsint moleſtari ab ijs creditoribus hæreditarijs, ſi hæres ſoluendo primo venienti,cui pecunia fuerat ſoluta non erat poſteà ſoluendo,cōcluditur, quòd ſic, quamuis non fuiſſet deciſum, & in hoc verſatur practica tradita per Franch. dec.272.

Poſſeſſorium ſi ſit intētatum ab actore an cogi poſſit ipſe actor opponente reo, vt etiam de petitorio ageret;fuit deciſum,quòd non,Franch.dec.90. & ibi Viſcont.ad ornatum.

Poſſeſſorium tantùm, vel poſſeſſorium, & petitoriū cenſeatur intentatū, ſi in libello fuerit dictum de ſpolio, & concluſum de reſtitutione rei; fuit concluſum,eſſe ſolum poſſeſſorium intentatum, Affl. dec.77.n.7.vbi Vrſill.nu.10.aſſert aliam ſimilem deciſionem,ſecundùm deciſionem Afflict.Sebaſt. Medic. deciſ.Rotæ Anconit.22. nu.4. Comazan. deciſ.Lucenſ.69. nu.5.

Poſſeſſorium recuperandæ in feudis an poſsit poſt annum intentari; fuit deciſum,quòd non, ſed debet de proprietate cognoſci, relicto poſſeſſorio, Affl.dec.196.Camp.in cap.Dudùm.nu.17.Reg.de Pont.in tract.de poteſt.Proreg. tit.4. §.6.num.41. Ricc.collect.dec.367.

Poſſeſſoriū an detur pro iuribus perſonalibus,vt putà pro annua præſtatione; fuit determinatū,quòd licèt pro annua præſtatione non ſit dare poſſeſſoriū, tñ eſt dare quendā ſtatū, ad quem pōt peti, vt fiat reſtitutio,Affl.dec.394. à n.4.vſq; ad fin.Foller. in pract. cenſuali, verſ. tanquàm res iudicata nulli,n.34.Franch.dec.90.n.4. Ant.Gabr.lib.5. tit. de reſtit.ſpol.concl.5.n.77.Caroc.de locato par.6. tit.de nominat.remed.7.in fine.

Poſſeſſoriū intentatū per ſpoliatum an abſorbeatur per petitoriū, ità vt ſuper petitorio iudicari poſſit,& iudiciū valeat, ſtante inhabilitate ſuccedētis in feudo,tùm quia patruus, tùm et ob delictū rebellionis; fuit iudicatū contra ſpoliatū,quamuis multis rationibus talis ſententia confutetur, non aliter ſubſiſtere poſſe,vndè pendente cauſa reclamationis partes tranſegerunt,Minad.deciſ.37.per tot,vide ad ornatū Affl.in Conſt. Violentias, n.68.

Poſſi-

Poſſidens per annos triginta prædiũ intrà fines feudi in allodiũ, vel burgenſaticum an ex tali poſſeſſione tenẽdi rem burgenſaticam, vel in allodium excludatur illa præſumptio, ꝙ quicquid eſt intra fines feudi cenſeatur de feudo, concluditur, ꝙ ſic, & in tãtum eſt verum, quòd ſi eſſet in poſſeſſione aliquis tenens prædium in feudum tanquàm feudale, quando de illo feudo, vbi ſitum eſſet, ſed de alio feudo ſeparato optimè talis poſſeſſio procedit, vt fuit in facto deciſum per duas ſententias Regias, Affl. in c. 1. ſub n. 10. verſ quartò dicta cõcluſio, de controuerſ. inter maſcul. & fœmin.

Poteſtas ſi ſit conceſſa alicui non delinquenti iuxtà formã Pragmaticæ nominandi tres delinquentes, ſi tres ceperit malefactores delinquentes, & confirmata mediante decreto, & demùm nominauerit aliquem delinquentem poſt lapſum biennij, an iſte nominatus debeat gaudere indulgentia; fuit deciſum, quòd non, quia illa facultas nominandi intelligitur de eo, in quẽ cadit nominatio, Frãch. dec. 468. meminit Cathal. in tract. de indultu, c. 2. n. 64. Maſtrill. in tract. de indultu, c. 6. n. 12.

Poteſtas ſi ſit cõceſſa à Rege Viceregi ampliandi officium, data pecunia ad vnum filiũ, ſiuè generũ, aut alium quamuis hæredem, ſi fuerit facta ampliatio ad hæredem, qui nec filius, nec hæres eſſe debet, an talis ampliatio iure ſubſiſtat; facto verbo in Collaterali Conſilio fuit dictum, ampliationem valere, Anna in alleg. 32.

Poteſtas alienandi conceſſa per filios matri de dote juxtà verba ordinaria Notariorum, ad habẽdum, alienandum, &c. an operetur, vt mulier liberè poſſit diſponere de dote, concluditur, quòd data poteſtate alienandi ceſſet diſpoſitio ſtatuti, & conſuetudinis, & ità fuit iudicatum in S.C. Scipio Buccinus in addit. ad Conſuetud. Si qua moriens, incip. ſtatutum, quòd mulier, fol. 196. & idem poſteà in ſimili cauſa fuit deciſum, inquit Iacob. Anell. de Bottis in addit. ad dictam Cõſuet. incip. Si mulier in teſtamento, fol. 196. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 3. q. 3. n. 7. in fine.

Poteſtas diſpẽſandi Regiæ Pragmaticæ editæ Thori in ea reſeruata Regi litibus futuris an diſpenſare liceat; fuit deciſum in cauſa Seminariæ cum ipſius Duce, quòd non, Reg. de Ponte in conſ. 155. diutiùs, n. 60. vol. 2.

Pragmatica edita Thori loquens de poſſeſſoribus bonorum feudalium donatorum per retrò Reges Aragoniæ, vt non turbentur in eorum poſſeſſionibus an comprehẽdat feudatarios, qui non poſſidebant tẽpore publicationis dictæ Pragmaticæ, ſed ſperabant poſſidere virtute cõceſſionis ipſorum, vendicando bona ipſa, & ſe tueri diſpoſitione ipſius Pragmaticæ, fuit deciſum, dictam Pragmaticam non comprehendere hunc caſum, Affl. dec. 396. n. 7. & ſeq. Maurus ſenior alleg. 28. n. 5.

Pragmatica edita Thori Regis Catholici an loquatur de ijs, qui habent cauſam à Rege Federico, quãdo erat de Regno deſperatus, & ſucceſsiuè ſi comprehendat Vniuerſitatem perſonarum æquè priuilegiatarum, & habentium cauſam à dictis Regibus; fuit deciſum, illam Pragmaticam minimè procedere, quando alienatio, ſiuè conceſsio facta per Regem Federicum prætenderetur facta lite pendente, vel illo tempore, quo ipſe Rex Federicus habuiſſet de Regno deſperationem, & ità fuiſſe deciſum refert Gramm. dec. 65. Reg. de Põt. in cõſ. 31. n. 142. vol. 2. & Vitull. dec. 396. n. 8. vbi in fine annuit, audiuiſſe cõtrariũ fuiſſe deciſũ in Regia Camera Sũmariæ in cauſa Ducis Seminariæ.

Pragmatica edita Thori an militet contra agentem per viam reconuentionis, & petentem adiudicationem pro certa ſumma debita ex cauſa dotis, transfuſa in contractum mutui, accedente Regio aſſenſu Ferdinandi I. ſuper feudo per actorem poſſeſſo, & à Rege Federico donato, qui egerat ſuper bonis feudalibus ipſius rei ſuper adiudicatione, petendo, ſententiam exequutioni demandari pro certa alia ſumma, Loffred. in conſ. 34. eſt in S.C. dubium concludit, Pragmaticam ipſam nõ habere locum in caſu prædicto, quamuis contra ipſum poſteà fuit deciſum, Io. Angel. Piſanell. in pragm. 1. de poſſeſſ. non turband. n. 49. & 57.

Pragmatica edita Thori, vt non moleſtentur poſſeſſores feudorum litibus cauſam habentibus à Rege Ferdinando I. an locum habeat etiam in Fiſco; concluditur, quòd ſic, prout fuit ſæpè iudicatum in arduis cauſis, Minad. in Conſtit. In aliquibus, notab. 5. n. 22. & alias deciſiones iſtius quæſiti ponit Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. declarata igitur, n. 63. per totum, vbi ait, hodiè indiſtinctè talem exceptionem, tàm pro, quàm contra Fiſcum opponi poſſe, & prima fuit cauſa Saluatoris Zurli cum Principe Biſiniani, in qua fuit iudicatum, Fiſcum illam opponere poſſe.

Pragmatica edita Thori an locum habeat in confirmatione etiam in forma communi; fuit iudicatũ, quòd ſic in cauſa Ciuitatis Salerni cum Regio Fiſco ſuper exhibitione tituli cuiuſdam gabellæ, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. declarata igitur, n. 61. fol. 71.

Pragmatica edita Thori an locum habeat, ſi actor nollet infringere titulum ab illis Regibus habitũ, immò cõfiteretur, eſſe validiſſimũ, ſed vellet agere hypothecaria; fuit iudicatũ in pluribus cauſis, habere locum Pragmaticam, quacunquè actione agatur ad rem, vel ſuper re in illis rebus conceſſis ab illis Regibus, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. declarata igitur, n. 56. & 57. fol. 71.

Pragmatica edita Thori an militet, & extendatur ad ſententias latas per Reges connumeratos in d. Pragmatica, & ſic quando per viam ſententiæ aliquid Reges determinati eſſent, vt contingit, quando Platea Popularis Neap. litigauerat cum Plateis Nobilium ſuper aſportatione haſtæ pallij, & fuit oppoſitum de exceptione prædicta, & præſentata ſententia Regis Federici, fuit in Collaterali Conſilio deciſum, obſtare exceptionem Pragmaticæ Regiæ, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. declarata igitur, n. 57. fol. 71.

Pragmatica ſecunda de iuriſd. non turband. loquens de cauſis criminalibus, & ciuilibus, diſtinguendo, ad criminalem ſpectare omnes caſus, pro quibus venit imponẽda pena mortis naturalis, ſeù ciuilis, vel membri abſciſſionis principalitèr, prætèr iſtos caſus ſpectare ad iuriſdictionem ciuilem, an quẽadmodùm prouidet futuris, extendatur ad præterita, licèt loquatur in caſu particulari, & ſic non extendi ad alium caſum in eo non expreſſum; fuit in S.C. communitèr affirmatum, Reg. Pragmaticã illam benè procedere, etiam ad præterita, nam id, quod dicitur, non porrigi ad præterita, procedit,

quando

quando diſpoſitiuè loqueretur, ſecùs quando declararet dubium caſum, quia poterat ad præterita referri, ſicut in caſu præmiſſo circa declarationem cauſarum ciuilium, & criminalium, Reg. Tapia in annot. ad Conſt. Ea, quæ ad decus, n. 28.

Pragmatica edita contra foraſcitos, vt poſſit contra eos procedi ad modum belli an extẽdatur ad foraſcitos, qui ratione contumaciæ, vel eorum prauæ voluntatis foris exierunt, concluditur, quòd non, ſed de illis, qui inquietãt publicam quietem, ſic declaratis ob eorum delicta, & ità fuit deciſũ, & declaratum per Collat. Conſil. Io. Grandis in tract. de bello exulum, q. 2. nu. 4. in prædic. qualit.

Pragmatica edita Thori an locum ſibi vendicet, quando actor, vel reus fundaſſent ſe in titulis illorum Regum; fuit pluriès in S.C. deciſum, ceſſare eius diſpoſitionem in hoc caſu, Iacob. Ant. de Mauro in alleg. 29. optimè allegatum, in princ.

Pragmatica edita Thori in primo capite an locum habeat, vbi duæ inueſtituræ productæ fuiſſent in forma communi Regis Ferdinandi I. fuit deciſum in S.C. referente quondam Reg. Conſil. Franciſco Alderiſio locum habere in cauſa Baronis Noiæ, & ratio eſſe potuit, quia in geſtis per Regem Alphõſum, & Ferdinandum viget maior ratio, poſtquàm dicti Reges tenuerunt Regnum longa pace cũ iuſtitia, & magna tranquillitate per multos annos, curſus variorum temporum, & longa dies docuit, præfatos Reges quæcunquè oportuit mutare, reformare, & benè diſponere, vndè credendũ eſt, quæ fuerint mutanda, & reformanda dictos Reges mutaſſe, & reformaſſe, & è contra, ideò in primo capite denegatur penitùs audientia, non mirum ſi per tot geminatas inneſtituras ab illis Regibus tranquillo tempore factas inducere titulum, in ſecundo verò capite, & ſic in geſtis per Regem Ferdinandum Secundum, & Federicum, quia propter Regni turbulentias, bellicas perturbationes, aliaſq; neceſſitates non habuerunt dicti Reges ſpatium componendi, & benè cognoſcẽdi res, & caſus, ſatis minor militat ratio, & proptereà Rex Catholicus conditor iſtius pragmaticæ non denegauit hoc caſu penitùs audientiã, ſed voluit, q̃ ſi de geſtis per dictos Reges aliqua eſſẽt moderãda, confirmãda, vel tollẽda, obrẽta eius licentia cognoſcerentur, quæ ſiquidem exemplaui ex vol. alleg. quõdam mei patrui Doctoris peritiſſimi, & veritatis amatoris Fabij de Falco. Thoro.

Pragmatica edita Thori de poſſeſſ. non turb. an locum habeat in litibus inceptis antè promulgationem ipſius, fuit declaratum per ſententiam Regiam in cauſa Zurulorum cum Principe Hoſtiliani, quòd non, Fab. Iordan. in addit. ad d. Pragm. fol. 484. incip. an iſta pragm.

Pragmatica incip. malitijs litigantium, de præuent. moder. an locũ habeat in Vniuerſitate præueniẽte, fuit deciſum in S.C. inter Marchionem Otię, & Vniuerſitatem Francauillę, quòd ſic, Iacob. Anell. de Bottis in addit. ad d. pragm. ſub rit. de præuẽt. moder. fol. 463. incip. ampliæ hanc pragm.

Pragmatica incip. malitiis litigantium, de præuent. moder. an locum habeat in omni præuentione, quomodocunq; præuenienti incumberit, & diceret, inſtrumentum caſſari debere; fuit in S.C. deciſum, quòd ſic in cauſa Baronis Tholoſæ cum Mãfredino, Io. Ang. Piſanel. in addit. ad d. pragm. in antiquis, fol. 463. incip. fuit etiam dubitatum.

Pragmatica edita Thori an locum habeat, quando illi Reges ex falſa cauſa conceſſerunt, ex qua voluntas concedendi retrahebatur, fuit iudicatum, quòd ſic in cauſa Theſaurarij cum Comite Pacẽtri ſuper petitione Terræ Griptaliarum, quia illa Pragmatica fuit edita pro quiete, Reg. de Ponte in conſ. 63. quæ omnia, n. 22. vol. 2.

Pragmatica vnica de aſſaſſinio loquens de mandante, & mandatario an locũ habeat in mediatore inter mandantem, & mãdatarium, vt puniatur pęna illius pragm. fuit deciſum in S.C. ad relationem M.C.V. die 24. Septembris 1615. in cauſa Minichelli Camugli, q̃ non cõprehendat mediatorẽ, & proptereà decreuerat, q̃ ſuperſederetur in foriudicatione dicti Minichelli, Reg. Rouit. in prag. 1. n. 48. de aſſaſſ. *Danza de pugna Doctorum, tom. 2. tit. de aſſaſſinio, c. 2. n. 3.*

Pragmaticę, ſeu ſtatuta prohibẽtia extractiones frumenti, auri, equorum, aliarumquè rerum, ac ſuper ſolutione gabellarum, iurium, & dohanarum an ligent foreſes; cõcluditur iuxtà communem opinionem Doct. quòd non, ſed in facti contingentia dùm fuiſſent captæ per Miniſtros Regios res vetitę extrahi contra formam bannimenti per quoſdam foreſes, non obſtante ignorantia ab eis allegata fuerunt per R.C.S. condemnati ad pęnam amiſſionis rerum, vt refert Affl. in Conſt. Regni Homines, nu. 7. quem citat Viuius in ſylua commun. opin. in opin. 766. ſtatutum, n. 15.

Præambulum factum per M.C.V. declarando filiam fœminam hæredem ſcriptam in teſtamento, filio nominato in teſtamento prætẽrito, quod nullum de iure reputatur an iure ſubſiſtat, ſi in confectione ipſius pars non fuerit citata, immò parte cõparente ipſa Curia ad vlteriora proceſſerit, banna emanãdo, immò poſt banna inſtatum circa nullitatẽ ipſorũ, & teſtamenti; fuit deciſum, benè fuiſſe prouiſum circa præambulum, & nullum præiudicium inferatur iuribus filij prædicti in petitorio, & poſſeſſorio, ẽt circa contenta in prædicto præambulo, & inuentario diſcutiendis omnibus, auditis partibus in S.C. Anna alleg. 19. Georg. alleg. 45. n. 6. Gagliard. de abſolut. à iuramento, §. 1. n. 2.

Præambulum faciendum per hæredem, vt liquidare poſſit inſtrumentum, ſi creditor ſucceſſerit debitori poſſit præambulum facere, & præſẽtare poſſit inſtrumentum iuxtà ritum M.C.V. 53. an procedat in omnibus; fuit deciſum in S.C. quòd diſpoſitio Ritus prædicti, qui locum habet indiſtinctè in aſcendentibus, & deſcendentibus, etiam in linea tranſuerſali procedat, verùm ſolùm locum vendicet in filio, & nepore, licẽt hodie prẽambulũ communitẽr in fratre verſetur, Grãm. in ritu prædicto, incip. Item ſeruat ipſa Curia, n. 2. fol. 160.

Præambulum aditionis hæreditatis factum per vnũ ex litigantibus pendente lite hæreditatis an valeat; fuit deciſum, quòd non, & hoc bis in contingentibus caſibus, Minad. deciſ. 8. lite pendente, Franch. dec. 458. *Nouar. dec. 119.*

Precarij virtus an extendatur ad bona futura, quæ non reperiebantur poſſideri tempore conſtituti, & maximè ſi bona illa eſſẽt quæſita per hæredes, fuit per S.C. ſub diſtinctione concluſum, quòd aut quis ſe cõſtituat rem precario nomine poſſidere, & tempore conſtituti precarij non tenebat, nec

poſſi-

poſſidebat, tunc precarium nihil operatur, aut quis obligaret pro debito omnia bona ſua præſentia, & futura, & conſtitueret ſe precario nomine creditoris tenere, & poſſidere, ſi poſteà debitor aliqua bona acquiſiuerit, precarium extenditur ad iſta bona futura, & in hoc S.C. non fuit ſequutum opinionem Bald. nec Petr. de Vbald. aut debitor obligauit ſua bona, & ſuorum hæredum præſentia, & futura, & conſtituit ſe precario nomine debitoris tenere, & poſsidere, & debitor nõ acquiſiuit ipſe poſteà bona, ſed eius hæredes acquiſiuerunt, tunc quòad iſta bona hæredum, quãdo operabitur aliquid precarium, quia non poteſt quis conſtituere precarium poſsidere poſt mortem, nec precarium tranſitet ad hæredes precario rogantis, tunc non extenditur precarium ad bona ipſa; ideò in cõtingenti caſu fuit deciſum, quòd agenti ad bona per hæredes quæſita vigore precarij non comperit actio contra conuentum remedio l.fin. C. de acquirend. poſſeſſ. Afſl. dec. 335. à n. 1. vſquè ad nu. 10. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 5. Viuius dec. 12. num. 5. Bertazz. in tract. clauſul. in clauſul. 12. gloſ. 2. n. 3. *Barbat. de aſſiſt. gloſ. 7. nu. 34.*

Precarium appoſitum in inſtrumento dotali an extẽdatur ad bona, quæ poſteà fuerunt quæſita; fuit deciſum, quòd ſic, accedentibus ijs verbis ſolitis in obligatione apponi, obligauit omnia bona ſua præſentia, & futura, &c. Afflict. dec. 37. n. 3. & ſeq. Tiraquell. de retract. lignag. §. 35. gloſ. 4. num. 37. *Coſta de retrotract. c. 10. effect. 2. n. 12.*

Præcedere an debeat primò à Rege Marchio creatus, licèt poſt alium Marchionem literas exequutoriales à Prorege habuerit, vel Marchio poſt à Rege creatus, & priùs literas exequutoriales habuit; fuit deciſum in fauorem primi Marchionis à Rege creati, non obſtante quòd poſt ſecundum obtinuit literas exequutoriales, Franch. deciſ. 62. Georg. alleg. 37. nu. 29. Nunt. Pellicc. in Conſuet. Auerſæ c. 11. nu. 16. Ricc. collect. dec. 476. Molfeſ. conſ. 15. n. 4. Maſtrill. de indult. c. 7. nu. 13. ſimilem deciſionem in officio Archiuarij refert Frãc. Claper. in centur. deciſ. Gall. cauſa 55. q. vnica, & memini in anno 1611. de menſe Iunij facto verbo in Collaterali Conſilio per Illuſtriſſimum Marchionem Corleti idem fuiſſe deciſum, & confirmatum in præcedentia Regij Auditoris Fornies, qui aliàs fuerat Auditor, vt præcederet Regium Auditorẽ Frãciſcum Antonium Salinas meum conſobrinũ, nunc meritiſſimum Auditorem Hydruntinæ Prouinciæ, & ſic exequutum in Prouincia Calabriæ Citra; & idem in Oeconomatu D. Mariæ Annunciatæ in præcedentia Scipionis Brandolini, nunc Præſidẽtis Reg. Cam. Summ. cum Ioanne Thoma Coppula V. I. D. facto verbo in eodem Collater. Conſil. *Ill. D. Reg. Conſtant. in l. 1. C. de Conſulib. lib. 12. n. 29 & 31. Angel. Stephan de iure fiſci, c. 4. art. 25. nu. 38. Danza de pugna Doctorum, tom. 2. tit. de præcedentia, c. 1. n. 3.* Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Præcedere an debeat qui primò fuit doctoratus ei, qui primò adminiſtrauit, vel adminiſtrat officium iuriſdictionale, ſi ambo ad æquale officium fuerint electi; fuit deciſum, præferẽdum eſſe eum, qui priùs adminiſtrauit, & in exercitio reperitur, Franch. dec. 144. Anna conſ. 40. n. 33. Maſtrill. dec. Sicil. 130. nu. 3. Ricc. collect. dec. 147. Marta voto 101. n. 6. idem Maſtrill. de Magiſtrat. p. 2. lib. 5. c. 4. *n. 26. & 27. Ill. D. Reg. Tapia dec. Italiæ 21. n. 4. & 5. & D. Reg. Conſtant. in l. 1. C. de Conſulib. lib. 12. n. 2.*

Præcedere an debeat Officialis, qui habuit priuilegium anterius aliorum, non tamen poſſeſſione officij alitèr capta, ſi poſtmodùm capta poſſeſſione præferri debeat alijs Conſiliarijs habentibus priuilegium poſterius, poſſeſſionem autem priùs capientibus; deciſum fuit in Collat. Conſil. referẽte circũſpecto tũc Regente D. Petro de Caſtellet die 10. Ianuarij 1613. eſſe præferendum Officialẽ habentem priuilegium anterius alijs habentibus priuilegium poſterius, & poſſeſſionem capientibus, penès Vitalianum à mandatis Scribam, & ſic tempus datæ in his conſiderandum eſſe concluditur in cauſa Regij Conſiliarij Ioannis Ruiz de Valdiuieſſo cum Regijs Conſiliarijs Cæſare Freccia, & Iacobo de Franchis, D. Camill. de Laratha in conſ. 87. in articulo, vbi num. 47. alias deciſiones conſimiles tradit. *De hac eadem deciſione meminit D. Reg. Conſtant. in l. 1. C. de Conſulib. lib. 12. n. 26.*

Præceptum Iudicis factum parti poſſidenti aliquam rem, ipſam ſequeſtrando, nulla præcedente informatione an iure ſubſiſtat, fuit per Regiam Cameram, ſuſpenſo præcepto Commiſſarij S.C. prouiſum, quòd caperetur informatio, quis manutenẽdus ſit lite pendente, & deindè lite pendente prouiſum, quòd manuteneretur in poſſeſsione poſſeſſor, Anna in alleg. 60.

Præceptum factum à teſtatore hæredibus ſuis, ne quouis modo inter eos lites inſtituãtur pro quauis cauſa in iudicio, vel extra, nec petere fulminationes excõmunicationis, ſub pena priuationis portionis hæreditatis alteri cohæredi applicandæ, &c. ſi contigerit aliquid ex hæreditate occultari, fortè ſi immineret ſuſpitio contra cohæredem, an ad inſtantiam alterius cohæredis peti poſſit fulminatio excõmunicationis, non obſtante dicto præcepto, quãquam lex eſſe dicatur teſtatoris voluntas, §. diſponat in auth. de nupt. ob quod lex ipſa quãuis dura ſeruãda ſit, l. proſpexit ff. qui, vel à quib. attamen ex aduerſo dici poterat, per exiſtẽtiã doli ceſſare teſtãtis præceptũ, cũ dolus futurus nunq̃ intelligatur remiſſus, l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact. hinc ſi teſtator remiſerit tutori cõputorũ redditionem, ſi dolosè verſaretur, nõ per hoc erit excluſus ab ea, Anchāran. conſ. 118. Cott. in memoral. verb. tutor, malitijs n. obuiãdũ eſt, nec via fraudibus aperiẽda, vulgatis iuribus, idcircò quãdoq; ex cauſa à teſtatoris voluntate receditur, Gramm. dec. 55. ſic ſubſequẽter infertur ad Iudicis ſuſpitionẽ proponẽdã infra certũ tẽpus ob nouã cauſã ſuperuenientẽ admitti poſſe, Caran. in rit. 265. n. 10. ita pariter in teſtium repulſa, Muſcat. in prax. S.C. lib. 1. p. 6. gloſ. momẽtũ, n. 3. in fi. ſed verius pro reſolutione dubij allegati facit tex. expreſſus in l. cõuenire, ff. de pact. dotal. qui licèt in cõtractibus loquatur, locũ ſibi etiã vẽdicat in vltimis voluntatibus, vt ſingularitèr ponderat Ferdin. Vaſq. in tract. de ſucceſſ. lib. 1. §. 3. n. 5. ad 6. fol. 33. præſertim n. 8. quod ſequitur Gutierr. in repet. l. nemo põt, ff. de leg. 1. n. 279. ijs igitur perpenſis ad relationẽ doctiſſimi viri Io. Frãciſci Sãfelicij Regij Conſiliarij deciſũ fuit per S.C. die 23. Martij 1620. quòd nõ obſtante dicta prohibitione liceat fulminari facere excommunicationem dicto cohæredi in cauſa V. I. D. Horatij Mazzapinta cum filiis, & hæredibus Ferdinandi Serrati de Terra S. Petri Vernotici, penès Secretarium in Banca de Amico Act. Mag. Thero.

Præ-

Præeminẽtia S.C.conſiſtit inter cætera nõ ſolũ cogere partes in cauſis arduis compromittere in idem S.C.de quo infra eod.verbo ſtylus, ſed etiã ſi voluntatiẽ partes cõpromittere vellent in idẽ,vel Iudicẽ ordinariũ,& hoc præuia Regia diſpẽſatione, & ſic pluriès practicatum fuiſſe,teſtatur Anna in ſiog.114. vt ſuprà eod.verbo cõpromiſsũ,ſicq; in anno 1595.fuit cõpromiſſa cauſa Antonini Morani cũ illis de feudo de Amato in poſſe S. C. pęnès Lõgũ, nũc Izzũ Act.Mag.exiſtẽte Cõmiſſario viro illo integerrimo Reg. Conſil. Io.Thoma Salamanca, poſtmodùm Regente electo per Sereniſſimum Philippum III. Regem noſtrum ob eius probitatem ſcientiæ, & bonitatis, vt habui ab V.I.D.Auguſtino Caputo. Io.Baptiſta de Thoro.

Præferri an debeat Officialis vicem Principis gerẽs alijs Titularis conſocijs in regimine alicuius Hoſpitalis,vel Eccleſiæ,bis in cõtingentibus caſibus fuit in Collaterali Conſilio decĩſum,eſſe præferẽdum, & hoc in regimine Hoſpitalis Incurabiliũ, vbi Regẽs Reg.Cãcellariam perſonam Regis repræſentans medius ſedet, Titularius ad eius dexteram,ad ſiniſtram verò Eques ſedilitius, deindè Regius Cõſiliarius,aut Præſes Reg.Cam.& idem fuit deciſum in cauſa Marchionis Arpaiæ in reuiſione computorum Ciuitatis,vt refert Marc.Ant. Surg.de Neap.illuſt.c.27.n.18.

Præferri an debeat ſecũdus conductor molẽdinorũ primo cõductori,circumſcriptis meliorationibus ab eo factis ex æquitatæ,& in facto demonſtratis, & demùm ex mala qualitate ipſius primi conductoris malè ſoluentis,& peſsima ipſius qualitate, verſante cũ Domino Molendini,fuit deciſum per S.C.affirmatiuè,ſcilicèt eſſe præferẽdum,in cauſa Molẽdinorũ S.Iacobi de Caſtro Maris de Stabia pro Luca Andrea Carola cũ Gregorio Carbone, referẽte Regio tũc Conſiliario Nicolao Antonio Gizzarello die 1.Octob.1590.penès Galteriũ Act. Mag.D.Camill.de Laratha in conſ.18.quia res.

Præferri an debeat Vniuerſitas in affictu iuriſdictionis ponderum, & menſurarum,excluſo vltimo licitatore, cùm hæc quæſtio ventilari contigiſſet in R.C.S. ad inſtantiam Vniuerſitatis Caſalium Ciuitatis Coſentiæ,dictorum del Manco cum Octauio dell'arme licitatore concurrente in affictu d. iuriſdictionis,cui remãſerat ſub haſta præuio decreto eiuſdem Regiæ Cameræ in lite habita inter dictam Vniuerſitatem, & quõdam Angelũ Roccum, & ſucceſsiuè Matthæum Paganũ illius ſucceſſorem,tàm in S.C.quàm in d.R.C.S.ſuper poſſeſsione illius, hæc infraſcripta breuitèr in fauorẽ d.Vniuerſitatis congeſta fuerunt, & mihi tradita ab Auguſtino Caputo V.I.D.de Coſentia,quæ ſiquidèm libui hic inſerere ad veritatis articuli elucidationem in hac cauſa prælationis petitæ per Caſalia fideliſsimæ Ciuitatis Coſentiæ in R. C. cõtra emptorem iuriſdictionis ponderum, & menſurarum venditæ, & ſubhaſtatæ per dictam R.C. & de ipſius ordine lite pendente ſuper proprietate,ſtãte ſequeſtro facto per d.R.C.breuitèr credo, iuſtitiam ipſorum Caſalium Dominis Iudicãtibus patefieri poſſe ex infradicendis, conſtat enim, ꝙ quemadmodùm datur retractus in vẽditione voluntaria,ſic quoquè dari debeat in venditione neceſſaria,ſub haſta facta,ità de Frãch.dec.277.482. & 588. & melius in materia prælationis, & retractus fundat Gutierr. pract.quæſt. lib.2.q.157. per totam, quòd verò competat ipſi Vniuerſitati ius prælationis prædictæ,ſatis compertum eſt,nam ſicut in petitione domanij, & totius Vniuerſitatis præfertur, & admittitur ipſa Vniuerſitas, ſic etiã debet admitti, dũ de aliqua portione iuriſdictionis tractatur,cùm valeat argumentum de toto ad partem, arg.l.quæ de tota, ff.de rei vend. optimè Nicol.Euerard.in loco 80.à toto ad partem,& per hanc rationem ità voluit, & deciſum eſſe retulit Reg.de Curte in ſuo diuerſ.iur.feud.fol.10.n.65. vbi dantur plures deciſiones,& de Pont.in §.1.de diuerſ.prouiſ.num.8.in tract.de poteſt.Proreg.de Frãch.dec.17.n.3.in fin.& optimè Anna in repet. Rub.de vaſall.decrep.ætat.in nigro,num.153.qui alias deciſiones refert, *Reg.Sanfelic.dec.106.nu.5. vbi nos citat hic*. Et in terminis locationis, prout eſt caſus noſter, fundat Capibl.de Baron.in prag. 8.n.76.in fine,authoritate Affl.in Conſt.Sãcimus, n.25.quod ius prælationis conceſſum in venditiõne extendendum dixit in locatione, & ſecundùm prædictã fuit aliàs iudicatũ in S.C.in affictu Terrarũ Ioiæ,& Aquauiuæ, penès Galterium, in quo proceſſu fuit producta alia decreta,quibus in affictu Vniuerſitatibus prelationes fuerunt conceſſæ,& habet prædicta concluſio optimam rationẽ, nam quemadmodũ Regius Fiſcus poteſt cogere ipſas Vniuerſitates ad conductionem prædictorũ iurium, l.2. C.de agric.& cenſ.lib.10. ſic etiam è contra debent ipſæ Vniuerſitates præferri, prout in ſimili dixit Anna in conſ.77.n.2.dando rationẽ ſpecialitatis in l.congruit, C.de locat. præd.ciuil. lib.11.ex authoritate Boer.Gomeſ.Minſyng. de Franch.& de Põte ibi relatorũ,& ex prædictis tollitur motiuus factus per Illuſtriſſimũ D. Marchionem S.Iuliani digniſſimum Locumtenentem Reg.Cam.dùm dixit,authoritates prædictas de prælatione non loqui contra Fiſcum, nam vltrà ꝙ eſſet onus ipſius Regij Fiſci probare, ſe priuilegiatũ à iure,in hoc aliàs Fiſcus non conſtando de priuilegio debet vti iure priuati, ff.de iure Fiſci, l.Fiſcus, Iſern.in tit.de conſuet.recti feud.nu.2.in princ.ibi niſi in priuilegijs, & lex generalitèr loquẽs,generalitèr eſt intelligẽda,etiã de Fiſco,etiã in correctione legis de Fiſco loquentis inducẽdo, dũmodò nitatur rationabili æquitate,ità ex Iſern. colligitur in §. præthereà ſi interdùm, de prohib. feud.alien.per Feder.col.1. per tot. Nã ex authoritatibus prædictis per Annã allegatis in ratione prædicta l.congruit, & in ſpecie de Ponte cõſ.25. n.11.clariſsimè colligitur,prælationem contra Fiſcum,& rationẽ reciprocæ coactionis procedere, prout etiam dixit Affl. omninò videndus nu.2. in verbo de iure prothomiſeos, Ant.de Butr.in c.ex reſcripto, in tit.de locat.& cond. Nec obſtat oppoſitio Regij Fiſci,nõ poſſe hoc modo iuberi certã normam introituum prædictorum,ex quo ipſæ Vniuerſitates ſtuderẽt potiùs,quantum eſſet poſſibile,vt quàm minimi apparcãt introitus,& reditus ipſius iuriſdictionis, quia hoc iam eſt certũ per detentionem in domanio factam, & adminiſtrationem conceſſam per plures annos per Perceptorem Prouincialem,ex cuius libris certò certius ſciri poteſt quantitas ipſorum redituum, ex quibus ſtantibus rationibus prædictis, ac tanta æquitate,ac æqualitate fundatis,omni iure debẽt præ-

prædictæ Vniuerſitates admitti ad prælationem prædictã, prout ſpectatur ab ipſis Dominis Iudicantibus, Die 24. menſis Iulij 1618. facta relatione per V.I.D. Petrum Iordanum Vrſinum, tunc Præſidẽtem R.C. nunc meritiſſimũ Regentem Reg. Cancellariam in dicta R.C.S. deciſum fuit, quod Vniuerſitas Caſalium Manſi Ciuitatis Coſentiæ præferatur in affictu iuriſdictionis ponderũ, & menſurarum dictorũ Caſalium facta in beneficiũ Octauij dell'Arma, ſeruata forma oblationis, & accenſionis cãdelæ, penès Octauium Stabilẽ pro Quinque, hodiè penès Petrũ de Abadia Actuariũ, poſt hæc ſcripta, & decretum obtẽtum pro dictis Vniuerſitatibus reperi priuilegium cõceſſum Ciuitati Coſentiæ meæ charæ patriæ a Rege Ferdinãdo, fęlicis memoriæ, expeditũ in Caſtello nouo huius Ciuitatis ſub die 28. Iunij 1480. nu, mihi 16. & fol. 52. ꝙ pondera, & menſuræ Ciuitatis, eiuſq; Caſaliũ adæquentur, ſeù adiuſtentur ab officio Catapani eiuſdẽ Ciuitatis gratis, & abſq; aliqua ſolutione, nõ obſtãte ordine expedito ab ipſa Maieſtate, cujus vigore non intelligatur factum præiudiciũ in futurũ noſtro priuilegio, ſed obſeruetur; Auguſtinus Caputus; de hoc ſatis, ſuperq; dictum eſt infra eod. verbo Vniuerſitas quamuis, vbi aliæ deciſiones extant, *Aug. Caput. de regim. Reipubl. c. 7. n. 40.* Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Præferri an debeat Officialis benemeritus, qui multa ſeruitia Regia, & officia exercuit alteri conſimili Officiali in poſſeſſione præcedentiæ exiſtẽti, quãuis alijs ſeruitijs Regijs non incumbuerat, caſus euenit de hoc nouiſſimè dũ eſſet per ſuã Excellẽtiam in officium Auditoratus Regiæ Audiẽtiæ Calabriæ Citra aſſumptus Scipio de Bonis, qui in eodem munere aliàs præfuit in eadẽ Prouincia, in qua reſidebat Auditor Carditus, illuſque Audientiæ caput Aulæ, & proptereà dictus Scipio porrecta ſupplicatione Excellentiſſimo Proregi, præcedentiæ locum proponendo aſſerebat, omninò præferri debere, & in locum d. Auditoris Carditi, eo excluſo ſubingredi: tùm quia aliàs dictum officiũ exercuit, & locum primum obtinuerat; tũ quoq; ob alia Regia ſeruitia ab eo geſta, his iuris medijs, & potiſſimùm ex diſpoſitione tex. in l. 1. C. de prox. ſac. ſcrin. lib. 12. ibi, vt inter eos meritò dignitatem habeantur, qui præfecti Diœceſis ſibi creditas temperarunt ex eo tempore eos ſplẽdor indepti proximatus oſtendat in ſequentibus præponẽdi qui vicarias poſteà adminiſtrauerint, &c. & tex. in l. 1. §. vacantes, C. vt dignit. ord. ſeru. eod. lib. 12. ibi, vacantes aũt poſt Adminiſtratores venientes, non omnes iã omnibus honorarijs credimus præponẽdos, ſed eos vacãtes illis honorarijs, qui ſimilẽ adepti ſunt dignitatẽ, &c. & melius cauetur in l. fin. C. de priuil. eorũ, qui in Sacro palat. mil. lib. 12. ibi omnes, qui in palatio militando diuerſis actibus paruerint, volumus in tantum eius dignitatis, cuius meruerint miſſionẽ obtinere inſignia, in his omnibus præferantur in ordine, atq; cõſeſſu, qui poſteriori tẽpore regẽdas prouincias, dignitateſq; ſuſceperint palatinas, &c. de quo per Caſſan. in Catal. glor. mũdi p. 6. cõſid. 4. & ſic aliàs in cõtingẽti caſu ſeruatũ fuiſſe aſſerebatur, vt infra eod. verbo prælatio; ſed his nõ obſtantibus fuit cõtrariũ deciſum per Reg. Collat. Conſil. referẽte circũſpecto Regẽte Petro Iordano Vrſino in menſe Februarij præſẽtis anni 1619. penès Cãcellariũ Ioſeph. Scorzellũ, & optimo ſiquidẽ iure, iudicio meo, poſtquã ſupra allegata procedi videntur, quotiès vno, eodẽq; tẽpore fuiſſẽt Officiales electi, & tractaretur de eorũ præcedentia, tũc facillimè attẽderetur ſeruitium, ſeu officiũ aliàs per aliquem ipſorũ geſtum, & ſic præcederet alijs, vt in multis caſibus conſimilibus deciſũ tradit Præſ. de Frãch. dec. 144. de qua infra eod. verbo præcedere, vbi alios Doctores citaui, ad ꝙ facit cõſimilis doctrina relata ab Annib. Troyſ. in ritu 2. M. C. V. ſub nu. 6. verſ. quod facit, vbi refert, ꝙ ſi tres ordinati ſunt ad officium hoc ordine, ſcilicèt primus, & ſi primus nõ erit ſecũdus, ſi ſecũdus nõ erit tertius, primus acceptauit, & ſic fuit ſecũdus excluſus, & per excluſionẽ ſecũdi tertius volebat admitti, ex quo purificata fuit cõditio in perſonã ſecundi excluſi, per quã videtur, ꝙ tertius debet admitti, in cõtrarium dicitur per rationẽ, nã ordo facit cõditionẽ, & per acceptationẽ primi cęteri ſunt excluſi, ſecundũ Bal. & Imol. in l. in teſtamẽto, ff. de hæred. inſt. at in caſu iſto ſecũdùm ordinẽ vnus poſt alium ſubingreditur locum Decani Aulæ, & per aſcenſionem gradatim locus præoccupatus fuerat, & diu in poſſeſſione perſiſterat Carditus, iuſtũ ſiquidẽm nõ videbatur de loco iã quæſito præuio ordine poſſeſſorem expellere, & nouiſsimum prætextu meritorum inducere, nã eſſet ordinem peruertere, ꝙ nunquã ſeruatũ vidi in noſtris Tribunalibus Neap. exiſtentibus; etenim Iudex aliquis iterũ poſt finitum officiũ Iudicatus ſi fuerit electus ad idem officiũ, ingredietur tãquã nouus, nec aliorũ cõſociorũ loca præoccupare debet, eò ꝙ fuerat aliàs Iudex, vel alia ſeruitia Regia adminiſtrauerat, in tantũ eſt vera hæc cõcluſio, ꝙ ſi Officialis aliquis ſubrogaretur in locum primi præmortui, erit tamen vltimus in ordine, licèt obtineat locum primi, hoc eſt in priuilegio primi, ità Scagl. in d. ritu 2. M.C.V. n. 3. ex mente Io. de Platea in l. comperimus, C. de prox. ſac. ſcrin. lib. 12. & ſi secùs eſſet, eſſet deſtruere, vt dixi, ordinem cõſuetũ ſeruari in omnibus Tribunalibus Regni, etſi aliquãdo cõtrariũ ſeruatũ fuiſſe dicatur, id tamen, vt notũ eſt, pceſſit ex motu Principis abſq; deliberatione Collateralis Cõſilij, ꝙ ad exemplũ trahi nõ debet, l. nã ad ea, ff. de leg. & fortè motus fuerat Princeps, attenta dignitate perſonæ electæ, vtputà ſi fuiſſet in maiori dignitate conſtitutus, quàm primò electus, hoc eſt præsbyter, item Abbas, Epiſcopus, & ſimiles, ſicut exemplificando proſequitur Verall. dec. Rom. 357. n. 2. & ſeq. p. 2. quæ deſeruiũt ad limitationem regulæ prædictæ, qui demùm cõcludit n. 4. & ſi præcedere debeant omnes, prætèr tamen caput, ꝙ ſatis ad rem noſtrã pertinere videtur, & de hoc particulare tradit exemplũ Abb. in c. poſtulaſti, nu. 8. & 9. col. 2. verſ. ſed quæro pro declaratione, de conceſſ. præbend. quem citat Gratian. diſcept. forenſ. c. 106. n. 9. 10. 1. ꝙ Epiſcopus Canonicus debet ſedere in loco Canonicorũ, quãdo ſumus in actibus Capitularibus, ſed tamen habebit locũ primũ poſt Decanũ, ſeù Præſidentem Collegij, vel Capituli, cęterùm antè capturã poſſeſsionis in contrariũ adducta procederent, & huic voto quoq; adhæſit ad corroborationem allegatæ deciſionis Io. Ant. de Roggerio V.I.D. peritiſsimus meus chariſsimus cognatus

ex

ex ſorore mea dilectiſsima Siluia de Thoro. Ioan. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Præferri an debeat dominus directus in alienationibus rerum emphyteuticarum per emphyteutas factis, eo irrequiſito, & ob nō ſolutiones cenſuum factas, vel ſaltim, quotiès deuolutiones non procederent, tertij poſſeſſores ad quartarias, ſiuè laudemia, & ad cenſus non ſolutos ex prætérito condemnãdi eſſent, deciſum fuit per S.C. in fauorem domini directi, in cauſa Illuſtriſſimi Cardinal. Spinelli vti Epiſcopi Auerſani cum nonnullis tertijs poſſeſſoribus rerum emphyteuticarum alienatarum per emphyteutas, in Banca de Fęlice, D. Camill. de Laratha in conſ.1. Illuſtriſſimus Dominus.

Prælatio in hypotheca quamuis detur pro legitima, & ſic ob principale, an etiam pro fructibus ipſius pariter detur; fuit deciſum, quòd ſic, Vrſill. deciſ. 162. ſub n.5.

Prælatio an competat Vniuerſitati in venditione iuriſdictionis criminalis facta per Baronem habentem talem iuriſdictionem alteri Baroni habenti ciuilem; fuit deciſum in Regia Camera, quòd nō, contra authoritatem Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 2. authorit. Baron. & potiſſimùm ratione vnionis, quæ quidèm ratio vnionis in hoc caſu magis conſiderari debet pro Barone, in cuius perſona vtraquè iuriſdictio vniebatur, Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. verſ. licèt autem veriſſima, nu. 67. & 68. fol. 10. Rendell. in tract. de iure prothomiſ. verbo ſub eodem ſeruitio, n. 54. in fine, vbi refert, idem deciſum fuiſſe in Collat. Conſil. inter Epiſcopum Monopolis habētem ciuilem iuriſdictionem in Terra Ciſternini, contra D. Vincentium Tolfa emptorem iuriſdictionis criminalis.

Prælatio competens Baronibus in emptione rerum in eius Terra, procedit antequàm res vēdatur, & non poſteà, & ità fuit deciſum in S.C. inter Vniuerſitatem Lauri cum Marchione, Capiblanc. in pragm. 1. num. 124. de Baron. at ſi Baro iniunxerit ſeruitia animalibus locatis alteri conciui pro ſuis ſeruitijs, non poterit, & fuit deciſum, quòd abſtineat, & præferatur, dummodò monuerit per diem antè. Idem in pragm. 16. nu. 49. eo. titul. de Baron. *Nouar. de grauam. vaſall. tom. 1. grauam. 98. n. 3.*

Prælatio an ſibi locum vendicet, vt mulier præferatur creditoribus patris eius viri, & ſi eius conſenſus interuenerit in obligatione dotis iuxtà Conſuet. Neap. fuit deciſum in S.R.C. ad relationem Regij Conſiliarij Ambroſij de S. Iacobo, quòd requiratur conſenſus expreſſus in obligatione reſtitutionis dotis, vt præferatur, ex doctrina Neguſant. in tract. de pignor. in 4. membr. 2. p. & hoc in cauſa Monaſterij Sancti Gaudioſi de Neap. cum Ioanna Carlina Monaca, vt audiui ab eius Aduocato Io. Camillo Grande, de iſta deciſione meminit nouiſſimè Molfeſ. in addit. ad eius Cōment. ad Conſuet. Neap. tit. de renunc. q. 19. n. 12. *Epiſcopus Ricc. collect. 3577. p. 8. Conſil. Hector Capyc. Latro dec. 36. nu. 3. qui nos allegant, & dec. 64. nu. 6.* an autem pater obligetur ex ſolo conſenſu ad dotes filio, tàm de iure communi, quàm de iure Conſuet. Neap. vide Vrſill. dec. 332. n. 4. & 5. Io. Bapt. de Thoro.

Prælatio an poſſit in Principem de poteſtate ordinaria ex cauſa conferri alicui Officiali, eiq; dignitatem cum præcedentia conferendo; fuit practicatum, quòd ſic in perſonam cuiuſdã Auditoris, qui multo tempore præfuit in Regijs Audientijs, & ob talem cauſam ei fuit à Prorege conceſſa dignitas Auditoratus cum præcedentia, vt refert Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rubr. de prouiſ. fieri ſolit. §. 2. n. 8. & ſimilitèr in alijs perſonis, vt olim contingit Marino Frecciæ Conſiliario, qui tanquàm nouus Officialis cęteris præfuit, ſicut ipſe fatetur in lib. de ſubfeud. rub. quis dicat. Princ.

Prælatio ratione conſanguinitatis datur etiam in feudis, & huius reſpectu dicitur in feudis habere locum ius prothomiſeos, & hæc eſt communis concluſio, & ſic per Collaterale Conſilium deciſum refert Reg. de Ponte in deciſ. 11. vt ipſe fatetur in tract. de poteſt. Proreg. in tit. 10. §. 1. nu. 13. meminit Reg. Rouit. in rubr. de feud. nu. 32. *Reg. Sanfelic. dec.* 111. n. 12.

Prælatio, ſeù potioritas à iure conceſſa quòad ſortem principalem erogatã in emptionem domus, vel alterius rei cum ſpeciali hypotheca ſortis an extendatur ad intereſſe, ſeù vſuras; per multas rationes efficaces concludit nouiſſimè Reg. de Ponte dec. 34. à num. 30. vſquè ad finem, prælationem, ſeù potioritatem militare, & miratur in fine de nouiſſima deciſione Sacr. Conſil. contrarium decidentis, vt non locum vendicet talis potioritas quòad intereſſe, ſiuè vſuras pecuniæ ſpecialitèr hypothecatæ, & hoc fuit in cauſa illorum de Ciuitella cum illis de Citarellis, penès Galterium Act. Mag. vt audiui à quondam peritiſſimo I.C. Fabio de Falco meo patruo, cauſæ prædictæ Patrono, in cuius fauorem pronunciatum fuit ex infraſcriptis per eum allegatis.

Articulus decidendus eſt, ſi creditor poſterior, qui pecuniam mutuo dedit pro emptione domus, quę ſibi ſpecialiter eſſet hypothecata, veniat poſteà præferendus anterioribus, nedùm pro quantitate in emptionem conuerſa, ſed etiam pro intereſſe, ex mora cauſato, & licèt prælatio pro intereſſe poſſet colorari, ex regula l. licèt, C. qui pot. in pig. l. Lucius, ff. eodem, & ex tex. in c. acceſſoriū, de reg. iur. in 6. cum mille concordãtibus. Attamè opinio negatiua ex infraſcriptis inſtor (ni fallor) demonſtrabitur, illud in primis ſupponendo, priuilegium antelationis non eſſe extendendum, nec multiplicandum, iuxtà notata in l. ius ſingulare, ff. de leg. l. 1. in fin. C. de dot. promiſſ. cum vulg. & regulam illam l. Lucius procedere in prioritate, non autem in potioritate, prior enim pro ſorte, erit etiam pro acceſſorijs, non autem potior, erit etiam pro intereſſe potior hoc, nec ille, nec alij tex. dicunt, nec acceſſoriū ſemper ſui principalis naturã ſortitur, dùm ratio, quæ in principali concurrit, acceſſorium nō concomitatur, vt multa optima iura probant congeſta à Surd. in deciſ. Mant. 27. n. 11. & à Domino de Franch. deciſ. 506. num. 22. & ſeq. vbi latiſſimè, modò ſic, ratio prælationis eſt in ſorte, quia illa fuit potiſſima cauſa acquiſitionis rei, nō autèm intereſſe ex mora, & perfidia debitoris, & proindè hoc intereſſe non ſortitur naturã priuilegiatam ſui principalis, non mirum igitur ſi in ſimili reſtitutio conceſſa ſuper principali, non trahitur ad intereſſe, & vſuras, allegatur cōmunitèr tex. in l. fin. §. Lucius Titius, ff. de cōdit. indeb. Bal. in l. fin. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Aret.

in

Priuilegiũ à Rege conceſſum Baroni,& hæredibus, & ſucceſſoribus an exequutioni demãdari debeat ad inſtãtiam ſucceſſoris,etiam Fiſco inaudito oppugnante ſuperſederi, donec conſultũ fuerit Regi; fuit deciſum in fauorem ſucceſſoris,Gramm. dec.59.Vrſill.dec.273.n.4. Fab.Ann.conſ.51.n.6.

Priuilegium conceſſum Neapolitanis,vt ſint immunes ab omnibus ſolutionibus, & in Dohana poſſint emere quouis modo, vt patet in c.8. Ferd.II. incip.Item ſupplicamo detta Maeſtà, f.23. in vol. Priuileg.& Grat.Neapol. an extendatur,quando Neapolitani haberent Tabernas extrà Ciuitatem Neap.& earum Hoſtulani vellẽt res comeſtibiles emere pro vſu,& victu eorum, qui hoſpitantur in dictis Tabernis;fuit in R.C.S.deciſum,quòd ſint in libertate accedendi; quo voluerint ad emendũ res comeſtibiles pro vſu,vt ſuprà in cauſa Nicolai Io. Capycij cum Vniuerſitate S.Anaſtaſiæ, Commiſſarius Caſtiglia, penès Tutinam, & in cauſa Magnif.Io.Sebaſtiani cum Terra Naugri 4. Iulij 1549.vt patet in add.ad d.cap.ſuprà citatum.

Priuilegium conceſſum ſubdito an poſsit ad nutum Regis reuocari, etiam cauſa non ſubſiſtente, & ſi cõcludatur, quòd poſsit, niſi tranſitum feciſſet in contractum,vel nõ eſſet remuneratorium, at Rege alienante,& aſſerente, alienationem facere ob cauſam neceſſariam an credatur in præiudicium domanij alicuius Terræ,& ex iuſtis cauſis belli,& pro bono pacis, accedentibus omnibus clauſulis neceſſarijs;maior pars Dominorũ de Conſilio votauit,

tauit, ſtantibus clauſulis priuilegij poſſe Regem priuilegia reuocare, & Terras ipſas alienare, Capyc.deciſ.166. Ann.alleg.69.nu.27.& alleg.87.in princ.Ant.Gabr.lib.3.de iur.queſ.nõ toll.concl.5. Georg.alleg.13.n.11. Reg.de Pont.conſ.70.n.40. vol.1.& conſ.15.n.15.vol.2.Paſch.in tract.de vir. pat.pot.p.1.c.1.nu.83. Capiblanc.in pragm.8.p.2. n.31.de Baron.Reg.Tap.in l.fin. de Conſt. Princ. p.1.c.1.n.16. & ſeq. quamuis cõtra talem deciſionem inuehat, Vulpel.lib.1.contr.Illuſtr.c.5.nu.14. Vrſill.deciſ.361.num.20. *D.Reg.Tap.deciſ.Ital.5. num.95.*

Priuilegium legitimandi obtentum ab Imperatore, per Proregem huius Regni cõfirmatum, an expiret per mortem prædicti Regis; fuit deciſum, nõ eſſe reuocatum per mortẽ Regis, tamen per ſucceſſorem in Regno fuit reuocatum, Affl.dec.128. Vrſill.dec.165.n.11.Peregr.de fideic.art.23.n.14. Capibl.in pragm.1.de Baron.nu.93. Bertazol. in tract.clauſ.in clauſ.22.glo.1.n.2.latè Pariſ.conſ.2. vol.2.nu.19. Ric.coll.dec.108.Peregr.de iur.Fiſci lib.1.tit.3.n.65.idem Ricc.deciſ.Arch.Neap.206. par.2.*Epiſc.Campanil.in diuerſ.iur.canonici, rub.9. cap.8 nu.44.Alex.Trentac.var.reſol.lib.1.tit. de legit.reſol.4. ſub nu.6.*

Priuilegium prælationis mulieris quòad rem dotalẽ an tranſeat in ceſſionarium; cõcluditur, quòd q̃n ceſſio eſſet ex cauſa neceſſaria tranſiret priuilegium, vt põderat Affl.dec.306.n.7. etiam ea mortua, quamuis impugnetur ibi ab Vrſill.ſub n.6. diſtinguente, aut eſſet cauſa voluntaria, & tunc ſiuè eſſet viua, ſiuè mortua mulier, non tranſiret priuilegium, ſi verò eſſet cauſa neceſſaria; concludit, nõ valere ceſſionem quòad alium, benè tamen ad ipſius vtilitatem eſſe validam, & ſic contra Affl. latè Bertaz in tract.clauſul. in clauſul.29.glo.11. nu.5.Mari.in tract.clauſul.par.2.clauſ.3.num.14. *Ioſeph Mele in addit. ad Conſil. Gizzarell. deciſ.1. num.8.*

Priuilegiũ ſi ſit cõceſſum Vniuerſitati cognoſcendi de prouẽtibus, & compoſitionibus delictorum, & pœnarum, ſi poſtmodùm idem cognitionis priuilegium concederetur Baroni eius Terræ, de quibus in poſſeſſione reperitur, an reluctãte Vniuerſitate vigore eius priuilegij impediatur Baro in eius iuribus; fuit deciſum contra Vniuerſitatem pro Barone; Gramm.dec.46.Georg.alleg.13.n.10. Borrell.conſ.1.num.34. Vrſill.dec.128.n.10.Mart. vot.1.n.12.Morot.reſponſ.16.nu.7.

Priuilegium conceſſum ciuibus Neapolitanis, quòd non poſſint renunciare foro, ſed conueniri debeãt Neap. quid ſi virtute nouellæ pragmaticæ fuiſſet Ciuis Neapol.captus ab aliquo Officiali, ob delictum ſcilicet diſrobationis an locũ vendicet cauſę auocatio, fuit deciſum, quòd ſic, & ità fuit cauſa auocata per M.C.V. à Curia Theani, Vrſill.deciſ. 41.n.9.& 10.Viſcont.ad Franch.dec.426. *Danza de pugna Doctorum tom.2.rubr.de immun. Neapol. cap.2.num.19.*

Priuilegium, ſeù gratia expeditum, vel expedita in forma cõmuni, nil operatur, & extinguitur morte, & tunc dicitur expeditum in forma communi, quatènus in poſſeſſione exiſtat, & ob id in occurrenti caſu fuerunt conuenti abſoluti, dùm ab eis prætenderetur ius Gabellę lignaminum intrantiũ Neap. à Gabelloto vigore priuilegij conceſsi in forma communi, non ſpeciali, prout in alio ſimili caſu tradit Vrſill.dec.128.ſub n.10.

Priuilegium conceſſum alicui pro bono pacis cum clauſula, per quam derogatur omnibus, etiam dotibus an obſtet agenti pro dotibus cum adiudicatione, & aſsiſtentia ſuper Terra ipſius priuilegiati; fuit deciſum, quòd non, & quòd dùm derogatur dotibus, intelligatur in dotibus non veris, non autem in veris, & in cõſimili cauſa ſtante priuilegio prædicto, quòd per clauſulas abdicatiuas iurium alienorum l.benè à Zenone, &c. non præiudicetur iuribus tertij, & ſic bis id fuiſſe deciſũ, teſtatur Capyc.dec.51.à n.12.vſq; ad fin. cum citat Ann.in alleg.69. n.27.

Priuilegium Principis ſi eſſet dubioſum, quando de eius intellectu tractaretur, cauſa debet corã Principe terminari, & ità concludit, & dicit obtinuiſſe Ann.in ſing.644.10 dubio. *D.Reg.Merlin.controu. forenſ.cap.81.n.8.*

Priuilegium conceſſum Baroni, vt poſsit exigere tãtam ſummam ducatorum ſuper functionibus fiſcalibus eius Baroniæ an tranſeat ad hęredes; fuit deciſum in R.C. quòd non, cùm ipſa conceſsio ſit ſtrictè interpretanda, Loffred.in paraphr.feudor. ad Andr.in cap.1.quis dicatur Dux, incip. die 27. Aprilis, Petr.Garſ.dec.41.

Priuilegium iuriſdictionis alicuius Baronis cum cognitione primarũ, & ſecundarum cauſarum, etiã cum derogatione l.vnic. C.quand.Imper.ſi fuerit extinctum ob culpam Baronis, felloniam cõmittentis an conceſſa iuriſdictione alteri Baroni non facta ſpecifica mentione derogationis d. l. vnicæ, ſed generalitèr, cognoſcere poſsit Baro de cauſis miſerabilium perſonarum; fuit deciſum, quòd nõ, Frãch.dec.192.Capibl.in prag.8.n.154.de Baron. Reg.Tap.in Conſt.Statuimus, vt M.C.nu.30.Maſtrill.dec.Sicil.127.n.14.Io.Franc.del Caſtillo deciſ.Sicil.39.n.3.Ric.in coll.dec.1.Peregr.deciſ.Paduæ 129. n.7. Paſch.de vir.pat.pot.p.2.c.2.n.106. *Cancer.var.reſol.tom.2.c.2.nu.25.D.Reg.Hect.Capyc.Latr.dec.67.n.8.9.& 19.*

Priuilegium l.vn. vt derogetur exquiritur, vt in ſpecie derogetur, nec ſufficit generalis derogatio, q̃ ſi in priuilegio fuerit dictum, non obſtante quòd fuerint perſonæ miſerabiles, an cenſeatur facta derogatio; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.dec.187. Reg.Tap.in Conſt.Statuimus, vt M.C.n.30. Maſtril.dec.Sicil.127.n.14.Ric.collect.dec.1.*Cancer. var.reſol.tom.2.c.2.n.25. Alex.Trentac.var.reſol. lib.2.tit.de citat reſol.2.n.2.*

Priuilegium l.vn.C.quand.Imper.inter pupill.& viduas licèt competat mulieribus maritatis habentibus virum inutilem, an admittatur quando culpa ipſius mulieris eſſet vir ab ea ſeparatus, citrà tamen Eccleſiæ decretum, matrimonium quòad Thorum ſeparandum; fuit deciſum in Reg. Audientia Principatus Citrà, & Baſilicatæ, quòd ſic, tamẽ deuoluta cauſa ad M.C.V. per viã appellationis fuit deciſum contrariũ, ex nouitèr deductis per Barónẽ petentem remiſsionẽ eius vaſalli, quia probatũ fuerat, dictã actricẽ viuere inhoneſtè, & proindè priuilegiũ viduæ ſibi nõ cõpetere, Follet. in pract.crim.*rubr.audiantur excuſatores, num.79. & ſeq.*

Priuilegium ſuperueniens an mutet forum, ſiuè ſit conceſſum motu proprio, ſiuè ad poſtulationem; fuit

fuit deciſum, quòd non, Franch.dec.544. Ric.coll. dec.480.& in prax.Eccl.dec.596.n.4.Giurb.deciſ. Sicil.23.latè, & ſic ibi deciſum refert.

Priuilegium, ſeù confirmatio ipſius, quod fit à Rege in principio ſuæ creationis an extendatur ad petitiones, ſeù iniuſtè conceſſa, ſiuè præiudicialia, dû fuiſſet prætenſum per Ducem Termularum, immitti in poſſeſſionem Caſalis Marcianiſi vigore priuilegij conceſſi per Regem Ferdinãdum, licèt poſteà ſub promiſſione confirmationis Regis Catholici, nulla mentione facta de priuilegio cõceſſionis eiuſdem Caſalis factæ Ciuitati Capuæ, quæ in poſſeſſione reperiebatur, pro Duce ipſo allegauit Ann. in allegat.69. pro Vniuerſitate Capuæ Marcell.de Mauro in alleg.3.vbi ſingulariter Abbas Io.Hieronym. de Mauro in add.incip.contra has refert, ab eius Genitore audiuiſſe fuiſſe deciſum in Regia Camera Summariæ in fauorem Ciuitatis Capuæ, contra Ducem ipſum, Ric.collect. dec.1025.

Priuilegium conceſſum à Rege alicui conſtruendi Turrim cum Lanterna pro ſeruitio nauigantium, ſi fuerit diruta an liget ſucceſſorem ad obſeruantiam ipſius; fuit deciſum, quòd non, & ſucceſſiuè potuit Magnus olim Capitaneus Prorex cõcedere alteri dictam Turrim cum Lanterna, & eius diſtrictibus, nec primo fieri iniuriam, Affl.dec.391. à n.15. ad 21. de hac materia latè pertractat Loffred.conſ.21.& Reg.Carol.Tap.in l.fin.par.1.c.4. nu.50.ff.de Conſt. Princ.

Priuilegium, in quo continetur, Regem conceſſiſſe Cancellario vnum Caſtrum, quod ſe conceſſiſſe Rex negaret, & ſigillum Regis fuerit repertum apud Cancellarium, an iudicetur falſum; fuit determinatum, quòd ſit falſum, ſecus ſi Cancellarius ſigillum penès ſe non teneret, Barthol.de Capua in ſing.93. incip. per l.1.§. ille etiam, C.de lat. libert. toll.

Priuilegium à Rege obtentum intrà annum præſentari debet Proregi Regni, aliàs nullum, & irritum habebitur iuxtà pragm.1.de priuileg. & cùm talia verba annullatiua inducant formam, forma tamen non ſeruata corruit actus quòad omnes, & ſic iunctis Aulis bis deciſum fuit in S. C. in cauſa Marchionis Turris cum illis de Paulillo, Anell. Amat.conſil.33.priuilegium, num.13. & conſ.69. de eadem deciſione habetur infrà eod.ver. reuocari.

Priuilegium ciuilitatis Neapolitanæ obtentum ab aliqua vidua Neapolitana extero nupta licèt in Terra eius viri numerata, vti ciuis illius lite pendente circa contributionẽ onerum ciuium an obſtet Vniuerſitati petenti cõtributionem; deciſum fuit per R.C.S.non obſtare, & proindè ſuſpenſo priuilegio procedi debere ad vlteriora, vt dicam infrà eod.ver.Vidua Neapolitana.

Priuilegium Ducale, hoc eſt Ducis Calabriæ olim conceſſum Ciuitati Coſentiæ, vt omnes debitores tàm dictæ Ciuitatis, quàm eius Caſalium, & habitantes in ea carcerari nequeant in carceribus pro cauſis ciuilibus, vel criminalibus, in quibus pœna mortis, mutilationis membri, vel afflictiua corporis non venit imponenda, & ſic pro debitis ipſis, præſtita per eos cautione de ſtando, & tenendo palatium Regię Audientię, vel palatium Locumtenentis loco carceris, in viridi obſeruantia extat, an porrigatur ad debitores carcerari debitos vigore literarum exequutorialium Magnæ Curiæ Vicariæ, & aliorum Tribunalium Supremorum huius Regni; fuit per Regiam Audientiam Calabriæ Citra in cauſa Franciſci Serſalis q. Tiberij Patritij Coſentini cum Io. Iacobo Celeſte iudicatum affirmatiuè, & habito recurſu ad M.C.V.per debitorem, fuit paritèr iudicatum per ipſam, benè prouiſum per Regiam Audientiam, penès Ventriglià Act. Mag. & quid ſi fuiſſet ſtipulata obligatio Neapol. an ſibi vendicet locum priuilegiũ allegatum, fuit per Magnam Curiam Vicariæ in cauſa Alphõſi Grittiglię, & Petri de Golia Actuariorum dictæ Regiæ Audientiæ, & debitorum pro affictu ipſius officij cum Ill. Duce Bernaudi, & Ioann. Maria Bernaudo ordinatum, quòd ſeruaretur dictum Capitulum, & ſic exequutum per Regiam Audientiam, referente Regio tunc Auditore illius Franciſco Antonio Salinas ſolertiſſimo I. C. meo nimium dilecto conſobrino, prout hæc mecum contulit Doctor Auguſtinus Caputus Coſentinus, eſt enim in iure cautum, quòd captiuus in cauſa ciuili datis fideiuſſoribus eſt relaxandus, And.Gayll.pract.obſeru.lib.1. obſeru.26. num.11.ſed detinendo palatium loco carceris ſolis Nobilibus conceſſum eſſe videtur, Grammat. dec.33. num.13. niſi hoc eſſet ex ſpeciali priuilegio conceſſum, vt in caſu allegato, eo enim caſu omnia debita continentur, ſicuti conceſſo ſaluoconducto à Rege abſq; exceptione aliqua, generalitèr eſt intelligendum, ità Affl.in dec.5.num.1. vbi paritèr quærit, ſi ad debita iurata extendatur, & licèt concludat negatiuè, & eũ ſequuntur Ann. in ſingul.463. cum allegatis DD. per eum, & per eius Filium, in contrarium tamen aliqui tenuerunt, quos citat Anton. Gabr. in lib.2. commun. opin.tit.de iur.iur.concl.5.num.21.& ibi num.22. ex mente Boer. deciſ.296. tenet, quòd de conſuetudine alitèr ſeruatur, cùm hodiè omnes creditores habeant ſua credita roborata iuramento, ſicq; etiam obſeruatum fuit in generali Indultu Neap. exceptis aliquibus cauſis ibi expreſſis, de quibus per Vrſill. dicta deciſ.5. & quid ſi eſſent debitores ratione delicti, an gaudere debeant tali priuilegio, Rom.ſingul.181. tenet, quòd non, quem ſequitur Gramm.ad Affl.in dicta dec.5. nam in hoc caſu ſuccederet regula illa; qui non habet in ære, luat in corpore, ex traditis per Franch. deciſ.358. an autem poſſit renunciari huic beneficio, etiam cum iuramento, videtur dicendum, quòd non, quia conceſſum eſt fauore publicæ vtilitatis, idem Auguſtinus allegauit Pract. Papienſ. in forma libelli ſuper petit.reſtit.in integr. in ver. tunc iurauerit, num.9. ſed melius dicerem, quia eſt introductum tale priuilegium in fauorem publicum, ideò illi renunciari non poteſt. Matth. Brun.in tract.de ceſſion.bonor. quæſt.prima 4.quæſt.num.4. ſimilitèr & Nobilis, qui non poteſt carcerari pro debito, nequit renunciare dicto priuilegio, etiam cum iuramento, quia eſt remedium reuerentiale toti generi Nobilitatis conceſſum, & ſic fauore publico, Gomez l.79. Tauri.num.3. Io. Bapt. de Thoro I.C.

Priuilegium electionis fori ſi ſit conceſſũ ciuibus an pluribus Officialibus in dicta Ciuitate exiſtentibus poſſit vnus ex eis, qui primas cauſas habet cogno-

cognoſcere de primis cauſis indifferentèr, nulla habita ratione electionis prædictæ, ac præuentionis alterius iudicis, & hoc virtute pragm. 2. vbi de delicto agi oportet, vbi diſpoſitum eſt, quòd pro primis cauſis Iudex competens erit Iudex domicilij, de qua meminit Gramm. deciſ. 39. nu. 9. Caſus talis contingit inter Gubernatores Prouinciæ Calabriæ Citra, & Locumtenentem Ciuitatis Coſentiæ, ac illius ciues, etenim ex priuilegio Regis Federici, & confirmato à Carolo V. Imperatore, nec non ab eius Filio Philippo II. Rege cautũ eſt ad ſupplicationem ipſius Ciuitatis, videlicèt: *Che la Città di Coſenza, & huomini non poſſano eſſer eſtratti fuor di Coſenza per lo Viceré preſente, ò futuro nelle cauſe d'appellatione, nè anco per le prime cauſe, & che ogn'vno ſia in libertà di poſſer agere nelle cauſe, præſertim criminale douunque vogliono alla Corte del Viceré, ò del Luocotenente per maggior libertà di Coſentini, & per efficace vigore della giuſtitia, ità quòd in omnibus, & per omnia habeat locum præuentio, & electio: Placet Regiæ Maieſtati, &c.* cuius vigore ſemper Coſentini in poſſeſſione electionis fori fuerunt, ſed cùm pro parte Io. Baptiſtæ della Riccia olim Locumtenentis dictæ Ciuitatis Coſentiæ ſupplicatum fuiſſet, quòd reſpectu primarum cauſarum cognoſcantur Coſentini ab eo, & ſic obtentum ex prouiſionibus Coll. Conſ. expeditis ab Excell. Comite Benauenti die 17 Octobris 1607. in partium 99. f. 82. etiã vigore prouiſionis ex Scriptorio eiuſdem Proregis, eodemq; tempore expeditæ, quæ cùm fuiſsèt præſentatæ Regiæ Audientiæ, per eam fuit facta relatio S. E. de contentis in dicto priuilegio ſolito, & conſueto, & poſſeſſione pacifica, indè prouiſum fuit, vt ſolitum ſeruaretur abſquè innouatione die 17. Ianuarij 1608. & dùm iterum conſimiles prouiſiones poſtmodũ obtinuiſſe Andræas Robles dictæ Ciuitatis Locumtenens per literas Scriptorij ſub die 23. Aprelis 1618. quòd Regia Audientia non ſe intromitteret penitùs in primis cauſis, non obſtante quauis pragmatica in cõtrarium exiſtente, & quàmuis vltrà dictam pragmaticam adduceretur aliud priuilegium Regis Ferdinandi diſponens, quòd Locumtenens poſſit cognoſcere de primis cauſis Ciuium Coſentiæ, & habitantium in ea, & Caſalium, & non à maiori Curia, niſi in caſibus denegatæ iuſtitiæ, aut retardatæ, vel grauaminis per Locumtenentem inferendi, aut illati, fuit illicò reuocatum, & propterea nulla de eo ratio habita, & ſubſequentèr de prouiſionibus expeditis, ac in eis non fuerat facta mentio de memorato priuilegio, per legem generalem non derogatur ſpeciali priuilegio, niſi ſpecifica fieret de eo mentio, Affl. in Conſt. Ea, quæ ad decus, n. 33. ijs omnibus plenè diſcuſsis in Reg. Coll. Conſ. præcedente memoriali porrecto Excell. Proregi; fuit per ipſum debitè prouiſum die 20. Iunij 1618. reſcribendo dictæ Reg. Aud. & Locumtenenti ipſius Ciuitatis præſenti, & futuro, quòd obſeruare valeant, & debeant priuilegia conceſſa à Rege prædicto Federico, & confirmata per Carolum V. & Philippum II. Regem, quòd in cauſis contingentibus ſit in facultate ciuium Coſentiæ, & ſuorum Caſalium habendi recurſum ad Regium Locumtenentem, aut ad Regiam Audientiam, ità vt inter eos locũ habeat præuentio, & electio, non innouantes; nec innouari facientes aliquid contra formam dictorum priuilegiorum, non obſtante quocunquè ordine in contrarium expedito per S. E. per viam Scriptorij, vt in part. 35. fol. 5. ſub patrocinio Auguſtini Caputi I.C. Coſentini. Eſt autem ad præuentionem, & electionem ſupradictas aduertendum, quòd vero præcari debeat ad euitandas lites, & dilationes continuas inter partes prædictas; pro declaratione itaquè præmiſſorum ipſa præuentio Tribunalium prædictorum, quæ aliquando ex officio procedunt, aliquando enim ad partium inſtantiã, quando enim ex officio procederent, tunc locum habet, quotiès Iudices parem iuriſdictionem habent in delinquentem, Franch. deciſ. 147. num. 5. & locum habet inter plures Iudices cumulatiuã iuriſdictionem habentes, Carauit. in rit. 295. n. 18. quæ & ſi communitèr per citationem inducatur, Troyſ. in pragm. 1. de præuent. moder. nu. 3. Andr. Gayll. lib. 1. obſeru. 29. n. 5. præſertim in materia iuriſdictionis, Carauit. in rit. 205. num. 16. & iſta potiſſimùm attenditur in præuentione, Afflict. deciſ. 338. antè num. 4. & hoc credo procedere in ciuilibus, per ea, quæ dicit Cauenſ. in rit. 189. n. 1. & 2. & ibi Carau. at in criminalibus per citationis actum ad informandum non inducitur pręuentio Ann. in ſingul. 79. quem ſequitur Ricc. coll. 1148. & ſucceſsiuè nec per verbalem citationem, aut mandatum extraiudiciale, licèt in alijs cauſis ſecus eſſet, Camp. in cap. Illuſtri Viceregi, ſub n. 31. nec alitèr per informationis formam, aut libelli præſentationem, niſi per citationem, ſecundùm communem opinionem, ſubdit ibi Camp. n. 36. & Ricc. vbi ſupra ex mẽte Franc. Marc. dec. 535. p. 1. ſed verè hæc omnia procedere videntur, adhùc reo nondùm in carceribus conſtituto, tunc præuentio per citationem militaret, aut eſſet inter pares Iudices cauſa, Gayl. in dict. pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 74. num. 18. Cæterum carcerato reo alitèr procederetur, tunc nec informatio, nec vocalis, aut ſcripta citatio ſufficeret, cùm ipſa realis capturæ præuentio præferatur, Camp. in d. cap. Illuſtri, num. 33. nàm per eam propriè inducitur præuentio, Idem in cap. Subditorum, num. 124. exemplum in ſpecie tradit idem Campag. in cap. Ad hoc num. 125. de fure capto per Capitaneum Terræ, ſi poſsit per Regiam Audientiam procedi contra ipſum, & concludit, quòd non, & hoc contingit ex præuentione perſonarum captarum, quę ſpecialitèr conceſſa videtur ex particulari prag. 5. vbi de delict. &c. Franch. deciſ. 142. & 342. Muſc. in prax. crim. rubr. de priuil. fur. num. 57. Si verò eſſent Iudices diſpares, aut reſpectu cognitionis, ſcilicèr, vt vnus cognoſcat de delictis, & alter de ciuilibus, accreſceret cauſa ei, qui præueniret, vt exemplis comprobat idem Camp. in d. cap. Illuſtr. num. 31. & demùm ipſa pręuentio per litis conteſtationem paritèr admittitur, de quo per Gayl. d. lib. 1. obſeru. 74. num. 18. & obſeruat. 11. num. 1. obſeru. 29. num. 5. In tantum eſt verum, quòd ſi vellet Coſentinus Ciuis eligere alium Iudicem, non poſſet; quemadmodùm Scholares, qui habẽt quatuor Iudices, Epiſcopum, Poteſtatem, Rectorem, & Doctorem, auth. habita, vbi Bald. in 2. col. verb. modò ſequitur, in quæſt. principali, verſ. ſed dubitatur, Spec. in tit. de legat. §. ſupereſt videre,

verſ.

verſ. quid de Magiſtro, indè cōuentus habet electionem, corâm quo Iudice velit conueniri, Bald. in auth. cum clericis, C. de Epiſc. & Cler. niſi eſſet quæſtio cum pupillo, vel vidua, vt Bal. in d. auth. habita, col. 8. verſ. modò iſtam, &c. & proindè coràm dicto Iudice, corâm quo conuentus excipere contra eum poteſt, vſq; ad litis conteſtationem, glo. ſingul. in l. 2. §. conuenire, vbi Angel. & cæteri; ff. de iudic. verb. conſenſus, Specul. in tit. de reo, in tantum, quòd facta lit s conteſtatione variare nequiret, vt dixit Bald. in d. auth. habita, col. 9. verſ. tertiò dubitatur, quē citat Bertach. in repert. ver. ſcholaris electionem, hæc quando eſſet cōuentus, ſed ſi eſſet actor Ciuis, concurrente eius inſtantia locus eſſet præuentioni, dùm habet electionem fori, conſultum eſt, vt principaliorem eligat, corā quo conueniantur, aliàs eſſet locus gratificationi, ità Bal. in ſcholari loquente in d. auth. habita, col. 10. verſ. quid de ſcholari, & quàmuis habeat electionē fori, id procederet inter ſimiles ſcholares, ſeù ciues, non inter alios priuilegiatos, tunc enim ſicuti ſcholaris ſequitur forum rei, non ſuum, vt notat ibi Bal. col. 6. verſ. ſed dubitatur, ſic & ciues ex communi regula actor ſequitur forū rei, Dueñ. in regul. 21. vt putà ſi conuentus eſſet clericus, nā ſcholaris clericus non pôt conueniri corâm Iudice, vel Rectore laico, ſed ſub clerico, ſicut ſtudens in propria Diœceſi non conuenitur, niſi corâm Diœceſano, ſecus ſi alibi, Bal. in add. ad Spec. d. tit. de reo, verſ. ſcholaris, & ibi Specul. verſ. ſed quid ſi ſcholaris, vel ſi fuiſſent conuenti pupilli, aut vidua, vel Eccleſia, quæ ſunt priuilegiatę ex priuilegio clauſo in corpore iuris, & maius erit eorū priuilegio, vt per Carauit. in rit. 67. latè Marcell. Calà de mod. artic. glo. 1. §. 1. n. 78. & ſeq. Præterea electio talis permiſſa fieri debeat corâm Iudice competente conuenti, aliàs non militaret, vt putà ſi eſſent ſubditi conuenti Conſulibus artis, & ſimiliū; fori enim electio miſerabilibus perſonis conceſſa non datur ad eligendum Iudicem incompetentē, Affl. dec. 257. num. 4. Nec demùm prætermittendam fore cenſui notabilem quęſtionem in eadem Reg. Audientia Calabriæ Citrà ventilatam, ſatis ad propoſitum, quę in dies occurrere poſſet, eò ꝙ dùm fuerat formata inquiſitio cōtra viduam per Curiam Locumtenentis Ciuitatis Coſentię, & vidua audita tali inquiſitione in forum elegit Regiam Audientiam, difficultatum fuerat, ſi deferēdum eſſet tali electioni, dùm rea eſſet delicti, ad quod in terminis loquitur Andr. in Conſt. Statuimus, vt M.C. verſ item ſi pupillus, & vidua delinquant, vbi concludit, priuilegium prædictum militare, & ſic deciſum per ipſam Reg. Audientiam in anno 1613. referente Regio tunc illius Prouinciæ Auditore Franciſco Antonio Salinas I.C. eximio, & meo Conſobrino, hæc placuit colligere ad ornatū allegatę deciſionis. *De qua etiam meminit nos citando Auguſt. Caput. de regim. Reipub. in rub. n. 40.* Io. Bapt. de Thoro I. C.

Priuilegium conceſſum alicui imprimēdi librum aliquem cum additionibus alterius Authoris an operetur, vt alter Typographus nō poſſit imprimi facere eundem librum abſq; dictis additionibus; in contingenti caſu dùm fuiſſet conceſſum priuilegium Petro Antonio Sophiæ Bibliopolæ, & Lazaro Scoriggio Typographo imprimendi librum intitulatum *Il Regno di Napoli* cum additionibus Cæſaris de Engenio, & intimato priuilegio prædicto omnibus Bibliopolis, & Typographis, vt conſuetum eſt, ſe oppoſuit Io. Baptiſta Ciminus Bibliopola inſtando pro impreſſione eiuſdem libri, abſq; tamen additionibus, deciſum fuit per Collater. Conſil. ad relationem circumſpecti Regentis Fuluij de Conſtantio Marchionis Corleti licere dicto Io. Baptiſtæ imprimi facere librū prædictum, abſquè additionibus, non obſtante priuilegio conceſſo dictis Petro Antonio, & Lazaro, & quòd priuilegium eis conceſſum exequeretur quoad librum habētem additiones ſupradictas tantùm, die 15. menſis Martij 1618. penès Giſelmum à Mandatis Scribam; corroboratur iſta deciſio ex eo, quòd libri dùm imprumūtur, vt publicæ vtilitati conſulatur, iuris publici eſſe videntur, ità quòd fauore publici iuris cuilibet permiſſum eſt poſt primam impreſſionem illos imprimi facere, vel lapſo tempore in primo priuilegio cōceſſo, hinc communitèr Bibliopolæ procurāt priuilegia in forma, nè aliquis eos imprimere audeat ſub pœna, &c. & proptereà dùm in libertate exiſtunt publica, nequeunt in priuatum commodum reduci, eò quòd ius publicum priuatorum pactis mutari non poteſt, l. ius publicum, ff. de pactis, vbi glo. in princ. exemplum ponit, ſi faciam pactum, ne exequar nunciationem operis in publico factam, &c. non mirum ſi priuilegium generalitèr datum non includat caſum publicæ vtilitatis, Scurph. conſ. 6. n. 7. hinc priuilegium quantuncunq; generale conceſſum alicui ad priuatam vtilitatem, nunquàm includit id, cuius incluſione publicę vtilitati derogatur, Rom. conſ. 436. nu. 10. & 12. & ob id priuilegium ſecundum non tollit primum, vbi per primum eſt quæſitum ius tertio de iure gentium, Mar. ſen. alleg. 16. n. 11. alleg. 26. num. 13. & alleg. 40. num. 12. quo fit, vt dùm iterùm concedatur priuilegium Bibliopolæ, iterùm imprimendi librum cum additione, non diceretur abſolutum conceſſum imprimendi librum aliàs editum, nàm videtur poteſtas publica limitari, ſed nouum diceretur priuilegium ex additamento facto ad priuilegium, ſicut per multa media concludit Oſaſch. deciſ. 23. num. 26. & hoc ius nouum alteri concedi non poteſt, ſicut exemplificando demonſtrat Felin. conſil. 23. num. 3. quòd priuilegia vni loco cōceſſa ſub hac forma, ſicut, & prout habet talis Eccleſia, aut tale Hoſpitale, ſi poſt tale priuilegium dictæ Eccleſiæ, vel Hoſpitali aliud priuilegium de nouo conceditur, non intelligitur conceſſum dicto loco, quia intelligitur de præſenti, non de futuro, ità per contrarium ſi fuerit conceſſum alicui priuilegium imprimendi libros aliàs impreſſos, qui in libera, & publica poteſtate ſunt cuilibet imprimendi, nequeunt cæteri impediri, nè imprimi faciant cum alijs additionibus. Ioannes Baptiſta de Thoro I.C. Neapolitanus.

Probandi onus reſolutiuam, vel aliquam negatiuā, quæ ſi vera eſſet, reſolueret inſtrumentum, an debitori ſit, vel creditori, licèt dicatur, quòd incumbat debitori, tamen poterit interim præſentari, Bald. autem in l. teſtamento, C. de teſtam. tut. videtur ſentire alitèr, & ità fuit deciſum per S.C. in cauſa D.N. Follerij cum Barone Tholoſa, Marc. Anton.

Anton. Puluerin. in addit. ad Rit. 166. Item quòd ſi debitores, &c. in addit. incip. de reſolutiua, vel aliqua negatiua.

Probandi onus incumbit ei, qui dicit, bona eſſe antiqua, quarè in S.C. fuit recepta opinio Napod. in Conſuet. Et ſi teſtator, in verb. acquiſitis, & ſic deciſum in cauſa illorum de Vulcanis, vt tradit Ioa. Thom. de Marin. in tract. de gener. & qualit. ſeud. in tit. 2. de feud. ex pact. & prouid. antiq. ſiuè pater. n. 32. in fin.

Probatio cōtra inſtrumentum dotale iuxtà Conſuet. Neap. non admittitur per teſtes, maximè ſi in inſtrumento dotali fuerit certa pars dotis confeſſata tantùm, non tamen recepta honoris cauſa, ſed an teſtes inſtrumētarij admitti debeant aduerſus tale inſtrumentum; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 367. Molf. in comment. ad Conſuet. Neapol. p. 7. q. 16. n. 9. & per tot.

Probatio ſcripturę deperditę quę requiſita cōtineat. Primò, requiritur, quòd teſtes deponant, ꝙ ſcriptura fuit facta in tali loco, & tali anno, menſe, & die, & de omnibus ſubſtantialibus requiſitis in illa ſcriptura. Secundò, ꝙ probari debet authoritas inſtrumenti .ſ. quòd fuit ſine aliquo vitio falſitatis. Tertiò, quòd probetur, eſſe deperditū inſtrumentum, nè fraudulentèr allegetur, Affl. dec. 274. Foller. in prax. cenſual. verſ. tenoris, & cōtinentię, n. 15. Viui. in ſylua comm. opin. in opin. 882. verb. per teſtes, n. 4. Borgn. Caualc. deciſ. Fiuiz. 38. p. 1. nu. 14. Ricc. in prax. Eccleſ. dec. 150. & collectan. dec. 1589.

Probatio tanti temporis, cuius non extat memoria in contrarium quomodò, & qualitèr fiat, ſecundū opinionem gloſ. eſt neceſſe, quòd teſtes dicant, ſe ſemper audiuiſſe à ſuis maioribus, & nemo ſit, qui viderit, vel audierit aliud, licèt poſteà conſuluerit, hæc non ſufficere ad probandum præſcriptionem centum annorum, & Abb. cum glo. pertranſire videntur, addendo alias præſumptiones inſerentes ad centum annos, dicit, quòd teſtes debēt dicere, ſi talem habent conſcientiam, quòd ſemper viderunt, & audierunt cōtrarium, & quòd communis eſt opinio, & fuit ſemper opinio, quòd ſic fuerit, & quòd non extet contrarium, vel initij memoria, ſed perneceſſe erit dicere, quòd cōmunis opinio eſt, memoriam non extare in contrarium; nam in talibus factis antiquis teſtes de fama probant, & ità deponētes de auditu auditus admittuntur, vbi agitur de probando aliquod excedens memoriā hominum, dummodò cum teſtibus de auditu auditus concurrat fama cū alijs adminiculis, Capyc. dec. 193. Ant. Gabr. lib. 5. tit. de præſumpt. concl. 1. num. 81. Capiblanc. in pragm. 1. num. 163. de Baronib.

Probatio iuris lignandi in Nęmoribus an admittatur, ſi Vniuerſitas probaret coràm Principe, ſuos ciues accepiſſe ligna à dictis nęmoribus; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, Ann. ſingul. 585. Vniuerſitas.

Probatio contra inſtrumentum dotale nulla admitti debet iuxtà Conſuet. Neap. an ſi agente muliere pro eius dotibus fuerit per hæredem viri oppoſitum de donatione antephati facta per mulierem hæredi, & ſimilitèr de dilatione conceſſa per eandem ad ſoluendum dotem, concedi debeat terminus; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, & ità fuit datus terminus ad probandum, Gramm. conſil. ciuil. 11. Indiuiduæ Trinitatis.

Probatio poſſeſſionis ſi ſit facta alicuius montaneæ poſſeſſæ per Vniuerſitatem ipſam fidando, & diffidando homines per 40. annos de viſu, & 45. de auditu de antiquiſſimis temporibus, non tamen probando, quòd ſcientibus, & videntibus Dominis, qui tempore fuerant, ſi tamē fuerit eadem res per Baronem petita ad ſe ſpectare, probando, illā eſſe intrà fines ſeudi, & quòd anteceſſores ſui illā poſſederunt fidando, & diffidando, id plenè de viſu probato de annis quinquaginta, & vltrà, an corruat probatio Vniuerſitatis, ità vt ſit plenè fundata intentio Baronis; fuit declaratum, montaneam ſpectare ad Baronem, tantò magis, quia illud ius fidandi, & diffidandi eſt iuriſdictionis, & iuriſdictio ſpectat ad Dominum; fuit tamen ſaluatum ius ipſi Vniuerſitati pro vſibus hominum ipſius Vniuerſitatis, Minad. dec. 32. per Vniuerſitatem.

Probatio in promptu conceſſa poſt lectutam inſtrumenti productis teſtibus, quorum fortè probatio nō eſt apertiſſima, an liberari debeat principalis de carcere; viſum fuit obſeruari, quòd ſic, ſub fideiuſſionibus de ſe præſentando perſonalitèr totiès, quotiès fuerit interpellatus per Iudicē, vel ipſi nō fuerit viſum, eſſe legitimam probationem, Marin. Frecc. de præſentat. inſtrument. p. 6. q. 1. n. 11.

Probatio in contrarium aduerſus perhorreſcentiam expoſitam in iudicio per aliquam miſerabilem perſonam an debeat admitti, ex quo per aduerſarium oppoſitum probare fuiſſet inſtatum, non ſubeſſe perhorreſcentiam, nec potentiam aduerſarij, quę ſiquidèm negatio quamuis ex animo dependat, cuius ſolus Deus eſt ſcrutator, adhùc per iudicia probari poterit, hoc eſt, quòd actor in Ciuitate ſua potens, & diues ſit, & habeat conſanguineos, & amicos potentes, & defenſores potentes, & Iudex eſt iuſtus, in quo non cadit inclinatio magis pro reo, quàm pro actore, concluditur, eſſe admittendam per Afflict. in Conſtitut. Statuimus, vt Magnæ, num. 37. & Nunt. Tartagl. in prax. ciuil. cap. 3. num. 8. vbi ad alia ſimilia ſe extendit, Ioann. Anton. de Nigris de Campanea in Comment. Cap. Regni, Quòd decretam, nu. 15. vbi ait, pluriès in facto habuiſſe, & obtinuiſſe tàm in Regia Audientia, quàm in Magna Curia Vicariæ, eum citat Muſcarell. in praxi Sacri Conſilij, lib. 1. par. 2. gloſ. veniens, in addit. lit. H. incip. practicauit, vbi ad hoc allegat Dom. de Franchis deciſ. 257. num. 6. & aſſerit, hùcuſque id non vidiſſe practicari, vt cum effectu pręſtetur iuramentum, ſed ſufficere, quòd dicatur, Iurans perhorreſcere, &c. & ità pluriès vidi practicari in hac Regia Audientia Calabriæ Citrà, & in Magna Curia Vicariæ, cùm tale iuramentum ſit ius nouum introductū in Regno, inquit Carauit. in Rit. 228. num. 5. ſed ſi vellet aduerſarius contrarium probare, crederem, non poſſe expelli, & eſſe admittēdum ad talem probationem, quemadmodùm cōtraria probatio admittitur aduerſus mulierem forum eligētem prætextu viduitatis, quæ inhoneſtè vixerat per præteritum, Carauit. in rit. 19. nu. 27. & ſuprà eodem verb. Priuilegium patet deciſio, & ſic de ſingulis, & idem tenet Præſes de

Franch.d.deciſ.257.nu.6. vbi citando Campagn. inquit, competere defenſiones allegata perhorreſcentia,& ſubdit, talem opinionem non eſſe verã, quando ſola electio ſufficeret,& ſine iuraměto,& hanc opinionem docuit communis vſus, Amend. ad Franch.dec.294.n.8.

Probatio dominij alicuius animalis regularitèr ex merco verificatur, vt tradit Marcell.Calà de mod. articul.§.2 gloſ.vnica, nu.228. Doctores in l.ſtigmata, C.de fabric.lib.10. Maſcard. de probation. concluſ 91.volum.1. nec vera probatio dicitur, licèt præſumptionem inducat, Gomez. in l. 145. Tauri,num.76. Berthac. in repert.verb.ſignum, ſed quando non adeſſet mercum, vt contingit in Aſellis, quomodò dominium ipſius verificetur cōcurrentibus duobus Dominis eiuſdem animalis, dùm eſſem Iudex in Ciuitate Theani,& Conſultor Ciuitatis Caleni, Liardi, Roccæ Monfinæ, & Roccæ Montiſdragonis ab Excellentiſſimo Hoſtiliani Principe deſtinatus, tranſmiſſo mihi proceſſu per Curiam dictæ Ciuitatis Caleni de furto cuiuſdam Aſelli contra Andream Checara de Theano, ad inſtantiam Virgilij Iannone dictæ Ciuitatis Caleni,& viſis defenſionibus factis per dictum inquiſitum, emiſſe dictum Aſellum in Nūdine Venafri, de quo fidem originalem præſentauerat, allegando ſuum authorem, attenta eius bona fama, ſimilitèr verificata, viſum fuit mihi vrbanius cum eo agi poſſe, iuxtà text.in l.inciuilem,C. de furt. ſufficere docere de Authore, & ſic ciuilitèr procedi, ſuſpenſa criminalitate prædicta: Verùm quia ex parte dicti Virgilij ſatis, ſuperquè probatum fuerat de idemtitate ipſius,& dominio illius per quædam etiam ſigna, & medicamenta ei facta per Miniſcalcum; in tali enim conflictu probationum vtriuſq; partis antequàm ad expeditionem cauſæ deuenirem pro cōſignatione animalis, præuia matura ſtudiorum deliberatione reperi punctualem doctrinam Patid. de Puteo in tract. de ſyndic.in verbo probatio, ſub num.2. & ſeq. dicentis, contendentibus pluribus Dominis de animale, vel non contendentibus reperto animale, vt cognoſci poſſit, cuius ſit, poni debet in libertate: nam tunc facilius ex aſſuefactione vſus ad domum veri Domini ingredietur, cuius authoritate fretus attentis etiam probationibus iam factis de dominio dicti animalis, de quo agebatur, iuſſi, animal in libertate poni, & dùm liber exiſterat iter arripuit verſus quodam Caſale dictæ Ciuitatis Caleni, vbi dictus Virgilius cōmorabatur,& in domum dicti Virgilij ingreſſus eſt, & ità præuia informatione huius facti, ei tradi iuſſi, ſaluis iuribus dicto Andreæ agendi contrà venditorem, poſtmodùm audiui, ſic in conſimili caſu deciſum fuiſſe per M.C.V à quodam Peritiſſimo Iuuene meo amico immemore de perſonis litigantibus, cùm in dies hoc accidit, libui eam inſerere in hoc volumine, poſtmodùm reperi Marcell.Calà de mod.artic.d.§.2.glo.vnica.nu.1455.verſ. ſed pone, vbi allegãdo Patid.loc.cit. annuit cum mea opinione,& ſic in ſimili caſu iudicatū refert, immò nec ad pretium dandum cōueniendus eſt, nam inuentus cum equo alieno,& ſi probetur, ꝙ emit, an pretium reddi debeat, certè nō,& ad aliquid prodeſt, qui probauit, quia emit inſciens, dic, quia non incidit in ſuſpitionem furti, ità Barth. de Capua in Conſt.Peruenit. Io.Bapt.de Thoro I.C.

Probatio apocæ bancariæ certæ ſummæ duc. nonaginta ad complementum duc.centum, non tamen à teſtibus ſubſcriptæ, ſed tantùm à principale debitore, an admittatur, ſi per teſtes fuerit probatū, deponentes habere notam manum Scribentis, & ab ipſo factam, adiecta etiam comparatione à Iudice alicui commiſſa,& eam referenti, veram eſſe, demùmq; cauſa in ea contenta, dùm pro alijs tãtis loquebatur verificata. Reſpectu primi capitis communitèr Doctores concludunt, talem probationem teſtium non alitèr in apoca deſcriptorum deponentium notam habere manum Scribentis de cauſa ſcientiæ vti practici,& pluriès vidiſſe illum ſcribere eſſe veram apocam, non probare, niſi fuerint præſentes, tenent Ann.in allegat.125. num.2. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ.7. num.17. Vrſill.deciſ.85.nu.2.latiùs Marcell.Calà de mod. articul. §.2. gloſ. vnica, num.824.vbi alios plures allegat, Maſcard.de probation.concluſ.110.n.18. Benuen.Straccha in tract.de Mercat.in rubr. quomod.in cauſ.mercat.proc.ſit, titul.de probat.n.10. & ſic iudicatum in Sacro Conſilio refert Afflict. dec.181. quem ſequuntur nonnulli Doctores per me citati ſupra eodem verbo apoca verificata, Grammat. deciſ.84. vt plenè probet exquiritur ſubſcriptio trium teſtium, ex text. in l. ſcripturas, vbi DD. C. qui pot. in pign. hab. vltrà alios DD. citatos per Alphan.collect.227.Ricc.coll.dec.19. Aſcia determin.172. num.9. Marcell. Calà in d. tract.§.2.gloſ.vnica, num.50. tunc enim ſcriptura priuata tribus teſtibus ſubſcripta publicum inſtrumentum dicitur, Carauit.in tit.167. num.23. Quò verò ad ſecundum caput comparationis ſimilitèr corruere cernitur, nam ad hoc vt fiat cōparatio ſcripturæ debet eſſe trino teſte notata, l. comparationes, C. de fid. inſtrum. cum alijs citatis per Ricc. collectan. dec.350. Alphan. collect. 362. meliùs Marcell. Calà in d. tract. eodem § 2. & gloſ.vnica, num.927.& ſeq. In apoca verò iſta deficiunt ſubſcriptiones teſtium, meritò ijs tamen non opitulantibus contrarium deciſum fuit per Magnam Curiam Vicariæ in cauſa V.I.D. Franciſci Antonij, & Fratrum de Salinas filiorum, & hæredum quond. Io. Alphonſi Salinas creditoris vigore apocæ bancariæ ducatorum nonaginta ad complementum ducatorum centum pro alijs tantis cum Franciſco Suprano filio,& hærede q. Donati Suprani Mercatoris, referente Alonſo Vargas tunc illius Iudice, nunc meritiſſimo Reg.Cōſiliario, penès Mancin. Act.in anno 1607. ni fallor, & ſic fuit condemnatus dictus Franciſcus hæres dicti Donati ad ſoluendū petitos duc. nonaginta ipſis de Salinas, & hoc iure optimo, etenim hæc omnia allegata procederent, quotiès ſeparatim apoca verificaretur, vt putà, vel per teſtes tãtùm, vel per comparationem tãtùm, & proptereà probatio teſtium,& comparatio ſimul requirūtur, vt dixit Aſcia vbi ſuprà nu.13. meliùs Viui. in opin. t13.ſed cùm hoc,& ſic limitari dixit Theſaur. fil. deciſ.24.à Ricc. in d.collect.350.citatus, d.l.comparationes non procedere, quando aliundè conſtaret, illam eſſe ſcriptam manu Scribentis; nam quando non proſunt ſingula, multa iuuant, vulg. iur. ſicq; ſcriptura priuata fulcita pluribus adminiculis, probat, Mart.vot.53.n.11.& ideò ſi apoca

non

non ſubſcripta à parte, vel teſtibus ſemiplenam probationem induci; Aſcia vbi ſupra nu. 3. tantò magis dixit ibi nu. 2. ſi eſſet ſcripta manu debitoris, tunc enim in ſui præiudicium valeret, & probaret, ità Anchar. in q. 9. par. 1. nu. 1. non autem in eius fauorem, Iacob. Machell. in pattoc. 36. nu. 3. immò in pręiudicium eius hęredum, vt dixit Boer. dec. 172. n. 18. & licèt apoca ſola nõ iuuata aliquo adminiculo faciat ſolummodò aliqualem pręſumptionem ſecundùm communem DD. opinionem, Kirchou. inter comm. opin. lib. 4. tit. de tabellion. n. 323. Viui. vbi ſup. in princ. habet .n. vim publicæ ſcripturæ, Ant. Gabr. tit. de probat. concl. 9. in princ. exiſtentibus autem adminiculis ſecus erit, hinc attenta qualitate iſtius Scribẽtis mercatoris, cui omninò ſtandum erat in ſcriptura eius manu facta, vt Tiraquell. in tract. de pęn. cauſ. 51. nu. 13. quem ſequitur Maſull. ad Capyc. dec. 86. nu. 5. Secundò, quia in apoca dicebatur ad cõplementũ, & hoc caſu apoca ad complementũ ex reſta probat, alias quantitates fuiſſe ſolutas, niſi allegetur error computorum, Maur. iun. alleg. 6. n. 21. & ſucceſſiuè ſcripturam. Tertiò, in facto verificabatur cauſa ex verbis illis, *per altri tanti*, eò quòd debitor erat mercator mercium, & ſolitus erat in Reg. Dohana negotiari tempore, quo idẽ creditor erat Gubernator illius, à quo debitor ſubaffictauit certũ ius illius Dohanæ, & ob id nõ obſtat primũ fundamentum de teſtibus aſſerentibus, notã manum habere Scribentis nullam fidem facere, quãuis Iudicis arbitrio id remittatur, Ludou. vbi ſup. n. 20. nam id limitatur, quotiès pars, contra quam ſcriptura produceretur nil oppoſuiſſet, vt ex mẽte Aym. tradit Vrſill. dec. 181. n. 8. indè ſubſcriptio illa neceſſaria teſtiũ in ſcriptura procederet, quoties contra tertium ageretur, vigore cuius hypothecam anteriorem obtinere voluerit, vt dixit Mart. d. vot. 53. latiſſimè Ant. Gabr. lib. 1. comm. opin. tit. de prob. concl. 10. & ſeq. ſecundum autẽ obiectum de comparatione literarum dico, illam ſimilitèr facere ſemiplenam probationem, vt per Viui. loc. cit. & Villal. inter comm. opin. tit. de tabell. n. 328. maximè autẽ ſi facta eſſet debito modo, vt putà ſi in ea facienda adhibiti fuiſſent duo viri periti, ſecundùm Ioſeph. Ludou. d. dec. 7. n. 7. tunc enim plenè probaret comparitio, quando periti ipſi eligerentur à Iudice, & cum iuramento eo Iudici referrent, cuius arbitrium multum in hoc præualet, Calà vbi ſuprà n. 928. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 114. nu. 20. ità concludit Aſcia in d. determin. 172. nu. 16. vndè ex ijs clariſſimè patet, iuſtiſſimè deciſionem allegatam proceſſiſſe. Ioan. Bapt. de Thoto I.C. Neap.

Probatio feudi fit per pares Curię, & in ipſorum defectum per alios teſtes, ad quod facit dictum Bal. in l. humanum, C. de leg. & ſecundùm illud dictũ fuit obtentum in magno conflictu in S.R.C. Petr. de Montefort. in Conſt. Si dubitatio, in verſ. circa hoc.

Probationes ſi ſint receptæ ſuper ſimulatione contractus, & dùm liqueret de ea, & non fuerit contradictum tempore receptionis an licebit allegari de ſimulatione, ità vt exceptio iuriſiurandi officere nõ poſſit; deciditur, quòd ſi probationes fuerint receptæ parte reluctãte nihil probabunt, ſecus ceſſante cõtradictione, Gramm. dec. 89. Vrſill. dec. 6. & 60. num. 2. & idem Gramm. in addit. ad Affl. dec. 60. in Apoſtilla inquit, obtinuiſſe in caſu cõtingenti, Gagliard. de abſol. à iuram. §. tertium, n. 5. & 14. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 67. nu. 11. Io. Camill. Biloct. in tract. de abſol. à iuram. lib. 2. cap. 14. n. 5. *Ruginell. pract. quæſt. c. 9. n. 28.*

Probationes factæ dilatione finita an valeant; in occurrenti caſu dùm fuiſſet conceſſa dilatio, quę poſtea decurſa fuit, licèt per Officiales vnius Regis, quorum acta fuerunt per ſucceſſores reuocata ex generali decreto; fuit deciſum, eas valere, Afflict. dec. 55. Franch. dec. 628.

Probationes factæ poſt lapſum termini fortè elapſo anno, & ſi pars fuerit tempore congruo citata ad videndũ iuramenta teſtium an iure miſſitent; fuit per Sacr. Conſ. pronunciatum, quòd non valeant, Gramm. conſil. ciuil. 78. maximi, & incomprehenſibilis.

Procedi an poſſit in cauſa ciuili ſuper reſciſsione cõtractuum, obſtante exceptione oppoſita per partem aduerſam contumaciæ contractæ; fuit deciſum, non poſſe procedi in cauſa, Franch. dec. 271. num. 5. Reg. Tapia in Conſtit. Pœnam nouem, & in Rit. 220. Item ſi aliquis, vel aliqua. Molf. cõſ. 43. num. 11.

Procedi in cauſa an poſsit lata ſententia circa abſolutionem à iuramento, à qua fuit appellatum; fuit pluriès practicatum, quòd ſic, Vrſill. dec. 188. n. 7. Genuenſ. in pract. Cur. Archiep. Neap. c. 4. nu. 1.

Procedi ad vlteriora in cauſa an poſsit oppoſita exceptione contumaciæ per conuentũ contra actorem, licèt fuerit deciſum, quòd non, an procedat contra alios litis conſortes, qui non ſunt contumaces, exiſtente contumace vno ipſorum pro crimine; licèt cauſa ciuilis agitaretur; fuit deciſum iunctis aulis, non eſſe procedendum in cauſa, etiã reſpectu eorum, ad quorum inſtantiam non erant banniti, Franch. dec. 271. num. 7. Molfeſ. conſ. 43. num. 11.

Procedi an poſsit ex officio in crimine adulterij, vel ſtupri; concluditur, quòd non, ſecus quando eſſet publicum, & notoriũ, & ità fuit inquiſitus de ſtupro, nõ tamen notoriè, liberatus ſuper nouis indicijs, & confirmatum per M.C.V. Sempron. Aſcia determin. 111. in anno.

Procedi debet ex officio in delictis, non obſtantibus priuilegijs conceſsis, quòd parte remittente non poſsit procedi ex officio, vt dictat pragm. 1. de priuil. vniu. conceſ. quod intelligendum erit in his delictis, in quibus venit imponenda pœna relegationis, aut ſuprà, in reliquis verò delictis, in quibus venit imponenda pęna infrà relegationem, ſi accederet remiſsio partis infrà triduũ ſecus erit, iuxtà pragm. 38. §. *item ſe ſi fà querela*, de offic. mag. iuſt. quam eſſe ſeruandam iudicatum in S.C. cum magna ſolemnitate refert Reg. Rouit. in d. prag. 1. num. 1. in cauſa Vniuerſitatis Neritonis cum eius Duce.

Procedi an poſsit in cauſa per Iudicẽ appellationis inſtãte appellato, & petente, quòd procedatur in cauſa, non expectato annali tempore, etiam obſtante contradictione appellantis; fuit determinatum, quòd ſic, Andr. de Capua inter ſingul. Barth. de Capua in ſing. 133. Dominus Iordanus.

Procedi an poſsit in crimine iniuriarum inſtituta quærela, quamuis remiſſa; fuit deciſum in S.C. cõ-

rà Vniuerſitatē Solofræ pro Comite Muri, quòd rſic, Flau. Amend. ad Franch. dec. 100. in fin.

Procedi an poſſit in cauſa intentata per feudatariū, cui fuerat conceſſum feudum ob rebellionē poſſidentis, qui poſteà recuperauerat, & demùm ab ea deſtitutus per rupturam Atripaldæ, ad quam demùm fuit reſtitutus vigore capitulorū pacis, prætextu quòd nō comprehenderetur in capitulatione, vel quòd ſaltim eſſet reſtituendus, capitulatio non poſſet operari aliud, quàm reſtitutio ad poſſeſſionem, & ius, quod habebat tempore rupturę, quinimmò pręrendebat, poſſe agere virtute aliorum iurium, licèt ex aduerſo replicaretur, per dictā capitulationē fuiſſe annullatos titulos Regis; fuit iudicatum in S.R.C. in cauſa Angeli Sturrentis cum Iacobo Griſono, quòd non procedatur, Reg. de Pont. in conſ. 63. n. 23. quæ omnia, vol. 2.

Procedi an debeat in S.C. in cauſa inter conſanguineos agitata, non obſtāte compromiſſo voluntariè facto inter eos: ex pluribus, hoc eſt ex cauſa grauaminum illatorum per Arbitros, item ob ſuſpitiones in eorum perſonas exiſtentes iuſtiſſimas, demùm cùm nullo iure reperiatur prohibitum à compromiſſo recedere, & ad idem S.C. reuerti; in contingentia facti hęc infraſcripta allegata fuerunt per eruditum I.C. Lælium Caputum, videlicèt.

Auguſtinus Belmuſtus pręrendit omni iure, quòd cauſa inter ipſum, & fratres de Spinola debeat tractari, & proſequi in S.C. nō obſtante compromiſſo ſeruata formą comparitionis fol. 233. tùm quia per Arbitros fuerunt eidem plura illata grauamina, tùm quia in eorum perſona iuſta adeſt cauſa ſuſpitionis, tùm etiam, ex quo ex forma cōpromiſſi prædicti nullo pacto eſt prohibitum de iure à compromiſſo recedere, ac ad idem S.C. reuerti.

Quòad grauamina incontrouertibile eſt in facto, cōpromiſſum prædictum fuiſſe factum inter ipſas partes ſuper certis tantùm capitibus, quæ ſpecificè in eomet compromiſſo explicātur, prout ex lectura eius cōſtat, ibi & nolentes: Vndè cùm dicti de Spinola vltrà dicta capita cōpromiſſa alia proponerent corām Arbitris, & hoc fuiſſet replicatū ex parte Auguſtini, & omninò eſſet per Arbitros decidendum, quòd terminus curreret ſuper dictis capitibus compromiſſis tantùm, fuit per eos prouiſum, quòd terminus currat ſuper omnibus, & ſic ſuper alijs non contentis in dicto compromiſſo, quod eò magis dilucidè apparet ex fide Ioan. Auguſtini Spinolæ fratris dictorum de Spinola, & vnius ex colligitatoribus cum dicto Auguſtino, & qui ſimul cum eis fecit dictum compromiſſum, qui confitetur, quòd dictæ partitæ tantùm fuerūt compromiſſæ, immò quòd aliquæ partitæ etiam dependentes ex computis fuerunt per priùs inter eos ſaldatæ, & etiam ex fide Octauij Betardi, qui vocatur ab eodemmet Spinola, cum quo à dictis de Spinola fuit tractatum de compromiſſo prædicto perficiendo: Cùm ergo contra voluntatem Auguſtini, ac prætèr eorum poteſtatem Arbitri dederint terminum ſuper omnibus, nō poteſt negari, maximum grauamen ei fuiſſe illatum, & proindè eſſe in S.C. procedendum.

Secundò, quādo hoc grauamen non cōfiteretur per Spinolas, poteſt nè in dubium refricari inter ipſas partes fuiſſe factum compromiſſum particulare, non ſuper omnibus, ſed tantùm ſuper controuerſijs ortis ex cauſa adminiſtrationis factæ per Auguſtinum per procurationem factam in eius perſonam in anno 1610. prout fol. 10. & fol. 31. Vndè cùm ſuper certo dumtaxat negotio fuiſſet compromiſſum, non poterat ab ipſis Arbitris dari terminus ſuper omnibus, ſed tātùm debebat dari ſuper contentis in compromiſſo, prout de nouo fuit inſtatum, reformari decretum prædictum, & hoc non obſtante fuit per eos proceſſum ad vlteriora cum prædicto termino generali, quod etiam fuit cognitum, & deciſum per Coll. Conſil. dùm fuit prouiſum, quòd Arbitri non procedant, niſi ſuper capitibus in cōpromiſſo contentis, vt per reſcriptum f. 77. confirmatum per eandem Excellentiā fol. 224.

Sed tandèm nonnè eſt indubitatū à dictis de Spinola inter alias prætenſiones fuiſſe petitum corām dictis Arbitris, eſſe condemnandum Auguſtinum ad ſolutionem duc. 1271. 3. 13. pro complemento duc. 1769. 4. 7. vt fol. 26. prætenduntur exacti antè prædictam adminiſtrationem factam ab Auguſtino vigore procurationis de anno 1610. quod negotium tantùm fuit compromiſſum, & ſuper eo etiam fuiſſe terminum impartitum, vndè ſiuè dictum compromiſſum factum ſuper certis tantū capitibus, ſiuè ſaltim ſuper certo negotio, non remanet ſcrupulum, quin Arbitri maximum intulerint grauamen, dando terminum ſuper omnibus, & ſic vltrà in eos compromiſſa, & propterea debet omnimodò procedi in S.C.

Inſupèr aliud fuit à dictis Arbitris illatū ipſi Auguſtino notorium grauamen, cùm fuiſſet per ipſum Auguſtinum oppoſitum, ipſos fratres non habere intereſſe in fructibus, qui prætēduntur exacti per ipſum Auguſtinum, & ſic oppoſita exceptio, tua non intereſt excluſiua agentium à limine iudicij præſentando teſtamentum q. Stephani Spinolæ fol. 230. in quo ipſi fratres non erant niſi hæredes proprietarij, & Pellina eorum mater hæres vſufructuaria, vt ex teſtamento fol. 94. à ter. & aditione fol. 80. ſeruata forma petitionis factæ per ipſū Auguſtinum f. 70.

Arbitri reſeruauerunt prædictam exceptionem ad merita f. 70. à ter. cùm prædicta excluderet ipſos agentes à limine iudicij, de Franch. dec. 292. nu. 3. & ibi relati, C. Fabrian. de except. defin. 5. eò magis, quia cùm eſſet clara ex lectura teſtamenti, nec requirebat altiorem indaginem, non poterat ad merita reſeruari, idnm Franch. dec. 289. nu. 5.

Nec eſt iſta exceptio de iure tertij, ſed de iure actoris, & excluſiua iuris agentis, & per hoc admittēda, ità C. Fabr. de petit. hęred. defin. 2. & melius in tit. de vſufr. defin. 5. de Franch. dec. 14. n. 10.

Quòd verò, quando teſtator inſtituit filios hærèdes in proprietate, ac vxorem hærèdem in vſufructu, non ſit tunc alimētaria vxor, ſed verè vſufructuaria, tenet indubitantèr Petr. Durand. de art. teſt. tit. de legatis, cau. 39. n. 2. & cæteri. Borgn. Caualc. in tract. de vſufr. mulier. relict. nu. 60. & 17. limit. fol. mihi 226. in paruis.

Nec obſtant partitæ Cartularij S. Georgij productæ fol. 107. & 108. in quibus dicuntur ſolutæ partitæ ipſorum matri in cauſam alimentorum, quia non dicitur in cauſam ipſius alimentorum ſolùm, ſed

totius

Digitized by Google

totius domus,& filiorum,& prędicta cauſa apponitur, ad finem vt ipſa vti fœmina de illis poſſet, non obſtante ſtatuto Genuenſi abſque conſenſu propinquorũ liberè diſponere, prout ibi expreſsè legitur, nam alios introitus ipſa Pellina vti vſufructuaria exegit,& conſtat ex partita fol.79.in qua fit ſolutio ipſi Pellinæ vti vſufructuariæ.

Minus obſtat prætenſa declaratio producta per fratres de Spinola facta per dictã Pellinam, vt f.100. quia vltrà quòd eſt facta poſt compromiſſum, & ſuper iuribus,& differētijs natis poſt compromiſſum Arbitri non habent cognitionẽ,l.de his,ff.de recept.arbitr.non poterat dicta erronea declaratio officere iuribus ipſius Auguſtini,ſed pro veritate extat contraria declaratio facta per dictam Pellinam,vt fol.... Attamen per priùs tempore dicti decreti nulla aderat fides declaratoria, neq; alia ſcriptura, licèt adhùc extante nihil faciant contra Auguſtinum, ex quo tantò clariùs de ipſo grauamine apparet.

Quò verò ad cauſam ſuſpitionis in perſonam tertij Arbitri conſtat, ex quo cùm cæteri Arbitri nõ haberent voluntatem prorogandi, prout Mag. Cornelius Spinola, & Nicolaus Leuantus declarauerant, niſi de iure potuiſſent cogi ad prorogãdum, Magnif. V.I.D. Hortentius Petius per chyrographum ſignificauit ipſis duobus poſſe ipſos Arbitros de iure cogi ad prorogandum; inducẽdo per hoc ipſos ad prorogandum, & tamen de iure ad prorogandum cogi non poterant, glo. in l.non diſtinguemus, §.dies compromiſſi, ff.de recept.arbitr. & ibi Albericus, omninò videndus, & licèt tex.in l. arbiter iudicij ſui dicat,cogi poſſe Arbitrum,ideſt,vt tex.ibi,& glo. ponit caſum,quando culpa ipſius Arbitri exierit dies,quo caſu cogitur etiam accipere iterùm in ſe compromiſſum, quãdo in eo non eſſet data poteſtas prorogandi,& ſic declarat Bar.in l.idem Pomponius, §.ex compromiſſo,ff.de recept.arbitr. animosè per hoc procedendo, ac nimis fauendo ipſi parti, quo caſu non deeſt ſuſpitio probabilis contra prædictum tertiũ Arbitrum,cap.accedens,il ſecondo,extrà vt lit.nõ conteſt.cap.ad hæc,de reſcrip. c.2. extrà de in integr.reſtit. vbi Abb. Imol. & Alciat. vbi loquitur in ſpecie in Arbitris, quibus eſt facta per Principem delegatio in conſ.369.n.15, vbi etiam cauſã grauaminis æquiparat cauſæ ſuſpitionis.

Sed quando & grauamina nõ eſſent tàm notoria, & cauſa ſuſpitionis nec eſſet tam efficax, prout fuit ſuprà demonſtratum,adhùc tandèm ex forma cõpromiſſi non poteſt impediri Auguſtinus, quin à compromiſſo eo modo per Arbitros prorogato nõ poſſit recedere,ex quo de iure licet vni ex partibus adire Iudicem ordinarium, quando vult, & ſoluere penam,tex.eſt in l.ſi quis tem,ff.de recept. arbitr.gl.in cap.ſignificantibus,lit.C.extrà de off. deleg.glo.in clem.4.in ver. compromiſſum,in fin. de appell.gl.in l.litigatores, in princ. ff.de recept. arbitr.& apertiſſimis verbis D.Regens Rouit. in prag.1.de arbitr.n.67. Vndè cùm in dicto cõpromiſſo non fuerit appoſita pęna in caſu,quo ab eo recederetur,licito iure ad libitum poterit recedi, & ad S.C.Iudicem ordinarium reuerti.

Nec obſtat,ſi dicatur,iſtos Arbitros eſſe neceſſarios, & non voluntarios, ex quo ſunt compromittẽtes conjuncti infrà gradum à Reg. Pragmatica deſideratum: Quia prædicta procedunt, quãdo inter coninnctos eſt factum compromiſſum per[...]s iuxtà formam Reg.Pragm. quando verò [...] forma eſt ſeruata, quòd tunc dicatur Arbitri voluntarij, concludit optimè Grat.diſcept.forenſ.c.227.n.20. cum pręcedentibus,authoritate Rim[...]n.in l.ſi quis maior,in 3.notab. C.de tranſact. & maximè quia iam conſtat,quòd partes abſq; Reg. Pragmat. feciſſent cõpromiſſum, quia cùm iam cauſa tractabatur in S.C. neutra ex partibus exceptionem compromiſſi oppoſuit,prout potuiſſent, & voluntariè compromiſerunt,vt etiam conſiderat idem Grat.loc.cit.authoritate Dec.in cap.cùm M.Ferrar.col.antepenul. ad verſ. vel ſecundum dictum, n.34.in fin.de conſt.

Quòd verò forma Reg. Pragmaticæ non ſit ſeruata, clariùs eſt ex lectura ipſius compromiſſi, ac Reg. Pragm. quàm aliqua indigeat probatione, & maximè in tempore ipſius compromiſſi.

Nec etiam de iuramẽto pars poſſet opponere, quia iuramentum quando non eſt pręciſum,non mutat naturam actus,ſuper quo interponitur,Gutierr.in tract.de iuramen.confirm.p.1.c.27.n.2.& 3.faciũt dicta Decij conſ.270 in 1.dub.Igitur ſi ex natura compromiſſi eſt, vt partes poſſint Iudicem ordinarium adire,& ſoluere pęnam,non immutabitur per iuramentum.

Secundò replicatur meliùs, nam hìc non ſumus in iuramento præſtito in primo compromiſſo, ſed in termino protogato contra voluntatem ipſius Auguſtini,ex prædictis,quo caſu non prorogatur iuramentum, Aun.ſing.116.

Nec obſtat ſi pars iterùm vellet aduerſus prædicta iuuare ſe de delegatione prædicta, quia iam res eſt iudicata in Coll.Conſil.per dictum decretum, in quo fuerant Arbitri,& non Delegati appellati, & ab eis admiſſa appellatio ad S.C. Iudicem ordinarium,& non ad Coll.Conſ.vt pars prætendebat vigore prædictæ prætenſæ delegationis, per deducta per D.de Pont.conſ.5.vol.2.

Ex quibus patet, abſolutam eſſe iuſtitiã, & petitionẽ ipſius Auguſtini,tàm propter grauamina prædicta,ac probatam ſuſpitionem,quàm per diſpoſitionem iuris,& proindè eſſe per S.C. ordinandũ, quòd in eo procedatur in cauſa prædicta ad ea, quæ incumbunt, prædicto compromiſſo non obſtante,prout ſperatur: Cætera ſuppleat doctrina, & æquitas Dominorum Iudicantium,& ſic ſecundùm prædicta fuit per S.C. iudicatum, referente Reg. Conſil. Petro Carauita die 20. Menſis Nouembris 1619.penès Scacciauentum Mag. Actor. Io.Bapt.de Thoro. I.C.Neap.

Proceſſus factus per Iudicem laicum ſuper incuſatione obligationis an nullus iudicetur, prætextu exceptionis oppoſitæ per reum ſuper abſolutione à iuramento vertẽte coràm Epiſcopo;fuit deciſũ, talem [...]oceſſum eſſe validum,nec ſubſiſtere talẽ litis pendentiam, Affl.deciſ.30.Farinac.de inquiſ. q.8.num.144.Boer.dec,40.nu.4. Io.Camill.Bilocti. in tract.de abſol.à iuram.lib.2.cap.1.nu.3. Borgn. Caual.deciſ.Fiuiz.1.nu.17.par.1.Vant.in tract.de nullit.rubr.ex defect.iuriſd.&c. n.55. Ant.Fab.in eius Cod.defin.Sabaud.tit.de ord.iud.definit.17. Mart.de iuriſd.p.2.c.4.nu.19. Lancell.in tract.de attent.p.2.c.4.limit.2.n.28.& c.20.n.84. Corneus in tract.de abſolut.forenſ.iur.p.2.q.6.n.62.

Mm 3 Pro-

Proceſſus agitatus in M.C.V. ſuper ſpolio contra Mon..lerium ſpolians vigore Capitulorum an ſit validus, ..t deciſum, quod non, ex quo proceſſit in hoc per viam cognitionis, non per viam extraordinariæ defenſionis, vt conſueuit Rex facere, Affl.dec.85.in princ.Muſcatell.in pract.S.C.lib.2. glo.ſententia,n.92.p.1.& vide ſupra verb.conſeruatoria, vbi contrarium apparet deciſum, Peregr.deciſ.Paduæ 145.n.16.

Proceſſus agitatus cum pupillo infante an ſit nullus, ex eo, quod fuit primò infans citatus, quamuis pro eo comparuerit tutor poſteà teſtamentarius, quẽ Iudex conſtituit curatorem ad litem, & ipſe cõſtituit procuratorem, item ex datione curatoris non petiti ab infante; vltimò, quòd procurator conſtitutus à curatore, ex quo autẽ litem conteſtaram non interuenerat decretum Iudicis, licèt iſte tutor nõ adimpleuerat ſolemnia, erat enim teſtamentarius, quòcirca in hac re fuit optima via electa, & ſic concluſum, quòd pupillus factus maior infante petat, ſibi curatorem dari per S.C. & ità fuit actum, & cum illo curatore ad litem omnia acta fuerunt reintegrata, Affl.deciſ.262.Brun.de ceſſ.bon.q.12.p.4.n.4.Ant.Gabr.lib.2.tit.de citat. cõcl.r.n.299.Georg.alleg.37.n.12.Foller.in prax. cenſual.verſ.inſt.grat.pro cenſ.pret.n.34.Muſcat. in prax.S.C.lib.2.p.3.glo.reformanda,n.39.Andr. Gayll.in lib.2.pract.obſeru.in 107.obſeru.Ioach. Minſyng.in 2.cent.ſingul.obſeru.obſeru.35.& 38. Maſtrill.dec.Sicil.73.Borgn.Caualc.dec.Fiuiz.11. p.1.n.12.& dec.25.nu.20.Annib.Troyſ.in rit.294. n.4.idem Muſcat.lib.1.p.2.glo.intimato,nu.38.& ſeq.& dictus Borgn.dec.8.n.17.p.4.Caroc.in eius dec.caſ.44.n.4.Bellon.dec.Genuæ 18.n.11.Caran. in rit.238.n.2. Parlad.rer.quotid. cap.vlt.p.3.§.4. n.3. *Ant.de Virgil.in tract.de legit.perſon.c.1.n.17.*

Proceſſus agitatus cum minore 18.annorum ſine tutore, & ſine curatore, & ſic cum perſona minus legitima an valeat, de iure tamen non valet, vt dicitur per Affl.dec.283.ſub n.4.& 5.& ibi Gramm.in Apoſtilla ſua, incip. ſine curatore, tamen non fuit habita ratio in S.C.de tali nullitate, quia paterfamilias minoris fuit ille, qui ſpoliauerat, & ceptũ fuit iudicium contra patrem, & filius minor maior 12. annorum fuit vocatus, & ſuas fecit defenſiones, vndè concluditur in n.5. quòd iudicium quãdo eſt ſuper poſſeſſorio maior 12.annorum poteſt eſſe in iudicio ſine curatore, & ibidem optimè Vrſill.n.11.declarat, ſecus in alijs, *Ioſeph Ludouic. deciſ Lucenſ.24.n.11.*

Proceſſus agitatus per nepotes ſuper ſpolio contra auum an reddatur nullus ex pluribus cauſis .ſ. ex quo eſt lis inter auũ, & nepotes, qui ſunt ſub eius poteſtate. Secundò, ex quo auus habet vſumfructum in omnibus profectitijs, tantò magis in donatione ab eo facta. Tertiò, cùm ſit adminiſtrator legitimus nepotum. Quartò, attenta venia nõ petita per nepotes, vt poſſint eſſe in iudicio; fuit per totum Conſilium votatum, quòd valeat proceſſus, Capyc.dec.56.Viui.in ſylua commun.opin. in opin.317.filius vocare, Vant.rubr.de nullit.ex inhab.ſeù defect.mand. nu.56.

Proceſſus agitatus cum curatore, qui non omnia requiſita adimpleuit, an valeat; fuit deciſum, non valere, tamen ex eo poterit deueniri ad iudicandũ ſuper anterioritate creditorum, ſi ità decernatur per Iudicem, Capyc.dec.87.n.4. de hac materia latè Annibal Troyſ. in rit.294. immemor huius deciſionis.

Proceſſus an ſit nullus, ſi tutor litigauerit nomine pupilli, & non adimpleuerit ſolẽnia; fuit pluriès deciſum, quòd ſic, Gramm.in rit.M.C.V.42.incip. Item ſeruat ipſa Curia f.159. Ricc. coll.dec.1829.

Proceſſus in materia Capitulorum Regni licèt ſit ſummarium iudiciũ, debet iuridicè actitari, vt citatio per edictum fiat in loco differentiæ, & accuſentur contumaciæ, & præuio competenti termino teſtes citati examinentur, vndè reſultat decretum conſeruatiuum poſſeſſionis; in facto occurrẽti dùm fuiſſet conceſſum Regale auxilium laico contra clericum, detectis quatuor nullitatibus .ſ. citationis per edictum, quæ nõ fuerat affixa in loco differentiæ, nec accuſatis cõtumacijs, & terminus fuerat nimis breuis, nec teſtes fuerant citati fuit per S.C.iudicatũ, quòd ſuſpenſo decreto audiatur Abbas, Reg.Carol.Tap.in c.266.finis præcepti charitas, n.9.

Proceſſus exuſtus an iterùm compilari debeat; fuit concluſum, quòd ſic, Franch.dec.707.Ric.collect. dec.1820.Petra ad Gramm.dec.24.n.5. vbi plura congerit.

Proceſſus agitatus inter aliquem Baronem intereſſe pretendentem in feudo cum Fiſco an præiudicet alteri Baroni conceſſionario Regis feudi, ità vt proceſſus fabricatus cum directo Domino præiudicet vtili, latè articulus examinatur, ſed quia fuit repertum, quòd dictus vtilis Dñs fuerat in dicta lite intimatus, hoc eſt per eius procuratorẽ, ideò fuit deciſum, quòd proceſſus agitatus cum Fiſco poterit expediri, quia illa acta nocent Baroni prætendenti habere cauſam à Rege, Affl.deciſ.396. à n.1.vſq; ad n.7. Pellic.in Cõſuet. Auerſ.c.9.n.284.

Proceſſus agitatus per Iudicem delegatum conſtituentem procuratorẽ Fiſcalem ſuper feudo quaternato an valeat; fuit per Conſilium Regium cõcluſum, quòd non valeat, Aflict.in Conſt. Præſes Prouinciæ, ſub n.15.verſ.quid in Iudice, vbi n.17. in fine deciſionem colligit.

Procuratio facta a Balia in parlamẽtis Regni an valeat, ſi baliatus fuerit extinctus per maiorem ætatem pupilli; fuit in Coll.Conſ.deciſum, quòd nõ, nec fuit habita ratio talis procurationis, Reg.de Pont.conſ.36.in anno, n.5. vol.1.

Procurator cõſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi, ſi eſſet facta ſubſtitutio; & cum ſubſtituto proceſſũ ad aliquos actus, poſtmodùm ex aliquo impedimento proſequi nequiuerat, ob quòd actor cum primo procuratore proſequutus fuit, an excuſetur ipſe primus procurator, feciſſe ſubſtitutionẽ, fuit deciſum, quòd non, Franch.dec.465.Reg.Rouit.ſuper pragm.rubr.de procur.n.14.

Procurator delinquentis an admittatur ad allegandum, homicidium commiſſum per eius principalẽ fuiſſe commiſſum in perſonã foriudicati; fuit deciſum, quòd non, Franch.dec.314.nouiſſime Petr. Caball.reſol.crim.cent.1.caſ.23.nùm.3. *Anton de Virgil.de legitim.perſon.cap.27.nu.2.*

Procurator cum poteſtate ſubſtituendi quando ſubſtituit virtute poteſtatis ſibi datæ ab homine non tenetur de facto ſubſtituti, ſed quando ſubſtituẽs ſe immiſcuiſſet in exigendo inſimul cũ ſubſtituto, teneretur, vt in caſu allegato per Frãch. dec.212.

allegar

Digitized by Google

allegat in hoc Ann.alleg.107.Ricc.in prax.Eccleſ. dec.480.& collect.dec.351.*Caſtill.deciſ.Sicil.119.p.2. Ill.D.Reg.Conſtantius in l.ſi quis,C.de decurionib.lib.10.n.65.Fabius Golinus in tract.de procurator.p.2.c.5.n.86.*

Procurator partis an cogi poſsit ad deponendum vt principalis procuratorio nomine;fuit deciſum,ꝙ ſic,Affl.dec.92.Marãt.l.ſi actor,ff.de procur.n.66. Ricc.collect.dec,141.*Phab.arreſto 30.in 2.to.dec.*

Procurator poteſt reſeruare, vel offerre iura in termino ſibi dato ad probandum,hoc verum eſt,abſente principali, ſecùs ſi eſſet præſens, quia primo caſu poterit habere ignorantiæ cauſam, ſecundo verò non,& ità in M.C.V.fuit terminatum,vt tradit Barth.de Capua in Conſt. Lite legitimè cõteſtata, in verſ.in tex.ver. præponat.

Procurator ſpecialis an cõſtitui debeat maritus per vxorem, vt poſsit comparere pro ea in criminalibus,vel eo ipſo,quòd ſit maritus,ſufficiat;fuit determinatum,vt conſtituatur procurator,Petr.de Montefort.in Conſt.Generalia iura,

Procurator ſi procuratorio nomine ſtipulatus ſit nomine creditoris an poſsit præſentare inſtrumentũ ſecundùm formam Ritus M.C.V. concluditur, ꝙ non. & ità fuit deciſum, & iudicatum,Gloſ.ſuper Ritu Itẽ quòd ſi debitores, ſub tit.de inſtrument, & eorum præſent. col.3. verſ.quid ſi procurator, Galt.in praxi inſt.p.1.partis 2.rubr.2.n.15.& ſeq.

Procurator an ſit conſtituendus per reum diſceſſurum,& abſuturum conuentum,ſeù conueniẽdum ab aliquo creditore in cauſa ardua, & abſẽtia neceſſaria, diſtinguitur ex mente Barr. aut impedimentũ ſit paruo tempore duraturum,& tunc non tenetur procuratorem conſtituere,aut ſit duraturum multo tempore,& eo caſu ſi lis nondùm conteſtata eſſet tempore impedimenti, & ſuperſedebitur,aliàs non,benè verum eſt,quòd cum alia diſtinctione Imol. concludit, quòd aut impedimentum eſt perpetuum, & tunc non ſuperſedetur,aut eſt temporale, & tunc aut modici temporis,& ſuperſedebitur, ſi cauſa eſſet ardua, ſi leuis non,aut non modici temporis,ſed magni,& eo caſu etiam ſuperſedebitur, ſi ſuperuenerit impedimentum antè litem inchoatam, aliàs non, Capyc.dec.123, à n.1.ad 5. & vide infrà eod.verb.procurator.

Procurator conſtitutus in lite rei feudalis an cogi poſsit continuare iudicium cęptum tanquàm effectus dominus litis per conteſtationem litis,etiã poſt mortem principalis; fuit decretum,eſſe in ea cauſa cum dicto procuratore tãquàm domino litis procedendum,Capyc.deciſ.186.Ann.ſing.329, latè Frecc.de ſubſeud,lib.3.n 15.q.

Procurator an cõſtitui poſsit à certa parte Caſalium Ciuitatis,inuita Ciuitate; fuit obſeruatum, quòd ſic, Ann.ſing.76. certa pars, Pellicc. in Conſuet, Auerſ.in prælud.n.63.

Procurator an poſſit offerre iura infrà terminum ſibi datum ad probandum; hoc eſt verum abſente principali, ſecùs ſi eſſet præſens; nam primo caſu eſſet iuſta cauſa ignorãtiæ, & ità fuiſſe in M.C.V, determinatum, refert Anellus Arcamonus in addit.ad Conſt.Lite legit in è, in opere Gramm,n.6, vndè oritur conſil. Andr.de Capua, quòd aliquis conſtituat procuratorem,& abſentet ſe à loco iudicij,alioquin ſi principalis eſſet præſens, nõ poſſet iſtud beneficium implorare.

Procurator etiam cum ſpeciali mandato an poſſit accuſare de periurio; fuit deciſum,quòd nõ,nam principalis debet comparere, Gramm.in Conſtit. Eos,qui ſcienter, n.12.

Procurator conſtitutus in omnibus cauſis motis, & mouẽdis, actiuè, & paſſiuè an poſſit agere cauſas feudales, fuit deciſum,quòd ſic, Affl.in c.in generali,ſub n.9. ſi de feud.fuer.controu.inter domin. & agnat.cum citat etiam Ann.in repet.c.1.de vaſall.decrep.ætat.n.42.& quid indè fuerit deciſum, vide eundem ibidem num.43. ſuprà eodem verb. mandatum.

Procurator conſtitutus ab vno ex ſex Deputatis Sedilium in cauſa Nobilitatis ſpectante ad Sedile an valeat, ſi cęteri Deputati non confirmauerint eum, aut conſtituerint, licèt concludatur, Deputatos Sedilium habere poteſtatem inſolidum, & ſucceſſiuè mandatum procurationis induci ex patientia dictorum,tacitè conſentiendo procurationi,patiendo,procuratorem in cauſa prædicta,omnia,& quæcunq; acta ad eum ſpectantia geri;fuit tandèm deciſum,non obſtantibus nullitatibus,& inter cęteras de cõſtitutione procuratoris ab vno ex Deputatis eſſe procedẽdum ad vlteriora cum interuentu aliquorum Conſiliariorum,Fab,Ann. conſ.133, pro excluſione.

Procurator effectus dominus litis mortuo principali,nulloq; hærede apparente an poſſit in cauſa procedere;concluditur,quòd non,& ità fuit per S.C. dictum,quòd filius defuncti,qui ob metum rebellionis comparere non poterat,comparere debuiſſet, aliàs iudicium non procederet,quo comparẽte fuit oppoſita exceptio rebellionis,& ſuper hoc lite pendente fuit dictum, quòd procederetur, Minad.dec.35,lite vertente, Ann.ſing.329.*D.Reg. Fab.Capyc.Galeota controu.28.n.35.tom.2.*

Procurator conſtitutus ad exigendum aliquid certum,an ſoluendo procuratori generali conſtituto à creditore conſequatur liberationem; concluditur,quòd non,nam generi per ſpeciem derogatur, & ità fuit deciſum in S.R.C. inter Franciſcum de Leo Epiſcopum Triuicani, & Aloyſium de Leo, referente Nicolao Franciſco de Conſtantio, Act. Altauilla, ſeù Galterio in anno 1553. vt ipſemet Aloyſius de Leo fatetur in l.nulla dubitatio, poſt n.9. C,de procurat,

Procurator conſtitutus ad locandum ſimplicitèr,vel ad vendendum an poſſit recipere pretium, ità vt conductor,vel emptor ſit tutus de pretio;fuit deciſum,ꝙ ſic,attenta qualitate perſonæ procuratoris,in caſu tradito per Franch.dec.699. Paſcal.de vir.pat.pot.p.1.c.2.n.18.Ricc.collect.dec.1730.

Procurator an poſſit reſpondere pro principali ſuper interrogatorijs; fuit iudicatum, quòd non in S. C. in cauſa D Annæ Aquauiuæ cum Principe Caſertæ,Reg.Rouit.in pragm.8.n.21.de ord.iud. *Danza de pugna Doctor.tom.2.rubr.de procurator, c.1.n.6.verſ.Theſaur.dec.17.*

Procurator ad lites an præiudicet domino non appellando,& certum eſt, quòd ſic,& ità iudicatum fuit in quadam cauſa quorũdam de Coſta Amalphiæ per S.C. referente Thoma Altomare Regio Conſiliario, Io.Franc.Scagl.in pragm.1.incip.appellationum, de appell,aliàs de tempor.appell.in antiq.n.34.

Procurator Fiſcalis & ſi antiquitùs aſſiſtere poterat

in

in aula M.C.V. tempore diſcuſsionis, & votationis cauſarum Fiſcum tangētium, vt in prag.5.§.3. *Item che tutti detti Magnifici*, de offic.Magiſt.Iuſtit.& ſimilitèr in Regijs Audientijs Regni ita cõſuetum erat per eos ſeruari, ſicuti & Romæ ſeruatur, immò & ibi vota proferunt, non tamen iudicant, Veſtr.in prax.lib.2.c.9.ſub n.3.nouiſsimè autem ex nouella pragmatica Excellentiſsimi Comitis Lemenſium iunioris promulgata in die 3. Maij 1616.c.89.ſituata in tit.de offic.aud.mandatũ fuit, quòd ab hinc in antea Procurator Fiſcalis adeſſe non debeat tempore, quo cauſæ votantur in Regijs Audiẽtijs, iuxtà obſeruantiam M.C.V. non obſtante quacunq; conſuetudine, & ordine in contrarium expeditis per Proteges, & prædeceſſores, quæ per præſentes reuocari mandantur: Dubitari tamen contingit, ſi in aliqua Audientia non adeſſet commoditas ex domus anguſtia ſe abſentandi Procurator tempore votationis cauſarum, eò quòd ibi nõ adhùc Tribunal formatum extructum eſſe cernitur, prout eſt in Audientia Hydrũtina, ſed Præſides in eorũ domibus Tribunal introducunt, aſsignando Cameram Auditoribus pro cauſarum expeditione, exiſtente neceſsitate, vt dixit Theſaur.dec.1.n.38.at cùm non reperiatur ibi alia camera particularis, ſi ut in alijs Audiẽtiarum Tribunalibus pro Fiſcali Procuratore deputata, indecorũ videbatur extrà Cameram Audientiæ vagare Procurator cum alijs perſonis tempore votationis, quaſi quòd non eſſet de græmio Officialium, idcircò exiſtente tali cauſa opportuna dicendum videbatur, poſſe aſsiſtere per ea, quæ dixit ſingularitèr Bar. in l.Caio, §.Imperator, n.2.ff.de alim.& cibar.leg. quòd morari qui debet cum aliquo, nõ perdit legatum, ſi ex iuſta cauſa non poteſt morari, ſic è contra, ſi morari non poteſt ex aliqua vrgenti cauſa, vetari non poteſt cõmoratio, nam etiam prohibita, ex neceſsitate concedũtur gloſ.in l.1.§.1.verſ.proficiſcatur, ff.de offic.eius, & proindè audiui, iuſtiſsimè deciſũ fuiſſe per Collat.Cõſil. ad relationem Circumſpecti Regentis Fuluij Conſtantij Marchionis Corleti, quòd ſeruetur Reg.Pragm; verùm Regia Audientia quamprimùm domum extrui faciat, & interim liceat Procuratori Fiſcali aſsiſtere die 8.Iunij 1619. penès Cuntium, in cauſa Franciſci Saiettæ Procuratoris Fiſcalis dictę Reg.Audient. Hydruntinæ, & non mirandum eſſe arbitror de hac deciſione, cùm caſus ſimiles occurrere poſſint, quotiès Aduocatus Fiſci, vel eius Procurator præſentes eſſe vellent, quando in cauſis fiſcalibus examinantur teſtes contra Fiſcum, ſi ipſi inſtarẽt, velle interuenire, & altera pars contradiceret; nam & ſi interuenire nequeant, vt dixit Afflict.in Conſt Quæſtiones, col.2.verſ.an in examinationibus teſtium, quem ſequitur Benintend.in dec.60. ſic paritèr & Officialis declaratus ſuſpectus, qui nequit intereſſe in votatione cauſarum, vt dixit Capyc.dec.138.nu.1. & ibi Maſull. nu.7.extendit etiam ad Aduocatum Fiſci, qui non dat votum, & hoc de Officialibus particularis exiſtit ſub tit.de offic. S.C.pragm.40. §.Carolus, vbi Reg. Rouit. n.3.& 4.vbi etiam de iure communi dixit, id procedere, ſed cùm in hoc particularitèr prouiſum ſit in ſecretis locis, ſiuè cameris, hæc igitur dubitatio ceſſat, licèt contingere poſſet in facto proprio, ſecùs eſſet quando Officiales debent abſentari in parlamentis, quotiès de eis loqui contingit, vt in c.11.Cæſ.Maceſt.fol.109.à t. *De hac deciſione meminit Fontanell. deciſ. Cathal.30.num.22.* Io.Bapt.de Thoro I.C. Neap.

Procurator alicuius Mercatoris acceptans literas cambij ſibi tranſmiſſas ſimplicitèr an cenſeatur nomine proprio acceptaſſe, exiſtente inter eos ſocietate, & correſpondentia, ità vt ſi pendente ſolutione principalis decoxerit, teneatur ipſe Procurator, vide in verb.literas.

Procuratorem vnum an teneantur plures conuenti conſtituere, fuit deciſum, quòd duos conſtituerẽt procuratores, Franch.deciſ.309. vbi in fine pro Actuario S.C. citat de Thoro, qui appellabatur Octauius de Thoro meus patruus colẽdiſſimus, & antè Franch. firmauit concludendo Ann. ſing. 387.Maſtrill.dec.Sicil.108.n.1.& nu.24. declarat, iſtam deciſionem procedere in pluribus conuentis, qui fuerant coacti conuenire in vnum procuratorem, vel duos, & lis originem habuerat ab vna perſona, ſecùs ſi à diuerſis, vt decidit nouiſſimè Io.Franc.del Caſtill.deciſ.Sicil.33.n.17. Mart. de clauſul.p.2.clauſ.3.n.14. *Fontanell.de pact.nupt. clauſ.4.gloſ.10.p.1.n.17.& dec.4.n.6. Ant.de Virgil.de legit.perſon.c.20.nu.2. idem erit dicendum in pluribus Procuratoribus, Gratian. deciſ. Anconit. 107.n.3.*

Procuratores an poſſint expreſsè renunciare appellationi, & quãdo colluſio pręſumatur; fuit deciſũ, q nõ, Frãch.dec.579.Ricc.collect.dec.410.& 902.

Prodigus delinquens in committẽdo an puniri poſſit pęna corporali, & amiſſionis bonorum, ſicut homo ſagax, concluditur, quòd ſic, Franch.deciſ. 461.latè modernus Caball.reſolut.crimin.cent.5. caſu 48.

Prodigus an ſit citandus in datione curatoris, concluditur, quòd ſic, iuxtà communem opinionem, & ità in facti contingentia iudicauit Sacr. Reg. Conſil. Neap. vt refert Franciſc. Viuius in ſylua comm.opin. in opin.655. prodigus, Ricc.collect. dec.1757.

Proditorium delictum committere an iudicari debeat delinquens cum ſclopo rotato, ità quòd indulgentia generali gaudere non debeat, dùm ad foriudicationem inquiſiti M.C.V. procedere voluerat, comparente amico inquiſiti, & petente, indultu gaudere debere inquiſitum abſq; partis remiſſione, M.C.decreuit, non debere gaudere, factoq; verbo in S. C. deciſum fuit, non eſſe procedendum contra inquiſitum, & proindè deleatur titulus, in cauſa Io.Antonij Falangolæ inquiſiti de ictu ſcopicti in perſonam Io.Caroli Domini Vrſonis, in Banca Bruni, D.Camill. de Laratha conſ.102.Io.Antonius: hodiè verò ſecùs eſt, vide ſuprà eod.verb.delictum.

Proditorium homicidium an dicatur, ſi inimicus alicuius ipſum occideret, quamuis ab vxore occiſi cõmoditas delinquẽdi ei data fuiſſet, hoc eſt aperuiſſe ianuã, ità vt fauore generalis indultus gaudere poſſit; hæc infraſcripta allegata fuerunt per eruditum I.C.Io.Thomam Pollium pro defenſione inquiſiti. Annis prætèritis in Ciuitate Roſſani quodã ſero dùm eſſet in eius domo q. Flaminius Protoſpataro fuit interfectus, vt pretẽditur à Gregorio, & Fabritio Maleno Nobilibus eiuſdẽ Ciuitatis,

niratis, eò quòd ſe iactabat mortuus concubuiſſe
cum N. quod a veritate alienum erat, vt ex actis,
verùm cum prædicti ſunt inquiſiti de dicto homi-
cidio,in quo inquiritur et Catharinella Mazziot-
4. ta de auxilio,& conſenſu in homicidio prædicto,
modò prædicti de Maleno prætēdūt,debere gau-
dere generali Regio indultu, cū habeāt remiſſio-
nem à filijs dicti occiſi; verùm Fiſcus,& quidam
prætenſus nouus homo repertus, nomine Alexā-
der de Sāctis renatus, licèt aſſeret,ſe eſſe cōſan-
guineum dicti occiſi,& oppugnat cōtra prędictos
de Maleno, & fortaſsè hæc dicere poteſt. Primò
enim poteſt dicere, quòd in homicidio prædicto
ſunt inquiſiti non ſolum Fabritius, & Gregorius,
verùm et eius vxor, nomine Catharina,quæ præ-
tenditur aperuiſſe domum, & ſic cùm vir erat tu-
tus ſub fide vxoris,& vxor erat eadem caro ipſius
viri,& nō poterat infœlix præcauere vxorem, vel-
le prodere virum,& homicidium eſſe proditoriū,
& maximè cùm ſecum ſtabat, comedebat,& dor-
miebat,& ſic non poſſe negari,delictum eſſe pro-
ditoriū,vt per Bar.in l.reſpiciendum.§.delinquūt,
ff.de pęn. Secundò, quòd quando non eſſet deli-
ctum proditorium, ex quo in eodemmet proceſſu
fuor inquiſiti,non ſolùm Gregorius, & Fabritius,
verū etiam alij, & ſignanter Claudius Mazziotta
cognatus dicti occiſi, qui Claudius vt curator aſ-
ſertus remiſsionem fecit dictis inquiſitis,& ſic cū
ſit inquiſitus in eodē proceſſu non poterat remit-
tere,vulgata regula, nè quis in cauſa propria,&c.
& ſic remiſsionem prædictam eſſe nullam,& tan-
quàm nullā non ſortiri effectū,l.non putauit,verſ.
nō quæris,ff.de bon.poſſ.cōt.tab.ſicq; remiſsionē
prædictā nō opitulari,ſed omnia dicta per aduer-
ſarium non afficiunt prædictos;nam omninò prę-
dicti inquiſiti debent gaudere Regio generali in-
dultu, ex quo homicidium prædictum nō eſt pro-
ditoriū,licèt interfuerit vxor,vel cōſcia fuerit.Nā
clarum eſt, prædictos de Maleno fuiſſę,& eſſe ini-
micos capitales dicti Flaminij ex cauſa honoris,&
honor ęquiparatur vitæ,l.iſti quidèm,ff.de pęn.&
hoc erat notum dicti Flaminio, vt credit, ex teſti-
bus Fiſci apparere, & ſic dùm adeſt inimicitia nō
poteſt conſiderari proditio,nam inimicus ſemper
debet præcauere, nè ab inimico offendatur, &
quòd inimicus ſemper cogitare, & conari præſu-
mitur inimicus tuus, quouis modo,& quocunquè
rei tempore poteſt eum offendere, vt per Bar. in
d.l.reſpiciendum.§.delinquūt,ff.de pęn.& Bal.in
c.1.col.1.quib.ex cauſ.feud.amitt.prout decreuit
S.C.& latè ſcripſit D.de Leonardis ſuper indultu
poſt c.31. quos affert Catalanus. Nec obſtat do-
ctrina Vulpelli in tract.de pace c.42.vbi ponit ca-
ſum de illo,qui præſtitit cautionem de non offen-
dendo Titium,& poſteà aſſociatus Titius cū Seio
volens offendere Titiū, offendit Seium,& ſic eſſe
ruptum pactū, & deberi fideiuſſionem,& pro de-
ciſione cauſæ prædictæ affert Bar.in l.vtrum,ff.ad
leg.Pompeiam de partic.Nam ſi inſpicimus caſū,
eſt longè à caſu noſtro. Nam iniuria illata ſocio
Titij eſt illata Titio, eò quia eius occaſione fuit
illata,l.itē apud Labeonē,in verb.cōuitij,ff.de in-
iurijs, & per Doctores relatos per Vulpell. ſed in
caſu noſtro eſt diuerſa ratio;nam Maleni erāt ini-
mici cum Flaminio,& licèt in homicidio prædicto
interſit conſenſus,auxilium,vel induſtria,vel ope-
ra vxoris,negari non poteſt,homicidium eſſe pa-
tratum à prædictis de Maleno inimicis,& ſic Bar.
& cæteri DD.conſiderauerūt amicitiam inter of-
fendentem,& offenſum,ad finem faciendi delictū
proditorium,& qualitas proditionis diuiditur;nā
reſpectu vxoris eſt proditorium,reſpectu illorum
de Maleno eſt homicidium inſidioſum, & ſic de-
creuit S.C. & maxima ratione,nam Doctores dāt
exemplū in Rebellibus aſſumentibus arma cōtra
ſuum Principem,reſpectu ſubditorum dicitur cō-
mitti crimen læſæ Maieſtatis, & per DD.in clem.
paſtoralis, de re iud.Gigas in tract. de crim. læſæ
Maieſt.q.3.& in tit.de rebell.q.7.n.7. Camp.in c.
Regni Nupèr ad vindictam,n.60.de pęn. & vind.
prodit.Boſſ.in tit.de crim.læſ.Maieſt.omnes dicē-
tes,vaſallos vocari proditores,& nō ſubditos ho-
ſtes,prout eſt in caſu noſtro.Nam vxor dicitur p-
ditrix, & Maleni inimici, & ità teſtantur Gomeſ.
in tit.de delict.c.3.nu.6.Plaz.de delict.c.21. n.14.
ſicq; iudicatum aſſerunt,nec Fiſcus dicere poteſt,
quòd Bar.& DD.in l.vtrum renuerint, quòd con-
ſcij in delicto parricidæ eadem pęna debeant pu-
niri, qua parricidæ,& ſic cùm vxor, & Maleni in-
terfuerint in nece viri, omnes eadem pęna ſint
puniendi, & cùm homicidium reſpectu vxoris ſit
proditorium,eadem pęna de homicidio prodito-
rio debere puniri Malenos,ad quod replicatur,q
diuerſum eſt à caſu noſtro;nam in homicidio pręe-
dicto occiſores fuerunt Maleni, & tex.in l.vtrum
loquitur,quādo filius,vel alius committunt parri-
cidium,& exteri præſtant auxilium, quòd eadem
pęna ſint puniendi, ſed in caſu noſtro diuerſum
eſt; nam non vxor interfecit, & ſic eſt diuerſa ra-
tio,ex diuerſis non fit illatio, l.Papinianus exuli,
ff.de minor.& poſteà quando puniētur vt parri-
cidæ,nō dicerentur parricidæ;nā licèt aliquis pu-
niatur vt rebellis,non dicitur rebellis,ſi non com-
mittit rebellionē, vt per Boſſ.in d.tit.de crim.læſ.
maieſt.num.140. Sed dato,& non conceſſo,quòd
Maleni eſſent puniēdi eadem pęna, qua eſſet pu-
nienda Catharina vxor, illa pęna parricidij non
eſt excluſa à generali indultu;nam delicta excluſa
ſunt expreſſa, & ad tacita non extenduntur, l.La-
beo, ff.de ſepul.leg. & ſic exiſtentibus principali-
bus de Maleno inimicis dicti occiſi, non poteſt
dici homicidium proditorium; nam poterat præ-
cauere,& præſentia inimicorum facit ceſſare prò-
ditionem, quemadmodùm in materia aſſaſſinij,
vbi ſoluendo pecuniam hominibus pro occidēdo
dicitur committere aſſaſſinium,Doctores omnes
in c.1.de homicid.volunt. Sed homines conducti
mediante pecunia exiſtente principale non dicū-
tur committere aſſaſſinium, Hieronym. Gabriel.
conſ.170.vol.2.n.13.Bertazz.conſ.143.n.13.vol.1.
& ſic exiſtentia principalis inimicorum facit ceſ-
ſare proditionem. Secundò, non poteſt dici per
partem aduerſam, remiſſionem eſſe nullam, ex
quo eſt facta à Claudio Mazziotta inquiſito in
eodem proceſſu;nam in hoc proceſſu ſunt duę in-
formationes; vna capta per D.Lælium Vrſinum,
in qua nil contra Claudium,& alios. Altera verò
capta per Rullum, de qua non eſt habenda ratio,
cùm in ea ſint quāplurimæ falſitates, tùm in exa-
minandis teſtibus ſine die,anno,menſe,& loco,tū
etiam,cùm multi teſtes repetiti ordinatione Illu-
ſtriſſimi Proregis dixerint,ſe nō eſſe examinatos,
& ali-

Digitized by Google

& aliter dictum, quàm ſcriptum, & pro dilucidatione veritatis prædictæ falſitates apparent ex reuolutione cartarum, & ſic sũt euidẽtes, & de iure vno teſte falſo exiſtẽte in proceſſu, totus ꝓceſſus corruit, Ruin. conſ. 39. n. 9. vol. 4. Farinac. q. 67. nu. 256. §. 7. in tit. de oppoſ. cont. teſt. & ſic cum proceſſus ſit falſus, cum reuerentia, non afficit Claudium, per regulam in l. non putauit, & l. condemnatum, ff. de re iudic. Præterea Claudius prædictus fuit curator datus à Iudice ad faciendam remiſſionem prædictam, & ſic iuſtè fecit, & habuit adminiſtrationem, & curam dictorum filiorum, hæredum quondam dicti Flaminij, & ità omnia acta facta sũt valida, vt per Borgn. Caualc. in trac. de tutor. & curat. c. 1. n. 91. circa fin. Nec obſtat, ꝙ prædictus Claudius ſit inquiſitus in proceſſu, nam ex duplici cauſa remiſſio eſt valida. Primò, quòd inquiſitio eſt nulla, & titulus inquiſitionis non facit hominem reum, l. quòad ſtatum, ff. de pœnis. Secundò, & melius Claudius eſt curator, licèt ſuſpectus, ſed adhuc non eſt recuſatus, nec remotus vt ſuſpectus, nec ei iniunctum, quòd non remittat, nec cõtra eum fuit proceſſum ad aliquem actum, & quouſquè non repellitur, vel recuſatur, poteſt agere, & vtilia agere, & geſſit, exemplum ponunt DD. in Iudice ſuſpecto, & non recuſato, & antè recuſationem, ſi omnia acta facta sũt valida, & dicũt, quòd ſic, vt per Capell. Tholoſ. in dec. 479. & per Borgn. deciſ. Firm. 28. vol. 2. nu. 112. vbi affert multos, quos hic deſcribere potiùs eſſet laborioſũ, quã neceſſariũ, & pupillis fuit vtile, & neceſſariũ habere pacem cum inimicis ſuis, & ſic remiſſio eſt valida, vt per Farinac. q. 15. nu. 11. & nu. 25. Immò in tantum eſt verum, ꝙ non datur reſtitutio in integrum, vt per Sforz. Odd. in tract. de reſt. in integr. p. 2. q. 85. art. 70. & Farinac. loco prædicto n. 28. verſ. amplia, vbi affert multos nu. 42. 43. 60. & 61. & ſic remiſſio eſt omninò valida, & prædicti debent admitti ad gaudendum indultu Regio, prout ſic iudicauit M. C. V. ad relationem Io. Baptiſtæ Maſcambruni, tunc Iudicis ipſius in criminalibus, & ſic paritèr confirmatum per S. C. ad relationem eiuſdem in aula Regij tunc Conſiliarij Gizzarelli, vt idem Aduocatus mihi retulit. Ad corroborationem præmiſſorum in ſimili dicitur de occidente Conſiliariũ Principis ex odio, & inimicitia particulari, vt non dicatur committere crimen læſæ Maieſtatis, de quo per Gigant. in tract. de crim. læſ. Maieſt. q. 14. n. 6. & ſeq. & q. 26. n. 3. copioſè Camp. in c. Nuper ad vindictam, ſub nu. 79. vbi ſubnectit, quòd licèt de iure ità ſit diſpoſitum, attamen in contingenti caſu mortis Andreæ de Iſernia fuit alitèr ſtatutum per Reginam Ioannam, vt ſiuè ſit ob odium Principis, ſiuè per odium particulare cenſeatur crimen læſæ Maieſtatis, ſed hoc procedit ex ſpeciali edicto, ob delicti atrocitatem, & quamuis Camp. in cap. Miſericordiam dicat n. 24. quòd occidens bannitum ex odio particulari non iuuetur beneficio indultus, ſeù ſtatuti, niſi alitèr dictaret ſtatutũ, ſicuti in Officiali capiente malefactorem, non debetur præmium ſtatutum, vt per Iul. Clar. in §. fin. q. 29. verſ. cęterùm, & Camp. in c. Frequens, nu. 106. nam ille occidens bannitum odio particulari, non agit ratione publicæ vtilitatis, ideò non meretur habere indultum debitum ex ſtatuto, ità præcipiente occidenti bannitum, ſicuti occidẽs clericum aſſaſſinum eſt tutus, etiam in foro cõſcientiæ, ſi eum occidat zelo iuſtitiæ, & nõ odio particulari, Graſſ. in tract. de effect. cleric. in 1. effect. n. 675. ſic paritèr in Officiali capiente malefactorem, cùm ex officio hoc facere teneatur, ſed in præmiſſo caſu alitèr dicendum ſit, poſtquàm vigore indultus generalis omnes delinquentes habita partium remiſſione eo gaudent, excepto delicto proditorio, immò talis qualitas proditionis ceſſat ob cauſam inimicitiæ habitæ, meritò admitti debet ad indulgentiã, & ità in terminis notabilitèr dixit Muſcat. in praxi crim. rub. de homicid. mediant. mand. nu. 67. ex mente Blanci in tract. de indicijs, n. 194. & Decian. in tract. crim. lib. 7. c. 30. n. 10. quòd ſi quis occiderit aliquem aperta inimicitia, non benè caderet inquiſitio de homicidio proditorio. Quòad ſecundum caput remiſſionis factæ per tutorem, quamuis ſuſpectum, non tamen remotum, quòd valeat, tenet Carau. in ritu 275. ſub nu. 23. vbi expreſsè loquitur de tutore non conficiente inuẽtarium, nec ſatiſdationem præſtante, qui & ſi remoueri poſſit, attamen ſi antequàm remoueatur, remiſſionem fecerit, valebit remiſſio, *De hac deciſione meminit Danza de pugna Doctorum, tom. 1. tit. de adulterio, nu. 45. Joſeph Mele in addit. ad Conſil. Gizzarell. dec. 16. n. 13.* Io. Bapt. de Thoro I. C.

Prohiberi an poſsit per Dominũ domus iuxtà litus maris exiſtẽtis, ne homines noctis tempore accedant ad ſeceſſum; fuit deciſum, quòd ſic, quia licèt illud ſit litus publicum, hoc non licet fieri cum incommodo alterius id prohibentis, & habentis domum ibi vicinam, & portam iuxtà litus, quia iſta fœtora aerem corrumpunt, Paris de reintegr. feud. c. incip. miles habens feudum quaternatum, ſol. 11. n. 33.

Prohiberi an poſsit maſſarijs, ne claudant aliquem locum reſeruandum pro mezanis eorum animalium; fuit in S. C. iudicatum inter Vniuerſitatem Piſticij cum Barone, quòd liceat maſſarijs claudere locum pro faciendis membranis, Capibl. in pragm. 11. n. 23. de Baron. *Nouar. de grauam. vaſal. grauam. 34. n. 3.*

Prohibita detractione falcidiæ, & trebellianicæ per teſtatorem in legato per eum facto, quod erat oneri reſtitutionis obnoxium, an creditores legatarij prætextu talis detractionis, fideicommiſſarios pro eorum creditis compellere poſsint, quòd tales detractiones inter bona legatarij debitoris connumerentur, ſuper quibus ſatisfieri poſsint; fuit deciſum, fideicommiſſarios eſſe abſoluendos, Franch. dec. 293. Molfeſ. in Commen. ad Conſuet. Neap. p. 3. q. 6. n. 16.

Prohibitio facta à matre inſtituente filios hæredes, nè vſusfructus patri quęratur an locum habeat in legitima patri debita; fuit deciſum, quòd non, Franch. dec. 161. Maſtrill. dec. Sicil. 82. n. 5. Paſcal. in tract. de vir. pat. pot. p. 1. c. 3. n. 9. *Matth. Berlich. deciſ. German. 138. nu. 1. D. Reg. Fab. Capyc. Galeota tom. 2. controu. 4. nu. 8. Marta conſ. 88. ſub nu. 4. verſ. & ſecundùm hanc.*

Prohibitio in Regno exiſtens, vt nullo modo liceat in aquis cuiuſuis loci habitati vicinis infrà vnum milliare linum, vel canapum ad maturandum ponere, an procedat, etiam ſi territorium alicuius loci habitati non habeat tantam longitudinem,

& am-

& amplitudinem, quæ attingat vnum milliare; iudicatum fuit pro Vniuerſitate Caſtri S.Georgij propè Terram S.Seuerini contra eius Baronem, die 21.Iunij 1603.Reg.Rouit.in pragm.1.ſub n.6. de ſalub. æris.

Prohibitio fieri an poſſit in legitima; fuit deciſum per S.C.quòd ſic, Flau.Amend. ad Franch. deciſ. 161.in fin.

Prohibitus vigore pragmaticę extrahere pecuniam, ſi citrà fraudem aliquis extraxerit an incurrat pęnam banni; fuit deciſum in R.C.quòd non,& proindè pecunia reſtituta fuit extrahenti, Ann.in alleg.58.& 132.latiſſimè diſcutitur.

Promiſſio facta in conuētione habita inter partes de ſoluendo certum quid, ſi aliquis Pontifex crearetur infrà menſem, quæ fuit ſtipulata die 9.menſis, & creatio fuit in præcedēti die facta, quod ignorabatur, an valeat; fuit per S.C.abſolutus conuentus, Frāch.dec.113.Mangrell.ad Bart.l.cū ad præſens,ff.ſi cert.pet.*Blaſc.memorab*.10.*in fine*,

Promiſſio de conſtituendo dotem an habeat eūdem effectum, ac ſi conſtituta eſſet; fuit concluſum, quòd ſic, Affl.dec.61.n.1.& 2. Reg.de Ponte conſ. 10.vol.1.Pellicc.in Conſuet.Auerſ.c.3.num.30.& c.5.n.130.Campag.in cap.mulier dotarių,Georg. alleg.45.num.27.& 28. Maxill.in Conſuetu.Bari ſubt.de donat. inter vir.& vxor.§.quarta tradita, num.6. Vrſill.ad Affl.vt ſuprà num.1. in ſimili caſu occurrenti dicit obtinuiſſe,& Gramm.dec.103. n.19.Farinac.deciſ.Rom.41.num.1.cent.7.Rolan. de lucr.dot.q.106.n.9.Theſaur.lib.2.queſt.forenſ. q.60.n.4.*Borrell.in ſumma deciſ.tom.3.tit.4.n.393. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.9.p.4.n.25.& clauſ.6.gloſ.3.p.7.n.75*.

Promiſſio facta per maritum futurum antequàm contraha; per verba de pręſenti ſponſæ, cum qua contrahere intenderat, quia vxor nobilior eſſet viro an valeat; fuit concluſum, quòd ſic, niſi vxor ſit nobilis,& vir ignobilis, Affl.dec.61.n.3.Aloyſ. de Leo l.vnica, n.23.C.de priuil.dot.Carocc.de locat.p.1.tit.de locat.& qualitat.q.1.n.1.Roland. de lucr.dot.q.106.n.9.Michael Craſſ.inter comm, opin.tit.de dotis promiſſ.n.24.

Promiſſio facta vigore laudi nulli homologati an teneat; concluditur, quòd licèt laudum ſit nullum, dùm fuerit prolatum de re non compromiſſa, tamen valebit in vim pacti,& promiſſionis, Afflict. dec.117. Pariſ.conſ.24.n.162.vol.2.Mart.vot.46. n.16.& in tract.de iuriſdict.p.4.caſu 150, num.5. *D.Conſil.Theodorus alleg.77.num.*10.*Zuccar.deciſ. Lucenſ.*53.*n*.5.

Promiſsio probata per teſtes an ſtipulationi, vel pacto nudo inhæreat; fuit concluſum, etiam ſtipulationem continere, & proindè promiſſor fuit condemnatus ad promiſſa, Affl.dec.120.Georg.alleg. 10.num.14.& ſeq. Viui.in ſylua commun.opin.in opin.1036. verbum promitto, & in opin.570.pactum nudum, num.2.Polyd.Ripa in ſuis obſeru.in 86.obſeru.n.3. *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4. gloſ. 9.p.4.nu.30. Camill.Larath.in theatro feud.tom.1, p.4.diluc.9.in fine*.

Promiſsio à vulnerato facta Medico,& Chyrurgo an valeat, ità vt hæredes infirmi deindè teneātur, ex quo Medicus ipſe non erat de publico ſalariatus,& ex illa infirmitate fuerat ſanus effectus; fuit deciſū, valere,& pindè fuerūt hęredes condēnati ad promiſſa, Affl.dec.123. Magon.dec.Florēt.11. n.10.nouiſsimè Gerard.Maynar.l.in dec.Tholoſ. 73.lib.3.videtur cōtra iſtam deciſionem arguere.

Promiſsio, ſiuè fideiuſsio facta certis perſonis ob metum ipſorum, vt in caſu contingenti in promiſſione cum obligatione, & fideiuſsione facta ab aliquo Francigenis tunc Regnum occupantibus an valeat; fuit deciſum, non valere, Affl.deciſ.149. in princ.Ann.ſing.418.Parlad.rer.quotid,cap.vlt. p.5.§.3.n.38.

Promiſsio facta ob turpem cauſam an iure ſubſiſtat, ità vt debitor conuentus ad obſeruantiam promiſſionis ex cōtractu abſolutus, ſeù habilitatus à iuramento opponēs turpitudinem promiſsionis, eam probando ſit abſoluendus, fuit votatum pro creditore,& abſolutus ab impetitis, Capyc.deciſ.95. Anell.Amat.conſ.54.n.4.vol.1. *Fontanell de pact. nupt.clauſ.5.gloſ.7.n.*10.

Promiſsio facta per auunculum pupilli, ipſum ratum habiturum diuiſionem an ſi pupillus renuerit ratificare, teneatur promittens, & ſucceſsiuè poſsidens moleſtandus; fuit deciſum, poſſeſſorem eſſe abſoluendum,& ſic non teneri, Ann.alleg.17.

Promiſsio in capitulis matrimonialibus ſi ſit facta .ſ.donate,& poſt mortem relinquere omnia bona burgenſatica, & mobilia filijs ex matrimonio naſcituris, an quæratur donatio ex hoc actu filijs,& talia verba importent actum vltimæ voluntatis,& ſi concludatur, quòad primum nullam oriri actionem, quia nemo ſtipulatus fuerat pro filijs, nequè Notarius, benè tamen quando eſſet ſtipulatum p filijs naſcituris, & Notarius pro eis recepiſſet, iſti filij ius haberēt, nec poſſet pater vni tantùm dare, nec pręiudicare; quò verò ad aliud caput cōcluditur, talia verba importare donationē cauſa mortis, quamuis cauſa non fuerit deciſa ob paritatem votorum, tranſactione tamen finita, Ann.alleg.31.

Promiſsio à carcerato facta an valeat; concluditur, quòd non, ſed quid ſi fuerit ratificata ipſo excarcerato; fuit deciſum in S.C. iuxtà Bald.conſ.240. vol.1. Ann.ſing.418. promiſsio, quòd valeat talis promiſsio, Carrab. in ſing.1. de ſynd.& in praet. de ſynd.p.2.n.81.

Promiſsio ſi ſit facta per fratrem in contractu diuiſionis bonorum ſoluēdi certam quantitatem pecuniarum in locū portionis maſſariæ alterius fratris totæ eidem cōſignatæ, ſi non fuerit ſubſequuta talis promiſsio, nec conſequi poſsit, dùm à creditoribus fuerit euicta, cùmq; is, qui promiſerat, cui res fuerat tradita, non adimpleuerat, an poterit is, qui conditionem adimpleuit, repetere id, quod dederat tanquàm cauſa non ſequuta, & ſic portionem maſſariæ ſibi contingentem repetere, cùmq; multa de diuiſione, & contractu innominato in fauorem iſtius fratris partem vendicantis ruminarentur; concluditur tandèm in eius fauorē per Fab.de Anna conſ.81.contractus, qui in eius Apoſtilla in 2.vol.impreſſa, incip.audiui aliquos, &c.inquit in verſ.caſus cōſ.81.deciſus in fauorem die 18.Ianuarij 1599.referente D.Carolo Tapia. Act.de Mondellis.Amat.conſ.10.n.12.

Promiſsio facta per viros vxoribus de reſtituendo iocalia, vel eorum pretium an valeat, ſi ex longinquitate temporis ſoluto matrimonio fuerint petita non præſumuntur durare per vſum cōtinuum, & pręſumuntur facta, vel conſumpta,& ità ſępiùs

decisum

deciſũ fuit in S.C. maximè ſi eſſet elapſum decẽnium, Nunt.Pellicc.in Conſuet.Auerſ.c.4.n.225.

Promiſsio tacita reſultans ex inſtrumẽto an habeat exequutionem paratam, ità vt inſtrumentũ liquidati poſsit via ritus,vt in caſu de eo, qui promiſerat ſoluere cenſus annuatim,& pro cõſequutione ipſorum, & capitalis poſsit liquidati via ritus, in quo non apparebat de promiſsione capitalis; fuit deciſum,eſſe procedendum via ordinaria,Franch. dec.325. nouiſsimè Io.Franc.del Caſtillo dec. Sicil.5.n.59.*D.Conſil.Carleual de iudicijs,tom.2.lib.1. tit.3.diſp.3.ſub n.36.verſ.ſecundò limitatur.*

Promiſſor ratificationis alicuius an,& quãdo teneatur facere poſſe ſuũ; fuit deciſum,ex quo promiſſor erat pariter obligatus correſpectiuè ad ꝓmiſſionem reciprocam pro dote ex verbis in promiſſione adiectis teneri ad intereſſe,Franch.dec.624. Reg.de Ponte in tract.de poteſtat.Proregis,tit.9. in princ.n.10.*D.Conſil.Merlinus controu.forenſ.c.4. num.16.*

Promittens curare, & facere, vt aliquis ratificet, vel renunciet,vt in vxore ſub pęna an teneatur faciẽdo omne poſſe ſuum; fuit deciſum, ꝙ non teneatur ad pęnam prædictam, Affl.deciſ.295.Gramm. dec.202.ſub n.110. Franch.dec.624.Muſcatell.in pract.fideiuſſoria,p.1.mod.19.n.4.& ſeq.Vrſill.ad Afflict.ibi ſub nu.2.refert, idem fuiſſe deciſum in alia cauſa, & contra ſententiam Afflicti multi tenuerunt, quos refert Carau.in addit.ad Affl.dec. 295.ſubdens in verſ.contra iſtam,ꝙ quando vxor egit contra dotantem, fuit ſeruatum contrarium, & fuit ſentẽtiatum, quòd breui manu exequeretur cõtra virum taliter promittentem, vbi Carau. verſ.aduerte tamẽ,& aliàs per Sacrum Conſilium fuit deciſum,vt vir teneatur ad intereſſe,ſi non fecerit ratificare vxorem,Loffred.in cõſ.41.eum citat Mangrell.ad Bar.l.amplius,verſ.oppono.quod verbum,ff.rem ratam haberi, Surd.dec.234.n.12. Bertazzol.in tract.clauſul.in clauſul.4.gloſ.6.n.2. vide infrà verb.vir promittens,Cagnol.l.impoſſibilium,ff.de reg.iur.n.4.Michael Craſſ.inter commun.opin.tit.de contrah.ſtipul.n.156.*Conſil.Gizzarell.dec.22.n.6.Carol.Iallong.racem.8.n.4.Epiſc. Ricc.collect.2170.p.6. Ioſeph Ludou.dec.Peruſ.27.*

Promittens ſoluere centum annua integrè, & ſine diminutione aliqua an poſsit deducere onera realia, adoham, & collectam; fuit deciſum,quòd non, Anna ſing.414. promittens, Coſta in praxi conuẽt.p.2.clauſ.45.& Mart.de clauſul.p.1.clauſ. 294.

Promittens facere pactum de retrouendendo, & nõ fecit,an talis promiſsio operetur,ac ſi eſſet facta; fuit deciſum per Sacrum Conſilium, quòd ſic, vt refert Vrſill. dec.61. quem citat Franch. dec.574. n.4. Molf.in Comment.ad Conſuet.Neap. tit.de renunt.q.11.n.23.*Reg.Sanfelic.dec.99.n.4.*

Proprietas bonorum matris penès filios exiſtens ob tranſitum ad ſecunda vota an tranſeat ad ſubſtitutos filiorum per patrem decedentium matre ſuperſtite:fuit deciſum,non ad ſubſtitutos,ſed ad matrem binubam remanere, Franch. deciſ. 655. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet.Neap. p.3.q.1. n.5.& q.24,n.6.

Proprietatis quęſtio an vẽtilari poſsit in reclamatione conceſſa in S.C.à ſententia confirmatoria ſentẽtiæ Baronis ſuper poſſeſſorio, vel remitti ad Iudicem primæ inſtantiæ; fuit deciſum,non eſſe remittẽdam talem quæſtionem Iudici primæuo, ſed quia partes prorogauerunt iuriſdictionem S.C. fuit ibidem proceſſum, & confirmata ſententia, etiam ſuper proprietate, Affl.dec.155.vbi Vrſill. ſub n.1.dicit, ſimilem caſum accidiſſe cum Clerico,& fuiſſe remiſſum ad Iudicem Eccleſiaſticum, & Piſanell. in addit.ad eandem deciſionem dicit, fuiſſe deciſũ in Camera, quòd admittatur cumulatio in cauſa Principis Melphiæ cum Ciuitate Aielli in anno 1546. de menſe Octobris, relatore Magnifico Reuerterio,Franc.Monal.conſ.81.lib. 1.n.7.& conſ.82.n.5.Menoch.de retinend.poſſeſ. remed.3.n.539. Maur.iun.alleg.57.n.2.Teſta y alleg.2.n.201.*Reuſner.dec.Cam.Imper.lib.2.dec.248. n.30.Theod.alleg.85.n.17.*

Proteſtatiò ſi non fuerit facta per actorem agentem ſuper recuperãda in petitorio circa exceptionem fortè opponendam,vel oppoſitam per reum quòad proprietatem an poſſit procedi,& determinari caput proprietatis; fuit deciſum,quòd ſic,Affl. dec.193.Pariſ.conſ.1.vol.1.n.171.

Proteſtatio actoris petentis debitum in hæreditate, quòd ſi in futurum appareret de aliquo iure ſibi competente in hæreditate aliqua, quòd ſibi ſaluũ eſſet,an implicet contrarietatem, ſi actor ipſe cõueniret filium debitoris,ipſum hæredem aſſerendo;fuit votatum, non implicare contrarietatem, Capyc.dec.70.n.3.

Proteſtatio velle vti ſcriptura, quatènus apparuerint bona an admittatur; concluditur, quòd non, & ità in contingentia facti fuit deciſum in S.C. vt teſtatur Io.Iacob.Maſull.ad Capyc.in dec.67.n.2. & hoc potiſſimùm præcedente Iudicis interrogatione, vel partis, aliàs ſecus.

Proteſtatio facta antè litem conteſtatam per ſpoliatum agentem remedio recuperandæ poſſeſſionis, ꝙ nõ intendit, quòd cognoſcatur de aliqua exceptione aduerſarij, quæ ſapiat dominium, immò quòd reijciatur tanquàm impertinens in cauſa poſſeſſorij an admitti debeat,ſi non fuerit repilogata facta publicatione in cauſa; fuit in S.C. deciſum, admitti debere, ex qua repilogatio facta poſt publicationem de proteſtatione exquiritur in abundantiorem cautelam, vt tradit Afflict.in Conſt.Regni Violentias,ſub nu.63.verſ.ſeptimus caſus,per totum.

Proteſtatio an poſſit probari per teſtes ad oſtendẽdum,inſtantiam non fuiſſe peremptam;fuit deciſum, quòd ſic in duabus cauſis relatis per Marc. Ant.Puluerin.in addit.ad Pragm.incip.M.C.V.in antiq.de appell.in cauſ.aſſiſt. incip.vide Modern. fol.466.

Proteſtatio facta per ſuccumbẽtem in actu exequutionis ſententiæ concernẽtis pendẽtiam reclamationis, vtputà ſi fuerit dictum in ſententia, vt aliquis deſcriberetur in libro Nobilium, & Nobiles ſcribere nollent, ſed dicere, pendere reclamationem,an admittatur;in occurrenti caſu quid deciſum fuerit vide infrà eod.verb.reclamatio.

Prothocollum originale,exhibita,pręſentataq; ſcriptura indè ſumpta per partem litigantem an exhiberi debeat,inſtante parte aduerſa ob ſuſpitionem falſitatis; fuit deciſum, quòd non, quamuis Notarius cogi poſſit ad exhibitionem originalis, Franch.dec.194.Muſcat.in praxi S.C.p.3.gloſ.reſpon-

Notarius cogi poſsit ad exhibitionem originalis, Franch.dec.194. Muſcat.in praxi S.C.p.3.gloſ.reſpondendum,n.17.de Ponte conſ.30.n.3.vol.1.& Reg. Tapia in Conſtit. Inſtrumentorum robur, num.10. Petra ad Capyc.deciſ.40.& infrà eodem verb.prothocollum, Horat. Viſcont. in addit.ad iſtam deciſionem tradit, idem fuiſſe poſtea iudicatum in anno 1593.*D.Reg.Sanfelic.dec.4.in princ.*

Prothocollum originale exhibere an compelli debeat producens copiam inſtrumenti authenticam ex eo ſumptam ad inſtantiam alterius partis redarguere volentis de falſo inſtrumentum per inſpectionem prothocolli; concluditur, quòd ſic, Capyc.deciſ.40.Franch.deciſ.194.de Ponte conſ.30.num.1.vol.1. Reg.Tap.in Conſt.Inſtrumentorum robur, num. 10. & vide ſuprà eodem verb. prothocollum, Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. lib.1.par.3. gloſ.reſpondendum,num.17.Battagl. ad Cyn.l.cùm quidam, C.de fid.inſtrum. Molfeſ. in proem.Conſ.quæſt.20.num.7.*Gaitus de credito, qui hic me iniuſtè obiurgat, ſed benè, & rationabilitèr defendit perſpicaciſſimus Doctor, & meritiſſimus Auditor in plurimis Audientijs Regni Baldaſſar de Angelis in addit. ad Conſil. Gizzarell. deciſ. 86.num.14.*

Prouocatus rixando verbo cum alio ſi iniuriam intulerit prouocanti, ipſumq; mentiendo,& ſi talis iniuria in ſe vera cenſeatur, an puniri debeat; fuit condemnatus ad exulandum per annum cum poteſtate redimendi, Gramm.deciſ.37. Maiant. in ſpec.4.par.num.98. Vrſill deciſ.206.num.13.vbi refert, per Sacr.Conſil. fuiſſe liberatum clientem iniuriantem procuratorem, quia articulos præſentauerat,& monſtrauerat parti aduerſæ, Viui in ſylua commun.opin.in opin.6. incip.actione iniuriarum,ſub num.2.Petr.Caball.reſol.crim.cent.2. caſu 154.num.12. Farinac.in tit.de var.& diuerſ. crimin. in quæſt.105.num.231. Famian.Centol.in addit. ad conſ. 30. einſdem Farinac. col. 10. verſ. octaua eſt opinio, Carrab.ſing.105. Bonac.inter commun.opin.tit.ad leg.Cornel.de ſicar.num.61. *Danza in tract.de pugna Doctorum, tom.1. tit.de exil.& relegat.c.1.n.4.*

Proximiores cùm ſint vocati ad ſucceſſionem à Cõſuetudine Neapolitana,hoc eſt,ad bona peruenta ex parte patris proximiores patris, proximiores verò ex parte matris ad bona ex linea materna quæſita,an exiſtente proximiore ſoriudicato procedat diſpoſitio Conſuetudinis, & admittatur; non fuit alitèr deciſum, licèt concludatur, quòd non,Franch.deciſ.563. Ricc.collect.deciſ.1401.

Proximiores in gradu,in quibus ceſſat ſubingreſſio, an admittãtur ad ſucceſſionẽ in ſtirpes, vel in capita; fuit deciſum,eſſe admittendos in capita,non in ſtirpes,Franch.dec.24.n.9.& 10. Georg.alleg. 30.n.55.Molf.in Commẽt.ad Conſuet.Neap.p.4. q.37.multa per Viſcont.hic in addit.ad Franch.

Proximiores ex parte vxoris licèt remotiores an admittantur ad dotes maternas, excluſis proximioribus ex parte patris,filio decedẽte maiore ab inteſtato,qui priùs eius patri ſucceſſerat,& nõ facto inuentario ſe hæreditati immiſcuerit, & deindè mortua matre ſucceſſerat in dotibus,ob quod per mortẽ ipſius filij factus ſit caſus reſtitutionis dotium,iuxtà Conſuetudinem Capuanæ,& Nidi, in contractu matrimonij adiectã,fuit deciſum,quòd aditio hæreditatis maternæ facta per filium, qui fuit hæres patris inducat ſolùm confuſionem, & vnionem paternorum, & maternorum bonorum, & non ſolutionem, ex eo, quia iſta dos materna, quæ peruenerat ad filiũ,peruenit reuocabilitèr in caſu, quòd ſi poſt mortẽ ſine filijs, & ab inteſtato deceſſerit,eo caſu ſuccedẽte proximiores ex parte matris huius filij decedentis ſine liberis, vel ab inteſtato virtute Conſuetudinis poſſint agere hypothecaria in bonis filij decedentis ſine liberis,& ſic vltimi morientis contra proximiores ex parte patris, & cũ iterùm cõtigiſſet talis caſus,fuit præſtita aſsiſtentia ſuper bonis paternis ad inſtãtiam proximiorũ ex parte matris, Affl.dec.237.Franch. dec.80.n.12. Fab.Ann.conſ.2.in capitulis,& conſ. 103.num.7.& 118.num.11.& ſeq.Georg.alleg.23. num.21. & allegat.41.num.26. Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg. tit.9. in princ. num.23.& conſ.8. num.10.vol.1. Battagl.ad Cyn.in l.debitori, C.de pact.Molfeſ.in Comment.ad Conſuet. Neap.tit.de renunc.q.5.num.18. Ant.Fab.in eius Codice tit.de iur.delib.definit.44.idem Reg.de Ponte conſ.143.num.2.vol.2. Carocc.in tract.de locat.par.3.ad materiam l.ne cui, quæſt.3.num.4. *D. Conſiliar. Theodorus allegat. 1. num.8. & ſeq. allegat. 79. num.7. & 11. & allegat. 91 num.15. Rhenat. Keppin. de priuileg ruſtic lib.3. capit. 10. num.2.in fine, Barbat de aſſiſtent.gloſ.12 num.213.*

Proximiores ex parte matris an admittantur ad ſucceſsionem filiorum decedentium cum teſtamẽto, ſtante Conſuetudine Capuanæ,& Nidi in contractu matrimonij,quòd decedentibus filijs ipſius in pupillari ætate, vel ab inteſtato quandocunquè, dos reuerti debeat ad proximiores ex parte matris; fuit deciſum,quòd non,ex quo ipſi filij deceſſerant cum teſtamento, ideò ceſſat talis conſuetudo per contrarium, Affl.dec.202.Franch.deciſ. 537.nu.3.& 10.Borgn.Caualc.in tract.de tutor.& curat.n.85. Ricc.collect.dec.749.

Proximiores ex parte matris in totum, vel in parte ſuccedũt,vel proximiores ex parte patris, ſi duobus filijs ſuccedentibus matri in eius dotibus, vnus ipſorum alteri ſucceſſerit, demùm ab inteſtato alter deceſſerit;concluditur,proximiores ex parte matris ſuccedere in medietate vltimi decedentis,ſed proximiores ex parte patris in medietate vltimo ſuccedenti obueniente à fratre, tanquàm fraterna bona, Stephan.de Caieta in Conſuet.Si quis,vel ſi qua,in addit.incip.quæro ad intellectum, fol.111. vbi Capyc.in addit.ſeq.incip. iſta Apoſtilla, dixit, ità fuiſſe iudicatum in occurrẽti caſu cõtra teſtamentũ,quia veniebant agnati, & meminit Frecc.in addit.ad Conſuet.incip.vide Napod. fol.144. nouiſſimè Molfeſ. in Comment. ad Conſuet.Neap.p.2.q.23.n.7.& conſ.50.n.42.

Proximiores ex parte matris an ſuccedãt filio in bonis matri peruẽtis ab alio filio prædecedẽte,quãuis aliàs fuiſſent paterna, ideſt peruẽta ad filium, qui primò deceſſit ex ſucceſſione patris, licèt cõcludatur, quòd ſic.eſt tamen iſta deciſio,ſiuè concluſio contra gloſ.Napod. in Conſuet.Si quis, vel ſi qua,nu.240. verſ.ſed pone, quòd Titius,tamen concordantur rationes iſtæ diuerſitatis, quoniam ibi non inſpicitur origo,quia fuerat continuata linea materna in filiũ,& ſic mutatione perſonæ nõ mutatur ſtatus rei,ſed conditio rei,ſed in caſu iſto

de filio in matre non continuatur linea, & ſic mutatione perſonæ mutatur ſtatus rei, ſeù cōditio, & iuxtà hanc diſtinctionem fuit iudicatum in S.C. vt refert Colur. Coppul. quē citat Piſanell. in add. ad eandem Conſuet. Si quis, vel ſi qua, incip. nota, ꝙ ſi mater, fol. 145. & 146. meminit Franch. dec. 696. Molf. in add. ad eius Cōment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 39. n. 4. & ibi n. 5. citat iſtam deciſionem.

Proximiores an habeāt medietatē rei emptæ ex pecunia peruenta ad aliquem à patre, vel matre, de qua emerat domū, vel ex pecunia redacta ex venditione rei; fuit deciſum, ꝙ non, Nicol. Maricond. in Conſuet. Si aliquis moriēs, incip. pone, ꝙ ex pecunia, fol. 162. Anell. Amat. cōſ. 47. ſub n. 13. vol. 1.

Proximiores exteri, & non ciues Neap. an admittātur ad ſucceſſionē alicuius ab inteſtato decedentis ſine liberis in bonis ſitis in diſtrictu, & termino Ciuitatis Neap. quæ idem obuenerūt ex linea materna, vel paterna vigore Cōſuet. Neap. excluſis alijs agnatis, & cognatis defūcti ciuibus Neap. & in remotiori gradu exiſtētibus; fuit deciſum, ꝙ ſic, Iacob. Anell. de Bott. in Conſuet. Pupillus, qui vēdidit, de reſt. in integr. incip. in cauſa Lemborum, fol. 391. & Franch. in addit. poſt Conſuet. in proęm. Conſuet. verſ. in eodem proęmio, in gloſ. in verb. diſtrictu, nouiſſimè And. Molf. in Comment. ad Cōſuet. Neap. p. 2. q. 18. in fi. & cōſ. 50. n. 2. & 7.

Proximiores familiæ an admittantur ad bona fideicōmiſſo ſubiecta per teſtatorem inſtituētem eius filios, cū conditione, quòd in caſu, quo in pupillari ætate deceſſerint, vel quandocūq; poſteà ab inteſtato, vel ſine filijs viuis ſuccedat alteri, & quando omnes decederēt, ſuccederēt ꝓximiores, an facto caſu deceſſus omniū, inſtitutis hęredibus per vltimū morientem, ſuccedant ipſi, vel ſubſtituti, patet deciſio ſuprà eod. verb. fideicommiſſum ſimplex.

Proximiores ex parte defunctæ an admitti debeant ad medietatem dotium bonorū antiquorum mulieris decedentis iuxtà Conſuet. Neap. ſecundùm quam contractū fuerat, non obſtante inſtitutione ab ea facta vniuerſalitèr in beneficium viri, qui poſt contractum matrimonium in aliam Ciuitatē Regni ſe tranſtulit, ſequendo viri domicilium, ob talem mutationem operari diſpoſitionem totalē omnium bonorum; deciſum fuit per M. C. V. in beneficium dictorum proximiorū quòad medietatem dotiū, & ſic confirmatum per S.C. in cauſa D. Alphonſi de Zarathe Ramires contra Paulum Baldinum, referente Reg. Conſiliar. Ambroſio de S. Iacobo, in Banca Io. Aloyſij Sarri, D. Camill. de Laratha conſ. 71. D. Alonſus.

Proximitas teſtatoris, vel vltimi morientis attendatur in fideicōmiſſo, vt attendatur proximitas vltimi defuncti, multi DD. ſequuti ſunt, & in pluribus Curijs obtentum, & ità deciſum in S.C. in cauſa Conſiliarij Salamancæ, licèt pendeat reclamatio, And. Molf. in Cōſuet. Neap. p. 4. q. 56. n. 2. in addit.

Pubes, qui promiſit cum iuramēto fideiubere, & obtinuit abſolutionem à iuramento ad finem agendi, an poſſit per viam reſtitutionis in integrum infra quadriennium dicere, ſe ænormiſſimè læſum ex dicta ꝓmiſſione iurata, cū appareat in prōptu de ipſa læſione ob paupertatem, & nil habeat, niſi partem in domo, per S.C. fuit abſolutus, Affl. dec. 322. n. 7. cum ſeq. prima enim abſolutio ſufficiet, niſi opus erit alia, licèt ab initio non ſit plena, tamen ex poſt facto repletur ꝓbationibus, Gagliar. de abſolut. à iuram. §. tertium, n. 35. & ſeq. Marāt. in tract. de multipl. alten. n. 40. Io. Camill. Biloct. in tract. de abſol. à iuram. lib. 1. c. 2. nu. 15. *D. Iacobus Gallus I.C. peritiſſimus meus præceptor in conſ. 129. num. 40.*

Puniri an debeat iniuriatus reproperans iniuriam contra iniuriantem, dicendo ſimilem, vel maiorē, vtputà latronem appellādo, & ſi diſtinguatur, aut animo defendendi iniuriatus dixerit, tu mentiris, ceſſaret pęna, ſed ſi animo vendicandi aliam conſimilem iniuriam dixerit, adhùc puniri debet, prout ità in pecuniaria pęna occurrente caſu fuit deciſum, quam poſteà S.C. moderauit, Capyc. dec. 58. Tartagl. in ſua pract. crim. p. 2. de defenſ. reorum, c. 4. Baiard. ad Clar. §. homicidium, num. 112. Viui. in ſylua cōmun. opin. in opin. 6. incip. actione iniuriatum, n. 4. Caball. reſol. crim. cent. 2. caſu 154. in princ. Farinac. in praxi crim. rubr. de var. & diuerſ. crim. q. 105. inſpect. 7. num. 308. & 316. Iul. Clar. in §. iniuria, n. 15. *Caſtill. dec. Sicil. 171. nu. 41. p. 2.*

Puniri an debeat iniurians, ſeù verberans tenentem domum ad ludendum, fuit iudicatum, quòd non, vt refert, ità iudicaſſe Neap. in caſu, in quo receptatori ludi in platea Portus fuit datum tabularium in faciem, Paris de Puteo in tract. de ludo, nu. 1. in fine, & nu. 46. in princ. & in fine principij, eum citat Farinac. in eius praxi crim. tit. de var. & diuerſ. crim. in q. 190. p. 4. n. 140. Menoch. de arb. iud. lib. 2. caſu 400. n. 16.

Punitus de vulnere an poſſit puniri de occiſo, concluditur, quòd non, & proindè cùm fuiſſet condēnatus vulnerans per S.C. non fuit ſententia exequutioni demandata, niſi viſo exitu vitæ vulnerati, Franch. dec. 324. *Reg. Sanfelic. dec. 138. in fine.*

Punitus à Iudice ſeculari an deindè poſſit puniri ab Eccleſiaſtico, quando delictum eſſet vtriuſq; fori, & ſic mixtum, vtputà ſacrilegium; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, Vrſill. dec. 389. n. 5.

Punitus in corpore ex defectu æris ſoluti, ac etiam pro intereſſe partis, ſi peruenerit ad meliorem fortunam, ad nihilum tenetur, & hoc quando pęna deſcenderet ex delicto, ſecùs quando ex contractu, vt multotiès fuiſſe deciſum in S.C. teſtatur Aloyſ. de Leo in l. 3. C. de ſacroſ. eccl. n. 15.

Pupilla an ſit educanda penès auiam contra expreſſam prohibitionem defuncti; fuit deciſum, quòd ſic, non obſtante tali prohibitione, Gramm. deciſ. 55. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſu 168. n. 4. Reg. de Ponte dec. 20. n. 23. Peregr. dec. Paduę 28. n. 3. idem Reg. de Ponte conſ. 93. n. 25. vol. 2. & poſtmodùm deciſum fuit in Collat. Conſil. in hærede pupillo Franciſci Belmudez; nam fuit educatio conceſſa D. Mariæ Belmudez, excluſa auia, cui fuerat relicta educatio exiſtentibus alijs Balijs, Ricc. collect. 1765. *D. Reg. Merlin. controuer. forenſ. c. 9. n. 30.*

Pupilla apud quē educari debeat, quando timor pudicitiæ inſtaret, vel mater trāſiret ad ſecūda vota, fuit bis iudicatum, eſſe educādam in Monaſterio, Ann. in ſing. 395. pupilla, Galter. in praxi tutel. p. 2. in prima rubr. num. 6. & idem refert Fab. Ann. in conſ. 33. in hac, nu. 10. tamen in fine refert, poſteà fuiſſe deciſum, eſſe educandam in domo alterius cōſanguinei, & ſic communitèr practicatur, & deciditur

Digitized by Google

ciditur in S.C. immò penès Reg. Officiales, vt plurimû traduntur educandi pupilli, & pupillę eligêdos per S.C. aut Reg. Coll. ſiuè Proregê, & nouiſſime in S.R.C. referente Reg. Conſil. Marc. Ant. Morra iūctis aulis in anno 1607. fuit educatio Liuiæ Longhæ pupillæ data Reg. Conſil. Franciſco Valcarcel, quo mortuo de ordine Excell. Proregis fuit poſtmodùm conceſſa Reg. Conſil. Roderico de Aybar, vt apparet ex actis geſtis penès Chiareſem Act. & ità communitèr obſeruatur, ità etiam fuit obſeruatum in Comitiſſa Sarni pupilla, cuius educatio fuit conceſſa circumſpecto Regenti Caſtellet, & in multis alijs ſimilibus in dies occurrentibus, Ricc. collect. dec. 455. *Alex. Trentacinq. var. reſolut. lib. 2. tit. de minor. reſol. 7. n. 3.*

Pupilli educatio an ſit in eius patria præſtanda, vel alibi, & quid ſi per alentem fuerit pupillus alibì aſportatus, & ibi cōmodè ob aeris periculum morari nō poſſet, an reduci debeat in ſuā patriā; cùm aūt annis proximè præteritis ob mortem quondā Regij Conſiliarij Franciſci Valcarcel fuiſſet educatio Liuiæ Longhæ pupillæ de ordine Illuſtriſſimi Comitis Benauenti tunc Proregis, & paritèr prætuio Sacr. Reg. Conſil. decreto commiſſa Regio Conſiliario Roderico de Aybar, poſt eius longam abſentiam, hinc indè per Regnum vagando ob Regia ſeruitia, denùm ſe contulit inſimul cum pupilla in Ciuitate Capuæ, ibidem moraturus pro iuſtitiæ adminiſtratione ex ordine eiuſdē Illuſtriſſimi Proregis, hæſitatum, inquam, fuerat in Regio Collaterali Cōſilio, ſi de iure poterat dicta puella amoueri, ſtante legitima cauſa aeris ſuſpitionis, & aliarū, in quo fuerunt infraſcripta breuitèr allegata per eximium Dominum Fabium de Falco meum patruum prædilectum; Educatio Liuiæ Longhæ pupillæ iuſſu Excellentiſſimi præteriti Proregis, Conſiliario Aybar tunc in hac Vrbe degenti fuit commiſſa cum annua prouiſione duc. 600. poſtmodùm verò educator per Regnum vnà cum dicta puella peregrinari cępit, nūc in vnam, nunc in aliam iter habendo Ciuitatem, & reuerſus pro eius vtilitate Capuæ moratur; conquæritur hodiè mater de extractione propriæ filiæ ab hac Ciuitate, vbi bona, vbi parentes, & vbi orta eſt, & ob id ſupplicatur, vt talis educatio alteri in hac Ciuitate degenti, melius Excellentiſſimo Proregi viſo committeretur, quam quidèm petitionem matris pluribus rationibus vti inſtiſſimam admittendam fore arbitror; nec cęſpitari poteſt, quin mater ſit in hoc præcipuè audienda, quandoquidèm publico fauore minorum prodita eſt actio, omnibuſq; patet ſuſpectos poſtulare, & mulieres quoq; id agere valent, dùm pietate neceſsitudinis ad hoc procedunt; hinc eſt, quòd primo loco collocantur mater, matriſvè ſoror, & aliæ, iuxtà text. in l. 1. §. conſequens, ff. de ſuſp. tutor. & quilibet conſanguineus, vt debita prouiſio ſuper pupilli educatione fiat, comparere poteſt, ex tex. in l. 1. verſ. præſentibus ceteris. ff. vbi pupill. educ. deb. poſt Cardin. Pariſ. in conſ. 56. nu. 1. commemorat Conſiliar. Fab. Ann. conſ. 33. nu. 13. Ex quibus liquet, genitricem legitimam, & habilem eſſe perſonam pro eius filia, vt melius, & tutius educetur, & quamuis materia educationis in arbitrio ſit collocata, tùm quòad perſonam, tùm etiam quòad locum, vt latè didicit Io. Petr. Surd. in tract. de aliment. tit. 4. q. 13. in princ. quinimmò circa educationem aliquando etiam à voluntate teſtatoris recedere licet, Affl. deciſ. 183. Gramm. deciſ. 55. adeò quòd non poteſt hæſitari, quòd Princeps poſsit ad libitum educationem ab vno tollere, & alteri concedere. Nihilominùs ſi cauſa eſt indaganda in educatione, in præſenti themate non deficit, quæ, obſecro, excogitari poteſt, quòd cùm iſta puella ſit in hac inſigni, & pulchra Ciuitate procreata, & ſemper educata, nunc à propria patria extrahatur, & quod plus eſt, in Ciuitate Capuæ aeris non boni commoratur, ex quo maxima inſurgit ſuſpitio, quòd cum progreſſu temporis infirmari poſsit, natiuum aerem relinquendo, & malum apprehendendo, & ex hac etiam infertur, quòd puella iſta in teneris annis, & ſic ditiſsima abſquè aliquo delicto pęnam exilij à propria patria luere videtur, & tandèm vbi non eſt delictum, non debet eſſe pęna, & ſucceſsiuè puniri non debet, qui non deliquit, Affl. in Conſt. Pęna carere, pęna profectò eſt patriam deſerere, & ſuos non videre, & proindè è conuerſo iuſtè canitur:

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua,
Et dulcis amor patriæ, dulce videre ſuos.

impiū eſt relinquere patriā ſuā, inquit gloſ. in l. 1. C. ſi curial. rel. ciuit. lib. 10. patriæ n. plus debemus, quàm parētibus, DD. in l. veluti, ff. de iuſt. & iur. & latiùs Ang. in auth. de nupt. §. ſi verò contigerit, & copioſius ex Seneca, & alijs tradit Andr. Iſern. in c. 1. §. ſi verò Caſtaldi, in fin. num. 10. de feud. guard. & Caſtald. maximè enim cenſeri debet cauſa iuſta huiuſmodi, nè pupilla iſta extrà propriam patriam, & apud forenſem educetur, prout annuit etiam Corn. conſ. 292. col. 4. volum. 1. & in hoc Iudex id, quod veriſimilitèr faceret pater, ſi viueret, ipſe perficere cogitur, Bald. in conſ. 487. vol. 5. facit tex. in l. 1. §. ſi tria, verſ. apud eum, ff. de vent. inſpic. Iudex enim eſt loco patris, l. tàm demeritis, C. de Epiſc. audien. & facere debet de aliena filia id, quod de propria, capiendo melius conſilium pro ea, vt abundè ſcripſit Surd. loc. cit. nu. 35. nec Iudex voluntatem pupillæ ſequi tenetur, ſi contrarium fortè diceret, quia id ex imbecillitate, & neſciēs quid dicat, loquitur, ità Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 21. num. 2. modò ſi viueret pater, vtiq; filiam extrà hanc Ciuitatem educari non fineret, ergò nec Superior id permittere debet, eo magis & ſecundò in Ciuitate non perfecti, ſed periculoſi aeris, vt dixi, & ſi minori iura concedunt reſtitutionem in integrum aduerſus alienationem rerum antiquatum, vel in bono aere exiſtentium, Rip. in tract. de peſt. vlt. par. col. 1. ex not. in l. ſi in emptorem, ff. de minor. prout refert de Franch. deciſ. 17. n. 9. ſi id pro bonis, quantò magis pro perſonis, vt in loco tuto, & perfecti aeris cuncta degant, cùm omnia bona ſint propter perſonas; nemo enim debet periculis ſe exponere, nam dicitur: Qui amat periculum, peribit in illo, ergo neq; pupillum, tenetur pro eo vtilia agere, & non periculoſa, & vt omnis ſuſpitio ceſſet, melius eſt ante tempus occurrere, quā poſt vulneratam cauſam remedium quærere, dixit tex. in l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſt. non eſt neceſſ. Franch. dec. 590. n. 4.

In ſumma preces Excellentiſſimo Proregi à matre porrectæ ſatis, ſuperq; ſunt rationabiles, & omni

iure admittēdę, prout ſupplicatur, & facta de prędictis relatione per circumſpectum Reg. D. Petrū Caſtellet coràm Excellentiſſ. Comite de Lemos Prorege in Reg. Collat. Conſil. ità fuit concluſum, iuxtà allegata in fauorem matris petentis, pupillā amoueri à dicta Ciuitate Capuæ, die .... Martij 1611. penès Alexium à mandatis Scribam.

Perutilis additio Authoris ad allegata in puncto prædicto.

ET ſi doctiſſimè fuerit in iure allegatum per benemeritum patruum, tamen ad corroborationem prædictorum cenſui, cauſam iuſtiſſimam allegatam eſſe conſiderandam, cùm ſalutis, & dignitatis ſit prius ratio habenda, l. ſed ſciendum, ff. ad Trebell. notat Foller. in pract. crim. in rubr. accuſentur cōtumaces, poſt n. 34. verſ. rurſus, propterea dùm humana corpora cōpoſita eſſe cernantur ex quatuor elementis .ſ. terra, aqua, aere, & igne, & ad vegetationem ipſorum quatuor humores illis conueniunt, videlicèt: ſanguis, cholera, phlegma, & melancolia, inquit tex. in c. in quadam, §. cùm autem, de celebr. miſſ. & ſubdit gloſ. in proem. Inſtit. §. igitur, verſ. elemēta, quòd terra eſt frigida, & ſicca, & huic conuenit natura melancoliæ; aqua frigida, & humida, & huic cōuenit phlegma, ignis calidus, & ſiccus, & ei conuenit calor; aer verò calidus, & humidus, & illi ſanguis inhæret, ex ijs demum cōpaginata ſunt corpora ſub tēperamento, quę in recto iudicio gubernantur ad conſeruationem ipſorum, & non tantum cibo nutriuntur, ſed potiſſimùm aere, & propterea attenta qualitate locorum ſuademur, ad regimen ſanitatis bonum aerē eligere, duabus ex cauſis. Primò, propter refrigerationem cordis. Secundò, propter eapulſionem fumoſarum ſuperfluitatum tribulātium ſpiritum, & calorem innatum, inquit Arnal. de Villanoua in Comment. regim. Salet. fol. 150. & non abre Schola Salernitana ad Regem Angliæ reſcribens dixerat in eius libello quòad aeris electionem, explicando qualitates ipſius in illis verſibus:

Aer ſit mundus, habitabilis, & luminoſus,
Nec ſit infectus, nec olens fœtore cloacæ, &c.

quos citat Affl. in rubr. Conſt. de conſeru. aeris, in quorū explicatione adnotat ibidem, quatuor eſſe notanda. Primò, quòd homo debet eligere aerem mundum, ideſt non infectum vaporibus, quia aer immundus alterat cor ſecundùm complexionem illius, quod ſibi commiſcetur. Secūdò, quòd ſit luminoſus, aer enim turbidus inducit in corpore triſtitiam, & pigritiam, quia aer turbans commiſcet humores, & turbidus ad cor peruenit, quarè ex ipſo humores groſſi, & turbidi generantur, ſpiritus, & animā contriſtātes, & pigritiam inducētes; Tertiò, euitandus eſt aer, vbi ſtrages fiunt, & infecti exiſtunt, & vbi morticinia, fętores, & cętera infecta permanent; aer enim bonus non ſolùm cōfert corpori, ſed etiam menti, Affl. in Conſt. Salubritatē, poſtquàm aer lucidus, & ſubtilis, & purus ſpiritum, & ſanguinem clarificat, ſubtilitat, & depurat, proindè cor lætificat, mentem ſerenat, & digeſtionem in omnibus membris feſtinat; tenebroſus autem, & groſſus, & turbidus è contrario cor confuſcat, mentem conturbat, corpus grauat, digeſtionem retardat, & impedit, prohibēs ſubtilitates ſaltē fumoſas, & vaporoſas citò reſoluit de corpore, vt tradit idem Arna. in ſpec. introdu. medicin. c. 13. col. 2. verſ. nam lucidus, & ſubtilis, quare cùm hæc puella ſit in hac præclariſſima Ciuitate Neap. orta, & educata, nunc verò ducta in Capuanam Ciuitatem, ob diſformitatem aeris facillimè periclitari poterit; aerē enim ipſius Ciuitatis Neap. ſi rectè intueamur, communitèr temperatum ex omni parte cernimus, poſtquàm ipſa Ciuitas eſt iuxtà litus maris fundata, hoc eſt Mediterranei in quadrageſimo primo gradu Poli Arctici, in planicie, circūuoluta amęniſſimis vallibus, iuxtà decliuium delectoſiſſimi Mōtis S. Martini eſt, quibus omnibus reſultat temperamētum optimum; Quis enim dubitat de aere maritimo, eſſe optimum, & in ſui natura temperatum? non enim immutatur ex eius cauſa aer, vt dicit Arnal. vbi ſupra alleg. col. 3. vbi aer immutatur ab ijs, quę cōtinētur in terra, quā in aquis, ſed rarius, quę .n. cōtinentur in aquis impetuosè fluētibus, vel in mare ſenſibilitèr immutant, &c. Accedit etiam & planicies terræ, & ad hoc idem Arnal. loco alleg. col. 3. verſ. terrarū ſitus ait, quòd libera planicies eſt, quæ adeò detecta eſt vndiquè, quod Montes eam obumbrare non poſſunt, & propterea liberè flatibus euentatur, & ab Oriente Sole vſq; ad occaſum liberè recipit beneficiū Solis, in quo mediocris eſt aer in omnibus diſpoſitionibus ſuis, & demùm dùm in decliuio Montis exiſtit, aſpectum habentis ad Orientem, & à tergo ad Occidētem, & circa hoc annuit idē Arnal. loc. cit. quòd aer in decliuio Montis mediocris eſt, & mediocritèr purus, niſi per accidens conturbetur, veluti cū ex vicinis paludibus vapor illuc aſcēdens, ibidē reflectitur, propter ſupereminentem verticem Mōtis, propter quod excellentèr cogitur ingroſſari, ſed interdùm ibi calidior, interdùm frigidior eſt, quā in vertice, interdùm mediocre, nam ſi decliuium opponatur Septentrioni, frigidior eſt, cùm vertice obumbratur, ſi verò Meridiei calidior eſt, cùm Septentrionis flatu tegatur, & ibidem Meridionales radij reflectantur; ſi verò opponatur Orienti, vel Occidenti, mediocritèr erit calidus, vel frigidus; ſi verò cernimus aerem Capuanum, iam ſatis notum eſt, dū in libera planitie exiſtat à Mōtibus, ac mari diſtans Ciuitas ipſa, propter quod redditur, eſſe aerem calidū, aerem calidum, inquit idē Arnal. de regim. ſanit. c. 2. eſſe naturæ huiuſmodi, quia diſſoluit virtutes corporis, & laxat, ſed calidus temperatè trahit ſanguinē ad exterius, & calorem corporis rubificat, ſi autem ſit multum calidus, citrinat, facitquè multum ſudare, diminuit vrinam, digeſtionem debilitat, aer verò frigidus ventrem ſtringit, digeſtionem fortificat, vrinam multiplicat, ſudorem diminuit, & egonem; aer humidus lenit, & humectat corpus, ſiccus verò diſſiccat cutē, & denigrat; accedit inſupèr, quòd in dicta Ciuitate fluit notum flumen Vulturni ſatis aqua plenum, quod malum aerem producit. nam, vt ait idem Arnal. in d. Specul. introduct. medicin. c. 13. col. 4. quæ verò ab aqua reſoluūtur, infrigidant, & humectant, & ſi denſi fuerint, ſicut in nebula, eum ingroſſant, & reddunt caliginoſum, & hęc impuritas, & groſſities ingenium hebetat, apprehenſionem obtundit, iudicium obſcurat, cogi-

rationes infatuat, & obliquat affectiones; idem de regimin.ſanit.ad Reg. Ang.c.1.& hoc potiſſimùm in æſtate, quo tempore, vt ipſemet Arnald. ibid.ſubdit, eſſe quærendum aerem purum ex circumſtantijs habitationis declinantem ad frigiditatem,& è contra in hyeme, vbi autem purus aer eſt, ibi ver,& autumnus exiſtunt in quantitatibus temperati, & ſubdit Arnald. d. c.13. col.3. quòd aer mutatur ab elementis, & præſertim ab aqua, aquæ verò per ſe vicinum aerem infrigidant, & humectant, & plus dulces, quàm ſalſæ, ſed ex refulgentia radiorum cadentium ſuper eas, & lumiñoſitatem in aere duplicant, & calorem, vndè quotieſcunq; inter Solem, præcipuè meridianum, & habitationem, mare, vel magnæ aquæ ſunt mediæ, ſemper eſt habitatio magis calida, & aer lucidior, & ſimilitèr terra ipſa ſi fuerit pinguis, & lutoſa, humidum reddit, & eum ingroſſat; quarè ſtante hac aeris notiſſima differentia ad euitandum periculum expedit, puellam traduci, & in ſuam patriam reduci, vbi temperatè viuitur; nam, vt ait idem Arnald. dicto fol. 150. aer dùm eſt temperatus,& clarus, neq; in ſubſtantia extranea complexioni ſpiritus contraria ei admiſcet; ſanitatem efficiens, ipſum conſeruans, & cùm mutatur, contrarium ſuæ operationis operatur, & ità periculum euidentiſſimè detegitur, nec me piget adducere, quæ vniuerſa Medicorum Schola ſenſerit de regimine vitæ in cibo, teſte Galen.lib.3. de temperamentis, allegato per Tiraquel.de leg. connub.leg.5. ſub nu.23. omne, ait, animal conueniente ſibi alimento nutritur, conueniens autem cuiq; alimentum eſt quicquid aſſimilari corpori, quod nutritur, & proindè, vt ipſe ait, corpora calidiora calidioribus indigent alimentis, frigidiora frigidioribus, ſicciora ſiccioribus, & humidiora humidioribus, & paulò inferius idem Tiraq. allegat Iſaac Medicum in lib.diet.vniuerſ.dicentem, temperatis complexionibus cibaria temperata dari neceſſe eſt, vndè ſi hoc in cibis obſeruare adſtringimur ad euitandas infirmitates, quantò magis in habitationibus obſeruandum erit, cùm ex bono aere paritèr nutrimur, hæc inſuper cauſa mutationis aeris ob periculum perſonarum à iure nunquàm fuit improbata, adeò quòd ſi quis fuerit citatus in aliquo loco non tuto, comparere non tenetur, latè Muſcat.in praxi S.C. lib.1. gloſ. Iuramenta, nu.102. & Follet.in dicta pract.crim. rubr.accuſentur contumaciæ, poſt num.34. ſubdens, quòd Aprutini non tenentur comparere in M.C.V. citati à 15. menſis Iulij vſque ad menſem Septembris, ob maximum periculum perſonarũ propter aeris mutationem, de quo extat Regia Pragmatica, immò etiam de iure id procedit communitèr, vt in menſe Auguſto excedatur à iudicio propter calores, vt per D.Franciſc.Marcum deciſ. 807. nu.4.tom.2. & latiùs Alber. Oliua in ritu 1. Cur.Archiep.Neap.ſub nu.17. plura iura concordantia de hoc vtriuſquè iuris; & allegat Socin.in tract.de citat.art.18.q.5. dicentem, quòd Gregorius Papa XII. ſe excuſauit, quia non venerat ad Concilium Piſanum, timebat enim grauitatem Cęli Piſani, Affl.deciſ.189.nu.27. vbi etiam dixit, quòd intemperies aeris excuſat à reſidentia, & ſubdit Sfortia Odd. in tract.de reſtit.in integr.q.7. art.9. nu.99. quòd abſens excuſatur ſoluere promiſſa in locum deſtinatum ob periculum aeris, præſertim ſi complexio eius eſſet facilis ad contagiones recipiendas, ſed quid plura, puto namquè, concluſionem ipſam authoritate, & diſpoſitione vtriuſq; iuris corroborare, primò enim adducitur text. in canon. quorundam 74. diſt. vbi ſummatur, quòd à loco, quo quiſq; ordinatus eſt, inuitus teneri non debet, & ponderanda ſunt verba illius tex. ibi, ità nimia triſtitia à loci qualitate vehementèr afflictum, vt vitam ſibi pęnam exiſtimet, & contritionis ſuæ fugæ quærat auxilium, ſed melius in iure ciuili comprobari cerneo ex diſpoſitione l.1. C.vbi petant. tut.vel curat. concluditur in eo tex. quòd ibi tutor, vel curator peti debet, vbi pupillus originem trahit, vèl maiorem partem facultatum habet, & domicilium, & ob id ponderentur verba illius text. quæ, ni fallor, ad rem pertinent, ibi, quòd ſi filij tui neq; poſsident quicquam in Prouincia, vbi morantur, neq; indè originem ducunt reſtituti apud patriam ſuam, & vbi patrimonium habent, morabuntur, & ibi defenſores legitimos ſortientur, ſi enim hoc præcipuum obſeruandum erit in electione tutorum pro conſeruatione rerum pupillarum, quantò magis ſeruari debet pro conſeruatione perſonæ pupilli, vt in propria patria morentur, cùm perſona rebus ſit præferenda, l. ſancimus, C. de ſacroſanct. Eccleſ. aer enim natiuus dicitur pater, vel mater ſecundùm Medicos, alienus aer dicitur quaſi Vitricus, ſeù Nouerca, & ità ſe habet, vndè nouerca dicitur nocens arcus, Bertrand.conſ.336. vol.1.& nouerca ſæuit in priuignos, gloſ.in clem. paſtoralis, de ſent.& re ind. verſ. nouerca, iuxtà illud vulgatum, gaudet in afflictos ſæuire nouerca poteſtas, Anchar.q.1.n.14.p.2. vbi plura, ideò habitatio cum priuignis mala redditur, vt latè per Borgn.Caualc. tract.de vſufruct.mul.relict.n.138. in med. conferunt dicta per Cæpoll. in tract. de ſeruit.ruſt.præd.c.43.n.4. vbi ad propoſitum allegat tex.in l.1. §.ſed ſi rem, verſ.& aliàs videamus; ibi, uel opportunitatem Cęli, uel illic educatus ſit, uel parentes ſepulti, ff.ſi quid in fraud.patron. & iſtam deciſionem allegat Molfeſ. nunc uiſus in addit.ad eius Comment.Conſuet.Neap. p.5. q.7. n.8. *De hac eadem deciſione meminit Maſtrill.deciſ. Sicil. 235. aſſerens ita fuiſſe deciſum in conſimili caſu in illo Senatu, & pariter teſtificatur Donat. Ant. de Marin.quotid.reſolut.c.95.n.6. & indè fuit idem deciſum in cauſa Andreæ Macedonij tutoris Iuliæ Coppulæ cum D.Aloyſio Carafa educatore electo, qui illam in ſuam Terram Caſtri S.Laurentij tranſduxerat, referente Ill.D.Reg.Fuluio Conſtantio de anno 1616. penès Giſelmum à mandatis Scribam.* Io.Bapt. de Thoro V.I.D.

Pupillus exiſtens in poteſtate aui an gaudeat priuilegio l.unicæ, C.quando Imper. fuit deciſum, quòd non, Franch.deciſ.671. Ricc.in collect.deciſ.1. Viſcont. ad eundem Franch. deciſ.100. Paſchal. in tract.de uir.pat.pot.p.2.c.2.nu.92.in fin. Gratian. diſcept.forenſ.c.422.n.68.tom.5. *Reg.Rouit.deciſ. 49.n.1. Barbat.de diuiſ.fruct.p.1.c.12.n.61.*

Pupillus ſubintrãs in cauſa aliqua introducta an petendo audiri in terminis, in quibus reperitur, & primũ beneficium vnico cõtextu impedire poſsit cauſæ expeditionẽ; fuit deciſum, eſſe procedẽdum ad expeditionẽ cauſæ inter partes prædictas, ſal-

uis iuribus pupilli, Franch.dec.261.& alios cumulãt Annan.dieg.76. Fab.de Ann.conſ.97.n.11.& ſeq. Iul.Cæſ.Lubrian. in tract.de primo,& ſecundo beneficio, conſid.3.nu.6. & conſid.5.num.38, Io.Iacob.Laurent. in tract.de iudic. ſuſpect.c.16. n.131.

Pupillus proximus pubertati an poſsit petere, vt educeretur penès aliquem, ita vt Iudex aſſentire teneatur tali petitioni; fuit decitum in S.C.referente Reg.Conſil.Georgio, quòd ſic, Andr.Molf. in Conſuet.Neap.p.3.q.11.n.3.in addit.

Pupillus matrimonium contrahens, ſeù ſponſalia an poſsit citrà Iudicis decretũ bona ſua aliqua alienare ex cauſa iocalium, ſeù donatiuorum ſponſæ conſtituendorum, licèt affirmari videatur. Primò, ex eo, quòd tutor tenetur veſtes,& iocalia ſponſo pupilli mittere,& ſi non fuiſſent relicta à teſtatore, Theſaur.deciſ.Pedemont.192.n.9.ſimilitèr & munera nuptialia, Borgn.Caualc.in tract.de tuto. & curat.n.275. multò fortius & pro pupilli ſponſa, ſed hoc benè procederet reſpectu perſonæ tutoris, cui de iure permiſſum eſſe videtur conſimilia facere, ſicuti tutrix mittendo munera conſueta per patrem pupilli excuſatur, Præſes de Franch. dec.178.n.8. ita ex cauſa allegata, cùm ſit conſuetum ſponſis talia munera tranſmittere, vt colligitur ex Conſuet.Mulier de dotibus, vbi Napodan. nu.57. ſuper verb. donatiuo, quod non eſt permiſſum pupillo, eo quòd ipſa iocalia donata præſumuntur, latè Camp. qui plures citat in c. Mulier dotarium, n.91.& ſequitur Theſaur.dec.195.n.7. qui concordando opiniones concludit, niſi eſſent magni valoris, & minor abſquè decreto Iudicis donare non poteſt, Morot.in reſponſ.87.n.9. meritò Secundò dicebatur, bona minoris capientis vxorem obligantur ſine ſolemnitate interuenientе tutoris, atq; decreto Iudicis, Rom.in conſ.394. n.5.in contrarium autem multi Doctores fuerunt opinionis, vt bona minoris alienari nequeant pro dotis conſtitutione, quia requiritur cauſæ cognitio, latiùs Rolan.à Vall.in tract.de lucr.dot.q.45. nu.2. nec conſtituere poſsit donationem propter nuptias abſq; decreto, Ioſeph Ludou.dec.Peruſ. 75.n.2.& nõ tantùm donationes propter nuptias, ſed nec arrhas dari ſine decreto, Roderic.Suarez in leg.fori, tit.de las arras, n.61.cum ſeq.quem ſequitur Gutierrez tract.de tutel.p.2.c.5.nu.51.& ſeq.& proindè pro concordia opinionum aduertendum eſt ad cauſam ipſam, quam multi dixerũt eſſe neceſſariam, & propterea alienari poſſe ſine decreto, alij verò voluntariam,& ſic cum decreto, de quo per Roland.loc.cit.quorum ſalua pace, dicerem, omnes contractus ab initio eſſe voluntarios, ex poſt facto tamen neceſſarios, l.ſicut, C.de action. & oblig. Si enim cauſa primæua attendatur,& non eſt dubium, quin ſit voluntaria contrahendi matrimonium, vel non contrahendi, vel in vno loco, vel in alio, vel cum vna perſona, vel cum alia, vel in vno tempore, vel ætate, vel in alio, & tunc pro effectuali matrimonio, vt poſſint bona alienari pro cauſa elargitionis iocalium, & donatiui exquiruntur authoritas tutoris, ac Iudicis decretũ,& ſic annis elapſis deciſum fuit per M.C.V. in cauſa D. Alphonſi Baſurti minoris, inſtante D.Vincentia de Silua eius tutrice, vt ei liceret diſponere pro ſumma duc. 3000. pro donatiuis, ac alijs feſtiuitatibus ſponſæ faciendis, penès Horatiũ Ruſſum Act.Mag.dictæ M.C.& ſic iuxta conditionem pupilli, ac bonorum quantitatem competentem ſummam M.C.taxauit; Cæterùm quando eſſet contractum matrimonium, ità quòd amplius ſeparari non poteſt, quia multa iam facta tenent,&c. l.patre furioſi, ff.de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, tunc ſubſequeretur cauſa neceſſaria, & pro cauſa allegata cenſerentur bona obligata, vt in auth.res, quæ, vbi Doct.C.commun.de leg.& ſucceſſiuè pro cauſa ipſa, vti æs alienum alienari poſſint bona ipſorum pupillorum, l.ob æs, C.de præd. min. ſed alia incidit altercatio conſimilis in eadem M.C. determinanda, ſi bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſint pro cauſa memorata; nam inſtitutus contrahere intendebat matrimonium, vt indè ſobolem procrearet, & ſucceſſiuè ſubſtituti excluderentur ab hæreditate, inſtitit in M.C. pro aliqua pecuniarum quantitate pro donatiuorum, iocalium,& feſtiuitatis nuptiarum celebrationis cauſa,& dum ad relationem meritiſſimi Iudicis Andreæ de Ianuario patritij Neap.deciſum fuiſſet per M.C. vt intimarentur ſubſtituti intereſſe prætendentes, ad finem prouidendi, interpoſita appellatione ad S.C. præuio reſcripto Præſidis verbi faciendi, factaq; relatione per eũdem Iudicem in aula Conſiliarij Cæſaris Frecciæ die 19.Decembris 1619. fuit per S.C.eadem cauſa remiſſa eidem M.C. annuendo eius prouiſioni factæ in cauſa Io.Matthei Starace filij Iulij Starace inſtituti à quondam Stephano Starace, penès Vulturalem Act.Mag. M.C. adhùc pẽdet deciſio quæſtionis,& arbitror, in eius fauorem fore decidendum, cùm in ſpecie hunc articulum pro abſoluto determinet ex mente plurimorum Doctor. præſertim Anton.Gabr.conſ.152.lib.2. Peregr.in tract.de fideicom.art.42.n.80. licèt autem aliquatenus dubitari videatur, ſi fideicommiſſum factũ eſſet à patre, vel ab auo, & filius, vel nepos vellet ſponſalia contrahere, tunc procederent concluſa per DD. vbi ſuprà, non autẽ in extraneo inſtituente alium extraneum,& extraneos ſubſtituendo alitèr tamen dicendum eſſe arbitror, vt in caſu allegato, dùm patruus ſuum nepotem ex fratre filiũ inſtituiſſet, cui ſubſtituerat nonnulla Monaſteria caſu, quo filios non procreaſſet ex legitimo matrimonio, quanquàm DD. ſimpliciter loquantur ſine diſtinctione: hoc enim eſſet ſatis abſurdum, dùm enim teſtator vult matrimonium contrahere condecens, præſupponit eius antecedens neceſſarium, iuxta vulgatam regulam, qui vult conſequens, videtur velle ſuum neceſſarium antecedẽs, Affl.dec.3.n.3.cui conceditur aliquid, videtur eſſe conceſſum omne id, per quod peruenitur ad illud, l.oratio, ff.de ſponſal. ſicut exemplificando dixit Caran. in rit.295.n.28. iuriſdictione conceſſa omnia ea, ſine quibus explicari non poteſt, conceſſa intelliguntur, quemadmodùm in ſimili dictum eſt in prohibitione facta à teſtatore alienationis eius bonorum, vt non militet in donatione facta propter nuptias debita per filios inſtitutos, vel alios matrimonia contrahentes, dùm vult matrimonia contrahi per inſtitutos, vt ſuprà dictum eſt in verb. dotis reſtitutio; hæc deciſio facienda per M.C. refertur in verbo Veſtes. Ioann. Bapt.de Thoro I.C. Neap.

Qua-

Digitized by Google

Q

QVadrienniũ, quod datur minori ad petendum reſtitutionem in integrum quãdo eſſet læſus, quando currat feudatario, qui elapſo anno 14. dicitur perfectæ ætatis, fuit deciſum in caſu, qui vertebatur, vt Baroni læſo infra tempus minoris ætatis, & eo elapſo concedatur quadriennium, Franch.dec.650. Paſchal.de vir.pat.pot.p.2.c.1.n.106.& 107.

Qualitas adiecta in ſupplicatione, vel petitione fundans iuriſdictionẽ Iudicis, ſi fuerit ex aduerſo negata, an debeat dari terminus ad docendum; fuit deciſum, quòd detur terminus ad probandum incumbentia, cum declaratione, quòd ſi non conſtabit facta publicatione in cauſa de qualitate contenta in libello, quæ fundabat iuriſdictionem Iudicis remittatur cauſa ad Iudicem competentem, ſi verò conſtabit de qualitate, tunc procederetur ad vlteriora in cauſa, Affl.dec.297. Alber.Oliua in Ritu Cur.Archiep.Neap.9. Boctis in addit. ad Bart. l.ex quacunq; ff. ſi quis in ius voca. non ier. verſ.ſi aliqua cauſa, Borgn.Caualc.dec.Fiuizan.3. p.1.nu.13.Carau.in tit.233.nu.5.Muſcat.in prax. S.C.lib.1.p.2.glo.competentes,nu.80.Marc.Ant. Amar.deciſ.Ancon.5. Ameſc.in tract.de poteſt.in ſeipſum,lib.1.c.19.n.8.

Quantitas certæ pecuniæ ſi ſit exacta per vnum ex Correis credendi de cõmuni debito, an alter Correus debeat in ea quantitate exacta habere medietatem, fuit deciſum, quòd ſic, tantò magis ſi in inſtrumento fuerit facta promiſſio tertiarum ſoluendarum pro rata, Franch.dec.635.

Quantitas diuerſa pecuniæ in teſtamento, & codicillis vtraq; debetur, dummodò ſi ſub eadem cauſa non fuerit legata, & ità fuiſſe deciſum in S.C. teſtatur Vrſill.dec.198.n.3.

Quarta cõſtituta mulieri quomodò ab ea lucretur, quando decedit cum filijs vtriuſquè matrimonij, vel vnius, & quãdo ſine liberis in Ciuitate Neap, Franch.in deciſ.621. concludit, in hoc particulari concordari ius commune cum iure conſuetudinario Neap. vt lucretur quartam vxor quòad proprietatem, filijs ceſſantibus; ipſis verò exiſtẽtibus quòad vſumfructum tãtùm, & præſtabitur cautio de reſtituendo, & idẽ erit ceſſantibus, vel exiſtentibus filijs diuerſi matrimonij, vt lucretur etiam quòad proprietatem ceſſante filio, vndè quarta obuenit, aliàs ſecus, ſubdens nu.5. quòd exiſtentibus liberis vtriuſq; matrimonij, & mortuo viro vxor eſſet vſufructuaria tantùm, & eo caſu defunctis filijs ex ſecundo matrimonio ſuperſtitibus liberis ex primo vxor lucrabitur quartam, etiam quòad proprietatem, & ità inquit fuiſſe arbitratũ, Molfeſ.in Comment.ad Conſuet.Neap.par.1.c.3. n.18.& p.7.q.11.

Quarta bonorum debita vxori per hæredes viri, quando vxor eſſet pauper, an attenta dote modica ducatorum octingentorum, inſpectis perſonarum qualitatibus debeatur tali vxori; fuit deciſũ, quòd non, nam S.C. non habuit dotem ipſam pro modica, Franch.dec.410. Riec.in collect.deciſ.4. videnda eſt dec.40.Lipſienſ. authore Iacob. Thoming. Marta vot.22. nu.14. *Paul.Duran.dec.Rom. 42.tom.1.n.2.& 10.*

Quarta bonorum viri diuitis debetur vxori inopi, & ita fuit pluriès iudicatum, Franch.dec.318.

Quarta Epiſcopalis an debeatur Epiſcopo de legatis factis Eccleſiæ ad perpetuas Miſſas celebrandas, exiſtente differentia inter quartam Epiſcopalem, & Parochialem .ſ. vt nõ debeatur talis quarta Epiſcopalis de ijs, quæ ad perpetuum cultum diuinum relinquuntur, ſed benè quarta Parochialis: Item hæc quarta Epiſcopalis non poteſt peti ab hærede, ſed ab Eccleſia legataria ratione communionis, quam habet cum Epiſcopo, qui cõmunicat ſibi legatum, quartam verò Parochialem ab ipſo hærede Curatus percipiet; quarè concluditur, quartam ipſam Epiſcopalem non deberi, ſed quia in occurrenti caſu in illa Ciuitate non aderant Parochiæ, niſi vna, quæ erat Metropolis, ideò quarta prædicta debetur tanquàm Parochialis, nõ Epiſcopalis, Capyc.dec.23. Pellic.in Cõſuet. Auerſæ c.3.nu.523. Molfeſ. in Comment.ad Conſuet. Neap.p.6.q.1.n.5. Ricc.in prax.variar.reſolut.in reſol.209.

Quarta an debeat detrahi de legato vitæ, & militiæ; fuit iudicatum, quòd legata militia debeatur integra æſtimatio abſq; detractione, Franc.de Amicis in cap.1.de his, qui feud.dar.poſſ. §. & veniendo ad primam, num.12.col.8. verſ.& ex hoc aliàs, fol.174.

Quarta conſtituta per filiumfamilias etiam de conſenſu patris, eo mortuo nõ debetur, niſi poſt mortem patris de illa quãtitate, quam filius habiturus foret ab inteſtato, ità Barthol.de Capua in l. cùm te, C.de don.ante nupt.& ità fuit iudicatũ in S.C. anno 1577. in fauorem Donati Beluedere contra Portiam, & Beatricẽ de Henricis, vt refert Franc. Viui.dec.258.n.4.

Quarta, ſiuè antephatum, vel donatio propter nuptias an debeatur vxori, indè vidua ob mortem viri effecta ſolui promiſſa ex pluribus cauſis ex dote à patre ſponſæ genero promiſſa, licèt non ſoluta, ſed oblata, pęnès Bancherios exiſtẽte ex defectu diſcordiarum ſponſi, & eius patris habitarũ, quãquàm dies ſolutionis primæ paghæ adhùc nõ ceſſerat antè mortem ſponſi, & pro exactione dotis prædictæ deſtinatus procurator, & demùm ex cõfeſſione viri, eam recepiſſe, & ſucceſſiuè quatenus deberetur, an compenſari debeat cũ alijs bonis donatis, & tranſmiſſis per ſponſum, & eius cõſanguineos: In facto apparebat, Ill. D. Ferdinandũ Gonſagam nuptui tradidiſſe eius filiam D. Hippolytam Fabritio Columnæ, cuius contemplatione promiſerat pro dotibus ducatos quinquaginta millia, quos in Banco Rauaſcheriorum habebat, ſoluẽdos infrà certum tempus, & verſa vice promiſſa quartaria, ſiuè donatione propter nuptias ex pluribus cauſis, indè ſoluto matrimonio per mortem dicti viri dùm prætenderetur quartaria per dictam coniugem, & pro parte hæredis dicti viri replicatum, non deberi, cùm dos tantùm promiſſa fuiſſet, non tamen cum effectu ſoluta, & paritèr per viam reconuentionis condemnari dictam vxorem ad reſtituendum tot bona mobilia tradita per dictum virum, & per conſanguineos, quorum pretium excedebat antephatum prædi-

ctum

Digitized by Google

ctum licèt pro parte dictæ vxoris replicatum, omninò ſibi quartam deberi ex infraſcriptis. Primò, quia promiſſa fuerat ex pluribus cauſis. Secundò, quia dies ſolutionis primæ paghæ nondùm ceſſerat ante mortem viri. Tertiò, quia pro exactione dotis deſtinatus fuerat procurator ad exigẽdum. Quartò, quia dos non ab ipſa vxore promiſſa fuerat, ſed ab eo patre, & ita nil ſibi opitulabatur. Quintò, ex eo, quòd pecunia erat in Banco depoſita, & ſolui oblata impedita ex defectu ſpõſi, eiuſq; patris diſcordiæ. Sextò, quia prima paga dotis erat præfixo tempore certo promiſſa, & pro teſtanti ſumma tot ſtabilia cõſignari promiſſa, in quibus nulla altercatio verſabatur. Et vltimò, per confeſſionem factam à dicto viro de receptione dotis prædictæ, omninò quartam deberi, nec teneri ad reſtitutionem bonorum ſibi donatorum à ſponſo, & conſanguineis ſponſi iàm lucrifactorum, & proindè nec ad illorum compẽſationem licèt pro contraria parte in iure allegaſſet Conſil. Georg. in alleg. 41. Pro hærede autem hærẽdis viri .ſ. Marco Antonio Columna Magno huius Regni Comeſtabile hæc ſuccinctè allegata fuerunt per illum Eruditum eius Aduocatum, recolendæ memoriæ Fabium de Falco meum patruum, videlicèt: Spiritus Sancti gratia illuminet ſenſus, & corda noſtra. In hac vetuſtiſſima lite ab Ill. D. Ferdinando, & D. Hippolyta Gonſagha in anno 1559. inchoata, & poſteà derelicta; nunc autem ab Illuſtriſſ. Principiſſa S. Seuerij vti D. Hippolitæ filia poſt lapſum annorum 52. excitata aduerſus Illuſtriſſ. huius Regni Magnum Comeſtabilem D. Marcum Antonium Columnam pupillum ventilatur quæſtio petiti dotarij duc. 16. mil. cum intereſſe decurſo eidem D. Hippolytæ per obitum viri, vt figuratur, acquiſiti, cui nullo pacto, & conſequentèr nec Principiſſæ filiæ illud deberi pluribus rationibus, atq; argumentis clariſſimè oſtendam. Et potiſſimè, quia dos promiſſa duc. 50. mil. nunquàm Illuſtriſſimis Fabritio Columnæ viro, aut Aſcanio patri ſoluta fuit, & idcircò dotarium, ſiuè quarta nullo iure debetur, dos enim data tantùm donationem propter nuptias meretur, iuxtà tex. in auth. dos data, C. de don. ante nupt. & in §. hoc igitur, in auth. de æqual. dot. & in §. illud quoq; in auth. de non eligen. ſecund. nuben. & in l. ex matre, C. de pact. dotal. cum ſimil. & ob id Napod. in Conſuet. Quartam autem, in verb. conſtituta, nu. 16. in rubr. de iure quartæ, pulchrè tradit, quòd mulier iniuſtè facit non data dote donationem propter nuptias expoſcere, vndè explorati iuris eſt, eatènus antephatum cõpetere, quatènus dos fuerit exoluta, ità communitèr aſſerunt DD. maximæ authoritatis in Cap. Regni incip. Mulier dotarium, vbi præ cæteris Barth. de Cap. Sebaſt. nu. 6. & ſeq. Luc. de Penn. in l. 1. C. quand. & quib. quar. pars deb. lib. 10. vltrà Iſern. alios affert Io. Ant. de Nigr. in d. cap. Mulier, n. 86. Guid. Pap. dec. 430. nec differentia, vt ſequitur allegata per partem inter donationem propter nuptias, antephatum, ſeù dotarium eſt alicuius momenti, ſiquidèm omnia iſta, videlicet terriaria, dotarium, & donatio propter nuptias ex vi pactorum adæquatorum, & pro eodem indiſtinctè ponuntur, etiam ab eod. Napod. in citato cap. Mulier, num. 7. quanquàm in rubr. de iure quartæ alitèr diſtinxerat, & proindè in addit. ad Bar. Io. Pet. Mangrell. in rubr. C. de don. antè nupt. nouiſſimè tracat, in Regno iſto donationẽ propter nuptias eſſe antephatũ, & hoc etiam ſentit Io. Tho. Nancler. in add. rubr. Conſuet. de iure quartæ, in ver. in glo. 1. in fin. in nouiſſima impreſſ. qua de re omnia, quæ de donatione propter nuptias circa acquiſitionem diſponuntur, rectè militant etiam in dotario, & quarta, & ita Sapientes huius Regni communitèr interpretati ſunt, prout teſtatur Affl. in dec. 286. vbi concludit, dotarium, ſiuè antephatum, ſeù tertiariam, & ſic omnia complectens eatènus deberi, quatènus dos fuerit realitèr ſoluta, & quòd pro rata dotis ſolutę tantum lucretur antephatum, eandem amplectitur ſentẽtiam doctiſſimus olim Conſil. Iacob. Anell. de Bott. in præfata Conſuet. Quartam, in Apoſtil. incip. Si quarta eſt promiſſa, carta mihi 253. quanquàm Cap. Regni Mulier ex aduerſo ponderatum fuerit vnanimitèr intellectum, vt dotarium data, vel non data dote debeatur, quando tamen dos non fuit promiſſa, ſed vbi dos promittitur, & de ea nil datur, nil lucrifacit mulier de dotario, ſeù tertiaria, vel donatione propter nuptias, hęc ſunt formalia verba Affl. in d. deciſ. 28. num. 3. in fin. & num. 5. in fin. concludit, per omnes Conſiliarios ità fuiſſe votatum: Nec obſtat, quòd Iſern. in Conſt. Licentiam, & in c. 1. qual. olim alien. pot. feud. oppoſitũ annuere videatur, quoniam omnes alij grauiſſimi Doctores concordant cum deciſione S.C. immò ipſemet Iſern. hanc eandem tenuit opinionem in tit. de nat. ſucceſſ. feud. in c. 1. & addit num. 23. ibi item infeudatus, vt Napod. aduertit in d. c. Mulier, n. 8. vt promiſſa dote, & non ſoluta antephatum non debeatur, adde etiam Capyc. in inueſt. feud. in rubr. feud. pro dotar. fol. 182. verſ. ſi verò dos, vbi firmat, quòd tunc mulier lucratur dotariũ dote non ſoluta, quando nõ fuit dos promiſſa, ſed ſi fuit promiſſa, pro rata ſolutæ dotis debetur, & ꝙ ſic debet intelligi cap. Regni, & quòd glo. dicti Barthol. de Capua dat iſtum intellectum, & quòd ſic in conflictu Sapientum fuit iudicatum, & hoc nõ eſt violare literam tex. d. cap. Mulier, vt inquit pars, ſed rationabilitèr declarare per glo. in l. lege Leonis, C. de pact. conu. per quam legem veterẽ hoc nouum Regni capitulũ declaratur, iuxtà tex. in l. ſed & poſteriores, ff. de leg. cùmq; in cap. nil exprimatur de promiſſione dotis, ſitq; caſus omiſſus, remanet idcircò in diſpoſitione iuris communis Romani, vulgatis iuribus, eò magis, quia partes contraxerunt ſecundùm morem Magnatum Regni, qui nil aliud eſt, niſi ius commune, vt notat Ant. Capyc. in dec. 176. nu. 17. Minad. in Conſt. In aliquibus, Reg. de Pont. in conſ. 35. n. 6. vol. 1. Cæterùm de iure communi promiſſa, & non ſoluta dote non debetur donatio, vel antephatum, meritò non erit petendum, & poſt Affl. millies eodẽ modo in iſtis Supremis Tribunalibus fuit indiſtinctè obſeruatũ, & iudicatum, & nouiſſimè me patrocinante in cauſa Iſabellæ de Noia, referẽte Conſil. Fabio Riccardo integerrimo viro, vbi pro rata dotis ſolutæ fuit tãtùm tertiaria, & antephatum ſolutum, & non alitèr, & fuit articulus iſte pleniſſimè diſcuſſus, adeò quòd nullatènus erit permittendum, vt ab hac antiquiſſima iudicandi conſuetudine ità leuitèr recedatur, indubitati

iuris

Digitized by Google

iuris eſt,per binam indicaturam induci conſuetudinem iudicandi, ſecundùm quam tenetur poſteà Iudex iudicare, dato quòd contraria opinio eſſet de iure verior,prout nõ eſt in caſu, de quo agitur, ità probant Doctores,& præſertim Dec.in cap. at ſi clerici 15.col. verſ.& iſta communis, extrà de Iudic.Cannet.in extrauag.volentes, in cap. incip. quibus explicatis,n.25.& cap.ſequent.in fi. quos, & alios refert quoq; Præſes de Franch.deciſ.238. nu.3.minimè ergò ſunt mutanda,quę ſemper certam interpretationem habuerunt,l.minimè,ff.de leg.Præterea excluſio actricis redditur tutiſſima, etenim dotarij legitima conſtitutio in hoc caſu deficit,verùm promiſſio,& aſſecuratio ipſius tantùm affertur,ſeruata forma Capitulorum,alijſquè non purificatis nequaquàm antephatum cõſtitui permiſſum haberi poteſt pro conſtituto, quia repugnant omnes regulæ, & abſq; legitima conſtitutione denegatur actio pro antephato,& in hoc caſu locum ſibi non vendicat doctrina Napod.& aliorum,fortè ex aduerſo allegatorum,ſed in ſimplici, ac pura antephati promiſſione, tunc enim ad euitandum, vt ipſi aiunt, inutilem circuitum, promiſſum conſtitui habetur pro conſtituto, & nõ aliter,& ob id fundat Marin.Frecc.in Apoſtill. in Conſuet. Quartam, incip. vide Andr. quòd ſi maritus promiſit conſtituere quartam, & poſteà dotem recipit, quòd tunc habetur pro conſtituta. Aduerſus hæc omnia in iure,ac in facto veriſſima inſurgit aduerſaria,vt audiui,multipliciter arguẽdo.Et primò,dotarium ex pluribus cauſis promiſſum fuiſſe aſſerit, vnaq; ex eis ceſſante nõ ceſſare diſpoſitionem,Bald.in l.ſi non lex,ff.de hęred.inſt. cum vulg.prætendens ex hoc, etiam dote non ſoluta deberi antephatum,ex alijs cauſis promiſſũ, corruit ſiquidèm tale argumẽtum ex facto, in capitulis enim fuit contemplatione dotis promiſſũ dotariũ,& licèt ſit dictum ex alijs cauſis,hæc verba ſunt de ſtilo Notariorum,& nil operantur,Bar. in l.1.§.9. ff.de iure codicill. clauſulæ enim ſolitæ nil inducunt,Felin.in cap.licèt,col.3.de offic.ord. & rei veritate cauſa à contrahentibus cõtemplata principaliter fuit illa,quam expreſsè declarauerunt,nempè contemplatione matrimonij,& dotis copulatiuè,& non ceſpitatur,quin in donatione attendatur principalis intentio donantis,l.& generaliter,ff.de donat. Ioſeph Ludouic.dec.Peruſ. 29.n.21.& Piſanell.in Apoſtill.ibidem incip.Nota ex iſta glo.nu.253,nil firmat in contrarium,ſed reliquit cogitandum, & communis eſt DD. ſententia,tertiariam contemplatione matrimonij,& dotis conſtitutam non deberi,niſi pro rata dotis ſolutæ tantùm,prout authoritate Iſern.Barthol.de Capua,Matth.de Afflict.Thom.Gramm.Guid.& aliorum latiſſimè fundat Io. Anton. de Nigris in præalleg.cap.Mulier,n.86. Nec dicatur,antephatum lucrari propter amiſſam virginitatem, tùm quia ex facto aliter habetur, quandoquidèm D. Hippolyta à ſecundo viro fuit virgo reperta, cò quia matrimonium primum non fuit conſummatum,tùm etiam,quoniam conuentio aliter effecit, ex qua contractus legem accipit, l.1.§. ſi conueniat, ff.depoſ. fuit enim in capitulis promiſſa tertiaria contemplatione matrimonij,& dotis,vt ſuprà dixi, vtrumq; ergo copulatiuè requirebatur, l.ſi hæredi plures.ff.de condit. inſtit. Adeò quòd dote non ſoluta non lucratur, & ſi oſculum interueniſſet, vel carnis corruptio, adhùc requiritur conſignatio dotis; nàm ratione dotis ſolutæ interueniente oſculo conſequitur dotariũ pro medietate,ità Afflict.in d.Conſt.Regni Mulier, quæ dotarium,nu.3.& 10.in fin. Niger in d. c. Mulier, nu.73. & clariſſimè contrahentes hoc voluerunt, dùm in capitulis dixerunt,quòd habita prima pagha dotis duc.50.mil.& pro reliquis alijs duc.25. mil.cautela de mutuo,tunc cautelate de dotario, & alijs,ergo prædictis non impletis perperàm cõtenditur de antephato, quod inſuper non aliter fuit conſtitutum, & idcircò omni iure indebitum eſt,data itaq; & non conceſſa matrimonij cõſummatione per carnis copulam, non interueniente conſtitutione dotarij,illud nequaquàm debetur, vt in d.cap.Mulier habetur,& glo.magna in Conſtit.Regni Mulier,Sebaſt.in præalleg.Conſuetud. Quartam,in ver.conſtitutam,cum alijs à Nigro citatis in d.cap.Mulier,num.26.vbi formaliter concludit,hanc opinionẽ eſſe magis cõmunem,& approbatam de conſuetudine, & clariùs id explicat idem Io.Ant.Camp.ibid.nu.63. qui rogo legatur, namq; firmat, quòd diſſoluto matrimonio mulier non poteſt petere,vt ſibi cõſtituatur dotarium, & quòd ſibi imputet,vndè matrimonium pręſupponebatur ibi cõtractum per carnis copulam,& diſſolutum per mortem, & tamen quia non aderat conſtitutio antephati, concluditur, illud eſſe denegandum,nec obſtat deciſ.de Franch.503. quòd interueniente oſculo mulier lucretur medietatẽ antephati,quandoquidèm procederet, quãdo tamen vera eſſet deciſio in antephato iam conſtituto ſimpliciter, & præfata deciſio fundatur in authoritate Napod.qui in eadem Conſuet. in verb. conſtitutam expreſsè tenuit ex verbis text. opus eſſe cõſtitutione antephati, quæ ceſſat in hoc caſu.Rurſus & ſecundò arguit pars, quòd & ſi ſolutio dotis pro lucro antephati requireretur, dies tamen ſolutionis non ceſſit antè mortem viri, ex eo,quia conſignatio fuit promiſſa tempore traductionis vxoris in domum viri, quæ nunquàm fuit traducta, ſed à D.Ferdinando patre ſuis ſumptibus domi retenta, quod in caſu iſto ex deciſionibus ordinarijs Gramm. Boer. & aliorũ adhùc antephatum debetur. At facillimè argumentum ex lectura Capitulorum diluitur, in quibus promittũtur pro prima tãda duc.22.mil.& alij duc.3000. in tot mobilibus vnà cum D.Hippolita traducenda ad domum mariti,ergò ſecundùm ordinẽ ſcripturæ, qui ordo eſt attendendus, maximè cùm ſit ordo productionis, per ea, quæ notat Bart. in l.2. §.priùs,n.4.& 7.ff.de vulg.& pupill. ſubſtit. & idẽ Bart.& Bal.in proœm.Cod.in fin. vndè priùs prædictæ promiſſæ quãtitates ſolui debebant,factaq; ſolutione poſteà agi de traductione vxoris,cùmq; per promittentem non adimplere promiſſa in menſe Iulij 1549 ſeruata forma dictorum capitulorum ſteterit,meritò verè venit,& ceſſit dies ſolutionis, & promiſſor dotis ſẽper fuit in maxima mora conſtitutus, dies enim præfixa in contractu interpellabat, l. magnam, C.de contrah.& committ.ſtipul. quocirca nec verè, nec fictè dos fuit conſignata,tantò fortiùs quando Illuſtr.Fabritius Mediolani commorabatur, ſuis ſumptibus familiæ ipſæ neceſſaria ſubminiſtrabat, vt in facto

plenè

plenè notatur,& non,prout ex aduerſò figuratur: Minus & tertiò aduerſatur alia partis oppoſitio, quòd de anno 1551. fuit conuentum, quòd deſtinetur Procurator Hieronymus Frãcipane in mẽſe Ianuarij ad exigendum,& pignorandum feuda, nunquàm ad Ciuitatem Mediolani, vbi reſidebat promiſſor acceſſit, & vbi ratione contractus ſoluere tenebatur,l.hæres,ff.de iudic.cùm non ſit facta certi loci deſtinatio, attenditur locus contractus,per iura vulgaria:reſpondetur, capitula nequaquàm fuiſſe Mediolani confecta, nam loco,& die carent,& cùm tam vxor,quàm vir fuerint Nobiles huius Ciuitatis,vt eademmet aduerſaria fatetur in ſuis articulis,magis erit præſumẽdum,capitula fuiſſe in hac Ciuitate inita, & non Mediolani. Porrò ex æqualitate perſonarum præſumitur locus,vbi ſit facienda ſolutio,Bart.in l.ſed & ſi, §. libertis,n.3.ff.de iudic.& cùm capitula ſint ex aduerſo producta,ſemper recipiunt interpretationẽ contra producentem,cap.in præſentia, vbi glo.in ver.dubium, extra de prob. & idcircò procurator Mediolanum iter habere non cogebatur, ſed ad Ciuitatem Neap. tantò magis, quia dos fuit promiſſa dè moneta Regni Neap.vt ex dictis capitulis paret,& partes contrahere voluerunt ſecundũ Conſuetudinem Magnatum, & hoc aſſumptum redditur etiam indubitatum ex cõfeſſione partis, dùm aſſerit, pecuniam dotis fuiſſe in Bãco Rauaſcheriorum repoſitam, ergò ſecũdùm partem ſolutio in hac Vrbe,& non alibi erat facienda,& idcircò procurator ad exigendum miſſus ſe contulit ad hanc Ciuitatem, pluriès requirendo Agentes,& Procuratores Promiſſoris pro ſatisfactione dotis,quam nunquàm cõſequi potuit, eò quia pecunia Principis promiſſoris reperiebatur in cambijs,& recambijs collocata,vt in facti compendio adnotatur.Innotuit inſuper quarta oppoſitio partis,quæ paritèr minimè obſtat,dùm prætendit,tũc mulierem non lucrari antephatum,quando ipſa ſeipſam dotauerit,dotemq; promiſerit,& non ſoluerit, & non quando alius, ſiuè pater fuerit promiſſor,tunc enim mora promittẽtis mulieri obeſſe nequit,ſed potiùs maritus moram committere videtur in non exigendo dotem ſibi promiſſam, per ea,quæ Napodan.in d.cap. Mulier, & Niger, & alij,rogo,pro ſolutione aduertatur, quòd vbi pater eſt promiſſor dotis,filia non eſt audienda, dùm ait,cur à patre dotem non exegerit, ipſumq; non vrſerit, ſiquidèm mulieri maritum de hoc arguere non permittitur, ipſiq; improperare de dilatione,& gratia, quam vel patri dedit, vel fecit, ità Bald.in l.ſi extraneus, ff.de iur.dot. vbi Salyc. inquit,quòd filia talitèr loquens eſt potiùs reprehendenda,dùm ergò mulier ſeipſam dotat, & nõ ſolnit,nõ alitèr lucratur, vt omnes Scribentes cõmunitèr fatentur,ità quoq; quãdo pater dotat, & non ſoluit;pater enim,& filia vna eadem perſona cenſentur,l.fin.C.de impub. & alijs ſubſtit. cum ſimil. & quemadmodùm obiicere nequit marito, cur ab ipſa vxore dotem non exegit, ità ab eius patre,cui iure naturali ad exhibitionem reuerentiæ obnoxia eſt filia, hæc autem clara iuris diſpoſitio in omni caſu procedit, etiam ſi ſine incõmodo patris dos à marito exigi potuiſſet,& etiam, ꝙ plus eſt,quando pater tempore promiſſionis ſoluendo fuiſſet,& ex gratia,ſiuè dilatione tempore reſtitutionis dotium non ſoluendò reperitetur, ità Odofr.in d.l.ſi extraneus caſum figurat, Dyn. & Rayn.Cuman.& Alexand. in l.nupta, ff. ſolut. matr.Boer.deciſ.329.col.3.p.2.quicquid Caſtr. & ſequaces dixerint,cùm in beneficium patris ratiò debitæ reuerentiæ ſemper ineſt,prout hæc,& alia optimè refert, & ſequitur Præſes de Franch. in dec.224. & Niger in d.cap.Mulier, n.88.in addit. nouà hanc cõmunem, & æquam appellat opinionem, quòcirca cùm dos non fuerit a patre re vera exoluta,meritò antephatum a filia iuſtè prætendi non poteſt. Nec quintò aliqua vis eſt facienda, ꝙ Princeps promiſſor fuit ditiſſimus, & pecuniam in Banco Rauaſcheriorum paratam pluries obtulit,verùm ob diſcordias inter patrẽ, & filium ſpõſum ortas conſignationem dotis diſtulit, cùmquè per promittentem,& offerentem non ſteterit,dos pro conſignata haberi debeat, ex notatis in l. in iure ciuili,ff. de cond.& demonſt.cum ſimil.futilis ſiquidèm cernitur iſta cõſideratio,enimuerò omnes prætenſæ oblationes fuerunt verbales tantũ, abſq; aliqua obſignatione, & pecunia, & idcircò non obſtant,l.obſignatione,C.de ſolut.vbi enim opus eſt facto,verba non ſufficiunt,l.acceptam,C. de vſuſ. Dos enim, & aliæ res non intelliguntur verbotènus tantùm, ſed effectiuè, ità Andr. de Iſern.in c.1.col.8.de nat.ſucceſſ. feud. vbi ad hoc allegat nonnulla iura, verbales itàq; oblationes iſtæ reijciuntur,vt poſt Bal.Iaſ.Rom.Neuiz.Fulg. Tiraq. & alios pleniſsimè congerit Menoch. in tract.de arbitr.Iud.caſ.232.lib.2.cent.3.tantò magis cùm Illuſtriſsimi Columnenſes promiſſam dotem recipere nunquàm renuerint, quod pars aduerſa non negat, dùm in ſuis articulis confitetur, patrem pecuniam dotalem liberam, filium verò pro reemendis Caſtris vinculatam voluiſſe, adeò quòd ſecundùm ſuam lecturam communis conſenſus ſemper in recipiendo,& non in recuſando fuit, ſed diſſenſus tantùm in modo recipiendi, ſi liberè, vel ſub præfato vinculo Princeps promiſſor omni iure pollicitam ſaltim pecuniã ſub vinculo deponere obnoxius erat,depoſitumq; generali Procuratori,atq; Agenti Illuſtriſs. Aſcanij, & Fabritij in hac Ciuitate degenti,aduerſario benè cognito notificare cogebatur, ſi moram euitare cupiebat, & proindè adueniente die ſolutionis, ac remota præfata recuſatione, proculdubio promiſſor ſemper fuit in mora conſtitutus,per ea,quę firmant Fulgoſ.Caſtr.Alex.& alij in l. qui Romæ, ff.de verb.oblig.& in l. ſi mora, ff.ſolut.matr.latè Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſ.105.nu.6.par.2. quinimmò & quod plus eſt, & in caſu recuſationis, quæ nunquàm adfuit promiſſor dotis illam deponere,& patri,filioq; reale depoſitum notificare de iure compellebatur,ità in indiuiduo loquitur tex. loquens in caſu recuſationis in auth.dos data,ibi cùmq; res ſit mobilis ſignaculo impoſito recondat,C.de donat.propter nupt. & in §.illud quoq; in auth.vt exact.inſt.dot.quò fit, vt quacũq; pars ſe vergat,ſemper tanquàm moroſa erit repellẽda, nec partita duc. 26464. in Banco Rauaſcheriorũ in facie Procuratorum D. Ferdinandi deſcripta aliquid operatur,profectò illi fuerunt in cambijs collocati ad beneficium D. Ferdinandi, vt in facto demonſtratur, & ſic non video, quomodò pecunia hæc vno,eodemq; tempore debitum ſoluere,&

re,& lucrum cambiorum patere potuerint. Vlterius,rogo,aduertatur, ꝙ prima pagha erat præfixo tempore menſis Iulij 1549. in pecunia numerata duc.22.mil.& aliorũ duc.3000. nulla penitus cadebat altercatio,ex quo expliciti erant tradendi,& nihilominus D.Ferdinandus promiſſor nec dicta bona conſignare curauit, vndè verè ſemper fuit in mora,vltra quòd ex abundanti liquet, omnia impedimenta ſecundum lecturam partis in menſe Ianuarij 1551.remota,fuiſſe diſcordias ſublatas ex parte Illuſtriſs. Aſcanij, & Fabritij omnia adimpleta etiam in cõſtitutione procuratoris confidentis Hieronymi Francipane ad pollicitas dotes exigendũ,præſente Iacobo Balgrano Nuntio ſpecialitèr à D.Ferdinando, & D. Hippolyta transmiſſo, & neq; tunc,nec poſteà alitèr exoluere voluit, quinimmò ex noua promiſſione ducat. 4000. in Natale de anno 1551.& non obſeruata noua promiſſione,oritur mora,quo fit,vt tàm prima,quàm vltima mora fuit promiſſoris, & vltima magis ponderat,l.ſemel,ff.ſolut.matr. l.ſi per emptorem,ff.de act.empt.l.illud,ff.de peric.& comm. rei vend.alia verò cumulat abundè Donat. à Fin. inter comm.opin.lib.4.tit.de vſur.& mora,nu.68. Audiui deniq; aliam partis obiectionem, in capitulis fuiſſe conuentum, quòd Illuſtriſs. Fabritius ſponſus per inſtrumentum mutui cautelaret,præmiſſa confeſſione receptæ dotis, pro qua quidèm dote confeſſata licèt nõ ſoluta debetur antephatum,vt in auth. quod locum, C. de dot. caut. non numer. nam reſpondetur, in caſu iſto figurari ex aduerſo confeſſionem dotis,cùm nec vera,nec ficta adſit aliqua confeſſio receptæ dotis, & proindè ceſſant omnes argumentationes, tantò magis, quia ſi rectè dicta capitula ponderentur,ex eis liquidò patet, Principem patrem promiſiſſe tẽpore ſatisfactionis primę tandæ duc.25.mil.tunc cautũ Ill.Fabritiũ reddere de alijs duc.25.m. per inſtrumentum mutui; cæterùm cùm nunquàm promiſſor adimpleuerit,& dictos duc.25.mil. non ſoluerit,proindè pro reliquis nullo pacto prætendi poteſt,inſtrumentum mutui,& confeſſionis fingi celebratum, enimuerò ſi primã ſolutionem maritus nunquàm conſequi potuit, quomodò prima non ſoluta contra veritatem, & æquitatẽ fingere poſſimus ſequentem tandam ſictè confeſſam,vt ergò mulier antepharũ lucrifeciſſet,opus fuiſſet, quòd dos promiſſa,nõ fictionibus,ſed ſolutionibus tradita fuiſſet, & poſtquàm agitur de antephato, & ſic de lucro in perniciem pupilli pro lucro mulieribus nunquàm fauere debemus,vt inquit text.in l.aſſiduis,C.qui pot.in pign.habeant.Ex ijs igitur reiectis omnibus partis aduerſæ argumentis firmatam concluſionem arbitror, antephatum nullatènus deberi dote promiſſa non ſoluta. Præterеà pro pupillo in facto ſummoperè conſiderandũ duxi,quòd poſt obitum viri penès D.Hipolytam, & D. Ferdinãdum tot mobilia pretioſa mariti remanſerunt,quod ſatis longè antephatum (quatènus debitum fuiſſet) prout omninò indebitum liquet exceſſiſſe, quorum quidèm bonorum pretiũ actrix ex vi reconuentionis ſoluere iuſtè compellitur,quãquàm remanſerant præfata bona, patet ex teſtibus fide dignis nobilibus ſenio confectis, atq; ex confeſſione eiuſdem D. Hippolytæ principalis,quæ ſola ſufficere debet,nulla enim maior probatio,quàm confeſſio oris proprij,iuxtà notata in l.1.C.de cõfeſſ.Iaſ.in l.cum te,C.de tranſact. & licèt iſta confeſſio fuerit extraiudicialis,& parte abſente, regularitèr ſemiplenè probat, vt per Scribentes in l.admonendi, ff.de iur.iur. in l.certum, §. ſi quis abſente, ff. de confeſſ. Bald.& Salyc.in l.bonę fidei,C.de reb.cred.cum alijs ab Affl. cumulatis in dec.375.nu.3.vbi teſtatur,hanc opinionem S.C.ſemper tenuiſſe, etenim in caſu, de quo agitur talis confeſsio pleniſsimam probationem perhibet, dùm D. Hippolyta litem inceptã non proſequi confitebatur,eò quia bona prędicta defuncti habebat,& conſequentèr cùm confeſsio tendat ad liberandum,plenè probat, Iaſ. & alij in l.tale pactum,in princ.ff.de pact. Venuſ.in ſpecul. p.6.in 8.act.tub.& producitur confeſsio,n.6,in fi. cùmq; fuerit geminata confeſsio æquiparatur iudiciali, Bar.in l. cùm ſcimus, C. de agric. & cenſ. lib.11. Paul.de Caſtr. in l.publica, §.fin. ff. depoſ. Felin. poſt Abb. in cap. ſi cautio, de fid. inſtrum. nec ambigitur,teſtes confeſsionem deponẽtes, & ſi de loco,& tempore non cõteſtes, adhùc probare,quia inducuntur principalitèr ad probandum debitum,vel liberationem, quæ ex ipſa confeſsione elijciuntur, & tunc ſingularitas teſtium nuncupatur adminiculatiua,& non obſtatiua,vt optimè tradit Aymon conſ.267.n.2.verſ.tertiò, & vltimò,& in tract.de antiq. temp. in 4.p. cap.incip. ſed enim, fol.189. in paruis, & Præſes de Franch. dec.105. n.21.& 22. & tantò magis quælibet probatio in præſenti themate ſufficiẽs dijudicari debet,quia agitur de re antiqua, quo caſu etiam indicia, & coniecturæ ſunt manifeſtæ probationes, l.licèt Imperator,ff.de leg. 1.l.tutor,cum ibi notatis,C.de peric.tut. Angel.in l.at qui natura,§.cùm me abſente,ff.de neg.geſt. Affl.dec.13.n.23. Patet etiam,veriſsimam fuiſſe D.Hippolytę declarationem circa bona viri remenſa penès eam, & quòd proindè vltrà litigarè nolebat, prout teſtes depoſuerunt ex ſilentio eiuſdem D. Hyppolytæ in non proſequutione iſtius litis tàm acritèr,& cũ liuore ab ipſa,& Genitore inchoatæ longiſsimo tempore,& dùm vixit,ſiluit,& cur,obſecro,tãdiù tacuit, ſciebat enim,vel illud ſibi non deberi,vel ſuperabundè ſolutũ,confert adhùc regula tex.in l.ſi quis fortè,ff.de pęn.& c.1,de frig.& maleſ.præſumitur enim inceptum iudicium fugiens de ſua iuſtitia diffidere, cap.nullus,vbi Abb. de præſumpt. can. Chriſtianus 11.q.1.can.decernimus 7.q.9.Ex quibus quidẽ ſatis clarè ſatisfactio detegitur, per ea, quæ annotauit Affl.in d.dec.13.n.18. Accedat ẽt, quia actrix vltrà iam dicta bona penès ſe remanſa nulla alia bona pretioſa magni põderis habuit, ad ipſam tàm per virum,quàm per cõſanguineos eius tranſmiſſa,per ea,quæ congerit Clar.in lib.4. ſent.§.donatio,q.10.cùm ſimplicitèr tranſmiſſa,& expreſsè donata non fuerint,ſintq; pretioſa, elargita non cenſentur,ſed de hoc articulo,& genere bonorum remitto me ad ea, quæ peritus Collega in ſuis allegationibus exarabit,non prætermittẽs, quòd Conſtit. Mediolani ex aduerſo citata, atq; ponderata in hac cauſa nõ meretur allegari,dùm coniuges Nobiles huius Ciuitatis erant, & Conſuetudini Procerum huius Regni ſe ſubmiſerunt, ſicut in eadem cauſa teſtificatur Ann.alleg.74.ergò ſtatuta extranea, & extrà Regnum cõdita non

ſunt

Digitized by Google

ſunt quærenda, nec allegãda, ex ijs itàq; & vnoquoq; ipſorum cùm & Primò, dotem no ſolucrit, cæteraq; in capitulis promiſſa nunus adimpleuerit, cùm & Secundò, dotarium nunquàm ſimplicitèr, ac legitimè fuerit conſtitutum, cùm & Tertiò, D.Hippolyta principalis tandiù ſpatio ann.52. iudicium fugiendo ſiluerit, cùm & Quartò, ſtante ſatisfactione probata, & à lege optimè præſũpta, actricẽ rationabilitèr repellendã a ſua conuentione, ac in recõuentione condẽnandã fore exiſtimo. Hęc mihi pro nũc ad Illuſtriſ. pupilli defenſionẽ occurrũt, cætera verò prudẽtiſsimi Iudicãtes ſupplere dignẽtur: indè poſt obitũ dicti q. mei patrui allegantis, facta relatione in S. C. per Eruditiſſimum Reg.Conſil. & cauſæ Commiſſarium Ferdinandum Branciam, deciſum fuit contra dictum Illuſtr. Pupillum, abſoluendo ipſam Principiſſam S.Seuerij filiam dictæ D. Hippolytæ, & pro ea Ill. Ducem Nuceriæ ſubintrantem in cauſa vti ceſſionarium à cauſa reconuentionis .ſ. localium, & aliarum rerum donatarum contemplatione dicti matrimonij reſtituendarum, eumq; pupillum paritèr in cauſa conuentionis condemnando ad ſoluendum duc.16.mil. in totum, hoc eſt pro antephato, & intereſſe, pęnès Carbonum Act. Magiſt. Io.Bapt.de Thoro I C. Neap.

Quærelæ contra Officiales expoſitæ extrà tempus Banni an valeant in damnum Officialium, vtputà ſi fuerit oppugnatum bannum, vel petita reſtitutio in integrum contra eum; concluditur, quòd non, & proindè ait Paris de ſynd.verſ.deindè verò eliguntur, n.7. vidiſſe multos Officiales euaſiſſe ſyndicatum, & fuiſſe abſolutos, quia quærelæ non fuerãt datæ in tempore banni, quæ tempora ſunt præfigenda in ipſo banno.

Quærelantes aliquẽ ſi nil probauerint an poſſint ab accuſato de iniurijs reaccuſari, & quid ſi à Superiore fuerit obtentum, ne moleſtarentur, valeat tale reſcriptum; concluditur, tale reſcriptum non valere, vti iniuſtum, quarè in contingenti caſu dũ fuiſſet Officialis quærelatus, & ceſſantibus probationibus abſolutus, ob q̃ reaccuſauerat quęrelantes de iniurijs, qui obtinuerant reſcriptum, vt non moleſtarentur pro aſſertis quærelis iniuriarum, quòd nunquàm aliquis daret petitionem in ſindicatu, ideò fuerunt reuocatæ literæ, & in cauſa proceſſum, Paris de Put. in tract.de ſynd. ver. an etiam, quando propter, verſ. quædam mulier, in fine.

Quietatio facta per Abbatiſſam ſuo procuratori tẽpore ſuæ infirmitatis, ex qua mortua fuit an valeat in præiudiciũ Monaſterij, & Abbatiſſę ſucceditricis, fuit deciſum, quòd nõ, Affl.dec.168. Ann. ſing.86.Marant.conſ.17.n.10.Hieron.de Lauren. deciſ.Auenion.117.n.3.Ric.collect.dec.176. Rebuff.in prax.benef.par.3.in regul.de infirm.benef. reſign.glo.11.f.296.*Epiſc.Hiern.Gennen.in tract.de Eccleſ. ſeù practicabil Eccleſ.q.450.n.2.*

Quietatio generalis promiſſa ad inuicẽ inter ſocios Gabellarum de Gabellis per eos geſtis, an includatur, dùm fuerit dictum, quòd partes promittentes ad inuicem ſe quietare de omnibus debitis à totis retroactis temporibus vſquè in præſentem diem; fuit deciſum, quòd ſub illa promiſſione de generalitèr quietando ad inuicem debent partes ſe quietare etiam de Gabellis, Afflict. deciſ.319. à num. 1. vſquè ad 9.

Quietatio facta à tutore in beneficium actoris, ſeù procuratoris ab eo cõſtituti, ſiuè negotiorum geſtoris rerum pupillorũ an iure ſubſiſtat, ità vt ampliùs à pupillis conueniri, nec moleſtari poſſit, & ſi fuerit ab ipſiſmet pupillis ratificata, reperi punctualem iſtam quæſtionẽ examinatam per Borgn. Caualc.in tract.de tut.& curat.n.203. & ſeq. vbi ex mente nonnullorum DD. ab eo citatorũ, concludentem, talem quietationem non valere, rationem autem huiuſmodi concluſionis aſſignat Mõranat.in prag 5.§.10.de admin.vniuerſ.n.10.cum ſeq.vbi concludit, quietationem prædictam factã ſic per acceptilationem cenſeri donationem, vt nu.20. in ſpecie de tutore loquitur, adeò quòd in acceptilatione requiritur inſinuatio, ſecundùm Angel.in l.ſi acceptilatũ, ff.de acceptil. Soc. conſ. 92.in fi.vol.4.quantò magis in tutore, qui alienare prohibetur bona pupillorũ immobilia, vel mobilia abſq; Iudicis decreto, vt idem Caualc. in d. tract.n.145.proſequitur, quantò fortiùs & donare, cùm ſit expreſsè inhibitum tutoribus, bona pupillorum poſſe donare, Suarez inter commun. opin.lib.8.tit.de donat.n.28.quapropter audiui à Perito I.C. Michaele Zappullo viro Victoriæ de Falco meæ Amitinæ, Aduocato Io. Thomæ Brandi fuiſſe ſic deciſum per S.C.ad relationem Reg. Conſil. Io. Andreæ de Georgio cauſæ Commiſſarij, & per ſententiam cõdemnatus dictus Io.Thomas actor, ſeù procurator conſtitutus à q. Duce Traietti tutore ſuorum Nepotum, ad reddendũ computa tutelæ adminiſtrationis per eum vti procuratorem, ſiuè actorem factę, non obſtante quietatione habita ab ipſo tutore Duce, & ratificatione dictorum pupillorum, & hoc de anno præſenti 1618.de menſe Iunij, pęnès Turinum Actorum Magiſtrum. Ioann. Baptiſta de Thoro I. C. Neapol.

R

RAguſęi in Curia Admirati conueniri poſſunt, & ſi cõuenirentur, an per Cõſules Nationis ipſorum Raguſęorum peti poſſit cauſæ remiſſio; fuit deciſum, quòd ſic in fauorem Raguſçorum, Frãch.dec. 723.vide Matth. Patign. in tract.de Iudice, & priuil.mil.ſub nu.10.in fin. in opera Reg. Rouiti ſub Prag.15.de milit.*Iul.Cæſ.Gallupp.in prax.S.C.p.2. cap.6.n.58.*

Raptor alicuius rei abſq; armis per vim ſi penitentia ductus rem raptam domino reſtituerit an puniri debeat pœna l.Iuliæ de vi priuata, Io.Ant.de Nigr.in cap.Regni Ad hoc, nu.86. loquens in furto licèt prima facie videatur tenere, quòd nõ debeat fur puniri, reſtituendo furtum, contrarium tamen determinat ex mente Aret. in tract. malef. verb.& veſtem cęleſtem, col.19.verſ. ſed quid tamen in rapina, idem concludit Affl. in Conſt. Violentias, poſt nu.75. verſ. ſed quæro de quæſtione, vbi cenſet fuiſſe iudicatum in M. C. V. quòd poteſt puniri criminalitèr l.Iulia de vi priuata, ex eo,

quòd

quòd raptor certas res odoriſeras per vim abſtulerat,& pœnitétia ductus reſtituerat Domino, & in proceſſu apparebat conſtare de raptore, rebus raptis,& rapina, & de earũ reſtitutione, per text. in l.non prodeſt,ff.de vi bon.rap.vbi glo. *Danz.c. de pugna Doctor.tom.2.rubr.de furtis,cap.5.n.5.*

Ratificatio contractus,ſeù cõpromiſſi ſi ſit promiſſa per aliquos ciues particulares facienda per Vniuerſitatem,& quòd ˆ ›erét modis omnibus,& cũ effectu, ità quòd faciendo omne poſſum nõ excuſentur,ꝙ Vniuerſitas ratificaret,ſi fuerit facta ratificatio, ſed non mediãte decreto,an iſti particulares ſint exempti,& liberi,vel teneantur; fuit deciſum in fauorem ipſorum,nam ipſi adhibuerant omnem diligentiam, vndè S.C.cõſiderando,quòd iſti iam fecerant Vniuerſitatem more ſolito congregare, & pro maiori parte ratificare, nõ habuit rationem de allegatis in contrarium, Capyc.dec. 93.nu.6.7.& 8.Gramm.dec.102.nu.99.

Ratificatio vt inducatur debet eſſe clara cũ omnibus circumſtantijs, & ſpecialitèr repetitis verbis prioris contractus confirmata, alioquin etiam ratificatio in genere facta non valeret, & ità in cõtingenti caſu fuit deciſum, teſte Vrſill. deciſ.299. quem refert Io.Frãc.del Caſtill.dec.Sicil.18.n.57.

Ratificatio inſtrumẽtorum facienda per pupillam ſi promiſſa ſit à tutore, quando erit maior,ſi effecta maiore ratificauerit ſecundã venditionem reſidui Terræ,in qua aſſeritur etiã de prima venditione, an cenſeatur paritèr prima ratificata,tanquã connexa ſecundæ;fuit deciſum,quòd ſic, vt per dictã ratificationem factam ſecundæ vẽditionis,& omnium contentorum in dicto inſtrumento cenſeatur ratificatum etiam primum inſtrumentum vẽditionis alterius partis, Affl.dec.285. à nu.1.ad 6. Marc.Ant.Bellon.deciſ.Genuæ 26.ſub n.31.

Reaſſumptio teſtamenti omni ſolemnitate vallati, ſtante morte Notarij,Iudicis,& Teſtium an ſit faciẽda,ſi in eo appareret aliqua caſſatura ; fuit deciſum, ꝙ ſic,cum caſſatura,& interlineatura prout iacet, Franch.dec.485. Reg.Tap.in Conſt. Priuilegia, nu.6. & Amend.ad iſtam deciſionem ait; idem deciſum fuiſſe poſteà in anno 1607.

Reaſſumptio inſtrumenti an fieri poſſit viuo Notario,& vno teſte; per plura decreta fuit deciſum, fieri poſſe, Vrſill.dec.48. nu.23.

Reaſſumptio inſtrumenti teſtaméti an poſſit impediri,ſi fuerit ſuſpectũ ipſum de falſo; fuit deciſũ, quòd ex quo hic non dicebatur inſtrumentũ falſum ad finem accuſandi,nec ad finem agendi, etiã ciuilitèr,ſed ſolùm ad finem impediendi reaſſumptionem,quòd procederetur ad capiendam informationem ſuper concernentibus reaſſumptionẽ, ſi debeat fieri,ità vel nè.Capyc.dec.79.

Reaſſumptio inſtrumenti quietationis an ſit concedenda, ſi ipſa fuerit petita, & vnus teſtis ſuperuixiſſet, capta informatione teſtiũ fide dignorũ interuenientium contractui,licèt non fuiſſent aſcripti in prothocollo;fuit deciſũ, quòd reaſſumeretur,Minad.dec.12.petita, Ric.coll.dec.161.

Rebellis an dicatur vxor,quæ cum viro rebelli habitauerit ex ſola habitatione, Andr.in Conſt.Patres pro filijs dixit,quòd non,& ità iudicatum affirmat ibi Affl.ſub n.6.verſ.quid autem.

Receptans bannitum clericum, & conſanguineum an puniatur pœna contenta in Reg. Pragm. fuit deciſum, pœnam eſſe moderandam per S.C. per quod habito reſcripto fuit ſuperſeſſum in exactione pœnæ, & ampliùs non eſſe moleſtandum, Gramm. deciſ.29. Follet.in Conſtit. De perſonis, num.7. in fin.

Receptãs inquiſitum de crimine læſæ Maieſtatis an generali indultu gaudere debeat, poſtquàm in eodem indultu excipiuntur hi, qui de læſæ Maieſtatis crimine imputantur;fuit deciſum in Coll.Conſ. quòd non gaudeat,attenta delicti grauitate,Reg. de Pont.in dec.22. quidam inquiſitus, Molfeſ. in comment.ad Conſuet. Neap.par.4.q.40.n.9.Ric. coll.dec.1528.& 2013.

Receptator inquiſiti de crimine læſæ Maieſtatis qua pęna ſit puniendus, licèt de iure ſit ſtatuta pœna deportationis,per tex.in l.metrodorum,ff.de pęn. in Regno extat cap.incip.Nuper apud Tranũ pęnam ſimilem imponẽs,qua principalis puniri debet, & ità fuit iudicatum in contingenti caſu per Coll.Conſ. vt refert Reg.de Pont.in tract.de pot. Proreg. rubr.de prouiſ.fier.ſol.§.3.num.10.& ſeq. Ric. coll.dec.1528.

Receptatores foraſcitorũ puniri debẽt iuxtà Prag. Regni ſuper his emanatam,ſed an procedat contra receptatores exiſtentes in rutibus,ſeù Caſalibus, conſtito de qualitate loci, de potentia ipſorum, & ipſorũ maletractamentis in eos, qui receptare nequiuerant,aut quòd petierant non dederant,de offenſis,& alijs ſe nominantibus, fuit per Coll.Conſ.in caſu contingenti prouiſum,quòd nõ moleſtarentur receptatores de Caſalibus Foriæ Salerni,Follet.in Conſt.Patarenorum, n.49. & de hac materia paritèr tractat Reg.de Pont.in tract. de pot.Proreg. rubr.de prouiſ.fier.ſol. §.3. nu.25. vbi nu.26. dicit, fuiſſe practicatam pœnam dictæ Reg.Pragm.cum Fabritio Mormile,ſub Præſidatu Ducis de Alcalà.

Reclamare an poſſit Principalis à ſentẽtia S.C.ſi nõ fuerit reclamatum per Procuratorem conſtitutũ infrà decem dies,& hoc à die notitiæ ſententię,vt poſſit cautionem præſtare in caſu retractationis ſententiæ,non obſtante ſilentio procuratoris; fuit deciſum, quòd ſi procurator, qui agitauit cauſam non reclamauit infrà decẽ dies, & non eſt ſoluendo, Dominus poterit reclamare intrà decem dies à die notitiæ ſententiæ, quamuis aliàs tempus reclamationis currat à die ſententiæ quòad dictam fideiuſſionem præſtandam, Affl.dec.344. quod ſimilitèr in appellatione fuit deciſum, vt refert Gramm. in addit. ibi ſi mand. quando Dominus erat abſens à loco iudicij,Idem in conſil.ciuil.117. num.8. Maſcard.de probat. concluſ.1196. nu.13. Muſcatell.in pract. Sacr.Conſil. lib.2.par.1. gloſ. poteſt,num.16.& ſeq. Hieronym.de Laurent. deciſ.Auenion.90. Marc.Anton. de Amat. dec. Anconit.37. num.12. Ricc. collectan. deciſ.12. Alphan.coll.799. Veſtr.in prax. Rom.lib.7.c.3.n.24. *Iulius Cæſar Gallupp.in praxi Sacri Conſilij, part.3. cap.4.nu.42.Epiſc.Campanil.in diuerſ.iur Canonici, cap.4.nu.19.*

Reclamari an poſſit à ſententia Regis pronunciãtis iuxtà alterius relationem, vt per Præſidẽ Prouinciæ,vel alterum,fuit deciſum, quòd ſic, quia tunc diceretur prouocatum aduerſus errorem,imperitiam, ſeù dolum Relatoris malè informantis, Grammat.deciſ.35.Reg.de Pont.conſ.1. nu.82.

vol.1. Maſtrill. deciſ.Sicil.32. num.3. & 6. Ricc. collect.deciſ.1311. *Fontanell.deciſ.187.num.4.*

Reclamatio in cauſa libertatis an cōcedenda ſit;fuit deciſum,quòd non,Franch.dec.432. Reg. Rouit. in prag.41.de offic.S.C.poſt nu 6,

Reclamatio quamuis non detur aduerſus duas ſententias conformes,& ideò ex ſtylo S.C.in ſecunda ſententia imponitur perpetuum ſilentium, ſi ſententia reclamationis eſſet diuerſa à ſententia primæ inſtantiæ,& per reclamationem interpoſitam ab illo,qui primò obtinuit,pro quo fuit confirmata eius ſententia,an ſit imponendum ſilentium in hac tertia ſententia conformi primæ, deciditur, quòd ſic,Franch.dec.135. & in add. eiuſdem dec. idem Author ait,in Coll.Conſil.fuiſſe commiſſam cauſam reclamationis à prima ſentētia mortis lata per S.C. Muſcatell.in pract. S.C.lib.2.p.3.glo. appellari,n.11.& glo.prouocare,n.48. Marc.Ant. Peregr, dec,Parauiæ 60. n.2.

Reclamatio an admittatur à decreto S.C. circa remedium capitulorum Regni; fuit deciſum, quòd ſic per S.C, in cauſa Monaſterij S. Dominici cum Marco Ceſare Muſcatello in anno. 1574. Regens Tap. rubr. quando Rex inter Eccleſiaſt. perſon. cogn.poſſ.n.17.in iur.Regni,

Reclamatio an detur, vel admittatur in incidētibus cauſæ criminalis,à qua per ſententiam non datur reclamatio;fuit deciſū,ꝙ ſic, quoniā tractabatur de præiudicio irreparabili, & eo caſu acceſſoriū non ſequitur naturā principalis, Franch,dec.637. Ric.coll.dec.527.*Fontanell.dec.26.nu 8. D.Regens Merlin.controu.forenſ.c.15.n.4. Guazzin ad defenſam,defenſ.36.cap.4.ſub nu.1. Viſcont in ſuis concl. verb. appellatio, D.Reg.Sanfel.dec.4. nu.4. D.Reg. Fabius Capyc.Galeota tom.2 controuerſ.43.num.2. Marin.reſol.quotid.cap.*150.

Reclamatio dūm fuerit ab inquiſito expoſita an ſit deferēdum petito recurſui per Fiſcum, vel ſit cōmittenda in aula,in qua fuit incidentèr primo loco diſcuſſa remiſſio cauſæ, aut in aula, in qua fuit diſcuſſum,an ſit citrà torturam cauſa expedīēda, obſtante Reg.Pragmatica dictante, quòd appellationes ab incidentibus M.C.V. quæ tractantur in vna aula S.C.ibi cauſæ committi debeat,ſtantibus duabus allegatis relationibus in duabus aulis factis;fuit concluſum,eſſe committendam in aula illa,in qua vltimum decretum fuit interpoſitum,à quo Fiſcus recurſum pretendebat, Franch. deciſ. 528. Muſcatell.in prax.S.C,lib.2,par.3.glo.partis, num.74.

Reclamatio quamuis non detur, nec committatur, quando decretum S.C. eſſet conforme decreto M.C.V. in criminalibus, an procedat in his, quæ emergunt extrà delictum;fuit deciſum,eſſe committendam reclamationem, Franch.dec,470.n.6. Reg.Tap.in rit.257.item non appellatur,Molfeſ. in proem.Conſuet.q.18.n.15. Ric,coll.dec,1527. *Reg.Sanfel.dec.4 n.16.*

Reclamatio datur à ſententijs S.C.nō autem appellatio,Præſ.de Franch.deciſ.646.nu.1, hìnc S.C,in Regno hanc præheminētiam habet, vt per eoſdē Iudices reclamatio ab eius decretis, & ſententijs reuideatur.Idem in dec.528.n.4.cùm igitur dictū S.C.iuriſdictionem habeat in omnes cauſas,& in omnes perſonas,preterquā in concernentibus patrimoniū Reg.Fiſci,Idem d.dec.601.nu.5.& quē-admodùm reclamatio ab eius ſententijs committitur in eodē S.C. & cauſæ prædictæ cotàm eiſdē Conſiliarijs reuidētur, & procedit in cauſis,in quibus dictum S.C.proceſsit tāquam Arbiter electū, vel voluntarie a partibus præuia Regia diſpenſatione, vel neceſſariè, vt ſi fuerit id mandatum per idē S.C. ꝙ compromittatur in poſſe S.C. ſicut aſſolet ex eius præheminētia, quia repræſentat perſonam Regis,& ſic pluriès practicatum eſſe dixit Reg.de Pont.in tract. de pot.Pror. tit.1.in princ. n.10. ità quòd dùm hæſitaretur de reductione arbitrij boni viri a laudo lato per S.C. in cauſa D. Antonij Quadra, an cōmiſſio reclamationis laudi eſſet in eoſdem Iudices electi S.C. committenda, facta relatione in Coll.Conſ.die 14.Martij 1618. cotàm Excell.Proregę,deciſum fuit,cauſam ipsā, reclamationis laudi prolati à dicto S.C. vti Arbitro cōmittendam eſſe eiſdem Iudicibus Conſiliarijs, quemadmodùm cauſa ordinaria reclamationis ſententiarū eiuſdem S.C. penès Sarrum Act. Mag.vt habui à Doctore Auguſtino Caputo meo amico. Io.Bapt.de Thoro I.C. Neap.

Reclamatio in S.C. committitur eiſdem Reg. Conſiliarijs ex præheminētia ipſius,vt dixi ſuprà eod. verbo,an ſtante reclamatione interpoſita ijdem Iudices Conſiliarij, qui in prima inſtantia iudicauerunt, in ſecunda inſtantia reclamationis iudicare poſſint,& ſucceſſiuè eſſe Commiſſarij cauſę, & ſi incidentèr de aliqua cauſa cognouerint; deciſum fuit in cauſa Io.Baptiſtæ Cattanei cum Philippo Spinola die 22.Septembris 1617.facta relatione per Regium Conſiliarium Ambroſium à S.Iacobo in Coll.Conſ. cū adiunctis, quòd ijdem Iudices, qui determinauerunt cauſam prædictam vltimo loco deciderint articulum prædictum, & ſic pro exequutione dicti decreti facta relatione per Illuſtriſſimum Marchionem S. Angeli Præſidem S.C.die 14.Octobr.1617.deciſum fuit,quòd idem Illuſtriſ. Iacobus de Franchis Marchio Tauiani Regius Conſiliarius in cauſa prædicta procedat, ſeruata forma ſuæ commiſſionis contenta in decretatione expedita per dictum Ill. Præſidem ſub die 24. Iulij 1617. penès Secretarium, in Banca Scacciauenti, D.Camill. de Laratha conſ.89. per binas,

Reclamatio interpoſita à ſentētia habente exequutionem paratā an operetur, vt aduerſus exequutionem eius vigore factā proteſtari poſſit pro cōſeruatione iurium,exemplo enim demōſtratur in ſententia lata in fauorē alicuius,ipſum eſſe Nobilem,& proindè deſcribēdum fore in libro Nobiliū alicuius Ciuitatis, pro cuius exequutione expeditis prouiſionibus per Iudicem directis Nobilibus,vt deſcriberent illū in libro Nobilium,& ſe opponentes,velle cum effectu illū deſcribere,ſed pendere reclamationem à tali ſentētia,& hoc, nè tacitè ſententiæ prolatæ conſentire videantur,eo, quia ſententiæ natura,& effectus eſt,aliquem declarare Nobilem,non ex nunc,ſed ex tunc,vt in primogenito decidit Præſes de Franch. deciſ.61. n.4.quinimmò præiudicium id afferre potuiſſet, & ſi ſententia indè reuocaretur: Accedat ijs, per talem proteſtationem conſeruari iura ſuccumbētium,Maur.iun.in alleg.1.nu.19.ſed ijs non refragantibus contrarium verius demonſtratur ex diſpoſitione Reg.Pragm.5. de offic. Sacr.Conſ. per

quam

Digitized by Google

quam mandatur, ſententias exequi armata manu, & ſic paratam exequutionem côtinere, nam ſicut ſententię, quæ in rem tranſeunt iudicatam, paratã exequutionem habent, Carau. in rit. 262. nu. 1. & rit. 128. nu. 6. ſic ſententiæ S.C. ipſo iure tranſeunt in rem iudicata reſpectu exequutionis, vt ſingularitèr dixit Muſcat. in prax. S.C. lib. 2. p. 1. gloſ. demandatur n. 29. in tantum quòd exequutio non debet retardari, quia proferũtur ſub nomine Regio, quæ habent exequutionem paratam, Capyc. dec. 169. n. 1. ſic ſententiæ S.C. exequutionem paratam habent, Aff. dec. 341. n. 1. & ob id cùm ſententiæ ipſius S.C. non alitèr intimẽtur ex antiquo ſtylo ipſius, Reg. Rouit. in pragm. 5. n. 3. ff. de offic. S.C. Maur. Iun. alleg. 200. n. 3. ſed tantùm mandatum de parendo, de quo per Muſcatell. in d. gloſ. demandatur, n. 16. ex mẽte Aff. & Carauit. idcircò parendum erit iuxtà eius mandata, ſententiæ licet iniuſtæ parendum eſt, propter authoritatem eius, l. ſ. tuo, §. cùm prætor, ff. ad Senat. Conſ. Trebell. & proinde exequutio ſententiæ debet habere cauſam promptã, nec aduerſus eã admittuntur exceptiones requirentes altiorẽ indaginẽ, Capyc. dec. 17. n. 6. & 9. Nec obſtat, quòd videtur ei conſentire, cùm taciturnitas non inducat conſenſum in actis præiudicialibus, ſimilitèr nec proteſtatio inducit conſenſum, & maximè quãdo datetur reuerentia ex parte illius, qui debebat proteſtari, elegantèr Aff. dec. 58. ſub nu. 3. Nec paritèr talis deſcriptio in libro Nobilium obeſſe cernitur, eo quia Nobilis non cenſetur aliquis ex hoc ſolo, ꝙ ſit deſcriptus inter Nobiles, ſed cum alia côiectura ſufficiat, Ann. ſingul. 358. Nobilis, at exiſtente reclamatione contingi poſſet reuocari ſententiã, quapropter reuocata ſententia intelligeretur paritèr reuocata exequutio, licèt nihil in ea dicatur, idem Ann. ſing. 472. ſententia, ſicut ſententia nulla declarata reuocabitur exequutio, Idem in alleg. 93. n. 7. quemadmodùm enim exequutionem habuit prima ſentẽtia, eandem habebit ſecunda, qua mediante prima reuocatur, & ſi ab ea appellatum fuerit, Franch. dec. 136. nu. 2. Nec obſtabit, hæc omnia militare in ſententijs S. C. & nos ſumus in Iudicibus delegatis in cauſis Nobilitatũ, nam eadem ratio militat, dùm ſunt à Principe delegati, & ſub nomine Principis ſententiam proferunt, cum clauſula, nomine Regio, ex cõmuni ſtylo talis ſententia nõ ſubiacet appellationi, & ſic exequutionem paratã habet, de quo per Capyc. dec. 111. n. 4. & per tot. quantò magis ſententiæ iſtorũ Iudicum delegatorum à Vicerege ſuper differentijs Nobilitatum exequutionem paratam habere mereantur, cùm ipſorũ numerus ſit quinque, alij ſunt Reg. Conſiliarij, alij Præſidentes R. C. & alij Regẽtes Reg. Cancell. vt notũ eſt: quinimmò dũ per eos aliàs iudicatum extitit in cauſa Io. Baptiſtæ Arcamoni cũ Sedile Portus, & iterùm in cauſa Io. Baptiſtæ de Franco cũ Sedile Capuano, iterùm nouiſſimè deciſum mihi relatum eſt in cauſa Angeli Merendæ cum Nobilibus Coſentinis, vt oppoſitis nõ obſtãtibus deſcriberetur dictus Angelus in libro Nobilium, & ſic abſq; alia proteſtatione, ſed ſimpliciter de hoc anno 1620. de menſe Ianuarij die 18. ad relationem Circumſpecti Regentis Petri Iordani Vrſini cauſæ prædictę Commiſſarij. Ioann. Baptiſta de Thoro L. C. Neapol.

Reclamationis cauſa an ſit committenda non dùm facta exequutione ſententiæ latæ; fuit per R.C.S. commiſſa cauſa, nõ alitèr facta exequutione, quãuis in facto demonſtrabatur, rem per vincentem poſſiden, Ann. alleg. 63.

Recognitio hominis an ſit facienda in criminali iudicio, ſi dimiſſus eſſet liber, qui antè captus fuerat; nõ fuit deciſum, tamen Franch. dec. 590. licèt per bina decreta S.C. fuiſſet prouiſum, ꝙ reponeretur in priſtinã libertatẽ, reſpectu verò recognitionis faciendæ inquiſiti, ex quo teſtes deponebãt de viſu, quia nõ cognoſcebant homicidam, qui vigore decretorum S.C. debuerat reponi citrà recognitionem, inclinari videtur in partem negatiuam multis rationibus ab ipſo adductis. *Quod eo fortius huic opinioni inhęrendum erit, ex quo aſpectus hominis in dies mutatur, & homo alter quodãmodo efficitur, Menoch. de præſ. lib. 2. præſ. 51. nu. 67.*

Recognitio an ſit facienda integra apoca exhibita; fuit dictum, quòd ſic, Franch. dec. 304. *Coſta de retrotract. caſ. 6. cap. 8. n. 18. Reg. Rouit. dec. 13. nu. 23. Ant. de Amat. var. reſol. tom. 1. reſol. 20. n. 12.*

Recommendati à Magno Regni Admirato ſi citentur per M. C. V. aut per alia tribunalia an remittantur, dùm comparere non teneantur abſq; purgatione contumaciæ, fuit iudicatum, quòd ſic, prout in facto obtinuiſſe teſtificatur Gramm. cõſ. ciuil. 108. eum citat Marcell. Calà in tract. de modo articul. & proban. glo. 1. §. 1. n. 109.

Recõmendatus, ſeù emparatus pro debito ciuili cõtumax captus ſub indulgẽtia reponi an debeat in priſtinã libertatem, & quid pro debito ciuili; fuit deciſum, ꝙ ſic, Franch. deciſ. 415. de quo meminit Reg. Rouit. in pragm. 1. de guidat. n. 3. & Montanar. in prag. 5. §. 11. n. 8. & ſeq. de adminiſt. vniuer. Reg. Tap. in rit. 287. n. 12. in 4. par. Iur. Regn. ſub rubr. de moratorijs, Ricc. collect. deciſ. 1385. & in prax. Eccl. dec. 595. vbi refert. quid in Cur. Arch. Neap. fuit deciſum, & in dec. 52. in princ. p. 2. *Reg. Sanfel. dec. 48. n. 4. in fin. Reg. Merlin. controu. forenſ. cap. 53. n. 10.*

Reconductio an cẽſeatur per hæredem tacitè facta elapſo tempore locationis decennij, & pro quanto tempore cenſeatur facta; fuit deciſum, ꝙ ſi Dominus Terræ ſciens, & patiens fuerit, hæres cõductoris per plures annos finita locatione teneret Terrã, recipiẽdo mercedes, poterit agere actione locati ad penſionem non ſolutã, ſecus ſi dominus ignorauerit, & fuerit abſens, tunc non cenſeretur facta recõductio, ideò teneri conductorẽ actione negotiorũ geſtorum, & reconductio cenſetur eſſe facta pro vno anno, Aff. dec. 365. n. 13. Borgn. Caual. dec. Fiuiz. 44. p. 1. n. 80. Cornazan. dec. Lucenſ. 177. Peregr. dec. Patauiæ 52. nu. 1. Anchar. q. 42.

Reconductio probari nequit per teſtes, ſed tantùm per ſcripturas, vt ex iuris communis diſpoſitione, ac S.C. deciſionibus colligitur, vt ſuprà ver. conductor, quid ſi primus conductor oppoſuiſſet de reconductione multò antè tempus ingreſſus domorum, an talis probatio ſit admittenda; fuit in S.C. deciſũ, poſſe probari per teſtes, quia tunc nõ in odium libertatis Domini, ſed ad iura ſua tuẽda videtur oppoſuiſſe, vt tradit Battagli. ad Cyn. l. ne cui, C. locat. quem citat Reg. Tapia in 4. par. Iur. Regni tit. de locat. dom. ſuper pragm. 1. de locato, num. 4. & iterùm in cauſa illorum de Mari idem

ſitatis, pupillorum, ac aliorum, quibus competit reſtitutio, datur electio eiſdem producentibus per remedium reſtitutionis in integrum, & ita fuit deciſum, Reg. Scipio Rouit. in pragm. 1. n. 2. & 3. de teſt. refren. *Iulius Caſ. Gallupp. in praxi S.C. p. 2. cap. 25. n. 10.*

Refrenatio teſtium iuxtà pragmaticam Statuimus, in antiquis, de refren. teſt. reſtringitur ad ſeptẽ teſtes in quolibet articulo, dummodò non ſit cauſa confinium antiquorum, tunc enim ad decem teſtes reſtringitur, niſi Iudici aliud videbitur neceſſe, cui arbitrio remittitur tale augmentum, quæ quidem diſpoſitio fuit poſtmodùm in anno 1524. confirmata ex generali decreto lato in Coll. Conſ. in quo paritèr prouiſum fuit, refrenationẽ in genere eſſe admittendam, vt non vltrà numerum quadraginta, & ex cauſa quinquaginta teſtium in qualibet cauſa admittatur, excepto in cauſis poſſeſſorijs, in quibus nõ vltrà numerum quindecim recipiantur, vt ex decreto apparet, cuius tenor inſeritur in glo. dictæ pragmaticæ Statuimus in antiquis.

Refrenatio teſtium an fieri debeat, quãdo fuerit petitum beneficium, in quo ijdẽ articuli fuerant præſentati, ſuper quibus erant examinati ſeptem teſtes .ſ. in quolibet ipſorum, nec per hoc læſio dicebatur ineſſe ob conceſſionem petiti beneficij, dùm iuxtà formam pragmaticæ erant teſtes ſeptẽ ſuper vnoquoq; articulo examinati; fuit tàm per Coll. Conſil. quàm per S.C. in alio conſimili caſu deciſum, refrenationem non eſſe admittendam, & ſucceſsiuè poſſe examinari teſtes ſeptem ſuper quolibet articulo in cauſa beneficij, de quibus deciſionibus per Io. Ang. Piſanell. in pragm. Statuimus, de refren. teſt. in antiq. in add. incip. circa hanc refrenationem, eandemq; deciſionem tradit Barthol. Martial. in add. ad d. Pragm. incip. pone caſum.

Refutans feudũ an admittatur ad ſucceſsionẽ feudi mortuo filio refutatario abſq; filijs; fuit bis deciſũ, quòd ſic, Ann. in repet. cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. n. 71. & ſeq. *Conſil. Theod. alleg. 36. n. 38.*

Refutans regularitèr mortuo refutatario ſuccedit in feudo, excluſis collateralibus, & iuxtà hãc opinionem And. in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. pluriès fuit iudicatũ tàm in S.R.C. quã in R.C.S. refert Reg. de Pont. in tract. de pot. Prot. tit. 8. de refut. feud. in princ. ſub n. 36. verſ. vndè manifeſtè, & præſertim in cauſa Comitis Policaſtri, & hoc non per viam reuerſionis; ſed ſucceſsionis, Franch. dec. 4. & de tali deciſione S.C. meminit Lanar. conſ. 64. n. 16. immemor de Authore noſtro.

Refutatio feudi quando non eſſet ſimplex, ſed conditionata, quid operetur, Franch. dec. 591. nu. 3. & ſeq. concludit, non valere refutationem conditionatam, quamuis S.C. nõ proceſſerit ad diſcuſsionem articuli.

Refutatio an dicatur realis ex verbo omninò adiecto in ea; fuit deciſum, ꝙ ſic, quamuis deciſio ipſa impugnetur ab Ann. in c. 1. de vaſall. decrep. ætat. nu. 77. & contrarium fuit deciſum, vt ibi per eum.

Refutatio facta per patrẽ de feudo filio tertiogenito cum conſenſu filij primogeniti, ſi mortuo patre refutante primogenitus vellet ſuccedere, & ſe inueſtiri, nulla habita ratione de eius cõſenſu abſq; Regio aſſenſu, contradicente tertiogenito, & petente, ſe inueſtiri, ſtãte refutatione, & aſſenſu primogeniti an teneat; fuit deciſum in R.C.S. talem refutationẽ valere, Ann. in rubr. de vaſall. decrep. ætat. à nu. 261. vſq; ad 291. ipſum citat Reg. Rouit. in prag. 1. de titul. abuſu n. 117. vbi refert, idẽ poſteà fuiſſe deciſum in R.C. in cauſa illorum de Breſegna.

Refutatio feudi in fraudem Domini fieri nõ poteſt in præiudicium ipſius, ſed benè ad damnum, & præiudicium refutantis; vt fuit deciſum in Coll. Conſil. facto verbo per R.C.S. in facto occurrenti, dùm fuerat ceſſum feudũ à matre filiæ, quæ emerat cum pacto de retrouendendo, quia in fraudem legis hoc fecerat, nec ipſa cõueniri poterat actione perſonali ad retrouendendum, quia ea actio nõ datur contra ſingularem ſucceſſorem, quòd ipſa Domina teneretur relaxare eandem Terram, & dicta refutatio non fuit habita pro legitima, & valida, Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in q. 25. verſ. quando autem refutatio, Petr. Garſia dec. 69.

Refutatio feudi quãuis fieri poſſit agnato abſq; alio Domini conſenſu, erit tamen intelligendũ, ſi poſſeſſio fuerit tradita ei, cui fuit facta refutatio, at in occurrenti caſu dùm fuiſſet facta donatio à patre filio inter viuos, & irreuocabilitèr, quia non transtulerat in eum poſſeſſionem, nec precario ſe poſſidere conſtituerat, ſed ſolummodò oppoſuerat precarium in promiſſione capitulorũ, in quibus non fiebat donatio, ſed fieri permittebatur, & etiam poſitum fuerat, quãdo de capitulis celebratus eſſet contractus, ſuccubuit filius, & ſic fuit iudicatum, talem refutationem non valere, Loffr. in conſ. 9. ſi pater, n. 15. Reg. de Pont. conſ. 69. vol. 1. & in tract. de pot. Proreg. tit. 8. §. 1. n. 8.

Refutatio cum clauſula ex nunc, pro tunc, & è contra ſequuta morte an valeat, quo caſu ſtatim trãſit dominium. & poſſeſſio in donatarium, ſiuè refutatarium, effectus tamen eſt dilatus poſt mortẽ; fuit iudicatum in S.C. hanc refutationem eſſe validam, in cauſa Federici Tomacelli, Fab. de Anna conſ. 131. duobus modis, n. 2. & 3.

Refutatio feudi facta per patrem filio cum reſeruatione nonnullorũ iurium, hoc eſt diſponendi de certis rebus, cũ pacto, quòd refutatarius filius nõ poſſit debita contrahere ſuper dicto Caſtro, aliàs contractus eſſet nullus, & ex eo nullũ transferatur ius, cùm clauſula, quòd cum hac conditione donauit, nec alitèr, nec alio modo, an valeat, ſi ẽt aſſenſu careret; concluditur, quòd nõ per Reg. de Pont. conſ. 12. vol. 1. dùm Magnificus, vbi in fine aſſerit, ſecundùm prædicta fuiſſe deciſum in S.C. iunctis aulis, Georg. alleg. 17. nu. 45. Bammacar. in cap. beneficium, num. 27. ſi de feud. defunct. cont. *Marta conſ. 98. n. 15.*

Refutatio in fraudem præſumitur facta, quando eſſet omniũ bonorum, niſi fuerit facta ex iuſta cauſa, & ſignantèr contemplatione matrimonij, ob ꝙ nec releuium debetur, &ità fuit deciſum in R.C. in cauſa Principis Melfiæ cum Comite Sinopolis, Reg. de Pont. in tract. de pot. Prot. tit. 8. in princ. n. 7. *Andr. Capan. de iur. releuij p. 4. q. 24. nu. 6.*

Refutatio feudi facta proximo ſucceſſuro, pactis in ea adiectis, an ipſis reiectis reſoluatur in purã, & ſimplicem refutationem, quæ eſt cedere loco, præuenire ſucceſſionem, tollere perſonam de medio, & loco ſui ponere refutatariũ aliàs proximè ſucceſſu-

ceſſurum, illi feudum integrum refutando, an verò ſub hoc verbo refutationis veniat omnis contractus, qui fit cum immediato ſucceſſore, quaſi cum illo non dicatur alienare, concluditur cum prima opinione, vt reſoluatur in puram refutationem, & ita fuiſſe deciſum in R.C.S. cenſet Franc. de Amic. in tepet. cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. ſed poſt deciſionem, nu. 9. f. 249. cum citat Reg. de Pont. in tract. de pot. Pror. tit. 8. §. 1. nu. 4. 17. & vltim. vbi iſtam deciſionem, & opinionem confutat, ſecundam inſequendo, juxtà quam refert, fuiſſe iudicatum, vt ſuprà ver. contractus. *Anton. de Amato variar reſol. tom. 2. reſol. 84. n. 44.*

Refutatio feudi facta per verbum refuto, & cedo, ſi eius vigore poſſeſſio fuerit capta, an valeat; fuit deciſum in R.C. cum duabus aulis S.C. refutationem ipſam tenere, & valere, quàmuis in dicta refutatione fuerat reſeruata certa quantitas pecuniæ deinde ceſſa, quæ ſi non importet cōfirmationem primæ refutationis, importaret nouam refutationem, Ann. in alleg. 97. Reg. de Pont. in tract. de pot. Proreg. tit. 8. de refut. feud. §. 3. in princ.

Regem ſe faciens falsò, cū in veritate non eſſet, quanàm pœna puniri debeat, cùm elapſis annis contigiſſet, quendam hominem Calabriæ aſſerere, ſe eſſe Regem Sebâſtianum Portugalliæ, qui in prælio contra Saracenos occubuit, licèt ei aſſimilaretur, detecta falſitate ex confeſſione propria, & recognitione vxoris, & conſanguineorum fuit ad triremes damnatus de ordine S. M. dùm vltimi ſupplicij pęna condemnandus erat, vt refert Reg. de Pont. in tract. de pot. Proreg. tit. 10. rubr. de inſign. & arm. ſub n. 4.

Regens M.C.V. electus à Prorege vtrum poſſit ab Electis Ciuitatis Neap. tanquàm aduena de voluntate ipſorum remoueri; non fuit deciſum, quāuis Electi deſtiterint, ex quo ipſe non fuit creatus ab eis, ſed à Vicerege nomine Regis, quem creari conſueuerunt, Capyc. dec. 178. Ricc. collect. deciſ. 1198. Deciſio patet inter capit. Neap. f. 80. à terg. facto verbo in Coll. Conſil. die 10. Februar. 1520. ex quo ſemel reperiebatur ipſe Regens in officio, concurrente voluntate Electorum, deciſum fuit, quòd per totum mēſem Auguſti 8. Ind. remaneat, & ab indè in antea dicta Ciuitas conſeruetur in dicta quaſi poſſeſſione, quòd nullus Ciuis ſit Regens dictæ Mag. Cur. &c. & poſtmodùm fuit electus Carolus Spinellus Regens dictæ M. C. Ciuis, & Nobilis Neap.

Regens Reg. Cancell. ſi in publico parlamento interuenerit tanquàm vnus deputatus ex Baronibus Titulatis, an poſsit mandata facere in contingētibus caſibus his, qui in colloquio interueniūt, aliàs fuit obſeruatum tempore Reg. Reuerterij quòd ſic, & tempore Marchionis Gruptaliatum in alio parlamēto, & nouiſsimè in ſimili caſu proprin fuiſſe ſeruatum annuit Reg. de Pont. dec. 15. num. 28.

Regia Cam. Summ. tanquàm repræſentans officium Magni Camerarij vnum ex ſeptem Regni officijs an poteſtatē habeat ſuper ſubditos Magni Admirati, vt poſsit contra eos procedere, non expectatis literis hortatorialibus ipſius Reg. Cur. Magni Admiratus, fuit in contingenti caſu per Regium Collat. Conſil. determinatum, nullam habere iuriſdictionem Reg. Cam. in Magnum Admiratum, eiuſq; Officiales, & Miniſtros, niſi ab Illuſtriſsimo Prorege ei demandaretur, debereq; procedere in occurrentibus caſibus per literas hortatoriales juxtà ſolitum; vndè mandatum fuit, vt liberetur Iudex carceratus ordine Reg. Camer. & ſubditus Reg. Cur. Magni Admiratus, Regens de Pont. in dec. 13. Magnus Regni nu. 2. Maſtrill. de Magiſtr. p. 2. lib. 5. cap. 13. n. 20.

Regiſtratio, ſiuè internatio priuilegij conceſsionis feudi an denegari poſsit poſsidenti feuda, reiecta Fiſci oppoſitione, allegantis ius tertij, hoc eſt de vtili dominio alterius, cui feuda conceſſa fuerant, & hoc in iudicio ſummario, in quo lis conteſtata fuerat ſuper inſtantia noui feudatarij, non obſtāte, quòd poſſeſſor per multum temporis ſpatium poſſederat, actuſq; poſſeſſorios demonſtrando, licèt de inueſtituris nulla apparuiſſet ſcriptura, ob illarum amiſsionem, & ſi de nouo fuiſſet poſſeſſor inueſtitus, citrà tamen præiudicium iuris alieni, præcedente maxima diſcuſsione in Supremo Cōſilio Italię, & diſparitate votorū; fuit per maiorem partem conſultum Regi, interinationem petitam non eſſe faciendam, Reg. de Pont. dec. 38. poterat iudicium.

Regiſtratio refutationū donationum Regio aſſenſu vallatarum facienda in R.C.S. iuxtà nouellam pragmaticam infrà menſem, an ſi elapſo menſe regiſtratio fuerit facta, reddatur refutatio inualida, fuit deciſum in fauorem neptis contra auum petentem ex tali capite reſciſsionem refutationis, Franch. dec. 663. Reg. de Pont. de pot. Pror. tit. 8. in princ. nu. 12. Reg. Rouit. in pragm. 20. de feud. nu. 1. *Bilotta concl. feud. 6. n. 8.*

Regium exequatur an ſit concedendum monitorio Cam. Apoſtolicæ notificando ſubdito Regi exiſtenti in Regno, immò Ciui natiuitate, & origine de negotio Regali, ex quo de perſona paritèr moleſtari poterat; fuit facto verbo in Coll. Conſil. denegatum, Ann. alleg. 59.

Regium exequatur an ſit concedēdum decreto appellationis interpoſito in Rom. Curia, dùm fuiſſet appellatum ab aliqua Metropoli, quæ iuriſdictionem habet in certas familias laicorum, ſtante lōgeua obſeruatione, vt à ſcotentia Vicarij appellaretur ad Papam, fuit per Coll. Conſil. denegatum, immò voluit, quòd cauſa auocaretur ad proximū ſuperiorem Regium, Foller. in Conſtit. Regni De quæſtionibus, n. 9.

Regius Cōſiliarius ſi in aliqua cauſa interueniret vt Aduocatus an debeat pręcedere alios Cōſiliarios, vel ſedere tanquàm Aduocatus; concluditur debere ſedere ipſum Conſiliarium vti Aduocatum, Franch. dec. 138. Fab. de Ann. conſ. 40. nu. 31. Maſtrill. dec. 130. nu. 3. & 33. Reg. de Pont. in deciſ. 8. n. 6. Petr. Caball. reſol. crim. cent. 1. caſ. 54. n. 5. Ric. in collect. dec. 674. & 147. Mart. vot. 101. nu. 4. idē Maſtrill. in tract. de Magiſt. par. 2. lib. 5. c. 4. nu. 26. & 27. *Reg. Tap. deciſ. Ital. 21. n. 3.*

Reiuendicatio an competat contra poſsidentem rē permutatam; fuit deciſum, quòd non, & proindè fuit actori præſtita aſsiſtentia cum adiudicatione in forma, Franch. deciſ. 34. Ricc. in coll. dec. 28. & Viſcont. hìc alios cumulat.

Relatio Nūtij aſſerētis, citaſſe domi, modo, & forma ſibi cōmiſsis, non adiecto verbo ſolitæ habitationis, ob ꝙ fuit inquiſitus contumax bannitus reputatus,

Digitized by Google

tatus, an teneat; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. deciſ.322. Io.Iacob.Laurent.in tract.de iudic.ſuſpect.c.6.n.60.

Relatio Nuntij citantis aliquem in domo alicuius, adijciendo in relatione ipſa, citaſſe Titium in domo Seij ſuæ ſolitæ habitationis, an iure ſubſiſtat, poſtquàm aliundè non conſtat de habitatione, & in hoc nō creditur Nuntio, ità aſſerenti, cùm enim oppoſita eſſet iſta nullitas per agnatum aduerſus citationem factam agnatis, & cognatis ſoriudicandi, & petitus terminus ad probandum, non eſſe veram habitationem inquiſiti, & Fiſcus contrarium probaſſet, ſcilicèt quòd tempore citationis reus ibi habitauerat, fuit proceſſum per M.C.V. ad foriudicationem Fabij de Leonibus inquiſiti de homicidio, & ſic confirmatū per S.C. Io.Franc. Scagl.in pragm. incip. quilibet agere volens, de forma citandi reum, in antiq.n.58. & 59. in addit. aliàs in pragm.2. de ord.iud.

Relationes duæ in parte conformes, an ſi vna contineret ſummā duc.20. & alia decem, exequutioni mandari debeāt pro ſumma duc.10. tantùm, quia in maiori ſumma ineſt minor; fuit deciſum, quòd dictæ duæ relationes mandarentur exequutioni quòad decē, quia in illis ſunt conformes, & ſic fuit exequutum, Afflict.dec.362. Scagl.ritu 123.nu.8. Franch.dec.710.n.8.& dec.359. Cāpanil.ad Oliu. in ritu 22. Cur.Archiep.Neap.ſub n.3. Ant.Theſaur.dec.Pedemōt.122.n.10. Marc.Ant.de Amat. dec.Anconit.55. Peregr.deciſ.Patau.60.n.1. Ricc. collect.deciſ.1635. Hector Felic.alleg.20.num.3. *Guazzin.in tract.ad defenſam, in defenſ.37.c.1.n.12.*

Relationes duæ M.C.V. conformes ſi continerent manifeſtam iniquitatem, & nullitatem an ſint exequutioni demandandæ, ſi ab eis fuerit appellatum; fuit deciſum, quòd ſic, verùm procedatur in cauſa appellationis, quòd ſeruatis ſeruandis reuocabuntur relationes tanquàm iniuſtè latæ, & facta exequutione præſtetur fideiuſſio, Affl.deciſ. 39.& 47. Scaccia de iudic.cauſ.ciuil. & crim.c.97. n.198. verſ.contrariam ſententiam, Tuntol.iud.7. n.16. Vant.de nullit.rub.ex defectu proceſſ.n.39. Muſcatell.in praxi S.C.lib.1.par.7.gloſ.condemnando, n.106. Puteus dec.Rom.401.p.1. Ricc.collect.dec.1635.

Relationes duæ conformes ſuper teſtium examine parte nō citata an ſint validę, vt exequutioni poſſint demādari; fuit deciſum, quòd ſic, nec retardetur exequutio, niſi eſsēt nullæ ipſo iure, & nullitas vera eſſe debet, Affl.dec.28. Scagl.in ritu 123.n.8. Carau.in rit.252.n.16. Tuntol.iud.7.n.16. Muſcat. in praxi S.C.lib.1.p.7. gloſ.condemnando, n.106. Farinac.dec.Rom.77.tradit, contra iſtam deciſionem fuiſſe Romæ deciſum, Ant.Fab.in eius Codice definit.Sabaudiæ, tit.de teſtib.definit.61.

Relegatus effectus clericus poſt relegationem ſi diſceſſerit ab Inſula, quis debeat eſſe Iudex cōpetens; concluditur, quòd Iudex nouus cognoſcat, Franch.dec.395. cum citāt Fab.de Ann.conſ.146. nu.12. Genuenſ.in praxi Cur.Archiep.Neap.c.9. Caball.reſol.crim.cent.2.caſu 108.nu.3. Carol.de Graſſ.in tract.de effect.cleric.in 1.effect.nu.140. Mart.de iuriſd.p.4.caſu 176.n.12. *Conſil.Carleual de iudic.tom.1. lib.1.tit.1.diſp.2.q.7.ſect.3.nu.909. Paul.Squillant.de priuil.cleric.c.7.n.107.*

Releuium duplicatum an debeatur Fiſco, ſi nō fuerit denunciata mors feudatarij, & nō eſt dubium, q̄ ſic, at cū in facto cernebatur, quòd feudatarius vendiderat feudum Titio, Regio mediāte aſſenſu per verbum, fiat, in memoriale expreſſum, & tradidit poſſeſſionē, nec curauit feudatarius mortē patris denunciare, quia tempore mortis Terra nō erat in eius dominio, ſed in dominio, & poſſeſſione emptoris, & ꝓptereà emptor nō tenebatur ad duplicatum releuiū, cùm ſit onus hæredis denunciare mortem, item quòd licèt feudum amittatur per nō denūciationem mortis de iure cōmuni, in Regno tamē pęna hæc eſt remiſſa, & ſoluitur duplicatū releuiū, vt dixit Vrſill.dec.129.n.11. vndè venditor dicendo, non eſſe feudatariū, & relaxando feudū, item quando ex iuſta cauſa non denunciaretur mors, pęna omnis ceſſabit, demū vbi non eſt culpa, nec pęna eſſe debet; fuit deciſum, venditorem teneri ad ſimplex releuium, & emptor ad reſtituendum venditori quicquid fuerit ſolutum Curiæ in caſu, quo voluerit Terram retinere, Ann. in allegat.95. vide ſuprà verb. feudatarius, *Camill.Laratha in theatro feudali, p.12.dilucid.45. in fine, Andr.Capan.de iure releuij, p.4.q.32.n.21.*

Releuium an teneatur ſoluere hæres, qui redemit feudum poſt mortem feudatarij, per eum in vita alienatum cum pacto de retrouendendo; fuit deciſum in R.C. quòd non teneatur, & hoc bis deciſum, Frecc.de ſubfeud.lib.2.in 3.author.n.14.

Releuium an debeatur ex feudo donato alteri cum aſſenſu, reſeruato vſufructu donanti, morte cōcedentis ſequuta, cùm feudatarius veniret ad feudū ex cōtractu, non ex ſucceſſione; in occurrenti caſu in R.C. non fuit ſolutum releuiū, Frecc.de ſubfeud.lib.2.in 3.author.n.17. Reg.de Pont.in tract. de poteſt.Proreg.tit.8.§.4.n.3.& in fine refert fuiſſe deciſum in cauſa Principis Melfiæ, & in cauſa Comitis Sinopolis, releuium non deberi ex bonis feudalibus omnibus donatis contemplatione matrimonij, ſed quando ineſſet reſeruatio in donatione alicuius quantitatis; fuit deciſum in R.C. in cauſa Ducis Magdaloni, qui poſt refutationē feudorum reſeruauerat ſibi diſpoſitionem duc. 100. mill. quos donauerat Eccleſiæ S. Mariæ Annūciatæ eſſe ſoluendum releuium pro medietate, ideſt quarta parte introituum, Molſ.in Conſuet.Neap. p.3.q.8.n.7. Ricc.collect.dec.1337. *Andr.Capan. de iure releuij, p.4.q.25.n.8. Camill.Larath.in theatro feudali, p.12.dilucid.51.n.9.*

Releuium an teneatur ſoluere feudatarius, ſi eodē anno eſſet adoha impoſita, & ipſe ſoluerit adohā; fuit deciſum in R.C.S. quòd vnum tātùm debeatur, vel adoha, vel releuiū, Frecc.de ſubfeud.lib.2. in 4.author.n.26. & eādem deciſionem anteà deciſam affert Affl.in c.1. quo temp.mil.n.15.in fin. & in c.1.§.ſimilitèr, n.7.de cap.Conrad.& in Cōſt. Si quando, n.6. licèt Franc.de Amic.in repet.c.1. 5.& pro iſta pluries, fol.126. de ijs, qui feud.dar. poſſ.dicat, quòd onera, licèt plūra, ſi vno anno obueniant, omnia debentur, ſed exactio vnius oneris differtur in tempus promiſſum, videndæ ſunt alię deciſiones relatæ per Fab. Iordanum in addit. ad Conſt. Poſt mortem, incip.de materia releuij, Paſchal.in tract.de vir.pat.pot.p.4.c.1.n.14.& ſeq.

Releuium an ſit ſoluēdum ab hærede ſubfeudatarij Curiæ, vel Domino ſubinfeudanti; fuit deciſum in R.C.S. eſſe ſoluendum à Barone ſubfeudatarij

Curiæ.

Curiæ, & breui manu exigendum ab ipſo Barone ab hærede ſubſeudatarij, Frecc.de ſubſeud.lib.2. in 3.author.ſub n.44.verſ.idem author in d.tract.

Releuium an ſit ſoluendum per mulierem in dotem dantem Caſtrum mortuo viro; concluditur, quòd nó, vndè in cótingenti caſu mortuo viro, poſtmodùm vxore, dùm à Fiſco duplicatum releuium peteretur; fuit deciſum in R.C. vnicũ tãtùm deberi, Ann.in alleg.95.n.10.& ſeq.& in repet.Conſt.Cóſtitutionem diuæ memoriæ n.22.in cauſa Iſabellæ Sances cum Regio Fiſco, referẽte D.Antonio del Caſtillo Prȩſide in anno 1556.Pellicc.in Conſuet. Auerſæ in addit. ad c.10.incip.adde, ꝙ ſi mulier, Ricc.collect.deciſ.585. *Camill.Laratha in theatro feudali, p.12.dilucid.56.*

Releuiũ an debeatur de annua prouiſione fructuũ feudi per mortẽ illius, cui erat facta cóceſſio ꝓuiſionis; fuit deciſum, ꝙ nó, quia erat facta mẽtio de feudo, Iacob.de Ayello in trac.de iur.adohȩ,n.83.

Releuiũ an debeatur per mortem Comitis, nedũ ꝓ ſuis Caſtris, ſed etiam ꝓ ſubſeudatarijs ſuis, quibus fuerunt alienata multa Caſtra cũ aſſenſu Regio; fuit deciſum, ꝙ ſic in cauſa Principis Salerni, Iacob.de Ayello in tract.de iure adohȩ,n.85.eum citat Frec.de ſubſeu.lib.1.de orig.Baron.n.55.in fi.

Releuium à quo ſit petendum, & cui ſit ſoluendũ de ſubſeudatario mortuo illius feudi Comitatus, ꝙ peruenit ad Curiã ob rebellionem, & poſteà fuit alteri cóceſſum in capite à Regia Curia, licèt pro Fiſco replicatum eſſet, quòd ipſum deberetur, & per Barones emptores, quòd Rex cóceſſerat cum feudatarijs,& ſubſeudatarijs, ergò illi antè deuolutioné ad Regiã Curiam erant ſubſeudatarij Baronis,& ab eo recognoſcebãt feuda, qui tũc erant feudatarij Baroniæ; & ità fuit iudicatum in Reg. Cam.Summ.ſi autem diceretur quaternatis,& nó quaternatis, tunc non eſſet dubium, quòd non eſſent quaternata, & tenta in capite à Reg.Cur.venitent, & ità fuit iudicatum in cauſa Ferdinandi Aragonei Ducis Montiſalti cum Barone Sipha, Iacob.de Ayello in tract.de iure adohæ, num.87. *Andr.Capan.de iure releuij,p 4.q.4.n.6.7.& 8.*

Releuiũ an ſit minuendum propter onus vitȩ,& militiæ, ità quòd ab ipſo releuio ſit deducendum ꝙ ſoluitur pro ipſa vita,& militia; fuit deciſum, quòd non, Iacob.de Ayello in tract.de iure adohȩ,n.94. in fin. & eandem deciſionem ſic poſteà deciſam affert Camill.Salern.in Conſuet. Quòd ſi aliquis, Incip.an ſecũdogenitus,f.218.ipſos citat Maſtrill. dec.Sicil.112.n.12. Molfeſ.in Comment.ad Conſuet.Neap.p.5.q.6.n.23. Reg.de Ponte de poteſt. Proreg.tit.de aſſenſ.Reg.§.4.n.30.*Camill.Larath. in theatro feud.p.12.dilucid.42.n.2.*

Releuiũ an ſoluere teneatur vaſallus, qui refutauit omnia feuda, in fraudẽ tamẽ quãdo alia cóiectura eſſet in contrarium, maximè ob matrimoniũ contrahendum nó ſoluitur releuium; fuit deciſum in Collat.Cóſil.facto verbo per Reg.Cam.releuium ſoluendum eſſe ob mortẽ illius, cui fuit facta refutatio,& non refutautis, Ann.in ſing.658.vaſallus.

Releuium an ſit integrum ſoluendum per primogenitum; cócluditur, quòd ſic, Affl.dec.252.Loffred. cap.Imperialem, §.firmitèr, de prohib.feud.alien. per Feder. Fab.Iordan. in Conſt. Comitibus cum alijs adductis per Maſtrill.dec.Sicil.112.n.13.vbi nu.9. citat Nardum Liparul. in addit.ad Andr. in c.1.§.ſed & res, per quos fiat inueſt. verb.medietas fructuum, dicentem, ità fuiſſe determinatum in Camera anno 1527. in cauſa Comitatus S.Seuerinȩ,& quòd omnes Domini illius temporis dicebant, fuiſſe ſic ſeruatum ſemper.

Releuium an debeatur Regiæ Curiæ ob donationẽ feudi factam inter viuos, fortè à patre filio ex aliqua cauſa; cócluditur, ꝙ ſi donatio facta fuerit cũ clauſula ex nunc, pro tunc ſequuta morte,& quãuis dominium in caſu prædicto trãſlatum eſſe videatur, & contractus vndiquè perfectus, effectus tamen illius dilatari videtur vſq; ad mortem donantis, non alitèr releuium debetur, ſecùs autem ſi adeſſet clauſula ex nunc tantùm, vel è contra ex nunc, pro tunc, & iuxtà talem opinionem in R.C. fuiſſe deciſum in cauſa Federici Tomacelli cum Fiſco, etiam ſi non adeſſet ſubſequens clauſula,& è contra, teſtatur nouiſſimè Reg.de Ponte in prælud.feud.lect.2.n 53.*Didacus de Mari in addit.ad Conſil.Gizzarell.dec.8.n.7.*

Releuium an debeatur à patre refutante feudum filio, cui ipſe pater ſuccedit iurè reuerſionis per mortẽ filij; fuit per R.C.in cauſa Principis Biſinianí refutantis feuda eius filio præmortuo, cui ſucceſſerat, cóđẽnatus idem Princeps ad ſoluẽdũ releuium, teſte Octau.Bammac.in c.Si minori, ſi de feud.defunct.cont.&c,n.21.& ſeq.*Camill.Larath. in theatro feud.p.17.dilucid.53.*

Releuium an debeatur per partẽ feudatarij, cui feudum ab eo fuerat donatum, ità vt non iure reuerſionis, ſed ſucceſſionis in eo teneretur ad onera medio tempore contracta, iuxtà dec.de Franch.3. fuit deciſũ in R.C.quòd teneatur, Io.Aloyſ.Mormilis in ſuis ſingul. ad Cóſt.Vt de ſucceſſionibus, ſub n.31. *Andr.Capan.de iure releuij,p.5.q.19.n.5. Camill.Larath.in theatro feudali,p.10.diluc.46.n.3.*

Releuium an debeatur per pupillum, non obſtante pupillari ætate; plurìes fuit deciſũ, deberi in multis caſibus, Io.Aloyſ.Morm.in ſuis ſingul.in Cóſt. Poſt mortem, ſub n.8.Ricc.collect.dec.204 t.alias citat deciſiones,& Reg.Rouit.in pragm.2.§.item volumus,& mandamus, nu.4.de offic.Procur.Cæſar.vbi aliam deciſionem refert.

Releuium non ſoluitur ab eo, cui accreſcit feudum, & ità iudicatum in cauſa Ill. Artalis de Cardona, Ann.ſing.434. ſequitur Ricc.collect.deciſ.585.ad quod vide Ayell.de iur.adohæ,n.82.vbi conſimilẽ tradit deciſionem, *Camill.Larath.in theatr.feudal. p.12.dilucid.50.n.12.*

Releuiũ duplicatũ ſoluere an teneatur feudatarius, qui mortem prædeceſſoris denunciare nó curauit ex cauſa legitima, hoc eſt, litis imminentis ſuper feudo: caſus euenit, ꝙ Diana de Loffredo cótemplatione matrimonij donauerat Scipioni Loffredo eius filio primogenito Terrã Nucariæ,& Cãnȩ cũ omnibus eius iuribus,& integro ſtatu, ꝓut plenius ipſa poſſidebat mediante inſtrumẽto, verùm quia ipſa donatrix ipsã Terrã cũ annuis duc.200. poſſidebat de functionibus Fiſcalibus, ideò filius donatarius à primo die vtrũq; poſſidere cȩperat pacificè. Mortua indè donãte, cùm Terræ acquiſitione ex cótractu inter viuos releuium nó debeatur, eò quòd ſuccedentes tãtùm,& non cótrahentes ad illud obligẽtur, Andr.in Cóſt.Poſt mortem, & alibi millies dixit, Præſ.de Franch.dec.121.n.4. dubium oriebatur reſpectu fiſcalium, eò quia de

eis

eis nulla mentio in donatione facta erat,quò fit,vt cũ de Regalibus dignoſcatur ſubrogatæ loco collectarum à Rege Alphonſo,ſecundùm Affl.in c.1.§.& plauſtrorum,col.4.in fi.quæ ſint regal.feud.& in cap.1.verſ.infero,de cler.qui inueſt.Liparul.ad And.in addit.in c.1.§.illud tamẽ,verſ.collectæ,de controu.feu.cernitur,illa nõ venire in diſpoſitione,& donatione,iuxtà Cõſt.Ea,quę ad decus,Affl.dec.122.& dùm eſſet donatarius à Fiſco moleſtatus ꝓ releuio,illiuſq; duplicatione,duo principaliter pro ſui defenſione allegabat donatarius.Primò,ſicuti enim ad releuiũ pro Terris donatis non cogebatur,ità nec pro functionibus fiſcalibus.Alterũ,daro,ꝙ teneretur,ſpõtè illud ſoluere obtulit,ob quod duplicati pęnam euitare non ambigitur,pro quo antè omnia conſiderandum eſt,dùm donatrix vnitim hæc omnia tenuerit,& vnico eodẽ priuilegio cõfirmationem per mortem patris habuerit,quòd ꝓindè dicti introitus Baroniæ veniret,& incorporare voluerit,porrò deſtinatione patrisfamilias plura feuda efficiuntur vnũ,l.quod in rerum,§.ſi quis poſt,ff.de leg.1.maximè quãdo ità cõiunxit,ità quòd ſub vno vocabulo appellaſſet,l.Seiæ,§.tyronẽ,ff.de fund.inſt.Indè præſuppoſita vnione,ſubſequitur,quòd facta vnius donatione in ea,altera ipſo iure eſſet comprehenſa. Rurſus quando verba ipſa eſſent ambigua,ex obſeruãtia inde ſequuta interpretationem receperũt,l.minimè.l.ſi de recompenſatione,ff.de leg.& c.cùm dilectus,de conſuet.ex ijs enim,quæ poſteà fiũt declaratur,qualis fuerit animus in præcedentibus,l.ſed & Iulianus,§.proindè,ff.ad Maced l.ſi ſeruus pluriũ,§.fin.ff.de leg.1.Rimina.conſ.101.ꝙ etiam ex voluntate donantis certificatur ob ampliſſima verba donationis,& ex actu poſſeſſionis ſubſequuto,ſequens enim poſſeſſio ẽt dubia priuatiua declarat,ſecũdùm Bar.cõſ.59.Commune Spoleti,Rom.conſ.271.quæ ſiquidèm poſſeſſio interpretatiua talis eſt,quòd lõgi temporis præſcriptionẽ nõ requirit,Dec.conſ.156.& eò ipſo,quòd mater introitus tradidit filio,ipsũq; tãdiù exigere promiſit,procùldubio donaſſe cenſetur,ex regula l.ſi ſeruus cõmunis,ff.de don.inter vir.& vxor.vbi gl.quinimmò de releuio tractari nequit de ipſis functionibus fiſcalibus ex cõtractu inter viuos,quatènus verò de introitibus deberetur,donatarius ab initio ſua ſpõtè obtulit perſoluere,quo caſu de duplicato nõ erit cõſentaneũ.Primò,nã & ſi mors donantis non ſit denũciata infra annum,& diem,& petita inueſtitura,id ex iuſta cauſa proceſſit,& propterea ad releuium nullatènus aſtringi poterit,& nihilominùs tex.in c.1.quo tempore mil.diſponit,ob non petitam inueſtiturã pęnam deberi,niſi iuſta cauſa interuenerit,& ſi aliquæ iuſtæ cauſæ ibi enumerãtur,nõ tamẽ aliæ excluduntur,ità Aluar.in cap.ſancimus,nu 4.quo tempore mil.cùm exempla non reſtringant regulam,iuxtà tex.in §.affinitatis,Inſtit.de Grad.ideò dixit Frecc.lib.2.de ſubfeud.in author.Baron.7.quòd quando probabilis adeſſet cauſa,ceſſat pęna duplicati releuij,nam quęlibet cauſa iniuſta excuſat à dolo,& pęna,Paul.de Caſt.cõſ.192.præterea aut excuſatio Loffredi pro excluſione releuij eſt clara,& habetur intẽtũ,aut dubia in eo,vel & tertio errauit,tũc cũ ſit error iuris nõ clarus,adhùc talis error bonã inducit fidẽ,excuſationem præſtat,ac in integrum reſtitutionem parat aduerſus præſcriptionem anni,& diei,ità Affl.d.c.ſancimus 4.col.authoritate Abb.Siculi in d.c.cum dilectus,de conſuetud.cæterùm vbi iuſta cauſa litigandi non adfuiſſet,adhùc ſpõtè offerens re integra moram iuſtè purgabit,qdquid cõtra Ardiz.in sũma feud.tit.quib.mod.feud.amitt.ſub rubricella ex iuſta cauſ.excuſ.vaſall.Bal.d.c.1.in princ.Iacob.in inueſt.feud.verb.qui quidẽ inueſtiti,verſ.nũc eſt videre,gloſ.in Conſt.In pecuniarijs,col.8.& Primò,quia dictæ doctrinæ nõ loquũtur in mora modici temporis,qualis iſta fuit,quæ non alitèr eſt à lege cõſiderabilis,l.ſi in lege,§.colonus,ff.locat.c.propter ſterilitatẽ,& c.potuit,vbi Canon.extrà eod.in mora modici temporis non eſt periculũ,l.ſi debitori,ff.de iudic & Alber.in l.1.C.de verb.ſignif.tradit,paruam moram nõ eſſe moram,& Specul.in tit.de teſte,§.6.verſ.datur,ꝙ non eſt periculoſa mora modici temporis,nec ipſa attenditur,gloſ.in dicta Cõſt.In pecuniarijs,& paria ſunt aliquid fieri in tempore,vel parum poſteà,gloſ.notab.in l.Põponius,§.rati,ff.de procur.quẽ ſequitur Imol.in l.ex conſenſu,§.eum,qui,col.6.ff.de appell.Secundò,deciſiones contrariæ procederent de iure communi feudorum,in quibus rigor,& non ęquitas attẽditur,ſecundùm Camerar.in d.c.imperialem,& ideò dicebat Iacob.loco citato,n.37.in fin.& alij,quòd in lege feudorum non reperitur iure cautum,vaſallum poſſe moram purgare,& nos lege clemẽtiores eſſe non debemus,§.oportet,in auth.de iudic.& cùm de iure communi feudorũ loquatur,non tamen de iure Regni,quo etiam attẽto in materia feudorũ admittitur purgatio moræ,ad hoc ponderantur plura c.Regni,de quibus per Addentes ad tract.de iure adohæ Iacob.de Gell.nu.72.& per Andr.& Affl.in Conſt.Si vaſallus,qui loquũtur de iſtis capitulis Regis Roberti,ibi propter grauiſſimos vaſallorum defectus,etiã ſi releuium,&c.Tertiò,eò facilius mora purganda erit,cùm hodiè canonica æquitas amplexa ſit:cęterùm mora quandocunquè,etiam vbi iuramentum,dies,& pęna ſit appoſita,purgari poteſt,dũmodò ſoluatur id,quod intereſt,can.apud miſericordiam 22.q.1.& ſequitur Paul.Caſtr.Alex.Iaſ.in l.ſi quis maior,C.de tranſact.& Loffred.conſ.41.nu.8.Par.de reintegr.feud.c.93.n.10.& Carau.in ritu 173.n.3.4.authoritate Gulielm.de Perno in not.feud.expreſsè tenuit Frecc.dicto lib.2.de ſubfeud.3.author.Baron.num.2.quòd non ſit ſoluendum duplicatum releuium,vbi ſpontè venitur ad Curiam,offerendo ea,quæ ex mora debentur,ſeù ſi Curia præueniſſet,at in caſu noſtro Curia non alitèr præuenit,ideò conuentus erit abſoluendus,prout abſolutus fuit per R.C.S.in anno 1593.referente D.Petro Valcarcel Reg.Cam.Præſidente,penès Pecoratium,ſuffragantibus laboribus mei quondam patrui Fabij de Falco I.C.Neap.ex cuius allegationibus hæc collexi.*Camill.Larath.in theatro feudal.par.12.d.lucid.44.in fine.*
Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Religio Theatinorum an ſit capax bonorum in cõmuni;fuit iudicatum in S.C.in cauſa S.Hirenæ eiuſdem Religionis,referente Regio Conſiliario Morra,quòd ſic,Reg.de Ponte in conſ.159.Regia Catholica,nu.1.vol.2.Paſchal.in tract.de vir.pat.pot.p.1.c.3.n.74.

Relo-

Relocatio facta per fratrem habẽtem domum communem cum alio fratre an iure ſubſiſtat, inuito altero fratre, & offerente eius ratam locationis; in facto erat verificata relocatio per eundem relocantem, & ipſos fratres habere domos communes, & oblatio fuerat lõgè poſt locationem facta; fuit tandèm per M.C.iudicatum in fauorem conductoris, Gramm.conſ.ciuil.54.in Chriſti nomine Amen.

Remedium poſſeſſorij ſummarij an competat pendente iudicio retinendæ poſſeſſionis; fuit pluries, & in ſimilibus cauſis ſeruatum per S.C.quòd procederetur ad capiendam informationem ſuper ſummar.o, Capyc.dec.209.à nu.1.ad 4. Georg.alleg.33.n.32.verùmtamen hic Maſull.in addit.n.1. inquit iuxtà concluſa per Capyc.non procedere in eo, qui probauit, ſe olim poſſidere, & nunc allegaret, ſe poſſidere in hac materia interdicti retinendæ, vt is obtinere debeat, qui de antiquiori poſſeſſione probauerit, abſquè titulo, & demùm, qui probauerit, primò ſe poſſediſſe tempore turbationis, & litis conteſtationis, licèt fuiſſet altèr deciſum per M. C. V. tamen facto verbo in S. C. fuit dictum, quòd cauſa committatur in S. C. ex quo punctus iuris erat.

Remedium l.fi. C.de edict.diui Hadr.toll.an locum habeat in filio delinquentis bonorum interdicto vendicante domum ſequeſtratam ab alio poſſeſſam, derelictam, & dimiſſam per ipſum delinquẽtem, fuit prouiſum, quòd manuteneatur poſſeditrix in poſſeſſione, ſaluis iuribus ſuper petitorio, Ann. in alleg.65.

Remedium l.fi.C.de edict.diu.Hadrian.toll.an militet, ſi fuerit tãtùm facta inſtitutio hæredis coràm ſeptem teſtibus rogatis, quamuis aliud non appareat teſtamẽtum in ſcriptis, ſed ipſa dùmtaxar inſtitutio nuncupatiua, ita vt inſtitutus eo modo poſsit immitti in poſſeſsionem hæreditatis; fuit deciſum, quòd non, ſed fuerunt reſeruata iùra in petitorio, Ann.in alleg.90.Ricc.in collect.dec.70.

Remedium Capitulorum Regni an competat laico poſſeſſori contra clericum turbantem, citrà tamẽ violentiam; fuit deciſum in facto, quòd non procedatur remedio Capitulorum Regni, Ann.in alleg.92.Reg.Tap.in rub.quando Rex inter Eccleſiaſt.perſon.cognoſc.poſſ.n.16.in ſuo iure Regni.

Remedium poſſeſſorium an cõpetat ſpoliato à Rege iuſtè de feudo, quod fuit ab ipſomet Rege alteri reſtitutum, de quo iuſtè fuerat ſpoliatus; contra ipſum vltimũ poſſeſſorem fuit deciſum, quòd non, & ſic denegatum remedium prædictum tempore Regis Roberti, Affl.in c.1.§.quid ergo, n.13. de inueſt. de re alien. fact.

Remedium l.2. C.de reſcind.vend.an competat hæredi emptoris hęreditatis cum onere ſoluendi debita à teſtatore appoſita, ſi talis alienatio per hæredes fuerit facta ex permiſſione teſtatoris; fuit deciſum cõtra hæredem emptoris, vt non procedatur in cauſa, Franch.dec.225.Ricc.collect.dec.81.

Remedium l.2.C.de reſcind.vend. an competat emptori, ſi poſt intentatam litem reſciſſionis renunciauerit, aliud inſtrumentum conficiendo, & renunciando debitum; fuit deciſum, competere remedium, Franch.dec.243.in fin.Io.Iacob.Laurẽt. in tract.de iudic.ſuſpect.c.16.n.92.in fin.

Remedium l.2. C.de reſcind.vend.an locum habeat in tranſactione; cõcluditur, quòd non, niſi habito reſpectu ad æſtimationẽ dubij litis euentus, ſuper quo tranſactio facta eſt, ſecundùm Bar.contra quem fuit per S.C.deciſum, Affl.dec.220.n.1.2.& 3.Ant. Gabr.lib.3. tit.de empt. & vend. concl.1.num.68. Viui.in commun.opin.in opin.1001.tranſactioni, ſub n.2.& 3. Io.Camill.Biloct.in tract.de abſol.à iuram.lib.1.c.2.n.23.Viui.dec.429.n.4.Hieronym. de Laurent.dec.Auenion.185.nu.5 *Reuſner.deciſ. Cam.Imper.lib.1.dec.26.n.360. Alex.Trentacinq. var.reſol.lib.3.tit.de empt.& vend.reſol.3.ſub n.6. Dalner.in tract.de renunc.c.6.n.28.*

Remediũ can.reintegrandæ 3.q.1.in probanda poſſeſſione an ſufficiat, probari confeſſionẽ poſſeſſoris extraiudicialitèr per teſtes diuerſimodè deponentes de loco, item per vnum teſtem de perceptione fructuum; item per librum Monaſterij de perceptione cenſus, itẽ per teſtes deponentes de fama; fuit deciſum, quòd non, & propterea conuẽtus fuit abſolutus, ſaluo iure actori ſuper Terta, ſuper reditu, vel annuo cenſu, Affl.dec.364.in fin. Peregrin.de fideicommiſſ.art.46.nu.32.Aſcia determin.167.n.3.Cornazan.dec.Lucẽſ.17.Regner. Sixtin.in tract.de regalibus, lib.1.cap.8.num.28. *Reg.Rouit.conſ.*101.*n.*16.*tom.*2.

Remedium attentatorum an locum vendicet, ſi pendente lite ſuper feudo coràm Commiſſario Delegato per Proregem conſtituente procuratorẽ Fiſci, cũ quo fuit proceſſum, & ex tali defectu proceſſu annullato ſuperuenerit reſcriptum Regis à parte impetratum in eius beneficium, cuius vigore fuit innouatum lite prædicta pẽdente, fuit omnibus viſum, nõ habere locum in hoc caſu remedium attentatorum, Affl.dec.366.à nu.12.ad fin. Georg.alleg.7.n.31.& 35. declarat, iſtam deciſionem procedere, vt poſsit per inſufflationem ſpiritus de nouo perempta inſtantia de lite tractari; tamen in caſu ſimili concludit, non poſſe, vt in caſu pragm.editæ Thori, vbi n.36. ait, in cauſa Comitis Cõdoyani de anno 1502. impetiti per Eſau Ruffum inſtantia perempta, ſuperueniente dicta pragmatica de anno 1505. fuiſſe iudicatum, obſtare in Cõllat.Conſil. referente Freccia, Lancell. in tract.de attent.p.2.c.4.in 3.limit. n.1.

Remediũ can.reintegrandæ 3.q.1.an competat ſpoliato ex iuſta cauſa; fuit concluſum, quòd nõ, Affl. latè dec.392.num.27. Ant.Gabr.lib.5.tit.de reſtit. ſpoliat.concl.5.n.26.& 32. *Pereir.dec.*31.*n.*1.

Remedium l.diffamari, C.de ingen.manumiſſ. proponere volẽs, an coràm Iudice proprio, vel aduerſarij proponere debeat; concluditur, coràm Iudice ſuo, ſcilicèt laico, vel competẽti, vndè remiſsio ad Iudicẽ conuenti reſultat, ſicut fuit aliàs deciſũ, Capyc.dec.88. & Gagliard.de abſolut.iuram.§.4. nu.34.vide ſuprà verbo Clericus, Vrſill.dec.268. Marcell.Calà in tract.de modo articul.& proban. gloſ.1.§.1.n.113. *Hoſt.Capyc.Latro dec.89.Larrea dec.Granat.38.n.6.vbi hic nos citat.*

Remedium Capitulorum Regni an competat, etiam quando poſt mortem poſsidentis nondùm capta poſſeſsione per hæredes bona per colonũ poſsiderentur, per ea, quæ tradit Affl.dec.325.ſiuè vacaret poſſeſsio, quia Rex voluit omnem violentiam expellere, concluditur, quòd ſic, & ità fuit deciſum in cauſa Marthę de Athanaſio cum Monaſterio S.Mariæ à Parete die 25.Februarij 1603.

Reg.

Reg. Tapia in annot. ad rubr. quando Rex inter Eccleſiaſt. perſon. cognoſc. poſſ. n. 13.

Remedium Capitulorum Regni an locum habeat in detentore, vel poſſeſſore iniuſto, data inualiditate contractus; fuit deciſum in Collaterali Conſilio, nõ eſſe locum remedio Capitulorum Regni, Reg. de Ponte conſ. 96. nu. 35. vol. 1. Reg. Tapia in rubr. quãdo Rex inter Eccleſiaſt. perſon. cognoſc. poſſ. n. 13. Alex. Raud. dec. Piſan. 13. n. 108.

Remedium poſſeſſorium reſtitutorium intẽtans an poſsit obtinere manutentionem in iudicio ſummario lite pendente, ex eo, quia præſupponitur, quòd poſſeſsio ſit penès conuentum; fuit millies deciſum, quòd non, Io. Vinc. Ann. in alleg. 131. n. 4.

Remedium Conſt. Conſtitutionem competit Domino rei, cuius poſſeſsio tranſlata fuerat ex cõtractu nullo; ità quòd liceat authoritate propria illã capere, & ità fuit deciſum in cauſa Antonij Pignatelli cum Principe Biſinani ſuper Terra S. Agathæ, Iacob. Anell. de Boct. in addit. ad dictã Conſt. incip. pondera, quia.

Remedium l. fi. C. de edict. diu. Hadria. toll. an ceſſet obſtante iure contradicentis in continẽti probato, exemplo demõſtratur in hærede inſtituto, qui vigore teſtamenti eo ſiquidem remedio vti intendebat, cui aduerſabatur legatarij oppoſitio vigore legati eidem facti in eodem teſtamento, ne pro ſumma relicta immitteretur hæres in poſſeſsionẽ hereditatis iam ſequeſtratæ; fuit per S.C. deciſum in fauorem legatarij, vt immitteretur in poſſeſsionem introituum pro ſumma legati, & pro cęteris datus terminus in cauſa, in Banca Galterij in cauſa Ducis Termularum, Anell. Amat. in conſ. 9. deceſsit olim.

Remedium l. 2. C. de reſcind. vẽd. quẽadmodùm cõpetit in reſciſsione venditionis, ità & locationis, vt cõmunitèr receptũ eſt, an locum habeat trãſacto tẽpore locationis, re iam reſtituta per conductorẽ ampliùs non poſſidentem; fuit in S.C. deciſum affirmatiuè, iunctis tribus Aulis in cauſa Comitis Vallemedianæ, nam fuit condemnatus conuentus ad maximã quãtitatẽ perceptã ex locatione officij magni reditus, Anell. Amat. in cõſ. 23. remediũ, *Ant. de Amat. var. reſol. to. 2 reſol. 68. n. 2. in medio.*

Remedium reſtitutorium recuperãdæ rei ſtabilis ab aliquo poſſeſſe intentatum ab hærede poſſeſſoris veteris an iuridicè procedat, dũ ab hærede intentatur, nullaq; de poſſeſſorio petitione propoſita, vt priùs ſcilicèt de poſſeſſorio, quàm de petitorio cognoſcatur, eò ꝙ de poſſeſſione teſtatoris, & ipſius heredis poſt mortem per aliquos annos mentio in libello habebatur, & inſupèr ob reſtitutionis remediũ ſic intẽtatũ, nõ aliter de dominio aliquid verificatum, operetur, ità ꝙ vigore talis petitionis reus cõuictus ad reſtitutioné rei cogi poſſit: caſus igitur ſub breuitatis cõpendio narratur ex facti ſerie, Io. Dominicus Grimaldus filius, & hæres quõd. Durãtis Grimaldi cũ beneficio legis, & inuẽtarij, præuia petitione porrecta in M.C.V. expoſuit, Iacobum Cerriolo poſſidere quandam petiam terræ, ſitæ in territorio Shifati *à S. Pietro*, quæ cùm fuiſſet remanſa in hæreditate paterna, & ab ipſo per aliquos annos poſſeſſa, certo modo abſq; titulo reperitur in poſſe dicti Iacobi, ob ꝙ petierat ipſum cogi, & cõpelli ad illius reſtitutionem, vnà cũ fructibus, & in termino probatorio licèt verificatũ fuiſſet per actorem, ſe eſſe hæredẽ vt ſuprà, & dictã Terram ab eius patre poſſeſſam, & ſucceſſiuè ab eodem hærede, ſed per teſtes de auditu, non tamẽ de viſu, & demùm indebitè poſſideri per conuẽtum, compilato proceſſu ſeruatis ſeruandis fuit per M.C.V. ad relationem Iudicis Vollari conuẽtus abſolutus, penès Indellum Act. Mag. & credo, quòd nec per modum agendi, neq; per modum probandi actor ius ſuũ conſequi poterat: nã & ſi hæres petitionis hæreditatis remedio non tantũ generalitèr vti non prohibetur, ſed etiam particularitèr contra poſſeſſorem alicuius rei particularis, l. 2. ff. quorũ bonor. ſequitur Marant. in ſpec. p. 4. in 7. diſt. ſub n. 8. hoc tamen procederet, quotiès hæres nunquàm poſſeſſionẽ hæreditatis, vel rei particularis habuerit: cęterùm ſi aliquãdo poſſediſſe compertum eſſet, vel hæreditatem, vel rem particularem hæreditariam, ceſſaret actio prædicta, quia poſtquàm hæreditas eſſet ſemel acquiſita, deſinit eſſe hæreditas, & appellatur patrimoniũ hæredis, l. ſed ſi plures, §. filio, ff. de vulg. & pupill. notat Rom. conſ. 40. quem ſequitur ibi Marant. n. 6. qui in præcedenti n. 5. concludit, in iſto caſu competere remedium poſſeſſorium recuperandæ, & quòd tale remedium recuperandæ poſſeſſionis hæredibus competere certum ſit, nouiſsimè tradit Benint. dec. 12. n. 1. quemadmodùm & de ſũcto, ſed difficultas noſtra verſabatur, dùm petitorio remedio hæres vſus fuerit, prætermittendo poſſeſſorium, ſi rectè procederet, & non eſt dubium, quòd ſi actor à petitorio incipiat, non poſſet ad poſſeſsionem recurrere, ità Gayl. pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 36. nu. 11. Idcircò tutius erit vtrunq; intentare, ex quo petitorium, & poſſeſſorium non diuidũtur, Idem in dicto lib. 1. obſer. 32. nu. 11. tunc enim quando petitorio, & poſſeſſorio eſſet actum, ſuper vtroq; eſſet pronunciandum, Cacher. dec. 46. n. 3. ſed priùs de poſſeſſorio præmittenda erit deciſio, in exequutione autem proprietas debet præualere, Rot. in antiq. dec. 14. n. 4. de reſtitut. ſpoliat. hìnc regularitèr videmus, ſuſpenſo petitorio procedi in poſſeſſorio, quando vtrunquè fuerit intentatum, Capyc. dec. 86. n. 6. & 16. & circa talem petitorij ſuſpenſionem multa tradit, & cumulat Ric. in collect. dec. 254. & 1263. tantò fortius ſi petitorium tantùm intentatũ fuiſſet, erit ſuſpendẽdum, donec de poſſeſſorio prius actũ eſſet, vndè ex ijs benè proceſsit deciſio M.C. abſoluendo reum, dùm prius de poſſeſſorio cognoſcendum erat: accedat etiam deficientia probationis dominij, etenim dominium probari debet in iudicio rei vendicationis, Anchar. in q. 60. p. 1. nu. 1. quod licèt acquiſitum videatur per aditionem hæreditatis adeunti, Dec. conſ. 698. nu. 4. adhùc probãdum erat, dùm de illius rei dominio recuperando ageretur, quãquàm difficilis ſit eius probatio, vt per Affl. dec. 40. poſt nu. 4. Cacheran. deciſ. Pedemont. 25. n. 6. & dec. 29. nu. 19. probari enim poterat per inſtrumenta, vel præſumptiones. Berous q. 90. n. 7. & præſertim per probationẽ poſſeſsionis, Idem in q. 65. n. 6. & 8. nam tunc dominium præſumitur ex poſſeſsione, cùm de eo agitur incidentèr, Maur. ſen. alleg. 16. n. 5. & alleg. 54. n. 3. & propterea cùm nec poſseſsio vera verificata fuiſſet per teſtes de viſu, ſed tantùm de fama, ſiuè auditu, ſucceſsiuè neq; dominium probatum

tum eſse cernitur, quod nec per auditum,nec per
famam probatur,niſi in excedentibus centum an-
nos,Alex.conſ.24.n.8.& 12.lib.7.vndè ex allega-
tis remanet deciſio ipſa exploſa,cùm igitur inter-
poſita appellatione ad circumſpectum Præſidem
S.C.per quem mandatum fuerat,vt eadẽ M.C.V.
reaſsumptis actis de iuſtitia prouideret,actor ipſe
libelli tenorem mutaſset, reintegrationẽ poſseſ-
ſionis rei hæreditariæ penès conuentum repertæ
expoſtulãdo, & in termino ſuam poſſeſſionem rei
in iudicio deductæ per teſtes de viſu, & per actus
poſſeſsiuos probaſſet,demum ſeruatis ſeruandis,
& compilato proceſſu facta relatione per Iudicẽ
Locterium die 18. Iunij 1619. deciſum fuit per
M.C.V.poſt confirmationem præcedentis decreti
aliàs lati,ex nouitèr deductis,conuẽtum ad rei re-
laxationem cõdemnãdum eſſe vnà cum fructibus
perceptis, &c. verùmtamẽ ante ipſius expeditio-
nem de ea conſultus dicebam, & ſi poſseſsorium
in eo petitorio deductum nõ eſset, adhùc ex ver-
bis libelli comprehẽſum eſse videbatur, eò quòd
actor de ſua poſseſsione poſt mortem teſtatoris
eiuſdẽ Terræ aſserebat,vt in terminis dixit Alex.
in conſ.192.n.7.lib.2. Maur.ſen.in alleg.80.nu.1.
Maur.iun.alleg.49.nu.1.vndè poterat de ea prius
cognoſci, licèt ad euitandum iuris ambiguitates
ſpecificè in appellatione actum ſit de reintegra-
tione poſseſsionis,nam & ſi de natura petitorij ſit
ſibi poſseſsorium aſsumere, & trahere, Rota in
nouis dec.6.de cauſ.poſs.& ꝓpriet. Cachet.dec.
47.n.2.& non è contra, Rota in dec.Biſneti 1.n.3.
& dec.2.n.3.de cauſ.poſseſs. & propriet. hoc niſi
quòad expenſas litis, Alex.conſ.76.n.2.lib.2.pro-
pterea ex quo ſolùm poſseſsio petitur in iudicio
poſseſsorio,ità Affl.dec.77.nu.7.eam quis præcisè
probare tenetur,Puteus dec.157.p.1.nam poſseſ-
ſio,vel quòd quis poſsiderit aliquando non præſu-
mitur,niſi probetur,quia poſseſsio conſiſtit in fa-
cto,ſecùs in proprietate,Capyc.dec.189.n.7.& ta-
lis poſseſsio in hoc potiſsimùm reſtituẽdę poſseſ-
ſorio ex duobus requiſitis comprobatur. Vnum,
videlicèt,quòd actor quandoq; poſsederit,& nũc
à poſseſsione ceciderit. Secundò,quòd poſseſsio
ſit penès aduerſarium, vt per Marant.vbi ſuprà
num.28.quòd ſatis conſtant hæc duo verificata in
actis,ſimilitèr & actus poſseſsiui per teſtes depo-
nentes per ſenſum corporeum,hoc eſt de viſu per
perceptionem fructuum, & alios actus faciendo,
conuenientes verò Domino, iuxtà congeſta per
Gomeſ.in l.45.Tauri,num.193.præſertim in verſ.
quarto modo,& quinto modo,non mirum igitur,
ſi poſseſsor vetus,& titulatus erit manutenendus
in poſseſsione ſua, Affl.dec.240.ſub n.1.quemad-
modũ & poſseſsor abſq; titulo in ſua poſseſsione
non eſt defendendus,Pute.dec.380.n.6.p.2.immò
condemnandus ad reſtitutionem, non ſolùm rei,
ex quo poſsidens ſine titulo non dicitur bona fi-
de poſsidere, Bombin.conſ.29.n.19.ſed etiam ad
fructus,ex ratione allegata,ſequitur etiam Maur.
iun.in alleg.46.n.12.& pariformitèr hæc ſecunda
deciſio iuri conſona eſse demonſtratur. Thoro.

Remiſsio mercedis inquilinis,an ſit faciẽda per Do-
minos dominorum ex cauſa peſtis; fuit deciſum,
quòd non, Affl.dec.258.Alph.Peruſ.collect.341.

Remiſsio cauſę ad Iudicem competentem vt locum
habeat quomodò practicetur in materia l.diffa-
mari, C.de ingen.manumiſs.hoc eſt an is,qui pro-
uocat aliquem ad agendum tanquam iactantẽ ius
habere in aliqua re, vel cõuẽtus, qui agere cõpel-
litur,fuit deciſum,actorem eſse prouocantem ali-
quẽ ad iudicium,& ideò ſi actor erit,debet ſuper
hoc cõuenire illum, qui ſe iactat in foro ſuo,& lo-
cum habebit remiſſio,& ſic fuit exequutum, Affl.
dec.268. Franch.dec.657.Capyc.dec.18.Ant.Ga-
briel.lib.2.tit.de action.concl.6.n.45.Muſcatel.in
praxi S.C.p.1.gloſ.reus.n.13. Marant.in ſpec.p.4.
diſt.21.n.19.Maxill.in Conſuet.Bari,rubr.de dila-
tion.nu.43.Sigiſmund.Scacc.de iud.cauſ.ciuil.&
crim.c.34.n.43.vbi in fine dixit,ſeruari in Regno,
non alibi,cùm in eo faciat ius,Ann.ſingul.543.&
procedit,& Couarr.lib.1.variat.reſol.c.18.n.5.in
fin. Cacheran.in dec.Pedemont.151.num.2.idem
Couarr.pract.quæſt.c.30.in fin.Maſull.ad Capyc.
dec.18.n.2. Andr.Gayl.pract.obſeru.in 9.obſeru.
n.7.lib.1.Reg.de Ponte dec.31.n.4.Hieronym.de
Mont.in tract.de finib.regend.c.45.nu.5.Vant.de
nullit.rubr.ex defectu proceſſ.n.65. Muſcatell.in
praxi S.C.lib.1.p.1.gloſ.reus,nu.7.Marta vot.95.
Gratian.diſcept.forenſ.85.num.8.tom.1.Gutierr.
conſ.51.nu.8. Vaſq.lib.4.controuerſ.c.12.nu.14.
*Maynard.dec.53.lib.1. D.Reg.Hector Capyc.Latro
dec.89.Ant.de Virgil.de legit.perſon.in prælud.n.15.*

Remiſſio mercedis an ſit facienda hæredi cõducto-
ris,ſi finito tempore decennij locationis fuerit ta-
citè facta reconductio,dùm intrà tempus locatio-
nis fuerat metus belli, & deuaſtationis ſegetũ, ac
aliorum,quæ paritèr contingerãt poſt finitam lo-
cationem;fuit deciſum,nullam eſſe faciendam re-
miſſionem mercedis hæredi, Affl.dec.365.num.8.
Anchar.q.42.Ioſeph Ludou.in commun.cõcl.tit.
de iur.emphyt. concluſ.vnica,verſ declaro ſextò.
Ant.de Amat.var.reſol.tom.1.reſol.18.n.1.

Remiſſio cauſę an ſit facienda ad Iudicem ſecunda-
rum cauſarum à Barone electum, habẽtem talem
cognitionem primarum, & ſecũdarum cauſarum
vigore eius priuilegij,ſi per decretum S.C.fuiſſet
prouiſum,quòd circa aſſagium faciẽdum per Ca-
tapanos in frumento appellaretur ad Capitaneũ;
fuit deciſum, non eſſe locum petitæ remiſſioni ex
cauſis diſcuſsis per Franch.dec.511.Capiblanc.in
pragm.1.n.119.& in pragm.8.n.88.de Baron.Ric.
collect.280.Maſtrill.in tract.de Magiſtr.p.2.lib.4.
c.15.nu.33.*Danza de pugna Doct.tit.de annona,&
graſſia,n.31.*

Remiſsio carcerati delinquẽtis an ſit faciẽda ad Iu-
dicem, ad quẽ erat deſtinatus ſubditus ex præce-
dentibus præparatorijs, vt in Milite Religionis
Hieroſolymitanæ, qui factis probationibus pro
admiſsione, & ſe præparaſſet accedere ad locum
Iudicis delinquentis;fuit deciſum,q non,Franch.
dec.449.nouiſsimè Caball.reſol.crim.cent.1.caſu
65.n.6. *Guazzin.in tract.ad defenſam.in 20.defenſ.
c.9.n.17. D.Conſiliar.Carlenal de iudic.diſp.7.q.65.
ſect.3.n.446.Barbat.de aſſiſtent gloſ.3.n.12.*

Remiſsio cauſæ ad hoc vt iure militet exquiritur,vt
non ſolùm conuenti ſubſint Iudici alicuius Artis,
vel Collegij,ſed etiam de illo negotio ſpectãte ad
illam Artem,& ad illud negotium,ità quòd ſit di-
uerſum inter Iudicem,& reum, aut conuentum,
nec aliquod intereſſe habeat Iudex, aut Ars, ſeù
Collegium,& proindè in occurrenti caſu non fuit
facta remiſſio ad Collegium Medicorum, ex quo
cauſa

cauſa erat inter Collegium,& Medicum petētem ſalatium Doctorum, nè Collegium ipſum fieret Iudex in cauſa propria, Vrſill.dec.41.n.7.

Remiſſio ſi ſit facta à principali, an hæres, vel alius accuſabit, & ſi fuiſſet vidua eligendo forum; fuit deciſum, quòd non, Vrſil.caſum affert in dec.180. nu.9.vbi teſtatur,hodiè aliter practicari,attenta nouella Pragmatica incip. *Perche l'ammettere*, quæ eſt 4. *de compoſit.* ad quam extat deciſ. de Franch.611.vide Viuium in ſylua commun.opin. in opin.607. pater, n.2.

Remiſſio facta à tutore de nece defuncti ipſo mandante quamuis non adimpleuerit ſolemnia, an valeat; fuit deciſum,quòd ſic, nam quis non dicitur alienare, quando ſequitur id, quod teſtator voluit,& alienauit,Vrſill.dec.262.ſub n.7.& 8.

Remiſſio cauſæ intentatæ ex remedio l.diffamari, C.de ingen.manumiſ.corā vno Iudice an fieri debeat Iudici cōuenti;fuit deciſum,ꝙ non,nā Iudex cauſæ præparantis erit Iudex cauſæ præparatæ, Vrſill.dec.268.ſub n.3.Muſcat.in praxi S.C.lib.1. p.1.gloſ.reus,n.13.*D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.to.2. controu.1.nu.*105. *Ant.de Amat.var.reſol.tom.2. reſol.*52.*ſub nu.2.D.Reg.Hector Capyc.Latro deciſ. 89.n.6.*

Remiſſio delicti ſub aliqua promiſſione an annulletur, ſi non fuerit adimpletum promiſſis; fuit in M.C.V.deciſum,quòd non, verum non prohibetur agi contra promittentem ad obſeruantiam promiſſionis, Vrſill.dec.350.ſub n.5.in fin.& vide aliam deciſionem S.C. infrà eodem verb.remiſſio delicti, Ricc.collect.dec.1853.& 2080.

Remiſſio cauſæ facta ad Iudicem Eccleſiaſticum ex perſona clerici conuenti poſſeſſoris bonorum, ſi prædicta bona laico alienauerit, & conuento laico clericum in authorem laudauerit, an militet, vel procedi debeat contra laicum nunc poſſeſſorem, remiſſo clerico; fuit deciſum, quòd non fiat remiſſio,ſed procedatur cum laico poſſeſſore, Vrſill.dec.380.n.9.meminit Maſtrill.dec.Sicil.79.

Remiſſio delinquentis ſubditi alicuius Baronis priuilegium habentis, & iuriſdictionem in eius vaſallos delinquentes extrà territorium, cum clauſula abdicatiua,& priuatiua, ſi delictum eſſet cōmiſſum in territorio alterius Baronis pariter priuilegium habentis, & iuriſdictionem cōtra quaſcunquè perſonas delinquentes in eius territorio, an ſit facienda Iudici, ſeù Baroni loci delicti, vel Baroni originis; concluditur,quòd ſi priuilegium primi Iudicis eſſet anterius priuilegio ſecundi Iudicis,ideſt loci delicti,ibi remittendus erit delinquēs,& itá fuiſſe deciſum teſtatur Nunt. Tartagl. in Margarita Fiſci c.8.n.2. in med. & Reg.Rouit. in prag.1. vbi de delict. quis debet conuen n.33. refert,bis idē fuiſſe deciſum in S.C.in cauſa Ducis Airolæ cum Principe Collis,& in cauſa Marchionis Braciliani cum Barone Siani, & confirmatum iunctis Aulis, vbi apparet,remiſſos fuiſſe vaſallos ad Iudicem delicti, & ſic ad Baronem, in cuius territorio fuit commiſſum delictum, & habebat anterius priuilegium.

Remiſſio delinquentis vulnerantis Tabellarium literas perferentem, ipſamquè aggrediendo literas intercipiendo an ſit facienda Baroni loci delicti, originis,vel domicilij; fuit deciſum,quòd non, & itá fuit talis remiſsio denegata ob facinoris grauitatem,exiſtente inimicitia inter eos,& itineris ſecuritatem ſeruandam, vndè reſultare videbatur iniuria illius, ad quem literæ dirigebantur,Iulius Cęſar Com in addit.ad Nunt.Tartagl.in Margar. Fiſci c.8. incip.cùm Marchio, quid in occidente Tabellarium Principis, vt ablatis literis arcana hoſtibus propalentur,vide Boſſ.in tit.de crim.leſ. Maieſt.n.37.*Barbat.de diuiſ. fruct. p.1.c.12.n.33.*

Remiſsio an ſit facienda ad Iudicē originis,& domicilij loci cōtractus ex lite mota ſuper iure cōgrui; fuit deciſum,quòd ſic,Franch.dec.389.Capiblan. in prag.8.nu.238.de Baron.Ricc.collect.dec.366.

Remiſsio cauſæ concernentis quærelā adulterij expoſitam per virum cōtra vxorem de adulterio in M.C.V. an ſit faciēda ad Officialem meretricum habentem iuriſdictionem priuatiuam in meretrices;fuit votatum,ꝙ cauſa huiuſmodi non debeat remitti, ex quo hæc meretricando non potuit auferre viro ius faciendi quærelā in M.C.V. Capyc. dec.44. Iul.Clar.in §.adulterium,num.3.Foller.in pract.cenſuā.verſ.Nicolaus Epiſcopus,n.184.vbi in medio, & in fin.commemorat,Aſcia determin. 92.nu.6.Caball.reſol.crim.cent.2.caſu 123. Ricc. collect. deciſ. 163. *D.Conſiliar.Carleual de iudic. tom.1.lib.1.tit.1.diſp.2.q.6.inſpect.8.n.695.*

Remiſsio mercedis an fieri debeat conductori ob clauſulas, & renunciationes inſtrumenti,vel ſi nō probauerit diminutionem introitus conſueti vltrà dimidiam cauſa mortalitatis inſolitæ; fuit deciſum,quòd non,Capyc.dec.88.in princ.Reg.Tapia in pragm.2.de ord.iudic. incip. poſtquàm publicationem,ſituata in rubr.de præſent.ſcript.

Remiſsio an fieri debeat ad Iudicem competentem ſubditi alicuius Iudicis ratione cognitionis maritimæ, ſi inſimul cum alijs deliquerit,nè continentia cauſæ diuidatur; fuit votarū in Regno Siciliæ, eſſe locum continentiæ cauſæ ex præheminentia, & obſeruantia Mag.R.C.Capyc.dec.122.Franch. dec.426.vbi annuit,hanc deciſionem fuiſſe in Regno Siciliæ,non in noſtro Regno, quarè Vrſill.errauit ad Affl. deciſ.155. in fin. vide Fab.de Ann. conſ.107.n.4. Maſtrill.dec.138.n.8.Vant.de nullit.rub.quib.mod.ſent.null.def.poſſ.n.69. Io.Frāc. del Caſtill.dec.Sicil.39.in fin. Ricc.collect.deciſ. 243. & 368.& in praxi Eccl. dec.381.

Remiſsio cauſæ an ſit facienda ad R. C. S. ſi conuentus ſuper reſtitutione feudi ſuum authorem priuatū allegauerit, qui cauſam à Fiſco habebat, actore reluctante;fuit circa hoc dubium prouiſū, quòd Commiſſarius cauſæ cum quibuſdam de Conſilio, & de Reg. Cam. ſeù alter ex Regentibus procederent in cauſa, in qua parte non opponente, nec petēte remiſsionem,erat iam datus terminus, & remiſsio poſt terminum datum petita erat, Capyc.dec.197.Ann.ſing.45.author,Muſcatell.in praxi S.C.p.3.ver.nominent,n.5. Foller. in addit.ad Marant.p.6.nu.10.Sigiſmund.Scacc. in tract.de iudic.cauſ.ciuil.& crim.c.30.num.16. Maxill.in Conſuetud.Bari,rubr.de dilation.§.authore laudato,nu.15.Viui.dec.144.num.6.Balzar. in c.1.§.pretereà,de prohib.feud.alien.per Feder. n.14. Borgnin.Caualc.deciſ.Fiuizan.8.p.1.nu.19. Marcell. Calà in tract. de mod. articul. & prob. gloſ.1.§.1.n.42.

Remiſsio cauſe vaſalli alicuius Baronis habentis iuriſdictionē à Rege in ſuos vaſallos,vt non poſsint

conueniri in M.C.V. & S.C. an denegari poſsit per Principem, ſiuè per eius S.C. quia quotidiè de facto euenit, concluditur, quòd ſic per Affl. in c. 1. §. item ſi quis feudum, quib. mod. feud. amitt. n. 7. quia intelligitur poteſtas Regis reſeruata, cùm non poſsit dare tantam iuriſdictionem, quin ſibi plus remaneat, .9. ſubdit, etiam ſi Princeps ex contractu oneroſo conceſsiſſet talem iuriſdictionem Baronibus, ex quo talis conceſsio facta tendit in maximam læſionem iuriſdictionis Regiæ, & tales conceſsiones de iuſtitia Princeps poterit reuocare, & vidimus quotidiè prædicta practicari in S.C. & in Collat. Cōſil. in pluribus cauſis, quod limitat ibi Affl. n. 8. in occurrenti caſu, quòd licèt Princeps iuriſdictiones tollere poſsit, prætèr illā, quæ eſt annexa feudo omnibus Baronibus pro libito voluntatis, quia omne officium Magiſtratus, & de iure ciuili, & Princeps cum conſilio reuocat cauſam ad ſuum Cōſiſtorium, licèt alibi cauſa eſſet videnda, & ita Princeps concedendo iuriſdictionem alteri, ſeù ſibi cauſam committendo, non videtur ex hoc ſe priuaſſe poteſtate cognoſcendi in cauſa illa, ſed tantùm cumulaſſe cauſam illam, Gramm. conſ. crim. 6. n. 23. ſicuti remittēs Epiſcopalia, adhùc videtur quædam retinere, Boer. dec. 233. n. 6. & 7. Accedunt prædictis quæ dixit nouiſſimè Reg. de Pōte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 3. de elect. Official. §. 1. n. 19. quòd Prorex cum voto Collateralis ex qualitate delictorum abdicat iuriſdictionem à Barone, vbi tradit practicam, quæ vtitur Reg. Collat. Conſil. in his, vrgente publica vtilitate, & cauſa exēplari in delictis enormibus, determinando, quòd pro illa vice, citrà præiudiciū priuilegiorum Baronalium cauſa remaneat in M.C.V. & ſi contingerit remitti ad Barones, cum clauſula, vt procedatur in Ciuitate, vel cum certo Iudice deputato.

Remiſſio cauſæ vaſalli delinquentis an ſit facienda Baroni, non obſtantibus literis familiaritatis Regijs; fuit prouiſum per S.C. quòd M.C.V. prouideret ſuper remiſſione petita per Baronem, non obſtantibus literis prætenſis, ac prouiſionibus expeditis, & ſic fuerunt remiſſi, non obſtantibus oppoſitis. Ann. alleg. 44. & ſing. 321. literæ, Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 7. num. 40. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 12. n. 23.*

Remiſſio cauſæ an ſit facienda ad Iudicem conuēti, non Regnicoli, in iudicio intētato, vbi res erat in actione mixta, reali, perſonali, & in actione hypothecaria, ſiuè aſſiſtentia, & conuentus reperiatur in loco, vbi res ſita eſſet; fuit deciſum, non eſſe remittēdam cauſam, ſed decidendam in S.C. Frāch. dec. 177. Ricc. collect. dec. 735. Marius Muta dec. Sicil. 32. n. 22. & dec. 58. nu. 15. *Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 9. num. 4. & idem poſteà fuit deciſum in cauſa D. Marij Ioppoli cum D. Ioanne Villadecano, penès Burrellum Act. Magiſtr. ſub defenſione Io. Antonij Pariſij I.C. & Aduocati celeberrimi.*

Remiſſio cauſæ an ſit concedenda clerico tanquàm tertio comparenti in cauſa ad impediendam executionem ſententiæ; fuit deciſum, quòd ſententia aliàs lata per S. C. exequeretur contra conuētum, præſtita cautione de ſtando iuri pro clerico, ex quo per S.C. non fuit habita pro canonica cōuentio habita inter debitorem, & clericum, latam ſententia, non exiſtente conuento ſoluendo, Ann. alleg. 76. & in ſimilibus cauſis per Franch. dec. 261. dixi ſuprà verb. pupillus, Ricc. in collect. dec. 106. idemq; deciſum fuit per S.R.C. facta relatione per Iudicem Io. Frāciſcum Macedonium in cauſa Petri Nicodemi appellantis cum Hæredibus quondā Iulij Callæ, in Banca Petri de Vito, contra clericum ſpontè comparentem pro ſuo intereſſe, & ſic tertium venientem in cauſa. Thoro.

Remiſſio cauſæ an ſit facienda ad Curiam alicuius artis iuriſdictionem habēns, ſi delinquens deſcriptus pro maiori parte tēporis fuiſſet in exercitio alterius artis occupatus; fuit deciſum, quòd non, Franch. dec. 175. Capibl. in pragm. 8. n. 239. de Baron. Reg. Tapia in pragm. 36. §. *& più perche*, ſub tit. de Alguzer. nu. 2. inquit, ità plures fuiſſe deciſum, & addit, exercitium debere eſſe continuatū, aliàs ſi deſeruerit, non gauderet priuilegio, ſicut quotidiè practicatur in S.C. & in pragm. 12. de offic. Admir. item ad tollendam, per quam cauetur, quòd quando petitur remiſsio alicuius, qui eſt ſubditus Admirato, tūc ſtatur literis tantùm Admirati, & Viceadmirati, quod procedit, quando regiſtrari feciſſent illas penès Actuarium Regētis M.C.V. ſed quoad exercitium inoleuit practica, vt fiant probationes, quæ debent eſſe certæ, tū exercitium, tùm etiā tempus continentes, Ricc. collect. dec. 94. *Guazzin. in tract. ad defenſ. in 1. defenſ. c. 17. n. 56. Taſſon. de anteph. verſ. 3. obſeru. 3. n. 304.*

Remiſſio an fieri debeat de aliquo reſidēte in familia alicuius Curiæ ad Iudicē Curiæ prædictæ, tanquàm eius aures offendēte; licèt per M.C.V. fuiſſet facta remiſſio, per S.C. fuit contrariū iudicatū, Frāch. dec. 147. Fab. de Ann. conſ. 107. n. 3. Georg. alleg. 48. n. 16. Capibl. in pragm. 8. n. 269. de Baron. & pragm. 12. n. 12 Genuenſ. in prax. Cur. Archiep. Neap. c. 11. Caball. reſol. crim. cent. 2. caſu 116. & 117. Ricc. collect. dec. 243. vide hìc Viſcont. in addit. latè idem Ricc. in praxi eccleſ. deciſ. 381. & in praxi var. reſol. in reſol. 140. num. 7. & reſol. 144. *Guazzin. in tract. ad defenſ. in 1. defenſ. c. 13. Merend. controuerſ. iur. tom. 2. lib. 7. cap. 29. Larrea deciſ. 1. Granat. ſub n. 14. Taſſon. vbi ſuprà n. 156.*

Remiſsio cauſæ poſſeſſorij rei feudalis an ſit facienda ad R.C.S. ſi per feudatarium fuerit petita pro intereſſe Fiſci, tantò magis cùm tractetur de feudo, quod peruenit ad manus mortuas, fuit deciſū, quòd cauſa remittatur ad Reg. Cam. Ann. alleg. 121. Ricc. collect. dec. 424.

Remiſsio cauſæ an peti poſsit per Baronē poſt terminū datū in cauſa; fuit deciſū, quòd ſic, Ann. in ſing. 55. Baro, Capibl. in pragm. 3. nu. 53. de Baron. & in prag. 8. n. 230. immò poſt concluſū, quoniā remitti debet in terminis, in quibus reperitur, & ità deciſū in S.C. inquit Māgrell. ad Bar. l. 1. §. & poſt. ff. de nou. oper. nunc. cū citat Viſcōt. ad Frāch. dec. 417.

Remiſsio cauſæ an peti poſsit per Baronem poſt ſententiam foriudicationis eius vaſalli; fuit deciſum per Sacrum Conſilium facto verbo in Collaterali Conſilio, ſententiam foriudicationis eſſe exequēdam, non obſtante petita remiſsione, citrà præiudicium priuilegij Ducis, ſeù Baronis, Ann. in ſing. 56. Baro, Marcell. Calà in tract. de mod. artic. & proban. gloſ. 1. §. 1. n. 107. Maſtrill. de Magiſtr. p. 2. lib. 4. c. 17. nu. 19. Catalan. in tract. de indult. c. 10. n. 63. Io. Grand. de bell. exul. tit. de qualit. q. 3. n. 3. in med. & in prædicamento pati, 3. quæſt. ſpeciale

85.

85. licèt in alia cauſa fuit deciſum per Mag. Cur. Vic. eſſe remittendam cauſam Principi Biſiniani poſt ſententiam forjudicationis petitam, vt refert Reg. Tapia in pragm. 1. licèt vt vniuerſalis, vbi de crim. agi oport. nu. 49. vtroſq; citat Maſtrill. deciſ. Sicil. 147. & an poſt ſententiam condemnatoriam ad mortem; fuit deciſum in S.C. quòd ſic in fauorem Principis Salerni, Reg. Rouit. in prag. 2. nu. 6. vbi de delict. quis conuen. deb. *Nouar. dec. 97. Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 12. n. 26. D. Conſil. Carleual de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 7. ſect. 2. n. 811.*

Remiſſio cauſæ an ſit facienda vnà cum inquiſito Capitaneo triremium de ſtupro, & furto commiſſis intus Ciuitatem Officialibus triremium, Viſo priuilegio ipſorum, in quo non apparebat abdicatio à M.C.V. fuit deciſum, non eſſe faciendam remiſſionem, Franch. dec. 88. Georg. alleg. 48. nu. 3. Reg. Tapia l. fin. p. 1. c. 4. nu. 9. ff. de conſt. Princip. Capibl. in pragm. 8. nu. 242. cum ſeq. de Baron. & idem Reg. Tap. in annot. ad rubr. de offic. Magn. Admir. n. 7. in fin. refert, idem poſteà in alia cauſa fuiſſe deciſum in S.C. ad relationem M.C.V. & in pragm. 1. vbi de delict. agi oport. n. 45. Reg. de Pōte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 7. Petr. Cabal. reſol. crim. cent. 3. caſu 294. nu. 227. Ricc. collect. dec. 95. Maſtril. in tract. de Magiſtr. p. 2. lib. 5. c. 15. n. 19. *Ill. D. Reg. Tapia dec. S.C. 13. n. 10. D. Conſiliar. Carleual de iudic. diſp. 2 q. 6. inſpect. 4. Danza de pugna Doct. to. 1. tit. de offic. Fiſci, n. 17.*

Remiſſio obtenta ab hæredibus offenſi cum conditione, nè inquiſitus accederet ad locum delicti perpetuò an valeat; fuit deciſum per S.C. talem conditionem eſſe inualidam, nec poſſe talem obligationem in iure ſubſiſtere, firma tamen remanēte remiſſione, Reg. Rouit. in pragm. 7. n. 8. de compoſ. eum citat Maſtrill. dec. Sicil. 38. n. 8. vbi refert, idem pluries in dicto Regno fuiſſe deciſum, *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 13. n. 47 53. & 56.*

Remiſſio Oeconomorum Hoſpitalium an ſit neceſſaria inquiſito pro nece puellæ, vel filij expoſitorum, fuit deciſum, quòd ſic, Nunt. Tartag. in prag. fin. de compoſ. c. 2. nu. 33. Paſchal. in tract. de vir. par. pot. p. 2. c. 1. n. 72.

Remiſſio vaſalli delinquentis in alieno territorio an ſit facienda ad eius Baronem, cui fuerat iuriſdictio conceſſa in vaſallos, non circumſcripto territorio, nulla iuriſdictione retenta per concedentē, ſtante præuentione Reg. Cur. in capiendo ipſum; concluditur, quòd ſic, ſecùs vbi iuriſdictio fuiſſet circumſcripta territorio, quia non eſſet, nec fieret remiſſio, & ità in caſu contingenti fuit deciſum per S.C. nàm fuit facta remiſſio vaſalli ad Eccleſiam Dominam, qui deliquerat extrà territoriū, etiam quia concurrebat fauor Eccleſiæ, tamen nō erat vaſallus Eccleſiæ quòad directum dominiū, ſed quòad vtile, Minad. deciſ. 18. quando, Ricc. in collect. deciſ. 48. & 370. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 12. n. 8.*

Remiſsio delinqnentis exiſtentis in territorio alicuius Baronis non ſubiecti Regi an peti poſsit per Proregem; concluditur, q. licèt iſte, à quo petebatur remiſsio nō eſſet ſubditus ratione iuriſdictionis; nihilominùs erat feudatarius Regis, & ſic ſubditus dici poterat ratione feudi, & quòd vaſallus ratione feudi teneatur Domino ſuo capere malefactores, & ducere ad Curiam Domini, aliàs diceretur infidelis, Affl. dec. 165. n. 89. vndè attenta tali remiſsione iuxta petita per Proregem ità fuit exequutum, nam illi malefactores fuerunt remiſsi, & de eis poſtmodùm fuit debitum ſupplicium ſumptum, Canil. de Curr. in diuerſ. iur. feud. verſ. abſoluta igitur, à n. 20. ad fin.

Remiſsio cauſæ an ſit facienda vigore priuilegij cōceſsi, in quo ex verbis, & mente colligitur, quòd voluerit concedens derogare dictis iuribus, ſi cōcedens dixerit, quòd pro quocunquè delicto, & cauſa ciuili, & criminali, etiam ad inſtantiam perſonæ priuilegiatæ priuilegio clauſo in corpore iuris non poſsit extrà Tribunal Baronis trahi, vexari, aut conueniri, & non ad inſtantiam Curialiū, & quarumuis perſonarum, & pro omnibus caſibus, de quibus ſecundùm iura communia poſſet extrahi, non obſtātibus, &c. quorum tenores, &c. vel ex alijs verbis; per Regiam Audientiam fuit iudicatum, quòd non, & idem confirmatum per M.C.V. licèt in priuilegio non erant verba, & pro omnibus caſibus, de quibus ſecundùm iura communia cognitio ſpectat ad Regia Tribunalia, quia tunc ſi ſubſequeretur clauſula generalis, ſatis videretur ſufficere, Foller. in Conſtit. Regni Capitaneorum, n. 30.

Remiſsio alicuius familiaris Regis delinquentis, in quem habet iuriſdictionem Magnus Siniſcalcus an ſit concedenda; fuit in S.C. deciſum, quòd ſic, vt refert Reg. Tapia in Conſt. Statuimus, vt M.C. n. 13. vbi allegat Affl. ibi dicentem, ſuo tempore nonnullos fuiſſe remiſſos.

Remiſsio delinquentis an fieri debeat per M.C. Domino, qui habet priuilegium cum clauſula abdicatiua, quando delinquentem ipſum haberet in fortijs, Capyc. dec. 122. tenet, quòd non, vt citando tradit Vrſill. deciſ. 155. in fin. ſed non aduertit, quia illa deciſio eſt Siciliæ, vt refert Franch. deciſ. 426. annuēns, Vrſillum errare, vt ſuprà eod. verb. remiſsio, benè verū eſt, vt idem Vrſill. ibi fatetur, contrarium obtinuiſſe pluries in pluribus cauſis, & de hoc latè dixi ſuprà eod. verb. remiſsio, *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 12. n. 42.*

Remiſsio an ſit facienda Baroni ipſam petenti pro ſuo vaſallo inquiſito de offenſione facta Arbitro, ità vt Arbiter includi videatur in Ritu M.C. quòd ſola M.C. cognoſcat de delictis Officialium, & ſic inter Officiales; fuit deciſum per S.C. ad relationem M. C. V. non eſſe locum petitæ remiſsioni, Reg. Tapia in pragm. 2. nu. 8. de arbitris, Maſtrill. de indult. c. 40. n. 3. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 12. nu. 36. Danza de pugna Doctor. &c. tom. 1. tit. de remiſſ. c. 7. n. 9.*

Remiſsio cauſæ liquidationis an ſit facienda ad Baronem habētem ex priuilegio facultatem cognoſcendi etiam de huiuſmodi cauſis in ſpecie, non obſtāte Reg. Pragm. fuit deciſum in fauorem Baronis, & ſic cauſa remiſſa fuit, Reg. Rouit. in prag. 1. de inſtrum. liquid. in fin. licèt contrarium tenuerit anteà Scagl. in tit. 54. in princ. ſtante longeua poſſeſsione M.C.V.

Remiſſio an ſit faciēda Baroni habenti priuilegium ordinarium in ſuos vaſallos de extero delinquente in eius Baronia, & ſic ratione delicti ibi patrati, ſi Ciuitas, vel Caſtrum vndè erit exterus, haberet priuilegium, nè eius ſubditi alibi poſsint conueniri, & corām alio Iudice, etiam ratione delicti,

vel loci, fuit deciſum per Reg. Aud. Principatus Citra, & Baſilicatæ, quòd non, & ſic contra Baronem in fauorem Vniuerſitatis prædictæ, & deindè in cauſa appellationis cófirmatum per S.R.C, inquit Foller. in pract.crim.rubr, audiantur excuſatores, n.106.& 107.

Remiſsio alicuius delinquentis petita per aliquam Vniuerſitatem an ſit petẽda in M.C.V. vel corám Iudice ſecũdarum cauſarum alicuius Baronis habentis cognitionem primarum, & ſecundarum cauſarum, licèt per M.C.V. fuiſſet decretũ, quòd carceratus cum omnibus actis remitteretur ad Iudicem ſecundarum cauſarum, ità ꝙ prouideret circa dictam remiſſionem petitam; cum eſſet appellatum ad S.R.C. non fuit habita ratio de prædictis, ſed remiſit carceratum petenti iuxtà decretum Reg. Aud. Principatus, & Baſilicatæ, Foller. in pract.crim.rub. audiantur excuſatores, nu.107. Aduertendum eſt, quòd in decretis remiſſionis hodiè dici ſolet, quòd remittatur cum omnibus actis, vel quòd intrà tantum tempus ſe conferat cum actis in loco remiſſionis, Mangrell. in addit. ad Bart. in l. quoniam, C. de teſt. & ità indiſtinctè ſeruatur in omnibus Tribunalibus Regni.

Remiſſio an locum habeat, ſi fuerit aliquis vaſallus Baronis repertus non ſclopo rotato paruo contra formam Reg. Pragm. fuit per S.R.C. determinatum, quòd ſic, Foller. in pract.crim.rub. audiantur excuſatores, n.135. Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rubr. de prouiſ. fieri ſol. §.3. n.47.

Remiſſio an locum habeat contra vaſallos receptatores contumacium, & bannitorum M.C.V. ad eorum Barones; fuit per S.C. deciſum, quòd ſic, Foller. in pract. crim. rubr. audiantur excuſatores, n.134. in fin. vbi ſubdit, deindè fuiſſe deciſum per S.C. cognitionem de receptatoribus cõtumacium Reg. Tribunalium competere ipſis Regijs Tribunalibus, Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rubr. de prouiſ. fieri ſolit. §.3. n.27.

Remiſſio alicuius Vaſalli delinquentis in territorio alicuius Baronis priuilegium habentis cognoſcẽdi contra delinquentes in ſuo territorio cum iuriſdictione priuatiuè ad alios Iudices, an ſit faciẽda eius Baroni pariter priuilegium habẽti cognoſcendi contra eius vaſallos alibi delinquẽtes; fuit determinatum, quòd nõ per M.C.V. propter verba ampliſsima priuilegij Baronis loci, vt laté Foller. in pract.crim.rubr. audiantur excuſatores, nu. 65. vſquè ad 78. Reg. Rouit. in pragm. 1. vbi de delict. agi oport. n.4. & infrà eod. verb. vaſallus.

Remiſsio delicti facta ſub pacto, & cõditione, quòd delinquens intrà certum tempus, vel abſq; paciſcentis, vel alterius extranei licentia ad patriam redire non poſsit, non valet, etiam ſi iuramento pactum ſit vallatum, & ità fuit deciſum in S.R.C. Neap. ac alijs Curijs, refert Viui. in ſylua cõmun. opin. in opin. 574. pactum, n.14. vide ſuprà eodem verb. remiſsio delicti, eum citat Farinac. in praxi crim. tit. de var. ac diuerſ. crim. q.107. p.2. art.20. n.263. Ricc. collect. dec. 2080.

Remiſsio filiæ feminæ an ſit neceſſaria ſtantibus maſculis querelantibus, & quid ſi renunciauerint, cùm in Regno ipſæ ſint excluſæ à ſucceſsione, fuit deciſum, non eſſe neceſſariam remiſsionem ipſius filiæ in cauſa Ducis S. Agathæ cum Marchione Burgentiæ, Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rub. de prouiſ. fieri ſolit. §.4. n.17. Ricc. collect. dec. 2080. eandem deciſionem citat Anell. Amat. conſ. 18. ſedatis.

Remiſsio inter Nobiles an ſit neceſſaria quemadmodùm inter ignobiles, fuit practicatum, ſufficere pacem inter eos factam, quæ in iudicio habetur loco pleniſsimæ remiſsionis, Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. rubr. de prouiſ. fieri ſolit. §.4. nu.37. nouiſsimè id ſingulariter tradit Ioſeph Selſe dec. Aragon. 101.

Remiſsio vaſalli delinquentis in perſonam Officialis an ſit admittenda, ità vt Baro poſsit de cauſa prædicta cognoſcere, ex quo ſola Magn. Cur. Vic. cognoſcit de delictis Officialium vigore ritus eiuſdem M.C. non tantùm actiuè, ſed et paſsiuè, concluditur in fauorem Baronis, vt ſit facienda remiſsio, licèt contrarium Reg. Aud. Principatus Citra, & Baſilicatæ decreuerant, tamen in cauſa appellationis M.C.V. in fauorem Baronis pronũciauit, iuxtà concluſa per Foller. in pract. crim. in rubr. audiantur excuſatores, n.137.

Remiſsio ſubditorum Terrarum domanialium an facienda ſit ad Officiales ipſarum per Regiam Audientiam quòad inquiſitos de contrauentionibus pragmaticarum, licèt tales Officiales licitè contra tales procedere poſsint, & detur præuentio, tamen ſi ob eorum negligentiam non vſi fuiſſent diligentia circa obſeruantiam, & Regia Audientia procederet, non erit locus remiſsioni, prout ſic fuiſſe deciſum tradit Foller. in pragm. 5. n.8. de adminiſtr. Vniuerſ.

Remiſsio cauſarum viduarum, & pupillorum an ſit facienda Baroni eam petenti vigore eius priuilegij, in quo non adeſt expreſſa derogatio l. vnicæ, ſed tantũ generalis clauſula, non obſtante lege in contrarium faciente; fuit deciſum, quòd non, Gramm. dec. 20. Vrſill. dec. 257. nu. 5. Franch. dec. 192. Peregrin. dec. Paduæ 129. n.7. *Alex. Trentac. var. reſol. lib. 2. tit. de citat. num. 2. Gallupp. in praxi S.C. p.2. c.6. n.6.*

Remiſsio vaſalli inquiſiti de homicidio in territorio Baronis commiſſo an ſit facienda Baroni illam petenti, ſi habuerit priuilegium, in quo non appareret conceſsio priuatiuè ad M.C.V, quod præſumitur cumulatiuè; fuit deciſum, quòd ſic, Gramm. deciſ. 30. Sigiſmund. Scacc. de iud. cauſ. ciuil. c.66. n.5. Foller. in Cõſt. Non ſine grandi, n.7. Capiblan. in pragm. 8. de Baron. n.114. & n.222. Reg. Tapia in rubr. de conſt. Princip. c.4. nu. 19. & ſeq. Ioach. Minſyng. ſing. obſeru. cent. 6. obſeru. 99. Mart. de iuriſd. p.4. caſu 190. nu. 8. & in tract. de clauſ. p.2. clauſ. 7. n.17. *D. Conſil. Carleual de iudic. to. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 7. ſect. 2. n. 858.*

Remiſsio, ſiuè renunciatio iuris hypothecæ facta per creditorem feudatario feudum poſsidenti cũ aſſenſu an valeat citrà aſſenſum; fuit deciſum, quòd ſic, Affl. deciſ. 232. Franch. dec. 240. Franc. de Amic. in c. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. & veniendo ad primam, ſub n.8. ſol. 161. & ſol. 165. verſ. circa verò illas, idem Affl. in Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, nu. 14. & ſeq. contra iſtam deciſionem eius opinionem tuetur, licèt non audeat impugnare, Pariſ. conſ. 1. nu. 132. vol. 2. Maur. inn. alleg. 42. n.10. Ricc. in praxi rubr. de iur. patr. deciſ. 214. n.288. Mart. de clauſ. clauſ. 31. n.11. *Viſcont. in concl. iur. verbo aſſenſus.*

Re-

Remiſsio alicuius inquiſiti ſubditi Magno Admirato de reſiſtentia facta Alguzerijs M.C. an ſit faciēda Curiæ ipſius, cū ſint offenſæ aures M.C. deciſū fuit affirmatiuè vigore ipſius Curiæ priuilegiorū, vt dixi ſuprà verb. Curia, ex mente Præſ. de Frā. h. dec. 722. & ibi Viſcont. in addit. ſub n. 1. idem tradit deciſum fuiſſe per S.C. ad fauorem Marchionis Montisfortis vtilis Domini Terræ Carditi.

Remiſſio cauſæ poſſeſſorij intētati per laicos vigore Cap. Regni non ſoluendi decimas Capitulo Epiſcopali integrè an ſit concedenda, ſi fuerit petita per Capitulum ad Curiam Epiſcopalem facta citatione per edictum, & de facto cōtra laicos agebatur; item ſtantibus prouiſionibus Collateralis Conſilij expeditis ad inſtantiam Capituli, mandātibus Capitaneo Terræ, vt cogeret illos ſubditos ad ſoluendum decimas; fuit iunctis Aulis in S.C. datus terminus, in quo receptis ꝓbationibus ambarum partium, poſtmodùm deciſum fuit in fauorem Capituli prędicti, eſſe manutenendum in poſſeſſione exigendi integram decimam, decidendo articulum poſſeſſorij in beneficiū Eccleſiæ, Reg. Tapia in ſuo opere iuris Regni, in cap. Regni 93. Item, &c. quòd Comites, & Barones, & cęteri, n. 8.

Remiſſio, ſiuè exculpatio vxoris occiſi an ſit neceſſaria inquiſito, exiſtēte legitimo hærede; fuit iudicatum in S.C. ad relationē M.C.V. in anno 1605. in cauſa Io. Iacobi Vitaliani ſufficere remiſsionē legitimi hæredis, cui ſucceſsio competit, nec alitèr requiri vxoris remiſsionem, Horat. Viſcon. ad Franch. dec. 382. in princ. Ricc. collect. dec. 2080.

Remiſsio cauſæ ad Curiam alicuius Artis, putà Serici, vel Lanæ an ſit faciēda, non obſtāte electione fori facta per pupillum, & iuramēto perhorreſcētię; fuit in duobus caſibus relatis à Iacobo Anello de Bottis in addit. ad Cōſt. Statuimus, vt M.C. incip. Nota, quòd in anno 1541. deciſum, quòd non, *Danza de pugna Doct. tom. 1. tit. de remiſſ. c. 7. nu. 7. Gallupp. in praxi S.C. p. 2. c. 6. n. 58.*

Remiſsio petita ad ſuum Iudicem per clericum cōuētum pro ſuo intereſſe in R.C.S. ſuper regiſtratione aſſenſus præuia reſtitutione in integrum ob lapsū tēporis an ſit cōcedēda; fuit deciſū, ꝓcedēdum eſſe in eadem Reg. Cam. non obſtante petita remiſsione, in cauſa Comitiſſæ Caſtri cum Marchione Corati clerico; nam de actione ad feudum tractabatur, cuius cognitio ad dominum feudi ſpectabat, Anell. Amat. conſ. 28. in eadem.

Remiſsio vaſalli percutientis Actuarium Curiæ ipſius an ſit facienda Baroni, obſtantibus Ritibus M.C.V. loquentibus, quòd ſola M.C.V. de delictis Officialium cognoſcere poſsit, & ſic actiuè, an inſupèr paſsiuè locum habeāt, cùmq; tale delictum fuiſſet commiſſum in perſonam cuiuſdam hominis, qui fuerat aliàs Actuarius, nec alitèr intuitu officij, ſed cauſa ludi; fuit per S.C. deciſum affirmatiuè, & ſic in fauorē Baronis, Aſcia determin. 107. Ill. Dominus, & de ijs extat deciſ. Præſ. de Franch. 407. *Danza de pugna Doctor. tom. 1. tit. de remiſſ. c. 1. n. 11.*

Remiſſio partis an ſit neceſſaria in crimine falſi, q̃uis falſitas ipſa effectū nō habuerit in partis intereſſe; fuit iudicatū in S.C. ad relationē M.C.V. in cauſa Horatij Tropiani eſſe neceſſariā, vt poſſit gaudere indultu, Reg. Rouit. in pragm. 4. n. 30. & ſeq. de falſis, & in pragm. 12. de abol. n. 17. in notis.

Remiſſio cauſæ intētatæ in M.C.V. contra aliquem, qui poſt litem conteſtatam petierat remiſſionem ad Curiā Artis Serici, vel alterius Curiæ, tale priuilegium habētis, ſi nil in termino præfixo probauerit, tùm circa matriculā, tùm quoq; circa exercitium, ob quod fuerat denegata, & demùm poſt peremptionem inſtantiæ conuentus fuerit admiſſus ad matriculam Artis prędictæ, ſi indè obtenta inſufflatione ſpiritus vitæ in cauſa ipſa ad actoris inſtantiam, & vellet cauſam proſequi, comparentibus Cōſulibus Artis memoratæ, an ſit facienda, M.C.V. denegauit remiſsionem prædictam, & interpoſita appellatione ad S.C. fuit pronūciatum, benè appellatum, & proindè cauſa fuit remiſſa ad Curiam Artis Serici, in cauſa Anelli de Conterio cū Medoro Bono, vt teſtatur Reg. Rouit. in rubr. de inſt. cauſ. non reſtit. n. 14.

Remiſsio cauſæ, in qua Fiſcus habet intereſſe ſit ad R.C.S. iuxta Pragm. Regni, quæ eſt conformis iuri communi, quod intelligendum erit, quando Fiſcus re vera teneretur de euictione, ſecùs ſi non conſtaret in promptu de intereſſe Fiſci, nam tunc Aduocatus Fiſci præiudicaret Fiſco, ex eo, quia tacitè cenſeretur fateri, quòd Fiſcus teneatur de euictione, ſuſcipiendo onus litis tanquàm auctor laudatus, & aperiret viam fraudi, per quā omnes cauſæ deberent remitti ad Reg. Cam. & ità iudicatum per S.C. in cauſa Monaſterij SS. Petri, & Sebaſtiani cum Marchione Laini, facta relatione in Collat. Conſil. ſic confirmante decretum S.C. Reg. Rouit. in pragm. 13. de offic. Procur. Cæſar. §. item vt Reg. Cam. n. 2. *Meminit de hac deciſione D. Conſil. Carleual de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 6. inſpect. 9. n. 705.*

Remiſsio cauſæ an ſit facienda ad R.C.S. inſtante Reg. Fiſco creditore alicuius, de cuius hęreditate iudicium pēderet in S.C. fuit iudicatum in eodem S.C. ad relationem Conſil. Lopez die 22. Ianuarij 1615. quòd cauſa hæreditatis proſequeretur in S.C. & ibi liceret aſsiſtere Fiſci Patrono, in cauſa Hęredum Victoriæ Puderico cum Dominico Spinola, & Reg. Fiſco illius creditore, Reg. Rouit. in pragm. 64. n. 2. de offic. Procur. Cæſar. *D. Conſiliar. Marcian. conſ. 5. n. 15. & D. Conſil. Carleual de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 6. inſpect. 9. n. 705.*

Remiſsio cauſæ apocæ Banci an ſit facienda Baroni, vel alteri iuriſdictionem habenti in conuentum, ſi fuerit, vel à conuento, vel à Barone, ſiuè Iudice iuriſdictionem habēte in reū petita; fuit deciſum die 28. Septēbris 1616. iunctis omnibus Conſiliarijs quatuor Aularum S.C. & declaratum pro obſeruantia Reg. Pragm. anni 1588. die 13. menſis Ianuarij editę, in cauſis motis, & mouendis vigore apocarum directarum publicis Bancis non eſſe admittendam exceptionem fori declinatoriam, ſiuè opponatur à parte, ſiuè à Barone, aut quauis alia Curia prætendente cauſæ remiſsionem, quorumuis priuilegiorum vigore, niſi poſt apocas recognitas, aut legitimè verificatas fuerit factum depoſitum per debitorem cōuētum, vel ſe conſtituerit in vinculis, Reg. Rouit. in pragm. 64. §. in primis, à n. 38. ad fin. de offic. Procur. Cæſ. qui ſub n. 34. referendo alias deciſiones eiuſdē S.C. quādo eſſet oppoſita exceptio declinatoria, q̃ tamen non abdicaret iuriſdictionē in totū, ſed illam redderet elidibilē tātū per exceptionē, & ꝓindè debitores

non audirentur, niſi facto depoſito, vel intrà carceres, & ita iudicatum ad relationem M.C.V. per S.C. in cauſa Notarij Nicolai de Roſa cum Ioſepho Cambio, *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 12. n. 34.*

Remiſſio petita per Baronē exterum, feuda in Regno poſſidentem, & conuentū ſuper re in Regno exiſtente a Ciue Neapolitano, priuilegium trahēdi habente, non obſtante comparitione dicti exteri in M.C.V. petentis, ſe hæredem declarari ſui conſanguinei, interpoſita appellatione ad S.C. per actorem an ſit concedenda, dato termino ſuper remiſſione cauſæ; fuit per S.C. iunctis Aulis deciſum, non eſſe locum petitæ remiſſioni, penès de Ferrarijs, in cauſa Marchionis Orioli cum Principe Auriæ, Anell. Amat. conſ. 31. fruſtrà.

Remiſſio cauſę an facienda ſit ad Curiā Artis ſerici, quæ iuriſdictionem habet in ſuos ſubditos exercentes talem artem, ſi per ſubſtitutū exercceretur ars prędicta, in facto apparebat, Io. Iacobum Lauritanum conuentum fuiſſe a Iulio Barrimello in M.C.V. ad ſoluendū duc. 900. pro tot bonis ei vēditis, & dùm fuiſſet oppoſita fori declinatoria per conuētum ad Curiam Artis ſerici, pro parte actoris dicebatur, nullo iure militare ex infraſcriptis. Nō enim de matricula dubitabatur, quia apparebat in actis, & propterea cùm ipſa matricula tātū non ſufficiat ad remiſſionem citrà exercitium, vt ex mente Butrig. in proœm. ff. vet. tradit Alex. ad Bat. in l. ſemper, §. negotiario, ff. de iur. immun. Matriculatus .n. in aliqua arte, ſi illam nō exercet, nō gaudet illius priuilegio, Bat. in l. qui ſub pretextu, n. 2. C. de ſacroſ. Eccl. propterea vtrūq; probādum eſſet, .ſ. exercitium, & matricula, nec vnum ſine altero ſufficeret, vt aliàs deciſū refert Frāch. dec. 481. de qua ſuprà eod. verb. matricula, & quāuis reſpectu exercitij conuētus allegaſſet, per ſubſtitutum artem facere, ſuper quo dubitatū extitit, ſi petitę remiſſioni deferendum eſſet, & non eſt dubium, quòd artem faciēs per ſubſtitutum gaudere debeat priuilegio immunitatis, & fori, Rom. in ſing. 47. quem ſequitur Alex. ad Bart. in rubr. C. de matricul. lib. 11. col. 2. verſ. comprehenditur, in facto enim circa hoc apparebat albaranum quoddā confectum inter certos Mercatores cum Io. Dominico Lauritano nepote conuenti factum in anno 1617. die 17. Iunij, vbi aſſerebant, dictum Io. Iacobū participaſſe pro duc. 3000. in ſocietate quadam apothecæ Serici, & dictos duc. 3000. deindè diuerſis eius creditoribus eſſe ſolutos, & ſic per actorem dicebatur, ei albaranum non opitulari, ex duobus. Primò, quia licèt ipſe interuenerat in contractu præſtando aſſenſum pro eius nepote, non aūt, vt ipſe fuiſſet aggregatus in ea ſocietate, & dato, quòd fuiſſet aggregatus, iā expirauit ius ſuum, quia fuerat facta ſolutio ſuæ pecuniæ eius creditoribus, & ſic ceſsāte cauſa, ceſſabat effectus, c. cùm ceſſante, de appellat. Artifices .n. dicuntur qui de præſenti per ſe artem exercent, nō qui per alium exercent, aut qui in præteritū exercuerunt, Bar. in l. 1. n. 2. ff. de excuſ. tutor. qui autem per decennium artem non exercuerūt, non dicuntur artifices, & ex hoc probatur, quòd exercuerunt, eſſe artifices, Bart. in tract. de teſtib. n. 64. ſed quia per certos teſtes in termino examinatos probauerat, dictum conuentum exercuiſſe artem vendendi, & emēdi Sericum minutim, & in magnum, ipſumq; per eius nepotem laborari feciſſe, fuit tandèm per M.C.V. ad relationem Iudicis Piſcicelli deciſum, cauſam remittendam fore Curiæ Artis Serici, deinde facto verbo de prædictis per eundem Iudicem de hoc præſenti menſe Auguſti 1619. in S.C. fuit cauſa prædicta remiſſa eidem M.C. & ſic cōfirmatum decretum ipſius M.C. penès Palmam Act. Mag. prout habui ab Anello Faleſio V. I. D. cauſę allegatę patrono, & meo cōſobrino. Thoro.

Remiſſio clerici depoſitarij non alitèr incedentis in habitu, & tōſura an facienda ſit ad ſuum Iudicem cōpetentem; deciſum fuit per S.C. referente tunc Regio Conſiliar. Horatio Marcheſio, eſſe procedendum ad vlteriora, petita remiſsione non obſtante in anno 1590. penès Secretarium, in Banca Ciuitellæ, in cauſa Ill. Principis Caſertæ cum D. Carolo Brancatio, D. Camill. de Laratha in conſ. 61. vendita maſſaria.

Remiſsio clerici effecti poſt delictum patratum an fieri debeat ad Iudicem Eccleſiaſticum; deciſum fuit per M.C.V. in cauſa D. Ludouici de Brucio Capuani affirmatiuè, in Banca Micenæ, D. Camil. de Laratha conſ. 105. in hac cauſa.

Remiſsio mercedis, ſiuè excompotū an faciēda erit Arrendatori Dohanæ Neap. ex cauſa prohibitionis nundinarū factæ ob cauſam peſtis, infraſcripta allegata fuere per Bartholomæū Baldinū, & Camillū de Medicis Aduocatos primarios in cauſa Hieronymi Briuij cū Reg. Fiſco ſuper excōputo petito. Primò, ꝙ quando conductor impeditur vti re locata facto locatoris, locator tenetur ad totale intereſſe, in quo habetur etiā ratio lucri, l. ſi fūdus, l. ex conducto, in princ. l. ſi cū lege, §. colonus, & l. ſi merces, §. 1. l. ſi quis domus, §. pen. l. hæc diſtinctio, ff. locat. & de hoc non agitur, nā actor nō prætendit totale intereſſe, ex quo prohibitio prędicta nō fuit culpoſa, aut cōductor impeditur vti re conducta ex facto locatoris, ſi factum eſt voluptuoſū, & tūc tenetur ad totale intereſſe, etiam ſi non fuerit factū locatoris culpoſū, l. qui in inſulā, l. habitatores, ff. eod. putà quādo locator vult ampliare domos pro maiori eius vtilitate, & non ex cauſa neceſſaria: qñ verò cōductor impeditur vti re cōducta facto locatoris, ex quo quāuis facto locatoris fuerit iuſtū, nō tamē debet afferre damnū cōductori, Bar. l. ſi vno, §. itē cùm quędā, verſ. ſi verò factū locatoris, ff. locat. & indè ſi dicta prohibitio facta fuerit pro bono publico, ac Regni cōſeruatione, id conductori officere non debet, ſed pro rata debet remiſsio fieri, & quādo ob publicā vtilitatem priuatur, damnum affert, ideò debet ſibi reſtitui, l. 2. C. ex quib. cauſ. ſeru. pro prem. lib. 12. Andr. in §. & plauſtrorum, in princ. quæ ſint regal. l. Lucius, ff. de euict. nec obſtat, quòd alia ſit perſona locatoris, & alia prohibētis, quaſi quòd prohibitio ſit facta via iuris, tāquàm à Iudice, & locatio ab alia perſona; nam dicitur, quòd locatio fuit facta Arrendatori ab Excellentiſsimo Prorege, qui gerit vicem Regis, & habet eandem poteſtatem, quam habet ipſe Rex, Iaſ. l. conuentionum, col. 2. verſ. tertiò limito, n. 7. ff. de pact. Iacobin. in ſua inueſt. verb. Vicarius perpetuus, Boſſ. in tit. de Principe, n. 87. & prohibitio eſt facta ſimilitèr ab Excellentiſsimo Prorege, & iam afficrata ſunt iura Regalia, quę ad Regē ſpectant, & ſic, à quo eſt facta locatio, ab eodē eſt facta prohibitio; vlterius

& ſi

Digitized by Google

& ſi prohibitio eſſet facta à tertio, adhuc debet fieri remiſſio pro rata,d.l.fundus,ff.loc. & de prohibitione facta per eundē locatorem,latè Caſſan. conſ.35. Secundò,non obſtat,quòd non debet fieri remiſſio ſub prætextu, quòd conductor non ſit in damno, immò in lucro, quo caſu non fit remiſſio,l.ſi vno,in princip. ff.locat. l.licèt, C.eod.cap. propter ſterilitatem, extrà loc. Nam ad finem, vt fiat remiſſio,debet eſſe in dāno in dimidia,vel ad minus in tertia,vel quarta parte arbitrio Iudicis,Couarr.pract.quæſt.c.30. Boſſ.in tit.de remiſſ. merc.in fin.Capyc.dec.88.in hoc aduertēdum eſt, quòd tunc fit compēſatio cum fertilitate, iuribus citatis,quando eſt caſus fortuitus,putà,incendiū, ſterilitas,quia fructus non ſunt percepti,putà,Cęli vitio, d.l.licet, vel vitio rei, d.cap.propter ſterilitatem,ſed quando non eſt caſus fortuitus, ſterilitas,&c. tunc nō habent locū iura allegata, ita Albert.in l.ſi vno,§.item cùm quidam,nu.13.ff.locat. Paul.de Caſtr.d.l.ſi vno,§.item cùm quidam,nu.3. Couar.in verb. conductor, verſ.quartò adde,ſed in caſu iſto nulla ſterilitas aderat, ex quo erant fructus,& poterant percipi, & fuiſſent percepti, niſi dicta prohibitio facta fuiſſet,ob quod debet fieri remiſſio,Firman.in tract.de Gabell.2.p.n.42.f.55. & ſic diſtinctio damni, & lucri ſit in cauſa ſterilitatis,& in caſu fortuito ; non quando conductor prohibetur vti re conducta, licet propter bonum publicum,& ex cauſa neceſſaria,quę remiſſio tātò magis locum habet in caſu, de quo agitur, ex quo iſte Arrendator Dohanam Neap.arrendauit in ſpecie cum Nundinis,ſine quibus nō percepiſſet dictū arrendamentum cum tanto extaleo,quo fit,vt ſicut quando fit venditio alicuius Vniuerſitatis,euicta re particulari venditor nō tenetur de euictione,l.1.C.de euict. l.ſerui venditor, ff.eod. tamen qñ in ſpecie eſt promiſſa euictio pro corporibus particularibus,tunc vēditor tenetur,l.qui filijfam.il. l.niſi de ſubſtantia, ff.de hæred. vel act. vend.ità in locatione,& facta locatione Vniuerſitatis cum corporibus particularitèr deſignatis, vna re prohibita locator tenetur ad illud damnū, etiam ſi in parte fuerit prohibitus conductor,l.ex conducto,in princ.ibi aut totius agri,aut partis nō præſtari,ff.locat. & cùm locatio, & cōductio proximæ ſint venditioni, & eiſdem regulis conſiſtāt, l.2.ff.locat.& cùm dictæ Nundinæ in ſpecie arrēdatæ non veniebant in vniuerſali arrendamento Dohanę Neap.propterea fuerūt in ſpecie aſſictatæ,ſine quibus Arrendator non contraxiſſet, arg. l.tutor,§.ſi curator,ff.de minor.& tantò magis remiſſio eſt faciēda, quo caſu vigore dicti pacti ſterilitas vnius anni nō compenſatur cum fertilitate alterius anni,ex quo prouiſio hominis tollit prouiſionē legis,l.ſi.C.de pact.conuent.& in proprijs terminis,ꝙ non habeat locū tex.in l.ſi vno, ff.loc. l.licèt,C.eod.Ang.conſ.312.n.6.vbi optimè,Ruin. conſ.87.vol.1.de peſte,vide Socin. conſ.44. vol.1. & ad materiā excōpoti iuxtà præmiſſa Vrſill.dec. 158.latius,& ità facta relatione per R.C. in Coll. Conſ.deciſū fuit, vt fiat petita remiſſio, vt habui ex volumin.allegationum patrui mei dilectiſſimi Fabij de Falco I.C.Peritiſsimi. *Nouar.de grauam. vaſall.tom 1.grauam.232.n.32.* Io.Bapt.de Thor.

Remiſsio Officialiū R.C.S. an ſit facienda ad eandem R.C.de negotijs inter partes geſtis,nullū intereſſe Fiſco interuenientibus,ſed dūmtaxat, eò quòd ſunt Miniſtri, & Officiales ipſius R.C. quauis videbatur eſſe dicendū, fore remittēdā cauſam cōſimilem,ex tractatis per Reg.de Pōt.in dec.36. vbi n.8.refert, ꝙ Officiales conueniuntur ſub quo militant,& ſic dixit,deciſum fuiſſe per Coll.Conſ. in perſonā Porterij S.R.C. Attamen oppoſitum deciſum patet in pluribus cauſis. Et primò, in cauſa Ioannę Ferrarę cum Berardino Ferrario Porterio R.C. conuento ab ipſa Ioanna ad ſoluendū certā pecuniariū quantitatē ſibi debitam petēte remiſſionem cauſæ ad ipſam R.C.vti illius Porterio, & ſi primo loco deciſum fuerit in eius beneficium, iterùm facto verbo in S.R.C.deciſum fuit,procedendū eſſe in S.C. non obſtāte petita remiſsione. Similiter in cauſa Iordani Moretri Rationalis eiuſdem R.C. conuenti ad inſtātiam Marini Tudini ceſsionarij Ioannæ Conſtanzæ pariter petentis remiſsionē ad R.C.S. demùm facto verbo die 17.Nouemb.1617.per Doctiſs.Reg.Conſiliar.D. Ferdinandū della Quadra cauſæ Commiſſarium, idem deciſum fuit,eſſe procedendum in S.C.non obſtante petita remiſsione, à quo decreto dūm fuiſſet habitus recurſus ad Reg. Coll.Conſil. fuit præuia relatione circumſpecti Reg. Fuluij Conſtantij patritij Neap.virtutū,& ſcientiarū omnifariā genere ornatiſsimi deciſum in fauorem actricis cōfirmando decretū eiuſdem S.C.prout hæc omnia patent cōgeſta in proceſſu Iulij de Ioanne cū Simeone de Ioanne Actuario R.C. in Banca de Ferrarijs f.4.& à ter.f.6. & 7. Indè vigore dictorū decretorum in eadē cauſa prædicti Simeonis petentis remiſsionē ad R.C. fuit prouiſum per Eruditum Conſiliat. Ferdinādum Brancia, quòd detur terminus in cauſa,petita remiſsione nō obſtāte;& rectè, credo, tales deciſiones proceſsiſſe, ex authoritate Luc. de Penn. in rubr. C. de apparit. Præſ.Vrb.lib.12.quē citat Reg.de Pont.d.dec.36. ſub n.8.vbi firmat concluſionē,ꝙ omnes Miniſtri, officiales ſub Magiſtratu,& Prȩſide cōueniantur, ad cuius prouidentiam, & iudiciū noſcitur pertinere, ea ratione,ne abſtrahantur à miniſterio,cuius obſequio deputati ſunt,& demùm dicit, quòd Officiales Magiſtrorum Rationaliū mero imperio carentium poſſunt cognoſci à Cut. Vic. quia non abſtrahuntur ex ipſa vocatione ab obſequijs eorundem, & licèt ab ipſo Regente impugnetur, rectè in caſu ſuo, poſtquàm tractabatur de remiſſione Porterij S.C. ad Præſidem eiuſdem S. R. C. in caſu autē præmiſſo tractabatur de remiſsione facienda de Officialibus R.C.ad eandē R.C.quæ habet limitatā iuriſdictionē, non autem generalē omnium perſonarum, ſed dūmtaxat negotiorum pertinentium ad Regale patrimonium,in quibus Fiſcus actor,vel reus exiſtit, vel vbi de euictione conuenitur principalitèr: Item omnium perſonarum memorata negotia fiſcalia,aut patrimonialia gerentium,vel eorū intuitu delinquentium, ſecus tamen quòad cauſas,vel negotia inter partes verſantia; vt diſpoſitū eſt in prag.62.de offic.Procur. Cæſ.tunc enim non attenditur qualitas perſonarum, ꝙ ſit Officialis R.C. vel alterius Tribunalis; etenim M.C.V. non ſolū vniuerſalē iuriſdictionē habet in omnibus, ſed paritèr S.R.C. qui perſonā Regis repreſentat,vt copioſius dixi in præfatione huius Compendij,ſaluo,&c. Io.Bapt.de Thoro.

Re-

Digitized by Google

Remiſſio inquiſiti de aſſaſsinio an faciēda ſit Iudici eius competenti, ſi tale delictū eſſet probatū (non tamen plenè) ſed per depoſitionem mandatarij aſſaſsinij factam ſub ſpe indultus, nam anteà tortus fuerat, ſed non confeſſus; Item per depoſitionem Amaſiæ eiuſdem aſſerentis, mandatariū recepiſſe certam ſummam pecuniarum, licèt minimam antè delictum, & per alios teſtes verificatū poſt delictum ipſummet mandatariū carceratum exiſtētem aliam recepiſſe pecuniarū quantitatē, prætereà ob ſecretam alloquutionem ad aures factā ab inquiſito mandatario, & promiſsionē pecuniæ, & inimicitiam inter eum, & occiſum habitam, obſtāte etiam periurio dicti mādatarij, in facti ſerie cōſpiciebatur, Reg. Fiſcum prætendiſſe cognitionē Fratris Io. P. de Pōte Equitis Hieroſolymitani vti culpati de aſſaſsinio ex ictu ſcopicti immiſſo Ambroſio Ruſſo à Io. Baptiſta Moro, non enim dubitatur, ipſum eſſe Equitem, quò fit vt ſcmota qualitate aſſaſsinij remitti debeat, ſicuti M.C.V. decreuit, paritèrq; confirmari per S.C. expetebatur; vndè ad excluſionem dicti delicti neceſſe erit de duobus prius agnoſcere. Et priùs de ipſis inquiſitis. Secundò, de ijs, quæ contra quēlibet eorū adducuntur. Reſpectu primi dicebatur; Paridē Pinellum fuiſſe mandantem, Ambroſium Ruſſum vulneratum, Antonium Caſtellum mediatorē, dictum Equitem aſsiſtentem, ſeù mediatorē, & ipsū Io. Baptiſtam Morum mādatarium, ſeù percuſſorem, vt fundari poſsit qualitas ipſa aſſaſsinij videndum eſt, ſi inter Ambroſium, & Paridē inimicitia aliqua adeſſet, & in depoſitione Ambroſij apparet, nullā exiſtere inimicitiam, & ſic ceſſante cauſa, ceſſat effectus. Secūdò, nec inter ipſos Ambroſium, & Antonium Caſtellum, igitur Fiſcus nequit prætendere, ꝙ dictus Antonius cōmittere voluiſſet hoc delictū, quāuis adducat amicitiā inter dictum fratrem Equitem, & Antonium, eò ꝙ ſecreta alloquutus eſſet, oſtendendo monetas aureas, & quòd Antonius dicebat, quòd ipſe impendere volebat duc. 1000. quos Grillus ſoluere debebat ex ordine dicti Paridis, vt teſtes aſſerebant, iſti .n. non concludunt, nec conuincunt mandatū præſumptum inter dictum Equitem, & Antoniū, eò quia ad hoc vt præſumptum mandatum cōſtituatur tria neceſſaria ſunt. Primò, inimicitia capitalis. Secundò alloquutio ſecreta. Tertiò, delictū incontinenti, ità reſpectu Antonij nil adeſt, nec præſumi pōt, ſupereſt videre, si inter Io. Baptiſtā, & dictū Equitem mādatum ineſſet, aut aſſaſsiniū, & si tale verificatū eſſet, ità vt priuilegio fori careat, Io. Baptiſtæ cōmiſſo delicto, carcerato, & ad mortem condemnato tortura infertur per horam cum dimidia vnà cum funiculis, & nō confitetur, deindè ſub ſpe indultus confitetur, quòd tale delictum feciſſet ad inſtātiam dicti Equitis ſub promiſsione pecuniæ, & in pluribus vicibus recepiſſe duc. 3. & in hoc plura adducuntur. Primò, quòd in domo Iſabellæ ſuæ Amaſiæ receperat pecuniam, & hoc deponit dicta Iſabella, quòd in certo die dictus Eques, vt daret pecuniam attulit vnā dopplam auream in apotheca Licciardi Blanchi, qui noluit cōmutare, & ipſum tranſmiſit Gaſpari Vozauotræ, qui mutuauit carolenos decē, & dictus Eques donauit carolenos quinq; dicto Io. Baptiſtæ; Blancus deponit de cōmutatione, Gaſpar de viſu. Item ꝙ dictus Eques ſecretò loquutus eſſet cū dicto Io. Baptiſta in apotheca Io. Aloyſij Longobardi chyrothecarij, & ꝙ Io. Bapt. dixiſſet, dictum Equitem voluiſſe certum ſeruitium, & ꝙ ei dedit denarios, prætereà ꝙ in die delicti, & priùs ipſe Eques fuerat in domo dictæ Iſabellæ Amaſiæ dicti Io. Baptiſtæ, & miſiſſet comeſtibilia, plures teſtes depoſuēt. Demū in carcere cōſtitutus dictus Io. Baptiſta, ipſum Equitem intus carceres ei pecuniā dediſſe teſtes affirmabant: hæc in facto: In iure aūt infraſcripta allegata fuerūt per Io. Thomam Pollium Eruditum Aduocatū dicti Equitis aduerſus prætendentias mandatarij ſuſpenſi ex parte Sacræ Religionis replicantis, qualitatē ipſam aſſaſſinij non alitèr verificatam fuiſſe, adeò ꝙ talia iudicia nō erant ſufficientia decernendi per M.C. quòd cauſa remaneret, & incipiēdo à depoſitione dicti Io. Baptiſtæ, vndè totus depēdet proceſſus, nam ea deſtructa tota corruit informatio, primitiua infecta inficitur deriuatiua, Affl. in dec. 336. ſub n. 5. & In primis Io. Baptiſta tanquam cadauer tortus, & nō confeſſus credendum eſt, dixiſſe veritatē, l. dictū Diui, ff. de quæſt. & quādo fuiſſet confeſſus, non feciſſet iudicium tale quale, vt Bart. in l. qui in vlt. n. 2. ff. de pęn. & in l. maritus, ff. de quęſt. Secundò, iſte depoſuit ſub ſpe indultus, quæ depoſitio corruit, per Salyc. in l. ſi quis, C. de teſtib. & Boſſ. de oppoſ. cōtra teſt. n. 21. Tertiò, eſt periurus, nam in primo examine depoſuit, neſcire, & tortus acerrimè perſtitit, & non poterat reuocare dictū ſuū, & potiùs eſt credendum primo dicto, quā ſecundo, vt habetur per Cęphal. in conſil. 113. n. 14. Bertac. conſ. crim. 39. n. 13. conſ. 4. nu. 12. Gramm. vot. 34. n. 11. Burſ. conſ. 275. n. 5. 6. & 7. Farinac. q. 48. n. 181. & ſic cùm talis patiatur tot exceptionibus, omninò repellitur, c. cùm literis, c. ſeries, de teſtib. Barbar. conſ. 54. vol. 1. n. 4. Burſ. cōſ. 79. n. 10. & hæc eſt cōis. Secundò, corruit depoſitio Iſabellę, ex quo eſt mulier, & in cauſa criminali capitali nō admittitur, vt per Farinac. q. 59. n. 21. qui refert omnes, ſecundò eſt meretrix, l. 3. §. lex Iulia, ff. de teſtib. idē Farin. in q. 56. n. 359. Vltimò, eſt concubina dicti Io. Bapt. in qua concurrit eadē affectio, ac ſi eſſet vxor, vt per Maſcat. concl. 340. n. 8. vbi cumulat omnes, & Farin. q. 54. n. 216. Tandèm eſt ſingularis, & depoſuit indicio remoto, gl. in l. fin. C. famil. erciſc. & vox vnius, vox nullius, & ſic cùm patiatur tot exceptionibus, repellitur, vt per Farin. q. 59. n. 26. vltrà alios adductos cōtra Io. Bapt. reſpectu verò pecuniæ ſolutæ à Porto adeſt depoſitio dicti Gaſparis ſingularis, & corruit, l. vbi numerus, ff. de teſtib. & eſt indicium remotū, reſpectu depoſitionū Io. Aloyſij Longobardi, & Iacobi patris, & filij ſūt amiciſſimi dicti inquiſiti, ex quo Io. Baptiſta in ſuo teſtamento reliquit Io. Aloyſiū Exequutorem ſui teſtamenti, & repellitur propter magnā affectionē, amicitia repellit teſtē, l. 3. ibi, vel amicus ei ſit, pro quo teſtimoniū dat, ff. de teſtib. canonizata in c. ſi teſtes, in verſ. teſtium fide 4. q. 3. facit tex. in c. quoties, extrà eod. ibi, vt iuret ſe nō priuato odio, neq; amicitia, & ſic ęquiparantur odiū, & amicitia, vndè ſequitur, quòd ſicut inimicus cōtra quem producitur teſtis repellitur à teſtificando, ità etiam debet repelli amicus producentis, ad idem tex. in can. quatuor 11. q. 3. vbi probatur, quòd non minus humanum iudiciū per-

Digitized by Google

peruertitur odio, dùm inquit tex. cõtra quem debet aduerſariorũ molimur, quã amore, dùm amico, vel propinquo complacere contendimus, & ſic ex quo ibi æquiparantur amicus, & propinquus quòad amorem, ſequitur ꝙ ſicut propinquus, ità etiã affirmat Specul. in tit. de teſt. §. 1. n. 1. Aufrer. de reprob. teſt. nu. 10. Campeg. de teſt. ſing. 21. in princ. Montic. in ſuo reperr. teſt. vet. amicus, & idẽ ꝙ procedit reſpectu Io. Aloyſij, procedit reſpectu ẽt Io. Iacobi filij, cùm pater, & filius vna, eadẽ perſona cenſeantur, & cùm ẽt in defenſionibus ſit benè probatum, ambos prædictos eſſe protectores prædicti Io. Baptiſtæ, vltrà quòd deponunt ex ore Io. Baptiſtæ, & nõ plus probãt, quàm depoſitio Io. Baptiſtæ, cap. fraternitatis, de hæret. reſpectu verò bonorum comeſtibilium miſſorum ad Iſabellã concubinam oppoſuit, bona prædicta fuiſſe miſſa ad Hieronymam, vt ex depoſitione legitur, reſpectu pecuniæ ſolutæ intus carceres non ſapiunt aſſaſſinium, ex quo ſunt poſt delictum, vt per Hieronymum Gabriel. conſ. 170. n. 22. vol. 2. & Farin. q. 123. n. 58. Boſſ. in tit. de mandat. nu. 34. Vulpell. conſ. 141. Baiar. ad Clar. §. aſſaſſiniũ, n. 6. & 8. & ſic ceſſant quantitates figuratæ, nec Fiſcus dicere poteſt, ſingula quę non proſunt ſimul collecta iuuãt, quia hoc procederet, quando vnaquæq; indicia eſſent perfecta in genere ſuo, Bald. in l. ſi quis ex argentarijs, ff. de ædil. edict. idem Bald. conſil. 319. col. 2. vol. 3. & Hippol. de Marſil. in §. diligentèr, n. 29. ad quod notabilitèr Gramm. in vot. 11. n. 22. dixit in crimine aſſaſſinij, ꝙ probatio per pręſumptiones, ſeù probabilia argumenta intelligenda eſt, quando talia argumenta eſſent indubitata, & non alitèr, quinimmò in antecedenti nu. 5. idem Gramm. refert, quòd aſſaſſinus clericus vt poſſit puniri per Iudicẽ laicũ, requiritur, quòd qualitas aſſaſſinij fuerit probata, adeò quòd concludat, & notabilitèr Boſſ. in tit. de foro compet. n. 66. dixit, quòd ſi ſolus adeſſet mandatarius, qui deponeret contra mandantem, non diceretur conſtare de aſſaſſinamento, nam expreſſum mandatũ exigitur, Bald. conſ. 283. vol. 1. Gramm. d. voto 11. in princ. Plaza lib. 1. epit. delict. c. 15. n. 4. Decia. lib. 9. c. 30. n. 17. Brun. à Sole cõſ. 34. n. 13. Vulpel. cõſ. 183. n. 2. Farin. q. 123. n. 147. & ſic omninò prædictus F. Io. Petrus eſt remittendus ad Sacrã Religionẽ, iuxtà decretũ latũ per M.C. cætera ſuppleat, &c. & ità indè facta relatione per Reg. Conſil. Didacũ Lopez cauſæ Commiſſarium in Coll. Conſ. cũ interuentu aliorũ Conſiliariorum eius Aulæ deciſum fuit, eſſe remittẽdum ad Sacrã Religionẽ Hieroſolymitanam, pęnès Amendolam Scribã cauſæ, in Banca Tarragliæ Act. Mag. & ſic conſpicitur, ex ijs practicatũ fuiſſe conſ. Gabr. vt ſuprà citatũ, non ſufficere pecuniam ſolui poſt delictũ, ad ornatum materiæ præmiſſæ ſatis notandum erit, ꝙ aſſaſſiniũ ad hoc vt inducatur pecunia debet eſſe in maxima quantitate, & non in parua, Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cler. in 1. effect. n. 707. Accedat præmiſſis, quòd mediator inter mandantẽ, & mandatarium non includitur in diſpoſitione pragm. 1. de aſſaſſ. & propterea fuit deciſum per S.C. ſuperſedendum eſſe in foriudicatione contra mediatorem, vt refert Reg. Rouit. in d. pragm. ſub nu. 48. & qualitèr probetur aſſaſſinium, Marcell. Calà de mod. artic. & prob. §. 2. glo. vnica, nu. 481. plura de hoc crimine digerit, Camp. in cap. Frequens, & Muicat. in prax. crim. rubr. de homicid. med. mand. & in rubr. de priuileg. eot. Thoro.

Remiſſio clerici inquiſiti de aſſaſſinio iam cogniti à ſuo ordinario Epiſcopo, licèt per M.C.V. poſtmodùm capti, & carcerati, an ſit concedenda: In propoſita facti ſerie apparebat, eſſe clericũ de aſſaſſinio inquiſitum, & per Epiſcopum eius cognitũ, & demùm ex defectu probationum liberatum in forma ſuper nouis indicijs, indè captum per M.C. & carceratum pro eius parte remiſsio ad eundẽ Epiſcopum expetebatur, cò quòd cùm licèt tale delictum cõe ſit Eccleſiaſtico Iudici, & laicali, & inter eos cumulatiuam ineſſe iuriſdictionem, & ſucceſsiuè locum præuentioni, ne iterùm pro eadem cauſa moleſtaretur: Hæc breuitèr in cauſæ deciſione in iure deducta fuerunt per Io. Thomã Pollium I.C. Præſtantiſsimum ſ. Clericus Franciſcus Antonius Marſicus in minoribus cõſtitutus, beneficiatus, & alias renaſſus cũ de eius notorio clericatu cõſtitiſſet in M.C.V. ſub prætextu, quòd eſſet inquiſitus de aſſaſsinio decreuit, quòd cauſa remaneat, appellauit ad S.C. & dicit, eſſe remittendum ex infraſcriptis. Primò n. dicit, crimen aſſaſsinij, dato, & non conceſſo, quòd eſſet probatum, eſſet crimen mixti fori, & in eo caſu eſt conceſſa iuriſdictio vnicuiquè Iudici, & Iudex laicus põt cognoſcere per cap. pro humani, & ibi omnes DD. de homicid. in 6. & quòd ſit mixti fori, dubiũ non eſt, vt per Gramm. conſ. 2. poſt deciſ. & Decia. in eius tract. crim. cap. 26. lib. 4. in vol. 1. n. 17. in tit. quæ ſint delict. mixti fori, fol. 200. & ſi eſt delictũ mixti fori, dubium non eſt, quin cognitio cauſæ prædictæ nõ ſit ſublata a Iudice Eccleſiaſtico, cap. dudũ, vbi glo. de preb. in 6. & Iudex, qui pręuenit, habet cognitionẽ cauſæ; l. vbi cœptum, ff. de iudic. vbi Ang. & omnes DD. in l. 2. C. de maled. & in c. poſtulaſti, de iudic. vbi pręſertim Abb. latè Carau. ſuper rit. 295. nu. 18. Hæc fortaſsè per Fiſcum dici põt huic clerico obſtare, ex quo omnes caſus mixti ſunt Reg. Cur. vt per prag. 3. de iuriſd. nõ turb. & ſic præuentionem nõ habere locum. Secundò, dãto, ꝙ eſſet locus præuentioni tunc non auſertur cognitio, ẽt ab alio Iudice, vt per DD. in cap. fęlicis, de pœn. in 6. & ſic in ipſa M.C. procedi poſſe, ſed ijs, & alijs, quæ in contrarium adduci poſſunt non obſtantibus dico, quòd clericus omninò ſit remittendus ratione præuẽtionis; nã Reg. Pragm. loquitur de delictis cõmiſsis per laicos, & cap. fęlicis loquitur idem, ſed quando ſunt delicta mixti fori, & delinquẽs eſt de iuriſdictione Iudicis Eccleſiaſtici, & cognitio ſpectat ad vtrumquè, tunc habet locum præuentio, & cognitus ab vno, non poteſt cognoſci ab alio, vt per Bald. in conſ. 260. vol. 2. in princ. quod conſilium adducitur per Decian. in d. c. 26. eod. tit. n. 16. f. 200. verſ. prima quæſtio, & ità affirmat ipſe Decian. ac etiã hanc opinionem tenuit in conſ. 82. vol. 2. in princ. vbi ait, ꝙ Iudex laicus quando præuenit, eſt cognitio ipſius, & ità aliàs fuit iudicatum per S.C. in cauſa Archipresbyteri de Belcaſtro olim carcerati in Curia Eccleſiaſtica ob aſſaſsinium, & demùm carcerati per M.C. appellauit ad S.C. ab indebita carceratione, & facto verbo in eodem S.C. in aula Conſiliarij Gizzarelli, diſcuſſo negotio, & audito Reg. Fiſco fuit prouiſum, eſſe liberandum ratione præuen-

uentionis, & ſic quando eſſet dubia quæſtio, cùm ſit diſcuſſa per S.C. facit ius in Regno, vt per D. de Frauch.dec.90. qui affert deciſioné Bonon.27. vbi multos DD. citat, & ſic articulus iſte non paritur difficultatem, cętera verò ſuppleat Religio Iudicantis : hæc ille, & ſic deciſum fuiſſe mihi retulit idem Aduocatus, factoq; verbo per dictã M.C.in aula Reg.Conſiliarij Io.Thomę Veſpuli, pęnès . . . . Ego autem vltrà prædicta ad corroborationé allegatæ deciſionis allego Carol. de Graſſ.in tract.de effect.cleric.in 1.effect.n.717. vbi cenſet, Iudicem laicum habere iuriſdictioné cumulatiuè cum Iudice Eccleſiaſtico cõtra clericum committentem aſſaſsinium,& eſſe locũ præuentioni,qui in eodem effect.1.n.585. paritèr cõcludit, prȩuentioni locum eſſe inter Iudicem Eccleſiaſticum, & Iudicem laicum in delictis mixti fori,& quòd præuentio locum habeat inter Iudices habentes parem iuriſdictionem in delinquentem,refert Præſes de Franch.dec.147.n.5.ſed potiſsimũ illa præuentio efficacior exiſtimatur,quæ ex captura procedit,Clar.in §.fin.q.38.ſub nu.27. quo caſu ſi Iudex ex præuentione informationis, citationis,& capturæ perſonæ cognoſceret de delicto,nullatènus locus remiſsioni eſſet, idem de Franch.dec.88.ſub n.4.& 5.& ob id benè abſolutus reus,vel punitus à Iudice præueniente,nequit iterùm cognoſci,vt iterùm puniatur, vel abſoluatur,quod ſatis ęquitati,& iuris diſpoſitioni cõſentaneum eſt, nè quis pluriès de eodẽ delicto moleſtetur,l.Senatus,ff.de accuſ.latè Carau.in rit.269. n.22. & ibi addita per me conferunt. *Vndè datur pro cautela,vt clerici eodem crimine notati compareant coram Epiſcopo, vide Ant. de Ballis in eius tract.crim.lib.3.rubr.de lit.diſpenſ.q.3.caſ.1. nu.33. fol.112.vbi alia poſuit de hoc,Gallupp.in praxi S.C. par.2.cap.6.nu.98.* Ioann.Baptiſta de Thoro.I.C. Neap.

Remiſſio mercedis an facienda ſit inquilino,qui habitare non poteſt in domo conducta ob euidens periculum comminatæ, ſeù imminentis ruinæ, cũ autem cõtigiſſet retrò annis elapſis quaſdam domos ſitas in Suburbio Virginum exiſtentes, vbi vulgò dicitur *alle Pigne*, caſmate perijſſe exiſtentes propè domos V.I.D.Mutij Recchi,& Franciſci Tuccæ, ob quod euidentiſſimè eorum domus conductæ periclitari videbantur,præuia tamen proteſtatione facta in M.C.V. aduerſus Artimitiam Grammatico,ipſi petierunt, licere eis exfractate,& aliam domum conducere,obſtante imminenti periculo caſmatis, ſicut præuijs acceſſibus pluriès factis per Iudices dictæ M.C.cum fidibus Tabulariorum comprobatum fuit, licèt cùm effectu id exequutioni demandatum eſſet per dictam M.C.V.indè dubitari contingit, ſi integram penſionem ſoluere tenerentur inquilini prædicti dictæ locatrici poſt refectionem factam, eoſq; requirenti ad redeundum ad habitandum in domibus mentionatis,nec alitèr ipſis redire volẽtibus. Et cùm in iure copioſius allegatũ fuiſſet pro ſuorum iurium tuitione per dictum Eruditum I.C. Mutium Recchum meum obſeruandiſſimũ amicum, quas allegationes prælo tradidit Paſchal. in ſuo eleganti tract.de vir.pat.pot.p.4.c.6. in fin.d. cap. qui de eodem puncto mentionem fecerat in eod.cap.n.44. vbi multorum DD. authoritatibus cernitur,rectiùs iudicandum fore in ſui fauorem, non tamen deciſio aliqua ibi citatur,ſed indè de prædictis mecum verba faciendo ipſe Mutius retulit,quanquàm per dictam M.C.contra eius ſententiam pronunciatum fuiſſet, condemnando ipſum,& paritèr dictũ Franciſcum Tuccam ad ſoluẽdum integram penſionem;deducta tamen cauſa prædicta per viã appellationis in S.C. vbi poſt præſentationem copiæ proceſſus,& fidei depoſiti integræ penſionis ad euitandam exequutionem decreti eiuſdem M.C.quod exequi poterat, cùm eſſet infra ſummã duc.150. ad relationem Eruditiſſimi Conſil.mei Domini Scipionis Rouiti antè omnia deciſum fuit per S.C. ſtante præſentatione dicti depoſiti, ꝙ firmo remanẽte depoſito detur terminus ad nõ poſita ponẽdũ in forma, poſtmodùm cõpilato proceſſu iterùm facta relatione de prædictis in eodem S.C. per eundẽ cauſæ Commiſſarium in anno 1616. deciſum fuit, medietatẽ depoſiti facti per inquilinos ipſiſmet reſtituẽdam eſſe, aliamuè medietatem locatrici ſoluendam, vt ex actis indè geſtis patet pęnès Amicũ Act. Mag. & cùm rationem deciſionis allegatæ intueretur, cur non integrum depoſitum ſibi reſtitutum eſſet ſed medietas tãtùm,aliãue ſoluere debuiſſet; reſponſum accepit, deciſionem ipſam iure optimo eſſe fundatam, poſtquàm & ſi locator curare teneatur,vt conductori liceret vti frui re conducta, aliàs teneretur ad remiſſionem mercedis, & ad intereſſe, Bellac.inter comm.opin. tit.de locat.& conduct.nu.30. modò in præmiſſo caſu imminentis periculi ruinæ,ſicut conductorem propter neceſſariam refectionem rei locatæ expelli poſſe,affirmat Roman.in ſingul.235. quem citat Donat. à Fin.inter comm.opin.eod.tit.n.107. qui ſucceſſiuè tradit, ea refecta poſſe conductorem petere ſe reponi in re locata, per text.in l.ſi duo, §.cùm inquilinus, verſ. teſtari per Dominum, ff.vti poſſid. quod ſequitur Cremenſ.ſingul.72. & Marſil. in l. vnica,col.6.C.de rapt.virg.& in rub.ff.de fideiuſſ. q.31.n.34.ſic è contra permiſſum eſſe cernitur cõductori recedere à domo conducta, exiſtente iuſto timore refectionis, qua facta redire : Verùm quia in hoc verſari cernitur amborum intereſſe .ſ. conductoris, qui ex neceſſaria cauſa ductus aliam domum conduxerat, & locatoris, qui facta refectione conductorem ad reddendum interpellauerat, non .n. condecens erat, ambos eſſe in damno,ſed eorum vtilitati prouidere, & locatorẽ ad intereſſe condemnari, paritèrq; conductorem ad reliquæ penſionis reſiduũ, ſicuti in facto oſtẽſum fuerat, aliam domum conductam fuiſſe pro duc.40. & ſic pro medietate penſionis domus, à qua receſſerat,nec erat iuſtum,vt locator vltrà intereſſe teneretur,ad quod facit quod dixit Caroc. in tract. de locat. par.4. in tit. de remiſſ. merced. q.8.nu.20. ibi ſecundus eſt caſus,ſi adeſt iuſtus timor,ſed non receſsit, & integra merces debetur, ſi tamen aliam domum conduxerit,debebit locator mercedem ſecundæ locationis,vel quanti conducturus fuiſſet excõputare, vel refundere, quaſi de hoc conueniſſe videatur,l.ſi domus, verſ.idem iuris,ff.loc. Io.Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Remiſsio facta à tutore teſtamentario, qui alitèr non confecerat inuentariũ inquiſito de ictu ſcoppicti,abſq; tamen vulnere, ſeù offenſione corporali,

rali, citrà tamen Iudicis decretum an iure ſubſiſtat, ita vt talis inquiſitus habita tali remiſſione poſſit gaudere Regio generali indultu, accidit, ꝙ dùm repetiretur inquiſitus Fabritius Malenus Ciuitatis Roſſani Prouinciæ Calabriæ Citrà, eò, ꝙ certo die exiſtens in lictore dictæ Ciuitatis altercatus eſſet cum Iulio Bricti ex cauſa piſcium, & inuicem ſe iniuriando, ipſe tandèm Fabritius armatus ſclopo rotato, ipſumq; ademando ictum intulit in perſonam d. Iulij, non tamen alio vulnere, nec alia offenſione apparente, remiſſionem indè obtinuit a tutoribus teſtamentarijs dicti Iulij, cuius vigore prætendens in M. C. gaudere generali indultu hęc ſummariè allegata fuere per eruditum aduocatum Ioann. Thomam Pollium, licèt enim ex parte Fiſci duo principalitèr allegari videantur obiecta ad excluſionem inquiſiti, vt tali indultu gaudere non poſſit, alterum eſt, cùm tale delictum ſit in Regno grauiſſimum, pro quo pęna mortis impoſita eſt ex pragm. 1. de ictu ſclop. aliud verò obiectum eſt, quòd de communi conſuetudine noſter Rex, & eius Vicereges ſunt conſueti facere gratiam habentibus remiſſionem partium, D. de Franch. deciſ. 409. ſed cùm hic ceſſet remiſsio valida, meritò nullo iure gaudere debet indultu, ad quod facilius reſponderi poterit, circa primum obiectum iam conſtat, non eſſe nouum in Regno, vt inquiſitus de ictu ſcopicti animo deliberato emiſſo, citrà tamen offenſionē perſonalē gaudere poſsit generali indultu, exiſtēte partis remiſsione, etſi in ſe grauiſsimū cēſeatur delictū naturalis mortis pęna condignū, nā ità aliàs M.C.V. iudicauit in fauorē Fuluij Migliacci ad relationē Io. Baptiſtæ Maſcābruni, tūc Iudicis eiuſdē M.C. in criminalibus, multò fortius in caſu iſto decidēdū erit, dùm in rixa fuerit tale delictū patratū, vt in terminis dixit Iul. Clar. in §. fin. q. 59. n. 3. in medio, nec demū de ſecūdo obiecto curādū eſt, nā & ſi in generalibus gratijs exquiratur remiſsio partis, vt per d. Iul. Clar. in §. fin. q. 59. & Farinac. in tit. de inquiſit. q. 6. nec per hoc faciēda erit vis in Iudicis decreto nō alitèr interpoſito, quòd expediat pupillis talē remiſsionē facere, quia ſēper expedit pupillis quietè viuere, & habere pacē cū offenſore patris, vt pōderat idem Farinac. in q. 15. n. 60. & tādèm ad relationē eiuſdē Iudicis deciſū fuit per M.C.V. ꝙ nō gaudeat, nec potuit Aduocatus ipſe amplius decidi facere articulū prædictum, penès Florillum Act. Mag. ego credo, ipſā M.C. ſic deciſiſſe ex inualiditate remiſsionis, adeò ꝙ ordinariè ſic practicatur in eadem M.C. in ſimilibus remiſsionibus faciendis per tutorē, pręuia informatione, ſi expediat pupillis interponi decretum, vt valeant tutores illā facere, vt memor eſt Carau. in ritu 275. ſub n. 20. ſequitur Foller. in pragm. fin. de cōpoſit. n. 91. & ſic nouiſsimè deciſū teſtatur Preſ. de Frāch. dec. 535. vbi iſtā materiam benè examinat, ſi erit neceſſariū decretū Iudicis, vel nō, vltrà ꝙ remittere eſt donare, Anna alleg. 97. n. 12. & tutori inhibitū eſt expreſsè donare res pupilli, Donat. à Fin. inter commun. opin. lib. 8. tit. de donat. n. 28 Borgn. Cauialc. in tract. de tutor. n. 13 r. quidquid dixerit Iul. Clar. in §. fin. q. 58. verſ. quæro, an tutor. ꝙ remiſsiones factæ abſq; decreto, & cauſæ cognitione valeāt, nam reſpōdet ibi Carau. n. 21. hoc procedere, quādo inſimul cum pupillo tutor remiſerit, aliàs ſecùs eſſet, nec de grauitate delicti ratio aliqua haberi debeat pro conſequutione indultus, adeò ꝙ etiā in homicidijs, & alijs grauioribus delictis, nō tamē in indultu exceptis, abolitio ſuū vēdicat locū, ꝙ tamē hodiè ex nouella pragm. 52. de armis edita per Excellētiſsimū Comitē Lemēſiū iuniorē alitèr ſtatutū eſſe oſtēditur, cū tale delictum ſiuè ex ictu ſcopicti mors ſequatur, ſiuè nō, ſed tātùm attētatū, ſiuè appēſatè, ſiuè dolosè, aut in rixa pęna naturalis mortis cōdignū eſſe, & paritèr proditoriū delictū, ità ꝙ nulla exceptione, nulloq; priuilegio, & immunitate ex quauis cauſa debitis gaudere poſsint delinquentes cum dictis armis, quæ ſatis ſunt conſideranda in caſu occurrenti. Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Remiſsio cauſæ laici defuncti, factaq; litis conteſtatione cuius clericus hæres extat, an ſit faciēda ad Iudicē Eccleſiaſticū, ipſo inſtāte ex priuilegio ſuæ perſonæ, hanc quæſtionem nouiſsimè examinat D. Carol. de Graſſ. in ſuo ſolēni tract. de effect. clericat. in 1. effectu, ſub num. 281. verſ. ſubampliatur tertiò, cum n. ſeq. qui omnes DD. antiquos, & modernos vtriuſq; opinionis cumulauit, & demùm cōcludit iuxtà cōmunē opinionē, non alitèr remittendā fore cauſā ipſā, ſed in Curia ſeculari terminari debere, ijs medijs, Primò, quia ſi inchoato iudicio reus efficitur clericus, cogitur corā laico cōparere, tātò magis quādo clericus ſuccederet laico, cū quo lis reperitur cępta, Secūdò, quia inſtātia inchoata cū defuncto tranſit ad hæredē actiuè, & paſsiuè. Tertiò, quia vbi cęptū eſt iudiciū, ibi finiri debet. Quartò, quia hæres, & defunctus cēſētur vna, & eadē perſona. Quintò, quia defunctus conuētus corā Iudice laico videtur cū eo quaſi cōtraxiſſe, ne poſſet forum declinare, quia in iudicijs quaſi cōtrahitur. Sextò, quia obligatio non variatur ex mutatione perſonæ ſucceſſoris, nec ius alterius mutatione perſonæ fieri debet deterius. Septimò, quia ius creatum, & formatū in perſona defuncti tranſit actiuè, & paſsiuè in hæredē, & cū hac opinione reſidet ipſe, ad quod vltrà eū allego Ricciū ità cōcludentē in collect. dec. 1039. ex mēte Surdi, Couarr. & Balbi, eādēq; opinionē ſequitur Fuſcus in ſing. 10. lit. H. ſicq; dū iuxtà hāc cōmunē opinionē cōmunitèr receptā domi prouiſū fuiſſet per Reg. Cōſiliar. Alōſum Vargas in cauſa Fabritij, & Mutij Girūda cū Clerico D. Hieronymo Girunda à decreto prædicto appellante, facta demū relatione iuxtà Regiā decretationē circūſpecti Præſidis, in S.C. fuit cōfirmatū decretū latū per eūdē meritiſsimū Cōſiliariū in beneficiū ipſorū Fabritij, & Mutij, dictās, ꝓcedendū eſſe in S.C. non obſtante petita remiſsione per dictū Clericū D. Hieronymum, penès Actorū Magiſtrū de Mōdellis de hoc anno 1619. & menſe Iunij, *Iul. Cæſar Gallupp. in praxi S.C. p. 2. c. 6. n. 83. & iterū in cauſa inter hæredes quōdā Laurētij Belmōtis, & Octauiū Ricciullum in M.C. lite conteſtata, & defuncto dicto Octauio, filij, & heredes ipſius minor vnus, & Clericus alter petierūt remiſſionē cauſæ ad Curiā primarū cauſarū Ciuitatis Coſentiæ, & ad Curiā Archiepiſcopalē Coſentinā, et præſentatis bullis, ac præambulis, et ſollennibus, M.C. decreuit, ꝓcedēdū eſſe in ea, et cū fuiſſet appellatum ad S.C. facto verbo in Aula Reg. Conſil. Felicis de Ianuario die 18. Martij 1621. fuit confirmatū decretū penès, Anaſtaſiū, ſub tutela*

Fla-

Flaminij Garofali V.I.D.ad quod etiam reperi quã-dam Apoſtillam manuſcriptam incerti Authoris ita dicentem, et ita S.C. iudicauit in anno 1548. inter Iſabellam Pages, et Franciſcum Ruiz, Aluarius Tramontanus, Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Remiſſio cauſæ feudalis vbi agitur de modo ſuccedendi in feudo in poſſeſſorio ſummariſſimo non eſt facienda ad R.C.ex diſpoſitione pragmaticæ,et ſic iudicauit S.C. Io.Andr.de Georg.in repet. feud.c.49.n 9.

Remiſſio cauſæ feudalis vbi agitur de qualitate feudi an facienda ſit ad R.C.S. deciſum fuit per S.C.affirmatiuè in cauſa feudi Turcini,et in feudo Maceratæ, facto verbo in Collat. Conſil. per tunc Regentem Io. Franc.de Ponte, vt tradit Conſil.Io.And.de Georg. in repet.feud.c.49.n.11.

Remitti an debeat Officialis ſeruiens in maiori Caualleritia Regni ad Locumtenentem ipſius, qui habet iuriſdictionem in perſonas, quæ in ſtabulo deſeruiunt; fuit in facto deciſum, quòd ſic, Reg. Tapia in rubr.de offic.Mag.maſſar.n.5.

Remitti an debeat ſubditus M.C. Admiratiæ ad ipſam Curiam ſi offenderit Alguzerios M.C.V.eximendo carceratum,& pluribus vulneribus,& offenſionibus ipſos afficiendo, vel cauſæ ipſius cognitio ſpectabit ad M.C.V. cuius aures ſunt offenſæ, quamuis iuriſdictio Magni Admirati ſit abdicatiua fuit per S.C. tàm in prima inſtantia, quàm in cauſa reclamationis remiſſus inquiſitus ad eandem Curiam Admiratiæ,vt latè per Fab.de Anna conſ.107. licèt per tex. vbi n.23.ponit deciſionem, Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg. tit.3.de elect.Official. §.1.n.22.

Renouatio an fieri debeat cõſanguineis pro eadem mercede, dixit Paris de Pureo in tract.de reinteg. feud.c.126.incip.an ſi fuit conceſſa,quòd ſic, eum citat Franc.de Amicis in c.1. de his, qui feud.dar. poſſ.in §.ſupereſt modò,nu.1.fol.42.& ità in facto obtinuiſſe in M.C.V.eximius Doctor Fabius de Falco in cauſa Cammellorum dixit mihi, penès Anaſtaſium. Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Renunciari an videatur ex clauſulis generalibus apponi ſolitis in inſtrumentis præuentioni,ſi ſpecificè non fuerit illi renunciatum, concluditur, quòd non,& ità in facti contingentia fuiſſe determinatum,& deciſum in M.C.V.ait Frecc.de præſent.inſtrument.in 9.p.q.5. quem allegat Viuius in ſylua commun.opin.in opin.425. iuramentum, num.10.

Renunciari an poſſit per debitorem beneficio auth. hoc niſi, C.de ſolut.contradicentibus creditoribus,quando ſubhaſtatis, & licitatis bonis non reperitetur emptor,vel non iuſtus emptor; non obſtante alia deciſione S.C. fuit deciſum poſſe renunciari beneficio prædicto, Franch. deciſ. 81. Muſcatell.in practica S.C. lib.2.p.3. gloſ.adiudicantur, n.32.Theſaur.dec.Pedemont.153.nu.11. Ricc.in collect.dec.153. Ameſcua in tract.de poteſt.in ſeipſum, lib.2.c.vlt.in fin. Paſchal.in tract. de vir.pat.pot.p.2.c.9.nu.77.& 90.*Borrell.in ſumma deciſ.tom.3.tit.24.nu.89. D.Reg.Sanfelic.deciſ. 111.in princ. Nouar.in tract.de datione inſolutum, q.13.n.1. Gallev.de renunc.tom.3.renunc.190.n.3.*

Renunciatio generalis an extendatur ad obligationem dotis,vel alimentorum,& an comprehendat obligationem iuratam, fuit deciſum in S.C. quòd non, Diomed.Mariconď.in addit.ad Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ,incip.an autem iſta reuocatio, &c.

Renunciatio generalis facta per filiam an comprehendat etiam ius conſuetudinarium reſpectu bonorum ad matrem ex ſucceſsione alterius filiæ peruentorum, concluditur,quòd ſic, Franch.dec. 690.Ricc.in collect.deciſ.30.& 126. *Lal.Caput.in Conſuet.Si moriatur,p.3.§.6.n.5.*

Renunciatio ſi ſit facta de bonis in genere non includuntur bona feudalia, niſi in ſpecie illis fuerit renunciatum, quia natura bonorum feudalium ſeparata eſt ab alijs,& ità fuit per S.C.iudicatum, Affl.in c.1.§.Titius cum Semptonio, in fine, ſi de feud.fuer.cõtrou.inter Dominum,& agnat.quem citat,& ſequitur Gramm.dec.101.n.11.

Renunciatio ſi ſit facta per filiam à patre dotatam de bonis maternis, & paternis eidem patri, & hæredibus an præſumatur pro medietate vtriuſquè patrimonij dotata, vel tantùm de paternis iuxtà l.fin. C.de dot.promiſſ. fuit concluſum, diſpoſitionem d.l. fin. locum habere etiam in renunciatione,& ità præſumendum eſſe dotatam tantùm de bonis paternis filiam, Afflict.dec.178. n.130.Reg.de Ponte conſ.74.n.9.vol.1. & ſucceſſiuè non prohibetur petere bona materna, eum citat Maſtrill.dec.Sicil.186.n.16.

Renunciatio facta per filiam maritatam, & congruè dotatam à patre de bonis paternis, & maternis ſuo patri, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus deuolutis, & deuoluendis, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato an porrigatur ad donationem à matre factam inter viuos, fuit deciſum, ex quo filia ſpecialitèr renunciauerat patri, & eius hæredibus bona materna deuoluenda ab inteſtato,vel ex teſtamento,& non renunciauit bonis maternis deuoluendis per donationem inter viuos, quòd dicta renunciatio non comprehendat caſum acquiſitionis per contractum donationis inter viuos, Afflict.deciſ.350. à num.1.per totam, Carocc.in ſuis deciſionibus caſu 62.num.24.Molfeſ.in Comment.ad Conſuetud.Neapol.titul.de renunciat.quæſt.1.num.37. Riccius in collectan. deciſ.30.

Renunciatio generaliſsima an comprehendat ius futurum, fuit deciſum, quòd non in Regia Camera, Anna ſingul. 439. renunciatio, Maſull. ad Capyc. deciſ. 88. in fin. Gratian. diſcept. forenſ. cap.346. num.1.tom.1. *Dalner.in tract.de renunc. cap.16.*

Renunciatio facta patri viuo an noceat filijs, qui veniunt ex perſona propria, fuit deciſum in Sacro Conſilio, quòd non, Frecc.in addit. ad Conſuetud.Si moriatur, incip.renunciatio, in fine,fol. 83. & in alia incip. vide quæ habentur, fol. 90. Molfeſ.in Comment.ad Conſuet.Neap. tit.de renunc. q.7.

Renunciatio patris an noceat eius filijs, fuit in S.C. deciſum, quòd non; verùm in liquidatione tantò minus percipiant, quantò pater habuit, Ioann. Angel.Piſanell.in addit.ad Conſuet.Si moriatur, incip. Bart. d.l. qui ſuperſtitis, fol.49. Georg.in alleg.29.nu.9. Molfeſ.in Comment. ad Conſuet. Neap.tit.de renunciat.q.5.nu.26. Claud.Turius alleg.3.n.21.

Renunciatio an domino rei permiſſa ſit, ſi territorium conceſſum fuiſſet francum ſub natura emphy-

phyteutica, iuxtà Conſtit. Regni; fuit deciſum in S.C. quòd nô, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 1. author. verſ. in pluribus autem modis, n. 5.

Renũciatio facta à ſorore in beneficiũ patris an extẽdatur in beneficium ſororis, ſi mortuo patre, & demùm ſorore excludatur iſta ſoror renũciãs; fuit deciſũ in fauorẽ ſororis renũciãtis, ꝙ admittatur ad ſucceſſionẽ, & hoc in R.C. contra Fiſcũ in ſucceſſione vnius Dñi, Io. Ang. Piſanel. in add. ad Cõſuet. Si qs, vel ſi qua, incip. hic eſſẽt repetẽda, f. 131.

Renũciatio facta per filiã an reſcindi poſſit ex læſionis enormiſſimæ capite; fuit deciſũ, poſſe; Franch. dec. 247. Molſ. cõſ. 11. n. 45. & ſeq. & in Cõmẽt. ad Conſuet. Neap. rit. de renunc. q. 1. n. 24. & Viſcõt. in addit. eiuſdem deciſ. in princ. Anell. Amat. conſ. 54. n. 1. & ſeq. vol. 1. Caball. conſ. 24. n. 15. vol. 2.

Renunciatio facta per filiam an extendatur ad cauſam incogitatam; fuit deciſum in S.C. in fauorem ſororis, quæ amplam fecerat renunciationem, vt non excluderetur à ſucceſſione delata ex cauſa incogitata, Viui. dec. 316. n. 18.

Renunciatio facta per filiam maritatam ſucceſſioni ex teſtamento an valeat, cùm per ipſam teſtandi facultas impediretur, maior pars Dominorum de Conſilio fuit in voto, quòd non valeat, licèt in contrario voto remanſerat Affl. vt ipſe fatetur in dec. 350. fuit dubitatum, n. 12. & ſeq.

Renunciatio ſi ſit promiſſa per virum, facienda per vxorem, quæ poſteà fuit reſciſſa ex capite læſionis an vir teneatur; fuit abſolutus vir, attenta reſciſſione, Franch. deciſ. 247. Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 9. in princ. n. 13. Molfeſ. conſ. 11. n. 45. Anell. Amat. conſ. 54. n. 1. & ſeq. vol. 1.

Renũciatio facta per puellã à viro dotatã in beneficiũ fratrũ an reſcindi poſſit ex cauſa læſionis metus reuerentialis auiæ, & fratrũ, & minoris ætatis; quãuis de hoc plenè ꝓbatũ non fuerit, fuit deciſũ in eius fauorẽ, attamẽ ſẽtẽtia nõ fuit exequuta cõtra tertiũ poſſeſſorẽ, ſed benè cõtra fratres, Frãch. dec. 119. vbi Addentes, *Merlin. in tract. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 22. Taſſon. de anteph. verſ. 4. obſeru. 2. n. 43.*

Renũciatio exceptionis hoſticę in inſtrumẽto adiecta an ſi fuerit deindè oppoſita talis exceptio aduerſus citationẽ militabit; fuit deciſum in R.C. ꝙ non, Mormil. in ſuis ſingul. in Conſt. Hoſtici, n. 1.

Renunciatio priuilegij continentis cognitionẽ cauſarũ ſuorũ vaſallorum à quocunq; conuentorum, quãuis priuilegiatorũ facta ciuibus Neapolitanis in beneficiũ ipſorũ an ſuas vires extendat, nõ tãtũ Neapolitanis oriũdis, ſed etiã ciuibus factis, & receptis per ciues, vel per emptionem ædium ibidèm factam, quò fit, vt mercatores volẽtes extrahere eorũ debitores faciãt ſe vocari Ciues Neap. fuit deciſum in S.C. talem renũciationem ad eos non extendi, Fab. de Montel. in eius praxi arbitr. p. 1. in 4. q. à n. 6. & ſeq. vbi n. 18. deciſionem ponit.

Renunciatio facta per Monialẽ fratri, vel fratribus, &c. an obſtet ipſis mortuis ab inteſtato abſq; ſucceſſoribus; fuit deciſum in S.C. quòd non, & ſucceſſiuè admittendam ad ſucceſſionem in cauſa Monaſterij S. Claræ ex perſona Beatricis de Medicis in ſucceſſione Fabij de Medicis, referente Reg. Conſil. de Frãchis, Andr. Molf. conſ. 49. n. 28.

Renunciatio facta alicui pro ſe, & hæredibus an extẽdatur vltrà eos, & ſic ad tertios; fuit per S.C. facta relatione in Collaterali Conſilio ſentẽtiatum in fauorẽ D. Goffredi de Carluccio in anno 1511. de menſe Iunij contra Fiſcum, quòd dicta renunciatio cenſeatur perſonalis, & reſtringitur ad perſonas eius, & hæredis, nec prodeſt tertio, aut Fiſco, de quibus non eſt cogitatum, & ſi adeſſet ſtipulatio Aquiliana, Paul. Fuſc. in ſing. 24 lit. R.

Renunciatio facta per aliquam mulierem ex cauſa adeundi in partẽ aliquã, vt ibi dotaretur, & demũ facta dotatione, ſi contingerit reuerti ad locũ vndè diſceſſerat, an reuocetur; fuit in S.C. referente Antonio de Rao deciſum in fauorem mulieris renunciantis, Andr. Molfeſ. conſ. 39. fundaui, n. 14.

Renunciatio facta per filiam contemplatione ſuorũ fratrum in beneficium patris, an præmortuis filijs obſtabit eidem filiæ; fuit deciſum in S.C. in anno 1567. die 9. Aprilis iunctis Aulis, referente Conſil. Altomare in beneficium patris, ex quo facta fuerat per Aquilianam ſtipulationẽ, & ſic per pactũ de nõ petẽdo, Io. Aloyſ. Ric. in coll. dec. 1771.

Renunciatio ſi ſit facta per filiã, & pater ad ſecunda vota trãſiuerit, & vxorẽ inſtituerit hæredẽ, an potuerit habere recurſum ad medietatẽ hæreditatis relictæ; fuit obtentum in S.R.C. affirmatiuè, Rober. Matant. in ſuis ſing. lit. F. incip. filia renunciãs.

Renũciatio facta per filiã dotatã in ꝓximè ſucceſſurũ an operetur ipſius excluſionẽ à ſucceſſione ob defectũ Regij aſſenſus, in facto cautũ erat, Beatricẽ Pignatellã in anno 1540. tẽpore eius dotationis feciſſe renunciationẽ in beneficiũ Io. Baptiſtæ Pignatelli vti ꝓximi ſucceſſuri de Caſtro Martignani, & tẽpore delatæ ſucceſſionis ipſa filias habebat, citrà tamẽ aſsẽſũ Regiũ, dũ pretẽderet admitti ad ſucceſſionẽ ipſã ex parte Andreæ Pignatelli, in cuius perſonã verificabatur renũciatio, dicebatur, non eſſe hodiè ipſũ ꝓximè ſucceſſurũ, & quatenus vellet capere ex ceſſione facta per ipſã Beatricẽ, tãquã extraneus nõ poteſt ob defectum Reg. aſsẽſus; dubitatũ fuit, quid iuris; infraſcripta allegata fuerũt in cauſæ huius diſcuſſione. Et primò, quia de renunciatione agitur in proximè ſucceſſurũ, q̃ tenet abſq; aſsẽſu, c. 1. §. & ſi libellũ, vbi Andr. de eo, qui fin. ſec. & ꝓximè ſucceſſurus cõſideratur tempore renũciationis, l. filiusfam. ff. de verb. oblig. ex quo tex. deſũpta eſt regula, ꝙ temporis ſtipulati cõtractus attẽditur, gloſ. in c. dudũ, in princ. verſ. ſolutio, de elect. hinc eſt, ꝙ quando diſpoſitio eſt cõditionalis, ſi conditio eſt caſualis, nõ aũt poteſtatiua tẽpus ſtipulati cõtractus attẽditur, nõ aũt tẽpus adimpletæ cõditionis, l. 1. l. qui potior, l. qui balneũ, ff. qui pot. in pig. Itẽ corroboratur, nã volũtas cõtrahẽtiũ ſẽper in cõtractibus attẽdenda eſt, l. ſẽper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. ſed volũtas iſtius mulieris fuit refutãdi in anno 40. & ſic cũ illa fuerit perfecta, nullo modo põt dici collata ſub cõditione, put eſt, quãdo fit donatio alicui poſt mortẽ, q2 donatio eſt pura, ſed eius effectus eſt dilatus poſt mortẽ, glo. in l. fi. verb. cõmodauerit, C. de pact. Oldrad. conſ. 114. Frecc. de ſubfeu. lib. 2. in 3. author. n. 17. verſ. capit feudi dominiũ vt ex tũc, quãdo fuit facta donatio, nõ quãdo donator interijt; in caſu noſtro agitur, poſtquã Beatricis renũciatio fuit perfecta, effectus renunciationis expectatur, dum defertur hæreditas, & ideò renũciatio, q̃ ipſa fecit ex tunc, tenuit, & valuit. Tertiò cõprobatur ex ijs, quę dixit Soci. conſ. 269. vol. 2. aſſerẽs, cõmunẽ eſſe opinionẽ, q in cõditione caſuali tẽpus cõtractus, & nõ conditionis euenictis attẽdi debet, quã ſequutus eſt Neguſ. in

tract.de pignor.in 1.memb.5.p.n.14.& ſeq.ſi DD. remitte,in contractu conditionali tempus contractus debere attēdi,& non tēpus conditionis euenientis,quātò magis in iſto caſu tēpus contractus attēdi debet,vbi pura fuit diſpoſitio,collata tamē in tēpus delatæ ſucceſsionis,& in ꝓprijs terminis,ꝙ attēdatur tēpus renūciationis,& nō tēpus delatæ ſucceſsionis,Minad.in Cōſt.In aliquibus,in 8.notab.n.40.& 41.vbi reſpōdet ad id,ꝙ dixerat ibid.n.10.& 11.ꝙ ēt fortificatur ex alio,ꝙ ſi attēderetur tēpus delatę ſucceſsionis,& nō tēpus renūciationis,vtiq; Moniales ſi facerēt renūciationē antè ꝓfeſsionē,& deferrerētur ſucceſsiones poſt factā profeſsionē,iſtæ renunciationes nō valerēt,ex quo diſpoſuiſsēt tēpore,quo erāt in Monaſterio,& ꝓfeſſe,quo tēpore nō poſsūt diſponere,& tamē cōtrariū voluit Minad. vbi ſup.n.26.& ſeq.illa.n. tacita cōditio,ſi ſucceſsio deferatur,nō ſuſpēditur tāquā diſpoſitio cōditionalis,nam iſta eſt cōditio,q̄ venit ex natura rei renūciatæ,idē Minad.d.not.8.n.39.& 40.& ꝙ attēdatur tēpus actus geſti,Napod.in Cōſuet.incip.Si qua mortēs,verſ.tamē circa,1.col.& in terminis refutationis factę in immediatē ſucceſſuro,ꝙ attēdatur tēpus actus geſti,& ſic tēpus refutationis,& nō tēpus facti caſus,Camer.in c.Imperialē,car.30.lit.P.verſ.rurſus,vt immediatus ſucceſſor,de proh.feud.alien.per Feder,ex ijs patet optimè fūdata intentio Io.Andreæ,ꝙ renūciatio ipſa teneat in vim refutationis,nec requirebatur aſsēſus,nā eo tēpore nō habebat filios, Secūdò,fūdatur eius intētio ex verbis renūciationis dictę Beatricis,ex qua colligitur realis,& omnimoda renunciatio facta ab omni ſucceſsione, quolibet deuoluēda,ibiq; ſe abdicauit per pactū expreſsū de nō ſuccedēdo,hęc verba cū tranſierint in vim pacti,iure iurando vallati,faciunt,ꝙ dicta Beatrix voluerit ſe excludere à numero agnatorū,ēt ſi ſuperuixerit,l.1.§.q̄bus,ff.de ſuccеſ.edict, Minad.cōſ.22.n.5. Napod.in Conſuet,Si domus, verſ.ſic ēt,de iure cōgr.ꝙ etiā cōfirmatur per illa verba poſita,per pactū de nō ſuccedendo,nā talis renūcians cū iſtis verbis taliter abſtulit ſe de medio,ꝙ habetur pro mortua,nec aliqd petere pōt, Paul.Caſt.l.planè,§.ſi duobus,ff.de leg.1.Capyc, dec.158.n.4 Minad.d.Cōſt.not.8.n.42.vbi in ſpecie,verūtamen quatènus renūciatio iſta contineret pactū de nō ſuccedēdo,& ceſsionē iuriū,ꝙ nō continet ſimplicē repudiationē,ſed donationē,& ſic in ea exquiritur aſsēſus, idq; ex ſequētibus nō ꝓcedit.Primò,quia iſtę mulieres ſic renūciātes nō reputantur donare,ſed repudiare hęreditates deferēdas,Minad,d.Cōſt. In aliquibus, 3.not.n.6.& n.45.per Bart.in l.is pōt,n.13.ff.de acquir.hæred, Napod.in Conſuet.Si quis,vel ſi qua,ver.in bonis omnibus, n.194.verſ.pactione,Paul.Caſt.in l.pactū,ꝙ dotali,n.9.C.de collat.hinc Bal.in l.ſi maior, in fi.C.de dol.dixit,ꝙ qui repudiat hæreditatē,nō cōtrahit,nec diſtrahit,Idē in rubr.de pact.n.20.ꝙ aliud eſt renūciare,aliud cōtrahere,& ꝙ renūciatio hæreditatis nō eſt donatio.Couarr.3.p.relect, §.3.n.8. hāc eādē opinionē ꝙ quādo mulier renūciat hæreditatē ſibi deferēdā,& ſic iuri q̄rendi,ꝙ non ſit donatio, ex quo obuiat principio acquiſitionis, tenet Tiraq.in l.ſi vnquā, verb.donatione largitus n.180.& ſeq.C.de reuoc.dona.Bal.in l.illud,col.3.q.8.C.de ſacroſ.eccl.& ꝙ donatio illa ſit iuris q̄ſiti,& nō iuris q̄rendi, Crot.cōſ.74.n.41.& 42 & in ſpecie,ꝙ renūciatio hęreditatis deferēdę nō cōtineat donationē,cū primū adita hæreditas videri nō poſsit,cū adhùc nō ſit delata,ſed contineat ius q̄rendi, tenet Rui.cōſ.170.n.11.vol.1.cōſ.89.n.18.& 19.verſ.nō obſtat,& cōſ.204.n.4.eod.vol.qui loquitur in ceſsione iuris deferēdi,hoc idē tenet Paul.Caſt.in l.ſi actionē,C.de pact.Rip.d.l.ſi vnq̄,verſ.vndecimo q̄ro,n.20.vbi dixit,legē illā nō habere locū in renūciatione hęreditatis nō dū aditę,quia tūc nō dicitur donatio,maximè quādo renūciatur hæreditati viuētis,& hæreditas viuētis nō dicitur debita filijs,ſpe certa,ſecūdū Bar.in l.poſt ēmācipationē,§.illud,ff.de liber.leg.cū filij poſsint præmori,& pater poſsit teſtari,& aliū heredem facere,præmatura eſt.n.ſpes filij anhelātis antè diē hęreditatē parētū,l.1.§.nec impuberis,ff. de collat.bonor.ſed in caſu iſto nulla erat ſpes de præſēti ſuccedēdi in bonis feudalibus,tū ob exiſtētiā maſculorū,tū ēt quia viuebat D.Clementia mater Beatricis, q̄ erat domina feudorū,& mortua fuit in anno 56.& ſic qui dicunt,ꝙ renūciatio cum pacto de non petēdo cōtineat donationē,loquutur,quādo renūciatur iuri, ꝙ habet certā ſpē de pręſenti tēpore renūciationis,nō aūt quādo renūciatur iuri hæreditatis viuentis,in quo quis nō habet certam ſpē, ꝓut declarat Rip. vbi ſuprà,& Ruin.d.cōſ.204.n.4,vol.1.& Alex.quem adduxit Soci.iun.reprobantē Soci.ſen.cōſ.73.per cōtrariā partē adductū,& hæc cauſa in hoc pūcto fuit reducta: nā pars omnia ceſsit in diſcuſsione,prætèr iſtud,& ꝙ talis renūciatio nō contineat donationē,nā fit ad finē validandi repudiationē,& de donatione nulla habetur ratio, Soci.in cōſ.51.n.23.& ſeq,vol.4. hoc idē cōprobatur ex ijs,quæ tenet Rub.Alex.in l,Titia,§.Imperator,nu.130.& 131.ff.de leg.2.ꝙ quādo quis repudiat hæreditatē patris,ſi iā eſt delata,ꝙ renūciādo videtur illā priùs adire,arg.l.ſi illud,ff.de acquir.hæred.ſecùs in hęreditate deferēda,& acceptatio,q̄ fit ad finē validandi repudiationē debet cōſiderari vt repudiatio,l.1.ff.de auth.tuto.præſertim quia talis acquiſitio,q̄ fit ad finē repudiandi,eſt momētanea,q̄ nō debet cōſiderari, l.1.in fi.ff.de bon.quæ lib.nā nō dicitur verſū,ꝙ non durat verſū,l.1.§.verſū,ff.de in rem verſo,talis enim acquiſitio, quæ fit ad finē repudiandi,debet regulari ſecūdū finem,l.1.ff.de ſpōſal.& ideò dicta DD.aſſerētiū,renūciationem factā cum pacto de nō ſuccedendo inducere donationem,& præceſsiſſe aditionem,habent locū, quando hæreditas eſt delata, vt ſuprà,non autem quādo eſſet deferenda,quia tunc eſt iuris quęrendi,quo caſu non conſideratur aditio,ſed tantùm ſimplex renunciatio,& tandèm quòd talis renunciatio tunc dicatur donatio,quādo remittitur ius acquiſitum,non autem ius quærendum,nam quādo fit renunciatio iuris quærendi,tunc dici nō poteſt donatio,Rol.à Vall.in tract.de lucr.dot.q.39.n.24.& 25.& ꝓpterea Frec.lib.2.de ſubfeu.f.118.nu.73.verſ.vigeſimoquartò limito dicit,ꝙ ille,qui repudiat, non cōtrahit,nec diſtrahit,cùm aperiat locū proximiori,& ſe tātùm à loco amoueat,in quo erat ꝓximior,nec dicitur de feudo diſponere,cū nondū eſt ei quæſitū,licèt poſſet ad illud admitti, ſi vult,quod nōdùm ei quæſitū eſt in bonis noſtris eſſe dici nō poteſt, l.nemo,§.illud quæritur,ff.pro ſocio,l.rē nobis ff.de acquir.rer.dom.& ſi primogenitus poſt mortem pręſēs declarat,nolle in feu-

Digitized by Google

do ſuccedere,vt in eo ſuccedat ſecũdogenitus,nõ
dicitur diſtrahere feudũ,qui non acquirendo aliũ
admittit,q vocatus eſt,c.1.§.preterea, quib.mod.
feud.amitt.& Frecc.loc.cit.nec obſtat,ſi pars prę-
tẽdat,renũciationẽ factã eſſe abſẽte D. Clemẽtia
de Effren,de cuius ſucceſſione agitur; nã de iure
nõ requiritur præſentia eius,de cuius ſucceſſione
agitur,Aym.cõſ.127.n.5.Capell.Tholoſ.dec.458.
vbi addit. Aufrer.refert, ſępiſſimè ità fuiſſe iudi-
catũ, & maximè in pacto de nõ ſuccedẽdo, prout
in caſu noſtro,ad quod vide Minad.conſ.25.n.9.
Dec.conſ.31.n.3. verſ.nõ obſtat,& eſt communis,
vt per Modern. in tract.cõm.opin.opin.14. verb.
pactum de futura, verſ.fallit tertiò, Bouer.in ſuis
ſing.verb.renũciatio,n.15.Patiſ.cõſ.69.vol.3.n.21.
nec obſtat dicere, ꝙ licèt per talem renunciatio-
nem ſit excluſa D. Beatrix à ſucceſſione fratris,
nõ erit excluſa à ſucceſsione neptis,cũ filia exclu-
ſa à ſucceſsione patris nõ cenſeatur excluſa à ſuc-
ceſsione fratris, per doctrinam Bal. in c.1.§.quin
etiam,n. . . Epiſcopum, vel Abb. nam ea locũ ha-
bẽt in excluſione,quæ fit per ſtatutum,vel legem,
vt excluſa à ſucceſsione vnius, non ſit excluſa à
ſucceſsione alterius,nõ autẽ quãdo mulier eſt ex-
cluſa mediãte renũciatione ex ꝓprio cõtractu, vt
in caſu noſtro:nec ſimilitèr obſtabit,renũciationẽ
cõprehendere ſolùm ius legitimæ,& paragij,nam
contrarium conſtat ex verbis renunciationis,quæ
non poteſt eſſe amplior,nec fieri ampliori forma,
vt ex lectura,& tãtò fortius ſi clauſulæ illæ exten-
derentur per Notarium,clariùs de non iure actri-
cis appareret:nec demũ obſtabit partis prętenſio
vigore clauſulæ renunciationis reſpectu bonorũ
feudaliũ, ꝙ ſit appoſita reſpectu bonorum patris,
& fratrum actricis, quæ non cenſetur repetita in
perſona aliorũ cõſanguineorum, nam ad hoc tri-
plicitèr reſpondetur. Primò,quòd contrarium ap-
paret ex verbis renũciationis, & iſta nõ habet lo-
cum,quando conſtat de mente cõtrahentium,qui
voluerũt,ꝙ qualitas appoſita in principio oratio-
nis,cẽſeatur repetita in fine dictę orationis,vt per
Soci.in d.cõſ.73.n.5.vol.3.ex mente Bar.in l.Seię,.
§.Seiæ, ff.de fund.inſt.& inſt. leg. in contractibus
illud cenſetur diſpoſitum,quòd veriſimilitèr con-
trahẽtes diſpoſuiſſent, ſi fuiſſent interrogati,gl.in
l.tale pactũ,in fin.ff.de pact.vbi Iaſ.n.16.ſed mens
actricis,& eius fratrũ carnaliũ fuit,ꝙ renunciatio
fiat,& quorumcunq; tàm bonorũ feudaliũ, quàm
allodialiũ, & ſic qualitas feudalium in principio
orationis appoſita,cẽſetur repetita in fine,ex quo
hæreditas aliorũ cõſãguineorũ nõ erat ità debita,
ſicut patris,& fratrum,& renunciatum fuit bonis
feudalibus. Secundò,ex alio qualitas bonorũ feu-
dalium in principio appoſita cenſetur repetita in
fine,ex quo ſumus in vna,eadẽq; oratione,ex quo
cùm qualitas vni adiecta,cenſeatur alijs repetita,
Dec.conſ.92 n.2.Ruin.cõſ.137.n.5.vol.3.Cephal.
conſ.11.n.16.vol.1. ratio eſt, quia coniunctorum
in vna oratione vniformis eſt faciẽda terminatio,
l.iã hoc iure,ff.de vulg.& pupill.immò in diuerſa
ex veriſimili mente contrahentium fit repetitio,
Aym.conſ 289.n.4. Tertiò fit repetitio qualitatis
appoſitæ in initio,quãdo eadẽ ratio eſſet,Soc.cõſ.
127.n.98.vol.1.& ſic ex præmiſsis liquet adeſſe
renunciationem bonorum feudalium, nedùm re-
ſpectu patris fratrum,ſed aliarũ etiam cõſangui-
nearum,& ex verbis renũciationis apertè liquet;
clauſulã bonorũ feudalium referri ad omnes ſuc-
ceſſiones comprehenſas in dicta renunciatione,
nec erat neceſſe illam in qualibet perſona repete-
re:accedat ad hoc,cùm teſtator diſpoſuerit in be-
neficium Io. Andreę,quod in ſubſtantia feudi ob-
ſeruari non poſſet, debet obſeruari in pretio,quæ
quidem concluſio non ſolùm in iure eſt vera, ſed
obſeruata paſsim iudicando,& non ſolùm in vlti-
ma volũtate,vtputà,legato, de quo nõ dubitaba-
tur,ſed etiam in actibus inter viuos,vtputà in do-
natione,vt decidit Andr.in cap.1. de inueſt. de re
alien.fact. ſed dubiũ ſtat, quid in hæredis inſtitu-
tione,& ſi rationes vtriuſq; conſideremus,idẽ di-
cendum videtur, ratio autem,quarè diſpoſitio de
feudo nõ teneat,eſt, quia ſimplicitèr ꝓhibita ſine
Regio aſſenſu,quod quidèm in omni diſpoſitione
militat, ſi ſubſtantiam feudi conſideremus ſin aũt
eius æſtimationem,quia prohibita non reperitur,
cenſetur permiſſa in omnibus: nec minor ratio in
vno,quã in alio reddi poteſt, & generalis diſpoſi-
tio tàm legatum, quàm hæredum inſtitutionem
comprehendat, adducuntur duo iura tantùm in
l.poſthumus,§.ſi paganus,ff.de iniuſt.rupt.teſt. &
l.quærebatur,verſ.vtrũ,ff.de milit.teſt.& tex.in l.
fideicommiſſa,§.ſi verò,ff.de leg.3.facit regula,cũ
relinquitur per fideicommiſſum, ſi illud præſtari
non poteſt,præſtetur æſtimatio,nec diſtinguit, an
ſit vniuerſale,an particulare,& quia habemus de-
ciſiones,non curo plura adducere,hoc decidit in
ſpecie Spec.in tit.de locat.ſub §.de emphyt.q.117.
nu.144.vbi æqualitèr mouet quæſtionem, ſi lega-
tur,vel donetur feudũ,vel in eo hęres inſtituatur,
nullam faciens præter prædictam differentiam,&
Bal.in c.1.de feud.ſucc.col.1.ſcripſit, & loquitur
de vaſallo,qui de feudo teſtatur;in indiuiduo cõ-
ſuluit Curt.iun.conſ.30. & quia ratio diuerſitatis
reddi nequit,idẽ dicendum eſt etiã,quia caſus no-
ſter potiùs de legato, quã de hæredis inſtitutione
tractat, ſequuntur aliæ allegationes viſis allega-
tionibus Collegæ,&c. Adducitur Andr.in c.1. de
eo,qui fin.fec.agn. vbi quando reſutatio realis eſt
modò peſonalis, intuitu certæ perſonæ, omninò
refutans excluditur,nec aliquẽ habet regreſsũ,cũ
tollit ſe de medio,& in ſcriptura noſtra verba sũt
ſatis prægnantia, voluit enim,ſeipſam excludere,
vocando non vnum ad ſucceſsionem, ſed omnes,
nõ omitto tamen, quòd circumſcripta renuncia-
tione adhùc poſſet Io. Andręas obtinere, nã licèt
fœmina de iure noſtri Regni poteſt ſuccedere in
feudo, ſuccedit tamẽ cum qualitate ſexus,ſcilicèt
prærogatiua ſeruata,vt mulieri maſculus pręfera-
tur,verba ſunt tex.Cõſt. Vt de ſucceſsionibus,fœ-
mina ergò ſuccedit,quando deficit maſculus, ſed
quia maſculus adeſt, fœmina excluditur, nec ob-
ſtat,ꝙ Io. Andræas ſit in vlteriori gradu, eſt enim
in quarto,& aduerſaria in tertio,& ſic pręferẽda,
nam reſpondeo, quòd Io. Andręas ſubingreditur
locũ patris, datur enim ſubingreſsio in fratribus,
& filijs fratrũ,auth.poſt fratres,C.de ſuis,& legit.
& ſi ſubingreditur locum fratris,& in eodem gra-
du,cũ aduerſaria,& ſic ratione gradus ſunt æqua-
les,ſed ratione ſexus Io. Andreas præfertur, vt in
d.Conſt. Quòd autem detur ſubingreſſio in feudo
etiã in linea collaterali,Capyc.in inueſt.feud.ver.
feudatariorum filij,fol.199. verſ.amplia ſecundò,

Couarr. pract. quæſt. c. 38. vbi communis teſtatur opinio, maximè quando tractatur de ſeudo antiquo, vt in caſu iſto, ad quod videndus eſt Affl. in Conſt. Vt de ſucceſſionibus, & Andr. in cap. 1. de grad. ſucceſſ. in feud. & ibi Lipar. & Affl. in cap. omnes filij, ſi de feud. def. mil. vbi tenent, in linea tranſuerſali in feudis non dari ſubingreſsionem: tãdem relata cauſa in S.R.C. fuit primo loco votatum, & determinatũ in fauorem Beatricis, poſtmodùm ſententia prædicta fuit reuocata, & ſententiatum in fauorẽ Io. Andreę; vltimo loco facta relatione in Collat. Conſil. fuit iterùm ſententiatũ in fauorem Beatricis, non obſtantibus ijs allegationibus, & ſic reperi ſcriptum in vol. alleg. q. mei patrui Fabij de Falco doctiſsimi I.C. Thoro.

Renunciatio facta per filiumfamilias ſe obligantem inſimul cum patre pro contractu paterno, ſi non fuerit per Notarium in inſtrumento formitèr extenſa, ſed tãtùm dictum, renunciauit beneficio l. 2. an operetur, vt ipſe filiusfamil. à nexu talis obligationis liberetur, & ſucceſſiuè liquidationem inſtrumenti impedire poſſit; filius. n. familias quãuis ciuilitèr, & naturalitèr obligetur, Scagl. in pragm. 1. de S.C. Maced. n. 23. habet tamen exceptionem, Carau. in rit. 200. n. 5. & hoc procedere dixit idem Carau. in pragm. 1. §. 17. nu. 40. de S.C. Maced. de iure communi, non autem vigore d. pragm. nam iuxtà eius tenorem, nec ciuilitèr, nec naturalitèr obligatur, vt ibi n. 35. tamen ex communium ſtylo Notariorum huic beneficio renũciare faciunt, & talis renunciatio tenet, vt dixit Franch. dec. 164 n. 7. & potiſsimùm quando in ſpecie fuiſſet ei renunciatum, non tamen generalitèr, prout alijs ſub generali renunciatione nonnulli filijfamil. fuerunt abſoluti, quapropter Notarij Neap. cum conſilio peritiſsimorum Aduocatorum ex communi ſtylo in ſpecie dicto beneficio renunciare faciunt, ſicut idem Præſ. de Franch. dec. 181. n. 9. teſtificatur, difficultas tamẽ, quæ ex hoc oriebatur potiſsima erat illa, quia talis renunciatio non fuerat formitèr extenſa, ſed tantùm in inſtrumento dictum, cum abbreuiatione, renunciauit beneficio l. 2. &c. licèt pro parte creditoris replicabatur, talem clauſulam eſſe de ſtylo Notariorum apponi in inſtrumento, indè ſi clauſula conſueta apponi non exprimatur, videtur expreſſa, Affl. dec. 261. n. 83. & ſucceſsiuè appoſita, Ann. alleg. 97. nu. 14. tantò magis cùm incepta fuerit extendi per Notarium, licèt abbreuiata per dictionẽ (&c.) quæ poterit abſq; difficultate extẽdi, etenim talis dictio (& cętera) inducit paritèr repetitionẽ omnium dictorum in præcedenti, Bellac. inter cõmun. opin. tit. de verborum ſignif. n. 66. Ex aduerſo dicebatur, quòd iſta clauſula conſueta renunciationis tunc pro expreſſa habetur, quando à lege poneretur, ſecùs ſi à contrahentibus, ità Boer. dec. 3. nu. 10. & maximè de ſtylo Notariorum, eò quia tales clauſulæ ex ſtylo Notariorum appoſitę non ſunt in conſideratione, Anchar. in q. 12. n. 19. p. 2. & potiſsimùm clauſulæ renunciationum, quæ ſi ponantur in inſtrumento, ex ſtylo potiùs, & cõſuetudine Notariorũ, quã partiũ præcogitatione ponũtur, Oſaſc. dec. Pedemõ. 112. n. 15. & ꝓpptereà tales clauſulæ ex ſtylo ipſorum appoſitæ, partibus nocere non debent, Andr. Gayl. pract. obſeruat. lib. 2. obſer. 77. n. 4. vbi ſpecificè loquitur de clauſulis appoſitis per Notarium, quæ veriſimilitèr nõ intelliguntur, & exemplificando dixit hæc verba: Titius renunciauit conditioni indebiti, & omni alio iuris auxilio, talis renunciatio nullum facit præiudiciũ renuncianti, ex quo non intelligit vim talium verborum ex mente DD. per eum citatorum, vbi etiam ſub nu. 3. annuit, ſimplicem renunciationem non valere abſq; certioratione beneficij eis conceſsi, & loquitur in muliere contrahente, vt ſit certiorata ſpecificè de tali beneficio, & ſic paritèr in præmiſſo caſu dicendum erat, vt filiusfam. renũcians beneficio d. l. debeat priùs certiorari de commodo dicti beneficij, alias talis renunciatio non valeret, ſecus tamen ſi præuia certioratione egerit, tunc enim ſcientèr, & conſultò contrahere cenſeretur, ex dictis per Reg. Rouit. in d. prag. 1. n. 40. de S.C. Maced. deficiebat enim in præmiſſo caſu certioratio prædicta, ſic paritèr & renunciatio quodammodò, dùm non fuerat extenſa, cùm ſpecificè requiratur renunciatio ipſa, non ſolùm in ſpecie, ſicut dixit Præſ. de Franch. d. dec. 181. n. 8. ſed in ſpecie ſpecialiſsima, vt meminit idem Reg. Rouit. vbi ſuprà nu. 38. eò quia, vt ipſimet teſtantur, tali beneficio renunciari non poteſt, cùm ſit perſonale, & conceſſum miſerationis cauſa. Hinc cùm elapſis annis in M.C.V. controuerteretur de prædictis per Io. Michaelem Schirillum filiumfam. obligatum in contractu paterno aduerſus liquidationem inſtrumenti præſentati in M.C. via ritus per Marc. Ant. de Palma ad relationem Alonſi Vargas, tunc Iudicis illius, nunc meritiſs. Cõſiliarij, deciſum fuit per d. M.C. quòd ordinariè ageretur, & indè propoſita appellatione ad S.C. pro parte d. creditoris allegantis, paritèr dictum debitorem eſſe patris hæredẽ, licèt cum beneficio legis, & inuentarij, & ſi per debitorem verificata læſio, & de metu reuerẽtiali probatum, ſeruatis tamẽ ſeruandis ad relationem Io. Baptiſtæ de Leonardis Reg. Conſil. tunc cauſæ Commiſſarij deciſum fuit per S.C. in fauorem debitoris, ipſum abſoluendo ab impetitis, ſaluis iuribus creditori ſuper bonis in hæreditate paterna remanſis, penès Cioffum Act. Mag. Thoro.

Repertus cum ſcalis antè feneſtram in Ciuit. Neap. an vigore Reg. Pragm. puniri debeat pęna vltimi ſupplicij ibidem appoſita; fuit deciſum, quòd ſic, Gramm. dec. 36. Idem in Cõſt. Humanitatem, n. 5. Farin. in tit. de delict. & pęn. q. 20. nu. 145. Baiard. ad Clar. in §. ſtuprum, n. 33. Tartagl. in Marg. Fiſci c. 15. in fin. idem Gramm. in Conſt. Iuſtitiarij per Prouincias, n. 6. & Iul. Clar. in §. fi. q. 8. n. 3. & q. 60. ſub nu. 7. & q. 68. n. 4. vbi reprehendit iſtam deciſionem, Viui. dec. 467. n. 16. Peguer. deciſ. Cathal. 26. vbi refert, fuiſſe ibi punitum ad pęnam triremij decennalis inquiſitum pro tali delicto, Cabal. reſol. crim. cent. 1. caſu 97. vbi n. 8. & ſeq. maximè nu. 15. in fin. defendit Gramm. ab impugnatione Iul. Clar. Ricc. in praxi variar. reſol. in reſol. 135. Idem collect. dec. 1368. Fuſc. ſing. 191. lit. C.

Reponi an debeat inquiſitus de homicidio incidentèr cõmiſſo in oſtio Eccleſiæ in Eccleſiam ipſam, ſi ab ea fuiſſet extractus, & ſi non fuiſſet extractus, an extrahi debeat ab ea, vt immunitate Eccleſiæ gaudere, vel carere debeat: hæc inſtaſcripta in iure pro defenſione inquiſiti in caſu occurſo allegata fuerũt per Petitum I.C. Io. Thomã Pollium.

Dùm

Dùm in atrio Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Agello Caſalis Afragolæ ſtabat Io. Baptiſta Carbone, vbi erat quoq; quidam puer, qui incitatus à prædicto Ioan. Baptiſta dixit Ferdinando illuc tranſeunti *ſquare*, & cùm hæc audiuiſſet Ferdinandus, ira motus voluit percutere puerum ità dicentem, & Io. Baptiſta ſuſcepit defenſiones pueri, & altercatus eſt cum Ferdinando, & dùm verteret tergum ad ſuſcipiendum enſem intus Eccleſiam, cùm in oſtio poſuiſſet pedem dictus Io. Baptiſta, & ſuper gradu Eccleſiæ infrà oſtium, ſeù clauſuram Eccleſiæ prædictæ à Ferdinando fuit percuſſus, & vulneratus, immò inſequutus intus Eccleſiam prædictam, & ibidē in manu leuitèr vulneratus, & poſt paucos dies mortuus eſt, & ibidèm à Curia ſeculari detentus, & cuſtoditus, & dùm petijſſet gaudere immunitate prædicta, per M.C.V. fuit prouiſum, quòd gaudeat immunitate, pars querelans appellauit ad S.R.C. & prætendit, velle reuocari facere ſententiam M. C. V.

Primò dicit, homicidium prædictum eſſe appenſatè commiſſum, ex quo antè delictum Ferdinandus armatus enſe deambulauit per plateam antè Eccleſiam prædictam, & per prius erant inimici, & ſic homicidium præmeditatum, & non debere gaudere.

Secundò, maxima ratione etiam non debere gaudere, cùm delictum ſit commiſſum in gradu Eccleſiæ, qui eſt pars Eccleſiæ, & cùm atrium Eccleſiæ gaudeat immunitate, & etiam ſcalæ, & reliqua, cap. ſicut antiquitùs, cap. ſi in atrio, cap. ſi quis contumax, can. frater 17. q. 4. & cùm gaudeat immunitate prædicta, ex quo eſt pars Eccleſiæ, tantò magis debent gaudere Eccleſiæ, & eo maximè, ſtante cap. fin. de immun. eccl. & cùm ſint loca ſacra, & delinquentes in eiſdem locis non debent gaudere immunitate, nam cùm offendant Eccleſiam, ab ea non debent adiuuari, can. frater, can. ad Epiſcop. 17. q. 4. in d. cap. fin. & vltrà capitula prædicta adſunt etiam Farinac. q. 28. n. 56. Carol. de Graſſ. ità tenentes, & aſſerentes, Igneum in l. 1. n. 57. ff. ad ſyllan. Couarr. var. reſol. c. 20. Hipp. de bann. in verb. capto bannito, nu. 34. Aret. in tract. crim. de malef. in §. fama publica, & in §. in ſcalis S. Petronij, & Abb. in cap. fin. de immunit. Eccleſ. Remig. Sylueſt. & alios, & ſic debere reuocari ſententiam prædictam.

Sed ijs, & alijs adductis per dictos Farinac. & Graſſ. fortaſsè contra libertatem Eccleſiæ non obſtantibus omninò ſententiam M.C.V. à S.C. debere confirmari apparebit; nam circa appēſamentum, non eſt verum, cùm homicidium ſit caſuale cum maxima prouocatione, nā Io. Baptiſta fuit author rixæ, dùm incitauit puerum iniuriantem, l. item apud Labeonem, §. feciſſe conuitium, l. non ſolùm, §. ſi mandato meo, ff. de iniur. & Farin. q. 105. n. 90. & cùm ipſe Io. Baptiſta offendiſſet Ferdinandum, dùm fecit illum iniuriare, poſteà verò dùm voluit degladiare, & defendere puerum contra Ferdinādum, manutenendo iniurias factas à puero, denuò oſtendit Ferdinandum, qui ex primis verbis, & ſecundis ira motus vulnerauit Io. Baptiſtam, & cū hæc proceſſiſſent, quomodò poteſt dici homicidium præmeditatum, vt per Menoch. de arbitr. q. 361. n. 9. & Gutierr. pract. 1. q. 2. n. 13. & ſic cùm homicidium non ſit præmeditatum, etiam quòd eſſet commiſſum intus Eccleſiam à Ferdinando, non eſſet priuandus immunitate, ſtantibus verbis cap. fin. de immun. Eccl. etiam quando noua Conſtitutio eſſet recepta; nam verba textus, videlicèt. *Nonnulli impunitatem ſuorum exceſſuum per defenſionem Eccleſiæ obtinere ſperantes homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs, vel earum Cœmiterijs committere non verentur, qui niſi per Eccleſiam, ad quam fugerint, & crederent ſe defendi nullatènus fuerint commiſſuri.*

Et ex verbis textus denotatur ſpes gaudēdi, & quòd alitèr non eſſent commiſſuri delicta, ſed ſecùs in homicidio fortuito, & tantò magis dùm percuſſor eſt prouocatus, non poterat præmeditare de immunitate, & cùm in caſu noſtro non adſit præmeditatio, non priuatur immunitate Eccleſiæ, vt per Hoſtienſ. in d. c. fin. defendentem Hugonem, quos ſequuti fuerunt Zabar. ibi nu. 4. Io. de Ana. nu. 7. & licèt Farinac. ibi afferat Abb. in d. cap. fin. tenentem contra Hoſtienſ. ibi, non oppugnat opinioni Hoſtienſis, tamen confitetur, opinionem Hoſtienſis eſſe æquiorem, & pro opinione noſtra etiam adeſt Syluest. in ſumma, verb. immunit. eccleſ. c. 3. Remig. de immun. in §. delinquunt, fall. 3. n. 4. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 30. n. 13. Card. Tuſc. vol. 3. in verb. Eccleſ. & Gutierr. in d. q. 2. & dicit, fuiſſe deciſum, dùm dubitabatur de illo, qui vidit ſuum fratrem rixantem cum Titio, à tergo occidit Titium, & aufugit in Eccleſia; fuit dubitatum, ſtante leg. Hiſpan. dùm percuſſit retrò, ex quo videbatur homicidium prædictum proditorium, ſi debebat gaudere, fuit dictum, quòd gaudeat, ex quo requiritur appenſamentum, quod nō poteſt præſumi, vbi adeſt rixa, eò maximè cùm vulneratus fuit author rixæ, per dictum Menoch. d. caſu 361. & de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 10. & author rixæ tenetur de omni eo, quod ſubſequitur, l. in ſeruum, C. de furt. l. quoniam ei multa facinora, C. de vi publ.

Et tantò magis debet gaudere, cùm non ſit appenſatum, & commiſſum extrà Eccleſiam, nam licèt Eccleſia habeat 30. vel 40. paſſus, d. cap. ſicut antiquitùs, & can. ſi in atrio 17. q. 4. ſint immunia, & gaudeant eiſdem priuilegijs, quibus gaudet Eccleſia, non propter hoc videtur dicere, quòd delinquentes in his locis priuentur immunitate, nam ad finem gaudendi procedunt illa iura, ſed ad finem priuandi oportet, vt homicidia, & mutilationes ſint in Eccleſia, d. cap. fin. & noua conſtitutio ſi viget, quæ eſt conformis d. cap. fin. & ex maxima ratione, nam dùm dicit, homicidium in Eccleſia, illa dictio denotat intrà, l. 1. §. in flumine, ff. de flumin.

Nam Doctores vtriuſq; paginæ dùm diſputant de ſtatuto dictante, delictum commiſſum in palatio debere acrius puniri, ſi delictum eſt commiſſum in oſtio palatij, non habet locum ſtatutum, Bar. in l. 1. §. interdictum, ff. de cloac. & ibi alij Addentes, Bal. in l. Gallus, §. ille caſus, ff. de lib. & poſth. Iaſ. in l. pleriq; ff. de in ius voc. Alex. conſ. 137. vol. 2. Bero. conſ. 177. nu. 20. vol. 3. & omnes affirmant, quòd delictum cōmiſſum extrà clauſuram ianuæ, dicitur commiſſum extrà Eccleſiam, licèt ſit commiſſum in oſtio Eccleſiæ, vt per Remig. vbi ſupra, de Franch. dec. 402. Maſtrill. deciſ. 21. Sanch. de matrim. lib. 9. diſp. 15. n. 18. Ital. de immun. c. 4. §. 7.

n.19.& 20. & ità fuit iudicatum, vt referunt dicti de Franch.& Maſtrill. in d.deciſ.maxima ratione, vt reddunt Canoniſt.nam non violātur Eccleſiæ, nec polluuntur, dùm homicidium committitur in atrio, vel hoſtio, tecto, vel cauerna Eccleſię, etiam ſuſpendendo hominem in pariete Eccleſiæ, niſi ſit factum intus Eccleſiam, cap. vnic. de conſecr.eccl. lib 6. vbi gloſ. & Io. Andr.Nauar. in ſuo manual. c.27.n.266. Graſſi.dec.28.& Sanch.d.diſp.nu.9.& ſic non obſtat id, quod dixerunt Farin. d.q.28.& Graſſi. nam DD. per eos allegati loquuntur in fauorem Eccleſiæ, quòd illinc non poſſunt extrahi, & ſimilitèr Graſſijs, & ipſemet Farin.eſt ſibi contrarius, nam in conſ.76. dicit, debere intelligi de delictis commiſſis in Eccleſia, iuxtà conſtit. d. c. fin. & in d.conſt. eadem verba ſonant, & ſic cap. prædictum non poſſe extendi ad alios caſus non expreſſos, vt per Farin.d.conſ.76.n.13.& cùm verba tex.ſint clara, & ità fuit aliàs iudicatum, meritò quoq; eſt nunc iudicandum, vt per de Franch. dec.278. & in dubio contra Fiſcum.

Nam illa ſunt digniora imitatione, quæ ſunt excellentiora pietate, can.fin.9.diſt.gloſ.in c.penult. in verb. benignior, de reg.iur. lib.6. in his alludit quod dicit Cicer. lib.2.de offic.cauſam defenſionis eſſe laudibiliorem, dec.Pedemont.Oſaſch.79. nu.59.& quòd præſertim debet habere locum in caſu noſtro, dùm tractatur de fauore Eccleſiæ, Menoch.conſ.1218.nu.26.vol.13. prout M.C.V. decreuit, meritò quoquè à S.R.C. quod ſemper nititur æquitati, iuxtà l.quod ſi Epheſi, §.interdũ, ff.de eo, quod certo loco, l.placuit, C.de iudic.nũc eſt confirmanda ſentẽtia M.C.V. cætera ſuppleat Religio Dominorum Iudicantium.

Facta tandèm de prædictis relatione in S. R. C. in aula Reg.Conſil. Cæſaris Frecciæ per benemeritum Iudicem M.C.V. in criminalibus Ferdinandum Rouitum die 23.Ianuarij 1620. deciſum fuit iuxtà allegata in beneficium inquiſiti, confirmando decretum M.C. vt gauderet immunitate, nec ab Eccleſia prædicta extraheretur inquiſitus, indè pro executione decretorum prædictorum iuſſum fuit, cuſtodiam militum amoueri ab Eccleſia, prout apparet ex actis in Banca Cuntij. Ego autẽ allego Anton.Columb. in ſuo tract.in form. proced.extraord.cont.crim.art.120.vbi ex mente Henric.Boich.in c.Eccleſiæ, de immun.eccl.dixit in fortioribus terminis, quòd licèt delinquens ob immunitatẽ conſequendam gaudere non debeat, limitat, niſi nouis rixis in hoc loco habitis ſequutum fuiſſet homicidium, *De hac deciſione meminit Ill. Epiſc. D.Carolus Maranta in reſponſ.36. nu.16. vbi alias retulit ſimiles deciſiones, & in reſponſ.45. n.16.* Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Repræſaliæ an ſint concedendæ ad inſtantiam Officialis, qui iniuſtè fuerat condemnatus à Rectoribus Ciuitatis in ſyndicatu ad ſoluendum certam quantitatem pecuniarum contra prædictos Rectores, qui iniuſtitiam fecerant, ſeù alios de natione; fuit in pleno Conſilio prouiſum, eſſe concedendas repræſalias contra Florentinos, qui iniuſtè condemnauerant in ſyndicatu Officialium Ciuitatis quẽdam Officialem exterum, & vaſallum Regis noſtri, Paris de Puteo in tract. ſynd. verſ. quidam de Regno Siciliæ, n.3.

Repræſaliæ an fieri debeant Neapolitanis emittentibus bona per loca Regni pro graſſia Ciuitatis, ſtantibus eorum notorijs immunitatum priuilegijs pro paſſibus, pontibus, &c. fuit mandatum Capuanis ſub formidabili pęna, quòd non faciant repræſalias Neapolitanis, vt habetur in Litera Regia inter Capu.Neap.expedita de anno 1538. die 21. Ianuarij, fol. 114. & proindè deciſum per M.C.quòd omnia bona, animalia, res, & pecuniarum quantitates per Capuanos repræſaliatæ, & captæ, & violentèr eleuatæ Neap. ex cauſa prædicta, reſtituantur patronis, & dominis ipſarum, ſi extant, ſin autem eorum pretium liquidandum per dictam M.C.die 4.Aprilis 1538.penès Io.Baptiſtam Fidelem, vt in dicto fol.114.à t. habetur, & iterùm anteà in anno 1533. facta relatione in S.C. per Reg.Conſil.Berardinum de Sanctis, deciſum fuit per bina decreta, quòd repræſaliæ vlteriùs non fiant contra Neapolitanos à Capuanis, & abſtineant ab exactione dictæ gabellæ Neap. deferentibus graſſiam, vt fol.86.à t.& 87.

Repulſa an ſit concedenda ex cauſa contra teſtes examinatos antè concluſionem, & poſt, propter beneficium petitum ad pinguius probãdum; fuit deciſum, eſſe concedendam in occurrenti caſu, ob cauſam, quia Vniuerſitas poterat dicere, quòd antè concluſionem nõ petierat repulſam, ex quo ſtabat ſub ſpe, quòd teſtes ſui eam reuelarent cõtra probationes aduerſarij, nec quòd aduerſarius accumulauerat ex primis teſtibus alios teſtes eſſet facta quædam coniunctio probationum, ità quòd primi teſtes, qui ſoli fortè non nocebunt Vniuerſitati, nec cum alijs nocituri ſunt, & ſic nõ mirandum, ſi contrarium fuerit deciſum, Capyc. dec.157.n.5. Vrſill.dec.266.Iul.Cæſar Imbrian.in tract.de repulſ.p.1.conſid.1.n.136.

Repulſa an concedi debeat facta concluſione, licèt reſciſſa per primum beneficium ad pinguius probandum; fuit votatum, repulſam non eſſe in prædicta cauſa concedendam, Capyc.deciſ.157.à n.1. ad 4.Maxill.in Conſuet.Bari, rubr.de dilat.n.23. Petra in addit.ad iſtam deciſionem eam declarat, fortaſsè, quia in primo caſu à petente repulſam nil fuerat examinatum in primo termino, ex quo variè in S.C.fuit determinatũ circa hoc, Muſcat. in prax.S.C.lib.1.p.6. gl.momentum, n.3.Iul.Cæſ. Imbr.in tract. de repulſ.in 1.conſid.n.136. & ſeq.

Repulſa an ſit ſemper concedenda antè concluſionẽ factam; fuit tàm in M.C.V.quàm in S.C. & Reg. Cam. ſemper deciſum, quòd ſic, Gramm. in Rit. M.C.V.51.incip.Item ſeruat ipſa Curia, in addit. fol.160. & in ritu 56.incip.quòd facta publicatione, fol.160.à ter. eum citat Iul.Cæſar Imbrian.in tract.de repulſa repulſæ, p.1.conſider.123.& 124.

Repulſa teſtium in criminalibus quãuis fieri debeat in eodem termino defenſionum, vbi reus habet pro citatis, & legitimè repetitis, & recens eſſet delictum, & non poterit alitèr certiorari reus, verùm debet reus renunciare futuræ repulſæ, aliàs non deberet admitti ad faciendam repulſam, ſi ex errore, aut incuria Actuarij reus non renunciauerit, an poterit reus admitti ad faciendam repulſam; fuit deciſum, quòd ſic, Scaglion.in ritu 73.& 74. nu.7. eum citat Iul.Cæſar Imbrian.in tract.de repulſa repulſæ, p.1.conſid.1.n.114.

Repulſa teſtium, ſeù impugnatio ſcripturarum an ſit concedenda in iudicijs ſummarijs poſſeſſorijs;

fuit

fuit deciſum, quòd non, Capyc.dec.55.Gramm.in ritu M.C.V.incip.ſanè pro parte Magnif. Mulieris,n.9.Io.Grandis de bello exulum,de prædicam. quando,q.1.n.5.Tapia in Conſtit.Minorum iura, n.26.& Io.Ang.Piſanell.ad Affl.deciſ.151.inquit, aliàs in cauſa Pardi Brancatij cum Cardinale Capuæ dùm dubitaretur, ſi detur impugnatio, vel repulſa; fuit tandèm deciſum,quòd non,& quòad repulſam annuit idem in anno 1539.referente Domino Bernardino Galeota fuiſſe deciſum in cauſa Vniuerſitatis Latertiæ cum Duce Andriæ, tamen de menſe Iulij 1539. referente Domino Fonſeca in cauſa Vniuerſitatis Calatiæ cum Comitiſſa fuit conceſſum primum beneficium, licèt re vera non fuit oppoſitum de hoc,& fortè motũ fuit,quia Comitiſſa erat abſẽs à Regno,Menoch. de retinend.poſſeſſ.remed.vltimo,num.43.Vrſill. dec.251.n.2. Iul.Cæſar Imbrian.in tract.de repulſ. conſid.1.& conſid.3. Couarr.pract.quæſt.cap.17. n.4. Ricc.collect.dec.847.

Repulſa an denegari poſsit præuenienti, quando præuentus examinauerit teſtes, fuit deciſum in S. C, quòd niſi præuentus renunciaſſet teſtibus pro ſua parte examinatis, quòd repulſa eſſet concedenda, maximè ſi per teſtes examinatos pro parte præuenientis conſtaret de iuſtitia præuẽti, ac etiam ſi præuentus in primo termino repulſaſſet teſtes examinatos in eodem termino, in cauſa Roberti de Morſico cum Frãceſca de Galluccio, Io.Ang.Piſanell. in addit. ad Pragm.Malitijs litigantium,de præuent.moder.in antiquis, fol.463. incip.vide in reformationibus.

Repulſa teſtium examinatorum in primo termino an facta publicatione in beneficio antequàm fuerit concluſum in cauſa poſsit peti,fuit deciſum in S.C.quòd non ex adductis, & ponderatis per Io. Angel.Piſanell.in addit.ad Pragm. Curſu dilationum, de publ.proceſſ.in antiquis, fol.456.incip. dicitur in hac Pragm. vbi allegat contrariam deciſionem S.C.& ibidem pro concordantia ipſarũ dixit in prima deciſione,quòd pars non alitèr examinauerat in beneficio, in alia ſecũda ſecùs erat, & ſic, quia iunctis teſtibus examinatis in beneficio poſſet reſultare victoria cauſæ, æquum videbatur, admitti Vniuerſitatem ad repulſandum, nec confidentia, quam habet in non repulſando teſtes primi termini, quia concludebant,cauſaret detrimentum nunc.

Repulſa in cauſis grauioribus an ſit admittenda, ſi petatur in actu concluſionis; fuit iudicatum per bina decreta S.C. in cauſa Alexandri de Noha, cum Octauio Carduccio, quòd ſic,Reg.Rouit.in prag.11.n.41.de ord.iud. & per hæc deciſum fuit, etiã poſt lapſum termini repulſam eſſe concedendam,in cauſa Marij,& Fabritij Caputi cõtra Horatiũ Theleſe in cauſa liquidationis valoris ſcutorum aureorum, referente Reg.Conſil.Freccia, anno 1615.penès Izzum Actorum Magiſtrum.

Repulſę termino conceſſo an videatur impugnationi ſcripturarum eſſe renunciatum, ità vt elapſo termino prædicto poſſit impugnationem petere, fuit votatum,adhùc eſſe locum termino ad impugnandum ſcripturas, nam aliud eſt repulſare teſtes,aliud impugnare ſcripturas, Capyc.deciſ.68. Scaglion.in ritu 276.n.4. Vrſill.dec.115.n.2.Muſcatell.in praxi S.C.p.7.gloſ.præſentatas, num.6. Campanil.ad Oliuam in ritu Cur. Archiepiſcop, Neap.ritu 33.n.10. Ricc.collect.dec.847.

Repulſæ terminus an ſit concedendus pro obiectione teſtium in cauſa attentatorum, fuit deciſum in vna cauſa,quòd quando eſſet petitus calumnioſè ad differendum iuſtitiam potiùs, quam ad defenſionem,tunc erit denegandus,ſed ceſſante calumnia debet concedi, prout in alia cauſa deciſum fuiſſe tradit Affl.deciſ.351.Alberic.Oliua in ritu Cur.Archiep.Neap.32.nu.8.Farinac.in tit.de oppoſit.cont.perſ.teſt.q.62.nu.195.cum ſeq.& titul. de oppoſit. contra examen teſt. q.68.x.2.num.81. Scaccia de iudic. cauſ.ciuil.& crimin.c.97.nu.91. Iacob.Menoch.de arb.iud.lib.1.q.32.n.4. Ioſeph Ludou.dec.Peruſ.86. Troyſ.in pragm.curſu dilationum, de ord.iud.n.15. latè Iul.Cæſar Imbrian. in tract.de repulſa repulſæ, p.1.conſid.1.nu.32.& ſeq.& conſid.3.n.21. Hieron.de Laurent.deciſ.8. Auenionen.n.7.Ricc.in collect.dec.337.Veſtrius in praxi Rom.lib.8.c.4.nu.21. Lancell.in tract.de attentat.p.3.c.26.nu.120. Bellac.inter commun. opin.tit.de appellat. n.162.

Res emphytheutica ſi ſit obuenta alicui virtute fideicommiſſi,& in ea fuerint per poſſeſſores bona fide factæ multæ meliorationes, an fideicommiſſarius ex paupertate eius cogendus ſit illas ſoluere,vel cogi poſſeſſores tollere rudera,& auferre meliorationes à ſolo; fuit deciſum,ſtante paupertate fideicõmiſſarij rem ipſam eſſe poſſeſſoribus concedendam cum onere cenſus prædicti impoſiti, nec cogendos ad aliud augmentum, Franch. deciſ.110.& ibi Viſcont.in addit.Marta voto 61. Ricc.dec.66.Cur.Archiep.Neap.eius praxis eccl.

Res communis hypothecata antè diuiſionem an poſteà diuiſa tollatur ius hypothecæ creditori; fuit deciſum in fauorem creditoris,Franch.deciſ. 77. Capiblanc. in pragm.8. num.238. de Baron. *Barbat.de aſſiſtent. gloſ.12.n.*208.

Res emphyteutica an incidat tota in commiſſum, vel pro parte pretij ſoluti antè conſtitutionem canonis ob reditum non ſolutum per triennium, fuit deciſum,incidere in commiſſum pro ea parte tantùm ſoluta,& non in totum, Affl.dec.80.Bolognett.l.ſi quis maior,nu.30. C.de tranſact.Ricc.in collect.dec.156.Alphan.collect.343.Maur.iunior alleg.9.ſub n.5. Roderic.de ann.reddit.lib.2.q.3. n.37.& 38. *Marta conſ.*126.*n.*8.*&* 16.

Res conſiſtens in feudo ſi non probetur, quòd ſit feudalis,an præſumatur cenſualis, vel emphyteutica, dùm reperitur conceſſa ſub ſolutione alicuius ſummæ, fuit deciſum,potiùs emphyteuticam, quàm cenſualem eſſe,Affl.dec.129.n.4. vſq; ad 8. & in alio caſu ſic fuiſſe deciſum teſtatur Vrſill.ibi ſub nu.4. & Franciſc.de Amicis in c.1. de his, qui feud. dat. poſſ. §.ſequitur nunc, in fine, ſol.24. & §.iuſta ergò,fol.32.n.2. vbi ait, ſubfeudatarium, ſeù cenſuarium illum non dici habere poſſeſſionem obſtatiuam feudo, ſed compatibilem, & ità intelligit Affl.hic latè Reg. de Ponte in tract.de poteſt.Proregis tit.3.de elect.Official.§.4. Maur. ſen.alleg.14.n.4. Franc.de Clapet.in ſua centuria deciſ.Galliæ,cauſa 15.q.2.n.59.& n.94.& ſeq.

Res emphyteutica ſi ſit alicui conceſſa cum pactis ſolitis in ſimilibus contractibus apponi, & fuerit conuentum,vt ſingulis annis canon ſolueretur,& ſi intrà triennium non ſoluerit, cadetet à iure ſuo

em-

Digitized by Google

emphyteuta ſtatim, ſi demùm ſolutio per trienium non fuerit facta, & Dominus dixerit emphyteutæ, fundum in commiſſum incidiſſe, an facto depoſito per emphyteutam canonum præteritorum poſſit purgare moram, ità vt res non incidat in commiſſum; fuit deciſum, quòd non, ex nonnullis ponderatis per Affl. dec. 174. Aloyſ. de Leo auth. qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ. num. 21. Magon. dec. Lucenſ. 35. n. 2. 4. Ricc. dec. Archiep. Neap. 133. p. 1. & dec. 142. p. 2. Gutierrez conſ. 12. n. 20. conſ. 43. n. 5. & ſeq. Michael Craſſ. inter commun. opin. in tit. de iure emphyt. n. 234. *Statil. Pacific. dec. Roman. 285. n. 5. Ioſeph Ludou. dec. Peruſin. 90. n. 6. & 27. Thicard. in diſp. 1. de mora, n. 184.*

Res aliena inuecta, & illata in domum conductam ab inquilino an ſit tacitè hypothecata pro penſione domus; fuit deciſum, quòd non, ex quo tria requiruntur, vt ſit tacitè hypothecata, primò, vt res ſit inducta, ſecundò, vt domino rei ſciente, & patiente fiat, tertiò, quòd ſit inducta, quòd penſio ſit ibi, ideſt durante locatione, & vno ipſorum deficiente ceſſabit actio, Affl. dec. 184. Viuius in ſylua commun. opin. in opin. 121. Coloni, Carocc. de locato, p. 5. q. 15. n. 8. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. c. 118. n. 20. *Ripol. var. reſolut. c. 12. n. 23.*

Res aliena inuecta ab inquilino in domum conductam an ſit tacitè hypothecata pro penſione domus, concluditur, quòd non, dummodò non ſit de conſenſu Domini rei, & res in fraudem inuecta, vt inquilinus appareret ditior, & faciliùs inueniret domum, Affl. dec. 184. n. 4. Viuius in ſylua cõmun. opin. in opin. 121. Coloni, n. 4. Carocc. de locato p. 5. q. 15. num. 8. & Mareſcott. var. reſol. lib. 2. c. 118. n. 20.

Res feudalis exiſtens in continentia feudi conceſſa per Principem Eccleſiæ ad ipſum deuoluta ob rebellionem Domini, ſi fuerit alteri per ſucceſſorem conceſſa, & authoritate talis conceſſionis poſſeſſionem adeptus eſſet, an cõtra talem poſſeſſorem opponi poſſit remedium can. reintegrandæ 3. q. 1. vt etiam locum vendicet contra rituſo poſſidentem; fuit deciſum per S.C. Monaſterio agenti interdicto recuperandæ, & probanti requiſita in ipſo interdicto debere fieri reſtitutionem etiam feudalium, Affl. dec. 361. Ant. Gabriel. lib. 5. tit. de acquir. poſſeſ. concl. 2. n. 18. & 19. Foller. in Capit. Regni Item ſtatuimus, quòd Officiales, n. 8. Reg. Tapia in rubr. ff. de Conſtit. Princip. c. 3. nu. 34. & ſeq. Plotus l. ſi quando, C. vndè vi, n. 66. Viuius in ſylua commun. opin. in opin. 736. remedium, And. Gayl. lib. 2. pract. obſeruat. in 57. obſeruat. Borrel. conſ. 52. nu. 19. Guazzin. in tract. de confiſc. bonorum. concl. 28 num. 56. Cornazan. dec. Lucenſ. 67. Boſſ. in tit. de Regal. nu. 40. Vaſq. controu. illuſtr. lib. 1. c. 26. nu. 17. *Epiſc. Genuenſ. in tract. de Eccleſ. ſeù practicab. Eccleſ. q. 35. & q. 157. Paul. Staiban. conſ. 72. n. 1. Reuſner. deciſ. Cam. Imper. dec. 5. nu. 16. lib. 2. D. Reg. Hector Capyc. Latro deciſ. 67. num. 6. Guazzin. de confiſc. bonor. concl. 28. n. 56. in fine.*

Res vendita cum pacto de retrouendendo pretio iniuſto an ſemper ſit retractabilis, ſeù recuperabilis; concluditur, quòd data vilitate pretij cum pacto de retrouendendo contractus efficitur vſurarius, & ſucceſſiuè retraheretur contractus, & ità in multis caſibus occurſis refert fuiſſe deciſum in S.C. Vrſill. dec. 73. n. 3. non obſtante lapſu temporis pacti de retrouẽdẽdo per annos duodecim, quem allegat Marcell. Calà in tract. de modo articul. & prob. gloſ. vnica, §. 2. n. 558.

Res redditia feudo in dubio nõ cenſetur feudalis, & ſucceſſiuè tenetur poſſidens contribuere in collectis; quarè fuit deciſum in S.C. quòd hæres, ſeù poſſeſſor rei redditiæ feudo teneatur ad ſolutionem fiſcalium, quia non demonſtrauerat, ipſam eſſe feudalem, Vrſill. dec. 129. num. 3. Bottell. conſ. 40. n. 21.

Res particularis feudi an poſſit præſcribi, ſiue vt libera, vel cum ſeruitio; concluditur, quòd non, & in caſu occurrenti fuit condemnatus quidam Ruſticus per S.C. ad reſtituendum rem Domino feudi poſſeſſam per 70. annos cum annuo reditu ſoluto, Vrſill. dec. 254. n. 3. eum citat Curte in diuerſ. iur. feud. verſ. declarata igitur, nu. 145. fol. 76. à t. nouiſſimè Io. Franc. del Caſtillo deciſ. Sicil. 12. n. 26.

Res feudalis alienata per vaſallum etiam ſub paruo reditu poſſidentem, vt franca ſcientèr, an aperiatur, Domino, ità vt poſſit Dominus ipſam vendicare, cõcluditur, & ita in pluribus caſibus deciſum fuiſſe teſtatur, quòd ſic, Vrſill. deciſ. 255. in princ. ſed quid ſi eadem res aliàs fuiſſet pro franca, & libera vendita, & per ſcripturas conſtare probauerit venditor, an excludatur Dominus ab actione ſibi competente; fuit deciſum, non debere audiri, Vrſill. vbi ſuprà, & dec. 265. nu. 73. de prima deciſione melius idem Vrſill. meminit in dec. 129. n. 4.

Res ſi ſit empta de pecunia peruenta alicui ex venditione bonorum paternorum antiquorum, an ipſa pecunia pertineat ad proximiores ex parte patris, aliqui dixerunt, quòd non, cęteri autem, quòd ſic, ità vt in iſtis vniuerſalibus pretium ſuccedat loco rei, tamẽ primorum opinionem ſequũtur communitèr, quam ampliant etiam procedere in pecunia peruenta ex hæreditate conſumpta, & ſecundùm opinionem iſtorum fuit iudicatum in S.C. vt refert Vrſill. dec. 369. n. 7.

Res prohibita alienari an poſſit alienari, vt in excambium illius alia res emenda loco ipſius rei venditæ ſubijciatur oneri fideicommiſſi, fuit deciſum, quòd ſic, Capyc. dec. 108. n. 17. & Io. Iacob. Maſullus in addit. ad iſtam deciſionem n. 7. refert, idem fuiſſe poſteà deciſum in M. C. V. in ſimili caſu, vide ſuprà eod. verbo cenſuari, *Aluarad. de coniect. ment. teſtat. lib. 4. c. 21. ſub n. 50.*

Res empta ex penſionibus Eccleſiaſticis, ſiuè Epiſcopatus per Epiſcopum renunciantem Epiſcopatui ſub annua penſione, dùm priuatam vitam ageret, ſi per eum fuerit conſangnineis donata, & per eos alteri vendita, an ſit ad inſtantiam ſucceſſoris in Epiſcopatu reſtituenda; per S.C. fuit deciſum, quòd ſic, quarè condemnauit ſucceſſorem rei habentem cauſam à conſanguineis Epiſcopi ad reſtitutionem poſſeſſionis cum fructibus à die litis motæ ipſo ſucceſſori, Capyc. deciſ. 200. *Epiſc. Genuenſ. in tract. de eccl. ſeù practicab. eccl. q. 264. ſub n. 2.*

Res euicta an poterit ab authore laudato recuperari ab actore, & reſtitui condemnato, & ſucceſſiuè ſi reus cogi poterit eam recipere, prætendendo habere intereſſe, non rem, fuit deciſum, quòd ſic, Anna in ſing. 174. euicta re, Amend. & Viſcont. ad Franch. dec. 145.

Res

Res ſeudo redditiria à Vaſallis Baroni vendita,ſeudo deuoluto an ad Fiſcum pertineat,vel ad hæredes Vaſalli in burgenſaticis,concluditur,non alitèr ad Fiſcũ,ſed ad heredes Vaſalli in burgẽſaticis pertinere,& ità diſcuſſo articulo fuit ſecũdũ prædicta deciſum per R.C.S. Reg.de Ponte conſ.11. vol.1.D.Fornarius,vbi in fine ponit deciſionem.

Res emphyteutica an incidat in commiſſum, ſi fuerit alienata , & in contractu dictum, ſaluo aſſenſu directi Domini, licèt in traditione ipſius vlla alia proteſtatio interfuerat,fuit deciſum,quòd non incidat in commiſſum, licèt non appareat alia proteſtatio tempore traditionis,Minad.dec.24.facta, Ricc.dec. Archiep.Neap.56. in fine p.1.

Res redditiria feudo nulla exiſtente conceſſione, ſed reperta penès Vaſallum poſſidentem eam, an feudalis, vel burgenſatica iudicari debeat, Andr. in l.Imperialem , de prohib.ſeud.alien.per Feder. concludit, quòd ſit burgenſatica , & ità S.C.iudicauit in cauſa Vincentij Barrilis cum Vincentio Dentice , & alijs, inquit Capyc. de prohib. ſeud. alien.per Feder.in l.Imperialem , in gloſ.fin.in 3. concluſione,in fine, in verſ.& hodiè nulla conceſſio,fol.26.cum citat Liparul.ad Andr.in d.l.Imperialem, in addit.ſub num.8.lit.Y.incip.nec obſtat Conſt.verſus finem , *Io.Bapt.Biloct. concluſ. feud. concl.91.n.5.*

Res fideicommiſſo ſubiecta an poſſit alienari , & pretium loco ipſius ſubrogati imminente vtilitate,fuit in S.C. multotiès ſic obſeruatum, permittendo tales alienationes,Franch.deciſ.355.& Viſcont.in addit. ad iſtam deciſionem ſub n.6. citat aliam deciſionem Collat.Conſil.ſimilem.

Res domanialis ſi ſit conceſſa per Baronem alicui , reſeruato aſſenſu ſub certa recognitione annuæ promiſſionis,ſuper qua præſtito aſſenſu,& per filium conceſſionarij retroceſſa eidem concedenti an poterit hæres filij extraneus vendicare rem ipſam ex defectu aſſenſus non præſtiti in retroceſſione ; fuit deciſum in beneficium primi concedentis, nec poſſe vendicare hæredem ipſum, Franch.deciſ.154.*Andr.Capan. de iure releuij, p.4. q.33. n.25.*

Res ſi ſit euicta per creditorem anteriorem, & poſſeſſio ipſius abducta,ſi ex cauſa euictionis prædictæ venditor fuerit condemnatus an poſſit ipſa res non deterior vnà cum intereſſe offerri ad impediendam exequutionem ; fuit deciſum , quòd ſic,Franch.dec.145.Muſcatell.in praxi S.C.lib.1. par.3. gloſ. pari paſſu , in addit.lit.C. Carocc.in tract. de oblat. p.2.q.31.

Res domanialis ſi per Baronem alienari contingerit,in aſſenſu erit exprimendum , quòd res illa ſit de domanio feudi, & ità iudicatum patet nouiſſimè in Regia Camera per rationes adductas per Io.Aloyſ.Mormil.in ſuis ſing. in Conſt.Dignum.

Res Eccleſiaſtica alienata abſq; aſſenſu Apoſtolico, ſtante enormiſſima læſione an reſtituenda ſit ob nullitatem alienationis;deciſum fuit per M.C.V. affirmatiuè , & confirmata ſententia per S.C. ad relationem Regij tunc Conſiliarij Pompei Salernitani in cauſa D. Io. Baptiſtæ de Henrico cum Hieronymo de Fatio Ciuitatis Acerrarum,penès Amatrudam Act.Magiſtr.D.Camill.de Laratha in conſ.37. Reuerendus Io.

Reſciſsio contractus feudalis ſi fuerit petita an debeat pretium reſtitui : fuit in S. C. deciſum, in oblatione non reali, ſed verbali ſufficere reuocationem,quòd oblatio aliqua non requiratur,Diomed.Maricond.in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ , in opere Gramm. *n.*30.

Reſciſsio contractus cenſualis ex cauſa emptionis territorij cenſus annui oneri ſuppoſiti an iure ſubſiſtat,ſuccedente impedimento fabricæ ex regali banno emanato cauſato,vide ſuprà eod. verbo fabricæ .

Reſciſsio contractus venditionis alicuius officij an fieri poſsit , vel quanto minoris ſub prætextu, quòd reſignatio officij facta fuiſſet præcedente aſſertione,quòd illud erat francum, & in capite à Reg.Cur. & ceſſum cum Banca,& ſcripturis omnibus , & indè repertum ſit , ſubiacere periculo extinctionis in caſu mortis venditoris,& ſcripturas eſſe Rationalium, licèt pro parte aduerſa nouiſsimè ſcripſerit D.Camill. de Laratha conſ. *90.* in articulo contractus , pro defenſione autem venditoris fuerunt infraſcripta in iure allegata per quondam meum patruum ſolertiſsimum V. I. D. Fabium de Falco , quæ mihi tradita fuerunt ab V.I.D.Tiberio Baldino meo conſobrino, videlicèt,In cauſa Franciſci Antonij Baldini cum Ioſepho de Raymo principalitèr quæritur , ſi ipſi Raymo aliqua competat actio pro reſciſsione contractus, vel quantò minoris,ſub colore, quòd reſignatio officij Archiuarij ſibi fuerit à Baldino facta præcedente aſſertione , quòd officium erat francum, & in capite à Reg.Curia tenebatur , & ceſſum cum Banca , & ſcripturis omnibus ibi exiſtentibus, quanquàm repertum ſit, Bancam ſubiacere periculo extinctionis in caſu mortis Baldini , & ſcripturas Rationalium (licèt ſint in Archiuio) non tamẽ eſſe de ipſo Archiuio, ob quod prætenditur reſciſsio , vel quantò minoris actio, cęterùm fateri oportet , hæc omnia pro parte Raymi excogitari, vt rem,& pretium contra omne ius, cum reuerentia,retineat,actionẽ enim nec pro reſciſsione , nec pro quantò minoris in caſu hoc vllo pacto competere poſſe , infrà clariſsimè demonſtrabitur,aſſumptum in primis in facto veriſsimum ſupponendo,quòd rei veritate officium hoc Archiuarij in capite à Reg.Curia tenetur, vt ex priuilegijs patet, & eſt ſatis francum , cùm illud Baldinus cedens alteri , non alienauerit , nec hypothecauerit , ſeù alicui oneri ſuppoſuerit , & ſic aſſertio Baldini veriſsima cernitur , quò verò ad Bancam attinet , iam notorium eſt , illam à Raymo ſemper poſſeſſam fuiſſe , & hodiè poſsideri,& per ipſum omnia emolumenta percipi,futuræq; extinctionis periculum per obitum Baldini ex aduerſo in aere , cum reuerentia , figurari , nam decretum Reg.Cameræ dictat,quòd prima Banca , quæ vacauerit , illa extingueretur , vndè dùm poſteà Banca Caſtellani per eius promotionem vacauit, & nonnullæ aliæ poſtmodùm ſimilitèr vacauerint,vt eſt notorium in Camera,procul dubio vna ex illis,& non iſta Baldini extincta remanſit , iuxtà dd. decreta eiuſdem Reg. Cam. & conſequentèr Banca Archiuarij firmiſsima ſupereſt, & in iſta Banca periculum futuræ mortis Baldini non adeſt , ſed periculum conſideratur in morte Raymi ceſsionarij, ad quem officium, & Banca iuxtà eius naturam durante vitâ Raymi

tran-

tranſierunt,vt expreſsè in priuilegio conceſſionis deſuper expedito cauetur, igitur non mortè Baldini, ſed ſuam Raymus timere debet, nodum in ſcirpo nunc quærens,vt tertias,& capitale nõ ſoluat,&c. Quod non eſt ferendum,præterea,dato,& non conceſſo, quòd extinctio Bancæ Archiuarij à conditione futuræ mortis Baldini dependeret, prout non eſt, adhùc quia ageretur de extinctione, ſiuè obligatione conditionali, & non pura, & emptor nondùm pro ea moleſtatur, ſecundùm Doct. claram concluſionem contrà venditorem in hoc caſu agere non poteſt,nec eſt facienda aliqua æſtimatio, ſiuè deductio pretij ratione iſtius dubij euentus cõditionis,ſed illa differtur in tempus exiſtentis conditionis, ideòq; quandò venditor rem alteri hypothecatam,vel alicui oneri ſub conditione ſuppoſitam vendit,non cogitur ſtatim rem venditam liberare, nec quantò minoris proptereà tenetur,ſed ſatis erit, emptorem ſecurum reddi aduersùs futurum damnum per ſimplicem hypothecam, abſq; noua cautione præſtanda, vt doctiſſimè hæc omnia ex Alex. in conſ.65. vol.5. & alijs Doct.decidit Neguſan.in tract.de pignor. 1.memb.primæ partis,n.24. verſ.tamen,& nu.27. & 28.verſ.& ſic puto tenendum, ſequitur etiam ex Rip. & alijs D.de Franch.dec.200.nu.15.text. verò in l.ijs prædijs, C.de euict. & ſimil.militant, quandò res vendita, alicui periculo, & oneri puro,& non conditionali ſuppoſita inuenitur, quod ceſſat in præſenti themate, meritò Baldinus tantò magis pro hac friuola cauſa nõ erit vexandus; quò verò ad ſcripturas Rationalium in Archiuio exiſtentes,erit aduertendum,quòd Baldinus illas non alitèr ceſſit, vel vendidit, etenim in contractu de eis nulla fit mentio, & ob id propoſitum de iſtis ſcripturis in mente Raymi retentum,& in contractu non expreſſum nil operatur,l.ſi non repetendi,C.de cond.ob cauſ. Baldinus enim noluit de euictione aliqua teneri, ſed ſolam adminiſtrationem officij,prout ipſe habebat,tranſtulit,poſtquàm dominium officiorum penès Regem reſidet, adminiſtratio tamen transfertur, vt probat Franc.de Amic.in repet.cap.1.de ijs,qui feud.dar. poſſ.pag.65.in cap.incip.ex hoc etiam fonte,verſ. ego allegaui, vndè nil aliud Baldinus, niſi ſuum ius, quod in dicto officio habebat, ceſſit, prout ipſe tenebat cum ſolitis,& conſuetis emolumentis,& cum ſcripturis ad dictum officium ſpectantibus,& pertinentibus, vt clarè verba contractus loquuntur,ex quibus alterum de duobus neceſſariò ſequitur, aut illæ ſcripturæ Rationalium pertinent ad officium prædictum, & Raymus, qui eas pœnès ſe retinet,intus habet, q; petit,vel non pertinent ad Archiuium,& Baldinus illas nequaquàm ceſſit, cùm de ipſis ſcripturis Rationalium in contractu nil dixerit, quinimmò in fortioribus terminis firmant Doct. quòd in venditione id tãtùm venire debeat, quòd eſt de natura rei venditæ,& non aliud,etiã ſi illud aliud à venditore fuerit cum re vendita poſſeſſum,diuerſo tamen titulo hinc etiam dicunt,vendita Baronia,vel aliqua alia re cum omnibus iuribus,& pertinentijs, non comprehendi bona,quæ particulari titulo,& non Baronali à venditore tenentur,ſunt termini notiſſimi, ità Bal.in l.à procuratore, C.mand. Roman. conſil.444. num.6. Alciat.reſponſ.481.Socin.iun. in conſil.160. 2.volum. idem Bald. in l.ſi plures C.de condit. inſert. colum.2. & in cap.1. §.1.& 2. de Capit.qui Cur.vend. Aretin.poſt alios in l.3.in princip.colum.fin.ff.de acquir. poſſeſſ. & Iaſon in l.beneficium,colum.2.C.de conſtit.princip. idem expreſsè tradit, quòd ſi concedo Caſtrum cum pertinentijs ſuis,non cenſentur conceſſa prædia exiſtentia in Territorio Caſtri, quæ ego alio titulo particulari poſſidebam, & multa alia conſimilia ad propoſitum etiam, & quòd plus eſt, ſi in venditione fuerint ampliſſima verba expreſſa videlicèt quomodocunquè, & qualitercunquè, nil ſibi reſeruans, adhùc illa tantùm, quæ ſunt de natura rei venditæ, & non alia comprehenduntur, copioſè congerit Reg.de Ponte conſ.63. num.22.& ſeq.volum.1. & latiſſimè ſequitur Anna filius in conſil.100.num.3.& ſeq. vbi omnia cumulat, ex quibus clarè liquet, Baldinum non ceſſiſſe, niſi ſcripturas ad dictum officium ſpectantes,& eo modo, quo ipſe tenebat,& non alitèr, & quòd ità à lege intelligatur, fuit ità à contrahentibus ad maiorem cautelam expreſſis verbis cautum, & ad nihilum ergò tenetur cedens, tantò magis, quia rei veritate Raymus nedùm Rationalium defunctorum ſcripturas omnes habet,ſed modernorum,vt ex eorum declaratione apparet, ex quibus conſueta emolumenta, ſicuti Baldinus percipiebat, ipſe pacificè abſq; vlla lite percipit hodiè. Vltimò ex abundanti, non ad cauſæ neceſſitatem conſidero, Baldinum euictionem,vt dixi, officij non promiſiſſe, ergò nec corporum in officio contentorum, & proptereà tantò magis in nihilo obligatus remanſit, in vniuerſalibus enim, veluti etiam eſt Archiuium,in quo computa, priuilegia, regeſtra Actuariorum, libri, & aliæ ſcripturæ, atque proceſſus in numero copioſo diuerſarum ſpecierum reponuntur, & conſeruantur, continet enim hoc officium vniuerſitatem facti, in qua etiam accedente euictionis promiſſione eucta vna re, ſi aliæ remanent, non debetur euictio,ex regula text. in l.1. C.de euict. niſi contrarium actum fuerit, vel illam hæreditariam,aut de illo corpore hæreditario venditor eſſe affirmauerit,Salyc.in d.l.1.num.2. verſic.aut non hæreditas, tunc vtiquè obligatetur, ſed neutrum in hoc caſu contigit, quia nec in genere, nec in ſpecie euictio fuerit promiſſa, nec dictas ſcripturas Rationalium de Archiuio eſſe fuit affirmatum, igitur eo vehementius Baldinus indebitè,cum reuerentia,à Raymo vexatus,erit abſoluendus; cætera verò adinuenta per Raymum reſponſione non indigent, tanquàm omni ratione carentia, & tandèm referente tunc Præſidente Iulio Minadoo peritiſſimo I. C. cauſæ Commiſſario die primo Decembris 1612. deciſum fuit per Regiam Cameram Summariæ, quòd conuentus ſolueret tertias decurſas, & abſoluatur conuentus ab impetitis, & prætenſis per emptorem; verùm ex cauſis à pretio officij fuerunt minorati ducat.400. à capitale in beneficium emptoris, pœnès Cinco Actor. Magiſtr. De qua meminit idem D. Camill. de Laratha loco citato (Additio) reſpectu primi capitis; quòd non datur officij dominiũ, ſed omne remanet penès Regem,& trãsfertur dumtaxat quidã titulus ad finem vtendi, adminiſtrandi, & exercendi, re-

fert

fert Reg.de Ponte dec.28.n.6.& 7.Marta in voto 40.n.15.vbi poſuit notabilem caſum officij empti de pecunia propria in vita alterius, non ſpectare ad hæredes emptoris poſt eius mortem, ſed ad Officialem,quòd immò vendi poſſiut officij emolumenta habentis in vita, eò quòd videtur vendi ius,quod habet, vide Reg.de Ponte dec.37.n.22. vbi allegat d.l.qui tabernas,& ibi diffusè materiã iſtam pertractat, an autem in conceſſione, ſiuè venditione veniant ea,quæ non cohærent officio, & ſic reſpectu ſecundi capitis dico,quòd conceſſum id videtur, quod fuit verbis nominatum, Fuſc.ſing.163.lit.C. in dubio autem conceſſio videtur facta de toto iure concedentis, Dec. conſ. 291. nu.4. conferunt relata per Reg. de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.de tractis, ſeù extract. in princ.n.19.& ſeq.in qualibet enim conceſſione veniũt ea,quæ perneceſsè cohærent rei,vt exemplificando demonſtrat Anna ſen. in alleg. 52. ſi conceſſo Caſtro veniat merum, & mixtum imperium, ſemper enim conceſſio facta intelligitur, prout erat penès concedentem,ſubnectit n.42.& conceſſo vno, videtur conceſſum id ad ipſum cõſequens,Boer.conſ.5.n.23. Maur.ſen.in alleg.26. n.3. loquens de iuriſdictione comprehenſa in cõceſſione Caſtri, nam iuriſdictio tanquàm membrum capiti,vt digniori adhærere debet,Roman. conſ.444.n.3. & ſucceſſiuè intelliguntur conceſſa omnia ea, ſine quibus explicari non poteſt iuriſdictione conceſſa,Carauit.in ritu 295.nu.28. hinc conceſſa iuriſdictione, cenſetur conceſſus locus, Conſil.Georg.in alleg.48.nu.8. quemadmodùm conceſſa Vniuerſitate cum Territorio veniunt Vaſalli, Maur.ſen.in alleg.26.n.7. cęterùm quando concederetur Caſtrum,videntur conceſſę munitiones Caſtri,& alia ſimilia, Affl.in cap.Similitèr,§.ſi quis demanſo, num.30.de controu.inueſt. quando autem eſſent res non cohærentes naturæ rei conceſſæ, secùs eſſet, vt conceſſo Caſtro non veniunt cauſæ appellationis, Maur.d.alleg.26.& Anna d.alleg.52.nu.51. nec vendito Caſtro venit ius Portulaniæ, Anna in ſing.587.nec veniunt ſpiritualia in conceſſione Caſtri facta per Epiſcopũ, Rom.ſing.56. nec locus ſterilis,nec vſus fluminũ, Idem ſing.64. & ſic de ſimilibus,& potiſſimùm ſi eſſent res alterius contentæ in conceſſione, ſemper enim conceſſum in dubio videtur, ſaluo iure cuiuſcunquè, quando aliquid conceditur, Affl.in cap.ſi quis inueſtierit,n.67.de feud.dato in vicem l.commiſſ.ſicuti enim & conceſſio facta à Principe, in dubio ſemper intelligitur ſine præiudicio tertij, Dec.conſ.373.n.10. & ſucceſſiuè conceſsio Iudicis paritèr intelligitur, ſaluo iure aliorum, Alex.conſ.87.nu.8.lib.6.multò fortius & conceſſio facta à priuato id operari debet. potiſsimùm ſi eſſet generalis,etenim in generali conceſſione, ſeù vniuerſali non veniunt ea, quæ veriſimilitèr quis non eſſet in ſpecie conceſſurus, Cacher.dec. 170.n.3. & in ijs nulla cadit euictio,ad quod cautelam tradit Vrſill. dec.81.nu.6. vt quando fieret vẽditio Hereditatis,Caſtri,Ciuitatis,Officiorum, & Baiulationum, & ſimilium,quòd fiat ſpecificatio rerum particularium, & introituum, ſeù corporum, nec contentus erit emptor de generali clauſula.hæc currenti calamo ad corroborationẽ iam dictæ deciſionis allegare propoſui,ſaluo meliori iudicio. Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Reſciſsio concordiæ,vel tranſactionis factæ an concedenda ſit,attenta qualitate contrahentium,ſcilicèt vnius hominis aſturi,ſagacis,terribilis,ætate maioris,facilis ad decipiendum,& alterius hominis ſimplicis,ignari,& ruſtici, ætate minoris,concurrentibus enormiſsima læſione, & dolo, deciſum fuit per S.C. in cauſa Caſertæ matris, & ceſſionatiæ Octauij Villani contra Cæſarem Villanum, referente Regio Conſiliario Carolo Fęniceo eſſe reſcindendam concordiam prædictam, & iterùm bona diuidi,& quòd in portione Cæſaris ponantur bona per eum alienata, penès Burrellum, D.Camill. de Laratha in conſ.99. in hac cauſa.

Reſcriptum plura capita continens, ſi in vno erit ſubreptitium,non tamen erit in omnibus,vt fatetur Affl.dec.116.num.6.ità fuiſſe deciſum in S.C. Aloyſ. de Leo in l.non idcircò, C.ſi cont.ius, vel vtil.n.19.*Alex.Trentacinq.var.reſol.lib.1.tit.de reſcript.reſol.5.n.22.*

Reſcriptum continens duo fieri copulatiuè,verum verificetur in altero tantùm; non fuit deciſum,licèt concludatur, quòd ſic, Capyc.dec.140.

Reſcriptum abſolutionis iuramenti ſubreptitiè impetratum an impediat tranſactionis effectum ex cauſis ſubreptionis,videlicèt quòd non fuit facta mentio litis pendentiæ de abſolutione intentata coràm Iudice Eccleſiaſtico, ſecundò, quia in inſtrumento dùm fuerat renunciatum impetrare etiam reſcripta, non fuit alitèr de eo facta mentio, tertiò, dùm fuerit impetratum reſcriptum, impetrans periurium incurrit, quartò, dùm exiſtente lite ſuper abſolutione iuramenti, & de eo non fuerit facta mentio fuit paritèr renunciatum liti,de qua renunciatione non fuit mentionatum, vltimò, quia fuerat omiſſa ratificationis tranſactionis narratio; idcircò per S.C. fuit deciſum, ſtante inſtrumento tranſactionis iurato non eſſe procedendum ad vlteriora in dicta cauſa, non obſtante habilitatione obtenta, tanquàm ſubreptitia, Affl.dec.220.nu.13.& ſeq.Gagliard.de abſol.à iuram.§.primum,n.3.Alber.Oliua in ritu 14. Cur.Archiepiſc.Neap.n.1. Viuius in ſylua commun.opin.in opinione 2. incip.abſolutio, ſub n.2. Valaſc.deciſ.Luſit.130.nu.15.Ricc.dec.Archiep. Neap.77.p.1. Lancell.in tract.de attent. p.2.c.4. n.34.*Reuſner.dec.Cam.Imperial.lib.2.dec.5.nu.39.*

Reſcriptum impetratum à Rege per Baronem non facta mentione litis pendentiæ de feudo ex delegatione Proregis commiſſa annullata ex defectu Procurationis Fiſcalis conſtitutæ per Iudicem delegatum,cum quo fuit proceſſum, an ſit ſubreptitium, fuit concluſum, non eſſe ſubreptitium, Affl. dec.366. à n.8.ad 11.

Reſcriptum cognitionis cauſę reſtrictum ad certum genus perſonarum quamuis ad alias non extendatur, an extendatur certo modo alias perſonas tangendo; fuit deciſum in occurrenti facto quòd ſic, Vrſill.dec.227.ſub n.2.

Reſeruatio diſponendi facta in donatione omnium bonorum,non alitèr facta diſpoſitione prædicta, ad quem ſpectabit; fuit deciſum,ſpectare quantitatẽ reſeruatam ad venientes ab inteſtato,Frãch. deciſ. 600. eum citat nouiſsimè Andr. Molfeſ. in comment. ad Conſuet. Neap. p.2.q.22. in fine,

Auell.

Anell.Amat.conſ.8.n.14. Marius Muta dec.Sicil. 49.n.14. *Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.4.gloſ.23. n.10.clauſ.5.gloſ.10.p.1.n.70.& clauſ.7.gloſ.2.p.2. n.7.Merend.controuerſ.iur.tom.3.lib.6.c.38.Larrea deciſ.Granat.40.nu.15. Ant.de Amat.var.reſolut. tom.2.reſol.76.n.22.23.& 28.Caſtill.dec.144.p.2.*

Reſolutio contractus locationis an cauſetur ex patientia non præſtita, concluditur negatiuè, nam locator tenetur ad intereſſe, & ſic deciſum per R.C.S. in cauſa Vniuerſitatis Caſtri Maris cum Arrendatoribus, quæ cùm fuiſſet condemnata ad præſtandum intereſſe ob patientiam non præſtitam, verificato ſolito quantitatis ſolutæ coacta fuit ad illud tantùm, nec alitèr contractus reſolutus, Maurus junior in alleg.55.n.7.

Reſtitutio in integrum an competat minori aduerſus reſciſsionem contractus vigore l.2. C.de reſcind.vendit. non obſtante remedio d.l.fuit deciſum, quòd ſic, Franch. deciſ.248. Capiblanc. in pragm.1.de Baron.nu.194. Aloyſ.de Leo l.1.C.ſi aduerſ.Fiſcum,nu.3. Mart.de clauſ.p.2.clauſ.34. n.13. *Fontanell.de pact.nupt.clauſul.4.gloſ.18.p.1. n.100.*

Reſtitutio an competat Hoſpitali aduerſus repudiationem hæreditatis, fuit deciſum, quòd non, Franch.dec.181. Ricc.collect.dec.186. *Epiſc.Genuenſ.in tract.de Eccleſ.ſeù practicab.Eccleſ.q.165.*

Reſtitutio in integrum an competat minori côuento ex mora defuncti circa ſolutionem canonum præteritorum rei emphyteuſis, nè cadat in commiſſum prætextu caducitatis, fuit deciſum, quòd ſic,Gramm.dec.52.vbi Petra.

Reſtitutio in integrum competens minori poſsidẽti rem hypothecatam inſimul cum maioribus an extendatur ad maiorem; fuit deciſum,quòd ſi hæredes in communi poſsiderent res hypothecatas beneficium reſtitutionis competens minori prodeſſet maiori, ſed ſi poſsideret pro diuiſo, non, Affl.in Conſt.Obſcuritatem,n.22.

Reſtitutio in integrum an competat hæredi actori aduerſus præſcriptionem 30. vel 40. annorum concurrente bona fide; fuit deciſum,competere hæredi reſtitutionem ipſam ex capite ignorantię, ſecùs ſi ſcientia probaretur, Affl.dec.37.& in c.1. §.ſi quis per triginta, in 2. notab. ſi de feud. fuer. cont. pluries ità iudicatum vidiſſe fatetur nu. 12. Michael Craſſ. in tract.de ſucceſſ.ab inteſt. lib.2. art.officium hæredis, q.19. Reg.de Ponte conſ. 48.num.6.vol.1. Viuius in ſylua commun.opin.in opin.632.hæreditatem,nu.6.Hieronym.de Laur. dec.Aueniοnenſ.97.n.2.& 3. Rot.Rom.in nouiſſ. Fabij Accoramboni 42.p.3.vbi ità tradit ibi fuiſſe deciſum,& dec.39.ead.par.lib.2. Ricc.collect. deciſ.186. Ant.Fab.in eius Codice, tit.quib.non obijc.long.temp.præſcript.definit.1. Amat.conſ. 38.n.16.

Reſtitutio in integrum competens Vniuerſitati ob læſionem intentandi infrà quadriennium an peti debeat intrà 40.dies, infrà quos non fuit petita ex appellatione deſerta, vel elapſis 43.diebus intrà quatuor annos; fuit deciſum,quòd reſtitutio ipſa, quæ conceditur intrà quadriennium cùm ſit vniformis, ſiuè læſio ſit reſpectu contractus, ſiuè reſpectu ſententiæ, ſiuè reſpectu temporis vltrà quadriennium, ſiuè minus quadriennij ſemper peti poſsit, Affl.deciſ.175. Muſcatell.in practica S.C.lib.2.p.3.gloſ.fuerint, n.12.& 13.Surd.deciſ. Mantuan.136.n.2. Bellac.inter comm.opin.tit.de caduc.tollend.n.4. *Marta conſ.158.n.9.*

Reſtitutio in integrum an detur minori hæredi maioris in lite inchoata cum maiore; fuit deciſum, quòd ſi in cauſa intentata cum maioribus fuerit concluſum non eſſet concedenda reſtitutio,ſecùs tamen quando eſſet incepta cum maiore, & lis conteſtata cum minore hærede, Affl. deciſ. 212. Franch.dec.364. Muſcatell.in praxi S.C.p.6.gloſ. in integrum,n.13.Tapia in Conſt.Minorum iura, n.10. Molfeſ.ad Conſuet.Neap.p.4.q.8.Cauati.in tract.de cambijs,in Reſponſo pro Nob.Alex.Taber.incip.reſtitutio nulla,col.3.fol.253.*Fontanell. de pact.nupt. gloſ.3.n.59.in med. ſub 3.clauſ.tom.1.*

Reſtitutio in integrum competens minori an extendatur ad maiores litis conſortes, fuit deciſum, quòd ſi ſumus in diuiduis, talis reſtitutio non deberet extendi ad maiores, ſecùs ſi eſſemus in indiuiduis, at in caſu occurrenti dùm fuiſſet actum actione hypothecaria, aſsiſtentia,& appretio cõtra nonnullos, inter quos erat minor, qui beneficium petierat,& quamuis tale ius erat indiuiduũ, poterat reſtitutio ipſa extendi ad maiores, ſi res obligatas pro communi iudicio poſſediſſent, ſed quia eas diuiſerunt,non fuit reſtitutio extenſa ad eos, Affl.dec.213.Anna ſing.73.cauſa, Pellicc.in Conſuet.Auerſæ in prælud.nu.356. Muſcatell.in praxi S.C.p.6.gloſ.in integrum, num.8. Tapia in Conſt.Minorum iura,num.4.& ſeq.Sforz.Odd.in tract.de reſtit.in integr.q.46. art.4.n.10. & art.5. n.20. Iul.Cæſar Imbrian.in tract.de 1.& 2.benef. conſ.3.n.65.Carocc.in ſuis deciſ.caſu 65.num.vlt. Ricc.in collect.dec.639. Alph.Peruſ.collect.358. Card.Seraph.deciſ.Rom.957.in fine.*Cancer.var. reſolut.tom.2.c.1.n.217.Barbat.de aſſiſtent.gloſ.12, n.166.*

Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem 30.vel 40.annorum an detur ex capite iuſtę ignorantiæ ignoranti de iure ſuo, fuit deciſum, quòd ſic,Affl.deciſ.329.vbi Vrſill.exornat, Anna ſing. 452.reſtitutio, Maxill.in Conſuet.Bari, Rubr.de iur.prothom.§.poſt venditionem, nu.4. Reg.de Ponte conſ.48. n.6. vol.1. Viuius in ſylua comm. opin.in opin.632. hæreditatem, n.6. Magon.dec. Lucenſ.31.num.21.Stephan.Quarane.in ſumma Bullar.verb.alien.rer.Eccleſ.n.47. Rot.Romanæ, authore Fabio Accorambono deciſ.42.p.3. in nouiſſ.& dec.39.ead.pat.lib.2. Maur.iun.alleg.102. n.1.*Epiſc.Genuenſ.in tract.de Eccleſ. ſeù practicab. Eccleſ.quæſt.122.Borrell.in ſumma deciſ.tom.3.tit. 22.n.40.Alex.Raud.conſ.17.n.110.p.9.vol.1.*

Reſtitutio in integrum aduersùs ſententiam Sacri Conſilij petita an ſit concedenda; fuit deciſum, quòd ſi contrà ſententiam Regis non allegatur aliqua cauſa, putà minor ætas, vel Eccleſia, aut aliqua probabilis cauſa extrinſeca accidens, ſed ſolùm, quia non poteſt appellari, quod tunc non poteſt peti; cœterùm exiſtentibus cauſis allegatis concedi ſolet, & maximè ſi condemnatus eſſet apud Hoſtes, quo caſu ſuſpenditur etiam exequutio ſententiæ, vel quando cauſa petitæ reſtitutionis eſſet euidens, non cauſa calumniandi,erit concedenda, Afflict. deciſ.356. nu.4.Reg.de Ponte conſ.58.nu.13.vol.1.Tapia in pragm.2. de appell. Idem in Conſtit. Minorum iura,

Digitized by Google

iura,n.34.Franch.dec.86.n.8.Muſcat.in pract.S.C. lib.2.p.3.gloſ.fuerint,n.41. Cæſ.Barz.dec.Bonon. 107.n.7.latè Sforz.Odd.in tract.de reſtit.in integ. q.43.art.2. Hieron.de Laurent.deciſ.2.Auenion. n.4.Lancell.in tract.de attent.c.18.latiùs Anchar. q.41. & in cauſa *delli Guadagni* mercatorum Florentinorum cum Vniuerſitate Migniani in anno 1547.referente Marino Freccia Reg. Conſiliario fuit denegata reſtitutio petita,nec alitèr exequutio ſententiæ impedita, Ann.in repet.c.1.nu.240. de vaſall.decrèp.ætat. & infrà eodem verb. reſtitutio, ſecus per præſentationes ſcripturarum, vt pluriès deciſum tradit Ann. vbi ſuprà,de quo ſuprà verb. exequutio ſententiæ. *Iul.Cæſ.Gallupp.in prax.S.C.par.3.cap.5.n.5.*

Reſtitutio in integrum quando impedimentum veniret in primo fatali, & obtineatur ſecundum fatale non conceditur,ſecus tamen ſi impedimentũ veniret in ſecundo fatali, quoniam tunc ad obtinendum aliud tempus non ſolùm eſſet opus reſtitutione in integrum, ſed oportet habere recursũ ad Superiorem,& ità in facto in R.C.fuiſſe deciſum teſtatur Vrſill.dec.50.n.2.

Reſtitutio antè omnia facienda erit in ſpoliatione, tàm rei,quàm fructuũ medio tempore perceptorum,ſed an in cauſa attentatorũ veniat reſtitutio fructuum medio tempore perceptorum, fuit deciſum,quòd ſic,Vrſill.dec.98.nu.1. Viui.in ſylua comm.opin.in 732. opin.ſpoliatus,n.5.

Reſtitutio,ſi qua mihi iuſta cauſa,&c.prodeſt abſẽti etiam circa probationes faciendas in proceſſu, vt fuit deciſum in Collaterali Conſil.Ann.ſingul. 451. reſtitutio.

Reſtitutio an ſit facienda pecuniæ acceptæ ex tranſactione per tranſigentem,ſi ipſam tranſactionem infringere voluerit; fuit deciſum, quòd non, ſed proceſſum ad vlteriora, non alitèr facta reſtitutione pecuniæ, quam habuerat ex tranſactione, Ann. in ſingul.540. text. in l. ſi diuerſa pars, Georg.alleg.34.num.24.Galt.in prax.tutel.par.2. rubr.4.n.18. Ric.coll.dec.1822.

Reſtitutio bonorum conceſſa per Regem an extendatur ad iura competentia reſtituto ſuper bonis alienatis;fuit iudicatum,quòd non,nam licèt iura videantur reſtituta, tamen quia illa non poſſunt exerceri, niſi ſuper bonis alienatis, & diſtractis, reſtitutio non extenditur ad alienata,Ann.in repet.c.1.de vaſall.decrep.ætat.n.218.licèt pendeat reclamatio in R.C. & Collaterali, Reg. Tapia in rubr.ff.de conſtit.Princip.c.3.n.26.

Reſtitutio conceſſa rebellibus an extendatur ad bona alienata; fuit obſeruatum in Regno, quòd ſic, maximè ſi fuerit facta pro bono pacis,vndè in occurrenti caſu fuit facta reſtitutio illarum rerum maiorum,& meliorum, quando nõ potuerunt reſtitui illæmet, vt capitulum pacis exequutionem habuiſſet,Ann.in repet.c.1.de vaſall.decrep.ætat. nu.212.

Reſtitutio ſi ſit facta per Regem pro bono pacis,an in ea veniant ſubfeuda;fuit deciſum in S.C.quòd reſtitutio Regis ſubfeudatarijs proſit, Frecc.de ſubfeud lib.2.in 29.auihor.ſub nu.2.verſ.hoc ego tenendum,Fab.Ann.conſ.67.n.59.Mart.de iuriſd. p.2.caſ.36.n.29.

Reſtitutio in integrum an ſit concedenda mulieri, vel minori in criminalibus, quamuis indiſtinctè concludatur, quòd non reſtituantur, eſt verum quando eſſent actores,ſiuè accuſatores,& tractaretur de lucro ad punitionem alterius, ſed quando eſſent rei conuenti, & cõtra eos procederetur criminalitèr,quòd non debeant admitti ſuper eorum defenſionibus vſq; ad prolationem ſentẽtiæ eſſet abſonum dicere, & eſſent in hoc deterioris conditionis,quàm maiores,qui indiſtinctè admittuntur abſq; alia reſtitutione,& ità fuit nouiſſimè per S.C.iudicatum in fauorem cuiuſdam mulieris petentis reſtitutionem in criminalibus, vt refert Gramm.in conſ.ciuil.76. redemptoris gentium, n.15.Vrſill.dec.175. nu.4.

Reſtitutio in integrum an ſit mulieri concedenda, ſi per procuratorem fuerit renunciatum beneficio, quaſi quòd id procurator facere non poterat;fuit deciſum,quòd non per Sacrum Conſilium contra mulierem,Fab.de Ann.in conſ.98.ſub nu.10. verſ. hæc quòad materiam,vbi n.13.ponit deciſionem.

Reſtitutio in integrum an ſit concedenda aduerſus compromiſſum factum de paragio, citrà tamen aſſenſum, accedentibus quoq; nullitatibus in eo factis per partes, dùm eſſet factum per duos mẽſes cum poteſtate prorogandi,fuit facta prorogatio per ſex menſes ſine Arbitrorum ſubſcriptionibus;nec vltima prorogatio fuit intimata;cõcluditur,eſſe concedendam ſtantibus proteſtationibus de hoc factis, Fab.Ann.conſil.75. dixi pro D. Franciſco, qui in Apoſtill. impreſſ.in 2.vol.conſil. incip. Andiui aliquos inquit, caſus conſ.75. deciſus contra conſilium.

Reſtitutio antephati conſiſtens in re data in ſolutũ an fieri debeat de eadem re, vel de pretio ipſius; concluditur, eſſe faciendam reſtitutionem in pecunia,& ità fuit iudicatum in prædicto caſu,vt refert Reg.de Pont.conſ.71.vol.1.ex notat.à n.4.ad fin.vbi in fine ponit deciſionem.

Reſtitutio in integrum petita per Vniuerſitatem ad impediendam exequutionem an ſit concedenda; fuit decretum,quòd per reſtitutionem non impediretur exequutio, Minad.deciſ.14. vbi refert,ità decidiſſe aliàs D. Præſidem, & fuiſſe obſeruatam, ex quo in effectu Vniuerſitas erat debitrix, & ꝙ potiùs ad differendum petebatur,nec erat verificata læſio,*Caſtill.dec.189.n.11.par.2.*

Reſtitutio in integrum an cõpetat Vniuerſitati elapſo anno petendi domanium, vt infrà quadriennium peteret iſtam reſtitutionem;per R.C.S.fuit admiſſa talis reſtitutio, vt refert Camill. de Curt. in diuerſ.iur.feud. verſ. licèt autẽ veriſſima, n.57. & 58.proſequitur,id hodiè fuiſſe ſublatum ex nouella pragmatica prohibente, tales reſtitutiones concedi Vniuerſitatibus, per quam pragmaticam Idemmet refert num.60.obtinuiſſe pro Principe Auellini, & Duce Attripaldæ, qui poſt annos ferè triginta ex quibuſdam canillationibus moleſtabatur ſuper domanio prædictæ Terræ,fol.9.à ter. col.2. Maſtrill. in conſil. vnico poſt deciſ.Siciliæ, num.29.

Reſtitutio in integrũ quemadmodùm cõpetat Regi,an extẽdatur ad Reginã; concluditur, quòd nõ per Luc.in l.cubicularios,C.de proxim.ſacr.ſcrin. vbi dicit, cõtrarium fuiſſe pronunciatum in fauorem Reginæ Sanciæ,quando fuit decepta in vẽditione Caſtri Montis Albani, tam pronunciationẽ fuiſſe æquam ratione bonitatis,& dignitatis, ſed

aliàs talis extenſio eſſet iniqua, Capyc. in inueſtit. feud. rubr. feuda officiorum, verſ. Rex Siciliæ, & verſ. item limitat, f. 271. Io. Ant. Pugnat. in prag. 4. de falſ. teſt. n. 157.

Reſtitutio in integrum an competat mulieribus, & minoribus ob recuſationem Iudicum in tempore non propoſita, ſtantibus verbis in Pragm. 5. de ſuſpit. Offic. etiam fœminę, & minores; fuit deciſum, competere, & ità in pluribus cauſis fuit id deciſũ, tàm in S.C. quàm in Collat. Conſilio, & alijs Tribunalibus, vt refert Carol. Tapia in d. pragm. n. 1. & ſeq. fol. 187. & 188. a ter. in 3. vol. Maſtrill. deciſ. Sicil. 151. nu. 34.

Reſtitutio in integrum an competat meretrici, fuit deciſum, quòd ſic, Frãch. dec. 233. Annibal Troyſ. in pragm. Curſu dilationum, de ord. Iud. n. 34. Iul. Cæſ. Imbr. in tract. de 1. & 2. benefic, conſ. 2. nu. 67. vide ſupra eod. verb. beneficium.

Reſtitutio in integrum an competat minori aduerſus hæreditatem aditam per eum damnoſam, circa hoc præmittitur, quòd minor adiens hæreditatem ſi poſteà per reſtitutionem in integrum vult ſe abſtinere, & illam repudiare, in tali reſtitutione in integrum debẽt citari omnes creditores incerti per proclama, cum termino trium menſiũ, auth. ſi omnes, vbi Bald. C. ſi minor. ab hæred. ſe abſtin. Marant. in Spec. p. 6. in 1. membr. de citat. nu. 103. & vt reſtituatur ab aditione hæreditatis, debet etiam probare hęreditatem damnoſam, Alexand. conſ. 21. n. 6. lib. 1. allegat d. auth. ſi omnes, vbi Bar. & Caſtr. l. ſi filius, ff. de ſolut. vbi multa, & quòd omnia geſta per eum ſit habenda rata, & ipſe tenetur reſtituere, ſi quid pęnès eum remanſit, l. ait prætor, ff. de minor. §. fin. & l. ſi mulier. & l. in integrum reſtitutio, & l. quoties, ff. de acquir. hæred. idem Alex. l. neceſſarijs, n. 1. ff. de acquir. hæred. & ità elapſis annis proximis referente Reg. Conſiliario Io. Andr. de Georgio in cauſa Franciſci, & aliorum de Nihcta cũ illis de Caſolla, penès Act. Magiſtr. de Ferrarijs fuit in Sacro Conſilio deciſum, eſſe concedendam petitam reſtitutionem in integrum aduerſus hæreditatem damnoſam aditam per minorem, & iterùm confirmatum in reclamatione, verùm teneatur minor ad reſtitutionem totius, quod exigit, & ad eum peruenit, addo Morot. de nouo viſum ſic conſulendo concludentem in reſponſ. 77. Ioann. Baptiſtæ de Thoro I. C. Neap.

Reſtitutio facienda in reſciſſione contractus iuxtà terminos l. 2. C. de reſcind. vend. facta electione rei per conuentum ipſe tenetur ad fructus perceptos ex re vltrà valorem fructuos, quãdo verò fuiſſet res petita per viam reſtitutionis in integrum, ſoluto tamen pretio vnà cum intereſſe, & pretio meliorationum reſtitutio militat, & ità fuiſſe deciſum in S.C. teſtatur Franch. dec. 248. in fin. eum citat Aloyſ. de Leo in l. 1. C. ſi aduerſ. Fiſc. num. 5. alios cumulat Viſcont. in addit. ſuis.

Reſtitutio cõceſſa rebelli à Principe ob pacem Regni, non tantùm bonorum exiſtentium, ſed etiam alienatorum per Regem alteri, pretio mediante facienda, quam reſtitutionem potuit facere Princeps, an priùs ſit faciẽda rebelli per emptores bonorum, & deindè ad pretium contra Fiſcum agi, vel antè omnia erit pretium exoluendum emptori, & indè reſtitutio bonorum ſubſequatur, cõcluditur, eſſe priùs faciendam reſtitutionem, iuxtà terminos l. 2. C. quib. ex cauſ. ſeru. pro prem. &c. vbi Aloyſ. de Leo refert, ſecundùm illius lectura fuiſſe iudicatum, quòd emptores reſtituere debẽt illi reſtituto à Principe, & poſteà ad pretium contra Fiſcum agere.

Reſtitutio in integrum an ſit concedenda Villæ triginta foculariorum; fuit in Conſilio Regis determinatũ eſſe concedendam, Affl. in prælud. Conſt. Regni, q. 5. n. 4. Maran. in ſpec. p. 6. in 2. actu, n. 97.

Reſtitutio in integrum minori competens aduerſus reſciſſionem contractus vltrà remedium l. 2. C. de reſcind. vend. an in ea requiratur expreſſa læſio vltra dimidiam pretij, vel ſi fuiſſet læſio intrà dimidiam ſufficeret; fuit deciſum in S.C. etiam ſi fuiſſet læſio intra dimidiam ſufficere, & ſucceſſiuè competere reſtitutionem in caſu prædicto, Franch. deciſ. 248. eum citat, & ſequitur Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 4. de Regal. impoſition. §. 5. n. 31.

Reſtitutio in integrum an detur minori aduerſus non petitam intrà annum inueſtituram, Viuius in deciſ. 428. adduxit multas rationes pro, & contra, & demùm ſub num. 19. fuiſſe in contingenti caſu deciſum in S.C. eſſe concedendam cenſet, & ità in varijs cauſis practicatum, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 12. n. 10.*

Reſtitutio in integrum an competat alicui cœtui Nobilium in cauſa dependente ex Nobilitate, vel Vniuerſitati ob cauſam prædictam, dum eſſet mihi certiorata hæc noua deciſio Neap. terminata, me quidem degente in Ciuitate Coſentię, ad eius corroborationem duxi aliqua in medium allegare, & ſuppoſita priùs quæſtione illa, ſi competat Vniuerſitati reſtitutio ipſa ex cauſa, vel defectu probationum in materia Nobilitatis, cenſeo, ipſam Vniuerſitatem conſiſtere in vno populo, & hic dicitur quædam rerum mixtura, quæ ex diſtantibus conſtat, vt corpora plura non ſoluta, ſcilicèt vni nomini ſubiecta veluti populus, l. rerum mixtura, ff. de vſucap. & ipſius populi appellatione continentur milites, Senatores, & patricij §. lex autem, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Andr. in Conſtit. Priuilegium, Cauenſ. ritu 192. num. 1. immò & pauperes, quoniam Ciuitas, quæ caret pauperibus non dicitur perfecta, Montanar. in pragm. 5. §. 13. num. 22. de adminiſtr. vniuerſit. per tex. in l. 2. ff. de nund. & ſicuti Reſpublica Romana reſtituitur, l. 1. C. de iur. reipubl. lib. 11. ità & quælibet Ciuitas, ſubdit ibi gloſ. & ità reſtituitur, l. 1. C. de offic. eius, qui vic. alter. obt. Andr. in Cõſtit. Beneficium, in fin. & hoc propter minores, & mulieres ſub ſe continentes, immò & pauperes, quibus magis ſubuenitur, quàm diuitibus, gloſ. in l. 1. ff. de colleg. illic. verſic. tenuioribus, & conceditur reſtitutio, Caualcan. de tutor. numer. 104. quæ ſiquidèm Ciuitas repræſentatur per Decuriones, & ſic omnes Ciues, quia repræſentant ſingulos, vt vniuerſos, non ſingulos, vt ſingulos, l. ſed ſi hoc, §. qui manumittit, ff. de in ius vocand. Montanar. in pragmat. 2. num. 153. de adminiſtratione Vniuerſitat. hoc eſt repræſentatur Ciuitas per Syndicum, Electos, & Concilium, Franch. deciſ. 253. num. 8. qui nomine Vniuerſitatis gerunt, quarè ex his apparet, petitam reſtitutionem eſſe concedendam, maximè dùm fuerit petita, & ſic

& ſic aliàs deciſum in cauſa Antonini de Vetice cũ Ciuitate Coſentiæ, & pluriès in ſimilibus cauſis productis in proceſſu ipſius Ciuitatis, ſicut etiam deindè contingit Ciuitati Coſentiæ, quæ petierat beneficium in cauſa Nobilitatis intentata per V.I.D. Angelum Merẽdam, quæ ſuccubuit, nec alitèr fuit ei conceſſum, referente Reg. Conſiliario, ac Præſidente R.C.S. D. Didaco de Vera de hoc anno 1611. die 15. Decembris, penès Figliolam Act. Mag. ſed quid in alio cœtu Nobiliũ, ex quo Ciuitas Neapolitana repræſentatur per quinque Sedilia, & Plateam Populi, Franch. deciſ. 207. n. 8. Montanar. in prag. 2. n. 317. de adminiſtr. Vniuerſ. & propterea ſi fuerit petita reſtitutio per vnum ex dictis Sedilibus in cauſa Nobilitatis an ſit concedenda, videbatur dicendũ, quòd ſic, quoniam Nobiles ſunt de corpore Vniuerſitatis, ſicut & alij, Franch. deciſ. 253. n. 9. & Nobilitati conceditur quod alijs denegatur, gl. in l. 2. C. vbi Senat. verſ. ſedẽdi, & Sedilium Vniuerſitas ſocietas collegialis eſt, idem Franch. dec. 2. n. 10. tantò magis cùm in dictis Sedilibus continentur mulieres, & Nobilitas, & dignitas cadit etiam in fœminam, Canner. in extrauag. Volentes, §. prædictis attexitur, n. 3. ſimilitèr & minores, & pauperes Nobiles aliquando, & ſicuti reſtitutio non tantùm Eccleſiæ, ſed etiam Capitulo Eccleſiæ conceditur, quãdo ipſi Capitulo Collegiato emerſerit læſio, Abb. cap. 1. col. 5. de reſtitut. in integr. Marant. in Spec. p. 6. in 2. actu, nu. 89. vbi declarat, maximè quando læſio reſultaret toti Collegio, nõ autem in aliquo particulari, & nu. 9. ampliat in omnibus Hoſpitalibus, & pijs locis, omnibus Collegijs, & Congregationibus pijs, licèt in alijs Collegijs non pijs ait, quòd non reſtituantur, ex mente Abb. d. cap. 1. col. 5. in fin. tamen nouiſſimè Sfort. Odd. in tract. de reſtit. in integr. q. 3. art. 12. cõcludit, quòd quãdo in eis adeſſent minores, & pupilli, concederetur, aliàs ſecus, & hìnc eſt, quòd reſtitutio conceditur Collegio Scholariũ, Marant. & Sforz. Odd. vbi ſuprà n. 77. & maximè ſubdit ibi Sforz. Odd. quando Collegiati eſſent læſi in aliquo actu, vel conuentione, cui omnes conſenſerunt vnanimitèr per fabas albas, vel nigras, nàm tũc licèt nulla daretur reſtitutio, quia ſeipſi læſi ſunt, non tamen ab eius Adminiſtratoribus, aut per aliquem omiſſum, vel malè geſtum ab eorum Syndico læſum eſſet totum Collegium, tunc ſecus eſſet, vt in caſu noſtro, ex quo ſecundùm morem Sedilium in omnibus cauſis, & litibus conſtituunt Deputatos, ità & cuilibet cœtui, ſed his ceſſantibus contrarium fuit deciſum in S. R. C. vt audiui in cauſa Io. Baptiſtæ Arcamoni cũ Sedile Portus, & in alia cauſa eiuſdem nobilis cum vno ex Sedilibus Salerni, referente eodem Reg. Conſil. & Præſidente R.C. D. Didaco de Vera, pœnès Figliolam Act. Magiſt. & credo hoc proceſſiſſe ex euidenti ratione, attenta cauſa conceſſionis reſtitutionis à iure conceſſa, ex quo reſtitutio in integrum datur hominibus, vel lapſis, vel circumſcriptis, ſiuè metu, ſiuè calliditate, ſiuè ætate, ſiuè abſentia inciderint in captionem, l. 1. ff. de reſtit. in integr. vbi gloſ. ait, elapſis .ſ. ſua facilitate circumſcriptis aduerſarij dolo, dolus enim non præſumitur in conſtantem virum, l. metum, ff. de eo, quod met. cauſ. ex eo, quia Nobiles ſunt ſuperbi ex progenie, vt refert Affl. in Conſt. Magiſtri Camerarij, nu. 7. vbi citat Luc. in l. militaribus, C. de Decur. lib. 10. ex mente Polyd. lib. 8. c. 15. Clarus ſanguis elationem parit, potentiam affectat, cõculcat inferiores, pares habere dedignatur, loquitur grandia, totus ex alto, magnoq; ſanguine, tanquàm fecerit ipſe aliquid virtutis, ij à paribus abſtinent, in humiliores libidinosè, & crudelitèr agunt, hominum, non cauſarum toti ſunt, idem refert Cattauit. tit. 160. nu. 2. & non mirum ſi fragilitas, & dolus in eis ceſſat, & ceſſante cauſa debet ceſſare effectus, ſicuti in viduis diuitibus dicitur, quoniam ceſſante paupertate ceſſabit priuilegium l. vnicæ, C. quando Imp. inter pupil. & vid. vt tradit idem Carauit. tit. 19. n. 11. *Iul. Cæſ. Gallupp. in prax. S.C. par. 2. c. 31. nu. 9. & de hac eadem deciſione meminit D. Reg. Rouit. conſ. 32. in fin. vol. 2.* Io. Bapt. Thor. V.I.D. Neap.

Reſtitutio in integrum an cõcedi debeat mulieri alleganti ſe læſam ex ignorantia iuris, de iure communi eſt clarum, ꝙ non reſtituitur, l. fin. C. de iur. & fact. ignor. de iure Conſt. Regni ſi ſit non modicè læſa in iudicio reſtituitur, vt in Conſt. Regni Mulieribus, vbi Affl. ſub n. 1. cenſet, Conſtit. ipſam eſſe contra ius commune, ideò reſtringendam, nõ ampliandã, qua de re ſubdit, vidiſſe Iudices quoſdam contrarium ferre, & malè.

Reſtitutio in integrum competens minori aduerſus omiſsã denunciatiõnẽ factã de morte feudatarij an cõpetat maiori prodigo ſuccedẽti minori feudatario, fuit in R.C.S. deciſum in fauorem prodigi, condemnando eũ ad releuium ſimplex, Octau. Bammac. in c. ſi minori, ſi de feu. defun. cont. n. 23.

Reſtitutio in integrum an ſit concedenda Vniuerſitati, quæ circa probationes ſuper præparatorio poſſeſſionis ſe lęſam reperiret, ex quo non probauit ſibi incumbentia aduerſus probationes nõ factas; fuit deciſum, ꝙ petita reſtitutio, ſiuè beneficiũ concedi non debeat, Capyc. dec. 13. vbi refert, idem in alia cauſa fuiſſe deciſum, Franch. dec. 290. 439. & 458. Couarr. pract. quæſt. c. 14. ſub n. 4. Muſcat. in pract. S.C. lib. 2. p. 3. glo. fuerint, n. 10. & ſeq. Menoch. de retin. poſſ. vlt. remed. nu. 55. Odd. in tract. de reſtit. in integr. q. 64. art. 5. n. 36. Maſtrill. deciſ. Sicil. 134. nu. 17. Iul. Cæſ. Imbr. in tract. de 1. & 2. benef. conſ. 4. n. 125. Io. Franc. del Caſtill. dec. Sicil. 30. n. 16. Ricc. coll. dec. 1530.

Reſtitutio rei faciẽda ex remedio l. 2. C. de reſcind. vend. an fieri debeat vnà cum fructibus, & pretio vnà cum intereſſe in Regione conſueto; fuit deciſum, quòd quando venditor eſſet actor exiſtente ęnormi lęſione nõ teneatur ad fructus reſtitutionem, Franch. dec. 495. Fab. de Ann. conſ. 24. nu. 2.

Reſtitutio in integrum an competat minori aduerſus omiſſam allegationem ſuſpitionis; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. deciſ. 431. de qua meminit Reg. Rou. in pragm. 1. de ſuſpit. Offic. num. 7. vbi refert, conſimile fuiſſe in alia cauſa deciſum, Reg. Tapia in pragm. 23. de offic. S.C. ſituata in tit. de ſuſpit. Offic. incip. ad tollendas, num. 8. Muſcat. in pract. S.C. lib. 2. p. 3. glo. fuerint, nu. 9. Ricc. collect. deciſ. 83. 186. & 770. ſecus tamen eſt hodiè per Pragm. 11. §. ordinamo, il primo, de ſuſp. Official. *Fontanell. dec. 19. nu. 3. Andr. Capan de iure adhoæ, quæſt. 43. num. 17. Iul. Cæſ. Gallup. in prax. S.C. p. 1. cap. 4. num. 13. Phœbus in arreſto ciuili 80. in 2. tom. deciſ.*

Reſtitutio in integrũ an detur minori aduerſus appellationem non proſequutam à tutore, etiam ſi ſoluendo eſſet tutor,& re vera eſſet læſus; fuit deciſum, quod ſic, Franch.dec.473. Muſcat.in pract. S.C.lib.2.p.3.glo.fuerint,n.33. Giurb.deciſ.Sicil. 18.in fin,

Reſtitutio fructuum perceptorum ex cõtractu nullo per lapſum temporis locationis rei an ſit faciẽda; fuit deciſum, ꝙ ſic, facta relatione in Coll, Cõſ, Reg.de Pont.in cõſ.139.poſt hæc,in fi.conſ.vol.2.

Reſtitutio conceſſa à Rege an extendatur ad bona data in commendam, deciſum fuit per R.C.S. negatiuè, Reg.Carol.Tap.in rubr.de Conſt.Princip, c.3.n.16. quẽ ſequitur Maſtrill, in tract.de indult, c,22.n.40.

Reſtitutio in integrum an detur minori, aut prodigo ob denunciationem mortis feudatarij omiſſam infrà tempus iuridicum faciendam; fuit deciſum in R.C.quòd ſic, Ric.coll.dec.1337.

Reſtitutio conceſſa per Principem rebelli compoſito cum Curia an extendatur ad bona in commẽdam data; fuit iudicatũ in S.C.affirmatiuè in cauſa Aſcanij Columnæ cũ Hæredibus Pauli Reſtaini, referẽte Reg.Conſil.Io,Thoma Minadoo, penès Tramontanum, Io.Vinc, Ann, in repet.cap, 1, n.217.de vaſall.decrep,ætat,

Reſtitutio bonnrum promiſſa vigore capitulorum pacis an extendatur ad bona alienata; & ità à tertijs poſſeſſoribus poſſeſſa; fuit in pluribus cauſis iudicatũ affirmatiuè, vt refert Io,Andr.de Georg, in alleg.49.n.49. vbi citat Liparul.in add.ad And, in c.1,de vaſall,decrep.ætat.in fin, contrarium aſſerentem fuiſſe deciſum quandoquè.

Reſtitutio in integrum aduerſus duo decreta ſimilia R.C.an concedi debeat, Reg,de Pont.in conſ.58, n.13,& 19.vol.1.negatiuam partem aſſequitur,& ſic in caſu occurrenti dùm fuiſſet petitum, iterùm verbum fieri,& ſic tertiò in R.C.S. corãm Excell, Prorege per Vniuerſitatem Roccæ Monfinæ in cauſa, quam habebat cũ Vniuerſitate Sueſſana, in qua per duo ſimilia decreta prouiſũ fuerat, exceptionẽ Reg.Pragm, editæ Thori in primo capite nõ obſtante vti inauditã ad verbũ faciendũ iterũ etiam per viam reſtitutionis in integrum admittendam fore,& tandẽ remiſſo memoriali per S.E. eidẽ R C.vt de iuſtitia prouideret, referente tunc cauſæ Commiſſario, ac meritiſſ. Preſidente D.Didaco de Vera è Prado denegata fuit reſtitutio allegata, & impoſitũ ſilẽtium circa obiectam exceptionem aliàs per duo decreta reiectã, & ſic proceſſum ad vlteriora in cauſa, penès Cinque Actor, Mag.ſub tutela,& patrocinio q, mei patrui Fabij de Falco Sueſſanæ Ciuitatis Aduocati, Io.Bapt, de Thoro I.C.Neap.

Reſtitutio pretij accepti ex tranſactione fieri debet antè omnia petita reſciſſione ipſius tranſactionis, vt iuris diſpoſitione cautum eſt, l.ſi quis maior,C. de tranſact, an autem ſi fuerit reſciſſio petita ex cauſa doli, vel fraudis, & oppoſitum fuiſſet de reſtitutione accepti .ſ. duc. 400. licèt per actorẽ replicatũ, quòd cõuentus pro duc.700,ex hæreditate patrui voluerat ſtare tranſactioni, & pro duc, 400. intendebat eos repetere, & ſic pro parte acceptare tranſactionem,& pro parte impugnare contra ius. Itẽ cùm pro duc,470.fuiſſet actori ceſſa domus priùs alteri ceſſa per conuentum, ſuper qua actor habebat dominium ex duplici capite .ſ. donationis ſibi factæ eiuſdẽ a patre, & patruo, & etiã vigore hereditatis dicti patrui ab inteſtaro deuolutæ,& ſic doloſè, nã dolus rei ipſius ex ſumma duc.1100. verificabatur, licèt deciſum domi fuiſſet per q. tunc Reg.Conſil. doctiſſimum Vincentium de Franchis, quòd exceptio reſtitutionis dictorum duc.400. reſeruaretur ad merita cauſæ, indè tacto verbo in S.C.iunctis aulis confirmatũ fuit decretum prædictum, penès Secretarium, in Banca Balſami, nunc Carboni, in cauſa D. Hieronymæ Ruffæ, & D.Federici Ruffi, D.Camill.de Laratha conſ.44. facta tranſactione,

Reſtitutio in integrum an concedenda ſit mulieri aduerſus ſententiam cõtra ipſam latam tempore, quo erat minor in Monaſterio exiſtens nullitèr actor procedendo ad proceſſus compilationem, prætendens deuolutionem cuiuſdam rutis in emphyteuſim cõceſſi ob cenſus non ſolutos,& illius deteriorationem, citari faciendo tutorem domi, eo tunc in Ciuitate Ianuæ exiſtentem, deindè curatorem liti iacenti dari faciendo, quapropter obtenta ſententia prædicta in eius fauorem dùm ad aures conuentæ peruenìſſet, illicò reclamauit, petendo reſtitutionẽ in integrũ tanquã inaudita,& indefenſa, & contra ius condemnata, adeò quòd ex eiſdem actis apparebat de iniuſtitia; nam dùm perebãtur duc,160.pro affrancatione,& cenſibus annorum quinque prædictis iam adimpletũ fuiſſe vſq; ad annum 1556. & ſententia lata fuit in anno 1557. prætereà ex falſa cauſa adiecta, quòd bona ipſa deuoluta fuerunt ex capite nõ affrãcationis duc.6.pro duc.60.in parte cenſus,& adhùc poteſtas affrancandi durabat, quocircà attentis ſcripturis nouitèr repertis, ac iuſta cauſa ignorantiæ hæredis omninò concedenda erat. Nec demũ obſtare videbatur cauſa deteriorationis in ſentẽtia adiecta, ob quod emphyteota priuari poterit de iure, nam in facto apparebat de abſentia tutoris,& clauſura pupillæ, non tamen culpa ipſorum contingente deterioratione fortè prætenſa, vndè ex his referente tunc Reg,Conſil.Pompeo Salernitano per S.C. iudicatum fuit in fauorem mulieris condemnatæ, reſtitutis meliorationibus, penès Roppulum Act.Mag.in cauſa Hieronymę de Alberto cum Nardo,& alijs de Cacciuttolo, D.Camillus de Laratha in conſil,22. Magnifico Sebaſtiano,

Reſtitutio in integrum an concedenda ſit aduerſus ſententiam latam tranſactam in rem iudicatam prætextu falſorum teſtium examinatorum, & non eſt dubium, quin concedi debeat per textum expreſſum in l, Diuus Hadrianus, ff. de re iudic, vbi Doctores omnes, Manſuer.in eius prax. titul. de re iudic,column.1. verſic,item ſententia lata, Bonaccurſ.in eius prax,tit.de except. & benefic, quæ poſt diffinit. ſentent, oppon. num.4. & ibi Alexander de Tremolis ſuper verbo, vel inſtrumenta, Alberic.Galeot.in Margarita, cap.24. ſub numer.6. latè Boer, deciſ.307. Boſſius in titul. ſi ex falſ.inſtrument,numer,1.nouiſſimè Sforz.Odd. in tractat. de reſtitut. in integr. quæſt.73. artic.5. num.48. Alphan, in collect,909. Riccius collect, dec.1502.qui plura ad ornatum dictę legis cumulant, ſed dubium, quod verſabatur aliquando in Ciuitate Ariani, in qua vti Gubernator præerat

Fran-

Digitized by Google

Franciſcus Antonius Salinas V.I.D. meus conſobrinus circa ſententiam condemnatoriam ab eo prolatam contra Iacobum Cardinalem inquiſitū de blaſphemia, & condemnatum ad perforationē linguæ;& ad remigādum, iuxtà Pragmaticam deſupèr promulgatam,qui ad euitandum ſententiæ exequutionem petierat reſtitutionem in integrū ob cauſam falſitatis teſtium examinatorū, cui replicabatur ex parte Curiæ Coadiutoris,iàm Iudicē fuiſſe ſuo officio functum,& ſucceſſiuè ſententiam ipſam tranſitum feciſſe in rem iudicatā, cui ſiuè iuſtæ,ſiuè iniuſtæ ſtandum erat, poſtquàm nō fuerat appellatum,Alex.conſ.30.nu.18.lib.5. indè pars ampliùs audiri nō debet ex tranſitu ipſo,idē Alex.conſ.147.nu.8.lib.6.nam pro veritate habetur,Idem conſ.93.n.5.eodem lib.6. Præterea cùm de falſitate non conſtabat, adhùc ſententia lata ex teſtibus corruptis nō retractatur,Felin.in cap. licèt cauſam,verſ.tertia cōcluſio,col.4.de probat. quem citat Affl.in rubr.47.Conſt.n.2. ſed habito per eum recurſu ad Magnam Curiam Vicariæ, fuit per ipſam præuia relatione doctiſſimi Iudicis Octauij de Picolellis mandatum, vt ipſum ſuper petita reſtitutione in integrū audiret Curia Ariani,pęnès Barreſe,ni fallor,in anno 1602.& ità per ipſum Gubernatorem interpoſitum fuit decretū, quòd infrà quatuor dies audiretur,ſalua prouiſione facienda ſuper petita reſtitutione in integrū, infrà quem terminum id probare nixus fuit reus; qui dùm eo exiſtente carcerato vnus ex teſtibus contra eum examinatus ob aliud delictum in carcerem coniectus exiſtens, cùm reus blaſphemiæ obiurgando conqueſtus fuerat malè contra eum depoſuiſſe,& iniuſtè,quarè ob talem eius depoſitionem,& Domini condemnatus reperitur,at ille genibus flexis pœnitētia ductus veniā impetrando coràm pluribus teſtibus aſſeruit, falſum dixiſſe, & ſuggeſtum fuiſſe ab eius Domino inimico inquiſiti,vt ipſum tali damno afficeret, & ità tàm ob ſuggeſtam falſitatem teſtium, quàm ob inimicitiam alterius teſtis inimici conſpirationem prędictam operātis expoſtulabat, admitti ad reſtitutionem in integrum,vt breui manu ad reuocationem ſententiæ procederetur, & ſic ad eius liberationem; ijs .n. ſic propoſitis,& probatis in Curia prædicta in dubiū reuocabatur illud, quod à DD. refertur,ſi ſufficeret probari, quòd teſtes ſint corrupti,& falſum depoſuiſſent, vel alterum ipſorū; vt retractaretur ſentētia,quod tangunt Manſuer. vbi ſupra,& alij DD.citati nouiſſimè per Ric.coll. 1502. & in hoc placuit opinio Alex. de Tremol. vltrà Iul.Clar.in §.falſum,n.13. in d.addit.ad Bonac.loc.cit.ver.falſos teſtes, verſ.ſecundò quæro, ꝙ ſi inquiſitus aſtrinxerit ſe probaturū vtrumq; tunc omninò erit probandum,ſecus ſi alterum ipſorum,& præſertim falſitatem,nam probatio corruptelæ ſine falſitate non induceret reſtitutionē, ꝙ ſequitur Clar.ibi n.14.& Ric.vbi ſupra,in fin.& ſucceſſiuè inferebatur, ſi talis corruptio precibus facta abſq; pecunia ſufficeret in caſu iſto, nam DD.in d.l.Diuus,quos ſequitur Alex.de Tremol. vbi ſuprà,ver.ſubornatos dicunt; non ſufficere,& inſupèr dato, quòd ſufficeret, ſi dicto talis teſtis aſſerētis ab aliquo corruptum ſtandum ſit, & paritèr DD.negatiuā ſequuntur opinionē,Menoch. de arbitr.q.73.n.15. Gramm.conſ.46.crim.nu.11. Dec.conſ.189.Iul.Clar.vbi ſuprà,num.4. Marcell. Cali de mod.artic.§.2.glo.vnica,n.1063. vbi ſubdit ſimilitèr, quòd accuſatus, contra ſe fidem faceret: Attamen ex parte inquiſiti dicebatur,ſententiam ipſam ex falsis teſtibus prolatam nunquā feciſſe tranſitum in rem iudicatam, Muſcatell. in prax.S.C.lib.2.p.3.glo.inſtantia,nu.38.& inſupèr negari nō poterat,quòd principalis teſtis,qui procurauerat cōſpirationem inquiſitionis erat notorius inimicus inquiſiti,de quo in actis apparebat, & talis repulſa admittitur in hoc delicto blaſphemiæ, Troyſ. in pragm.1.de blaſphem.nu.9.& ibi Alex.Rom.n.107.& ſucceſſiuè reliqui duo teſtes erant ſub ſeruitijs illius inimici, qui dicuntur ēt de familia ipſius,Gramm.conſ.crim.36.n.31. Foller.in prax.crim.rubr.cap.inform.n.61. Accedebat inſupèr talis confeſſio alterius teſtis, vt ſupra relata, cui & ſi de iure fides non adhibetur in præiudicium tertij,Camp.in cap.Frequens,nu.83. ſecus tamen de cōſuetudine receptum eſt, vt dixit Clar. vbi ſuprà nu. 4. multò fortius in fauorem inquiſiti: attēta inſupèr dubietate ſentētiæ ex præmiſſis,quia tortura inferri non poterat in iſto delicto blaſphemiæ,vt dixit Gramm.conſil.crim.15. quem citat Camp.in cap.Tormenta,n.46.non alitèr fuit reſtitutio in integrum conceſſa, nec reuocata ſententia condemnatoria,benè tamen ſuſpēſa exequutio ipſius ſuperuenientibus alijs indicijs, & ſic reus liberatus cum cautione per ipſam Curiam. Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Retentio pro expenſis, & meliorationibus an competat Affictatoribus, ſiuè Colonis pro re,quā colunt,& ſi venditioni proximæ fuerit; fuit deciſum in S.C.licere retinere pro expēſis, & pro alijs petitis, Fab.de Ann.in conſil.43. in facto verum eſt, nu.20. & maximè ſi meliorationes apparerent ex rei euidētia,tunc pariter liceret retinere, vt aliàs fuit iudicatum in S.C. refert ibidem Anna nu.16. vbi allegat eius Genitorem in add.ad Capyc.dec. 17. Ric.coll.dec.1917.

Retentio an competat creditori habitanti in domo conducta à debitore pro eius credito;in occurrēti caſu inſtrumentū non erat liquidum, vndè exequutionem non habebat paratam, & promiſſio erat facta cuidā defuncto, cuius erat nouiſſimus conductor;fuit deciſum, retentionem ipſam non militare, & proindè condemnandū eſſe ad exfractandum,& dimittēdum domū vacuam, Gramm. dec.58.Ric.coll.dec.1917.Zerol.in prax.Epiſcop. ver. pœnæ,par.1.

Retentio,vel compenſatio an detur cōtra dotem,& intereſſe ipſius; fuit deciſum, ꝙ quòad dotem cōpenſatio,nec retentio obſtabit,quò verò ad intereſſe ipſius fuit deciſum, quòd ſuperſederetur in exequutione ſententiæ, Franch.dec.642.Ric.coll. deciſ.1917. Paſchal.in tract.de vir.pat.pot.par.3. c.10.n.43.*Palm.in diuerſ.iur.comm.& Regni,gloſ. 14.n.10.Barbat.de aſſiſt.glo.12.n.42.& 43. Taſſon. de antephat.verſ.5.obſ.1.n.33.*

Retentio dotis an cōpetat vxori mortuo viro,ſi fuerit tutrix relicta,ob quod obligauit ſe ad reddendum computum, adhùc non dùm dato computo rationum tutelæ; fuit deciſum, quòd ſic in Sacro Conſilio, iuxtà opinionem Neguſ.de pignorib.in 1.memb.5.p.11.col.verſ.10, circa effectum, cōtra opinionē Soci.conſ.180.vt refert Gramm.in conſ.

ciuil.t 14. Redemptoris gentium,nu.11. Ric.coll. 1917.Molſ.in addit.ad par.7.q.15.& 16.num.5.in Comment.Conſuet. *Borrell.in ſumma dec.tom.3. tit.5.num.33. Reg.Tapia in dec.S.C.42. vbi nos hic allegat.*

Retinere, ſeù compenſare an cogi poſſit creditor ſuum creditũ à defuncto debitũ, & ſucceſſiuè ab eius hæredibus, ſi eſſet pariter ipſemet debitor eiſdem in alia ſumma, & itá cõpenſare, dùm eius creditum conſequutus fuerat integralitèr ab vno ex dictis hæredibus ſuper certa re hæreditaria ipſi tangẽte in diuiſione hæreditatis,eo inuito,& inſtante pro retẽtione partis ad cohæredem ſpectantem ex debito per eum debito, & ſucceſſiuè ad reſtitutionem rei pro quantitate ratæ cohęredis exactæ vnà cum fructibus: Caſus iſte cõtingit inter Ciuitatẽ Lytij creditricem ex vna pecuniarũ quantitate cuiuſdã defuncti,& eiuſdem debitricis in alia ſumma,& illos de Condò,factaq; diuiſione inter Franciſcum Mariam de Condò Baronem Triputij,& Dominum Gaſparem Condò hęredes dicti defuncti laici eorum patrui, Ciuitas ipſa vniuerſum ejus creditum conſequuta fuit,vendicando rem hæreditariam eidem Franciſco Mariæ in diuiſione tangẽtem,per quem dùm fuiſſet oppoſitũ aduerſus Ciuitatem ipſam,vt liceret ſibi retinere ratam ſpectantem ad dictum D.Hieronymũ cohæredem de debito in ſui poſſe remanſo,reſtituta rata prædicta per ipſam exequutam ſuper dicta re ipſius Franciſci Mariæ: Et quamuis per doctiſſimum virum Ioannem Franciſcum Sanfelicium Redemptorem tunc Ciuitatis prędictę,nũc autem meritiſsimum Conſiliarium Sacri Regij Conſilij prouiſum fuiſſet,quòd ipſi hæredes tenerentur pro hæreditarijs portionibus, & proindè licere dictæ Ciuitati eius creditum pro rata ſpectante ad dictum D. Gaſparem retinere, & compenſare cum eius debito, reſtituta rata exequuta nomine dicti D.Gaſparis ſuper re ipſius Franciſci Mariæ vnà cum fructibus, ſaluis iuribus eidem D.Gaſpari competentibus pro recuperatione ratarum ſpectantium ad ejus fructus: Tandèm re ipſa deducta in Sacro Regio Cõſilio, in quo facta relatione per ſapientem Virum Regium Conſiliarium Petrum Carauitam deciſum fuit, benè prouiſum fuiſſe per decretum latum ab eodem Sanfelicio,& proindè exequutioni demandandũ eſſe,ſub tutela,& patrocinio V.I.D.Franciſci Antonij Salinas mei conſobrini de hoc anno 1619. de Menſe Iunij, pęnès Cioffum Actorum Magiſt. & ſi dura deciſio ipſa videatur ex infrà dicendis. Et primò,poſtquàm creditor ſi apud plures bona ſibi obligata reperiantur extare, quemlibet ipſorum conuenire poteſt,nec conuentus aliquam opponẽdi facultatem habeat,hoc eſt, vel quòd creditor agat aduerſus alia bona obligata, vel quòd quemlibet poſſeſſorem conueniat pro rata,ità in terminis conſuluit Roman. in conſ.128. prout ex tenore,Bellac.inter commun.opin.tit.de diſtract. pign.num.2. Immò ſi pars crediti liquidi oblata fuiſſet,eam recipere non tenetur, Ioan.de Amic. conſil.55. num.18. Socin. in regul.25. Signorol. conſil.42. Dueña in regul.158. Prætereà & ſi hæres ex iuris diſpoſitione non teneatur, niſi pro hæreditarijs portionibus, l. pro hæreditarijs, C. de hæredit.port.Franch.dec.203.num.1.& deciſ. 581.num.1. hoc tamen procedit in perſonalibus actionibus, Vrſill.deciſ.213.num.10. ſecus tamen quando eſſet actio realis, tunc non pro hæreditarijs portionibus,ſed inſolidum conuenirentur hęredes,ita Soci.in conſ.253.n.9.vol.2.Ricc.in coll. dec.528.ex mente Theſaur.hic creditores defuncti actionẽ habent contra omnes hæredes,Franc. deciſ.581.num.5.Demùm abſurdum ex hoc conſequeretur, nam creditor recipiendo partem ab vno ex pluribus inſolidum obligatis videretur debitum diuiſiſſe,ita vt non poſſet à quolibet,niſi partem petere, Bellac.inter commun. opinion. titul.de inutil.ſtipul.num.5. Vezin.inter commun. opinion.tit.de fideiuſſ. num.217. Ann. in alleg.4. n.6.ſed ijs non in aliquo aduerſantibus in propoſito caſu alitèr pro deciſionis confirmatione arbitror eſſe concludendum. Etenim in facto idem creditor erat pro alia cauſa debitor eiſdem hæredibus, & quemadmodùm creditori cõceditur retentio pignoris,ſi non eſſet ſatisfactus à debitore, l.1. C.etiam ob chirographum, &c. Dueñ.in reg. 167. ſimilitèr & creditor poterit retinere nomen met ſuum debitum alteri ſuo debitori, Anna in alleg.80.n.8. ità pariter & compenſare, immò ad prædicta cogi, & potiſsimùm inſtante cohærede, cuius res pro integro credito incluſa rata cohęredis exequuta fuerat, nam & ſi hæredi conceſſum ſit, cogi poſſe cohæredem ad reuendendum eius partem,vel ad cedendum eius ius redimendi ſibi, ſimilitèr ad luendum partem ſuam pignoris, ità Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.112.n.10.& 11.ità pari modo debitorem ad compenſationem cogere, quæ non alitèr fit,niſi debitore ipſam opponente, & allegante,Alex.conſ.197.nu.4.lib.7.& maximè quando ſumus in liquidis,nam tunc proculdubio compenſatio de quantitate ad quantitatem admitteretur ipſo iure, quando de ea pars opponeret,Kircou.inter comm.opin.titul.de compenſat. nu.6.Viui.in ſylua comm.opin.in opin.114. & ſic benè proceſsit deciſio allegata cogendo creditorem ad compenſationem ipſam pro exemptione alterius ratæ debitæ per cohæredem, non enim iuſtum erat,vt vnus tantùm hæres debitum integrum teſtatoris ſolueret, nam hæres grauari non poteſt,niſi pro portione hęreditaria,Franc.Crem. ſingul.10. & pro ea defuncti factum approbare, Iacob.Machell.in patroc.19.n.7. Io.Bapt.Thor.

Reuelare renuens machinationẽ contra Rempublicam an debeat puniri pœna mortis,vel alia extraordinaria,quia nulla lex Mundi dicit eſſe pœnam mortis puniendum non reuelantem, ideò pœna extraordinaria puniri debet,& ità in contingenti facto fuit obſeruatum Neap. qui poſteà fuit liberatus,refert Affl.in c.1 §.prætereà ducatus, col.1. quę ſit prim.cauſ.beneſ.amitt.quem citat Farinac. in tit. de indit.& tort.q.5.n.73.

Reuiſio cauſæ an fieri poſsit lata ſententia per Sacrum Conſilium,quæ habet exequutionem paratam, & reuideri nequit, niſi facta exequutione priùs,ità vt peti poſsit à condemnato,& carcerato ob diſcuſsionem factam, vbi exequutio realis non potuit fieri in bonis non inuentis;fuit deciſũ, eſſe procedendum ad reuiſionem, debitore exiſtente carcerato, tãquàm ſi exequutio eſſet facta, & ſic fuit proceſſum,Capyc.dec.169.Vrſill.deciſ. 231.nu.4.

Reuo-

Reuocare an poſſit hæres feudum alienatum à patre iuxtà Conſtit. Conſtitutionem, fuit deciſum affirmatiuè in cauſa Franc. Ant. Motamonte, Anna in d. Conſt. n. 251.

Reuocari an liceat venditori feudi iuxtà Conſt. Regni ſi in aſſenſu adeſſet clauſula, quòd infra certū tempus iuramētum aſſecurationis præſtetur, aliàs aſſenſus habeatur pro non præſtito, an illo infrà tempus præfixum non dato, contractus ſit nullus ob defectum aſſenſus, concluditur, quòd ſic, & ità fuit deciſum in S.C. Reg. de Ponte conſ. 68. fuit in hac cauſa, vol. 1. vbi in fine ponit deciſionem, & poſtmodùm audiui de menſe Ianuarij 1600. referente Conſiliario Gizzatello facta relatione in Collaterali Conſilio fuiſſe confirmatam ſententiam, & impoſitum perpetuum ſilentium, Viuius dec. 405. n. 19. Alex. Raudenſ. dec. Piſan. 37. n. 16.

Reuocari an poſſit contractus feudalis ex defectu præſtationis iuramenti aſſecurationis, & homagij, ſeù fidelitatis infrà legitima tempora conſtituta per Reg. Pragm. fuit bis in S.C. deciſum, etiam facta relatione in Collat. Conſil. fuiſſe locū reuocandi contractum feudalem ex defectu allegato, in cauſa Marchionis Turris Francoliſij cum Hæredibus Innocentij Paulutij, & impoſitum ſilentium, Reg. Rouit. in pragm. 26. nu. 27. de feud. & in pragm. 1. ſub nu. 4. de fide memor. quamuis anteà fuerat contrarium deciſum, vt ſuprà eodem verbo aſſenſus, de eadē deciſione meminit Anell. Amat. conſ. 33. n. 13. & in conſ. 69. ex deductis latè proſequitur, & decidit.

Reuocatio alienationis feudi vigore Conſtit. Regni an competat Domino, ſi alienatio non voluntariè, ſed ſub haſta virtute ſententiæ fieret, fuit deciſum, quòd exequatur, & reperto emptore præuio Regio aſſenſu liberetur, & cùm fuiſſet reclamatum, fuit in Collaterali Conſilio confirmatum, quod fuit obſeruatum in multis alijs cauſis, & ità non militat reuocatio ipſa, Anna in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, n. 232.

Reuocatio alienationis feudi an ſpectet ad vtilem Dominum, vel ad directum, iuxtà Conſtit. Regni; fuit deciſum, ſpectare ad vtilem Dominum, & ità emptor cùm nullum haberet dominium, reuocare non poterat, & ità fuit in S.C. deciſum, Anna in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, n. 240. *Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 12. n. 65.*

Reuocatio alienationum feudorum à teſtatore factarum etiam pro reſtitutione dotium, & antephati obtenta per hæredem an noceat vxori defuncti impetranti aſſenſum poſt mortem viri, & poſt reuocationem poſt mortem; fuit deciſum, quòd talis hæres non poſſit reuocare obligationem bonorum feudalium pro dote, Affl. dec. 111. à n. 1. ad 14. Anna alleg. 66. n. 5. & in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, n. 135. & 240. Lanar. in conſ. 18. n. 2. Reg. de Ponte conſ. 10. n. 26. vol. 1. & in tract. de poteſt. Proreg. tit. 6. §. 1. n. 2. Bertazz. in tract. clauſul. in clauſul. 7. gloſ. 19. ſub num. 19. Borgn. Caualc. deciſ. Fiuizan. 42. p. 1. nu. 23. idem Reg. de Ponte dec. 6. nu. 4. Pariſ. conſ. 18. vol. 1. & conſ. 14.

Reuocatio alienationis feudi pro dote obligati iuxtà Conſt. Regni an fieri poſsit; fuit deciſum, quòd non, ſed ex particulari dotis priuilegio tantùm, ſecùs in antephato, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 1. authorit. verſ. pluribus autem modis, n. 22.

Reuocatio alienationis feudi vigore Conſtit. Regni abſquè aſſenſu impunè permitti licèt videatur venditori, an extendatur etiam ad ementem, ità vt is vēditionem infringere poſsit; concludit Anna in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, nu. 255. quòd non, licèt contra eum, & alios id tenentes pluries ſit iudicatum, Io. Franc. Capiblanc. in pragm. 4. nu. 55. de Baron. quod etiam fatetur Io. Thom. de Marinis in tract. de gener. & qualit. feud. in tit. 2. de feud. ex pacto, & prouid. antiq. ſiuè pater. in 2. p. incip. Conſtitutio Regni, nu. 13. vbi plura, & ità deciſum.

Reuocatio alienationis feudi iuxtà Conſt. Regni an militet, quando feudatarius in fraudem verſatus eſſet, & doloſè ſe geſsiſſet, fuit iudicatum, nullam rationem eſſe habendam de tali reuocatione, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in quæſt. incip. à Regnicolis, nu. 17. & 18. in 3. limitat. eum citat Reg. de Ponte dec. 6. n. 8. Petr. Garſia dec. 18.

Reuocatio iuxtà Conſtit. Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ an militet, ſi feudum fuerit à creditore exequutum in ſubſidium bonorum burgenſaticorum, & venditum, vt moris eſt in S.C. & liberatum plus offerenti, impetrato Regio aſſenſu, ad quod Princeps facilius aſſentit, fuit in S.C. deciſum, non obſtante reuocatione facta venditionem feudi valere, & præſtitus fuit Regius aſſenſus, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in prima auth. verſ. pluribus autem modis, n. 8. vſquè ad 15. Ricc. collect. dec. 1818.

Reuocatio facta per alienantem rem reddititiam feudo vigore Conſtit. Regni an militet, quemadmodùm in alienante rem feudalem iure proprio; concluditur, quòd non, contra opinionem Andr. quòd iſti tales alienantes ſine conſenſu Domini, & habentes iſtas res particulares reddititias feudo, & qui ſoluunt collectas non poſſunt iure proprio reuocare, licèt contractus ſit nullus, tāquam factus ſine conſenſu Domini, & ſi reuocarent, non valeret reuocatio, immò Dominus reuocabit; & ità vidiſſe per Sapientes Regni fuiſſe iudicatum, & obſeruatum fatetur Affl. in c. 1. in 12. not. n. 18. de proh. feud. alien. per Feder.

Reuocatio iuxtà Conſtit. Regni an fieri poſsit de contractu ceſsionis feudi deindè venditi ſub haſta ad inſtantiam creditorum cedentis, quaſi per reuocationem antecedentis ceſsionis reuocetur venditio conſequens, attentoquè aſſenſu deſupèr præſtito, & expedito in forma Cancellariæ, licèt non regiſtrato, lapſo tamen tempore regiſtrationis, concurrente deſcriptione in cedulario adohæ vim regiſtrationis præſumentis, concluditur in fauorem cedentis, vt citrà eius intereſſe poſsit reuocare contra ceſsionarios, tamen fuit iudicatum in fauorem ceſsionarij, Lanar. cōſ. 82. & Reg. de Ponte conſ. 5. volum. 1. deciſionem affert Reg. Rouit. in pragm. 1. de fide inſtrum. nu. 2. & in fine refert, in dicta cauſa fuiſſe deciſum, vt tunc diſpēſatio huiuſmodi ſuum ſortiretur effectum, quando re integra fuerit obtenta, citrà præiudicium iurium alieni, & Regij Fiſci.

Reuocatio alienationis fructuum feudi an competat venditori iuxtà Conſt. Regni; fuit iudicatum in M.C.V. ceſſare reuocationem, Vrſill. dec. 265. n. 73. in fin. Ricc. collect. dec. 1818.

Reuocatio vigore Conſt.Regni, quæ locum vendicat in feudis an locum habeat in officijs, attenta promiſsione facta per aliquem per Albaranum de cedendo officium Magiſtri Rationalis, vel alterius, at non obſtantibus illis reuocationibus factis per promiſſores teneantur ad obſeruantiam, concluditur, quòd ſic, & ità ceſſat in prædictis diſpoſitio d.Conſtit. & ità fuit iudicatum in S.C. in caſu contingenti, vt refert Franc.de Amicis in c.1. de his, qui feud.dar.poſſ. §.ex hoc etiam fonte, in fine, fol.75. quod etiam fuit deciſum in R.C.S. in cauſa illius de Sadeolis, vt non detur reuocatio in officijs, ſicut audiui, & nouiſsimè Reg.de Ponte in deciſ.28.n.29. referens deciſionem prædictam de Sadeolis cum Io. Antonio Grimaldo annuir, fuiſſe deciſum cum maxima altercatione, & votorum diſparitate, Ricc.collect.deciſ.1818. Amat. conſ.49. Maſtrill.de magiſt.lib.1.c.29.n.24.

Reuocatio alienationis feudi factæ an debeat eſſe verbalis, vel realis, præuia oblatione recepti, fuit iudicatum in S C.quòd ſufficiat reuocatio verbalis, & quòd non requiratur aliqua oblatio, Diomed.Maricond.in addit.ad Conſt.Cōſtitutionem diuæ memoriæ, incip.an autem ſi petatur.

Reuocatio alienationis vigore Conſtit.Regni Conſtit. diuæ memoriæ an pendente impetratione aſſenſus fieri poſsit; fuit deciſum, quòd non, Ioann. Aloyſ.Mormil.in ſuis ſingul.in d.Conſt.n.4. Ricc. collect. dec.1818.

Reuocatio contractus feudalis iuxtà Conſt. Regni Conſtitutionem propria authoritate an porrecto memoriali pro aſſenſu poſsit reuocari, licèt dominus adhùc aſſenſum non præſtiterit; fuit deciſum, quòd nō in cauſa Marchionis Vallis Siculæ cum Vniuerſitate Longobardorum, Reg.de Ponte in conſ.14. Veſpaſianus, n.20.vol.2.

Reuocatio alienationis feudi iuxtà Conſt.Regni an locum habeat, quando alienans fuiſſet fraude verſatus, fuit deciſum in S.C. in cauſa Fabritij Villani cum creditoribus, referente Regio Conſiliario Orificio, quòd non, Io.Franc.de Ponte in conſ.17.ſi rectè, n.18.vol.2.

Rei quatuor conuenti ad ſoluendum ſummam debitam per ſexdecim debitores inſolidum, ſi ſimpliciter fuerit prolata ſententia, ipſos condemnādo ad totam ſummam, an ſententia erit reformāda, vt intelligeretur pro rata; fuit deciſum, quòd illi quatuor condemnati intelligantur cōdemnati ad dictam ſummam, habito reſpectu ad ſexdecim obligatos, & non pro rata ipſorum quatuor condemnatorum ad totam ſummam, Affl.deciſ.215. Franch.dec.680. Anna ſing.539. Bergnin.Caualc. dec.Fiuiza.38.n.2.p.1.& dec.30.p.2.n.214. Marc. Ant.Bellon.dec.Genuæ 28.nu.11. Intrigl.in deciſ. Sicil.13.nu.28. Giurba dec.Sicil.46. Marta de iuriſdict.p.4.caſu 118.n.11. Anchar.in q.21. Gratian. diſcept.forenſ.c.33.n.50.tom.1. Maſull.ad Capyc. deciſ.8.in princ. *Alex.Trentacinq.var.reſol.lib.3. tit.de ſolut.reſol.34.n.28.& 31. Amat.dec.Ferrar. 52.n.2. Cabed.dec.Luſit.21.nu.11.p.1. Cancer.var. reſol.tom.3.c.17.n.292. Iallong.racemat.70.num.6. Larrea dec.Granat.88.tom.2.n.12. Blaſc.in memor. 29.nu.2. Barbat.de aſſiſtent.gloſ.12.nu.171.& ſeq. Ioſeph Mele in addit.ad Conſil.Gizzarell. dec.12.*

Reus delatus in cauſa delationis ſiuè eſſet cauſa criminalis, ſiue ciuilis, dummodò tractetur de pœna pecuniaria, vel de priuatione bonorum in totum, vel in partem ſemper tenetur ædere inſtrumenta, & alias ſcripturas ad fundandam intentionem delatoris, ſed ſi agatur de delicto ad effectum puniendi in corpore, tunc non tenetur, & ſecundum ea fuit iudicatum in Sacro Collaterali Conſilio Neapolitano, inquit Io.Bolognett.in l.2.num.46. verſ.& ideò reus, C.de edend.

Reus conuentus in iudicio actione reali, ſi negauerit ſe poſsidere nomine proprio, ſed alieno, & demùm conuictus, ſe proprio nomine poſsidere, an poſſeſsione priuetur, iuxtà l.fin.ff.de reiuend.cōcluditur, quòd ſic, & licèt in prima inſtantia reus conuentus in S.C. negaſſet, ſe proprio nomine poſsidere, fuit abſolutus tamen in cauſa reclamationis, producto inſtrumento ſuæ poſſeſsionis, poſſeſsione ab ipſo ablata ex mendacio, & in actorem translata, Affl.deciſ.18. Aſcan.Clement. de patria poteſt.effect.5.n.11. Ricc.collect.deciſ. 210. Alph.Peruſ.collect.623. Mareſcott.var.reſol. lib.2.c.107.nu.2. Catocc.in tract.de depoſito, p.1. excuſ.4.n.2.& in tract.de locato, p.6.q.3.n.1.

Reus principalis debitor non tamen citatus habens beneficium præuentionis an poſsit opponere tale beneficium in fauorem ſuorum fideiuſſorum, qui fuerant citati ſuper tenore inſtrumenti; fuit per S.C. deciſum, quòd non, ex quo prædicti fideiuſſores erant inſolidum obligati, & ſic tanquàm principales citati, benè tamen ſi prædicti fideiuſſores perſonalitèr comparuiſſent, prout fuerant citati, & beneficium eorum principali competens allegaſſent, forſan ſecùs fuiſſet, Io.Berard. Muſcatell.in practica S.C.lib.1.p.4.verbo petēdo, n.13.

Reus voluntarius, qui obtinuit ſententiam pro ſe cum cautione, iuxtà terminos l.ijs, à quo, ff.de rei vend.ſi aſsiſterit in judicio contra alium, qui prætendit eandem rem, an proroget iuriſdictionem, fuit in S.C. per tria decreta deciſū, quòd ſic, Reg. de Ponte in conſ.2.vt circumſpectiſsimi, vol.2.

Reus actor effectus in exceptione ex iuris diſpoſitione l.1. ff.de except. ſic paritèr in reconuentione, vt dixit Muſcatell.in praxi S.C.lib.1.p.3.gloſ. actorem, n.19. an pro ſuo exceptionis, ſiuè reconuentionis fundamento petere poſsit exhibitionē librorum, penès actorem exiſtentium, licèt Dec. in c.1.nu.43. de probat. punctualitèr determinet contra reum, ſicuti & reus non tenetur ædere actori, vt per Villal. inter commun.opin. tit.de edend.nu.5. ità etiam nec actor reus effectus; reo effecto actore ædere compellitur, in facto enim apparebat, fuiſſe conuentum Horatium Sennam ab hæredibus quondam Io.Alphonſi Salinas vigore apocę Banci ad ſoluendum ducatos 100.ſibi mutuatos infrà certum tempus iam elapſum, & quia ordinariè iudicium agebatur, eò quòd apoca confecta fuerat in anno 1599. & iam erant elapſi anni viginti, dictus conuentus actores reconuenerat ad ſoluendum ſibi ſalarium pro ſeruitio per eum præſtito vti negotiorum geſtorem Arrendamenti Regiæ Dohanæ Neap.& proindè ad fundandam eius opinionem libros Arrendamenti exhiberi petijt, & vltrà prædicta dicebatur per actores, nullo iure cogi poſſe ad talem exhibitionem, eò quòd attenta confeſsione conuenti, apocam ipſam eſſe ſubſcriptam, & ſcriptam eius manu, debere ipſum priùs condemnari, cùm in con-

feſſum

feſſum non ſint partes Iudicis, niſi in cōdemnando, l. proindè, §. notandi, ff. ad l. aquil. Mintynger. cent. 5. obſeru. 77. n. 2. prætereà, cur tandiu tacuerat, argumento tex. in cap. 1. de frig. & malef. non petere ſalarium, & ſicuti ſutores vltrà ſex menſes nequeunt mercedem petere, Anna in ſing. 492. ità in caſu iſto per lapſum tanti temporis; ijs tamen non obſtantibus M.C.V. decreuit, ipſos teneri ad exhibitionem librorum Arrendamenti, & deuoluta cauſa ad S.C. præuia Regia decretatione verbi faciendi, facta indè relatione de prædictis per Iudicem Albertinum die 11. Decēbris 1619. in aula Conſiliarij Freccia deciſum fuit, quòd infra quatuor dies partes audiantur, nec non promiſum, quòd ipſi actores exhibeant libros Arrendamenti, penès Secretarium, in Banca Io. Caroli Mancini, ſeù Imperati, ad cuius deciſionis ornatum hæc conſideranda ſunt, dùm ſumus in materia exhibitionis librorum, quòd libris eorum, qui authoritate publica ad recipiēdum gabellas proponuntur, credendum ſit, Ioſeph Ludou. in ſuis commun. concluſ. tit. de lib. mercat. in 7. ampliat. & ſic Arrendamentorum libris multò fortius credendum, & ſicuti actor tenetur reo ad fundādam illius exceptionem, non tantùm rationes, l. non eſt nouum, l. iuſtum, C. de edend. quàm inſtrumenta, Bonac. & Phicar. inter comm. opin. d. tit. de eden. n. 1. ſic reus actori ad fundandam eius replicationem ædere tenetur, Kircou. ibidem num. 10. hinc Mercatores noſtri temporis ad ſimilitudinem Argentariorum rationum ſuarum Codices etiam ad fundandam intentionem actoris exhibere tenentur, & ſic ſe habet communis opinio, Villal. inter comm. opin. d. tit. de edend. n. 42. & ibi Suarez nu. 44. Accedat prædictis, quòd quando ſcriptura reperitur penès actorem, & alibi haberi nō poteſt, omninò illam exhibere compellitur, Rota in dec. 34. in nouis, aliàs 2. in tit. de probat. quam citat Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. p. 3. gloſ. mentionatarum, ſub nu. 14. verſ. decimò, & vltimò, & ibi in addit. incip. & aliàs, verſ. vtrum inſtante reo hanc quæſtionem in ſpecie examinat, ſic concludendo pro exhibitione ſcripturarum ad rei inſtātiam petitarum, ex quibus fundatur eius intentio, multa autem pertinentia ad exhibitionem ſcripturarum, & librorum congerit nouiſſimè Rico. collect. deciſ. 72. & memini idem deciſum fuiſſe per M.C.V. & confirmatum per S.C. ad relationē meritiſſimi illius Iudicis Aloyſij Nicueſa die 10. Ianuarij 1619. in cauſa Baptiſtæ Caputi cum Nicolao, Ioanne, & Horatio Caſtruccis hæredibus quondam Simeonis Caſtrucci, qui vigore obligationis incuſatæ duc. 100. carcerari fecerūt dictum Io. Baptiſtam, ſatisfactionem debiti allegatam probare annuentem, libros exhiberi petierat, & ipſos actores cogi, & ſic deciſum, penès de Vito Act. Magiſt. quod notandum duxi in materia exhibitionis quotidiana in praxi. Io. Bapt. de Thor.

Rex in conceſſione priuilegij an poſſit ligare ſucceſſorem in Regno, concluditur, quòd ſic, & ità iudicatum fuit in Regno Siciliæ, Capyc. dec. 121. à n. 1. ad 6. Georg. alleg. 46. n. 18.

Ripa exiſtens in medio duarum Terrarum, ſcilicèt inferioris, & ſuperioris, ob quod ex iure conſuetudinario ſpectat ad Dominum Terræ ſuperioris, ſi fuerit per Dominum inferioris Terræ probata poſſeſſio abſquè titulo, an ſufficiat, vt Ripa applicetur eius dominio, fuit deciſum, quòd non obſtante poſſeſſione probata viginti annorum per Dominum Terræ inferioris condemnetur ipſe ad reſtituendam ripam Domino Terræ ſuperioris vigore conſuetudinis, quia non probauit per inſtrumentum, vel per terminos finales, benè tamen fuit dictum, quòd ſi talis poſſeſſio fuiſſet longiſſima tanti temporis, in cuius contrarium memoria hominum non extitit, tunc haberetur vt conſtitutum, & eo caſu non eſſet opus allegare titulum, Affl. dec. 239. & ibi Vrſill. n. 4. refert deindè fuiſſe idem deciſum, vt ripa ſic exiſtens ſit Domini Terræ ſuperioris.

Ritus M.C.V. an obſeruari debeant in S.C. concluditur, quòd non, ex quo dicti Ritus fuerunt editi pro ipſa M.C. quæ repræſentat Curiam Iuſtitiarij, & Vicarij Regis, ideò non faciunt ius, ſeù obſeruantiam in alio Tribunali maiori Regis, vt tradit Frecc. in tract. de præſent. inſtrum. par. 15. n. 8. & ibi n. 9. ſubdit, vidiſſe S.C. non obſeruare Ritus, eò quia contradicunt iuri communi, quamuis faciant ius commune in Regno, inquit Præſes de Franch. deciſ. 138. nu. 3. ſunt tandèm ipſi Ritus M.C. obſeruandi per Officiales inferiores, Idem dec. 143. num. 7. *De conſimili caſu in Regno Siciliæ quærit, & ſic deciſum retulit Corſet. in eius quæſt. q. 12. p. 1.*

Idem dicendum eſt de Conſtitutionibus Regni, quę per S.C. obſeruantur, quando ei videbitur, cęterùm ſi exorbitantiam iuris amplecterentur, non obſeruarentur, ex quo S.C. repræſentat perſonam Regis, exemplum patet in Conſtit. Diuorum, vbi Affl. ſub n. 2. verſic. & ſic expreſsè id ſingularitèr ponderat, quem citat Batius in annot. ad eundem Affl. in proęm. §. præſentes igitur, lit. A. verſ. nam S.R.C. non eſt ſubditum Conſtitutionibus, tanquàm Regem repræſentans, & in Ritibus patet exemplum in proſequutione appellationis, vt procedatur ſine libello, & litis conteſtatione, ex quo incipit ab apertura proceſſus, juxtà Ritum M.C.V. quod quidèm nō ſolùm in M.C.V. quàm in S.C. obſeruatur, Affl. in Conſtit. Appellationū, poſt n. 32. alia autem deciſio patet ſuprà eod. verbo petitio reſtitutionis, vbi per S.C. fuit obſeruatus Ritus M.C.V. 296.

Rixoſus forenſis, ſcandaloſus, ſeù tumultuoſus hominibus, aut Domino infeſtus, ſeù mauis inimicus ſi in aliqua Regni parte, & potiſſimùm Baronali incolatum haberet, an conquærentibus hominibus Terræ, vel Domino proclamante expelli poſſit de Terra illa, ad quod primò aduertendum eſſe arbitror, nam ſi loquatur de Vaſallis aliorum Baronum, quibus inhibitum eſt in aliena Terra Baronali habitare, ex Conſtit. Regni Quiſquis de burgenſibus, & ibi Affl. ideò reuocari poſſunt ab eorum Dominis ad habitādum in eorum Terris, de quo per Camp. in cap. Item ſtatuimus, quòd ſi Vaſalli, & hoc præcedente interpellatione ſuorū Dominorum facta Dominis, vbi inhabitauerint, vndè ex ijs colligitur, tantò fortius aliqua ſubſiſtente cauſa poſſent expelli, ſed quòad domaniales ſubditos, quibus non eſt inhibitum habitare in Terris Baronalibus, potiſſimùm Nobiles, & Artiſtæ, vt dixit ibi Affl. nu. 1. & ab eis expelli nequeūt, ſicut firmat Bal. in c. 1. de form. fidel. quem

ſequun-

Digitized by Google

ſequuntur Afflict.in cap.1.quæ ſint regalia,num. 37.& Anna in ſingul. 54. vbi optima Additio. nam, vt ipſemet Bald. ſubnectit, quia expulſio eſt pœna, licèt non habeatur pro deportatione, Bartol.in prima Conſtitut.ff.§.hæc autem,num.4. pœnæ enim pro delictis imponuntur, Gloſ. in §.final. verſic. competit,auth. de rapt. mulier.& ſucceſſiuè, vbi non eſt delictum non erit pœna, cap.1. de feud.ſinè culp.non amitt. eoquè ceſſante, & pœna ceſſat, Tiraquell.in tract.an ceſſ.cauſa, par.1.num.62. attamen, vt ipſi Doctor.teſtantur, ante ingreſſum bene forenſi prohiberi poteſt acceſſus,poſteà autem non, niſi exiſtente cauſa, auth. de quæſtor. in princip. cauſas verò ſingularitèr Afflict. in dict.capit.1.exemplificando dixit, putà ſi Rex timeret inuaſionem alicuius Terræ fieri per illum,quem vult expellere, vel vellet expellere vnum Mercatorem de Terra ſua, quia dubitat, ne patefaciat inimicis ſuis ſecreta Regni ſui, vel fortè, nè ſubditos ſubducat ad rebellionem,vel fortè eſſet Principi odioſus, vel alia ſimilia, vt quoquè tradit Reg. de Ponte de poteſtat. Proreg. titul.2.§.2.num.4. & ob id Regi non prohibetur eos arcere ab eius Regno, vt exemplo demonſtratur per gloſ. in extrauag. execrabilis, verſ.diuerſorum Regnorum, de præb. Afflict.in Conſtitut.prælud.quæſt.19.poſt num.7.& 8.Præſ. de Franch. deciſ.691.num.5.vbi loquitur de Clericis pacem turbantibus, & proptereà Principi congruit, nè ſuccedant ſcandala ex ſola ſuſpitione, abſquè proceſſu certis finibus circumſcribere ſuos ſubditos, præſertim turbulentos, ac ſeditioſos, maximè exiſtente cauſa,vt pluriès ſeruatum fuiſſe teſtatur Reg.de Ponte in tract.de poteſtat. Proreg. titul.1.in princip.num.11.12.& 14.nam Epiſcopus tenetur eius Diœceſim rixoſis,& ſcandaloſis Clericis purgare, Ricc.deciſ. Archiepiſc. 184.num.1.par.1. & multò fortius Dominis Terrarum conceſſum eſſe conſpicitur, legitima ſubſiſtente cauſa, & forenſes, & mercatores de eorum Terris expellere per doctrinam Bald.in dict. capit.1. quam etiam vltrà Doctor. allegatos ſequuntur Paris de reintegrat. feud. cap. miles habens,num.5. Reg.de Ponte in dict.tract. titul.de abund. Ciuit. §.2.num.3. ſed melius in titul. 10. titul. de exteris habitant. in tertis Baron. num.2. & ibi notat,quòd Proreges cum Collaterali Conſilio prouiſiones expediunt ad inſtantiam Baronum,vt exteri in illorum Terris habitantes recedant,maximè quando eſſent infeſti,ipſiſq; odioſi, & ſicuti exiſtente cauſa à Ciuitate expelluntur lænones, l. lænones, C.de ſpectac. lib.11. & ibi optimè Luc. de Penn. verſus finem, ſimilitèr & vſurarij,cap.vſurarum,de vſur.in 6.item ſeditioſi, cap.ſi quis Epiſcopus 11.quæſt.3. quod etiam ſequitur Auend. de exequend.mand. par.2. cap.6. per totum, quantò magis ob cauſam inimicitiæ, quæ eſt potiſſima, & tam leuis, quàm capitalis plures effectus parit, de quibus per Afflict. in can.1. quæ ſit prim. cauſ. benefic. amitt. num.44. & 45. & potiſſimùm ſi eſſet inimicitia cum Domino, & aduena ibi habitante in Terra Baronali, prout caſus, de quo agebatur inter duos fratres germanos, quorum alter erat Baro Terræ, & alter ibi inhabitabat,ſuccedente inter eos inimicitia ob rixas habitas, & diſcordia inter eos, pro parte Baronis expetebatur,vt eius frater de Terra ipſa extractaret, quod ſatis videtur iuri conſonum ex antè dictis rationibus, quibus accedunt ſubſequentes magis efficaciores, etenim familiari inimico nulla maior peſtis, Carauit. in ritu 46.num.20. hinc ſingularitèr dixit Bart. in l.ſed & ſi ſuſceperit, §.ſi ea res, num.1.ff.de iud. quem ſequuntur Felin. in rubr. de treug.& pace, Bertach.in repert. verbo inimicus, Placza in lib. 1.epit. delict. cap.7. num.4. Alber. Oliua in ritu 15.ſub num.3. & melius Hercul.in tract.de caut. de non offendend. cap. 12. num.1. quòd licèt forenſis, qui in patria alicuius venerit, & timeret ab eo offendi, vt non poſſit cogi ad præſtandam cautionem de non offendendo, attamen ſi ibi ſæpè, & diutius conuerſaretur, & moram traheret, ſecùs eſſet, vltrà quòd inimicus meus ſtans in loco facit locum ſuſpectum mihi ad comparendum, vel ſi in eo ſunt coniuncti, ſiuè amici, ità Specul. in tit.de citat. §.1. verſic.item quis enim, ità vt ſi citatus fuerit, comparere non tenetur, Minſyng. cent.2. obſeruat.73.num.2. hìnc etiam fideiuſſor debitoris rixoſi, iniurioſi,& potentis poteſt conueniri, Andr. Gayl. lib.2. obſeruat. 27. num. 25. quantò magis inſimul habitare, hìnc alimenta vxori relicta à teſtatore in eius domo debita, ob cauſam filiorum, ad euitandum ſcandala extrà domum decernuntur, latè Caualcan.in tract.de vſufruct.mul.relict. ſub num.138. ſicuti inter fratres rixoſos aliàs Sacr.Conſil. exiſtente prohibitione diuiſionis bonorum à teſtatore facta iudicauit, alimenta extrà domum dari, de quo ſuprà eodem verbo diuiſio, non ab re ſi iure ſtatutum ſit, non ſolùm rixoſos compelli ad præſtandam cautionem de benè viuendo,vt per eundem Hercul.cap.22.in princip. etiam ſi eſſent Clerici,teſte Riccio deciſ.Cur. Archiepiſcop.Neap.166.par.2. ſed etiam prohiberi, nè ad locum aliquem accedant, vt ſcandala euitentur, idem Hercul.vbi ſuprà num.6. etenim Iudex ob populi quietem alicui certum locum interdicere poteſt, Afflict. in Conſtitut.Cultus iuſtitiæ, num.5.& interdicere alicui,nè antè domum alterius vadat, nè ad rixam deueniat, Ricc. variar. reſolut. in reſolut.395. in fin.& ſucceſſiuè expellere à Terra,vel Ciuitate inimicos habere à longè intereſt noſtra, l. final. vbi Bartol. C.de pact.inter empt. & vendit. hìnc mulieres rixoſæ poſſunt expelli à vicinio, ſecundùm Bartol. in l.vectigalia, in fine, ff.de publ. & vectigal.quem citat Grammat.in Conſtitut. Quæ paſſim, num.2. intereſt, non habere malos vicinos, idem Paris in dict. tract. & capit. miles habens, num. 29. intereſt noſtra, nè malos vicinos ſortiamur, Rendell.de iur.prothomiſ.in princip. num.7. ſic paritèr & Vaſallus tenetur expellere filium offendentem Dominum, Bald. in cap.Imperialem, verſic.ſed nunquid, de prohibit. feud. alien.per Federic. immò eo exiſtente infirmo nequit ſeruire Domino per ſubſtitutum ei odioſum, Afflict. in l.Imperialem, §.firmitèr, num.22. nec vendere fundum eius inimici, Bald. vbi ſuprà, num.14.immò nec ipſe Baro ſibi odioſum cogere poteſt ad ſuſcipiendum Aerariatum, Capiblanc. in pragmat.3.num.76.de Baron. immò ſi Baro ipſe promiſerit habitationem dare in Terra ſua, adhùc per æquipollentem habitationem liberatur,

tur, per ea, quæ tradit Afflict. in Conſtitut. Quiſquis de burgenſibus, ſub num. 6. quòd promittens dare habitationem in domo alicui, poſſit eum expellere, & dare ſibi aliam, & ſic variare, per text. in l. ſi ſterilis, §. final. ff. de act. empt. quantò magis exiſtente cauſa, ſed hìc pro complemento dubitari contingit, an id Domino Terræ propria authoritate, vel Iudici cõceſſum ſit, quemadmodùm in reuocatione vaſallorum tradit Campagn. in cap. Item ſtatuimus, quòd ſi vaſalli, num. 4. & tutius erit concludendum, Iudicem adiri debere, vt voluit Luc. in dict. l. lænones, ibi, & dic expelli per Iudicem, cui hoc fuerit nunciatum, per text. in auth. vt priu. dom. in fin. licèt Principi regularitèr de hoc ſupplicatur per Barones Regni, vt dixit idem Reg. de Ponte dict. tit. 10. de exter. habit. in terr. Baron. vbi ſubnectit, non ità ſimplicitèr concedi literas prouiſionales expulſionum exterorũ, niſi præuia cauſa legitima, & probata in actis, & tunc ſuccedit, quod dixit idem Afflict. in Conſtit. Violentias, num. 41. quòd paria ſunt, quem expelli authoritate Magni Prætorij, vel Iudicis authoritate competentis debito modo, quarè habito recurſu per Io. Baptiſtam Pignarellum Baronem Terræ Tufilli; deciſum fuit per Collaterale Conſilium die 18. Iulij 1618. quòd Camillus Pignatellus ex cauſa prædicta inimicitiæ diſcedere debeat, & ut conceſſum fuit tempus breuo ad exigendum eius credita, & alia negotia ſua peragere, penès Tagliauiam à mandatis Scribam, ſic paritèr anteà deciſum fuiſſe audiui per idem Collaterale Conſilium in cauſa Baronis Cropalati cum Carolo Caualcante eius fratre, ſed quid ſi haberet ibi bona ſtabilia ipſe aduena, an ex hoc expelli poſsit, relictis ſuis bonis, videas infra eod. verb. vendere. Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

Ruſtico an competat ius congrui in Ciuitate Neap. contra Ciuem Neapolitanum, fuit deciſum, competere, Franch. dec. 337.

S

SAccomani, ſeù ſeditioſi diſtorbatores qua nàm pœna puniri debeant, In hoc diſtinguẽdum erit, aut de authoribus loquamur ſeditionis, & tunc capitis pœna, ſcilicèt mortis ſibi locum vendicaret, Boniſac. in titul. de ſedit. & melius Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 68. num. 37. vbi cenſet, quamuis text. in l. 1. C. de ſedit. pœnam grauiſsimam imponat, gloſ. ibi mortem explicat, ad quod paritèr aduertendum erit, ſi contra Principem, vel Rempublicam directè concitatur ſeditio, aut excogitatè, vel incidentèr, vt in caſu Gramm. voto 19. in cęteris verò iuxtà perſonarum qualitatem, loci, temporis, & qualitatis pęna ipſa erit in Iudicis arbitrio, hoc eſt ſuſpendij, aut exilij, aut deportationis, Iodoc. in praxi crimin. cap. 63. num. 6. Carrer. in praxi crimin. in tract. de appellat. §. decimus nonus caſus, num. 6. vbi iſtam materiam exornat, & Menoch. de arbitr. iudic. caſu 437. mihi placet in hoc Boſſ. diſtinctio in tit. de crimine læſæ Maieſt. num. 17. nàm & ſi vera ſit pęna mortis contra ſeditioſos principalitèr inuehentes contrà Regem, vel Ciuitatis pacem, ita vt crimen læſę Maieſtatis locum ſibi vendicet, ſi alia ratione ſuccederit ſeditio, vti ſeditio, ſi punirentur, & ſic arbitrariè, iuxta facti qualitatem, vtputa ſi homicidium inciderit, ſicur ipſi Doctor. aſſerunt, vel robbaria, ſeù ſaccomanum, tunc furcarum ſuſpendium locum haberet, vt per Campag. in Cap. Ad hoc, num. 54. Boer. in tract. de ſedit. q. 7. num. 32. & propterea in anno 1584. de menſe Maij die Iouis dùm eſſet maximus tumultus habitus in Ciuitate Neapol. inter Plebem, & Populi Tribunum Io. Vincentium Staracem ex cauſa penuriæ, ipſum Tribunum occiderunt, & per totam Ciuitatem traxinauerunt, & quod peius, eiuſdem domum ſaccomano ſuppoſuerunt, propter quod nonnulli fuerũt per totam Ciuitatem ſuprà currus aſportari, & igneis tanaleis in ſpatulis afflicti, manuſq; amputatæ, & demùm laqueis ſuſpenſi, alij in triremes condemnati per Iudices M. C. delegatos, inter quos fuit ille celeberrimus Ferdinandus Fornarius, ad cuius corroborationem facti adduco prag. 10. de abolit. Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

Sacrilegus auferens rem ſacram de ſacro qua pęna puniendus ſit; fuit deciſum, eſſe puniendum pęna vltimi ſupplicij, & ità exequutum, teſte Foller. in fragment. eius prax. num. 47. meminit Iul. Clar. in §. ſacrilegium, num. 4. & aliàs in facti contingentia vidit obſeruari Nunt. Tartagl. in Margar. Fiſci cap. 8. num. 9. vt Iudex ſecularis poſſit cognoſcere de laico in hoc crimine, Muſcarell. in pract. crim. tit. de ſacrileg. num. 19. Peguer in dec. Cathalon. 24. num. 17. in fin. conſimilem caſum tradit Ioan. Millæus in ſua praxi crim. verb. dicta die, num. 37. fol. 95. à t. dixit, ità fuiſſe Pariſijs deciſum contra ſacrilegum ablantem vaſem ſacræ Eucharistiæ ab Eccleſia, Ricc. collect. deciſ. 1865.

Sacrum Regium Conſilium an poſsit procedere criminalitèr contra inquiſitos pendente lite ſuper remiſsione inter duos Dominos, de quorum iuriſdictione tractatur; fuit in facto deciſum, litigantibus duobus Baronibus ſuper remiſsione carceratorum eſſe procedendum in S. C. nè carcerati longo tempore defatigentur, donec articulus iuriſdictionis territorij fuerit deciſus, à quo decreto dùm eſſet reclamatum, fuit iterùm per S. C. confirmatum, per quod fuit proceſſum ad dationem defenſionum dictis inquiſitis, quia licèt cauſæ criminales ſint remittendæ ad M. C. V. attamen id ceſſare videtur, quando ex contingenti cauſa aliud S. C. videbitur, Reg. Tapia in annot. ad pragm. 1. incip. licèt vt vniuerſalis, vbi de del. agi oport. num. 13. & 14.

Salaria intertentia illa, quæ debentur militibus vulgò intertentis, quibus à Rege intereà aliqua penſio datur, quouſquè illis æqua remuneratio detur, vndè intertenti nomen ſumpſerunt, quaſi interim, & medio quodam tempore ea mercede honorati, qui poſteà militauerint, aut alij cuiuis muneri occupati fuerint, vndè ſtipendia mereantur, mercedem illam medio vacationis tempore ipſis datam non ampliùs habent, at ſi æqua illis remuneratio in literis intertenimenti promiſſa dabitur, nulla de intertenimento habita mentione, adhùc ipſis procedunt prædicta ſalaria, idquè per Reg. Cam. in controuerſiam iudicatum fuit,

de-

Digitized by Google

decretumque, vt pro perſonarũ, ſeruitiorumque, & cauſæ qualitate Principem conſultum eatur, inquit Mutius Surgens in annotat. ad opus eius fratris de Neap.illuſtr.in cap.22. ſub num.22. fol. 370.verſic.alterum emeritorum,&c. ſubdens,mitius agi cum iſtis, quibus meritoria illa merces perſoluitur,vtcunque impediti fuerint, ea enim, quæ ipſis elargitur impenſa ob ſeruitia,iam tranſiuit in vim contractus, quod ſecùs eſt in ſtipendio,quod in huiuſmodi euentibus amittitur.

Salarium ſoluendum Vaſallis Domino ſeruientibus cum animalibus juxta pragmat. an ſoluendum ſit integrum, ſi deſeruierint cum animalibus magnis,ſicut quando cum paruis,fuit deciſum,eſſe integrum ſoluendum, ſiuè animalia eſſent parua, ſiue magna,Franch.deciſ.152.Capiblanc.in prag. 16. num.28. de Baron. addit huic deciſioni declarationem factam per Sacrum Conſilium in cauſa Vniuerſitatis Biccari cum Barone,quòd ſalarium ſit præſtandum tàm pro beſtijs Aſininis, quàm pro magnis, dummodò non portent minorem quantitatem duorum tumulorum frumenti, vel duorum cum dimidio hordei, & idem in dicta pragmatica num.19.ait, fuiſſe deciſum inter Vniuerſitatem Vallis Vitulani cum Barone, quòd quando beſtiæ oneratæ redirent ad inſtantiam Baronis, tunc alia erit conſideratio,vt ſit ſoluendum ſalarium acceſſus, & receſſus,Reg.Ronit.in pragm.1.de ſalar.eor. qui mitt.pro ſeruit. num.2. cum alijs cumulatis hic per Viſcont. *Nouar. de grauamin.vaſall.tom.1. grauam.115.*

Salarium an debeatur hæredibus tutoris, ſi à principio adminiſtrationis per Iudicem non fuerit conſtitutum, nec petitum per tutorem, fuit deciſum, quòd non, Franch.deciſ.122. Viuius deciſ. 40.num.4. Riccius in collect.deciſ.179. Maſtrill. de Magiſt.lib.1.cap.21.num.67. Marcell. Conuerſ.in tract.de tutel.& cur. tit.de excuſ.tut §.7. in fine,*Barbat.de diuiſ.fruct p.1.c.16.n.247.& p.2. c.11.n.31.& 32. Græuens pract.concluſ.lib.1.concluſ.151.conſid.1.n.6.*

Salarium Vaſallis debitum à Barone intelligendum erit tàm pro acceſſu, quàm pro receſſu, & ità fuit iudicatum, Campagn.in Cap.Regni Grauamina, poſt num.38. in addit. & hoc quando in redditu deſeruiſſent Baroni cum animalibus oneratis, aliàs ſecùs, & ità iudicatum in S.C. refert Iacob. Anell.de Bottis in addit.ad pragm.1.de ſalar.eor. qui mitt. pro ſeru.cur.in antiquis, fol.514. incip. an ſalarium.

Salarium conſuetum,& ſolitum dari alicui Officiali Baronis,ſi deindè alius Officialis in eadem Terra imponeretur per alium Baronem habentem cognitionem ciuilem per ſententiam, an ſit diuidendum inter eos, & quid de habitatione domus Vniuerſitatis; fuit deciſum, quòd ſalarium diuidatur inter eos, & quòd domus Vniuerſitatis deſeruiat Capitaneo in criminalibus, & fortilitium poterit deſeruire Capitaneo in ciuilibus, Capyc. deciſ.27. à num.20. vſque ad 21.

Salarium integrum an debeatur Officiali, qui pro certo tempore non ſeruiuit impeditus ob tumultum Ciuitatis,nec alibi,vbi Princeps erat,ſe contulerat,ponuntur quatuor limitationes,vt debeatur integrum ſalarium,tamen in facto contingenti ex reſcripto Cæſareæ Maieſtatis fuit mandatũ, integrum deberi, Capyc.deciſ.125. *Ricc.i collect. 2466.p.6.*

Salarium,victum,& veſtitum an debeat habere Balius de Baliatu de bonis pupilli; concluditur,quòd ſic per Conſtit. Comitibus, & ità in facti contingentia fuit ſeruatum in Baliatico Comitis Domini Io.Baptiſtæ Caraccioli, Capyc.l.Imperialem, §.prætereà ducatus, vet.quintum notandum,fol. 51.de prohibit.feud.alien.per Federic. Ricc.collect.deciſ.1628.vbi plura, & Præſ.de Franch.deciſ.122.nu.7.refert, idem iudicatum in perſonam Petri Follerij Balij D.Beatricis Folleriæ, facta relatione in Sacr.Conſil. per Dominum Altomare, & nouiſſimè in cauſa Marchionis Turſi Balij Marchionis Galatone, & poſtquàm ſalarium debeatur eis,vt quoquè meminit Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de diuerſ.prouiſ. ſubr.de Balijs dan. in princ. & quantum erit ſalarium,erit enim arbitrio Iudicantis relinquendum, attenta facultate patrimonij, & perſonarum, & onerum,vndè aliàs fuit per S.C. taxatum ſalarium D.Alexandro della Marra Balio Baronis Tomaſini in duc. 120.annuis,nàm Baro habebat duc.7000.annuos, & ipſe fideliter ſe geſſerat in adminiſtratione. Thoro.

Salarium debitum à Barone Vaſallis pro ſeruitijs iniunctis an debeatur pro rata temporis, ſi de mane ſeruitia fuerint iniuncta, & de veſpere fuerint dimiſſa; fuit prouiſum, quòd ſemper dies cœpta habeatur pro completa, cùm non ſteterit per Vaſallos, & hoc fuit deciſum in pluribus cauſis, relatis per Capiblanc.in pragm.16.num.37.& 38. de Baron. *Nouar.de grauaminib vaſallor. tom.1. grauamin.87.numer.12.grauamin.88.numer.52.& grauam.93.*

Salarium an teneatur ſoluere Baro omnibus illis, quibus fuit præceptum ſeruitium, qui quidem omnes ſtabant accincti, & poſteà vnum de mane eligebat, & reliquos dimittebat; fuit deciſum, quòd neceſſarij tantùm mòrantur per diem antè ſeruitia,aliàs monitis teneatur ſoluere dietam, Io.Franciſc.Capiblanc.in pragm.16.num.38. de Baron.

Salarium integrum an debeatur pro animalibus à Vaſallis Baroni locatis, ſi ipſimet Vaſalli non accederent inſimul cum animalibus ad conducendum ea; fuit prouiſum,quòd pro quolibet animali ſalarium ſolueretur, dummodò adeſſet homo, qui curam haberet conducendi beſtias ad ſeruitium, ad quod mittuntur,aliàs ſoluatur medietas ſalarij,Io.Franc.Capiblanc.in pragm.16.n.45.de Baron.

Salarium debitum à Barone Vaſallis quando cum animalibus mittuntur hinc indè, quia ibi expediri ſtatim non poſſunt,morantur per aliquos dies, & Baro intendit ſoluere etiam pro illis dietis ad rationem Pragmaticæ; fuit deciſum,quòd ſi poſt ſeruitium morarentur in aliquo loco cauſa Baronis, quòd pro illis dietis ſalarium ſoluatur, prout inter ciues, & non ſecundùm taxam Pragmaticæ, Io.Franciſc.Capiblanc. in pragm.16.num.46.de Baron.

Salarium debitum per Baronem Vaſallis pro ſeruitijs præſtitis ſoluendum erit, hoc eſt medietas in acceſſu, & altera medietas in receſſu, & ità fuit deciſum in Sac.Conſil.in facto in duobus caſibus.

Ioan.

Io.Franc.Capiblan.in pragm.16.n.52.de Baronib. *Nouar.de grauam.vaſallor.tom.1. grauam.96.n.1.*

Salarium integrũ an debeatur Officiali totius anni, licèt non ſeruierit, ſi fuerit amotus à ſeruitio culpa Vniuerſitatis, vel Ciuium, & poſteà fuerit liberatus; fuit deciſum, quòd ſic in S.C. vt refert Io.Iacob.Maſull.in addit.ad Capyc. dec.125.n.2.in fi. Maſtrill.de Magiſtrat.lib.1.c.21.nu.89. Ricc.var. reſol.in reſol.169. *Cabed.dec.Luſitan.8.n.34.p.1.*

Salarium an debeatur Legatis miſſis ad Regem, licentia à Ciuitate petita, & ſine iuſta cauſa denegata à Prorege; fuit deciſum in Collat.Conſil.deberi, Reg.de Põte in tract.de poteſt.Proreg.tit.2. de abund.Ciuit. §.7.n.8.9.& 10.

Salariũ, ſiuè eleemoſyna an debeatur per Vniuerſitates Prædicatoribus, prima facie videbatur dicẽdũ, ꝙ nõ, quia cũ prædicatio includatur in diuinis, gl.in clem.1.de ſor.cõp.ver.ad diuina, vẽdere, & emere res diuinas eſſet ſimõnia, q̃ nil aliud eſt, niſi ſtudioſa volũtas emẽdi, & vẽdẽdi ſpiritualia, gl.in c.ſi quis, verſ.per triẽniũ, de ſimon.exẽplo.n. Pauli Apoſtoli demõſtratur, qui prędicãs nil accipiebat, gl.in can.iã nũc, verſ.impedimẽtũ 28.q.1. vt colligitur 1.Cor.9.ibi ſed omnia toleramus, ne ꝙ impedimentũ demus Euãgelio Chriſti, ſed totũ eſt oppoſitũ, nã in caſu prędicto, & alijs nõ cõſiderantur, niſi operę, & labores, & ob labores ſalaria, & eleemoſynæ erogãtur Prædicatoribus, labor.n. nõ debet eſſe ſinè mercede, gl.in can.vltimo 7.q.1. vbi citat verſum; *optat præmia quiſquè labor*, & facit illud Apoſtoli, qui Altari ſeruit, de Altari viuere debet, c.cũ ſecundũ, de præbẽd. vbi gl.verb.repelli inquit, ad quẽ ſpectat onus, & emolumẽtum, nõ obſtat Pauli Apoſtoli dictũ, nã ibi gloſ.d.verb. impedimentũ reſpõdet, quia Corinthi erãt auari, vel ideò ſi ipſe acciperet, multi erãt pſeudo Apoſtoli, qui ſtatim prædicarẽt, & acciperẽt, ſed cũ iſti nõ acciperẽt, nec illi audirẽt, & ità nõ prædicarẽt, vel tunc eramus inter Infideles, & ẽt hodiè gratis prędicatur amore Dei, & hinc eſt, ꝙ Sacerdos poteſt pro pecunia celebrare, glo.in c.ſignificatũ, de præbend.quia ſic operas ſuas videtur locare, vbi Abb.Felin.& cęteri, & in c.Iudices, verſ.in sũptũ 1.q.1.hinc eſt, ꝙ Vniuerſitates ſolent dare ſalaria, & eleemoſynas Prædicatoribus, & per Rationales Vniuerſitatũ in redditione computorũ admittũtur, inquit Mõtanat.in pragm.1.n.10.de adminiſtr. Vniuerſ.& de hoc extant plures deciſiones Tholoſ.per Maynard.dec.34.cum ſeq.lib.1.& recordor, annis elapſis fuiſſe cõdẽnatã Vniuerſitatẽ Sueſſæ, referẽte quõdã Octauiano Cæſare Regio Cõſiliario ad ſoluendũ cõſuetã eleemoſynã cuidã Prędicatori Dominicanæ Familiæ, penès de Cioffo Act.Mag.immò per Regiũ Collaterale Cõſiliũ fuiſſe ꝓuiſiones expeditas in fauorẽ Prędicatoris Ordinis Minimorũ S.Frãciſci cõtra Vniuerſitatẽ Caſtri Maris de Stabia ꝓ ſolutione eleemoſynæ, an aũt dd. Vniuerſitates poſſint excõmunicari, ſi nõ præſtẽt ſalariũ prædictum, vide Ricc.dec.199. p.2. & cuius impẽſis alẽdi ſunt Prædicãtes verbũ Dei, vide Spec.in tit.qui fil.ſint legit.in princ. nu. 25. Ego vidi eos ali ab Vniuerſitatibus, vbi prædicant, & hic Neapoli in Eccleſijs, vbi prædicant, *Nouiſſimè Epiſc.Campanil in diuerſ. iuris canonici, rubr.12.c.13.ſub n.16.in fine, verſ. ſtat itaquè, & refert fuiſſe coactas Vniuerſitates ad ſolẽdũ. Dãza de pugna Doct.tit.de ſalario, c.1.n.7.& 15.* Thoro.

Salarium an debeatur tutori patrocinanti in cauſis pupilli, licèt à principio non fuerit taxatum, fuit deciſum per S.C.deberi, Vincent.de Franch.dec. 122.n.4. Maſtrill.de Magiſtrat.lib.1.c.21.n.67.

Salariũ an debeatur Aduocato, qui in cauſis nõ aliter laborauit, ſed facto ſui Cliẽtis nõ valuit aduocare, tex.eſt apertus in l.qui operas, ff.loc.& cõd. & ibi Bar.Bal.& cęteri DD. vbi clariſſimè probatur, ꝙ locator operarũ debet habere mercedẽ totius tẽporis, ſi per eũ nõ ſtetit, & hoc idẽ in Aduocato, & l.fin. C.de cond.ob cauſ. vbi Salyc.Bald. Ang.& reliqui, moti authoritate gl.ibi ſuper verbo per eos formalia verba proferẽtis, ſecùs ſi per caſũ, vel Cliẽtulũ ſteterit, ad ꝙ allegat multa iura concordantia, exẽpla oſtendit Affl.ſingularitèr in Cõſt. Hac edictali n.5. vbi tradit, ꝙ ſi Aduocatus ꝓmiſerit per vnũ annũ ſub ſalario cõuento ſingulis quatuor mẽſibus, & Cliẽtulus eo anno nullam cauſã habuit, adhùc ei debetur ſalariũ, & ſubdit n.6. idẽ eſſe ſi per infirmitatẽ per Aduocatum nõ ſteriſſet, ſimilitèr ſi per Cliẽtulũ ſteriſſet, nõ ſe iuuari aduocatione; quapropter elapſis annis dùm electus fuiſſet Aduocatus cauſarũ Bãci Incurabiliũ V.I.D. Fabius de Falco eximius I.C. meus patruus, recolẽdæ memoriæ, cujus anima requieſcat in æterna luce, & ſtetiſſet per Deputatos eum in cauſis cõuocare; fuerũt cõdẽnati ad integrũ ſalariũ ſtatutũ in Albarano, referẽte Reg.Cõſil.Fęlice de Ianuario, eiuſdẽ Banci Commiſſario delegato, penès Figliol.Act.Mag.ſi rectè recordor, in cauſa habita cum Scipione Turbulo, & alijs, *Meminit Barbat.de diuiſ.fruct.p.2.c.11.n.15.* Thoro.

Salarium an debeatur à Barone Camerario; fuit deciſum in S.C.quòd ſic, in cauſa Viti de S.Angelo, & in cauſa Vniuerſitatis Piſticij, & Vniuerſitatis Veggiani, & Caſſani cum eorum Dominis, Flau. Amend.ad Franch.dec.128.in princ.

Salarium debitum à Dominis feudorum vaſallis pro eorum animalibus iuxtà Pragmat. an debeatur, ſi dicta animalia onuſta redirent, vel ſi impedirentur in loco, ad quem mittuntur; fuit deciſum in S.C. in cauſa Terræ Petræ Paganæ cum ejus Domino, referente Reg.Conſiliar.Quiros, quòd ſic, Flau.Amend.ad Franch.dec.152.n.2.

Salarium debetur à Baronibus vaſallis pro eorũ animalibus in principio ſeruitij, prout inter Ciues, & ſic deciſum ꝓ Vniuerſitate Terræ Petræ Paganæ in S.C.refert Flau.Amend.ad Frãch.dec.211.n.6. *Nouar.de grauam.vaſall.tom.1.grauam.85.in fine.*

Salariũ taxatũ in pragm.5. de commiſſ. Doctoribus debitum quãdo negotiũ eis cõmiſſum neceſſariò requirit Doctoris miniſteriũ, aliàs ſi poſſet, vel ſi conſueuiſſet expleri ab eo, qui non ſit Doctor nõ habebit niſi ſalariũ non Doctoribus taxatũ, & ita deciſũ in S.C.in cauſa Matthæi Romani V.I.D. referente Conſiliat.de Haro refert Reg.Rouit.in prag.6.de Commiſſ.n.11. vndè hodiè ità ſtatutum eſt obſeruari per legem generalem Regni, vt in pragm. edita nouiſſimè per Excell. Comitem Lemẽſium iuniorem die 31.menſis Maij 1616.§.64. *Meminit Epiſc.Ricc.collect.2466.p.6.*

Salarium an debeatur Officiali conſtituto in aliqua Terra à Domino, qui ipſum Officialem elegerat, nulla facta mentione de ſalario, ſi aliàs in eadem Terra per dictũ Dominum plures Officiales conſtitu-

ſtituti eſſent ſub diuerſis ſalarijs, fuit deciſum, ꝙ ſic, Andr. de Capua inter ſing. Barthol. de Capua in ſing. 128. Nota ad quæſt. *Ricc. collect. 2466. p. 6.*

Salarium Officiali conſtitutũ per Baronẽ ſoluẽdum de prouẽtibus faciẽdis an debeatur, ſi prouentus nõ fuerint facti; fuit deciſum, deberi non obſtãtibus prouẽtibus non factis, referente Reg. Conſil. Ferdinando de Haro in cauſa Andreæ Trabaltij Capitanei Ruborum, vt refert Frãciſc. Carrab. in ſing. 216. ſalariũ, Barones .n. tenentur dare prouiſione ſuis Officialibus, latè Capibl. in prag. 19. nu. 27. de Baron. & ſi prouentus nõ ſufficerẽt, tenentur de Cameræ ipſorũ ſoluere, vt ſingularitèr dicit Carau. in ritu 9. n. 3. accedit huic aurea deciſio Frãc. Clapet. cauſ. 11 q. 2. n. 2. & ſic refert pnũciatũ in illo Senatu, vt ſuppleantur ſalaria ex prouẽtibus præcedẽtibus, vel ſubſequẽtibus Officialibus illis perpetuis, *Ricc. collect. 2466.* Thoro.

Salariũ an debeatur Sindico nuſio ab Vniuerſitate Neap. p neceſſitatibus ipſius, ẽt pro acceſſu, & receſſu, & an ab eademmet Ciuitate taxari debeat, Guid. Pap. dec. 68. quẽ citat Motan. in prag. 1. nu. 48. & prag. 3. de admin. Vniuerſ. videtur tenere, ei deberi tãtùm expẽſas, nõ aũt ſalariũ, quia ipſe gerit munus perſonale, abſq; erogatione patrimonij, & ſicuti tutores non debẽt habere ſalariũ, ità nec ipſi, attamen per diſpoſitionem prag. 7. de admin. Vniuerſ. cautum expreſsè repetitur, vrgẽtiſſimis cauſis exiſtẽtibus licere Vniuerſitatibus Sindicũ Neap. mittere, cõgregato tamẽ Cõſilio, ſed dietæ tãtùm taxari debeãt a Tribunalibus, quibus mandãtur, ꝙ ex iuris diſpoſitione anteà ſãcitũ erat in l. Prætor ait, ff. de edend. l. arg. ẽtariũ, ff. de iudic. ſequitur Paſchal. in tract. de vir. pat. pot. p. 2. c. 2. in fi. & ità videtur eſſe denegatũ Vniuerſitatibus ſalariũ cõſtituere, licèt poſſint Sindicũ delegare, vt in prag. 1. vbi Mõtan. n. 2. eod. tit. & n. 13. limitat, nõ procedere, quando imminẽte publica neceſſitate ſalariũ cõſtituiſſent, hinc ob vrgẽtiã nõnullarũ litiũ Ciuitas Coſentiæ cõuocato Cõſilio viua voce conſtituit Sindicũ Mariũ Caputũ Coſentinũ Nobilẽ, virũ integritate, & aptitudine præditum, vt Neap. accederet, & litibus incũberet cũ conſtitutione ſalarij duc. 50. ſingulo menſe, vltrà expenſas acceſſus, & receſſus, qui Neap. appulſus inſtitit in R.C.S. pro cõfirmatione dicti Parlamẽti, ſicq; facta relatione per olim Præſidentẽ Io. Aloyſ Mormilẽ Patritiũ Neap. fuit cõfirmatũ Parlamentum prædictũ, & ſucceſſiuè cõfirmata cõſtitutio ſalarij prædicti duc. 50. ſingulis menſibus, vltrà expenſas acceſſus, & receſſus, penès Grimald. Act. Mag. & ſic mẽſis incepit à die, quo Neap. acceſſerat, vt dixit mihi Doctor Auguſtinus Caputus eius filius, qui allegauit Mõtanar. & Paſchal. nõ eſt dubiũ, ꝙ ſalariũ pro acceſſu, & receſſu debeatur, Capibl. in pragm. 16. nu. 29. de Baron. hinc dixit ſingularitèr Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §. 5. n. 35. ꝙ ſalarium debetur ratione laboris in adminiſtratione, ꝙ autẽ ſoluitur pro acceſſu, & receſſu eſt ratione ſũptuũ, & ſic diuerſis reſpectibus debetur, *Epiſc. Ricc. collect. 2466 p. 6. vbi hic nos citat, Nouar. in collect. ſuper pragm. 1. collect. 2. nu. 5. de adminiſtr. Vniuerſ. Auguſt. Caput. de regim. Reipubl. c. 7. §. 20. n. 11.* Io. Bapt. de Thor.

Salariũ duplicatũ an debeatur Officiali duo officia exercẽti; inter fragmẽta allegationũ q. benemeriti mei patrui Fabij de Falco ſic adnotatum reperi eius manus, quãdo aliquis Officialis duplex officiũ exercet, duplex debet habere ſalariũ, duplex eſt onus, duplex ſollicitudo, duplex vtriuſq; officij debetur emolumẽtũ, & ſalariũ, tex. eſt in auth. vt iud. ſine quoq; ſuff. §. illud, vbi Ang. & Bal. in l. binos, C. de Aduoc. diuerſ. iud. in l. ſi conſul, ff. de adopt. l. ſi adſcribatur, C. de appell. Io. de Plat. in l. ijs ſcolaribus, C. de erog. mil ann. lib. 12. & in l. 3. C. de dignit. eod. lib. Beliug. in ſpec. Princ. dũm loquitur de Officialibus Alcadiæ, ità fuit iudicatum in perſonã Io. Andreæ de Curte, & Domini Marthos, vndè cõcurrit & iuris diſpoſitio, & rerũ ſic iudicatarũ authoritas, hæc ille, ad ꝙ addo ſolẽne cõſ. Rom. 25. viſo facto, vbi plura cõgerit Mãdoſ. ſic paritèr Officiales vltrà prouiſiones taxatas à Rege conſequũtur ſal, zuccarũ, cerã, cartã, & alia munuſcula à Reg Cam. at ſi cõtingerit, ꝙ aliquis eorũ ad maiorẽ dignitatẽ aſcẽderet, habebit duplicatũ ſal, zuccarum, cerã, cartã, & reliqua, Frecc. de ſubfeu. lib. 2. Rub. quis dic. Dux n. 56. *Meminit Epiſc. Ricc. collect. 2466. & ijs adde Gulielm. de Benedict. in c. Raynutius, in verbo ſi abſq; liberis 2. nu. 11. de teſtam. Federic Selench. in tract. de teſtib. n. 1. Crot. eod. tract. 7. p. Alber. Pap. eod. tract. c. 7. Reg. Rouit. in pragm. 13. n. 13. de official. &c.* Thoro.

Satiſdare an cõpellatur reus cõuẽtus in actione pſonali, donec demõſtrauerit, ſe poſſidere immobilia in Regno; fuit deciſũ, ꝙ ſic, Affl. dec. 109. Cãpanil. ad Oliuã in Rit. Cur. Arch. Neap. 15. poſt n. 9 Muſcat. in prãct. S.C. p. 3. gl. expenſis, n. 18. Maxill. in Conſuet. Bari, rub. de dilat. §. reus conuẽtus, n. 17.

Satisfactio debiti an præſumatur, ſi inſtrumentum reperiatur in poſſe debitoris non cancellati, vel cancellati, ità vt non poſſit amplius debitor moleſtari, fuit deciſum, reũ eſſe abſoluendum, Frãch. dec. 361. & ibi copioſè Viſcont. in addit.

Saluæguardiæ quamuis ordinariè expediri debeant ad inſtantiam vxorum, vel filiorum pro debitis maritorum, vel patrum, nè turbentur in eorũ bonis, attamen non ſic facilitèr ſunt expediendæ ob malitiã debitorũ, qui vt creditores fraudent, vxores, aut filios, & alios ſupponunt, Franch. dec. 256.

Saluus conductus an poſſit allegari per Procuratorem, vel per principalem; fuit deciſum, etiam per Procuratorem poſſe allegari, Vrſill. dec. 289. n. 28.

Scholares exteri habitãtes in plateis huius Ciuitatis abſq; vxoribus in cõuicinio honeſtorũ virorũ vigore Capitulorum huius Ciuitatis exſtractare debẽt à cõuicinio, vt tãgit Ann. in ſing. 338. vbi Fab. Ann. in additione, & ſic deciſum per S.C. nouiſſimè in cauſa Io. Angeli Muſcatelli cum Detio Cãpanile, qui ſtudijs vacabat cum alio Clerico in Platea S. Mariæ à Canciello, vbi fuerunt producta decreta antiqua conſimilia, penès Burrellum Act. Mag. vbi prætendebatur, poſſe eos ibi habitare, vt retulit mihi Auguſtinus Caputus. Thoro.

Scriptura verificata per teſtes deponentes, habere notitiã manus ſcribẽtis, vel tractus literarum an probet; fuit deciſum, ꝙ non, Grãm. dec. 84. Berard. Pand. de præſent. inſtrum. p. 1. n. 53. Ricc. collect. dec. 774. Theſaur. lib. 1. quæſt. forenſ. q. 24. ſub n. 5. *Fontanell. de pact. nupt. clauſul. 7. gloſ. 6 p. 6. n. 29.*

Scriptura Regiæ Cancellariæ an poſſit probari per teſtes, & ſi cõcludatur, poſſe per teſtes pbari, dũmodò teſtes ſint periti, vt cognoſcant, ſi literæ eſſent

ſent

ſent falſæ, & ſi haberēt notam manum Secretarij Regis,& ſigillū Regis, & deponerēt,ꝙ illæ literæ erant ſine vitio,non cancellatæ, nec abolitæ,ac ēt de tenore ipſarum, loco,& tēpore,quibus ceſſantibus nulla ratio erit habēda de teſtibus, prout in occurrenti caſu fuerant examinati teſtes ſingulares, ex quo vnus dicebat, vidiſſe literas clauſas, alius apertas,vnus in vno loco, alius in alio loco, prætereà nō reperiebantur in regeſtro, nec fuerat examinatus Secretarius,vndè per S.C.nō fuit habita ratio de prædictis,ſed per diffinitiuā ſentētiā fuit condemnatus ad reſtituendam poſſeſſionem Terræ actori ſpoliato per eum, Affl.dec.302.Ric. collect.dec.1589.*Fontanel.de pact.nupt.clauſ.6.gl. 2.p.7.n.47.& 61.Cancer.var.reſol.to.3.c.17.n.319. D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.to.2.controu.27.n.46.*

Scriptura originalis ꝓcurationis facta Neapoli per Notarium Neap. de volūtate alicuius principalis conſtituentis Procuratorem degentem extrà Regnum in Inſula Siciliæ, ſi fuerit in eodem Regno præsētata, & indè facta fide per alium Notarium exiſtētem in dicto Regno,fuiſſe præſentatam ibidèm cōcurrentibus omnibus requiſitis, cuius copia authentica Neapoli dùm eſſet trāſmiſſa, & in vno proceſſu præſentata, & in alio proceſſu illius copia,an actor teneatur copiam illìc originalitèr, & authenticam pręſentatam in alio proceſſu pręſentare,dato,ꝙ talis cōſtitutio Procuratoris fuerit tacitè per conuentum approbata,dùm fuerint multæ pecuniarum quantitates diuerſis temporibus dicto Procuratori ſolutæ per conuentum, licèt circa iſtam materiā aliqua notatu digna examinet Franch. deciſ.490. tamen referente Regio Conſiliario Didaco Lopez iunctis aulis fuit deciſum die 26.Ianuarij 1611. eſſe procedendum ad vlteriora,oppoſitis non obſtantibus, in cauſa Comitiſſæ Caſtri cum Duce Atri,penès Figliolam,& poſtmodùm decretum confirmatum in reclamatione die 8.Februarij eiuſdem anni,ſequitur Molfeſ.in proęm.Conſuet.Neap. q.20.n.11. vbi me citat.Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Scriptura reperta in ſcheda Notarij, vel inter eius notas, aut ſcripturas an poſſit reaſſumi, licèt non ſit reperta in eius prothocollo,deciſum fuit affirmatiuè per Reg.Cam.in cauſa Camillæ Curialis, Fiſco reluctante, Viſcon.ad Franch.dec.567.verſ. in eadem deciſione.

Scripturæ,quæ præſentari debent aduerſus liquidationem inſtrūmenti Curia pro Tribunali ſedente juxtà formam Reg.Pragm. per reum, ſi per actorem præſentarentur alię Actuarijs,non alitèr Curia pro Tribunali ſedente, an reijci debeant; fuit deciſum,quòd ſic,Frāch.dec.420.Io.Paul.Galter. in pract.inſtrum.3.partis primæ, n.9. Reg.Rouit. in pragm.cùm nupèr, de inſtrum.liquid.n.3. Ric. in collect. dec. 152.

Secūdogenitus,cui à fratre primogenito datur vita, & militia juxtà feudi qualitatem an teneatur ſeruire cū armis, & equis, ſumptibus ſuis,vel fratris primogeniti;concluditur ex multis rationibus,nō teneri ſumptibus ſuis ſeruire cum armis,& equis, & ità aliàs fuiſſe iudicatum tradit Affl. in Conſt. Comitibus,ſub nu.6.verſ.tertiò dicit hic gloſ.vbi n.9. in fine ponit deciſionem.

Secundogenitus an teneatur contribuere in adhoa, fuit deciſum in R.C.S.quòd non, Camill.Salem. in Conſuet. Quòd ſi aliquis, incip.an ſecundogenitus,ſol.218.& antè ipſum aliam ſimilem deciſionem affert Capyc.in inueſtit. feud. ver.feuda adhoant, verſ.& fratres, qui de feudo,ſol.29. Amat. conſ.11.n.1. *Præſidens Anell.Amat.inter opera Andr.Capan.de iure releuij, ſub q.24.in allegationibus,Iul.Cæſ.Gallupp.in method.feudal.p.3.c.4.n.66.*

Secundogenitus an præuia electione vitam,& militiam, vel portionē feudi petere poſſit à primogenito, non tantùm de iure communi,quantum etiā de iure Conſt.Regni in feudis à patre emptis,vel nouitèr quæſitis,per quē filius poterit ſtipulari,& acquirere,ſiuè eſſet in poteſtate,ſiuè nō,ſi viueretur iure Francorum; fuit deciſum, ꝙ ſic,licèt Author neſciat,ad quā dinumerationem fuerit taxata quantitas pretij conferenda,Sigiſmun.Loffr.in paraphr.feud.c.Imperialem, §.prætereà ducatus, col.29. verſ.& ad id, quod dicitur, vſq; ad verſ.& pro hac parte affirmatiua, de prohib.feud.alien. per Feder.Petr.Garſia dec.11.item fuit.

Secundogenitus an poſsit reuocare Caſtra alienata, ſi fuerint alienata per primogenitum exiſtentem in clericatu ex hæreditate patris remanſa, dilatādo allegare Clericatum; fuerunt abſoluti emptores per S.C. ex quo ſtatim ſecundogenitus debebat petere inueſtituram, & cōſeruationem feudi, Franc.de Amic.in c.1.de ijs,qui feud.dar.poſſ.§.& veniendo ad primam, col.8. verſ.& hæc notetis, quia habui de facto, fol.138.

Secundogenitus filius an ſuccedat patri in feudo, filio primogenito exiſtente proditore, ac rebelle, fuit iudicatum,quòd ſic, Andr.in c.1.§.prætereà ſi vaſallus, col.3.nu.12. quæ ſit prima cauſ.benef. amitt. & ibi Loffred.col.2. verſ.ſed quid ſi pater, vbi cenſuit, bis idem iudicatum fuiſſe contra Fiſcum, potiſsimùm in Ducatu Andriæ, vt ibi per eum,& de vtriſquè meminit Petr.Garſ.dec.72.

Secūdogenitus ex feudo nouitèr empto per patrem conſequitur partem pretij dicti feudi empti, ex communi theorica recepta Andr. in c.Imperialē, n.29. de prolub.feud.alien.per Feder. quid ſi feudum fuerit emptum partim ex pecunia patris, & partim ex aliena pecunia,an ſimilitèr cōſequatur integram ſuam partem, non obſtante quòd fuerit emptum partim ex aliena pecunia, fuit deciſum in cauſa Fęlicis Ianuarij Regij Cōſiliarij affirmatiuè in beneficium ſecundogeniti, penès Carbonum,Anell.Amat.in conſ.6.cùm notiſſimi,*Camill. Larath.in theatr.feudal.p.12.dilucid.77.n.10.*

Sedere in Parlamentis,ſeù publicis Comitijs an debeāt Balij, & Tutores Titulatorū minorū in loco eorū Principalium, fuit in Regio Collaterali Cōſilio determinatum,quòd ſuccedēte caſu altercationis Balij non præcederent,nec tenerent locum Principalis,Reg.de Pōt.dec.15. in parlamēto,vbi n.9.ponit deciſionē,Ric.collect.dec.674.& 2024.

Seditioſi qua pęna puniri debeant, licèt concludatur communitèr per DD.maximè,quando contra Principem,vel Rempublicam ſtudioſè ſeditio tēderet,eſſe pęnam capitalem .ſ. mortis, Boniſac.in tit.de ſedit.Boſſ.in tit.de crim.læſæ Maieſt. Boer. in tract.de ſedit.q.7.nu.28. Iul.Clar.in §.fin.q.68. num.37. Capyc.dec.130.num.3.& 6. optimè Menoch.de arbitr.iudic.caſu 437. & vidi ſeruatum fuiſſe poſt tumultum habitum in hac Ciuitate Neap.in anno 1584. de menſe Maij, quando fuit

Electus Popularis à plebe interfectus, & per Ciuitatem traxinatus, quendam hominē ad concitandam iterùm ſeditionem per plateam, vociferando verba illa proferētem, *Serra Serra*, qui fuit laqueò ſuſpenſus, tamen ſi caſu talis inciderit ſeditio, nō verò contra Principem, aut Ciuitatem, vt contingit in dicto tumultu ſic incidentèr exorto, pęna eſſet minoranda contra ſeditioſos, idem Capyc. vbi ſupra nu.6. ſed quando homicidium, vel robbaria interfuerit, pęna prædicta ſibi locum vendicaret, vt fuit in contingentia facti memorati deciſum, de quo ſupra eod. verb. ſaccomani.

Senatus, ſeù Conſilium an poſſit recuſari vt ſuſpectus, vel ſuſpectum, concluditur, quòd non, & ità fuit bis obſeruatum in S R C. refert Viuius in ſylua commun. opin. in opin. 867. ſuſpecti, n.2. vide infra eod. verb. ſuſpitio generalis, *Fontanell. deciſ. Cathal. 6. n. 2. vbi nos citat hic.*

Senex abſens citatus ſuper tenore inſtrumenti in M.C.V, an offerendo ſe paratum reſpondere in partibus ſit audiēdus, vel procedēdum in M.C.V. fuit per S.C. reuocatum bannum, & contumacia, & declaratum, quòd dicatur ſenex ab annis quinquaginta vſquè ad ſeptuaginta, Gramm. in rit. 29. M.C.V. incip. Itē ſi aliquis, vel aliqua, n.4. fol. 157. Iul. Clar. in lib. 5. ſent. §. fin. q. 34. n. 4.

Senex ſexagenarius ex iuris diſpoſitione licèt ſit à perſonalibus muneribus exēptus, l.3. C. qui ætat. vel pfeſſ. lib. 10, ſimilitèr ab induſtria, Pet. Piccol. in pragm. 1, de appret. n. 37. Camp. in c. Porrecta, n. 27. Menoch. de arb. iud. caſ. 59. nu. 5. an autem procedat, vt ſit exemptus à capitatione iuxtà l.1. C. de capit. ciuium, lib. eod. quæ eſt ſolutio in Regno carolenorum decem, nouiſſimè autem carolenorum quindecim vltra alia onera, libuit enim hæc inſerere notamenta recollecta ab Auguſtino Caputo in ſenectutis materia, antequàm ad deciſionem deueniam, ſenectus enim altera eſt adoleſcētia, ſiuè potiùs pueritia, hinc ſenes dicūtur bis pueri, & ſicuti pueri nequeunt laborare propria perſona, vt victum ſibi quærant, ità & ſenes, quibus immunitas capitis conceditur regularitèr ob eam cauſam, ſenes enim omnibus modis in pueritiam reuehi, rurſumq; ad initium reuerti videntur; Plato in lib. de regno, Ariſt. in lib. problem. 17. cap. 3. & experimento demonſtratur, reddit enim primùm albor, ſimul & raritas capillitij, quorum vtrūq; pueris familiare eſt, deindè balbuties, veluti altera infantia, proptereà gingiua exarmata dentibus, aut certè perpaucis, & eius vacillātibus inſtructa, quod & ipſum infantibus commune, quin etiam ſenibus omne corpus ad puerilē motum decreſcit, conſimilis virium imbecillitas, iam verò cibi quoquè conſimiles vtriquè ætati congruunt, poſtremò morum ineptia, leuitas animi, & hoc ipſum nihil ſapere in ſenibus infantiam quādā referre videtur, author eſt enim in Polit. Ariſt. poſt annos duo de quinquaginta ingenij vigorem euaneſcere, & alibi in eiſdē Politicis, mentis, atq; animi ſenectutē eſſe vt corporis, quapropter Euripides in Bacch. ait, veſtram ſenectam video mētis indagam, & Plautus in Mercatore ſenes quorum exemplo eſt iam nec ſentit, nec ſapit, aiunt, ſolere eum repueraſcere, quò fit, vt ſenes pueris mirè delectentur, prout latiſsimè per Tiraq. de pęn. temper. cauſ. 8. n. 4. & ſeq. hinc ſenes vltrà annos 70. deponere non tenentur, Reg. Rouit. in pragm. 8. n. 35. de ord. iudic. & proptereà in anno 1571. die 10. Martij facta relatione per tunc Præſidentem R.C.S. Franciſcum Riberam in eadem Reg. Cam. deciſum fuit, quòd ſexagenarij prædicti ſint, & eſſe debeant immunes à prædicta ſolutione capitis, non obſtante quòd faciant artem, vel induſtriam, verùm ſi in aliqua Terra exigitur, nodùm ſolutio capitis, ſed etiam induſtria, nō obſtāte quòd ſint ſexagenarij, ſed quia eſt pro capite tantùm, verū ſi ſolutio capitis, vel induſtriæ cōfuſè imponitur, & exigitur, debeat dicta exactio minorari à ſexagenarijs, habito reſpectu, q ſi diuiſim eſſet facta impoſitio, ſeruarentur immunes à ſolutione capitis, hoc in cauſa Vniuerſitatis, & Hominū Terræ Trebinæ cum Dominico de Simone, Antonio Bico, Martio de Vito, Antonio Rotilio, Hieronymo de Bono, Iulio de Guido, & alijs ſexagenarijs dictę Terrę, penès Io. Baptiſtam Criſpum Act. Mag. & hoc iure vtimur indifferentèr, & practicatur in dicta Reg. Cam. prævijs prouiſionibus eiuſdem, quamuis Campagn. vbi ſuprà hoc generale dictum limitet non procedere, quādo probaretur, ſenem mercari, vel negotiari, tunc talis induſtria veniret in appretio, & ob id arbitror, in eo caſu concurrere debere paupertatem, ſenis .n. egeni miſerabilis eſt ſtatus, Reg. Valenz. in conſ. 12. nu. 17, hinc porrecto memoriali dicto circumſpecto Regenti Valēzuela pro parte Duraſtantis de Sancto Coſentini petentis, non moleſtari ad ſolutionem collectarum, Talleoni, & aliarum impoſitionum, prætuo aſſenſu à dicta Ciuitate Coſentina impoſitorum, prætextu ſenectutis annorum ſeptuaginta, & debilitationis cruris, atq; paupertatis, ſicut ex fide eiuſdem Vniuerſitatis in promptu apparebat, quibus omnibus pmiſſis poſitis per dictum Auguſtinum vltrà allegata de ſenectute quoad paupertatē infraſcripta allegabat, nempè quòd pauper propriè dicitur, quem oportet omni die laborare cum perſona, & victū p ſe, & filijs ſuis quærere, Aret. in §. ſed & pprer. Inſtit. de excuſation. tutor. & tenetur ſingulis annis ſoluere carolenos decem pro eorum induſtria ex cauſa cōtributionis Vniuerſitatis, & hoc procedit, vbi nō ſunt Gabellæ, vt per decretum generale latum ab eadem R.C. die 26. Iunij 1545. quòd vulgò nuncupatur Decretum bracciale, nec inſupèr ad plura tenetur, quia neceſsitas non habet legem, can. ſicut, de conſecr. diſt. 1. gloſ. in l.1. verbo expedire, ff. de offic. Conſ. immò quod non eſt licitum in lege paupertas facit licitum, c. quod non eſt, de reg. iur. & inculpabile eſt iudicandum quod paupertas intulit, can. ad limina 30. q.1. & ratio rationis eſt, quia paupertas eſt ſpecies neceſsitatis, & excuſat à multis, & multa cōtra regulas iuris inducit, gl. & DD. in c. quærelā, de iur. iur. Luc. de Pen. in l.1. C. de delat. lib. 10. Affl. in Cōſt. Cùm per partes, in 1. notab. & fas eſt magis iraſci contra iniquos diuites, quā pauperes, quia neceſsitas veniam aliquam habet apud humanitèr iudicantes, multa nāq; cogit liberos inopia facere, in quibus miſericordiam iuſtius, quàm pęnam inueniāt, ſed melius, non ne Sindici poſſunt remittere debita Vniuerſitatis, præſertim ob nimiam paupertatem debitoris, Montan. in pragm. 5. §. 13. nu. 21. de adminiſt. Vniuerſ. quantò magis Princeps, qui

dicitur

dicitur pater patriæ, Luc.l.1.C.de ſuperind.lib.10. Affl.in Conſt.Peſſimã,in 10.notab.hinc Princeps auen debet Rẽpublicam,& perſonas miſerabiles, Zappull.in d.pragm.ſ.§.1.n.2.eod.tit.& inter perſonas miſerabiles cõnumeratur pauper, Troyſ.in tit.290.n.8.& tit.10.nu.3.concludo igitur,ꝙ pauper no taxatur ex ſupradictis cauſis,& præcipuè quia numeratur in rotulis inter miſerabiles perſonas, Guid.Pap.dec.400.aſſerens, itã ſemper vidiſſe obſeruari, & cum dicta opinione concurrit Apoſtilla ibi,allegãs l.cùm facultates,& l.fi. C.de ijs, qui num.lib.ſe excuſ. lib.10. l.ſextum decimũ, §.corporis debilitas, ibi patrimonio ſufficientis, ff.de vacat. mun. quanquàm in Regno allegatum ſeruatur decretum,probaturq; paupertas per fallimentum Mercatoris, per famam publicam, per fugam,& per fidem Vniuerſitatis, quando ageretur contra eam,DD.in l.1.C.de edend. Bar. in l.ſi conſtante,in princ.ff.ſolut.mat.idem Troyſ.dicto tit.10. Zappul.d.§.1.n.77.& ſ.19.n.16.vltra Marcell.Calã de mod.articul.§.2.gl.vnica, à n.398.ad 406. vndè ex ijs obtentæ fuerunt prouiſiones expeditæ per dictum circumſpectum Reg. Valenzuela in beneficium petentis die 3. Septembris 1619. penès Vitalianum à mãdatis Scribam, cum clauſula illa, vſq; adeò donec ad meliorem fortunam peruenerit, quod iuri conſentaneum eſſe cẽſeo, ex gloſ.in d.l.3. verb.ſeptuagenario, C. qui ætat.vel profeſ.ſe excuſ.lib.10. Io.Bapt.de Thor.

Senex ſeptuagenarius an carcerari poſſit ꝓ debito ciuili intus carceres, vel locus aſſignari ei loco carceris, infraſcripta allegata fuerunt in M.C.V. per V.I.D. Auguſtinum Caputum Patritiũ Coſentinũ in cauſa Petri de Tãnuſcio Coſẽtini debitoris ex fideiuſſione facta per eum Horatio Romæ eius genero decocto,ſenex ſeptuagenarius carcerari ꝓ debito ciuili nequaquã põt, tenet Anchar. cõſ.336.n.2. Pron.in addit.ad Bertar h.in verb.ſenex,Intrigl.cõſ.18.n.1. quos citat Carol.de Graſſ. in tract.de except. exclud.ad form.ſtatut. in præud.n.114.Amẽd.ad Franch.dec.199.n.7.ꝙ multò fortius tale priuilegiũ ad perſonã dicti Petri extendi debet,qui nõ ſolũ excedit annos 70. ſed 80. & plus, vt ex fide, & teſtibus productis,itã Baeza in tract.de inop.deb.c.7. per tot. & hãc opinionẽ tãquàm æquiorẽ in viſitationibus paſſim ſeruari, teſtatur Steph.Grat.in 2.lib. diſcept.forenſ.c.328. n.14. ratio rationis eſt, ꝙ ſenes,vt prouerbialitẽr dicitur, videntur bis pueri, ad ꝙ addo Tiraq. de pœn.tẽper.cauſ.8.n.3.dicentẽ,ſenectutẽ eſſe velut alterã adoleſcẽtiam,atq; pueritiã,& ſubdit,ſenes dici repueraſcere,vbi alia notat,queãdmodùm.n. pueri nõ detinẽtur in carceribus pro debito, Bal. in l.1.nn.10. C.qui bon.ced.poſſ.Paſchal.in tract. de vit.pat.pot.p.2.c.9.n.83. Carpan.ſuper ſtatut. Mediol.p.1.c.243.n.6.nã ſenes equiparantur mulieribus, gloſ.in l.ad perſonas egregias,quam ibi Iaſon.ſequitur n.9.& ſeq. ff.de iur.iur. quæ ꝓ debito carcerari nõ poſſũt,vt cauetur in l.1.C.de diuerſ.iud.& in authen.ſed nouo iure,C.de cuſtod. reor.quidquid in cõtrariũ teneat Natt. cõſ.319. ex eo,ꝙ hoc non reperitur iure cautum,nihilominùs ſaltim de æquitate,eũ non eſſe in ſtricto carcere cũ alijs, ſed in aliqua camera ſuperiori detinẽdũ,Cacher.in dec.123.per tot.& Franc.Becc.in conſ.10.in fi.ꝙ limitãt nõ procedere,quãdo ſenex cũ iuramẽto ſe obligaſſet in ea ætate,quia tũc nõ videretur priuilegiũ iſtud ſuperueniſſe poſt cõtractũ,ſed inerat tẽpore obligationis,& proindè tacitè videretur renunciatũ, vt in ſpecie cõſiderant Anch.in q.8.n 9.p.2. & alij, quos refert Grat.d.c. 328.n.20.& ſeq.quẽ citat Paſchal.vbi ſuprà n.83. cũ itaq; porrectũ fuiſſet memoriale S.E.per dictũ Petrũ ſenẽ octuagenariũ,monocolũ,& ex alio debilitatũ petentẽ,non poſſe carcerari ex cauſa prædicta,& per Excellentiſſimũ Proregẽ remiſſa cauſa prædicta M.C.V. vt ſuper expoſitis de iuſtitia prouideret, facto verbo in eadẽ M.C.per eruditũ tũc Iudicẽ Philippũ Paſchalẽ cum interuẽtu aliorũ Iudicũ Nicueſa, Vollati,& Piſcicelli die 9.Auguſti 1618.prouiſum fuit,ꝙ Regia Audientia Calabriæ Citra conſtito de expoſitis in memoriali porrecto Excellentiſſimo Proregi per dictum Petrũ prouideat,ꝙ ſupplicanti aſſignetur,prout præſenti decreto aſſignari mãdatur loco carceris Ciuitas Conſentiæ,quapropter pro exequutione dicti decreti,& præuia informatione expoſitorũ in dicto memoriale,facta indè relatione in eadẽ Regia Audiẽtia per Octauiũ Terrago auditis omnibus creditoribus ipſius Petri in eorũ iuribus die 15.Decẽbris 1618. fuit prouiſum, & decretum, ꝙ dicto Petro de Tannuſcio aſſignetur Ciuitas Coſentiæ loco carceris, & habito iterùm recurſu ad eandẽ M.C.de ſupplicato decreto pro obſeruãtia præmiſſorum, facto indè verbo die 26. Ianuarij 1619.per eundẽ Iudicẽ Paſchalẽ prouiſum,& decretũ fuit,ꝙ expediantur prouiſiones pro obſeruantia decreti Reg.Audientiæ ſub die 15.menſis Decembris 1618. lati, rationibus, & cauſis, vt in actis,penès Iuliũ Cæſarem Ventrigliã Act. Mag. Ego aũt cùm de prædictis verba facerẽ cum erudito I.C.meoq; conſobrino Frãciſco Antonio Salinas, qui iure merito vtriſq; Audientijs, hoc eſt Calabriæ Citra,& Hydrũtinæ præfuit,retulit mihi,indifferentẽr itã practicari in locis prædictis,& quidèm nõ abſq; ratione vltrà allegata ſuperius, cenſet enim Boer.in dec.217.ſub n.10.ꝙ ſenex itã ſtrictè in carcere cuſtodiri non debet, ſicut iuuenes, ad ꝙ ſingularitèr Ricc.collect.deciſ.1862.refert,Bononiæ deciſum fuiſſe, Senẽ ſeptuagenariũ nõ poſſe propter eius debitũ carcerari,& capi,vbi allegat Cacher.in d.dec.123.referẽtẽ,contrarium in illo Senatu fuiſſe deciſũ,tamẽ dicerẽ ꝓ concordia opinionũ, oã ant agitur de nõ carcerãdo ſenẽ totalitèr,& procedit opinio negatiua,ſin aũt ageretur de carcerando,ſed non tã ſtrictè,procedunt deciſiones modernæ .ſ. vt detur Ciuitas loco carceris,vt in d.deciſione M.C.vel alia camera ſeparata in palatio,ſicut dixit Cacher.& hoc iure licito,quia carcer non datur ad pœnã,ſed ad cuſtodiã, Carau.in tit.47.n.19.nec enim eſt hoc in iure nouum,nam exiſtẽte cauſa legitima eodem iure vtimur,Nobilis enim non pro quacunquè cauſa carceratur, ſicut plebeus, Ann.ſing.357. & maximè pro debito ciuili nõ carceratur, Gomez l.79.Tan. 11,n.3.& quando carceratur, põt ei aſſignari tota Ciuitas loco carceris, Girard.ſing.30.nn.4.& totũ palatium,& erit ſatisfactum iuſſioni de carcerando, Gramm.deciſ.33.nu.13. tantò magis & ſenex, ſemper enim veneranda ſenectus, l.ſemper,ff.de iur.immun.ſic etiã & ſeni Ciuitas aſſignari debet, vt in ſpecie dixit Menoch.de arb.iud.caſ.305.n.7.

De hac noſtra deciſione memor eſt Ang.Stephan. de Garrombus de iure fiſci.art.4.n.48.vbi plura congerit,& Auguſt.Caput.in tract.de regim.Reipubl.c.1. n.13.Canon.Nouar.in ſuis ſcholys ad l.fin.C.de Tiron.lib.12.n.8.vbi refert,idem fuiſſe deciſum per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanã, ſic etiam obſeruant Bohemi,qui ſexagenarios non codemnant ad triremes,Peguer.dec.Cathal.256.n.7.& Centi ſpeciale viget ſtatutũ de hoc, vt probat Anchar.lib.2. quæſt.famil.q.8.per totam, & licèt contrarium Bononiæ deciſum pateat, vt etiam confirmat Iul.Cæſ. Gluſian.in tract.de bonis in ſolut.dand.lib.2.c.2.nu. 417.adhùc tamẽ ita cõmunitèr practicatur, vt tam priſcis temporibus, præſertim in anno 1592. die 3. Octobris facta relatione in S.C. per Regiũ tunc Conſiliarium Pompeũ Salernitanum,deciſum fuit,quòd D.Didacus de Cardenas pendente deciſione faciẽda ſui debiti, cùm eſſet annorum 74.quod præſtita cautione vnciarum 25.de tenẽdo Ciuitatem loco carceris, non moleſtetur, penès Secretarium,in Banca Figliolæ, proceſſerat ex quadam æquitate, dũ erat debitũ ſub diſcuſſione poſitum, nouiſſimè verò iudicatum fuit per idem S.C.referente Reg. Conſil. Petro Antonio Caranita,in cauſa Ducis Bernaudi,cui fuit aſſignata Camera in eius domo cum cautione de non diſcedendo, penès Cuſinum Mag.Act. & conferunt aliæ deciſiones per Nos relatæ in 3.par. verbo ſexagenary,& hoc corroborat Gratian.diſcept. forẽſ. c.505.n.1.& 22. Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Seni decrepito, & fatuo an cõpetat fori electio, fuit deciſum, quòd ſic in S.C. ad relationem M.C.V. refert Maſuil.in add.ad Capyc.dec.160.n.1. Ric. collect.dec.1623.*Nouar.in prag.4.coll.5.de actuar.*

Seni an competat beneficium tanquàm perſonæ miſerabili, ſicut pupillis, & alijs; fuit deciſum,non competere, attenta qualitate perſonæ, quæ erat ſapiẽs.& ſagax,Franch.dec.608. Paſchal.in tract. de vir.pat.pot. p.2.c.2. n.104.

Sententia lata contra laicum an ſi res peruenerit ad clericum vitio litigioſi poſſit exequi per Iudicem laicum,vel ſit neceſſe adire Iudicem Eccleſiaſticũ; fuit deciſum,quòd concernentia exequutionem ſentẽtiæ prædictæ remittantur ad Iudicem Eccleſiaſticum competentem, Franch.decif.545.Andr. Molfeſ.in Comment. ad Conſuet.Neap. p.2.q.8. n.32. Ricc.collect.dec.342.ibi Molfeſ.in add.n.3. me citat, Paſchal. in tract.de vir.pat.pot. p.1.c.8. n.217.*Barbat.de aſſiſt.gl.3.nu.10.Caſtill.in addit.ad dec.2.quãquàm poſtea cõtrarium deciſum appareat per idem S.C. in cauſa Io. Dominici Amoruſi, & D.Gregorij de Palma,ad relationem Regij Conſiliarij Io.Andreæ de Georgio,die 19.Octobris 1622. & in reclamatione confirmatum, penès de Mondellis, iterùm in cauſa Marci Antonij Rogadei cũ Io.Vincentio Rogadeo,ad relationem Regij Conſiliarij Fabij Riccardi die 12.Octobris 1615.in Bãca Figliolæ, & in cauſa eiuſdem Io.Dominici cum D.Carolo de Aprile, ad relationem M.C.V. in Banca Seraphini, iterùm in cauſa Abb. S.Mariæ de Carpignano, in Bãca Terracciani in anno 1624.die 24.Maij,idemq; in graduatione Creditorum illorum de Serio, inter quos aderat Abbas Decius de Serio, ad relationem Regij Conſiliarij Pomponij Salui de anno 1615. in Banca Galterij, nunc Litti, & ijs adde D.Conſiliar. Carleual.in tract.de iudicijs.tom.1.lib.1.tit.1.diſp.2. q.7.ſect.3.n.934. vbi n.936.aliam deciſionem eiuſdẽ S.C.nouiſſimè factam adduxit.*

Sententia S.C.lata perempta inſtantia an ſit valida; fuit dictum,quòd ſic,Franch.dec.643. Molf.conſ. 47.n.4.de Ponte conſ.142.n.1.vol.2.Paſc.in tract. de vir.pat.pot.p.1.c.8.n.123.Mateſcott.var.reſol. lib.2.c.134.n.2.immemor de noſtro authore,*Hect. Capyc.Latro dec.68.n.18.Reg.Sanfel.dec.144.n.14.*

Sententia lata,in qua bona ratio nõ fuit aſſignata an confirmanda ſit ex alia ratione,vel reformanda, & quid ſi fuerit falſa cauſa, ponitur practica per Franch.decif.664. nàm ſi ſumus in ciuilibus ratio nunquàm allegatur, & ideò quando ſunt conformes inducitur perpetuum ſilentium,& ſententiæ quando proferuntur,vel abſolutoriæ, vel cõdemnatoriæ, tunc dicitur in S.C.abſoluimus,vel condemnamus, & poſteà ſi confirmantur,dicitur benè iudicatum,& malè reclamatum,in reclamatione, quando ſunt aliqua de nouo deducta dicitur, ſtantibus de nouo deductis,vt ibi nu.14.in criminalibus quando ſunt conformes,exequutioni demandantur,ſed quid ſi ſententia M.C.V.cõdemnauerit aliquem, ſed modicè, tamen interpoſita, appellatione inquiſitus fuit tortus,& per S.C.fuit de nouo condemnatus ad pęnam ſtatutam per M.C.an dicantur conformes,vel noua ſententia; fuit prouiſum, quòd ſententiæ ipſæ exequutioni mandarentur,*Conſil.Marcian conſ.4.n.1.*

Sententia S.C.an exequutioni demandari debeat,ſi ab ea fuerit reclamatum prætextu decreti denegantis reſtitutionem in integrum aduerſus eã,fuit deciſum,q̃ ſic,Frãch.dec.702.Reg.Rouit.in prag. 1.de minor.ſub n.29. vbi citat iſtam deciſionem.

Sententia M.C.V. ſi contineret ſummam duc.150. nec plus, nec minus an debeat exequutioni demandari; fuit deciſum,quòd ſic,Franch.dec.703. Ricc.collect.decif.168.& 182.*Dom Reg Hect.Capyc.Latro dec.49.n.12. Franciſc.de Petris conſ.33. Taſſon.de anteph.verſ.3.obſer.3.n.160.*

Sententia M.C.V.imponens pęnam capitalem tantùm, & per S.C.confirmata, addito per ipſum, & ad intereſſe partis, an debeat exequutioni demãdari,vti conformis; vel non,vti difformis; fuit deciſum, quòd ſic, nec difformis iudicari debeat ex additamento partis intereſſe,cùm ab eis appellari ſeù reclamari poſſet,Franch.dec.510.poſt n.16. Baiard.ad Clar.§.fin.q.95.n.3.Capibl.in prag.16. n.29.de Baron.*Caſtill.dec.Sicil.109.p.2.n.13.*

Sententia lata contra Procuratorem conuentæ non cõſtito de mandato in actis,quamuis in alijs actis appareat reuocatio, an ſit annullanda,non obſtãte,quòd talis reuocatio nõ fuerat Iudici,nec parti intimata; fuit deciſum,ex quo iſta acta dependebãt ab actis,in quibus reuocatio aderat, quòd ſuſpenſa exequutione ſententiæ partes ex integro audirẽtur,Frãch.dec.490.Battagl.in add.ad C.vij, in l.non eſt, C.de ſatiſdando,& de tali reuocatione procurationis penès acta faciẽda eſt videnda nouiſſima decif.Arag.81.authore Ioſeph. Seſſe.

Sententia foriudicationis an ſit proferenda contra inquiſitũ, citatis agnatis.& cognatis, ſi vnus eorum comparuerit cum Bullis Clericatus,& beneficij,allegando,inquiſitum eſſe Clericum; fuit deciſum,ſententiam ipſam eſſe ſuperſedendam, Bullis Clericatus receptis, Franch.dec.329.ad ornatum vide Aloyſ.de Leo l.qui ſub prætextu, C.de ſacroſanct.Eccleſ.n.14.Maſtril.dec.Sicil.113.n.2.

Sen-

Digitized by Google

Sententia ſi dictet, vt pro ſingulis centũ animalibus paſcua iumentibus debeantur duæ Oues, aut Capræ, ſi aliquis quinquaginta ex ipſis ſupradictis animalibus habuerit, an teneatur ad talem cõtributionẽ, ſaltem in æſtimatione; fuit dictum, ꝙ ſic, Franch.dec.228. *Cancer.var.reſol.to.3.c.10.n.413. Nouar.de grauam.vaſall.tom.1.grauam.43.n.5.*

Sententia lata contra duas ſorores conuentas, quarum vna tempore ſententiæ erat mortua, an ſit nulla iudicanda; fuit in S.C.pro nulla habita, verùm declarauit, eſſe procedẽdum ad expeditionẽ cauſæ ex eiſdem actis, & proceſſu, Præſes de Frãchis dec.245. Maſtrill.dec.Sicil.137.n.12. Iul.Cæſ. Imbrian.in tract.de repulſ.par.1.conſid.1.nu.186. Io.Franc.del Caſtillo deciſ.60.nu.4. Reg.Rouit.in rubr.de procurat. n.59.

Sententia in R.C. profertur pro reo exiſtentibus Iudicibus in pari voto, in S.C. quando ſunt in pari voto profertur pro ea parte, in qua Præſes cõcurrit, ſi R.C. S.C. adiuncta ſit, vel è contra quomodò ſententia ſit proferenda; fuit concluſum, eſſe proferendam iuxtà ſtylum illius Tribunalis, cui aliud Tribunal adiungitur, Præſes de Frãch.dec. 252. Pellic.in Conſuet. Auerſ. in prælud.nu.357. Reg.Rouit.in pragm.1.n.2. de cauſ.decidend. & nouiſſimè idem tradit Reg.de Pont.dec.31.nu.7. ad intellectum text.in l.inter pares, ff.de re iudic. immemor huius deciſionis, vbi limitat, non habere locum in Fiſco, Amat.conſ.27. vide in verb.decretũ, vbi quid fuerit deciſum in reo effecto actore per exceptionem, vel in actore reo effecto per exceptionem à reo oppoſitam.

Sententia lata ſuper poſſeſſorio in fauorem vnius partis, & pendente appellatione alterius partis exequutioni demãdata, ſi per appellationem fuerit reuocata à Iudice ad quem, & per poſſeſſorem appellatũ ad Superiorem, an pariter debeat exequutioni demandari ad inſtantiam alterius partis pendente appellatione primi poſſeſſoris; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.dec.288. Ric.in coll.deciſ. 167.& 175.

Sententia lata ſuper poſſeſſorio in cauſa appellationis reuocans prædicta; an habeat exequutionem paratam, etiam reſpectu fructuum pendente appellatione perceptorum, nõ fuit deciſum, Franch. dec.288. ſed vide ſuprà verbo exequutio, Ricc.in coll.dec.167.

Sententia lata contra defunctũ in interdicto vti poſſidetis quamuis exequutioni dẽmandari non debeat contra hæredem iuxtà deciſiones antiquas S.C. tamen ſi hæres poſſideret ex perſona defuncti, & non alio iure mandari debet exequutioni, vt fuit deciſum, Franch.dec.199.

Sententia lata contra defunctum in interdicto vti poſſidetis an debeat exequutioni demandari cõtra hæredem poſſidentem ex perſona defuncti, ſi ab initio litis fuiſſet deductum petitorium, & poſſeſſorium, fuit deciſum, eſſe ſuperſedendũ in poſſeſſorio, & expediri cauſam ex eiſdẽ actis, Franch. deciſ. 199.

Sententia lata per M.C.V. continens ſummam duc. 100. cum intereſſe, quæ exequi non poteſt, nec appellari ex incertitudine ſummæ iuxtà Pragmaticam permittentem appellari à ſumma duc. 150. & ſi minus fuerit non poterit appellari, ſed exequi, an actor ad euitandum appellationem quoad intereſſe renunciare poſſit eo, quod excedit ſummã duc.50. vt poſſit exequi ſententia, fuit dictum, ꝙ M.C.V. procederet ad liquidationem, eaq; facta reddat certum S.C. & habita relatione poſtea ꝓuidere, Franch.deciſ.141. Reg.Rouit.in pragm.3. n.4. de offic.S.C. & Tapia in prag.1. de offic. S.C. n.14. refert, quòd cùm quidam obtinuiſſet ſentẽtiam pro ſumma duc.40. vnà cum intereſſe liquidando, & actor renunciaſſet reo totam quantitatem intereſſe, S.C. iudicauit, ſententiam M.C.V. fore exequendam, nàm renunciabat totum intereſſe, non partem, & ſic erat potiùs declaratio, ſibi non competere intereſſe, quàm reum grauare in exequutione, Muſcatell.in praxi S.C.lib.1. par.7. glo.condemnando, nu.109. Ricc.in coll.deciſ.183. Amend.ad Franch.dec.141. nu.3. *Barbat.de aſſiſt. gloſ.1.nu.86.*

Sententia S.C. in criminalibus nõ demandatur ſtatim exequutioni, ſi fuerit ab ea reclamatum, niſi eſſet conformis ſententiæ M.C.V. Franch. deciſ. 139. Tapia in prag.37. de offic.Procur.Cæſ. n.13. in Iure Regni, & in pragm.5. de offic.S.C.n.6. ait, vidiſſe pluries obſeruari, quando damnum eſſet irreparabile, hoc eſt, quod tradit etiam in cauſa ciuili Anna alleg.69. Viui. dec.495.n.13. Muſcat. in prax.S.C.lib.2.p.1.glo.nullitatis, nu.50. & glo. ſententia, n.171. *Cancer.var.reſol.to.3.c.18.n.25.*

Sententia aſſiſtentiæ exequutioni demandata cum cautione in forma, ſi ab ea fuerit appellatum, & deindè reuocata, & per aliam appellationem poſſeſſoris, fuit dictum, quòd ſic, Franch. deciſ.136. Muſcat. in praxi fideiuſſor.par.1.mod.18. nu.14. Tapia in pragm.1.de aſſiſtent.n.5. in iure Regni, Viuius deciſ.236, n.8. Reg.Rouit.in pragm.2.n.3. de appellat. idem Muſcat.in praxi S.C.lib.1.par.7. glo. condemnando, nu.114. Io.Franc.del Caſtillo deciſ.Sicil.42. in fine, Ricc.coll.deciſ.175.& 459. Phil.Paſch.in tract.de vir.pat.pot.p.1.c.8.nu.145. *Barbat.de aſſiſt.glo.1.n.50.*

Sententia aſſiſtentiæ lata contra poſſeſſorem pro certa ſumma an ſit ad inſtantiam poſſeſſoris exequutioni demandanda contra authorem laudatũ, non tantùm pro ſumma prædicta, quantùm pro intereſſe fructuum non perceptorum vſq; ad recuperationem rei ex pretio ſoluto per authorem laudatum; fuit deciſum, eſſe cõtra authorem laudatum exequendum pro pretio rei, prout valebat tempore euictionis, & pro intereſſe fructuum eſſe abſoluendum. Franch. deciſ.112. & ibi Viſcont. abundè, *Reg.Sanfelic.deciſ.119.n.9.*

Sententia M.C.V. cõtinens ſummam infrà duc.100. ſi fuerit confirmata per S.C. fuit intellecta præuia appellatione, à qua ſi fuerit reclamatum non audiretur appellans vlteriùs, & ità per S.C. fuit intellecta illa pragmatica, Scaglion.in Rit.260.n.17.

Sentẽtia lata ad reſtitutionem rei petitę, vel ad pretium ipſius an ſit nulla ex eo, quòd vltrà petita fuerat prolata, fuit deciſum, quòd non, vndè ipſa erit exequutioni demandanda, Grammat.dec.19. Muſcat.in prax.S.C.par.1.glo.petitur, n.55. Mangrell.ad Bart.in l.ſi cùm inter, C.quando prouoc. non eſt neceſſ. dummodò non ſit nullitas contra ius naturale, Borgn.Caualc.dec.Fiuizan.19. n.14. p.1.& n.21. Peregr.dec.Patauij 97.n.6. *D.Regens Merlin Controu.forenſ.c.24.n.13.*

Sententia lata contra Clericum citatum, ſi ſua putaue-

tauerit intereſſe coram Iudice ſeculari, etiàm quo probauit, ſe poſſidere nomine Eccleſiæ, an ſit valida; fuit deciſum, eſſe nullã, & proindè exequutionem factam eſſe reſtituendam, Grammar. deciſ.61. Vrſill.dec.2.in princ. Muſcatell.in praxi S.C. p.2.gloſ.competentes,n.100.in medio dixit, fuiſſe iudicatum contrarium, licèt pendeat reclamatio, Franch.dec.400.n.7. Amed.de Põt.in tract. de laudem.tit. quis ſit Iudex in cauſ. feud. nu.30. Muſcat.in prax.S.C. lib.1.p.1.glo.intimato,n.34. Petr.Caball.reſol.crim.cent.3.caſ.225.n.31. Peregrin.dec.Pataulj 60.n.5. Marta in tract.de iuriſd. par.4. caſu 38.n.8.

Sententia an exequutioni demandari debeat, ſi ab ea fuerit dictum de nullitate, & appellatum in forma, & ſi fuerit appellatio deſerta declarata, & trãſitum feciſſet in rem iudicatam, ob quod dùm parti fuerit notificata ad dicendum cauſam, quarè non debet exequi, aduerſus quam fuit oppoſitum de nullitate ſententiæ iãm olim oppoſita nullitate, non tamen deciſa, fuit deciſum, eſſe cognoſcendum de nullitate oppoſita, non obſtante deſertione appellationis declarata, & proindè exequi nõ debet, Affl.in Conſt.Dilationes,n.17. & ſeq. Muſcatel.in prax.S.C.lib.2.p.1.glo.nullitatis, nu.28.

Sententia boni viri an exequutioni demandari debeat, nõ obſtante appellatione; fuit deciſum, præſtita cautione in caſu retractationis ſententiam exequi, nec nõ procedendum eſſe in cauſa appellationis, Affl.in Conſt. Appellationum tempora, n.43. iſtam deciſionem refert Rot.Bonon. authore Petr.Benintend.concl.15.in fin. Bortell.de cõpromiſſ.§.8.glo.5.

Sententia S.C. an ſit proferenda per Præſidem S.C. cum voto duorum peritiſſimorum Doctorũ, non obſtante voto maioris partis Conſiliariorum in contrarium tendentium; fuit deciſum, eſſe proferendam iuxtà votum maioris partis Conſiliariorum in contrarium tendentium; Afflict.deciſ.1. à num.1.ad 4. Batius ad eundem Afflict.in Conſtit. Vt vniuerſis, lit.A. & idem Afflict. in Conſtitut. Vniuerſos, numer.13. tradit, Archiepiſcopum Neapolitanũ antequàm eſſet Cardinalis, vti Præſes in S.R.C. in deliberationibus cauſarum adhibuiſſe vota Aduocatorum in cauſis, hoc eſt eorũ, qui non erant aduocati in illa cauſa, & eis dabat partem trigeſimæ, licèt hoc vſu receptum non ſit, ſtatur tamen deciſioni primæ S.C. Ricc.collect. dec.512. *Cabed.deciſ.Luſit.6.n.5.par.1.*

Sententia lata à Iudice incompetenti contra reum conuentum coràm eo, coràm quo actorem recõuenit an ſit valida, vt exequutioni demandari debeat, fuit deciſum, non eſſe nullam, & ſucceſſiuè eſſe exequendam, Affl.dec.27. Tap.in ritu 67. itẽ, quòd ſi Clericus in maioribus, Tartagl. in praxi M.C.V.ciuil.cap.2.n.43. Ant.Fab in eius C.defin. Sabaudiæ, tit.de iudic. defin.39.

Sententia prolata per S.C. ſi ab ea fuerit reclamatum, & eſſent tranſacti fortè anni decem & octo, & in reclamatione inſtatum pro reuiſione ſententiæ, licèt partes poſteà proceſſerint ad diuiſionem bonorum, an ijs non obſtantibus etiam temporibus appellationum reuideri poſſit, fuit deciſum, quòd ſic, attento ſtylo S.C. verificato per Practicantes, Affl.dec.78 Grammat.dec.13.nu.5. Franch.dec.646. & Piſanell.in add.ad iſtam deciſionem ponit alias deciſiones, tamẽn ſubdit, hodiè per S.C. fuiſſe factum decretum, quòd currãt tempora ſicut in appellatione, & ſic ceſſat iſta deciſio, quod quidèm decretum eſt interpoſitum de Menſe Augusti 1539. Muſcat. in praxi S.C. lib.2. par.2.glo.conceduntur,n.7.& ſuprà eod.verb. fatalia 1.& 2. Ricc.in coll.dec.245. Peregr.dec. Pataulj 97.nn.23. Parlad.rer.quotid.cap.vlt.p.1.§.1. n.10. *D.Reg.Sanfel.dec.144.n.4. D.Reg.Fab.Capyc. Galeot.to.1.controu.19.n.10. Maynard.deciſ.19.ſub nu.7. lib.5.*

Sententia lata in interdicto vti poſsidetis cõtra defunctum an exequutioni demandari debeat contra heredes; fuit deciſum, quòd non, Affl.dec.145. Capyc.dec.1.n.13.& 14. Franch.dec.199. hoc eſt ex abrupto fieri non poteſt exequutio, & ità procedit hæc deciſio, idem Franch.dec.405.nu.8. Menoch.de rẽtin.poſſ.remed.3.nu.828. Ioſeph Seſſe deciſ.Arag.153.n.41. Phanuc.in tract.de inuent. par.4.nu.15.

Sententia an debeat extendi ad ea, de quibus non loquitur, vt putà ſi aliquis fuerit condemnatus ad reddendum computa, & rationes, an extendi poſſit ad ſoluendum, & ſic ad reliqua; fuit deciſum, quòd ſic, Affl.dec.157. Magon.deciſ.Florent.3.num.19. Marc.Ant.Bellon.dec.Genuæ 209. Ric.in collect. dec.714 *Benintend.dec.77.nu.5. Borrell.in ſumma dec.to.3.tit.14.n.43. Larrea dec.Granat.39.n.32. D. Reg.Capyc.Galeota to.2.controu.35.n.5.*

Sententia nulla an debeat exequutioni demandari; fuit deciſum, quòd quando ſententia S.C. profertur ſub numine Regio, & nulla allegaretur, & ità nullitas eſſet ex defectu iuris naturalis, quia defecit citatio ad defendendum, talis nullitas impediret exequutionem, ſecus quando nullitas eſſet ex defectu iuris poſitiui, Affl.dec.283. Franch.deciſ. 643. Marant.in Spec.p.5.n.15. Tapia in pragm.1. de offic.S.C.n.7.& in Conſt. Appellationum tempora,n.25. Vantius de nullit.rubr.quib.mod.ſent. null.def.poſs.n.109. Muſcat.in prax.S.C.lib.1.p.7. glo.ſententia,n.5. Ric.coll.dec.1423. Mich.Craſs. inter comm.opin.tit.de exeq.rei iud. n.115. *Iul. Caſ Gallupp.in prax.S.C.p.2.c.7.n.17.*

Sententia nulla an iudicetur, ſi fuerit lata perempta inſtantia; concluditur, quòd ſic, etiam ſi fuiſset in Conſiſtorio Principis, in quo locum habet l. properandum, C.de iudic. Affl.dec.283.n.4. licèt ibidem Vrſill.n.9. dicat ex mente Marantæ, inſtantiã in S.C.& Conſiſtõrio Principis non perire, tamen ipſemet concludit cum Afflict. aſſerendo, obſeruari inſtãtiæ peremptæ ſpiritum vitæ inſufflari in eod.S.C.& ſubdit Tapia in annot.ad pragm.1.de offic.S.C.incip.deficiente aliquo,n.8. fuiſse deciſum in S.C. non eſse nullam ſententiam S.C. ex peremptione inſtantiæ, latè Muſcat. in praxi S.C. lib.1.p.7.gloſ.ſententia,nu.60.& lib.2.par.1.gloſ. nullitatis,n.28. *Conſil.Theod.alleg.2.n.15.*

Sententia nulla an dicatur ex defectu omiſsionis citationis ad audiendam ſententiam; fuit concluſũ in S.C. nullam habendam eſse rationem de tali citatione, ex quo iuxtà ſtylum concluſo proceſsu parte inſtante fuit alteri parti mandatum, ad dicendum, & allegandum, & omittitur talis citatio, quæ eſt ſolemnitas de iure poſitiuo, quã Princeps omittere poteſt, Affl.dec.283.nu.6. licèt ibi Vrſill. nu.12.& ſeq. concordando opiniones contrarias

aſſerat,

aſſerat, ſententiam ipſam valere, omiſſa citatione ad ſententiam, quando eſſ. r citatum ad dicendũ in iure, & in facto, nam ſi talis citatio eſſet omiſſa, ſententia lata per S.C. nunquàm tranſiret in rem iudicatam, & ſucceſſiuè refert n. 15. fuiſſe annullatam quandam ſententiam S.C. nec feciſſe tranſitũ in rem iudicatam ex nullitate citationis ad dicendum in iure, & in facto, Franch. deciſ. 145. Muſcat. in prax. S.C. lib. 1. p. 7. glo. ſententia, nu. 4. & ſeq. & lib. 2. par. 1. gloſ. nullitatis, nu. 28. Batius ad Affl. in in præl ud. Conſt. q. 9. verſ. allegandum, *Conſil. Gizzarell. dec. 68. in fin. Reg. Tap. in deciſ. S.C. 38. n. 4.*

Sententia lata ſuper interdicto vti poſſidetis an poſſit exequutioni demandari ex temporis diuturnitate annorum quadraginta; fuit deciſum, non poſſe de iure exequi contra heredem poſsidentis, & ſic fuit abſolutus ab impetitis conuentus, ex notatis, & diſcuſsis per Affl. dec. 345. Capyc. dec. 1. n. 13. Menoch. de retin. poſſ. remed. 3. n. 828. Ioſeph Seſe dec. Arag. 153. n. 41. Theſ. lib. 2. qq. for. q. 17. n. 34. Martam tract. de iuriſd. p. 4. caſ. 28. n. 17.

Sententia lata ab aliquo Iudice, de cuius exequutione tractatur, ſi demùm fuerit facta exequutio an veniret retractanda ex productione inſtrumenti, in quo aſſeritur tenor ſententiæ, non obſtantibus nullitatibus oppoſitis, ex eo, quòd fuerat allegata reuocatio ipſius, quia erat fundata ſuprà quadam confeſſione partis appellantis in figura iudicij facta, quæ non apparebat; & demùm quia fuerat omiſſa citatio partis ad ſententiam; fuit deciſum, quòd reuocetur exequutio facta poſt appellationem interpoſitam à ſententia tanquàm iniuriosè facta, cùm fuiſſet cognitũ de eo iudicio, Affl. deciſ. 346. à n. 16. ad fin. Marant. conſ. 21. n. 5.

Sententia lata contra debitorem, ſi in exequutione ipſius per hæredes debitoris fuerit oppoſitũ, ſententiam ipſam latam cõtra talem debitorem eius patrem non deberi exequutioni demandari, cùm ipſi non ſint hæredes patris, ſed matris; an ſi in inſtrumento crediti etiam mater interuenerat, ſit exequenda contra tales filios; fuit deciſum, quòd ex quo nihil aliud allegabant conuenti, niſi quòd fuerant conuenti vt hæredes patris, & nõ matris, & quòd iterùm debebant conueniri; fuit eis declaratum, quòd allegarent quicquid vellent, quia S.C. volebat pronunciare ſuper dicto debito tãquàm contra hæredes matris, & quia non habebant defenſiones, fuerunt condemnati ad ſoluendum dictum debitum vti hæredes matris, Afflict. dec. 372. Marcell. Calà in tract. de mod. articul. & proban. glo. 4. n. 27. *Pereira deciſ. Luſit. 76. n. 4.*

Sententia lata contra Officialem ſyndicandum non per omnes Syndicatores, & ſine interuentu noui Officialis an ſit nulla, fuit deciſum per M.C.V. q. ſic, Vrſill. deciſ. 1. nu. 5. & 6. Alexand. Raud. deciſ. Piſan. 2. n. 44.

Sentẽtia an ſit neceſſaria in reuocatione alienationis rei feudalis cũ parte in ipſa reuocatione; fuit deciſum, quòd ſic, Vrſill. dec. 111. n. 9.

Sententia lata abſq; citatione ad dicendum in iure, vel in facto an ſit nulla, ità vt per lapſum annorũ 20. dicatur tranſacta in rem iudicatam, fuit deciſum, eſſe nullam, Vrſill. dec. 283. n. 15.

Sententia lata contra vtilem dominum lacum poſsidentẽ ſuper ſolutione decimarum piſcium, ſi deuoluto lacu ad Regem ob rebellionẽ ipſius, & ab eo alteri fuerit conceſſus, an talis ſentẽtia noceat recto Domino, ſcilicet Regi, & ſucceſsiuè vltimo poſsidenti, cauſam à Rege habenti, fuit votatum, & concluſum, quòd ſententia ipſa demandaretur exequutioni contra iſtum vltimum poſſeſſorem, quamuis ſingularem, ſed ſolùm pro tempore, quo ipſe poſsedit, non autem pro futuro, nec pro præterito, quo tempore non poſsederat, & hoc ideò, quia procurator actoris ſe adſtrinxerat ad illud tempus, Capyc. dec. 20. à n. 17. vſq; ad finem, Anna in conſ. 18.

Sententia lata ſuper actione perſonali contra debitorem an fidem faciat contra tertios poſseſsores non citatos ſuper rebus, ſicuti acta facta inter diuerſos; fuit deciſum, quòd non, & ſic pro reis, Capyc. deciſ. 107. Ant. Gabriel. lib. 2. de citat. concl. 1. n. 324. & 333.

Sententia liquidationis alimentorum debitorum per patrem filio alternatiuè concepta, vt pro tẽpore, quo habitauerat cum patre, pater condemnaretur ad rationem quingentorum, tempore verò, quo habitauerat extrà domum patris ad rationem duc. 1000. an obſtet, ſi non fuerit probatũ per filium, quòd cum patre morari non poterat, & quid ſi per patrem fuerit oppoſitum beneficium, vt nõ teneatur, niſi in quantum facere poterat, cui ſi competeret ratione contractus, renunciari poteſt, ſecus ſi ratione reuerentiæ; fuit deciſum in S.C. quòd durante vita patris exigantur alimenta ad rationem duc. 500. ſtante allegato beneficio, & circa reſiduum poſt mortem prouidebitur, Anna alleg. 102.

Sententia lata in fauorem mariti contra fratrem dotis promiſſorem cum illa qualitate, vt fieret emptio, an poſſit ſoluto matrimonio vxor exequi ex eiſdẽ actis, ſine illa qualitate, fuit prouiſum, quòd citrà præiudicium exequutionis petitæ detur terminus, & interim pecunia liberetur in emptionẽ reſtituenda tempore proferendæ ſententiæ, Anna in alleg. 129. & in ſing. 601. in cauſa, Ricc. collect. dec. 252.

Sententia lata in fauorem vnius fratris in Sedilibus prodeſt alteri conſanguineo, & ità fuit deciſum in S.C. Anna in ſingul. 468. in fin. Riccius collect. dec. 733. & 835. Paſchal. in tract. de vit. pat. poteſt. par. 4. c. 2. n. 70. Amend. ad Franch. dec. 523. nu. 7. Maſtrill. dec. 20. ſub n. 5.

Sententia an poſsit ferri ſine termino, quãdo liquet de facto. concluditur, quòd ſic, quamuis in occurrenti caſu in puncto iuris, ſi debeatur æſtimatio legato feudo fuit datus terminus in cauſa, Anna in ſing. 470. ſententia, Reg. Rouit. in prag. 7. n. 13. de ord. iud. Paſchal. de vit. pat. pot. par. 2. c. 5. nu. 7. Mar. Muta deciſ. Sicil. 99. n. 1.

Sententia non poteſt ferri inter duos, quãdo illi duo litigarent ex vna cum alio ex altera, quia illi duo inter ſe nihil litigant, & ità fuit deciſum in S.C. inter certos creditores, Ann ſing. 475. ſententia, *Caſ. Manent. conſ.* 143. *n.* 18. *p.* 2.

Sententia viſitationis an exequi debeat ſtãte reclamatione, & prouiſione officij in perſonã alterius, fuit deciſum, quòd ſic, & ità fuit ſentẽtia exequuta, & capta poſſeſsio officij, Ann. in ſing. 476. ſententia, Maſtrill. in tract. de Magiſtr. lib. 2. c. 9. n. 13.

Sententia lata in contumaciam rei conuenti an ſit nulla, ſi fabricato proceſſu in contumaciam in pri-

ma

ma petitione reus replicauerit, allegando, & petendo ſui remiſſionem,non alitèr comparẽdo pœnès acta cauſæ formitèr; fuit in M.C.V. per plura decreta deciſum, quòd non, quaré ſententia prædicta exequi debet,& facto verbo in S.C. fuit cõfirmatũ decretum M. C. V. Muſcat.in pract.S.C. p.2.glo.veniens,n.7.8.& 9.

Sẽtẽtia lata in cauſa maioratus,vel feudi ex pacto, & prouidentia contra ipſius poſſeſſorem an noceat ſucceſſori,& quid in ſententia in cauſa nobilitatis;concluditur,quòd non,& proindè per S.C. fuit datus terminus in cauſa, exceptione rei iudicatæ ad merita reſeruata, Fabius Anna conſil.18. conſtitui latiùs.

Sententia lata ſuper re an obſtet agenti, & petenti æſtimationem illius rei; concluditur, obſtare ex pluribus in facto, ſecundùm quæ fuit iudicatum in S.C.facta relatione in Coll.Conſ.inter cætera deciſa,Reg.de Pont.conſ.62.fateor in hac cauſa, a n.35.& ſeq.vol.1. vbi in fin. ponit deciſionem.

Sententia nulla fundata in venditione rei facta per Vniuerſitatem ex defectu decreti non interpoſiti an debeat exequutioni demandari,licèt talis alienatio fuiſſet facta cum Conſilio. Vniuerſitatis de mandato Superioris;S.C.determinauit,quòd hęc omnia reſpiciebant iuſtitiam cauſæ, & merita, nõ autem nullitatem proceſſus, propterea ſententia debebat exequi,Mrnad.dec.14.in audientia, vſq; ad num.2.

Sententia Officialis alicuius Terræ habentis poteſtatem condendi ſtatuta à Rege an exequi poſſit, ſi ſtatutum fuerit per ipſam Ciuitatem,ſententias eius Officialium eſſe exequendas,non obſtante appellatione interpoſita in S.C.vt eſt Gaetæ; fuit pluries per S.C.deciſum,quòd ſic,Carol.Tapia in prag.5.n.3.de offic. S.C.

Sententia lata per Electos Ciuitatis contra aliquem de aliqua re Graſſiæ ſpectante ad cognitionem ipſorum an nulla cenſeatur, ſi conuentus nõ fuerit citatus ad audiendam ipſam ſententiam; fuit per S.C.iudicatum, quòd non, & confirmata ſententia prædicta, Grammat.conſil.ciuil.14. ſummi opificis præſidio iterato,&c.

Sententiá licèt nulla,ſi reperiatur iuſta,poterit confirmari à Iudice, coràm quo tractatur de nullitate, etiá quòd nullitas eſſet ex defectu iuriſdictionis,& ità paſſim iudicatum fuit in Reg. Audientia Apuleæ,& confirmatum per M.C.V. atq; S.R.C. Franciſcus Viuius dec.331.n.2.

Sententia in fauorem mortui lata an valeat; fuit deciſum in R.C.S.quòd nõ,in cauſa Boneſti Baſtoni, & Spinulæ,Flau.Amend.ad Franch.dec.245.

Sententia lata contra feudatarium præſtando aſſiſtentiam ſuper feudo hypothecato mediante aſſenſu an exequutioni demandari debeat, ſi fuerit oppoſita excluſio quòad aſſenſum,quia ille fuerat præſtitus in fauorem alienantis rebellis, & ob talem defectum extinctus, & paritèr cùm tale ius non tranſeat ad hæredes extraneos, & ſucceſſiuè ad Fiſcum ſucceſſorem.Secundò per excluſionem actionis in genere ob incorporationem non factã per Fiſcum de dictis bonis. Tertiò quòad excluſionem in ſpecie triplicitèr. Primò,quia res,ſuper qua aſſiſtẽtia fuerat petita erat alienata iure creditoris.Secundò,quia fuerat vendita ab hærede cum beneficio legis,& inuentarij,Tertiò,quia tẽpore obligationis non erat in bonis,fuit tandem omnibus diſcuſſis proceſſum ad exequutionem ſententiæ,Reg.de Ponte in conſ.64.& ſi credam, vol.2.

Sentẽtia an nulla judicari debeat, & ſucceſſiuè exequutioni non demandanda,ſi in ea non fuerit cõdemnatus procurator vt procurator in damnum principalis,cum quo lis conteſtata fuerat ex iuris diſpoſitione, ſed tantùm principalis, qui erat Balius,cũ quo fuerat proceſſus compilatus,quo pendẽte euanuit Baliatus,quia in Regno omnes lites ſummariè agitari debent,propterea non obſtante nullitate allegata fuit proceſsũ ad illius exequutionem,Reg.de Pont.conſ.102. iſta iuris,vol.2.

Sententia lata per Officialem, qui aperto voto, ſeù conſilio eius Conſultoris illud legit,& poſteà dixit, pronuntio, vt in eiuſmodi conſilio, ſeù voto continetur,an valeat, fuit judicatum, quòd ſic in S.R.C.Affl.in Conſt.Statuimus,n.48. Petr.Garſia deciſ.49.

Sententia iniuſtè lata per Iudicem tranſacta in rem iudicatam nequit ab eodem reuocari,cùm ſit functus officio ſuo;& ità fuit iudicatũ in cauſa Anelli Saxi, referente Reg. Conſiliario Marino Freccia,Io.Franc.Scaglion.in prag.1.de ord.iudicior. aliàs in pragm.diſpendia,de mod.proced.in cauſ. ciuil.nu.54.

Sententia lata ex falſa cauſa an nulla iudicetur, ità & talitèr;quòd ſi fuiſſet præſtita ſententia aſsiſtẽtiæ ſuper aliqua domo, quæ erat alicuius mulieris ſic in iudicio per eam verificatũ per teſtes, & ſcripturas, & ſucceſsiuè poſſeſſor cõdemnari debeat ad eius relaxationem,deciſum fuit per M.C. eſſe nullam, & poſſeſſor condemnatus ad reſtitutionem,& ità referẽte Reg.Conſiliario Io. Baptiſta Meliore die 3.Martij 1614.per S.C.confirmatum,& iuſſum,vt procederetur ad liquidationem prætenſi creditoris in cauſa Victoriæ Fateſæ cum Hieronymo de Pace, D.Camill.de Laratha conſ. 104. Victoria.

Sententia prolata contra tertium poſſeſſorem an exequutioni demandari debeat obſtantibus non nullis Iuridicis impedimẽtis. Primò, ex quo dùm petitum fuerat, cõdemnari ipſum tertium poſſeſſorem ad relaxandum domum vnà cum fructibus iure dominij,vel quaſi,per S.C.fuit condèmnatus ad ſoluendum annuos duc.20.decurrendos,& decurſos.Secundò,quia tertius poſſeſſor non potuit condemnari in actione perſonali, eò quòd tunc creditor hypothecaria agere poterat, & cõditione ex l. fin. C.de acquir. poſſ. aliauè remedia cumulare,quotiès ipſe ſaltim ciuilitèr poſsideret,q cessabat in caſu præmiſſo.Tertiò,ex manifeſti erroris obſtaculo, dùm ex eiſdem actis apparebat, ipſum poſſeſſorem ſoluiſſe pretium domus, & feciſſe depoſitum,authore S.C.audito etiam actore ipſo,& ſic fuit per S.C.deciſum,non eſſe exequẽdam ſententiam prædictam ex allegatis in cauſa Portiæ Sellarolæ cum Io.Thoma Cimino, & litis conſortibus,pœnès Iubenum Act.Mag.D.Camil. de Laratha conſ.11.ad euadendam.

Sententia lata conformis libello, condemnando cõuentum ad relaxandum Terram fideicommiſſo ſubiectam ei venditam,& aliorum bonorum, non obſtante venditione prædicta, ad quam per poſteà mediante laudo retrouendere paritèr condẽ-

natus

natus fuerat pro certo pretio ducatorum 19. millium, an exequutioni demandari debeat iuxtà petita, non obſtante pœnitentia conuenti poſt ſententiam intentatam, vel relaxare Terram, vel retrouendere, pro actore dicebatur, petijſſe Terram prędictam, & alia bona fideicommiſſo ſubiecta, non obſtante illorum venditione, & ſic ſententia libello conformis reddebatur. Secundò, ex aſſertione compromiſſi pariter dicebatur per actorē, prætendere relaxationem Terræ vigore dictæ ſētentiæ, & eidem retrouendere alia bona. Tertiò, per aduerſarium probatum fuerat, fideicommiſſum adeſſe, & Palmoram Terram abſq; onere deberi. Quartò, in laudo patet, condemnatum fuiſſe conuentum retrouendere bona in iudicio deducta, in quibus Terra ipſa nō includebatur. Quintò, ex quo nulla competebat conuento retentio, quia de ſpecie ad quantitatem non datur compenſatio. Sextò, quia in laudo fuerant omnes differentiæ ſolutæ, & cōuentus conſtitutus in mora relaxandi dictam terram. Vltimò, quia bona retrouendenda ſine Terra erant valoris ducatorum 18641. 2. 3. in primo appretio, in ſecundo ducat. 15353. in tertio 16149. quibus coaceruatis aſcendebant ad ducatos 50143.2.2. ſumendo tertium reſtabat pretium ducat. 16714.2.3. indè vſquè ad prætenſos ducatos 19. mil. deerant duc. 2285. 2. 17. & in poſſe conuenti aderant pro fructibus Terræ ad minus duc. 21620. Facta indè relatione in Sacr. Conſ. die 6. Iunij 1614. referente Reg. Conſiliario Pomponio Saluo cum interuentu Ill. Marchionis Sancti Angeli Præſidis Sacri Conſ. iunctis aulis deciſum fuit, quòd iterùm ſubhaſtentur bona, & procedatur ad liquidationem fructuum, & cōſignetur poſſeſſio dictę Terræ actori, & expediantur prouiſiones in cauſa Iulij Cæſaris de Turri cum Alphonſo de Turri, pœnès Viuum pro de Felice, cùmquè inſtatum eſſet per conuentum, dictam Terram fideicommiſſo eſſe ſubiectam, & velle pro fructibus correſpondere; per aliud decretū iunctis aulis deciſum fuit, primum decretum exequutioni eſſe demandandum quoàd fructus vita durante actoris prædicti, ſi deceſſerit ſine liberis legitimis, & nataralibus, pœnès Secretarium, D. Camill. de Laratha conſ. 78. pro exequutione.

Sententia foriudicationis prolata contra inquiſitos de homicidio commiſſo ictu ſclopicti iuxtà formam nouellæ pragmaticæ cum abbreuiamento temporis, &c. an exequutioni demandari debeat, obſtantibus tribus nullitatibus per inquiſitos captos, & carceratos propoſitis. Primò ex eo, quòd homicidium commiſſum fuerat vnico ictu ſcoppicti, & ab vno ex carceratis, & cùm ſtatutum ſit perſonale, & non reale, non poterant omnes citari, & ſucceſſiuè cōdemnari ob incertitudinem delinquentis. Secundò, quia in citatione expedita per M.C. ad capitula, & ad foriudicandum cum dicto abbreuiamento, & in relatione citationis per Nuntium dictū fuerat de abbreuiatione termini, quod non fuit ſeruatum in citatione ad foriudicandum. Tertiò, eo quia contumacia fuit nullitèr incuſata, quia eodem die, quo fuit incuſata contumacia, eo die non erat adſcripta telatio, pro reorum defenſione hæc ſequentia in iure allegata fuerunt per V.I.D. Io. Thomam Pollium ſtrenuum Aduocatum, ſcilicèt, Reperiuntur carcerati in Magn. Cur. Vic. Carolus de Palma, & Michael de Bartholomæo de prætēſo homicidio cum ictu ſcopicti, pro quo per Magn. Cur. Vic. fuerunt foriudicati, & capti in foriudicatione fuit dictum per Magn. Cur. Vic. quòd exequatur ſententia foriudicationis, nullitatibus propoſitis non obſtantibus, fuit appellatum ad Sacr. Conſil. & propoſitæ infraſcriptæ nullitates, & per Sacr. Conſil. fuit remiſſa cauſa eidem Mag. Cur. quæ ſuper dictis nullitatibus in Sacr. Conſil. præſentatis auditis partibus, & Fiſco iuſtitiam faceret, quibus in M.C.V. diſcuſſis Magn. Cur. fuit in pari voto, & datis adiunctis fuit prouiſum, primam nullitatem obſtare reſpectu amborum inquiſitorum, pars quærulans appellauit, & de nouo eſt facienda relatio ad inſtantiam ipſius quærulantis, & carcerati inſtant declarari, omnes nullitates obſtare, propoſitas tàm in Sacr. Conſ. quæ ſunt prima, & ſecunda, quam tertiam olim propoſitam in M. C. V. quæ fuit reiecta, prima nullitas eſt, quia homicidium prædictum fuit patratum vnico ictu ſcopicti ab vno ex ipſis aſſertis carceratis, & tandèm Magn. Cur. Vic. citauit ambos, àbbreuiato tempore, & non poterat, nàm ſtatutum nouum loquens de ictu ſcopicti eſt perſonale, & non reale, & verba ſtatuti ſunt videlicèt, *Qualſiuoglia perſona opraſſe detti inſtrumenti per offendere, ancorche non ſeguiſſe effetto, & che il colpo nō faceſſe danno in eſſerſi ſparato, ſi habbia per conſumato, & ſe incorreſſe ipſo facto in pena di morte naturale chi adoprerà per nocere*, & infrà *à tutti li caſi, nelli quali qualſiuoglia perſona cōmetterà delitto degno di forgiudicatione non ſolo, &c. ſcoppettuoli, ò piſtole à focile, ma sēpre che ſarà appenſatamente con animo di occidere, ò ferire, ò ſia cō archibugetto, ò ſia con ſcoppetta, ò ſoffione, ò piſtola, ò archibugetto, ò ſcoppettuolo piccolo, ò grāde, coſi à focile, come à miccio, & in sōma con qualſiuoglia arme atta à ferire, che ſi ſpara con poluere*, & infrà *à quelli, che delinqueno cō tal'arme*, & infrà *che delinquerà cō le pdette arme ſia tenuto, & trattato, &c.* Et ex ijs verbis dubium nō eſt, delictum eſſe perſonale, & non comprehendi aſtantem, vt per Bart. & Alex. in l. ſi, qui opem, ff. de furt. & alios relatos per Foller. in prag. de ictu ſcop. n. 61. Bertazzol. conſ. crim. 221. vol. 1. & Honded. conſ. 93. nu. 73. vſquè ad 75. & quòd ſit verum, legitur infrà; nam verba ſtatuti dùm dicunt de ſcopictis paruis, *Ordinamo in neſſuno delli ſopradetti caſi il delinquente difenderſi con allegar, che era in riſſa, nè poſſa ſcuſarſi, che era inimico della perſona offeſa à chi tirò*, & ſic ſtatutum prædictum ab vltimo ad primum loquitur contra emittentem ictum ſcopicti, & nunquàm ſtatutum comprehendit auxiliatores, niſi expreſsè ſit dictum, vt in pragm. 1. de duello, & in pragm. 8. de falſis contra falſificātes apocas, &ità quoq; de iure communi, l. verum, ff. de partic. l. raptores, C. de Epiſc. & cler. l. 1. C. de rapt. virgin. & id, quod non eſt expreſſum, non comprehenditur, l. vnica, §. ſciendum, C. de caduc. toll. l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. & ità aſſerunt Bonac. quæſt. crimin. in verbo opem præſtans, & Farin. quæſt. 131. num. 49. 50. & 51. in tit. de conſult. part. 2. tom. 2. & ſic non poterat foriudicari ſocius abbreuiato tempore, ſed ordinariè pro homicidio, ergò ſententia nulla; Nec pars quærulans

Digitized by Google

lans dicere poteſt, quòd reſpectu vnius debebat exequi ſententia, ex regula, quòd vtile per inutile non vitiatur, per tex. in l. quædam mulier, ff. fam. herciſc. & l. ex multa, ff. de iure pat. l. etiam, §. ex cauſa, ff. de minor. ad quod breuitèr reſpondetur, quòd ſecùs eſt in caſu noſtro, nàm illi tex. loquuntur, quandò ſunt capita ſeparata, ſi corruit vnum, remanet alterum, ſed quandò eſt vnicum caput, vt in caſu noſtro, ſecùs eſſet, nàm per ſententiam foriudicationis fuit dictum, quòd moriantur ambo, & ſic ſententia continet vnicum caput. & vtile per inutile vitiatur, ex regula tex. in l. in hoc iudicium, ff. ſam. erciſ. & ibi Bal. & ità intelligi debet gloſ. in l fin. in finalibus verbis, ff. de iuriſd. omn. iud gloſ. in l. 2. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcin. Cyn. in l. 1. C. de error. calc. num. 5. & in l. 2. ff. de re iudic. & ibi Bart. & Bald. num. 4. & Paul. de Caſt. in d. l. 1. n. 4. C. de ert. calc. & ibi latè Rom. num. 12. & 13 & ſic clarè conſtat, ſententiam foriudicationis eſſe nullam reſpectu amborum, prout Mag. Cur. Vic. iudicauit, ſecunda nullitas eſt, quia Mag. Cur. Vic. citauit ad capitula, & ad foriudicandum dictos prætenſos carceratos cum abbreuiatione termini iuxtà formam Regiæ nouellę pragm. & in relatione citationis ad capitula fuit dictum per Nuncium de abbreuiatione termini, & in citatione ad foriudicandum in relatione non fuit ità obſeruatum, ſed tantùm dixit, citaſſe modo, & forma, vt ſuprà, quod fieri non debebat, cùm relatio debeat eſſe clara; & in ea exprimi omnes qualitates, ità quòd reus non poſſit ſe defendere, iuxtà Gloſ. in l. 4. §. toties, in verb. libellum, ff. de damn. inſect. & verba ſunt, libellum ſcribit qualitèr petit ſibi caueri, vt leget hoc corã æde, vel etiam figet, ibi, vt alij vident ſe defenſuri aſſerant, quam Gloſ. ſequuti ſunt Bart. in d. l. 4. in §. ait, ff. de damn. inſect. num. 10. Alex. ibi eod. nu. & ità quoquè affirmat maximus practicus Foller. in pract. crim. in verb. fiat relatio, num. 14. & in verb. audiant. excuſ. n. 18. & ità aliàs fuit iudicatũ per M.C.V. in cauſa Ferdinandi Caraccioli, vbi prætendebatur citatio facta abbreuiato tempore, & fuit in relatione omiſſa declaratio, fuitq; dictũ, nullam eſſe foriudicationem, ad quod quærulans replicat, eſſe caſum diuerſum, ex quo ibi procedebatur facto hominis, & modò facto legis, & lex debet omnibus innoteſcere, & nõ eſſe opus denunciatione, ad quod rei dicunt, quòd de neceſse debebat notificari abbreuiatio, ex quo erat in electione M.C.V. ſi voluiſſet procedere abbreuiato tẽpore, vel ordinariè per anni circulũ, nàm Iudex ordinarius, & delegatus eſt ad ſui libitum, qua iuriſdictione vult vti, vt per Decian. in tract. crim. c. 23. in tit. de Ind. deleg. n. 13. cum ſeq. vol. 1. & ſic neceſsè tenebatur exprimere, quam iuriſdictionem exercebat, vt poterant cognati, & amici illos defendere, & ſic nõ eſt caſus diuerſus; Secũdus, ꝙ ab initio Fiſcus vſus fuit in calce citationis, & in relatione facta in citatione ad capitula apponi abbreuiationẽ temporis, quantò magis in citatione ad foriudicandũ debebat ſimilia apponere, nàm quod ab initio eſt volũtatis, fit neceſſitatis, & cùm Fiſcus incepit illam viam eligere, ſibi debet imputari, & debebat ità quoq; proſequi, vt per D. de Franch. deciſ. 560. per totam, qui refert, ità quoquè in ſimili caſu fuiſſe iudicatum, hæc ſunt nullitates propoſitæ vltimo loco: Tertia nullitas propoſita primo loco in M. C. V. eſt, quia contumacia fuit nullitèr incuſata, nàm tempore incuſatæ contumaciæ fuit die 21. Ianuarij 1615. & relatio fuit ſcripta die 23. Ianuarij 1615. & ſic eo die, quo fuit incuſata contumacia, eo die relatio non erat adſcripta, & verba relationis ſunt videlicèt. *A dì 23. di Gennaro 1615. Neap. Io Pietr' Antonio de Pierro ſeruente ordinario del Regio Fiſco refero à dì 15. di Gennaro 1615. in la Terra di Palma con la preſente citatione ad forgiudicando hauer citato ad forgiudicãdo Carluccio de Palma, & Michele de Bartolomeo, modo, & forma vt ſupra, et coſì anco ſono le citationi dell'agnati, e vicini*, Verba incuſationis contumaciæ, vz. Die 21. Ianuarij 1615. ex quo die 18. 19. 20. feſtiui ex officio Mag. Cur. Vic. fuit incuſata contumacia. de Angelis, & ſic patet, tempus incuſatæ contumaciæ fuiſſe die 21. & relationis ſcriptæ die 23. & ſic eo tempore incuſationis non adeſſe relationem Nuntij, etiam nolentis nullæ ſunt partes, l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cert. pet. Burſat. conſ. 364. num. 27. conſ. 409. nu. 7. & cùm eo tempore in Curia non aderat citatio, nec relatio, & ſic etiam liqueret Iudici de citatione, ſed non de relatione in ſcriptis, non poterat contumacia incuſari, Bart. in l. hoc autem, ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. & l. multum intereſt, in fin. ff. de cond. & demonſt. Addentes antiqui ſuper pragm. 2. de ord. iud. in vol. Conſt. latè Marant. in ſuo Specul. tit. rectè concip. citat. num. 55. & 56. & Troyſ. in pragmatic. 2. de ord. iudic. num. 34. Cnmia ſuper ritu Sicil. 3. num. 23. & 24. & licèt Fiſcus, & quærulãs afferant Regiam prag. 5. de citat. cuius verba ſunt, videlicèt. *Ordinamo, che eſſendo citati l'inquiſiti, et querulanti ad inſtãtia del Regio Fiſco, nõ cõparendo li dì determinati per eſſer lo procuratore fiſcale ſempre preſente, s'intendano sẽpre incuſate le cõtumacie in tempore, et ſi debbia, e poſſi procedere, ſin come con effetto foſſero accuſate le contumacie in tempo, coſſi fareti*, quę verba Regię pragmaticę benè cõſiderata nihil noui afferunt, niſi corrigẽdo Ritus 80. & 225. alioſq; ſtatuentes, contumaciam debere incuſari illo die, quo cadit, nã olim non incuſata contumacia in tempore, circumducebatur, & ritus fingit, quòd ſit accuſata in tempore, hæc fictio debet imitari naturam, §. minor, Inſt. de adopt. ſed in caſu noſtro Mag. Cur. Vic. nõ imitauit naturam, ſed contra naturam, nàm fecit, quòd currus traheret boues, deciſ. Auenion. 15. n. 27. nã ſi die 23. Ianuarij, vt ſuprà dictum eſt, fuit deſcripta relatio, & relatio præcedit, & poſteà ſubſequitur accuſatio contumaciæ ſub die 21. Ianuarij, non eſt contra naturam, & contra ordinem ſtatuentium, relationem fieri in ſcriptis illicò, vbi fuit facta intimatio, & colligitur ex verbis Conſt. Citationis literæ, & Reg. prag. 2. de ord. iudic. vbi mandant, relationem fieri in ſcriptis, & cum ſubſcriptione teſtium, ſi in loco citationis adeſt copia teſtium, Afflict. in d. Conſt. Citationis literæ, n. 11. per D. meum Reg. Rouit. in prag. 3. de cit. nu. 12. nec poterat procedi ad vlteriora non ſeruata forma Reg. pragm. 3. de ord. iudic. & omiſſa forma vitiatur actus, l. hac conſultiſſima, C. de teſtam. & ſic ratione formę, & ordinis ſcripturę vitiatur citatio, & ordo ſcripturæ eſt attẽdendus, l. hęredes, mei,

mei,§.puto,ff.ad trebell.& in ſententijs proferēdis eſt ſeruandus ordo,quo omiſſo vitiatur ſententia, l.prolatam,C.de ſent.ſine pericul.recit.l.1.C.de exequut.rei iud.& ſic ratione ordinis,& ratione iuſtitiæ ſentētia M.C.V.fuit,& eſt nulla,prout ipſa M.C.decreuit,& eſt ità quoq;confirmanda per S.C.ſtātibus ſupradictis notorijs nullitatibus, cætera ſuppleat Religio Dominorum Iudicantium; hæc ille,à quo audiui,facta relatione de prædictis in Reg.Coll.Conſil.cum interuentu Reg.Conſiliariorum duarū aularum ad Fiſci petitionem obtento, per Eruditiſſimum Regium Conſiliarium Ferdinandum Branciam cauſæ Commiſſarium decisum fuiſſe,nullitates obſtare iuxtà ſententiam aliam M.C.& confirmatam per idem Sac. Conſil. & proindè procedendum eſſe ad vlteriora in cauſa de anno prædicto,penès Florillum Act.Mag. & licèt prætenſum fuiſſet per Fiſcum, ſententiam exequi poſſe contrà verum inquiſitum, quia ſententia erat indiuidua, erat vitiata per incertitudinem,& ſic vtile per inutile vitiatur, vulgata regula,indè tortis iàm dictis inquiſitis, & non confeſſis,vnus fuit liberatus in forma, alter gratiam obtinuit per S.E.vt mihi dixit idem Aduocatus.

Additio.Reſpectu primæ nullitatis propoſitæ cēſeo, ex pœnæ impoſitione reſultare,ſi ſententia foriudicationis exequi mandari debeat,poſtquàm & ſi cōtra tales inquiſitos rectius procedi poſſit ad inquiſitionem,& citationem,ad pęnæ autem impoſitionem ſtante incertitudine delinquentium ex vnico ictu emiſſo,nec author verè ſcitur,& ob id licèt aliqui DD.dicere videantur,omnes teneri de occiſo, vt conſuluit Gramm.conſ. crim.4. in Ieſu Chriſto,& alij relati per Carrer.prax.crim.in tract. de homic.& aſſaſ.in 5.q.per tot.§.96. alij autem communitèr contrariam ſequuntur ſententiam, vt propter incertitudinem non ſint puniendi pęna ordinaria,ſed extraordinaria,latè Boſſ.in tit.de homic.n.25.& ſeq.Paul.Gril.de relaxa. carcer. in 6.q.Carrer.vbi ſup.Iul.Clar.in §.homicidium, nu. 30.latiſſimè Menoch.de arb.Iud.lib.2.cent.4.caſ. 392.qui iſtam concluſionem triplicitèr limitant, vt ibi per eos,& tantò fortiùs erit in ſimplici vulnere cauſato ex aliquo ictu lapidis, citrà tamen mortem ſequutam,nàm ſicuti eodem exemplo lapidis proiecti concludunt DD. non eſſe puniendos ob incertitudinem,Carrer.vbi ſup.nu.9.Gril. vbi ſup. in princip. multò magis morte vulnerati ceſſante,& ſic in contingenti caſu decidit M.C.V. in cauſa Proſperi Porporæ vulnerati,vt aſſerebat, ex ictu lapidis prouēto ex domo Horatij Caſtruccij,& licèt informatio cōtra omnes de domo fuiſſet capta,cùm de vero percuſſore non conſtabat, eos in forma habilitauit, referente Antonio Carrocio Iudice M.C.in anno 1619.de mēſe Iulij, pęnès Contium,quò fit vt dùm ex hac incertitudine rei poſsūt puniri pęna ordinaria,vel extraordinaria, & ex informationibus ſupradictis contingi poſſet,id egiſſe aliqua ſubſiſtente cauſa delictum minuente,ità & ob eam pęna minorari tutius erit ſemper antè exequutionem ſententiæ foriudicationis aliquid de odore cauſæ principalis agnoſcere,quāuis in cōtrariū ſe habeat antiqua Regni obſeruantia,ſtatim exequutioni demandari,vt ex mente Bar.de Capua, & aliorum tradit Iul. Clar. in §.fi.q.96. n.3. attamen ſi ob tale delictum reus non mereatur pęnam mortis, non debet exequutioni demādari,vt alias iudicauit M.C.de quo ſuprà eo.verb.foriudicatus: Accedit ijs,quòd ſentētia cùm ſit indiuidua,Carau.in rit.257.n.9.Andr. Gayl.lib.1.obſer.63.n.8.Bonac.inter comm.opin. tit.de re iud.n.106.Gramm.conſ.ciuil.113.nu.13. non poteſt in parte exequutioni demandari, & in parte non;l.in hoc iudicio,ff.famil.ercif.ſicut ſententia excōmunicationis,Galleſ.de oblig.in form. Camer.p.3.§.fi. n.36. tantò magis incertitudine ſentētia nulla redditur,Minſyng.cēt.5.obſer.100. nu.2.quò verò ad tertiam nullitatem cenſeo,aliàs me exiſtente in Prouincia Calabriæ citrà incidiſſe conſimilem caſum decidendum,poſtquàm reus inquiſitus de recapto,& homicidio, eius occaſione cōmiſſo,iuxtà formam prag.10.de exul.citatus, demùm ipſo capto, & carcerato exiſtente ad impediēdam exequutionem ſententiæ foriudicationis,non tantùm ordinem in procedendo,quàm in cōtumacias incuſando intuebatur, circà ordinem aſſerebat,nō fuiſſe illum ſeruatum iuxtà d.pragm. 10.§.1.vbi expreſsè cauetur,ꝙ nō comparentibus infrà quatuor dies,illo tunc habeantur pro veris contumacibus,& forindicatis,in hoc citatio principalitèr exquiritur antè omnia,nàm qui vult ſubſequēs,debet velle & ſuum antecedēs,Affl.dec.3. n.3.& ſic expreſsè dicitur in d.pragm.eod.§.2.ibi, *la qual citatione per fundarla, &c.* & proindè expedita citatione per Reg.Aud.contra inquiſitum ad informandū, & capitula in forma infrà terminum dictorū 4.dierum, & notificata ipſi reo, fuit prima tantùm contumacia incuſata, & in eadem citatione includebatur alia citatio ad foriudicandum,citatis agnatis,& cognatis, & ſic apparebat, nullitèr fuiſſe proceſsū ex pluribus.Primò,quia citatio ad informandū pernecesſè exquirebatur,& dū fuiſſet proceſſum ad incuſationē contumaciæ primę,neceſſe erat,vt vltima ſubſequeretur,iuxtà communē practicam Regni,de qua per Foller. in pract.crim.rubr.accuſ. contum.num.1. Maran. in Spec.p.6.de citat.nu.68.Item quia ob termini arctationē exiſtente reo ipſo in longinquis partibus non poterat infrà dictum terminum quatuor dierum comparere, citatio .n. ad informandum operatur,vt citatus perſonalitèr compareat,Foller.in d.pract.rubr.vel eos,verb.cit.fac.n.8.& 9.indè citatio continere debet competētem terminum ad comparendum, attenta locorum diſtantia, idem Foller.vbi ſuprà,n.22.aliàs nulla erit,ità Carau.in rit.123.n.3.quò fit,vt vltima contumacia incuſari debeat in illo vltimo die comparitionis,Maran.in Spec.6.p.tit.de citat.n.67.Item quia in eadem citatione ad informandum, & capitula incluſa erat citatio ad foriudicandum , citatis agnatis, & cognatis,& ſic in vno actu duo incompatibilia cernebantur ineſſe abſq; incuſatione contumaciarū intermedia,ſed poſt citationem omnium peractā incuſata prima contumacia tantùm,& ſucceſſiuè quòad incuſationem dicebat,non ritè proceſſiſſe, cùm ad partis quærulantis inſtantiam incuſari debuerat,non autem ad Fiſci, ſicut idem Foll.in d. tit.accuſ.contum.nu.15. tradit,& meliùs Bart.de Capua in Conſt. Pęnam eorum,& dato,ꝙ etiam Fiſco cōpeteret,debebat ēt vltima incuſari,vt cōſuetū eſt in Regno,ſicut dixi,quanquàm ex parte Fiſci replicatū eſſet circà ordinem citādi,ſatis eſſe

fuiſſe citatum, eò quia contumax ſatis dicitur, qui per hanc pragmaticā vocatus infrà terminū ab ea ſtatutum nō compareret, Carauit.in prag.4.n.25.de exul.& dùm habemus effectum, non curamus de modo, nec obſtat arctatio termini præfixi 4.dierū, nàm ſic lex mandat, & ſic ſeruanda, quamuis dura ſit, l.proſpexit, ff.qui, vel à quibus, inſupèr de nullitate citationis agnatorum cōtra formam traditā per Franch.dec.514.quę in caſu tali verificabatur nulla paritèr ratio habēda erat, eò quia poſt citationem dicti agnati comparuerunt, vt ibi Franch. ſubnectit, n.4.8.& 9. & demùm non obſtat, quòd contumacia incuſata fuerat per Fiſcum, cū Fiſcus teneat locum accuſatoris, Caraui.in rit.20.n.1. & nunquàm in mora conſtituitur in incuſandis contumacijs, d.prag.5.§.2.de citat. ijs omnibus benè perpenſis negari nō poterat, citationem ipſam nō fuiſſe ritè, & rectè factam in forma ſolita, ob quod redditur nulla, Vāt.in tract.de nullit.rub.de nullit. ex def.cit.nu.75.ſolitum eſt citari reum ad informandū, deindè ad capitula, poſtmodùm ad foriudicandum, incuſatis prius cōtumacijs, vt latiùs per Foller.in rubr.vel eos ver.cit.fac.in rub.accuſ.cōtum.rub.banniantur, & rub.foriudicentur; præterea dùm eadem pragmatica hoc nō præcipiat faciendi citationem ſic vnitam, ſed tantùm ſimplicē cum dicto termino, quo elapſo pro veris cōtumacibus, & foriudicatis haberi voluit, ac ſi per ſententiā fuiſſent declarati, forma ipſa ſeruanda erit, quæ erat ſubſtantialis; nam forma à ſtatuto in dubio cēſetur ſubſtantialis, idē Vant.in d.tract.rubr. de nullit.ex deſ.proc.ac ſolem.ſent. n.54.& dùm fuerit talis forma omiſſa, actus ſequēs nullus redditur, Carauí.in rit.44.n.5.Prætereà & cōtumacia prima incuſata à Fiſco poſt citationem ipſam ſic expeditā, ex quo accuſari debuerat prius poſt citationē ad informandū, paritèr inualida iudicatur, eò quia incuſatio cōtumaciæ non ſeruato ordine iuris erit nulla, Gramm.conſ.ctim.37.n.4. & facillimè ſententia foriudicationis ex tali defectu irritari debet, de quo per eundem Franch.dec.773. quinimmò facta relatione per benemeritū Auditorem dictæ Reg. Aud. Franciſcū Anton. Salinas meū conſobrinū de anno 1613.deciſum fuit, quòd ſuſpēſa exequutione ſentētiæ foriudicationis audiatur inquiſitus, & ſic ab eo audiui, *D.Reg.Merlin. controu.forenſ.c.47.in fin.vbi contra iſtam deciſionem per me relatam irruere videtur, dùm Coſentiæ cōmorabar, eo quia nō poteram ſecretam deciſionis cauſam perpendere, quod non debet admirari, dùm meus conſobrinus erat illius Audiētiæ Auditor, à quo omnia percepi.* Io.Bapt.de Thoro.

Sententia lata contra aliquē, qui lite pendente effectus fuit Monacus, & profeſſus, an dicatur nulla, concurrente etiam defectu mandati procuratorij nō alitèr in actis præſentati, nec intimato mandato de parēdo perſonalitèr, ſed domi, eiuſq; vigore exequutio in certis bonis facta fuerat, ità vt ſtatibus allegatis nullitatibus retractari poſſit, & ſucceſſiuè reſtitutio exequutionis bonorū exequutorū, intentato iudicio in S.C.per Calideniam de Ruggerio contra Bartolū, & Fabiū de Sanctoblaſio pro aliquibus eorum creditis lite pendēte dictus Fabius Religionē S.Frāciſci de Paula ingreſſus fuit, ibiq. profeſſionem conſuetam perfecit, ſe F.Iſidorum nuncupando, indè Generalis creatus, & cū fuiſſet prolata ſententia in fauorem actorū contra dictos de Sanctoblaſio, cuius vigore poſt intimationē mandati de parendo domi exequi fecerunt ſuper nonnullis bonis, indè cōparentibus Lucretia de Sāctoblaſio ſorore dicti Fabij, & donatariæ ipſius, & Mario Caputo eius viro aduerſus ſententiā prædictā, allegando, eam in iure non ſubſiſtere, & eſſe nullā, & ſic nullam declarari, qua declaratione facta reſtitutionē bonorū exequutorum fieri debere, tres principalitèr proponētibus nullitatibus. Et primò, ex quo ſententia erat lata contra Monacū iàm profeſſū dictæ Religionis, & ſicuti ſententia contra mortuum lata eſt ipſo iure nulla, Sebaſt.Vant.in tract.de nullit. tit.de nullit. ex def.iuriſd.n.106.etiam ſi eſſēt in fauorē ipſius, Balb.dec.17. Put.dec.186.p.2. Andr.Gayl. pract. obſeru.lib.2.obſeru.109.n.4.Minſyng.cent.1.obſeru.85.Ric.coll.1362.& ſic demùm deciſū refert Franch.dec.245.ità paritèr contra Monacum, qui dicitur mortuus quòad Mundū, Bart.in l.patre, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien.iur. Bal.in auth.excipitur, C.de bon.matern.Card.in clem.ſtatutū 2.q. de elect. Feli.in c.reſcriptum, de iure iur. Anchar. conſ.443.n.2.Carol.de Graſſ.de effect.cleric. 2.effect.n.463.& potiſſimùm iſti Monaci Mendicantiū Ordinis Minimorū S.Franciſci, qui ſunt incapaces ſucceſsionū, de quibus loqtur Pariſ. in cap. in præſentia, n.174.de prob.vbi nu.188.verſ.tu in iſta veritate ſubnectit, eos penitùs pro mortuis haberi huic Mundo, quē citat Paſch. de vir.patr. pot.p.1.c.3.n.62.& 63.quāuis tùm id potiùs ciuilitèr, nō naturalitèr intelligatur, & ſucceſſiuè mortis appellatione nunquā continetur ciuilis, quando ciuilis non habet eundem effectum, quem naturalis, Ann. in alleg.135.nu.4. attamen ſaltim ex defectu iuriſdictionis ſentētia ipſa nulla redditur, ſicuti Iudex ſecularis inter clericos iudicare non poteſt, de quo per Vant.de nullit.rub.de nullit. ex defect.iuriſd.n.101.nā tunc ſentēia eſſet ipſo iure nulla, latè Carol.de Graſſ.d.tract.effect.1.n.350. & ſeq.multò fortiùs in Monaco, qui nequit ſtare in iudicio abſq; licentia Abbatis, Nepos de Mōte Alb.in tract.de excep.in rub.de excep.cōtra actorem, verſ.item Monacus, hoc tamen procederet, quando notū eſſet Iudici, cōuentos eſſe Religioſos ab initio litis; ſed quid ſi intentata lite contra laicos, qui ea pendente effecti eſſent Clerici, vel Monaci, an primęuus Iudex laicus, vel Eccleſiaſticus cognoſcere poſsit, reperi iſtā quæſtionē punctualitèr tactā vltrà Oldr.conſ.4.Io.And.ad Spec. tit. de oblig. ad ration.cum apoſt. ibi plures DD. citantē, vbi concludit, eſſe remittendū ad Iudicē Eccleſiaſticū, & potiſsimū quòad diſtrictionem perſonalē, vbi ſub n.5. in fine ſubnectit formalia verba, quæ dicta ſunt procedunt in Monaco, ſaluo, quòd in eo deſenſio ſpectat ad Monaſterium, nàm licèt per caracterem plus habet ordo, quàm profeſsio, cap.placuit, de conuerſ.coniug.cap.fi.de Sacram.non reit.tamen eo reſpectu, quòd profeſſus Mundo mortuus eſt, & plura promittit, &c. & n.6.inquit, hoc putat Bar.verum in ijs, qui ex toto efficiuntur Religioſi, ità quòd Profeſsi ſunt, &c. Vant.de nullit.rubr.de nullit. ex defect. inhabil. &c.n.47.vt in caſu præmiſſo; nam Monachus non dicitur infrà annum probationis, latè Philipp. Paſchal.de vit.pat.poteſt.par.1.c.3.nu.82.& circa

hoc

hoc conſiderandum eſſe arbittor pro validitate, & inualiditate ſententiæ, erenim ſi poſt ſententiæ prolationem laicus efficeretur clericus, vt in caſu Franch. deciſ. 109. & in Monaco profeſſo ab eodemmet relato in deciſ. 384. in quibus apparet deciſum, nè ſententia eluſoria redderetur, in criminalibus potiſſimùm remiſſam fuiſſe cauſam Eccleſiaſtico Iudici quòad diſtrictionem perſonalem, ſic paritèr in ciuilibus deciſum refert deciſ. 656. quòad diſtrictionem perſonalem, quò verò ad bona fuit proceſſum in Magna Curia, & ſic ſententia valida iudicaretur, quia poſt ejus prolationem contingerat mutatio ſtatus, ſed antè prolationem ſecus eſſe videtur, indè laicus, qui eſt obligatus per publicum inſtrumentum, ſi efficiatur clericus, exequutio ipſius petenda erit corám Iudice Eccleſiaſtico, iuxtà communem opinionem, de qua per Carol. de Craſſ. in dicto tract. eſfect. 1. num. 1250. cum ſeq. multò fortius in Monaco, qui, vt dixi, pro mortuo habetur, & potiſſimùm quòad actus ciuiles, l. Deo nobis, C. de Epiſcop. & Cleric. Villal. inter commun. opin. tit. de regular. & tranſ. ad relig. num. 5. ſententia autem cùm ſit de jure ciuili, Ann. in repet. c. 1. num. 200. de vaſall. decrep. ætat. meritò cadere non poteſt in Monaco, & ſic nulla iudicanda erit. Secunda autem nullitas propoſita erat, quòd non fuerat intimatum mandatum de parendo perſonalitèr cõuentis, ſed domi; eſt verum, quòd ſententiæ Sacri Conſilij non intimantur, Maut. jun. in alleg. 100. num. 3. ſed fit communitèr quodam præceptum de parendo, vt dixit Fuſc. ſing. 28. lit. S. quod mãdatum de parendo nuncuparur, & dùmtaxat in S.C. ſeruatur, non in alijs Curijs, & poſt Carau. & Afflit. tradit eos citando Muſcat. in prax. S.C. lib. 2. p. 1. gloſ. demandatur, n. 16. & 32. & iſtud intimatur reo, nec curandum eſt, ſi perſonalitèr, vel domi notificetur, ideò ceſſat nullitas prædicta: Sed tertia nullitas multum vrgere videbatur ex defectu mandati procuratorij conuentorum, non alitèr in actis exhibiti, & ità proceſſum cum procuratore, de quo non apparebat mandatum, & ſic nullitèr, ad hoc enim vt ſententia lata contra procuratorem præiudicet Domino, neceſſe eſt, quòd oſtendatur de mandato procuratoris, Aret. conſ. 110. num. 1. & ſi non conſtaret in actis, corruerent omnia, & iudicium nullum redderetur retrò, ità Vant. in dicto tract. & rubr. de nullitat. ex defect. inhab. & c. nu. 59. verſ transſeamus ad ſecundum, cum ſeq. immò & fortius ſi in actis mandatum ineſſet, adhùc per tranſitum Monaci ad Religionem, tacitè reuocatum cenſeri, dixit idem Vant. in dicto tract. & rubr. n. 175. ijs tandèm propoſitis nullitatibus concludi videtur, omninò ſentẽtiam fore reſcindendam, & ſucceſsiuè reſtituendam exequutionem factam inſcio hærede, ſeù donatario Monaci, vt conſuetum eſt obſeruari in ſententijs latis contra mortuum citari hæredes, ſicuti multis deciſionibus comprobat Ricc. in dicta collect. 1362. & iudicium transferri in hæredes, vt dixit Franch. dec. 245. in fin. vbi punctualis caſus traditur de duabus ſororibus conuentis, & ſentẽtia lata contra eas, quarum vna mortua erat lite pendente, & fuit per Sacrum Conſilium declarata nulla, verùm fore procedendum ad expeditionem cauſæ ex eiſdem actis, & proceſſu, ſic paritèr in præſenti cauſa ad relationem Regij Conſiliarij Alphonſi Ximenez deciſum fuit per Sacrum Cõſilium poſt inualiditatem ſententiæ reſtituta fuiſſe actoribus omnia bona exequuta, penès Scacciauentum Actorum Magiſtrum Sacri Conſilij de anno 1596. vt habui ab Auguſtino Caputo I.C. Coſentino. Poſt hæc reperi Matth. Brun. in tract. de ceſſion. bonor. 4. quæſt. principali, nu. 7. dicentem, quòd ſeruus, aut Monacus ſi cõdemnati fuerint ex ſententia, non obligantur, nec exequutionem, quæ fit in cauſa iudicati patiuntur. Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Sententia lata contra mortuos, & viuos conuentos an ſit nulla, ità vt eius exequutio impediri poſsit ad inſtantiam viuentium conuentorum, deciſum fuit per Sacrum Conſilium referente tunc Regio Conſiliario Horatio Marcheſio eſſe ſuperſedendũ in exequutione reſpectu omnium, die 9. Aprilis 1590. in cauſa Portiæ de Lauro contra Tiberium, & alios de Lauro, penès Ciuitellam Actorũ Magiſtrũ, D. Camill. de Laratha in conſ. 17. quòd ſententia.

Sententia forindicationis ſi ſit lecta lata Curia pro Tribunali ſedẽte, vt conſuetum eſt ſeruari, ſi poſt eius lecturam adhùc Iudice pro Tribunali ſedente fuerit fortè per rei agnatum præſentata ſupplicatio grauaminis verbi faciendi cum ſolita clauſula illa, dummodò non fuerit lecta lata, an ſuperſederi debeat in exequutione ipſius, Reg. Scipio Rouitus doctiſsimus I.C. in rubr. de ſentent. forjudic. à nu. 36. ad fin. quæſtionem ipſam ad partes diſputando non refert deciſionem, ſed tantùm concludit, eſſe ſupplicanti cõſulendum, vt cautelatè procedẽdo in ſimilibus reſtitutionem in integrũ petat, non autẽ per viam appellationis, eiuſq; opinionem fundat in ratione text. l. Diuus Antoninus, ff. de in integr. reſtit. vox preconis exaudita non eſt, ad quod addo tex. ſingularem in §. ſi verò cauſam, in auth. de litigioſis, ibi vocem preconum pauci poſſunt, qui præſentes inueniuntur audire, tacitè enim annuendo opinioni, vt admitti poſsit ſupplicatio ipſa, ſic re integra præſentata, & ideò vltrà adducta per eum allego Manſuet. in ſua prax. in tit. de contumacia, in princ. verſ. itẽ verus, vbi formalitèr dixit, item verus cõtumax eſt, qui inuentus perſonalitèr dixit, ſe non venire ad iudicium, ſi lata ſententia contra eum veniat Iudice ſedente pro Tribunali admittitur ad appellandũ, per text. in l. 1. & l. diuus, ff. de reſtit. in integr. nec iterùm adiornandus, vt ponit gloſ. in l. fin. eod. tit. & etiam cito Mãtuam in apopth. 146. in 2. p. aliàs 646. incip. Iudex præcipiti, vbi in fortioribus terminis concludit, Iudice præcipiti feſtinatione, & prærèr ſolitum à Tribunali diſcedente, reum illicò comparentem, non per hoc contumacem dici poſſe, per tex. d. l. diuus, & l. ſi cùm ipſe, vbi Bal. in fin. ff. de excuſat. tutor. quod dictum ſatis commendat Sicul. in c. ad noſtram, in 3. col. de cõſuet. ſicquè deciſum fertur in Sacr. Reg. Conſil. iunctis omnibus Conſiliarijs quatuor aularum, vt ſupplicatio eo caſu reciperetur, & conſequentèr fuit ſuperſeſſa ſententia ipſa, penès Secretarium; de anno 1615. in cauſa Regij Fiſci cum .... Poſt hæc reperi ad hoc punctualem doctrinam Cauẽſ. in ritu 119. ſub num. 9. verſ. & etiam ſi habitus. Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Sententia conceſſionis dilationis quinquennalis ad inſtantiam creditorum concurrentium in beneficium debitoris contra non concurrentes an poſſit retractari ad inſtantiam vnius ex creditoribus non concurrentibus ex cauſa penſionis domus, ſi tranſitum fecerit in rem iudicatam, videbatur dicendũ, quòd non, adeò quod ſententiæ, ſiuè iuſtæ, ſiuè iniuſtæ, ſicut rei iudicatæ ſtandum erit, poſtquàm non eſt appellatum, Alexan.conſ.30. nu.18.lib.5. & proptereà amplius pars non debet audiri, Idẽ conſ.147.num.8.lib.6.nam ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, inducit notorium, Idem conſ.33.nu.8.lib.1.& pro veritate habetur, Idem conſ.93.n.5.lib.6.ſed contrarium veritati adhæret, etenim exiſtẽte lege municipali huius Regni, qua cautum appatet, præſertim contrà creditores ex cauſa penſionum domorum, non debere concedi has dilationes, vt in prag.1.de ceſſion.bon. & ſic alias deciſum retuli in verb.dilatio, quò fit, vt ſentẽtia lata contra legem expreſſam, nulla ſit, Mart.vot.46.n.6.ſimiliter ſi ſententia contineret errorem iuris municipalis, non valeret, Alexand. conſ.210. num.4. lib.2. indè ſententia nulla non tranſit in rem iudicatam, nec meretur exequutionem, Iac.Machell. patrocin.1.num.22. Nec obſtat, quòd ſententia cùm ſit indiuidua, vt dixit Cauait.in rit.257.nu.9.præiudicaret cæteris creditoribus non concurrentibus, ſi reſcinderetur, nã tot ſunt ſententiæ, quot ſunt articuli in ſententia, Alexand. de Neuo inter conſil.crim.diuerſ.conſ. 85.num.3.par.1.indè ſententia dicitur habere capitula ſeparata ex diuerſitate actionũ, & libellorum, Ann.alleg.136.n.1.ſimilitèr & exceptionum, idcircò non obſtat reſciſſio ipſius alijs, ſed dùmtaxat reſpectu excipientis, quinimmò facto verbo in Magna Curia Vicariæ per Eruditum Iudicem illius D.Flaminium de Conſtantio, deciſum fuit, quòd debitor non gaudeat, & interpoſita appellatione ad Sacrum Regium Conſilium ad relationem tunc Regij Conſiliarij Ioannis Ruiz de Valdiuieſſo confirmata fuit ſententia eiuſdem Magnæ Curiæ in cauſa Creditorum Auelli de Rocco, in Banca de Turino in anno 1612. Io.Baptiſta de Thoro I.C.

Sententia an exequi poſſit in partem aliquæ quãtitatis pendente liquidatione calculi, ſi ex alijs calculis apparet, actorem in omnem caſum eſſe creditorem, vidi notatum in fragmentis allegationum q.mei patrui Fabij de Falco f.296.à ter. in 3. vol.hæc formalia verba; quotidiè practicari videmus, quòd S.C.incipit cognoſcere ex calculis factis ſuper liquidatione facienda pro exequutione ſententiæ S.C.actorem in omnem caſum eſſe creditorem pro aliqua ſumma, licèt reus nõ fateatur certam ſummam, ſolet nihilominùs S.C. arbitrari aliquã ſummam ſibi melius viſam, pro qua mandat pro nunc exequi ſententiã, nec nõ quòd procedatur ad diſcuſſionem calculi, & ità in cauſa illorum de Cecere obſeruauit S.C.in cauſa illorum de Coppula, & nouiſſimè in cauſa Marchioniſſæ Galatulæ cum D.Victoria de Oria, referente D. Pareja Regio Conſiliario, iunctis aulis, hæc ille, & ad hoc videtur facere conſimilis deciſ. Præſid.de Franch.141.vbi in fine. Thoro.

Sententiæ latæ, vna ſuper negotio principali, & alia in cauſa deſertionis an dicãtur conformes; fuit in facto iudicatum, quòd non; Viſill.dec.362.n.4.

Sequeſtrari an poſſint bona delinquentis intuitu officij poſt eius mortem, in tertium poſſeſſorem deuenta ad inſtantiam Fiſci pro pœnis fiſcalibus in crimine repetundarum debitis pendente informatione, quãuis fuiſſent ſequeſtrata, deindè fuerunt diſſequeſtrata in cauſa Nurus, & filiorum q. Caroli Borrelli Iudicis M.C.Siclæ, Anell.Amat. conſ 55.cùm nihil.

Sequeſtratio puellæ nubilis ætatis an fieri debeat, ſi tutor eã matrimonio collocare diſtulerit, immò ad explorãdã voluntatem puellæ circa matrimonium cõtrahendum. Quòad primum eſt clariſſimi iuris diſpoſitione cautum, tutores vti ſuſpectos amouẽdos à cura, ſeu tutela, ſi debitis tẽporibus pupillas matrimonio nõ collocauerint, vt latè proſequitur Crau.conſ.190. lib.1. eũ citat Caualc.in tract.de tut.& cura.poſt n.276. Quòad ſecũdũ extat diſpoſitio tex.in c.cùm locũ, ext.de ſponſ.in fi. ibi mãdamus, quatenus puellam, de cuius matrimonio quæſtio ventilatur, in domo, in qua nihil eã timere oporteat, facias honeſtè teneri, donec prædicta cauſa terminata fuerit, vbi bona gl.ver. nihil & verb.donec, vbi Abb.Felin.Bellem.& cæteri Canoniſt.Franc.Marc.dec.Delphin.70.nu.6. tom.2.& dec.175. nu.11. Quòad primum caput fuit annis proximè elapſis 1609. obſeruatum per Regium Collat.Conſil. in cauſa Fuluiæ de Petro cum Horatio Peruſino, referente Regio à latere Cõſiliario D.Petro de Caſteller, & fuit ſequeſtrata puella in domo Reg.Conſiliarij Xarauæ, pęnès Io.Bapt.de Alexio à mãdatis Scribam, & licèt facto iterùm verbo in Collater.Conſil. ex motu Ill. Proregis puella reſtituta Tutori, remittendo cauſam Sacro Regio Conſilio, tandèm ex ordine ipſius Sacri Conſilij fuit iterùm adulta ſequeſtrata pœnès eundem Regium Conſiliarium Xarauam, referente Regio Conſiliario Ambroſio de Sãcto Iacobo Commiſſario, pœnès Cautorum, & in eadem domo fuit explorata voluntas, cum quo matrimonium contrahere intendebat, concurrentibus nõnullis, & hoc indifferentèr per S.C. obſeruatur, proùt multotiès obſeruari vidi in multis cauſis, & latè per Regentem Rouitum in pragm. 9.de Baron.num.2.vbi tradit deciſionem. Io.Baptiſta de Thoro I.C.

Sequeſtrum factũ à Iudice appellationis lite pendẽte ſuper poſſeſſorio ob timorem armorum an poterit ad inſtantiã poſſeſſoris diſſequeſtrari inſtante alia parte pro exequutione ſẽtẽtiæ; fuit prouiſum quòd ille, qui petit ſequeſtrũ diſſequeſtrari, intrà ſex dies alleget, quarè ſentẽtia lata cõtra eũ non debet mandari exequutioni, & nullitates, vt prouideri poſſit, vbi cõcludit, attento modico tẽpore attentatorum remediũ ceſſare, quandò notoriè conſtaret de non iure petentis reuocationẽ, Afflict. deciſ. 98. Viu.in ſylua commun.opinion. in opin.77.attentata, num.10. Muſcatell.in praxi Sacr.Conſil.lib.2.par.1. gloſ.in forma, num. 41. Ant. Faber in eius Cod.titul. vt lite penden. definition.9.Hercul.in tract.de caut. de non offendend.cap.2.nu.17. Roderic.de ann.reddit. lib.4. quæſt.15.num.32. Lancell.de attent.par.2.cap.4. in 2.ampl.& par.3.cap.24.par.2.cap.12. limit.12. n.3.*Cauagnol dec.Mediol.2.n.6. lib.1. Larrea deciſ. Granat.58. n.1.tom.2.*

Digitized by Google

Sequeſtrum in bonis feudalibus ob mortem feudatarij an fieri poſſit vigore Cap. Regni Ex pręſumptuoſę, exiſtête legitimo ſucceſſore, quamuis ſpurio, ſed legitimato, etiã quòad feuda; concluditur, quòd non, Afflict. dec. 195. Boer. dec. 133. num. 6. Thomas de Marinis de gener. & qual. feud. tit. 3. de feud. ex pact. & prouid. nouo, n. 45. & ſeq. Ricc. collect. dec. 367. Octa. Bammac. in rub. ſi de feud. defun. contr. in 2. q.

Sequeſtrum in bonis feudalibus an fieri poſſit iuxtà Cap. Regni Ex pręſũptuoſę decedête feudatario donante feuda alteri ſine aſſenſu Regio; fuit deciſum, quòd ſic, Affl. dec. 197. Frec. de ſubfeud. lib. 2. in differ. feud. quater. n. 21. Ann. in alleg. 1. n. 37. limitat hanc deciſionem, n. 34. non procedere quãdò pars petens reuocari ſequeſtrum allegaret aſſenſum Regium, & dixerit, illũ non teneri ad exhibendum, Reg. de Pon. in tract. de pot. Pror. tit. 4. §. 6. n. 40. Ric. collect. dec. 367. Bammac. in rubr. ſi de feud. defun. contr. in princ. n. 51. in 2. q. *D. Reg. Conſtant. in l. 1. C. pœn. fiſcal. lib. 10. nu. 155. D. Reg. Capyc. Galeot. tom. 1. controu. 5. n. 35.*

Sequeſtrum rei an ſit faciendum in iudicio poſſeſſorio, nè partes veniant ad arma, fuit practicatum, quòd ſic in S.C. abſq; alia citatione partium, deindè dato termino in cauſa, & viſo loco fuit prouiſum, quòd lite pendente poſſeſſor manuteneatur in poſſeſſione, Vrſill. dec. 351. nu. 5. in fin. licèt Ann. in alleg. 60. n. 6. & 7. referat, in pluribus cauſis fuiſſe deciſum eſſe priùs capiendam informationem, deindè ſequeſtrari, nè partes venirent ad arma, & fieri præceptum partibus, nè accederent ad locum ſequeſtratum.

Sequeſtrum factum ſuper feudo iuxtà diſpoſitionẽ c. Ex pręſumptuoſę an ſit tollendũ, ſi illud emptor emiſſet per duos annos antè mortẽ feudatarij, & illius poſſeſſionem cępiſſet, in qua erat tempore mortis feudatarij, fuit deciſum, quòd poſſeſſio reſtitueretur emptori vnà cum fructibus, ſaluis iuribus Fiſco in petitorio, Ann. in alleg. 1. vbi refert, id bis fuiſſe iudicatum in R.C.S. eum citat Reg. de Pon. conſ. 15. n. 4. vol. 1. Ric. collect. dec. 367.

Sequeſtrũ, quod fit ſuper feudo decedente feudatario, donec inueniatur legitimus ſucceſſor vigore Cap. Regni Ex præſũptuoſæ an locum habeat in ſubfeudo; fuit deciſum, quòd non, Frec. de ſubfeu. lib. 2. in differ. feud. quater. nu. 21. Reg. de Pon. in tract. de pot. Pror. tit. 4. §. 6. nu. 43. vbi refert ſic in Regno practicari in morte Baronum, & aliorum feudatariorum feuda tenentium immediatè, & in capite à Regia Curia, Pet. Garſ. dec. 73.

Sequeſtrum feudi an fieri poſſit mortuo patre, relicto eius filio ſpurio legitimato per reſcriptũ Principis expreſsè ad feuda; fuit deciſum per S.C. eſſe ſequeſtrandum propter dubitationem iuris, nàm adhùc iſti ſucceſſori non poterat dici, legitimato claro, apertoq; iure competere ſucceſsionẽ ad tale feudum, Diomed. Maricon. in add. ad Conſt. Inſtrumentorum robur, inter opera Gramm. n. 28.

Sequeſtrum bonorum an fieri debeat, ſi ineſſet periculum dilapidationis, ità vt ſi fortè actor victoriã cauſæ reportauerit, nõ haberet vndè ſe ſatisfaceret, vel nõ ſufficeret pro ſuo credito, licèt in cauſa Principis Colli aliàs per S.C. fuiſſet determinatũ, fieri poſſe, in cauſa tamen Fabij Caraccioli cum Laudonia Ruffa, & D. Troiano Caracciolo facta relatione per Doctiſsimũ virum Scipionem Rouitum Reg. tunc Conſiliarium die 8. Iulij 1614. iunctis aulis, cũ interuentu Ill. Marchionis S. Angeli Pręſidis S.C. pro expeditione cauſę principalis comparuit D. Flumara ſoror dicti D. Troiani, & dicta Laudonia, & petierũt pro eorũ intereſſe, debere audiri, licèt pro parte dicti, Fabij replicatũ, nõ alitèr debere audiri, & debere fieri ſequeſtrũ iã informatũ, deciſũ fuit, quòd audiãtur infrà imminentes ferias pro omni termino, & interim fiat ſequeſtrum, pœnès Secret. in Banca Carboni, D. Camill. de Laratha conſ. 81. indubitata, *Franc. de Petris conſ. 11. n. 17.*

Seruire an cogi poſsint vaſalli Baronibus annuatim, vel mẽſatim; fuit deciſũ, quòd Barones nullo modo valeant annuatim, vel menſatim ſubditos, nec per hebdomadas, ſed pro occurrentibus ſeruitijs tantùm cogere, Io. Franc. Capibl. in pragm. 16. nu. 41. de Baron. *Nouar. de grau. vaſall. tom. 2. grau. 92. num. 2.*

Seruitia vaſallorum debita Baroni an alteri præſtari debeãt de ordine Baronis; fuit deciſum pluriès, quòd non, Io. Ang. Piſanell. in prag. 1. de ſalar. vaſallorum.

Seruitia per Barones an iniungi poſsint vaſallis etiã in negotijs, & cauſis, pro quibus adeſſet ſuũ particulare vtile, etiam extrà territorium; fuit in S.C. prouiſum pro Barone, qui tàm intrà, quàm extrà territoria valeat ſeruitia iniũgere, ſoluto ſalario, prout inter ciues intrà territorium, & extrà, ſecũdũ taxam pragmaticę, Io Franc. Capibl. in pragm. 16. n. 42. de Baron.

Seruitia an poſsint iniũgi per Barones tã pro negotijs feudi, quàm pro alijs ſuis negotijs; prouiſum fuit pro Baronibus, quòd intrà territoriũ ſoluant vti inter ciues, extrà ad rationem pragmaticæ, verùm repartiantur onera inter Terras pro cõducẽdis victualibus, Io. Franc. Capibl. in prag. 16. n. 48. & 49. de Baron. *Nouarr. de grauam. vaſall. tom. 1. grauam. 89. n. 2.*

Seruitia debita per vaſallos mediãte ſalario an poſſint per ſubſtitutũ adimpleri, vt purà ſi ciues vellent redimere onus ſeruitij aſportandi victualia, & conducere beſtias foraſterias, Barone non permittente; fuit deciſum, licere, Io. Fran. Capibl. in prag. 16. num. 48. & 49. de Baron. *Nouar. de grau. vaſall. to. 1. grau. 89. n. 2.*

Seruitium an probandum ſit, fuiſſe præſtitũ ab Aduocato petẽte ſalarium à ſuo Clientulo; ad hoc vt illud conſequatur, & certè affirmandum eſſe cõcluditur, cùm onus probãdi incumbat ei, qui allegat, Ioſeph Ludou. in ſuis commun. concluſ. titul. de prob. concluſ. vnica, num. 198. quemadmodùm quis tenetur probare, ſe talem, qualem facit, Ricc. dec. 138. p. 2. nu. 4. & in ſpecie dixit Io. de Deo in ſua prax. lib. 5. c. 16. ſub nu. 3. caueat Aduocatus, vt adimpleat, quod promiſit, in tantũ eſt verũ, quòd tale implementum probandum erit, ſed in hoc articulo puto, ſub hac diſtinctione procedi poſſe, aut .n. nulla ſcriptura apparet de promiſſione ſalarij cõſtituti, ſed tãtùm cõuẽtio, ſeù promiſſio verbalis, tunc .n. ſalarium Iudicis officio peteretur, iuxtà diſtinctionẽ Io. de Deo vbi ſup. ſub n. 2. & hoc cõtingit lite pẽdente expoſtulari, vt dixit Minſyng. in ſingul. obſer. cent. 2. obſer. 7. nu. 5. ante .n. litem finitã Iudex prouidere debet de ſalario, ſubnectit

ibi Io. de Deo, adeò quòd lite pendente promiſsio ſalarij non teoet, ſecundùm Spec. in tit. de ſalar. in prin. n. 5. & in hoc nulla alia probatio exquiritur, cùm Iudici ex actis conſtet, ipſum Aduocatum præſtitiſſe, vel & ſecundo modo expoſtulatur ex nudo pacto, inquit ibi Io. de Deo, & hoc lite finita; oam ijs duobus temporibus ſalarium peti contingit, ſicuti teſtatur ibi Specul. eod. num. 5. cùm itaquè ſcriptura promiſſionis deficiat, ſed ſeruitium Iudici ex actis conſtat, & notum ei patet, in cauſa otetènus patrocinaſſe, vel in iure allegaſſe in ſctipiis, hoc tamen ſufficeret ad conſequutionem ſalarij, abſquè alia probatione, ſicq; deciſum fuit, tàm per Magnam Curiam Vicariæ, quàm per Saerum Conſilium in cauſa Nicolai, Ioannis, & Horatij Caſtrucci cum V.I.D. Fabio Capycio Galeota, nunc Proptæſide Reg. Cam. meritiſſimo, qui cùm duas apocas Banci recepiſſet, vnam ſcilicèt duc. 50. & aliam 20. à dictis de Caſtruccio *per altri tanti*, & præueniſſet in Magna Curia, non debere ſoluere penſionem domus ſibi locatæ ab eiſdem de Caſtructio ob creditum dictarum apocarum receptarum pro Aduocatione, & patrocinio præſtito in quadam eorum cauſa, licèt per Magnam Curiam Vicariæ fuiſſet ad relationem Petri Carauitæ illius tunc Iudicis, nunc meritiſſimi Conſiliarij in eius fauorem deciſum, re tamen deducta in Sacro Conſilio, reformando decretum dictæ Magnæ Curiæ cõdemnauit dictum Fabium ad ſoluendum duc. 50. & ab alijs duc. 20. ipſum abſoluit, referente Conſiliario Io. Ruiz de Valdeuieſſo, penès Chiaieſem, ex quo in promptu iurium allegationes illius cauſæ in aula præſentauerat, quæ fuerũt eius labore compilatæ, ſed quia cauſa apodixarum expreſſa erat *per altri tanti*, nec de ſalarij conſtitutione loquebatur, immò verificatum benè pro alia cauſa fuiſſe ſcriptas extrà officium Aduocati, oec alitèr in patrocinio illius cauſæ ſe immiſcuiſſe, ſed tantùm allegaſſe in iure, Sac. Conſil. ipſum condemnauit ad ſolutionem dictorum duc. 50. & in iſta ſalarij taxatione Iudicis arbitrium exigitur, circumſcripta Aduocati facũdia, labore, & cauſarum meritis, vt poſt Spec. & Io. de Deo Carau. in ritu 99. num. 3. & copioſè Maur. iun. in alleg. 97. Aut enim de conſtitutione ſalarij, quæ nec per ſcripturam patet, vel priuatim, vel publicè, tunc certi condictione ageretur, vt ſentit ibi Ioan. de Deo, num. 2. ſed ſi appareret ſcriptura priuata, ageretur ex illius actione, ſi enim eſſet publica, in qua ſtipulatio interceſſit, ſimilitèr per certi cõdictionem ageretur, Specul. dicto titul. de ſalar. §. 3. num. 4. & lib. 4. titul. de Magiſtris, num. 5. & in hoc caſu nulla probatio exequi debet de ſeruitij præſtatione, hinc ſingularitèr dixit Ioan. de Deo vbi ſuprà num. 10. quòd Aduocatus debet ſibi conſulere cum ſcriptura circa ſalarium, adeò quòd ſi per ipſum non ſtetit defendere, totum ſalarium petere poteſt, l. qui operas, §. 1. ff. locat. l. 1. §. diuus, ff. de var. cogn. & l. aduocationis, C. de condit. ob cauſam, & alia allegata per gloſ. in l. ſi vno, §. item cùm quidam, verſ. cùm autem, quod, ff. locat. Io. de Deo ibidem, num. 4. Specul. ibidem, num. 9. & in §. 3. in princ. incip. ſequitur de Aduocatorum ſalario, num. 10. dixit hæc verba videlicèt: Vndè ſi aliqua ſint promiſſa, ei teneretur promiſſor, etiam ſi non defendat, dummodò non per Aduocatum, ſed per Cliẽtulum ſtet, quominus patrocinetur, idemq; dixerat Azo in ſumma, titul. de ſuffragio, num. 4. ijs verbis, item petitur ſalarium, cùm præſtitum eſt patrocinium, vel per Aduocatum non ſteterit, & illud eſt priuilegium Aduocatorum, inquit gloſ. vlt. in l. poſt duos, C. de Aduoc. diuer. iud. quam ſequitur ibi Alber. & ſic deciſum tradidi ſuprà in verb. ſalarium, nec aliqua ſeruitij probatio incũbit Aduocato, exiſtente ſcriptura conſtitutionis ſalarij, ſicquè nouiſſimè iudicatum fuit in cauſa Doctoris Michaelis Zappulli mei coniuncti cum Duce Magdaloni, referente Iudice Loctetio, penès Lanzettam die 11. Iuoij 1619. nàm præſentatis tribus apocis Banci ſolutionum factarum per dictum Ducem duc. 24. annuorum pro ſolita prouiſione ratione aduocationis ꝑ annis 1610. 1611. 1612. pro annis verò ſequentibus 1613. & 1614. fuit condemnatus Dux ad ſoluendum duc. 48. nàm debebat eum licentiare, vt ſic ipſe Aduocatus nõ prohibitus eſſet pro alijs aduerſus Ducem patrocinari in alijs cauſis fortè occurrendis, & tali occaſione omiſſis, vndè ex ijs deciſiones allegatæ iure optimo proceſſiſſe cenſeo, ſaluo, &c. ſed ſi eſſet apoca facta Aduocato pro ſuo ſalario, non ſufficeret, niſi de ſalario probatum fuerit, & ſic deciſum retuli ſuprà eodem verb. apoca. Io. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Seruitus, nè luminibus officiatur an competat vicino habenti feneſtram ſuper ſolo vicini lõgo tempòre ædificata in pariete diuiſorio, ità vt cẽſeatur præſcripſiſſe ſeruitutem ipſam, ob quod vicino ædificare volenti prohiberi poſſit, ne luminibus officiat, pro ædificare volente aduerſus vicinum prohibentem hæc infraſcripta in iure allegata fuerunt per doctiſſimum virum Michaelem Zappullum I.C. meum obſeruandiſsimum coniunctum, Aduocatum D. Franciſci Patigni I.C. Neap. Dùm in proprio ſolo D. Franciſcus Patignus ædificat, pulſatur à vicino, vt deſiſtar à fabrica, ne luminibus eius officiat, aduerſus quam prætenſionem opponit D. Franciſcus legem Vulpiaoi in titul. de ſeruitut. diceotis, cum eo, qui tollendo obſcurat vicini ædes, quibus non ſeruiat, nulla competit actio, replicat aduerſarius, ſibi deberi ſeruitutem, ne luminibus officiatur, de poſſeſsione cuius ſeruitutis demonſtrat feneſtram exiſtentem in muro diuiſorio, per quam aſpectum habet in prædicto ſolo, & dicit, hanc ſeruitutem præſcripſiſſe per lõgi temporis ſpatium. Huic replicationi opponit D. Franciſcus Conſuetudinem huius Ciuitatis, incipient. Vbi aliquis, ſub titulo de apertur. non faciend. vbi prohibetur, fieri feneſtras in muro diuiſorio, opponit etiam duas alias Conſuetudines eiuſdem tituli, vnam incipient. Contra habentem, & aliam incip. Amplius ſi in inſtrumento, in quibus iuribus tollitur præſcriptio poſsidentibus ſimiles feneſtras abſquè cantonibus, vel ferriatis, prout eſt iſta, & ſic per Magnam Curiam Vicariæ viſa facie loci fuit prouiſum, quòd liceat prædicto D. Franciſco ædificare lite pendente, præſtita priùs cautione de demoliendo, in caſu, quo ſic fuerit iudicatum, ab hoc decreto appellauit aduerſarius ad Sacrum Regium Conſilium, per quod prouidendum eſt, benè iudicatum ex ſupradictis, & infrà dicendis, ad-

uer-

uerſarius vidēs prædictas Conſuetudines, ex quibus tollitur præſcriptio, conatur illas limitare, vnam ſcilicet, vt loquatur, quando feneſtra fit ſuprà Caſaleum, & aliam, quando fit in domo anteà diuiſa, mediante inſtrumento diuiſionis, in quo inſtrumento non fit mentio de ipſa feneſtra, ſed hæ duæ limitationes faciunt ad hunc caſum: nam hæc feneſtra facta eſt ſuprà quaſdam maceries antiquæ fabricæ, ſeù hortum ipſius D.Franc. qui locus deterior eſt Caſaleno, & ſi Conſuetudo tollit præſcriptionem aeris Caſaleni: fortè, quia Dominus non habitat, & præſumitur non aduertiſſe ad talem feneſtram, eadem eſt ratio de hoc deſerto loco, inſupèr dùm alia Conſuetudo tollit præſcriptionem inter duos habitantes domum olim vnitam, & poſteà diuiſam, cuius diuiſionis inſtrumentum nullam facit de feneſtra mentionem, eadem ratione tollitur hæc preſcriptio inter iſtos duos poſſeſſores domus, quæ olim fuit vnius Domini, nunc autem diuiſa, ac vendita duobus, nulla exiſtente mentione de prædicta feneſtra, vel ſeruitute aliqua: præterea dictæ limitationes non ſunt ſibi tutæ, nam ratio Conſuetudinis eſt generalis, licèt per facti narrationem de caſibus communitèr accidētibus fiat illa exemplificatio, hinc inoleuit communis practica in Tribunalibus huius Ciuitatis, quòd ſtatim ad omnem requiſitionem vicini mandatur, vt claudantur ſimiles feneſtræ, etiam antiquæ, & diù toleratę, & hoc non ſolùm virtute prædictarum duarum Conſuetudinum excludētium præſcriptionem, ſed etiam de iure communi, nam huiuſmodi feneſtræ factæ contra expreſſum tenorem prædictæ Conſuetud. incip. Vbi aliquis non ſunt tolerandæ lite pendente, tanquàm habentes iuris repugnantiam, cap. cùm perſonæ, de priuil. in 6. & plenè per gloſ. in cap. 1. de præſcript. eod. lib. 6. Præterea aduerſarius non demonſtrat in promptu, nec demonſtrare poteſt eius poſſeſſionem, ſeù quaſi poſſeſſionem prætenſæ ſeruitutis, nam Bart. in l. 1. § hoc interdicto, num. 10. ff. de itin. act. priu. & in l. 2. num. 8. C. de ſeruit. & aqua dicit, quòd poſſeſſio incorporalium non eſt aliud, niſi patientia aduerſarij, l. quotiès, ff. de ſeruit. & ideò ſequitur, quòd ille, qui ignorat, non poteſt pati, & ſic ille, qui vtitur non poteſt dici eſſe in quaſi poſſeſſione, hinc ſubdit idem Bart. in d. § hoc interdicto, num. 12. quòd actor debet probare dictam ſcientiam, & patientiam, & in l. ſeruitutes, la terza in fine dicit hæc verba, & ideò ſis cautus facere articulum, quòd ille aduerſarius vſus eſt ſciente, & patiente Domino, nam ſi Dominus ignoraret, non procederet præſcriptio, quaſi deficiente poſſeſſione, & in d. l. 2. num. 9. ſubdit, quòd hæc patientia non poteſt eſſe, niſi duobus concurrentibus, quòd ego vtor, & ipſe ſciat, Paul. de Caſtr. in l. 1. C. de ſeruit. num. 2. declarando verba illius legis dicit, ideſt aduerſario prohibente clauſula, ideſt aduerſario ignotante, precario, ideſt aduerſario concedente ad eius beneplacitum, Bald. ibi num. 5. dicit, quòd impoſsibile eſt, vt poſſeſsio quæratur ſine patientia aduerſarij, quem ſequitur ibi Angel. num. 3. ad confirmationem prædictorum dicit Aret. in §. 1. Inſt. de reb. corp. num. 1. quòd non probata ſcientia aduerſarij, non poteſt induci patientia, & ſic neque poſſeſsio præſcribendi, cùmque non eſt probata ſcientia, & patientia aduerſarij, ſequitur quòd nulla ex aduerſo adeſt poſſeſſio prætenſæ ſeruitutis, & ſic non eſt turbandus D. Franciſcus in ſuo ædificare. Vltetiùs ad hoc facere videtur tex. in l. per fundum, ff. de ſeruit. ruſt. præd. vbi diſponitur, quòd quando exquiritur conſenſus plurium, vel ſingulorum, poteſt ſeparatim adhiberi, & ità ſi plures habeut fundum communem, ſi volo mihi acquirere per fundum illum ſeruitutem, quilibet concedere debet, alioquin ſi vnus concedit mihi, alij poſſunt me prohibere, vt gloſ. ſubdit, & facit optimum conſ. Alex. 174. lib. 2. incip. opportunè, qui loquitur in terminis noſtris, vt liceat vicino murum nouum conſtruere iuxtà dictum alium murum communem, etiam ſi per dictum murum nouum ſequatur clauſura feneſtrarum, ſeù obſcuratio luminum dictorum vicinorum, quod quidèm conſ. duplicatur in 6. vol. cōſ. 9. ego autem addo prædictis Cepoll. in tract. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 62. in tit. de feneſtra, nu. 5. vbi concludit, poſſe vicinum ædificare in communi pariete, etiam obſcurando feneſtras vicini, ipſo inuito, & ſingularitèr Andr. Gayl. pract. obſeruat. lib. 2. obſeru. 69. incip. regularitèr, quò verò ad præſcribendam ſeruitutem, quòd requiratur probatio vſus ſciente, & patiente aduerſario, videndus erit Balb. in tract. de præſcript. in 2. par. 4. part. princ. quæſt. 1. num. 12. & ità deciſum fuit per Sacr. Reg. Conſil. confirmando ſententiam Magn. Cur. Vicar. facta relatione de prædictis per Reg. tunc Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium D. Didacum de Vera è Prado in aula circumſpecti olim Præſidis Sacr. Reg. Conſil. D. Petri de Vera ab Aragonia, præuio acceſſu totius Aulæ ſuper faciem loci, in cauſa vertente inter dictum D. Franciſcum Patignum conuentum ex vna, & Lucretiam Caſanouam actricem ex altera, in Banca de Buccerijs, nunc Canalis in M.C.V.

Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Seruitutes omnes domus venditæ prætèr exceptuatas an tollantur, non obſtāte quòd èrant antiquæ, & emptor ſciebat eas, & inſpexiſſet, fuit deciſum, quòd attenta exceptione aliquarum ſeruitutum, illę dùmtaxat remanere debent in horto venditę, aliæ verò ſeruitutes etiam habentes cauſam continuam debēt amoueri, quia fuerat venditus hortus liber prætèr ſeruitutes, & ſic fuit iudicatum contra venditorem, Afflict. in deciſ. 298. cum citat Theſaur. deciſ. Pedemont. 206. n. 2. Aloyſ. de Leo l. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ. num. 7. Alex. Raudenſ. dec. Piſan. 5. num. 8.

Seruus inquiſitus pro offenſionibus factis libero homini an ſit liberandus ſub fideiuſsione; fuit deciſum per Magn. Cur. Vic. quòd non, immò per ſententiam eiuſdem condemnatus ad amputationem manus, Afflict. in Conſtit. Humanitate, num. 57. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 46. num. 8.

Seruus mancipius violentiam homini libero inferens, ac alia ſimilia perpatrans qua pœna ſit plectendus; fuit per Sacr. Conſil. condemnatus ad triremes per quinquennium, attenta longęua biennali carceratione, & partium remiſsionibus, contra ſententiam Mag. Cur. Vic. ipſum ad mortem damnantem, Gramm. dec. 16. Farin. in tit. de delict. & pęn. q. 24. n. 7. Montel. in prax. arb. pat. 4. q. 7. n. 30.

Seruus

Seruus ſi ſit venditus, ſiuè mancipium cum ferro in collo pro pretio conuento inter emptorem, & venditorem, ſi indè repetiatur eſſe fugitiuum an redhibitoria emptor vti poſſit aduerſus venditorem, de hoc expreſsè cauetur ex l.1. §. ſi intelligatur, ff. de ædil. edict. cuius verba ſunt, ſi intelligitur vitium, morbusve mancipij, vt plerùnquè ſignis quibuſdam demonſtrati ſolent vitia, poteſt dici edictum ceſſare, &c. & facit l.ſi tamen, §.ei, qui ſeruum victum vendidit edictum remitti æquum eſt, ff.eod. vbi gloſ. eod. verbo victum ſubnectit, videtur enim eum pronunciare, eum fugiſſe, ideò eum in vinculis habebat, nè fugeret, & hoc quotidiè Neapol. practicatur, dum enim mancipia fugitiua eſſe conſpiciantur Domini ipſorum ſolent ei ferrum in collo, vel in pedibus configere, vel quibuſdam literis in faciem nomen Domini exprimi, aut in carceres conici, ex quibus præſumendum eſt, eos eſſe fugæ vitio deditos, ex quibus emptor regulari poterit ad cognoſcendum, & ſimilitèr in venditione, & emptione cuiuſuis animalis concludit Marcell. Calà de modo articul. quem citaui ſuprà eodem verbo equus, & facit etiam text. in l. ea, quæ, ff.de contrahend.emption. ibi veluti ſi quis hominem luminibus effoſſis emat, & de ſanitate ſtipuletur, ſignatum enim per ſignum cognoſcitur, Boer.conſil.5. num.8. & ſic in contingenti caſu deciſum fuit, redhibitoriæ locum non eſſe, & venditor abſolutus in cauſa Abb. Nardi Antonij Criſconij cum Anello Porpora, referente Regio Conſiliario meritiſsimo Cæſare Alderiſio cauſæ Commiſſario, in Banca..... quod procedere dicitur in fuga tantùm, non in reliquis vitijs, vt dixit Gloſ. d.verbo victum, & ſequitur Maur. ſen.in alleg.73.col.vlt.ad dubium, quod nouiſsimè audio fieri, & ibi optimam facit allegationẽ, ſi citrà ſigna ſeruus venditus ſit, an, & quando emptori teneatur actione redhibitoria, ſi ſeruus eſſet fugitiuus, & quid ſi venditor exprimeret, nolle teneri de fuga, ſed quid ſi fuga non eſſet notabilis, eò quia ſeruus in domum amicorum ſe contuliſſet ad euitandum iram Domini, vltrà Maur.ibi videas Affl.in Conſt.Clementiæ, nu.9. Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Significatoriæ exequutæ an reuideri debeant abſq; alio proceſſu, fuit deciſum, quòd quemadmodùm in proferenda ſignificatoria ſummariè proceditur, procedi debet paritèr in appellatione ſummariè, nec dari terminum in cauſa, Franch. deciſ. 347. meminit Montanar. in pragm.5. §.3. & 4. num.11. & §.fin. in fine, de adminiſtr. Vniuerſit. Capiblanc. in pragm.16. num.60. de Baron. Iul. Cæſar Imbrian. in tract.de primo, & ſecundo beneficio, conſid.4.num.47.& 91. Reg.Rouit.in d. pragm.5.de adminiſtr. Vniuerſit.num.36. Muſcatell.in praxi S.C.lib.2.p.1.gloſ.ſententia, nu.173. Theſaur.lib.2.quæſt.forenſ.q.76.num.16. *Barbat. de aſſiſtent.gloſ.1.n.54.*

Significatoriæ prolatæ per Rationales Baronum an habeant exequutionem paratam, concluditur, quòd non, & ità per eos ſeruato iuris ordine ſi fuerint promulgatæ appellari poterit, & appellatione interpoſita erunt ligatæ manus Iudicis, vt pluriès in Sacro Conſilio iudicatum vidiſſe ait Io. Franc. Capiblanc. in pragm.16. num.63. de Baron. ſed quando ipſis factis ex introitu ſuperante exitum id appareret, quo caſu pars ponens videtur fateri data, & accepta, & in confeſſum nullæ ſunt partes Iudicis, niſi in exequendo, proptereà per Sacr.Conſil.multoties fuit iudicatum, tales ſignificatorias eſſe exequendas, Capiblanc.vbi ſuprà num.64. vide optimè Muſcatell.in praxi S.C. lib.2.p.1.gloſ.ſententia, num.175.& 176.

Silentium perpetuum an imponi debeat, ſi inter duas ſententias cõformes fuerit vna intermedia; fuit deciſum, quòd ſic, Reg.Rouit. in pragm.5. poſt num.1. de offic. Sacr. Conſil. & hoc in Reg. Cam. Summ. & Tapia in annotat. ad pragm.5. ſententias, de offic.Sacr.Conſil.num.14. inquit, etiam fuiſſe practicatum in Sacr.Conſil.in cauſa Marchionis Turris Francoliſij cum Fratribus de Paulutio, vt ſilentium perpetuum imponi poſſit, non ſolùm quando eſſent duæ ſententiæ conformes, ſed etiam quando inter duas conſimiles fuerit alia ſententia contraria prolata.

Simulatio in contractu dationis in ſolutum an ſufficiat verificari per modicitatem pretij cum pacto de retrouendendo tantùm, vt contractus reſcindatur; fuit deciſum, hæc duo ſufficere, ſed tria requiſita eſſe neceſſaria, Vrſill. deciſione 65. num.3.

Sindicari an poſsint Officiales nedùm ad querelã partium, ſed etiam ex officio, fuit deciſum, quòd ſic, Reg.Rouit.in pragm.5. §.item, vt Officiales, de offic.Iud.& in pragm.1. num.7.de ſindic.Official.

Sindicatus ab Officiale præſtitus, & ab eo inde liberatus ſemel per ſententiam Sindicatorum an iterùm præſtari debeat, etiam per viam inquiſitionis, deciſum fuit affirmatiuè per Collat.Conſil. de quo per Reg.de Ponte deciſ.26.qui nu.22.ponit deciſionem, quem nouiſsimè ſequitur articulum examinando Marius Muta deciſ. Sicil.5. vt ſuprà eod.verbo inquiſitio, & de hoc amplius dubitandum non eſt, cùm poſteà fuerit publicata Regia Pragmatica 7.de ſind.offic. vbi mandatur, quòd Officiales omnes, etiam poſt redditum ſindicatum, & obtentas literas liberatoriales poſsint à quocunquè Tribunali inquiri, etiam ex officio de malè geſtis in officio, non tamen cognitis in ſindicatu præſtito. Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Sindici Terrarum Regni ex diſpoſitione Regiæ nouellæ pragmaticæ Comitis Lemenſium, ſituata in tit.de commiſſ.in pragm.8. *§.& per facilitar* expreſsè prohibentur aliquid diſponere de pecunia Vniuerſitatis ex affictibus gabellarum peruenta ad alium effectum, quàm pro ſoluendis fiſcalibus, & debitis priuatis, & ità quoquè inhibitum eſt Affictatoribus, & Gabellotis, & Capſerijs ſoluere ſub pœnis in ea contentis, an autem ſubſiſtente cauſa neceſſaria, hoc eſt pro ſalarijs Aduocatorum, Procuratorum, Cancellariorum, Porteriorum, pro accommodatione Viarum, Fontium, Horologiorum, & aliorum ſimilium poſsint de aliquo diſponere, ſi introitus Vniuerſitatis nõ ſufficerent pro ſoluendis fiſcalibus, eſt verum quòd Sindici vt habeant pecuniam pro publicis neceſsitatibus poſſunt imponere collectã, ex notatis per Boer.dec.60. quem ſequitur Montanar. in pragm.2.n.169 de admin.vniuerſ.& in pragm. 5.§.19.num.6. & in terminis iſtis punctualitèr

tradit

tradit Zappull. in d.pragm.5.§.14.num.24. & 25. quòd pro reparatione murorum, pontium, fontium, viarum, & aliarum neceſſitatum, ſi non haberet introitus explicitos, vel alium modum quærendi, licitum erit collectas imponere, ſed talis impoſitio fieri non poteſt abſquè Regio aſſenſu, vt per Montan. in d.pragm.5.§.6. ſub num.20. ſic paritèr diſponere de pecunia Vniuerſitatis, fiſcalibus, & alijs creditoribus aſſignata ſine Regio beneplacito, non obſtante cauſa neceſſaria, obſtãte dicta Regia pragmatica, & proindè porrecto memoriali Suæ Excellentiæ pro parte Ciuitatis Coſentiæ petentis prorogationem exactionum, & licere de ſumma ducatorũ 9000. ex affictibus peruentorum fiſcalibus, alijsvè debitis aſſignatorum diſponere de duc.2000. pro cauſis allegatis, facta relatione in Collaterali Conſilio deciſum fuit, licere dictæ Ciuitati exactionem gabellarum prorogare, & gabellas affictare cum debitis ſollemnitatibus nec non pro neceſſitatibus allegatis de pecunia dicti affictus gabellarum accipere annuos ducatos 1500. & illos expendere pro cauſis expreſſis in memoriali per annos quinque die 20. Martij 1618. penès Vitalianum à mandatis Scribam, ſub partocinio Auguſtini Caputi V.I.D. Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Sindicus Ciuitatis an poſſit refirmari pro alio anno, contradicente Domino Vniuerſitatis; fuit deciſum, quòd de cætero Officiales Vniuerſitatis ſint annales, & refirmari non poſsint Barone reluctante, ſed Sindicus pro illo præſenti anno remaneret, ex quo reluctatio interuenire debet tempore refirmationis, quando Baro non haberet ius confirmandi, Anna in alleg.15. Franch.deciſ.609. num.2 Capiblanc. in pragm.5.num.60.de Baron. Maſtrill. deciſ. Sicil. 188.n.4. *Aug. Caput de regim. Reipubl. cap.12.num.12.*

Sindicus Ciuitatis Neap. electus pro congregatione facienda parlamenti generalis an poſsit vigore eius poteſtatis pro explicatione ipſius, & concluſione mandata facere, fuit in Collat. Conſilio deciſum, quòd ſic in occurrenti caſu relato per Reg. de Ponte deciſ.55. à num.12. cum ſeq.

Sindicus Vniuerſitatis ad cauſam, seù litem conſtitutus an poſsit accuſare teſtes de falſo productos per clericum litigantem ex defectu mandati ſpecialis, licèt per Regiam Audientiam non fuiſſet admiſſus, primò, quia deficiebãt ſolemnia l. libellorum, item in appellatione non fuit interpoſita cauſa grauaminis, ſed quia teſtes ex aduerſo examinati clerici erant, & neceſſè erat eandem cauſam falſitatis remittere ad Iudicem Eccleſiaſticũ, ideò non fuit deciſa, Capyc. deciſ.5. Anton. Gabr. lib.7. de maleficijs, concluſ.9.num.4.& 6. Annibal Troyſ. ritu 269.num.4. Foller. in pragm. fin. num. 12. de compoſit.

Sindicus citatus criminalitèr ob aliquod leue delictum an comparere teneatur, ſi fuerit impeditus ex cauſa adminiſtrationis ſui officij in Ciuitate; cùm fuiſſet citatus ad informandum Io. Baptiſta Caputus Sindicus nobilium Ciuitatis Coſentiæ per Magn. Cur. de vulnere illato in perſonam Titij, & in vltimo peremptorio per ſuum amicum oppoſitum fuiſſet, eſſe abſentem, & degere in Ciuitate Coſentiæ, ſuumquè officium ſindicatus exercere, licèt de proximo finiendum infrà menſes duos, & propterea non poſſe comparere, fuit per Magnam Curiam Vicariæ in anno 1552. deciſum, quòd gaudeat dilatione ſindicatus, vt mihi retulit Doctor Auguſtinus Caputus meus amícus, & hoc credo, iure optimo proceſsiſſe, nàm citatus ſi probet, ſe paratum proficiſci, ſed tamen impeditum eſſe, non erit contumax, ità dixit Luc. in l.3. verſ. ſecundò quæritur, C. de commeatu, lib. 12. & proindè poterit excuſator comparere pro eo, qui eſt abſens cauſa Reipublicæ, vel gerit officium legationis, & allegare eius abſentiam, Afflict. in Conſtitut. Edictorum, ſub num.24. & ita ſtante abſentia, quæ iuſtam cauſam tribuit excuſandi, latè Battand. in praxi crim. reg.8. vltrà alios, & exercitatio officij ſindicatus in Ciuitate, quæ operatur, vt durante officio dicatur abeſſe cauſa Reipublicæ, etiam eo finito quòad redire poterit, l. ſi cui, §. tandiù, ff. ex quibus cauſ. maior. & quòd quodlibet municipium dicatur res publica, tradit Luc. de Penn. in Rubr. C. de iure Reipublic. lib.10. Io. Baptiſta de Thoro Iur. Conſult. Neap.

Socer, qui ſe obligauit poſt mortem filij ad reſtitutionem dotium, renunciando in forma, etiam de dandis bonis in ſolutum an poſsit carcerari, licèt de iure communi concludatur, quòd non, non obſtante tali renunciatione, tamen per Conſuetud. Neap. hoc expreſsè eſt ſublatum, & proindè debet carcerari, quarè Sacr. Conſil. motum æquitaté interpoſuit partes ſuas, quòd reciperentur bona, cùm ſatis inhumanum videretur, dùm filium amiſerat, etiam carceres pateretur, Minad. deciſ.2. fuit præſentatum, per totam, Theſaur. deciſ. Pedemontan.153. num.13. Molfeſ. par.6. q.9. & 10. num.4. in addit.

Societas an per decoctionem vnius ſocij diſſoluatur, fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec.249.

Societas ordinata per teſtatorem inter plures filios, vt vno moriente alij ſuperſtites tenerentur proſequi patris ordinationem, & remaneret ſocietas, an mortuo filio ipſa ſocietas remaneat, dùm perſona æquè idonea ipſorum filiorum non reperiretur, ſicut mortuus erat, fuit deciſum per maiorem partem Conſiliariorum ex coniecturata mẽte teſtatoris, quòd valeret, & teneret, quòd ſi interrogatus fuiſſet, idem depoſuiſſet, ſi vnus ex filijs mortuus eſſet, & ſic limitantur l. adeò, & l. actione, §. morte, ff. pro ſocio, vt non procedant in ſocietate iuſſa per patrem teſtatorem, Minad. deciſ.30. fuit dubitatum.

Societas an contrahatur, ſi vnus operam poſuerit, alius verò pecuniam, & diſcedens à conuentione ſolueret mille, non facta mentione communicationis lucri, & capitalis, concluditur, quòd ſic, Capyc. deciſ.174. in princip. Reg. de Ponte conſ.90. num.11.& 15. vol.2. Maurus ſenior in allegat.71. ſub num.6.

Socius criminis an poſsit torqueri ad eruendam veritatem eius confeſsionis contra ſocium, non obſtante gratia ei promiſſa de pena, ſi publicaret delictum, fuit deciſum, quòd ſic, Franch. deciſ.459. Baiard. ad Clarum, §. fin. quæſt.21.num.26. Capiblanc. in pragm.6.num.70. de Baron. Petr. Caball. reſolut. crim. cent.1. caſu 29. Ricc. deciſ.38. par.1. Paſchal. in tract. de vir. patr. poteſtat. par.4. cap.3. num.7.

Socius

Socius ſi poſuit ad ſoccidam octingenta octuaginta pecudes cum ſocio alio ponente alias pecudes ſexcentum, & facta diuiſione inter eos, & vnicuiquè ipſorum contigeriot ſexcentum pecudes, quoniam aliæ tercentum erant mortuæ, an poterit ab hæredibus ſocij mortui complementũ octingentorum octuaginta peti, non obſtante diuiſiooe, habita conſideratione ad bonitatem pecudum ſocij cum malignitare aliarum; fuit deciſum, quòd attenta bonitate pecudum ſocij præmortui cùm eſſet negotium arbitrarium condemnentur hæredes ad centum pecudes, & ad ſoluendum centum ducatos pro fœtibus anoorũ viginti ſeptem, Afflict. deciſ. 58. Campagn. io Cap. Regni Ab illo, num. 59. Marant. in Specul. par. 4. diſtinct. 4. Alph. collect. 1116. Hector Felic. in tract. de Societ. cap. 15. nu. 25. & 41. & cap. 17. num. 36.

Socius criminis, qui tantùm aſtitit armatus in homicidio commiſſo per ſocium præcedente vulnerati prouocatione, dùm rixarentur, ob quod illicò ſocius prædicti inſequentis ipſum vnus ipſorum vulnerauit prouocantem, ob quod mors ſequuta eſt, & alter aſtitit, qua nàm pœna ſit puniendus; per Mag. Cur. Vic. fuit ad remigandum damnatus per ſeptemnium, quæ quidèm ſententia fuit per S.C. reformata, abbreuiando tempus prædictum, Gramm. conſ. crim. 39. ſummi rerum opificis, Riccio praxi Eccl. dec. 8. in omiſſis deciſionibus.

Socius an teneatur ad contributionem pro eius rata in remiſſione obtenta à Regia Curia, ſeù quietatione pro adminiſtratione gabellarum, non obſtante, quòd habuerit à dicta Curia gratiam pro alia ſumma, ex quo remiſſio debiti facta vni ex correis prodeſt alteri; fuit deciſum, quòd teneatur ad contributionem eius ratæ, Afflict. deciſ. 319. à num. 10 vſquè ad finem, maximè ſi fuerit facta ſolutio ex cauſa oneroſa, vt ibi ſatius Vrſill. nu. 10. *Ioſeph Ludon. deciſ. Lucenſ. 26. nu. 15.*

Solemnia, ad quæ tutores tenentur ſunt nouem; primò enim Iudicis decretum requiritur, ſecundò confectio inuentarii; tertiò ſatiſdatio, rem pupilli ſaluam fore, quartò iuramentum, vtilia facere, & inutilia prætermittere, quintò promiſſio expreſſa, defenſiones pro pupillo ſuſcipere, ſextò, quando mater, vel auia, quæ tutelam gerere velit promittat cum expreſſa hypotheca bonorum ſuorum, ſeptimò, quòd mater, vel auia renunciet Velleiano, octauò, quòd mater, vel auia renunciet ſecundis nuptijs, nonò, quòd mater, vel auia renunciet omni legum auxilio, Capyc. deciſ. 50. Georg. alleg. 36. num. 7. Anton. Fab. in eius Cod. tit. de tutor. vel curat. qui non ſatiſd. definit. 1. *Borrell. in ſumma dec. tom. 3. tit. 13. n. 244. D. Reg. Hector Capycius Latro deciſ. 68. nu. 2. Iulius Cæſar Galiupp. in prax. S.C. par. 1. cap. 5. n. 67.*

Solemnitas requiſita in alienationibus rerum Eccleſiæ an præſumatur interueniſſe poſt lapſum triginta dierum; nàm ſi reperiretur res diſtracta, & extrà menſam Eccleſiæ poſita, præſumitur legitimè alienata, ex quo ſolemnitas præſumitur, & hoc eſt. quod tradit Franc. de Amicis in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. ſed quia Andr. verſic. & aliàs pro Vniuerſitate, fol. 237. obtinuiſſe in Regia Cam. Summ. vt Vniuerſitas non moleſtaretur occaſione cuiuſdam territorij olim conceſſi eidem Vniuerſitati ad certum vſum per Eccleſiam priorem Dominam dictæ Vniuerſitatis.

Solemnitas in alienatione rerum Eccleſiæ per triginta annos decurſos ao præſumatur, ità vt nec Superioris ſcientia exquiratur. Dùm eſſet conuẽtus moleſtatus à Rectore cuiuſdam Eccleſiæ ſuper quodam vacuo olim per eum vendito poſt lapſum quadraginta annorum prætextu ſolemnitatis in eo non interuentæ, fuit tandèm per Reg. Cam. Summ. conuentus abſolutus in cauſa Rectoris S. Auguſtinelli cũ Notario Carolo Palumbo in Banca de Martino, Anell. Amatus conſ. 63. mota olim, vol. 1.

Soluere an teneantur Barones iura paſſuum, & ſi multotiès eſſent diſrobati per viam; fuit prouiſum, quòd Barones ſoluerent iura paſſuum, & ſi citrà culpam muliones eſſent diſrobati non moleſtarentur, Io. Franc. Capiblanc. in prag. 16. n. 46. de Baron.

Soluere iterùm an teneatur Bancherius præſentanti mandatum Iudicis vigore decreti interpoſiti ſuper liberatione depoſiti in actis præſentati per debitorem, ſi eadem quantitas priùs ſoluta fuiſſet eidem debitori, & creditori Bancario aſſerenti, fidem depoſiti amiſiſſe, cuius intuitu aliud decretum per alium Iudicem interpoſitum fuiſſet, quòd ſtante informatione capta, & cautione præſtita de eximendo Bancum indemne, & illæſum, nec alia ratio de dicta fide in iudicio, vel extrà habeatur pecunia ſolueretur; cum pluriès accidiſſet in huius Ciuitatis publicis Bancis caſus talis, eo, ꝙ deponentes pecunias in eis ſolent fidem depoſiti habere, in qua Bancherij adijcere ſolent verba illa, cum reſtitutione præſentium originalitèr, deindè ſic, vt contingi ſolet, amiſſis fidibus ipſis depoſitorum, vt pecunias creditores ipſi à Bancis conſequi poſſint, introducta fuit cautela relata per Præſ. de Franch. dec. 498. præſtita per eos cautione in beoeficium Banci pro ſecuritate, eiuſquè indemnitate Iudex procedi poſſet ad liberationẽ pecuniarum depoſitarum, hinc hodiè ex alia ſuperaddita praxi conſuetum eſt, de prædictis informationes capi, & ſic conſultum eſt omnibus pro eorum indemnitatibus; cùmque nouiſſimè Ianuarius Muſitanus depoſuiſſet in Banco Sancti Eligij Maioris huius Ciuitatis ſummam ducatorũ 200. & fidem depoſiti in ſui poſſe habuiſſet à Bãco, illamquè præſentaſſet in Mag. Curia penès acta cauſæ exequutionis factæ ad inſtantiam Regij Fiſci ſuper certis animalibus, pro quibus idem Ianuarius receperat ducatos 200. & promiſiſſet curare, quòd reſtituerentur dicta animalia Iacobo Pignatello, liquidato indè pretio ipſorum dùm de ſolutione ageretur, viſa fide depoſiti fuit per Iudicem Mag. Cur. prouiſum, liberandum fore depoſitum ipſum d. Iacobo, cuius vigore expeditum fuit mandatum Banco iuxtà ſolitum, vt ſolueret dictos ducat. 200. dicto Iacobo, qui replicando dixerat, depoſitum ipſum fuiſſe liberatum prædicto Ianuario, etiam accedente decreto alterius Iudicis Mag. Cur. ſtante cautione per eum præſtita de eximẽdo Bancum indemne, & illæſum de fide crediti deperdita, quæ in futurum nullâm fidem faciat in iudicio, vel extrà, &c. Dubitatum

extitit,

Digitized by Google

extitit, ſi iterùm Bancherius ſoluere teneatur, an non, & cùm fuiſſet cauſa prædicta præuia appellatione deducta in Sacro Conſilio, & per cauſæ Commiſſarium prouiſum, quòd dicti ducati 200. liberarentur dicto Iacobo cum cautione de reſtituendo ad omnem ordinem Sacr. Conſil. & ità confirmatum per Sacrum Conſilium non obſtante replicatione Bancherij, demùm cùm de tali negotio pertractari contingiſſet in Collaterali Conſilio iuxtà ipſius ordinem, pro parte dicti Iacobi Pignatelli actoris. Primò dicebatur, aliam eſſe ſimplicem confeſſionem factam per debitorem in beneficium creditoris in aliqua apoca, vel chirographo, & hic non eſt caſus noſter, aliam eſſe fidem factam à Banco, nam tunc fit teſtimoniale de credito creditori, vt poſſit de eo diſponere, teſtituto tamen originali prædicto, ex quo duo reſultant commoda. Primò, promittit ſoluere ei, cui creditor voluerit. Secundò, quòd ſolutio fiet ſub conditione, ſi fieret reſtitutio originalis, ex qua promiſſione oritur actio de conſtituta pecunia in beneficium ceſſionarij, cui chirographum giratur, eo præſentato in poſſe giratarij, l. quidam, vbi Doctor. ff. de conſt. pec. quòd poſſit conſtitutum fieri, etiam inter abſentes, & per Epiſtolam, habetur in l. vtrum, ff. eod. l. 2. de act. & oblig. etiam ſi ſolutio facienda ſit, per aliam fieri poteſt, Anton. Fab. in Cod. tit. de conſt. pecun. definit. 2. vbi additio, & ideò non obſtat, ſi dicatur, conſtitutum fieri poſſe per Epiſtolam certæ perſonæ non incertæ, poſtquàm per dictam fidem Banci vbi ſolutio promittitur, datur libera diſpoſitio creditori, reſtituta fide, cui ceſſionarius confidit, & talis ſimplex conſenſus efficax eſt ad cogendum promittentem, d. l. vtrum, indè promiſſionis factæ incertæ perſonæ inducitur conſtitutum, Alex. conſ. 114. vol. 6. citat Bartol in l. ſi tempora, C. de fide inſtrum. lib. 10. n. 3. Rota Genuæ dec. 45. vndè creditor dicitur ille, qui eſt alterius fidem ſequutus, l. 1. ff. ſi cert. pet. vbi Gloſ. Bar. num. 30. Alex. Iaſ. & Rip. Surd. conſil. 441. num. 2. volum. 3. Secundò dicebatur, quòd dictus Præſ. de Franchis dict. deciſ. 498. duas concluſiones fecerat. Primò, quòd ſi fides Banci fuerit notificata alicui, eo caſu ius ei quæſitum fuit. Secundò, quòd ea intimata, atque girata, vel ceſſit, Bancum iterùm ſoluere tenetur, ideò mandauit ſolui depoſitum cum cautione, vt ſuprà, nec obſtat, quòd loquitur Præſes de fide depoſiti, nàm fides crediti liberæ diſpoſitionis cum reſtitutione illius idē operatur, attenta promiſſione Banci de ſoluendo, quandò fides reſtitueretur, quod procedit inter mercatores, inter quos bona fide ſola facti veritate proceditur, & ſolùm pactum inter abſentes dicitur pactum, non pollicitatio, & vim ſtipulationis habet, etiam in ſcriptura priuata, Bart. in l. Quintus Mutius, ff. mand. Ann. alleg. 89. num. 3. & 4. Stracc. de contract. merc. num. 1. Surd. conſ. 371. num. 36. vol. 3. & conſ. 128. num. 52. volum. 4. Tertiò, conſideratis tribus perſonis in iſto caſu interuenientibus. Prima Bancherij promittentis ſoluere. Secunda einſdem creditoris cedentis in beneficium dicti Iacobi. Tertia ipſius Iacobi acceptantis in iudicio, ſubſequitur, ius quæſitum eſſe Iacobo ex ceſſione facta in calce depoſiti originalis, nec potuiſſe reuocari re non integra, nec per hoc excuſatur Bancum, notitiam non habuiſſe de girata, cùm non erat neceſſarium, & mandatum effectum fuit reuocabile, quod ſentire videtur Ioan. Andr. ad Specul. in Rub. de depoſ. quem ſequitur Caſt. in l. ſi cùm Cornelius, ff. de ſolut. & l. ſi eum fundum, ff. de pact. vbi Iaſ. Anton. Gabriel. de nouat. concluſ. 1. num. 12. Guilelm. de Bened. in cap. Raynutius, verbo abſquè liberis, &c. 2. par. num. 23. Rot. Genu. deciſion. 93. num. 8. ideò non obſtat l. penul. C. ad exhibend. nàm ibi debitor pactum fecerat cum depoſitario in beneficium tertij, eo abſente in caſu præmiſſo debitor promiſit creditori præſenti, & acceptanti, nec erat neceſſaria perſona Banci, ideò facta ceſſione pro ſatisfaciendo creditore, vel interueniente vno ex requiſitis in l. 3. C. de nouat. cedens nequit ampliùs exercere directas actiones, Bart. in l. facta, §. ſi hæres, num. 3. ff. ad trebell. Bald. in l. 1. num. 10. C. de actiou. & oblig. Guid. Pap. deciſion 530. & 567. Theſaur. deciſion. 201. Afflict. & Vrſill. deciſ. 335. Anna ſing. 486. vbi Anna filius. Quartò corroboratur actoris intentio ex originali fide tradita ipſi creditori acceptanti in dominium traditum, & quaſi poſſeſſio cernitur crediti in eo continentis, ex tex. in l. 1. C. de donat. ibi gloſ. 2. vbi in 3. gloſ. dixit, procedere, etiam ſi donatio, aut venditio fieret extrà locum rei donatæ, aut venditæ, ſufficit, quòd tradatur inſtrumentum, vbi continetur nomen debitoris, cum qua ſecunda opinione reſidet, licèt aliqui dicant, Gloſ. tenere primam opinionem, ſcilicèt vt requiratur præſentia rei contentæ in inſtrumento, & clauium traditio, nàm aduertendum eſt, id verum non eſſe, cùm eadem Glo. in l. 3. verbo animo, ff. de acquir. poſſeſſ. notat caſus, quibus poſſeſſio quæritur. Primò per rei præſentiam. Secundò per clauſum traditionem, Tertiò per traditionem inſtrumenti; eandem diſtinctionem ſequitur Azo eod. tit. de donat. num. 9. dicens, hoc etiam dixiſſe Cyn. per hæc verba, aut loco traditionis traditur inſtrumentum, in quo totum ius rei continetur, & tunc per eius traditionem tranſfertur dominium, & poſſeſſio, ratio eſt, quia dū in inſtrumento cōſtat de poſſeſſione rei, tunc res ipſa eſt in conſpectu contrahētium, ſunt verba Cyn. in l. 2. n. 4. C. de acquir. poſſeſſ. quem ſequitur Maſcard. de probat. concluſ. 1199. num. 12. Bald. l. fin. C. re fiſc. vel. priu. dicens, id procedere per virtutē repræſentatiuam inſtrumenti debiti, & idem Bal. in l. inſtrumenta, n. 5. C. de fideic. inquit, quod inſtrumētum eſt ius debiti; ꝙ cōtinetur in eo ſunt connexa viſu, & intellectu, hanc opinionem defendit Couarr. var. reſol. lib. 3. cap. 16. num. 12. immò quòd lex illa non requirat præſentiam rei donatæ, nàm eſſet literam violare, cum d. opinione tranſit Specul. tit. de empt. & vend. §. 1. num. 33. Salyc. in d. l. 1. num. 3. dicens, ità tenere Doct. Abb. in cap. Eccleſia, num. 11. & 12. vt lit. pend. idem Maſcard. d. concluſ. 1190. à princip. ad num. 7. quod procedit in nominibus debitorum in inſtrumento contentorum tradito, ac etiam corporalium, & incorporalium, Stracc. de mercat. 4. par. tit. de adiecto, quæſt. 8. num. 5. Rot. Gen. deciſ. 179. nu. 10. indè conſpicitur, quòd dictus Iacobus, cui dicta fides tradita fuit, effectus fuit Dominus, & poſſeſſor crediti, & pecuniæ

in

in ea contentæ, & hoc Bancum benè ſcire poterat: Prætereà aduersùs ordinem Iudicis expeditum, quòd Bancum ſoluat, non obſtante fide originali deperdita, ſtante cautione data per creditorem, vt ſuprà, replicatur, ordinem talem recipere cautelam, ideò data fuit cautio, eò quòd non fuit reſtituta fides originalis, ad tex. in l. huiuſmodi, §. ſi ità, vbi DD. ff. de leg. 1. Nec etiam obſtabit clauſula in eo adiecta, quòd fides non faciat fidẽ, reſpicit enim creditorem, qui dùm eſt ſatisfactus, meritò fides non facit fidem, nec per hoc tertio præiudicare debet fortè giratario abſenti, & proptereà quandò creditor Bancarius iterùm vellet creditum à Banco, repelleretur, & fides non faceret fidem reſpectu eius, ſed ſi fides per alium reſtitueretur, cui eſſet girata, Bancum teneretur ſoluere; nàm eo caſu locum habebit cautio pro indemnitate Banci, hæc, ni fallor, voluit dicere Bar. d. l. huiuſmodi, §. ſi ità, ff. de leg. 1. quòd ſi non põt reſtitui inſtrumẽtũ crediti deperditi, eo caſu ſufficit quietatio, quãdò videlicèt reſtitutio dicti inſtrumenti non fuit mandata ad aliũ finẽ, quã pro habenda quietatione, ſed ſi fuit mãdata dicta reſtitutio ad alium finem, tũc tex. ille non procederet, ſed opus eſſet effectuali reſtitutione originalis inſtrumenti, hanc limitationem ibi Iaſ. nu. 12. & 13. declarat, & exẽplificãdo ponit quæſtionem, quòd in caſu amiſsionis literarum cambij ille tex. non procedit, vndè maior ratio procederet, non ſolùm ſi literæ eſſent deperditæ, ſed eſſent ceſſæ, vel giratæ, quo caſu ſcribens teneretur, ob quod Alex. d. l. huiuſmodi, §. ſi ità dixit, quòd reſtitutio inſtrumenti põt afferre vtilitatẽ debitori, nè vigore illius iterùm ſoluere cogatur, & proptereà creditori, cui ſatisfactũ eſt de credito cogitur inſtrumentum reddere, d. l. fi. C. ad exhib. & ex ijs patet decretum de eximendo Bancum indemne latũ in eius beneficium, nàm iterùm ſoluere tenetur in caſu giratæ, nõ autem in caſu, quo creditor fidem originalẽ Banco aſportaret, quo caſu non erit neceſſaria cautio, obſtãte exceptione ſolutionis creditori, & demùm ſi dicatur, promiſsionem factam per Bancum de ſoluendo facta reſtitutione originali concernere tantùm cautelam ipſius Banci, & non aliorum, ſubſequeretur magnum abſurdum, nàm cùm fides ipſa publicam cõtineat promiſsionem in beneficium producentis fidem, giratarius, qui cum tali ſpe cõtrahit, ſecurus redditur de pecunia ſibi debita, alitèr ſi contrarium ſubſequeretur, effectu, & dolo publico deciperetur ex hoc, quòd non eſt ferendum, l. 1. §. dolum, ff. de dolo: immò facillimè commercium non ſolùm in hac Ciuitate, ſed in omnibus Nundinis Regni impediretur ex hoc, dùm pecuniæ in contanti aſportari nequeant per loca prædicta, ſed tantùm fides crediti, & cum illis Mercatores inuicem contrahunt, vti de pecunia certificati per publicas bancorum fides, quibus omnes confidunt, ſi alitèr fieret, remanerẽt deluſi, & defraudati, vt dixi, eorum creditis ſub clypeo dictarum ſcripturarum, hæc pro actore allegata fuerunt, pro conuento Banco S. Eligij dicebatur, ex depoſito facto per d. Muſitanum nullum ius Iacobo fuiſſe quæſitum. Primò ex d. depoſitione pecuniæ in Banco, nàm ex ea fit contractus depoſiti, vndè naſcitur obligatio, & actio perſonalis in deponentis beneficium, licèt rei perſequendæ gratia, §. prætereà, Inſtit. quib. mod. recontrah. oblig. §. ſequens, Inſt. de act. l. 1. §. is quoque, ff. de act. & oblig. & ſic deponenti, & non alijs actio quæritur, l. pen. vbi Doct. C. ad exhib. vbi etiam interueniente pacto per deponentem facto in beneficium tertij vix actio vtilis competit, meminit Carocc. in tract. de depoſ. par. 1. quæſt. 3. cap. 3. ergò vbi non adeſt pactum, ceſſat, nam contractus cum vno celebratus, alteri non prodeſt, l. ſi vnus, §. antè omnia, ff. de pact. Surd. conſ. 504. num. 6. Cephal. conſ. 628. num. 22. lib. 5. Secundò nec ex fide crediti ius ei quæſitum fuit, nàm ex ea duo reſultant obiecta. Primò ex atteſtatione Banci declarante, illum eſſe creditorem ex cauſa depoſiti reſultar, quòd illa fides inſtrumentum ſit contra depoſitàrium, & proindè probatur depoſitum, ex tex. in l. publia, §. fin. ff. de pact. Roland. conſ. 17. num. 8. lib. 1. Natta conſ. 438. num. 4. lib. 2. Bertazz. conſ. ciuil. 48. num. 3. & in Banco ſpecificè Intrigl. deciſ. 1. num. 6. & Foller. in praxi cenſ. ver. inſtrum. grat. num. 49. aſſerens, talibus fidibus, & confeſſionibus credi in omnibus Regni partibus, nec alitèr mutatur conuentum in ipſo contractum, tùm quia nec verba enunciatiua diſponunt, d. l. publia, §. Titius, Cioff. conſ. 39. num. 24. lib. 2. Genua in tract. de verb. enunc. quæſt. 17. & in cedula, ſeù litera Banci Maſcard. de prob. concluſ. 980. num. 4. poſt Marſil. in Rub. ff. de fideiuſſ. num. 305. tùm etiam, quia inducta ad vnum finem nequeunt ad alium finem operari, l. non omnis, ff. ſi cert. pet. l. Titius, §. final. ff. de manumiſſ. teſt. cum alijs citatis per Decian. conſ. 27. num. 18. lib. 3. Surd. deciſ. 238. num. 10. Secundò dùm dicitur, quòd deponens poſſit diſponere ad ſui libitum cum reſtitutione præſentis, in hoc reſtringitur facultas diſponendi depoſitanti de depoſito, l. 1. §. eſt autem, ff. depoſ. vt non niſi cum reſtitutione cedulæ diſponat, tãdem reſultat nullum ius Iacobo quæſitum eſſe ex tribus. Primò, quia fauore Banci conuentum fuerat, nam vigore cedulæ ſoluere tenetur, niſi de ſolutione docuerit, eoq; ex cedula obligatur, Intrigl. Bertazz. & Foller. vt ſuprà, d. l. publia, §. fin. Boer. deciſ. 332. num. 8. Cardin. conſil. pen. Menoch. de arbitr. caſu 94. hinc qui cedulam haberet, poſsit ſolutionem pecuniæ exigere, & indè Bancum damnificaretur duplici ſolutione, vt per Iaſ. in d. l. huiuſmodi, §. ſi ità, nu. 12. ff. de leg. 1. Marant. in Specul. par. 6. actu 6. nu. 48. proptereà ad euitandum hoc, cauit, non poſſe diſponere depoſitãrem de pecunia, niſi cum reſtitutione cedulæ, quæ eſt in fauorem debitoris, l. diſſoluto, C. de cond. ex lege, meritò cùm in eius fauorem ſit hoc introductum, non debet in odium retorqueri, tantò fortius ſi per hoc reperiretur Bancum tertio obligatum, l. quod fauore, ff. de leg. Secundò, quia licèt ex natura depoſiti deponens ad ſui libitum diſponere potuiſſet, d. l. 1. §. eſt autem, ff. depoſ. cap. bona fides, eod. Molin. diſp. 526. num. 1. de contract. tamen ob conditionem appoſitam cum reſtitutione præſentis, vt ſentit Bal. in l. pecuniæ, nu. 6. verſ. per hoc, C. de ſolut. motus ex dictione illa, cùmquè, conditionem deſignat, l. qui promiſit, ff. de cõd. indeb. l. quodcunq; §. pen. ff. de verb. oblig. Bar. l. conditiones, ſub num. 1. ff. de cond. & demonſtr. Galgan. de condit. & demonſtrat. par. 2. cap. 1.

Digitized by Google

c.1.q.2.n.5.vndè verba ipſa,cum reſtitutione,non addunt nouam obligationem reſpectu tertij, ſed ſolùm facultatem repetendi depoſitum à depoſitante, quandocunq; competentem conditionalitèr,ſi chirographum reſtituerit,& ſucceſsiuè nullum ius quæſitum eſt Iacobo. Tertiò, quia nec quæri poteſt,quin Iacobus non erat præſens tempore depoſiti,vel fidei,ex notatis in cap.ſi tibi,de præb. in ſexto,l.2. vbi Doct. C.de hæred.vel act. vend. Cran.conſ.12.n.6.Theſ.deciſ.70.in princ. Barz.dec.85.nu.4. Vltimò,nec ius quæſitum fuit Iacobo ex præſentata depoſiti per Procuratorem facta, nam Procurator ad lites non poteſt ſoluere quod contra eius principalem petitum eſt, ità Paul.Caſtr.in l.ſi quis cum procuratore, n.4.ff.de procur.ſicut nec petere dilationem ad ſoluendũ, Addit.ad Matthеſ.ſing.30.num.3.nam id non fuit mandatum, Dec.in l.tranſactionis,C.de tranſact. Benint.dec.21.n.8.ideò non valet quidquid vltrà mandatum actum eſt, c.cùm dilectus,vbi DD.de reſcript. Menoch.de arbitr.caſu 432.nu.31. Nec proindè obſtat, quòd cedula præſentata fuerat in actis,vndè videtur liberatus debitor,ex dictis per Rot.diuerſ.dec.476.p.3.Put.dec.163.p.1. Giurb. dec.38.n.10.Carocc.de oblat.p.2.q.104. nam verum eſſet, quando à perſona legitima fuerit præſentata,vt in caſu Purei,& Caroc.vbi ſuprà,ſecùs ſi à procuratore ſine mandato ſpeciali, Seraphin. dec.1419.nu.4. hoc enim eſſet per modum nouationis, transferẽdo debitum Ianuarij in debitum Banci, vt quod debet Bancum Ianuario, debeat eius creditori Iacobo,tantò fortius,quia procurator nouare non poteſt ſine mandato ſpeciali, Bal. in l.fin.in fin. C.ad l.falc.l.nõ abſtulit,C.de nouat. Dec.conſ.143.nu.10.Gabr.conſ.155.n.30.lib.2.& talè mandatum non alitèr in actis apparet. Secundò principalitèr dicebatur, omne ius ex tali depoſito fortè Ianuario quæſitum, fuiſſe reſolutum ex tribus. Primò,quia depoſitum ex ſui natura debet reſtitui depoſitanti ad omne eius libitũ,d.l.1. §.eſt autẽ,ità quòd nulla exceptio opponi poteſt, l.ſi quis,C.eod.etiam ſi deponens nõ ſit Dominus, d.l.1.§.ſi prædo,& l.quod ſeruus, ff.depoſ.& potiſsimùm quando depoſitarius ignorat, rem ad alium pertinere, l.bona fides,ff.eod.tunc.n.excuſaretur debitor ſoluens,ſi ei non fuerit denunciatum,vel aliquod ex requiſitis d.l.3.C.de noua.nõ interuenerit, vbi DD.tex.cum gloſ. in l.nomen, C.quæ res pign.obl.poſſ.DD.in l.ſi cum emptore, ff.de pact.l.ex facto,§.ſi hęres.ff.ad trebell.Oſaſc. dec.62.nu.3.& 8.Amat.dec.93.nu.5. Ann.iun.ad ſing.eius patris 482.Theſ.dec.201.& 221.tãtò fortius ſi iuſtã causã ſoluendi habuiſſet,excuſaretur, Bal.in l.2.n.76.C.de ſer.& aq.Affl.dec.147.Guid. Pap.dec.173.Alex.Ruin.Alb.Coſt.Maſcar.& alij relati per Giurb.dec.79.n.20.ꝓut in caſu iſto, dũ Bãcũ ſoluit iuſſu Iudicis deponẽti Domino pecuniæ,habita cautione,&c.& propterea ſic ſoluẽdo depoſitarius ampliùs nõ tenetur,vt per Vrſil.dec. 24.n.3.& licèt actio repetẽdi depoſitũ vtilis fuerit penès Iacobũ,& directa penès Ianuariũ, vtiq; habẽs directã pręferri debet,ità Saly.in l.pen.ſub n.2.verſ.item nota,C.ad exhib.Secundò,quia Bãcum nõ ſoluit ſpõtaneè,ſed præuio decreto M.C. & eo caſu excuſatur,nec ad aliquid tenetur,ità in depoſito dixerũt Caroc.de depoſ.q.22.n.77.ꝙ citat Cyn.& Bal.in l.2.C.ꝙ met.cauſ.Bãt.& Caſt.in l.creditor,ff.de ſolut.& in depoſito Gutier.pract. quæſt.lib.1.q.113.n.8. ꝙ generale eſt in quolibet debitore, Affl.dec.150.& 328.n.2. Bellon.dec.Ianuæ 33.n.6.Menoch.de arb.caſu 136.n.30. Farin. dec.849.Theſ.iun.lib.2.q.54.& tantò fortius in caſu iſto,cũ Bãcũ aliàs recuſauerat ſoluere, non obſtãte iuſſu Iudicis diligẽtiã adhibẽdo, vt creditor in ſcriptis declararet,fidẽ,quam deperditam aſſerebat,minimè præſentaſſe. Tertiò,dato & nõ cõceſſo,ius aliꝙ fuiſſe quæſitum Iacobo ex fide pręſẽtata in actis,cuius liberatio facta fuit per M.C. ius prædictũ indè ablatum fuit ordine eiuſdẽ, ad tex.in l.nihil tã,ff.de reg.iur.Poſtremò,nõ obſtat, quòd Ianuarius præſtitit cautionẽ de eximẽdo,vt ſuprà,tũ quia ex Iudicis officio proceſsit,Bãco nõ inſtãte,vndè ei prodeſſe,vel nocere nõ debet,niſi quatènus Bancum voluerit,ex gl.in c.1.de cõceſſ. præb.in 6.Iaſ.in l.trãſactione, C.de tranſact.Dec. in l.pacta, quæ contrà,n.11.C.de pact.DD.in l.de vnoquoq.ff.de re iud.potiùs Bãco expedit nõ ſoluere Iacobo,ꝙ repetere à Ianuario,eiuſq; fideiuſſoribus,l.3.ff.de cõpẽſ.l.ſi ſtipulatus,ff.de fideiuſſ. gl.in l.1.§.pen.verſ.patronus, ff.quar.rer.act.non det.Corn.cõſ.111.lib.4.Lader.cõſ.47.n.2. Cartar. dec.77.n.7.Item quia dicta cautio fuit præſtita in fauorẽ Bãci pro cautela, nec debet in odiũ retorqueri,vt dixi; nã & ſi creditor facta ſolutione teneatur chirographũ debiti reddere,l.2.C.de cõd. ex lege, ſi verò amiſerit, ſufficeret liberare debitorẽ ꝑ inſtrumẽtũ, vt ſit tutus aduerſus chirographũ,quo caſu cõtingerit reperiri,& iterũ peti debitũ,Bal.in l.inſtrumenta,ſub n.9.C.de fideicom. & l.pecunię,ſub n.6.C.de ſolut.Iaſ.in l.admonendi,n.153.ff.de iureiur.tamẽ quia ſola liberatio aliquando non ſufficiebat,nã poterat indè ſcriptura deperdita inueniri, vel ab alio præſentari, ne bis fieret ſolutio,cõſultum eſt,vt cautio præſtetur de exhibẽdo indemnem,& illæſum debitorem,vt in literis cambij amiſsis exemplificando tradit Iaſ. d.l.huiuſmodi,§.ſi ità,n.12. Maſcar.de prob.cõcl. 890.nu.3.Benint.d.deciſ.58.Cott.in memor.verb. cambij literas, Marant.in ſpec.p.6.act.6.n.4.hìnc prodijt praxis S.C.relata per Fiãch.d.dec.498.loquentem in fide depoſiti deperdita, vt præſtetur cautio prædicta pro Banci indemnitate,quãdo in ea Bancum confiteretur, eſſe depoſitam tantam ſummam à Titio ſoluẽdam Seio, vel iuſſu Iudicis audito creditore, tunc quia promitteret ſoluere iuxtà tenorem ſchedulæ, oritur actio vtilis creditori cõtra Bancum, d.l.pen.C.ad exhib.Caroc.de depoſ.d.p.1.q.3.c.3.eademet cautela conſueta eſt ſeruari in M.C.in ſimplici fide crediti deperdita, vbi atteſtatur,talẽ creditorem liberè poſſe diſponere de tanta ſumma cũ reſtitutione fidei,ſed iſte caſus à primo differt; nã in primo caſu eſt neceſſaria talis cautio ex iure quæſito tertio;in ſecũdo verò caſu nõ tã neceſſaria,ſed præſtatur pro indẽnitate Banci,vndè rectè fieri poteſt ſolutio creditori,& Bancum omninò liberatur; cęterùm vtilis eſſet ob moleſtias,quę cõtingere poſsẽt ex giratis in eis factis,nè iterũ ſolutio fieret,pręſtabitur cautio ipſa ex ſuperabũdanti cautela Bãci, hinc cautela abundans prodeſſe debet,nõ autẽ obeſſe l.teſtamentum,C.de teſt.l.quæ dubitationis,l.non ſolent,ff.de reg.iur.Bertaz.conſ.ciuil.14.n.24.& deVu mùm

mũ ad materiã depoſiti depoſitarius ſoluens iuſſu Iudicis rẽ indiuiduam vni ex hæredibus deponẽtis, ipſo iure reſpectu omnium eſt liberatus, l. ſi ſtipulatus ſum, §. ſi lancem, vbi gl. in verb. nõ teneri, ff. de ſolut. Nihilominùs ꝓ maiori cautela depoſitarij ẽt ſatiſdatio idonea debet interponi, l. 1. §. ſi pecunia, verſ. ſed ſi res, ff. depoſ. quò fit, vt depoſitarius ſic ſoluẽdo cẽſeatur liberatus ipſo iure, nec ꝓptereà cautio præſtita, vel præſtanda operatur, nõ obſtãte ſolutione depoſitariũ teneri, ꝓut erat in caſu allegato; ijs omnibus benè diſcuſsis, & põderatis in Reg. Coll. Conſ. facta demùm relatione die 19. Februarij 1620. per benemeritũ Reg. Cõſil. & cauſæ Commiſſarium Scipionem Rouitum deciſũ fuit in fauorẽ dicti Iacobi Pignatelli cõtra dictũ Bancũ S. Eligij, cõfirmãdo decretũ S. C. penès Cantonium Act. Mag. & pro eo Turiũ. Ego tamẽ ad huiuſmodi deciſionis corroborationem allego Maur. ſen. in alleg. 5. n. 8. dicẽtem, depoſitũ licèt ſit conditionatum, tamen adimpletis conditionibus, & ſequuta acceptatione creditoris, illicò dominiũ dictæ pecuniæ depoſitæ trãsfertur in creditorẽ, ex tex. in l. ſi ego, vbi DD. ff. de neg. geſt. Bal. in l. acceptã, col. 5. verſ. octauò q̃ro, C. de vſur. nec omittã quæ ſingularitèr dixit Io. Bapt. Coſt. in ſua praxi conuen. p. 2. clauſ. 125. in princ. q. depoſitũ præſumitur verũ, & reale, etiã ſi eſſet ſubrogatum, vel correſpectiuum, q quidèm retinet primordialem naturam contractus, cui famulatur quòad fauorabilia creditori, ſed ad excludendam nouationem auget ius exequutorũ, ex opinione Corn. Soci. & Crimer. improbando opinionem Caroc. ſubnectit ad noſtrũ propoſitum, cuius opinio ſi foret vera, pareret magnam abſurditatem, & pareret graue præiudicium creditoribus, qui deluderentur frequentèr in hoc actu depoſiti, ſi mutaretur natura prioris contractus, eiuſq; indoles deformaretur, ſic in dicta nouatione extinctiua inuito creditore inter actus non incompatibiles, contra l. vlt. C. de nouat. l. debitorum pactionibus, C. de pact. &c. & ſubdit n. 3. mox ſi fraudulenta ſit ſubrogatio, Cephal. conſ. 719. atqui cardo difficultatis pertingit sẽſum illorum verborum in chirographo expreſſorum, *che tengo in depoſito*, vel quæ penès me habeo vnam, ex ijs verbis inducitur probatio facti præcedentis, ſed cum diſtinctione, dicit ipſe *n. 4.* etenim ſi confeſsio facta ſit ad probationem cum ſcriptura, non requiritur ad ſubſtantiam contractus, l. publia, ff. depoſ. & hoc caſu ſeruatur natura primitiui contractus, vel ad obligationem, transfuſionem, & conuerſionem, tunc mutuum cõuerſum in depoſitum aſſumit naturam depoſiti, etiã quòad priuilegia, ſicuti è contra, hæc ille, quæ ſatis conferunt ad ornatum iſtius deciſionis, quæ cauſam dedit edicto, vt promulgaretur nouella pragm. contra ipſos Dominos pecuniæ ſic doloſè verſantes. Io. Bapt. de Thoro.

Solutio facienda creditori an fieri debeat de monetis exiſtentibus tempore contractus, vel tempore ſolutionis, ſi fuerint mutatæ monetæ, concluditur, quòd quando mutaretur materia, vel forma, ſi primus vſus monetæ non eſſet reprobatus debet fieri de antiqua moneta, ſi verò eſſet reꝓbatus vſus monetæ primæ, debet ſolui æſtimatio illius monetæ primæ, Affl. dec. 90. Ant. Gabr. lib. 5. tit. de ſolution. concluſ. 1. Viuius in ſylua commun. opin. in opin. 512. moneta, Gamma dec. Luſitan. 374. nu. 2. Borgn. dec. Fiuizan. 3. n. 13. p. 4. Ricc. collect. dec. 1223. *Reuſner. deciſ. Camer Imper. lib. 2. dec. 16. nu. 17. Larrea dec. Granat. 12. n. 59.*

Solutio facta per alienantem rem emphyteuticam canonis Aerario, ſeù Procuratori Domini an præiudicet Domino in iure caducitatis, fuit concluſum, quòd ſic, exiſtente ſcientia vtriuſq; nàm vidẽtur remittere iniuriam, ſed ſi procurator ignorauerit caducitatem, & Dominus ſciuerit, præiudicaret vtiquè, vt fatetur Affl. dec. 129. n. 10. 11. & 12. Anna alleg. 89. n. 7. Lancell. in tract. de attẽtat. p. 1. c. 1. num. 17. vbi iſtam deciſionem declarat, & quid fuerit deciſum in Curia Romana, refert.

Solutio pecuniæ Titio debita alteri facta an poterit verificari per confeſſionem recipientis, quamuis id fiat iuſſu Iudicis, concluditur, quòd non, Afflict. dec. 150. num. 34. Anchar. quæſt. 31. par. 2. n. 11.

Solutio mutui facti ad omnem requiſitionem an poſſit in continenti talis requiſitio fieri; concluditur, quòd non, & ità non erit in mora debitor, nequè vſuræ currunt, niſi à die requiſitionis, prout fuiſſe deciſum in Sacr. Conſil. refert Vrſill. dec. 91. n. 8.

Solutio monetæ facienda vigore literarum cambij transmiſſarum ab aliquo, ſi fuerint acceptatæ per Campſorem offerentem, ſe ſoluturum infrà octo dies, infrà quem terminum valor excreuit, an iuxtà valorem erit tempore acceptationis, vel ſolutionis facienda; fuit deciſum, ſolutionem prædictam eſſe faciendam tempore valoris monetæ receptæ, & conſuetæ tempore acceptationis, non autem elapſo termino præfixo ad ſoluendum, vt tradit Vrſill. deciſ. 194. num. 3. vbi ponderat mentem Sacri Conſilij, determinaſſe contra iura, fortè Sacr. Conſil. non habuit notitiam de pretenſo augmento pauco tempore duraturo, vel quia debitor habuit notitiam de mutatione monetæ facienda.

Solutio ſi ſit facta per debitorem de pecunia mutuata alicui portanti apocam mutui ſubreptam à creditore, & à debitore fuerit lacerata, an valeat talis ſolutio; fuit deciſum per Magn. Cur. Vicar. fuiſſe benè ſolutum, & ſe habuiſſe iuſtam cauſam credulitatis, non obſtante, quòd ex aduerſo allegabatur, hanc apocam fuiſſe ſubreptam illi mulieri, quod non erat notum debitori, Vrſill. deciſ. 299. n. 13. in medio.

Solutio ſi ſit facta per debitorem creditori vltrà ſũmam contentam in inſtrumento an ſibi faciat præiudicium, vt quis manuteneatur in poſſeſſione; in occurrenti caſu per debitorem opponebatur, dictam ſolutionem fuiſſe erroneè factam, creditore ſic aſſerente, licèt in inſtrumento alitèr appareret, ſed quia probauerat de poſſeſsione mediante ſolutione de ſumma, vltrà eam in inſtrumento taxatam; fuit per Sacrum Conſilium decretum, eſſe manutenendum in poſſeſsione exigendi dictum debitum vltrà ſummam debitam in inſtrumento, Vrſill. dec. 395. n. 3.

Solutio debiti facienda per ſcripturã iuxtà conuentionem partium iuramento firmatam, an ſi fuerit verificata per teſtes, valeat; deciditur, quòd nõ, & proindè nulla habita ratione teſtiũ examinatorũ fuit facta cõdemnatio ad debitum, & deindè fuit

facta

Digitized by Google

facta exequutio in occurrenti caſu allegato per Vrſill.dec.397.n.4.

Solutio dotis pmiſſę an præſumatur facta ex reſcripto per Regem habito, in quo Rex permittebat cauſam ſpolij olim facti actori pro dotibus, & in eo dicebatur, qualitèr ipſe actor aſſerebat, quòd idem Comitatus erat obligatus pro dotibus præfatis ſuæ vxoris pro duc.12.mil. quos quidē actor pro conſeruatione dicti Comitatus exoluit, & ſi dotes fuiſſent duc.12.mil.quod idem actor per inſtrumentum dotale cōfeſſus fuerat, & eodem die ſuus Cognatus fecerat inſtrumentum mutui duc. 6.mil. fuit iudicatum in fauorem actoris, & ità nō pcedere ſatisfactionē, ex quo illa verba reſcripti duos habebāt defectus, ſcilicet, quia erant enunciatiua, & verba libelli enunciatiua nō probabāt; ſecundus defectus, ꝙ nō dicebant explicitè, quòd actor habuerat pecuniam, ſed implicitè ex illatione reſultante ex eo, quia exſoluerat, Capyc. dec.71.Bologn.in l.edita,n.24.& ſeq.C.de edend.

Solutio facta per debitorē pluriū quantitatū an cedere debeat in cōputū tertiarū, vel ſortis; fuit deciſum, cedere in cōputū tertiarū, Ann.in alleg.54. n.3.Ann.filius in conſ.30.nu.13.Molf.in Conſuet. Neap.p.4.q.11.n.3. Ricc,coll.dec.349.

Solutio facta per debitorē pluriū quātitatū an cedere debeat in cōputū ſortis, vel fructuū, aut intereſſe, licèt nō liquidati; fuit deciſū, cedere in cōputū ſortis principalis, ſeù capitalis, Ann.alleg.54.n.4. Fab.Ann.conſ.30.n.13.ſolutio. Ric.coll.dec.349.

Solutio facta per debitorē condēnatū ad reſtituēdā rem cū fructibus creditori creditoris pro eius credito capitalis an cenſeatur facta prius in intereſſe, quā in ſorte, ſi creditor ipſe pecuniā receptā integri capitalis voluerit in intereſſe excōputare, ex quo fructus non erant liquidati, per ſolutionē ipſā in ſortē fuerunt excōputati, & ità deciſum in S.C. Ann.in alleg.112.Fab.Ann.in cōſ.30.ſolutio, n.8.

Solutio facta per debitorem de maiori quantitate, quēadmodū pater eius ſoluerat .ſ. duc.20. ſingulis annis præteritis contra formā promiſſionis ad rationē duc.60.ſtante pacto in venditione tot annuorum introituum ſuper certis corporibus facta de affrancando; & redimendo ipſos in totum, vel in partem, an valeat, vt non teneatur ad illud plus iuxtà cōuentionē, & petita per creditorē, fuit iudicatū in fauorē debitoris, nā erat vnica obligatio, & vnicū ius obligationis, licèt prēſtationes eſſent diuerſæ, naſcuntur tamen ex eodem ſonte, & vna radice, Franc.de Amic.in c.1.de ijs, qui ſeud. dār.poſſ.§. ex hac theorica, verſ.ex hac etiā; ſ.50. & 51.*D.Reg.Hect.*Capyc.*Latr.dec.*27.n.8.

Solutio ſeruitiorū præſtitorū a vaſallis an ſit cōmittēda Ærario, vel debeat reſeruari Dño, qm̄ Barones nō cōmittebant Ærarijs, ſed ſibi reſeruabāt ſolutionē, & ſubditi timore, & cauſa non accedendi antè faciē Dñi derelinquebāt ſalaria dictarū; fuit prouiſum in S.C.ꝙ Barones committerēt Ærarijs ſolutiones ſalariorū, ſeù ſeruitiorū, & ipſi Barones abſtineant, Capiblanc.in prag.16.n.39. de Baron. *Nouar.de grauam.vaſall.tom.*1.*grauam.*107.

Solutio promiſſa fieri in certo loco de primis introitibus alicuius rei, ſi eo tempore fructus rei percipi non potuerunt ob aliquod impedimentū, licèt per præteritum fuerint vberrimi fructus percepti per debitorem, an ijs nō obſtantibus ſit facienda; fuit deciſum per S.R.C.in cauſa Marchionis Caſtellanetæ cum Comite Montellæ, quòd ſic, dùm ipſe tanquàm creditor cōuenire feciſſet Marchionem ad ſoluēdum tertias decurſas ſuper defenſa Terræ Montellæ, & fuiſſet oppoſitum per cōuentum, fructus non fuiſſe eo anno perceptos ob cauſam belli, & per actorem probatum, fuiſſe fructus vberiores perceptos per præteritum, ad quos fuit cōuentus condemnatus, tantò magis, quia promiſſio ſolutionis facta fuerat in certo loco, Nar.Lipar.ad Andr.in c.1.§.notandum, lit.L.incip.Camera, quot teſtes ſunt neceſſ. ad proban. feud.ingrat. & vide ſupra eod.verb.extractio, Conſiliar.de Georg. in repetit.feudor.c.41.n.16. p.1.

Solutio facta per debitorē per triēniū continuū moleſtari nequit ex iuris diſpoſitione pro præterito, qd ſi ſolutio eſſet faciēda per tertias ſingulis quatuor menſibus, & probata fuiſſet ſolutio in tribus tertijs cōtinuis totius anni, an debitor moleſtādus erit pro præterito, fuit deciſū in R.C.S. in fauorē debitoris, vt non moleſtaretur pro præterito, ſtāte ſolutione triū tertiarū totius anni, Reg.de Pōt. in tract.de pot.Pror. tit.4. de regal.impoſ.§.2.n.5. *Ill.D.Reg.Cōſtant.in l.3.C.de apoc.publ.lib.*10.*n.*17.

Solutio facta à debitore hæreditatis curatori pupilli dato vigore decreti, per quem nō fuit ritè, nec rectè inuentarium factum, nec adimpletum, ad quæ tenebatur, an militet, vt ſit valida pro debitore; fuit deciſum in fauorem actricis petentis ſummā prædictam ſic ſolutā, ſed quia curator poſtmodū adimpleuit, & ſolutio per debitorē fuit facta per eius negotiorum geſtorem abſente debitore fuit ſuperſeſſum in ſententia, & mandatū, fieri diſcuſſionem cum principali, & fideiuſſore, Franch.dec. 206. Fab.Ann.conſil.49. pars aduerſa, Georg. in alleg.38.in princ.*Matth.Berlich.dec.Germ.*78.*n.*2. *& 12.Cancer.var.reſol.tom.*2.*cap.*6.*n.*103.*D.Reg. Fab.Capyc.Galeot.tom.*1.*controu.*32.*n.*22.

Solutio ex præterito licèt præſumatur ex tribus ſolutionibus annorum præteritorum, an præſumatur ex tribus annis interpellatis per multum tempus antequàm debitor cōueniretur, vel per annos tres præteritos cohærentes tēpore litis motæ per creditorem; fuit deciſum, eſſe intelligendum per annos tres cohærētes tempore litis motæ, Franch. dec.137.Ric.coll.dec.25.Alph.coll.945. *D. Regens Conſtant.in l.3. C.de apoc.publ. lib.*10.*n.*12.

Solutio debiti contracti præuia apoca Banci ſoluti abſq; cauſa an præſumatur facta. Primò, per ſilentium creditoris annorum 18.non alitèr pet eum petitum, ſed poſt obitum eius per hærēdē contra hęredem debitoris. Secūndò, per ipſus creditoris inopiam, adeò debitis impliciti, vt creditoribus vrgentibus in carcerē detruſus fuerat. Tertiò, attenta debitoris cōditione diuitis, & ſoluēdi. Quartò, poſtquā creditor vti Cpſerius Dohanæ onus ſoluēdi habebat annuos duc.400.debitori. Quintò, ex ſcriptura creditoris producta poſt 7.menſes allegatæ ſolutionis per eū factæ de ſumma prędicta confeſſus fuerat, eſſe debitorē in certa ſumma dicti ſui debitoris, teſtibus ēt deponentibus, notā manum habere, corroborata demùm ex ſolutione abſq; cauſa facta fuit cōuentus ex prēmiſſis ab impetitis abſolutus, Anell.Amat.conſ.53.in cauſa vol.1.in cauſa V.I.D. Ferdinandi Pecorarij cum hærede Ludouici Albergoni.

Vu 2 Solutio

Digitized by Google

Solutio totius debiti an præſumatur facta ex temporis antiquitate annorum 40. in circa, ſi pars debiti fuiſſet ſoluta, & de ea quietatio facta pro debito contento in inſtrumento; deciſum fuit negatiuè per S. C. in cauſa Laurentij Ventura cum Oeconomis Sacri Hoſpitalis D. Mariæ Annunciatæ, D. Camil. de Laratha cõſ. 65. Magnif. Laurētius.

Soror maritata, & dotata à patre primogenita exiſtens an præferatur in feudis paternis ob mortem fratris deuolutis filiæ ſecũdogenitæ in capillo exiſtenti; fuit deciſum, eſſe filiam ipſam primogenitã præferendã, excluſa ſorore in capillo, Franch. dec. 328. Frãc. de Amic. in c. 1. de ijs, qui feud. dat. poſſ. §. & veniendo, ſub n. 4. fol. 142. Molf. in Comment. ad Cõſuet. Neap. p. 4. q. 21. n. 6. & q. 29. Mormil. in Conſt. Vt de ſucceſſionibus, n. 22. vbi aliã deciſionẽ citat deindè factam iunctis Tribunalibus S.C. & R.C.S. vt patet ſuprà eod. verb. primogenita, *Iul. Caſ. Gallupp in method. feud. p. 3. c. 4. nu. 35. Lal. Caput. in Conſuet. Si moriatur, p. 1. §. 1. n. 7. & ſeq.*

Soror licèt promiſerat fratri in aſſignatione dotis plus non petere, ſed ſe eſſe illa dote contentã, non impeditur petere ſupplementum legitimæ, ſi dos non applicaret ad eam, cùm non fuerit legitimè renunciatum, & ità fuit deciſum in S.C. Gramm. dec. 101. n. 50. & in occurrẽti eius caſu ſimile fuit deciſum ſub n. 118. in fin. ſequitur Vrſill. dec. 169. Fuſc. ſing. 98. lit. F. *Camill. de Medic. conſ. 25. n. 14.*

Soror an teneatur ad cõtributionẽ legatorũ fratris, ex quo fuit turpis perſona inſtituta pro rata eius quartæ partis ad eã peruẽtæ ex inofficioſo teſtamẽto cõdito ſic declarato, fuit deciſũ, ꝙ non, Affl. dec. 125. n. 2. & ſeq. Theſ. dec. Pedemõ. 128. Ric. in coll. dec. 169. Alph. coll. 1049. Anchar. q. 11. n. 5. p. 1.

Soror vterina an præferatur ꝓximioribus in ſucceſſione antephati lucrati per matrẽ ſuper bonis primi viri; fuit deciſum, ꝙ ſic, Affl. dec. 127. Franch. dec. 25. n. 2. eum citat Gamma dec. Luſit. 9. n. 2. nouiſſimè Ioſeph de Seſſe dec. Arago. 52. n. 23. Molf. in Comment. ad Conſuetud. Neap. p. 4. q. 39. n. 13. q. 41. num. 2. Ricc. deciſ. Archiep. Neap. 175. p. 2. *Aluar ad. de coniect. ment. def. lib. 3. c. 1. ſub nu. 30. Cancer. var. reſol. to. 1. c. 1. nu. 26. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 9. gloſ. 5. p. 1. n. 76. & dec. Cathal. 53. n. 4.*

Soror à fratre maritata de paternis bonis an ſuccedat inſimul cũ alia ſorore in capillo in hæreditate fratris decedẽtis abſq; liberis, fuit deciſum, deducto paragio alterius ſororis in capillo, ꝙ ambæ ſuccedãt, Affl. dec. 161. Minad. in Conſt. In aliquibus, notab. 3. n. 5. Carauit. ad Affl. in dicta deciſio. verſ. ibi, de Franch. in addit. ad Conſuet. Neap. ſi moriatur, incip. qui autem, fol. 81. & ibi Camill. Salern. in addit. incip. licèt Affl. licèt contra ipſum fuerit deciſum in S.C. vt ambæ ſuccederent æqualitèr in bonis burgenſaticis; idem Salern. in alia addit. incip. dicit hic Napod. fol. 88. Maſull. in addit. ad Capyc. dec. 190. n. 3. Molfeſ. in Comment. ad Conſuetud. Neap. p. 4. q. 21. & in tit. de renunc. q. 3. n. 24. allegat Carauit. in addit. aſſerentem, ità obtinuiſſe de facto in S.C. contra Affl. Marc. Ant. Peregrin. deciſ. Patau. 62. n. 1. vbi tradit, bis obtinuiſſe iuxtà deciſa. Hector Felic. in tract. de ſocietat. c. 37. n. 18. *Marta in ſumma de ſucceſſ. p. 1. q. 14. art. 6. n. 13. & p. 4. q. 21. art. 15. n. 102. Reuſner. deciſ. Camer. Imper. lib. 1. dec. 15. n. 17. verſ. facit, & idem Marta conſ. 75. n. 12.*

Soror à fratre maritata de bonis paternis, & facta renunciatione per eam in beneficiũ fratris, eiuſq; hæredibus, & ſucceſſoribus, an mortuo fratre ſine filijs ſuccedat inſimul cum alia ſorore in capillo; fuit concluſum, quòd non, Affl. dec. 161. n. 3. Reg. de Ponte conſ. 39. n. 4. vol. 1. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 21. Hect. Felic. in tract. de ſociet. c. 37. n. 18. *Reuſner. vbi ſuprà, contrarium tamen fuit deciſum in S.C. in cauſa Lucretiæ de Scutellarijs cum Blanca eius ſorore. Actuario Sarno, & in cauſa ſororum de Thomaſio, vt refert Iacob. Gall. in conſ. 64. n. 9.*

Soror ſi fratrem pluries requiſierit, vt ipſam maritaret, an cõtracta mora admittatur ad ſucceſsionẽ, ità quòd frater offerendo dotem ſit excluſa à ſucceſsione; fuit deciſum, quòd extra Ciuitatẽ Neap. ſoror excludatur à ſucceſsionẽ, ſi fratrẽ interpellauerit prò maritagio, & neglexerit frater offerẽdo dotem, ſecùs intus Ciuitatem, nam elapſo 16. anno, & interpellatus frater non maritauerit, vti maſculiata ſuccederet, Affl. in dec. 159. & ibi Vrſil. ponit alias deciſiones ſimiles, Reg. de Ponte conſ. 50. num. 5. vol. 1. Franc. de Amic. in c. 1. de ijs, qui feud. dat. poſſ. §. prodeſt iſte, nu. 11. fol. 132. & §. & veniẽdo ad primam, n. 11. fol. 168. latè Hieronym. de Laurent. in repet. l. ſi emancipati, C. de collat. n. 183. Molſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 4. & q. 9. Ricc. collect. dec. 145. *Marta in ſumma de ſucceſſ. p. 1. q. 13. ar. 6. n. 34. D. Reg. Hector Capyc. Latro vir omni laude dignus dec. 59. n. 7.*

Soror à patre dotata de paragio poſt mortẽ matris, cui renunciauit, eiuſq; hæredibus, &c. bona materna, & paterna an ſuccedere poſſit in dotibus maternis ob mortem eius fratris; fuit deciſum, ꝙ ſic, quia non videtur renunciatum eſſe bonis fraternis, Affl. dec. 178. nu. 4. Franch. dec. 171. nu. 2. & dec. 327. Minad. in Conſt. In aliquibus, in 3. notab. nu. 5. Michael Craſſ. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. §. teſtamentum, q. 10. in fin. Anchar. q. 33. p. 1. n. 2. idẽ Mich. Craſſ. inter comm. opin. tit. de repud. & abſtin. hæred. n. 24. & 32. Ric. var. reſol. reſol. 163.

Soror an poſſit teſtamentum fratris in totum impugnare turpi perſona inſtituta, ſi quidquam eſſet relictum, vel vſquè ad ſupplementum legitimæ ei competentis; fuit deciſum, non poſſe rumpi teſtamẽtum in totum, ſed poſſe agere ſororem per viã quærelæ ad ſupplementũ legitimæ, Affl. dec. 204. vſq; ad n. 3. Iul. Clar. in §. teſtamentum, q. 50. nu. 3. Viuius in ſylua comm. opin. in opin. 865. teſtator, n. 23. verſ. in contrariũ, Theſau. in dec. Pedemont. 128. Matant. conſ. 27. n. 9. Sutd. in tract. de alimẽt. tit. 8. priuileg. 85. nu. 10. Ricc. in collect. deciſ. 169. Michael Craſſ. inter comm. opin. tit. de inoffic. teſtam. n. 19. Anchar. q. 60. p. 2. & q. 12. p. 1. n. 4. & 6. *Borrell. in ſumma deciſ. tom. 3. tit. 16. nu. 40. Merlin. in tract. de legitima, lib. 2. tit. 2. q. 13. num. 39. Blaſc. memorab. 16. n. 21.*

Soror maritata à patre, ſi pater mortuus eſſet ab inteſtato an admittatur ad ſucceſsionem cum alijs ſororibus facta collatione dotis, quamuis non in totum fieret, ſed in parte, attenta conſumptione bonorum mobilium conſumptorum conſtante matrimonio; fuit deciſum, quòd ſi ſine dolo, & culpa bona ipſa eſſent conſumpta citrà collationem admittatur ad ſucceſsionem paternam, Affl. deciſ. 247. Valaſc. in praxi partit. & conſult.

ſult.c.10.n.12.& c.13.nu.70. Borgn.Caualc.deciſ. Fiuizan.18.n.23.p.2. Molſeſ.in Comment.ad Cõſuet.Neap.p.6.q.7.n.22.

Soror ad hoc vt maſculiata cenſeatur, & ſuccedat inſimul cũ fratre an requiratur,vt frater interpelletur per eã,conſtituendo ipſum in mora; fuit deciſum,quòd ſic,& hoc in bonis in Ciuitate Neap. exiſtentibus, Affl.dec.370.à num.7.ad 10.Reg.de Ponte cõſ.50.n.6.vol.1.idem Affl.in Conſt.In aliquibus,n.69.vbi ponit deciſionem;in Regno extrà Neap.quomodò procedat,vt infrà eod.verbo ſoror,vidẽdus eſt Pariſ.cõſ.19.vol.2.n.191.vbi citat iſtam deciſionẽ,Molſeſ.in Comment.ad Conſuet.Neap. p.4.q.6.nu.8. & q.8.nu.3.& 13.& q.9. Mart.in vot.1.n.13.Ric.collect.dec.754.Mart.de iuriſd.p.2.c.48.n.5. *D.Reg.Hector Capycius Latro dec.59.n.7. Cauagnol.lib.2.conſult.56.n.22.*

Soror maſculiata ob culpam fratris diſtulentis ipſã maritare an ſuccedat inſimul cum fratre,alijs fratribus in pupillari ætate decedentibus,vel tãtùm in bonis paternis,maior pars Dominorũ de Conſilio inclinauerunt, quòd ſoror ſuccederet cum fratre etiam in bonis aliorum fratrum minorum, Affl.dec.370.n.11.de Ponte conſ.117.vol.2.

Soror vtrinquè coniuncta an excludatur à bonis paternis à fratre conſanguineo; fuit deciſum, quòd ſic, licèt habere debeat paragium iuxtà Conſuetudinem Neap. Vrſill.dec.28.n.12. Viui.in ſylua comm.opin.in 334.opin.fratres,num.3.Molſeſ.in Conſuet.Neap.p.4.q.40.n.5. in addit.

Soror,quæ renunciauit bonis paternis, & maternis non excluditur à fraternis poſt aditam hęreditatẽ fratris,quod verum eſt,niſi cõmunis vſus loquendi alitèr ſe haberet,& ità in M.C.V.fuiſſe deciſũ, teſtatur Vrſil.dec.178.n.3.Viu.in ſylua cõm.opin. in opin.812.ſtatutum excludens,n.53.& 57.Molſ. in Comment.ad Conſuet.Neap.p.4 q.29.n.11.

Soror in Regno ſi non fuerit à fratre maritata in vigeſimoquinto anno, etiam ſi fratrẽ interpellaſſet an admittatur ad ſucceſsionem inſimul cum fratre; fuit iudicatum in S.C.quòd ſi ſoror interpellaſſet fratrem, poſtquàm haberet annos 25. vel antè,quòd daret ſibi dotem,niſi frater dicat,volo, quòd ſis hęres,ſemper poteſt dicere,ego volo dare tibi dotem de paragio,etiam quòd ſoror excedat 25.annos, Affl.in Conſt.In aliquibus,poſt nu. 69.verſ.ſed iuxtà literam.

Soror in capillo an ſuccedat inſimul cum fratre in bonis burgenſaticis alterius fratris præmortui, & quid in bonis per eum quæſitis; fuit deciſum,dictam ſororem eſſe hæredem declarãdam pro tertia parte fratris præmortui in bonis burgẽſaticis, exiſtentibus extrà diſtrictum vnà cum fructibus, in bonis verò nouitèr quæſitis per fratrem fuit reſeruata melior deliberatio,in bonis infrà diſtrictum fuit abſolutus conuentus,& ità in bonis paternis intus diſtrictum ſoror nihil habeat, quando concurreret cum alio fratre,& in bonis nouitèr obuentis fratri fuit ſuperſeſſum, vtrum ſoror aliquid habeat, Ann.in alleg.70.n.29.& in fine ponitur deciſio,Fab.de Ann.conſ.45.n.70.

Soror in capillo an admittatur ad ſucceſsionem auitam ſtante fratre ſucceſſore inſimul cum ea; fuit deciſum, quòd ſucceſsio auita non debeatur nepti ſuperſtite fratre, ſed tantùm paragium, Ann. alleg.70.n.67.& in fine deciſionem ponit.

Soror nõ aliter dotata de bonis paternis an aliquid debeat habere in eius bonis;fuit deciſum,vnicam dotationem ſufficere,vt ab omnibus ſucceſsionibus fraternis etiam excludatur in Ciuitate Neap. ſecùs in Regno per Regni Conſt. vt requirantur tot dotationes,quot ſunt ſucceſsiones, Ann.alleg. 81. & Georg.in alleg.30.nu.22. Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.9.in princ.n.6. Molſ.in Comment.ad Conſuet.Neap.p.4.q.29.n.17.Ricc. in collect.dec.55. idem Reg.conſ.50.n.26.vol.2.

Soror dotata an admittatur ad ſucceſsionem fratris præmortui inſimul cum alio fratre; fuit deciſum, quòd non, ex quo appellatione fratris ſoror non contineatur,ideſt dotata, ſecùs dotanda, vt inquit Ann.alleg.117.nu.12. Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.9.in princ.n.6. & conſ.50.vol.2.

Soror dotata à patre ſi renũciauerit bonis paternis, maternis,& fraternis, & iuri competenti,& competituro,& ceſsiſſet iura ſua patri,& eius hæredibus, & ſucceſſoribus, ſi poſteà omnes fratres moriantur ſine liberis,& vltimus moriens fecerit teſtamentũ, an poſsit de bonis à patre obuẽtis liberè teſtari in quẽ velit, ità vt ſoror ipſa excludatur à medietate virtute Conſuetudinis debita, Ant. de Alex.in Conſuet.Si moriatur, in addit. incip. ad cõcluſionem,f.28.inquit,habuiſſe quæſtionem ipſam de facto,& concludit contra ſororem,in fauorem fratris, & idem fuit deciſum in occurrenti caſu per Capyc.dec.190. vt ſuprà,verb.filia renũcians,& Io.Ang.Piſanell.in addit.ad Conſuet.ſupradictã, incip.nota, quòd poſitam,vbi refert,idẽ bis fuiſſe deciſum in S.C. vbi allegat Capyc. f.83. eum citat Reg.de Pont.cõſ.61.n.43. cũ ſeq.vol.1. vbi refert alias deciſiones poſteà factas, Molſ. in Comment.ad Conſuet.Neap.p.3.q.9. Amat.conſ. 90.n.17.*D.Reg.Hect.Capyc.Latro deciſ.41.num 7.*

Soror in bonis feudalibus,quando viuitur iure Frãcorum ſuccedit in feudo paterno,ſecùs ſi viueretur iure Longobardorum, & in occurrenti caſu dùm prætenderetur per Ducem Andegauiæ,feudum deuolutum ob mortem Comitis Mileti ad ſe ſpectare, nullo hærede exiſtente; fuit pronunciatum contra ipſum,& ſoror admiſſa, ex quo mater ſua non fuerat maritata de bonis fratris, & ſic ex perſona matris poterat fratri ſuccedere,Gramm. in titu M.C.V. incip. ſanè pro parte Magnificæ mulieris,n.6.ſol.152.

Soror an admittatur inſimul cũ fratre ad ſucceſsionem auiæ in bonis extrà diſtrictum,fuit deciſum, quòd ſic in Collater.Conſil. Vincent.de Franch.in addit.ad Conſuet.Si quis,vel ſi qua,incip.adde in ſimili,fol.122.Molſeſ.in Comment.ad Conſuetud. Neap. p.2.q.24.n.12.in med.

Soror maritata, & dotata à patre an mortuo fratre ſuccedat in feudo,vel ſuccedat Fiſcus;fuit deciſũ, quòd ſic in fauorem ſororis, & ità obtẽtum,quia in illis feudis fuit probatum,quòd viuebatur iure Francorum, Affl.in c.1.§.quin etiam, num.3. Epiſcop.vel Abb. & in cap.1.de natur. ſucceſſ.feud. ſub num.24.dixi ſuprà eod.verb.ſoror, iſtam deciſionem etiam refert Nard.Liparul.ad Andr.ſub nu.30.lit.F. incip.prædicta, de natur.ſucceſſ.feud. annuens, reperiſſe adnotatam in dicto loco Andreæ,& credo, eſſe ipſius Affl. quæ fuit in cauſa Comitatus Mugnani cum Portia Ferramoſca, de qua meminit Franch.deciſ.327. Mareſcott. var.

reſol.lib.2.c.120.n.6.*Iul.Cæſ.Gallupp.in ſua elegãti methodo feud. p.3.c.4.n.35.*

Soror maritata à fratre de bonis paternis, vel à patre an excludatur à ſucceſſione fratris, fuit determinatum in S.C. quòd ſic, & idem ſi fuiſſet maritata, & dotata à fratre de alijs bonis, quæ ſoror accepit in excambiũ bonorum paternorũ, prout ſic fuiſſe deciſum in S.C. refert Iacob. Anell. de Boct. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, incip. iſta Cõſuetudo, fol. 151. & Capyc. in addit. ad Conſuet. Si moriatur, incip. ad hanc Conſuetudinẽ, f.69. refert eandem deciſionem, de qua meminit Franch. dec. 87.n.9. & Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neapol. p.4 q.29. num. 16. vbi alias deciſiones tradit.

Soror an debeat habere paragium in bonis per fratrem acquiſitis, exiſtente alio fratre; fuit deciſum, quòd non, prout in ſimilibus cauſis refert idem in S.C. deciſum in filia petente ex perſona matris ſucceſſionem, ſiuè paragium in bonis patrui, Iacob. Anell. de Boct. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, incip. in cauſa Ill. D. Iſabellæ, fol. 151.

Soror, quę non appaeret, q fit dotata, licèt reperiatur maritatã, an à fratris ſucceſſione repellatur per aliũ fratrẽ ſuperſtitem, cùm et non appareat, vllã interpellationẽ præceſſiſſe; fuit per S.C. pro fratre in excluſionem fęminatum iudicatum, Io. Angel. Piſanell. in Conſuet. Sed ſi morienti, §. quod autem, incip. pone, quòd ſoror. fol. 156. & in alio caſu ſic fuiſſe deciſum refert alia Apoſtilla ibidẽ, incip. circa iſtam gloſ. fol. 159. & ratio eſt, quia iſta probatio habet vim dotationis, non ſucceſſionis, Franch. dec. 412.n.4. *Camill. de Medic. cõſ. 11.n.15.*

Soror nupta ſi vellet cum alia ſorore ſuccedere exiſtente in capillo fratri, vel ſorori an teneatur conferre dotem, quam habuit ex bonis paternis; fuit iudicatũ in S.C. quòd ſoror in capillo detraheret antè omnia paragium, quod ſibi ex hac Cõſuetudine debeat frater ex bonis paternis, tanquàm æs alienum, conficiendo inuentarium, & ſic habebit tantundem, quantum filia nupta, reliqua verò diuidantur inter eas, Ant. de Alex. in addit. ad Cõſuet. Sed ſi morienti, §. quod autem. incip. ſed quæro, an ſoror, fol. 159. Georg alleg. 59 n.11. & alleg. 30.n.25. & iterùm in cauſa ſororum de Aſſaro ſuper ſucceſſione hæreditatis quon. Io. Baptiſtæ de Aſſaro, dũ vna ex ſororibus Monialis, ſeù Pizocara excludere prætenderet alias duas ſorores iã maritatas, quæ renunciauerant in forma, & cõtra eam aliæ ſorores aſſerebant ipſam paritèr renunciaſſe, quod demonſtrabãt ex apoca Banci, vbi aſſerebatur, ipſam à fratre ſatisfactã pro annata iam finita, iuxtà formam conuentionis habitæ, & renũciationis factæ per certum Notarium, deciſum fuit per S.C. facta relatione per D. Ferdinandum della Quadra Reg. Conſil. benemeritum, cum interuẽtu Ill. Marchionis S. Angeli Preſidis S.C. die 23. Iunij 1619. q omnes ſuccedãt collatis dotibus, licèt pendeat reclamatio, penès Carbonum Act. Mag. *D. Reg. Hector Capyc. Latro deciſ. 61. num. 2. Læl. Caput. in Conſuet. Si moriatur, p. 1. § 2. nu. 2. & ſeq. vbi alias deciſiones recollegit.* Thoro.

Soror ad hoc vt excludatur, nõ tãtùm à ſucceſſione, ſed etiã à paragio in bonis paternis an ſufficiat, q ſit dotata de bonis paternis, etiam ab alio, quã à fratre; fuit deciſum quòd ſic per S.C. Felix de Rub. in Cõſuet. Si quis, vel ſi qua, §. quod autem, incip. Afflict. in Conſt. In aliquibus, &c. fol. 3. poſt Cõſuet. Neap. impreſſ. eum citat Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p.4.q.29.n.16.

Soror an ſuccedat cum fratre, quãdo matrimonium eſſet contractum more Magnatum; fuit deciſum per S.C. quòd ſic, Fęlix de Rub. in addit. ad Conſuet. Si quis, §. ſed ſi morienti, verſ. limita, niſi contractum, fol. 2. poſt Conſuetud. impreſſ. Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p.4.q.31.

Soror cõſanguinea an excludatur à ſucceſſione fratris ab inteſtato morientis, exiſtẽtibus alijs fratribus carnalibus, & ſic licèt eſsẽt omnes in pari gradu, per Cõſuet. incip. Si quis, §. ſed ſi moriẽti, quæ loqui videtur, quãdo eſſet frater carnalis, & neptis ex alio fratre præmortuo; & in vlteriori gradu, fuit per sẽtẽtiã S.C. excluſa, quia ſi eſſet vterinus nõ excluderet ſorores, vel neptẽ, Fęl. de Rub. in dicta Conſuet. Si quis, §. ſed ſi morienti, incip. qui autem dicantur, fol. 2. poſt Conſuet. impreſſ.

Soror non maſculiata excluſa à ſuceeſſione fratris an debeat dotari de bonis fratris, ex quo Cõſuet. imponit neceſſitatem dotandi de bonis aſcendẽtium tantùm fuit bis iudicatum in S.C. quòd non, Fęlix de Rub. in Conſuet. Si quis, §. ſed ſi moriẽti, incip. ad declarationem iſtorum, fol. 3. poſt Conſuetud impreſſ.

Soror maſculiata, & ex ea deſcendẽtes an excludãt alias ſorores, ſiuè amitas, deficientibus maſculis, per S.C. fuit deciſum, quòd nõ. Fęl. de Rub. in addit. ad Conſuet. Si quis, §. quod aũt, incip. maſculiata, & deſcendẽtes, fol. 3. poſt Conſuet. impreſſ.

Soror dotata à patre, vel à fratre de bonis paternis, quæ renũciauit omnibus bonis, & ſucceſſionibus, etiã feudalibus ipſis, & eorum hæredibus, & ſucceſſoribus, an mortuo fratre, nullo hærede exiſtẽte admittatur ad ſuceeſsionem feudi, non obſtãte renunciatione ipſa; concluditur, quòd ſic, & pro hac parte fuit iudicatũ in S.C. Loffred. in paraph. feud. in c.1. de natur. ſucceſſ. feud. col. 3. & ſeq. à verſ. cùm ergo ipſa, vſquè ad verſ. & iuxtà hæc decidi, Præſ. de Franch. deciſ. 327. Lanar. conſ. 60. n.146. & ſeq. Reg. de Ponte in rub. de ſucceſſ. feudor. lect. 12.n.24. *Conſil. Teodor. alleg. 36. num. 37.*

Soror an ſuccedat fratri eo mortuo in bonis paternis, de quibus fuerat dotata per fratrem; concluditur, quòd non, quia per dotationem fuit excluſa, per authoritatem Affl. in Conſtit. In aliquibus, in 4. notab. 9. quæſt. in fin. & ſic ſemper fuiſſe iudicatum antiqui Doctores affirmabant, vt refert Franch. dec. 87. nu. 7. *Reg. Rouit. dec. 22. n. 5.* & nouiſsimè ità iudicatum per M.C.V. in cauſa Anelli Naclerij V.I.D. cũ eius ſorore, referente Io. Aloyſio Catalano Iudice peritiſsimo de anno 1611. penès Canalẽ Actuariũ, patrocinãte Io. Franciſco Vitaliano I.C. doctiſſimo, meo cõſobrino, Molfeſ. in Conſuet. Neap. p.4.q 29.n.16. qui citat Frãch, vbi ſuprà, & in addit. dicta quæſt. num. 3. Thoro.

Soror, quæ accepta dote renũciauit an ſuccedat fratribus moriẽtibus ab inteſtato; concluditur, quòd ſic, ſecundùm Napod. in Conſuet. Si moriatur, in verb. ipſi ſucceſſores, verſ. ſed quid ſi fecit, & ſecũdũ ipſius opinionẽ fuit iudicatum in S.C. iũctis aulis, vt refert Molſ. in Cõment. ad Cõſuet. Neap. p.3.q.9.n.4. & in tit. de renun. q.3.n.16. & hoc fuit in cauſa ſororũ de Freccia, de qua meminit Amat. cõſ. 90.n.19. & ſeq. vbi dictã deciſionẽ declarat, qa

renun-

renunciatio fuerat facta in beneficium matris, & inſuper probatum, quòd tempore renunciationis ſpecificè inter fratres conuentum fuiſſet, quòd nó obſtante renunciatione ſorores ſuccederent, ſi abſq; filijs fratres deceſſiſſent.

Soror nupta, quæ renunciauerat hæreditati paternę, & fraternæ in beneficium maſculorum an poſſit fratris occiſi vindictam proſequi, non obſtante remiſsione fratrum occiſi, fuit in Coll. Conſ. ad relationem M.C.V. deciſum contra ſororem, & ſic non eſſe admittendam, Reg. Carol. Tap. in 4. par. tur. Regni ſuper prag. 8. de compoſit. nu. 6. & ſeq. vſq; ad n. 35.

Soror dotata de paragio an ſuccedat inſimul cum ſorore in capillo in bonis fraternis, fuit deciſum in S.C. ſuccedere collato paragio, vel deducto paragio filiæ in capillo, & ſic æqualitèr bona paterna diuidi, And. Molfeſ. in Cóſuet. Neap. p. 4. q. 19. 20. & 21. n. 6. in addit.

Soror dotata à fratre de bonis paternis an mortuó fratre ſuccedat in bonis illis, quę remanſerunt pęnes fratrem de bonis paternis, fuit iudicatum, non ſuccedat, quia ab illis excluſa eſt per dotationem, Affl. in Conſt. In aliquibus, in 4. notab. in 9. q. in fin. eum citat Franch. dec. 87. ſub n. 7.

Soror dotata à fratre vltrà etiam dotem à patre taxatam, & relictam, ſi renunciauerit in forma ſucceſsionibus, & in ſpecie fideicommiſſo à patre decreto, vt decedente eius filio filiæ ſuccederent, an ſucceſſo caſu fideicommiſsi admitti debeat cum alia ſorore, nó obſtante renunciatione, fuit deciſú negatiuè in prima inſtantia per S.C. licèt pendeat reclamatio in cauſa Lauræ Capaſſę in Banca Carboni, Anell. Amat. in conſ. 90. deceſsit, vol. 1.

Sorores vterinæ coniunctæ an admittantur contra patrem, & fratres de iure conſuetudinario in ſucceſsione alterius fratris, & deſcendentium, nó fuit aliter deciſum, tamen Franch. dec. 543. concludit contra ſorores multis fundamentis, cumque iura patris, & fratris videbantur eſſe potiora, fuit per S.C. conceſſum primum beneficium ſororibus, & liberatum depoſitum patri, & fratri, deciſio patet ſuprà eodem verb. Soror, Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 46. n. 3. Ric. in coll. dec. 635.

Sorores Moniales vtrinq; coniunctæ defuncto tenunciantes in forma an admittantur ad ſucceſsionem fratris vnà cum nepote, & nepte vterinis ex ſorore vtrinq; cóiuncta, fuit deciſum, quòd in ſucceſsione auunculi concurrant pro medietate frater, & ſoror vterini, Franch. deciſ. 375. Molfeſ. in comment. ad Conſuet. Neap. tit. de renunc. q. 17. n. 34. cum ſeq. Anell. Amat. conſ. 90. nu. 17. Marius Muta deciſ. Sicil. 57. n. 27. *Epiſc. Gennenſ. in tract. de Eccl. ſeu practic. Eccleſ. q. 211. Merlin deciſ. 47. poſt tract. de legitima n. 11. & ſeq. D. Conſil. Theod. alleg. 36. n. 16. & 19.*

Sorores an admittantur ad ſucceſsionem cæterorū bonorum fratris per eum acquiſitorum, iuxtà Conſuet. Neap. non obſtante diſpoſitione fratris expreſsè prohibentis, quòd ſorores ipſæ ſint excluſæ à ſucceſsione bonorum prædictorum hæreditatis ipſius teſtatoris, nec de eis vllam partem, nec portionem habeant, nec habere debeant ex quacunq; cauſa, fuit deciſum, eſſe excludendas, Franch. deciſ. 507. Gaſpar Theſ. in add. ad dec. 63. eius Patris, Molfeſ. in comment. ad Cóſuet. Neap. p. 1. c. 1. n. 9. Anell. Amat. conſ. 74. nu. 3. vol. 1. Ricc. in prax. var. reſol. reſol. 163.

Sorores vtrinq; coniunctæ concurrentes cum fratribus, quibus renunciauerunt eorum ius ſuccedendi ob dotationem an admittantur ad ſucceſsioné ſororis prædictæ defunctæ cū omnibus fratribus, matre exiſtente in medio in dotibus dependentibus ex matrimonio contracto more Nobilium, in quo caſu ſuccedirur iure communi; fuit deciſum, eſſe excludendas ſorores prædictas, & ſucceſsioné ſpectare ad fratres ipſos pro portionibus ſpectantibus ad dictas ſorores, tanquàm dotatas de bonis maternis, & paternis, ſtante renunciatione, Franch. dec. 92. à n. 6. ad 9. deciditur, Reg. de Pont. conſ. 39. nu. 19. & conſ. 61. nu. 92. vol. 1. Molfeſ. in comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 17. n. 12. *Dom. Reg. Rouit. conſ. 29. n. 5. & in fin. vol. 2.*

Sorores vterinæ quemadmodū admittuntur ad partem hæreditatis maternæ in beneficium vtrinquè coniunctorum, licèt adeſſent fratres vterini vigore Conſuet. Neap. an procedat, quando ſupereſſent fratres, & ſorores vtrinq; coniunctæ cum cōſanguineis tantùm, vt portio paterna vadat in beneficium conſanguineorum tantùm; fuit deciſum, portioné ſororis cedere in beneficiū, tàm vtrinq; coniunctorum, quàm conſanguineorum tantùm, Franch. dec. 26. Reg. de Pont. conſ. 39. n. 27. vol. 1. Molfeſ. in comment. ad Conſuet. Neapol. par. 4. q. 17. nu. 93.

Sorores maritatæ, & dotatæ à patre ſuperſtites, quæ non poterant ſuccedere patri, vel matri ob exiſtentiam maſculi vigore Conſuet. Neap. an iure conſolidationis mortuo fratre, ſi nó ſint hæredes fratris ſuccedant in antephato fratri conſolidato per mortem matris; fuit deciſum, ſufficere, conſolidationem illam eſſe ſemel factam in filio, ideò non tranſire ad alios, qui fuerunt ſemel excluſi à bonis paternis, & in eis non cadet noua conſolidatio, Affl. dec. 314. n. 4. & 5.

Sorores vtrinq; coniunctæ, & dotatæ an admittantur ad ſucceſsionem bonorum ſitorum extrà Ciuitatem Neap. auunculi decedentis ab inteſtato, ac etiam patrui, non obſtante earum renunciatione facta in beneficium fratris cum clauſulis generalibus in forma, nulla tamen facta mentione ſucceſsionis dicti auunculi, diſcuſsis multis hìnc indè rationibus fuit per S.C. iudicatum, conuentos eſſe abſoluendos, & ità fuerunt excluſæ dictæ ſorores, Capyc. deciſ. 159. Vrſill. deciſ. 321. n. 5. Ann. allegat. 7. ſub n. 48. Piſanell. ad Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, in addit. incip. vide ad hoc in deciſione Capyc. fol. 151. Franch. deciſ. 543. nu. 7. & 546. & latius Maſullus in addit. ad iſtam deciſionem Capyc. Riccius in coll. dec. 30. in hac cauſa contra decretum S.C. conſuluit Ruin. conſ. 98. lib. 1. Dec. conſ. 379. vide Phanuc. de inuent. par. 7. num. 187. *D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. tom. 2. controu. 17. n. 37. Lal. Caput. in Conſuet. Si moriatur, par. 1. §. 5. num. 4. vbi aliam deciſionem attulit.*

Specialia in crimine aſſaſsinij ſunt treſdecim, primò, vt puniatur conatus, ſeù affectus, ceſſante effectu; ſecundò, poſſunt aſſaſsini à quocunq; occidi; tertiò, bona ipſorum poſſunt à quocunquè vendicari, ſeù inuadi, & occupari; quartò, poſſunt opprimi à quocunquè, die etiam feriato; quintò, cōtra tales poſſunt teſtes recipi, etiam lite conteſtata;

ſtata; ſextò, contra tales non exquiritur ſententia, niſi tantùm declaratoria; ſeptimò, non admittitur appellatio; octauò, quòd clericus abſq; degradatione puniri poſſit; nonò, quòd Iudex ſecularis eſt competens contra clericum; decimò, contra tales etiam ex officio poteſt procedi; vndecimò, quòd poſſunt tales inquiſiti renũciare defenſionibus, & dilationibus; duodecimò, ꝙ teneatur aſſaſſinus dñum nominare in iudicio, & ſuper hoc torqueri; tertiodecimò, quòd licèt hæres ex delicto defuncti non teneatur, ſi quid ad manus defuncti peruenerit, fallit in hoc caſu, Capyc. deciſ. 155. nu. 25. & ſeq. Muſcatell. in pract. crim. rubr. de homicid. med. aſſaſſ. n. 70. & latè omnia congerit modernus Doctor Marius Italia in tract. de immun. Eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 5. per totum.

Species furoris an ſint declarandæ, ſicuti ſpecies ſimulationis, nullitatis, turbationis, & metus, concluditur, quòd ſic, & ità tractatum fuiſſe in occurrenti caſu refert Anna alleg. 77. nu. 4.

Spoliatus de facto ſuper iure exigendi, dato, quòd non competeret poſſeſſorium verè ſuper iuribus perſonalibus, ſed quidam ſtatus, an poſſit petere ſe reſtitui in priſtinum ſtatum, ex quo in caſu cõtingenti Perceptor introituũ certæ gabellæ Vniuerſitatis, quia cęperat exigere, impeditus fuit ex ordinatione Vniuerſitatis, vt non ſoluerent rendentes, fuit deciſum, vt competeret ei reſtitutio in priſtinum ſtatum, Affl. dec. 395. ſub n. 7. & per totam, Peregr. de fideicomm. art. 46. n. 18. Marant. in ſpecul. p. 4. diſtinct. 9. num. 113. Foller. in addit. ad Marant. in 4. par. diſtin. 7. num. 30. Couarr. 2. p. relect. §. 5. num. 6. Viuius in ſylua commun. opin. in opinione 739. remedium, num. 4. Magon. deciſ. Lucenſ. 4. nu. 10. Borgn. Caual. deciſ. Fiuizan. 28. in addit. num. 13. par. 1. Puteus deciſ. Rom. 180. p. 2. & deciſ. 419. Foller. in prax. cenſuali, verbo tanquàm res iudicatas. nu. 34. Rota Roman. deciſ. 99. in nouiſſimis, par. 1. Cornazan. deciſ. Lucenſ. 115. Peregrin. deciſ. Patauiæ 53. n. 6. de Pont. conſ. 144. num. 5. vol. 2. Boccat. in tract. de cenſ. par. 2. n. 175. Gutierr. conſ. 45. n. 2. *Flores Diaz de Mena practic. qq. lib. 1. q. 2. ſub num. 24. Beuuntend. deciſ. Bonon. 27. Reuſner. deciſ. Cam. Imper. dec. 26. n. 17. Gallerat. de renunciat. tom. 3. renunc. 80. n. 4.*

Spoliatus an ſit reſtituẽdus antè omnia, ſi non oſtẽderit titulum poſſeſſionis, ſed reus illũ oſtenderit, quamuis poſteà alia priuilegia obtenta poſt priuilegium conuenti præſentauerit; fuit deciſum pro ſpoliato, vt ſit reſtituendus, Capyc. deciſ. 77. Vrſill. dec. 324. Peregr. de fideicom. art. 52. n. 143. Marta de iuriſd. p. 2. c. 5. nu. 30. *Cutell. deciſ. Sicil. 4. in reſponſo ſub n. 17. D. Reg. Merlin. controu. forenſ. cap. 13. n. 27.*

Spoliatus an poſſit poſſeſſionẽ terræ occupatæ vendicare præuia reintegratione, ſtante aſſenſu Regio, in quo aſſerebatur inſtrumentum venditionis Terræ, licèt careret ſigillo, nec poterat regiſtrari infrà tempus ſtatutum ex cauſa ſpolij ſubſequuti, accedente etiam præſumpta mala fide poſſeſſoris authoris; non obſtantibus cõfirmationibus Regijs generalibus factis ob indultum, & pacificationem ſubditorum in beneficium poſſeſſorum, ac etiam præſcriptione octuaginta annorum, & alijs rationibus in fauorem poſſeſſoris fuit deciſum per S. C. vt refert Capyc. dec. 86.

Spoliatus de facto de aliquo officio per Dominum an ſit reſtituendus, fuit deciſum, quòd reſtituatur, ſaluo iure in petitorio, Anna in alleg. 103. faciunt allegata per Franch. dec. 165.

Spoliatus ſi ſit de facto feudatarius feudo, quod tenebat à Rege, & ſic naturalitèr poſsidens, & Rex ciuilitèr ratione directi dominij, à quo percipiebat ſeruitium, an debeat poſſeſsio reſtitui eidem priùs per Regem abdicata, ratione eius iuris; fuit determinatum, quòd ſic per Regem Robertum in Conſilio, vt refert Affl. in c. 1. §. rei autem, ſub nu. 2. de inueſt. de re alien. fact.

Spoliatus de facto vigore ſententiæ iudicialis, eo inaudito an ſit reſtituendus antè omnia, etiam quòad fructus; ex facto apparebat: Matrem inſtituiſſe filium hæredem cum onere fideicommiſsi in beneficium familię, mortuo indè ipſo filio abſq; filijs, relictis ſororibus hæredibus, in quarum beneficium dùm eſſet ſententia prolata per Curiam Tropeiæ, ad ipſas ſpectare bona vigore fideicommiſsi, deductis legitima, & meliorationibus ſpectantibus ad dictum filium inſtituentem in beneficium ſuorum creditorum, & pro eius executione per creditores vendita fuit tertia pars Vineæ in hæreditate remanſa dictæ teſtatricis ſub haſta, & remanſa Titio, & Seio tanquàm de familia prætendentibus excludere dictas fœminas inſtitutas, quibus condemnatis ad relaxandum per dictam Curiam, licèt poſteà reuocata per S. C. referente Lanario Reg. Conſiliario, & poſteà reuocata per idem S. C. referẽte Reg. Conſil. Olcignano, demùm facta relatione per Conſiliar. Petrum Paulum Theodorum confirmata fuit prima ſententia Iudicis Tropeiæ, & impoſitum perpetuum ſilentium, non alitèr citato Titio per Seium capta fuit poſſeſsio dictæ tertiæ partis; hinc Titius cõquæſtus de ſpolio reſtitui petierat in poſſeſsionẽ, vel ſaltim condemnari creditores dicti filij inſtituti ad reſtituendum duc. 225. & ſic facta relatione per tunc Reg. Conſiliarium Pompeum Salernitanũ, fuit deciſum, quòd reſtituatur tertia pars vineæ exequutæ contra Magnificum Scipionem Galſeranum, ſalua prouiſione faciẽda quòad fructus, in cauſa dicti Scipionis cum Ioãnello Godano, & creditoribus q. Nicolai Giordani, pœnès Terraccianum, D. Camill. de Laratha conſil. 100. Magnifica Camilla.

Sportulæ debent exigi ſecundùm pandectam, & vbi non eſſet pandecta, attendenda erit conſuetudo locorum conuicinorum, vel ſi diuerſimodè exigeretur, exactio erit facienda, prout exigit M. C. V. tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia, & ità fuit iudicatum cum Marchione Lauri, Io. Franc. Capiblanc. in prag. 19. n. 33. de Baron.

Spuria vterina nata ex damnato coitu an ſuccedat fratri ſuo ſpurio, fuit deciſum tempore Regis Ferdinandi I. quo tempore præſidebat Lucas Tozzulus, eſſe admittendam ſpuriam natam ex damnato coitu vterinã fratri ſuo ſpurio de domo de Ametrano, de qua meminit Affl. deciſ. 96. ſub n. 6. Franch. dec. 238. Theſ. lib. 1. qq. for. q. 22. n. 29.

Spurij nati ex viliſsimo ſcorto, ſiue ancilla retenta in domo an ſint capaces relictorum per patrem; fuit deciſum, quòd non, Afflict. deciſ. 203. Paleoth. de noth. & ſpur. cap. 40. in princ. & cap. 13. n. 4. Borg. Caualc. dec. Fiuizan. 9. p. 3. n. 19. Riccius

cius collect.dec.110. Peregrin. de iure fiſci lib.3. tit.8. n.20.

Spurio an poſſit reliuqui per patrẽ fundus, ſiuè pecunia pro alimentis pro eo,& filijs ipſius, Afflict. in Conſt.Dohanæ ſecreti,n.9.dixit,pluriès vidiſſe judicatum tàm in foro Eccleſiaſtico, quàm Seculari,quòd poſſit relinqui.

Spurius legitimatus per ſubſequens matrimonium an admittatur ad ſucceſſionem feudi, contradicentibus agnatis,& opponentibus,ipſum eſſe natum tempore,quo concubina habebat maritum; fuit deciſum in Regia Càmera Summariæ, quòd inueſtiatur, ſaluis iuribus in petitorio, Anna in repetit.Rubr.de vaſall.dectep.ætat. nu.432. cum ſequent.

Spurius natus ex illegitimo coitu an ſuccedat fratri ſpurio decedenti ſine filijs, non obſtante vxoris prætenſione circa ſucceſſionem,per auth.pręterea,C.vndè vir,& vxor,Affl.dec.96. ſub num.6. ait,fuiſſe deciſum per S.C.ſpurium ſuccedere fratri,eum citat Surd.deciſ.Mantuan.269.nu.4. Paleoth.de noth.& ſpur.c.43.num.2.Borgn.Caualc. deciſ.Fiuiz.19.par.3.num.5.Ioſeph de Seſe deciſ. Arago.43.num.61.Molf.in Conſuet. Neap. par.4. q.43.num.26.Ricc.collect.deciſ.110. Ant.Fab.in eius Cod.tit.de legit.hæred.defin.7. Franch.dec. 233.Duenn.in regul.366. Molf.vbi ſupr. in addit. num.7.Theſaur.lib.1.quæſt.foren. q.22. num.29. *Mart.in ſum.de ſucceſſ.par.1.q.16.art.1.n.26.*

Spurius an ſuccedat in emphyteuſim virtute ſtipulationis,vel heredes patris ab inteſtato,ſi conceſſio rei fuerit facta pro ſe, & Titio, & hæredibus; deciſum, quòd ſpurius habebit emphyteuſim virtute conceſſionis, Afflict.dec.99. Gamma deciſion.Luſit.149.num.1.Paleoth.de noth.& ſpur. cap.45.in fine,& cap 30.& 31.Cotta in verb.ſpurius,Rot.Rom.in nouiſſimis dec.443.p.1. Surd.in tract.de alim.tit.2. q.13. Ricc. collect.deciſ.110. Maur.Sen.alleg.76.n.1.& 6.iſtam declarat deciſionem,Gutier.conſ.12.n.3.& 8.Alphan.coll.1760. *Aluarad.de coniect.ment.def.lib.2.c.3.n.6.*

Statutum factum per Vniuerſitatem cum Regio decreto, quòd nemo ex Ciuibus accedat ad molendina aliorum, quàm ipſius Vniuerſitatis an fieri poſsit in præiudicium molendinorum Eccleſiæ ipſius Vniuerſitatis,quia partes diſcordabant in facto; & id principalitèr per Vniuerſitatem fuerat factum ex cauſa neceſsitetis, etiam inſtante Monaſterio,fuit datus terminus in cauſa, liteque pendente ordo Vniuerſitatis firmus remanſit, poſtquàm ei ius non aduerſabatur, Franch. deciſ. 380. Capiblanc.in pragm.1. num.198.de Baron.Ricc.in Collect. dec.171. Maſtrill.in tract. de magiſtr.par.2.lib.4.cap.18.n.34. *Nouarius de grauam.vaſall.tom.1.grau.58.nu.3.Taſſon.de antephat.verſ.3.obſer.4.n.120.in fin.*

Statutum Ciuitatis, ſeù Priuilegium Ciuitati conceſſum, nè extera vina introducantur intrà Ciuitatem,niſi elapſo certo tempore anni, prout eſt Salerni, an extendatur ad vina Eccleſiarum, & Clericorum, fuit deciſum, quòd non,Grammat. deciſ.100.Mangrell.ad Bart. in rub. C.de Summ. Trinit.& Fid. Cathol. verſ. Clerici ad eorum fauorem. Couarr.2.par.relect.§.quartus,n.7. Viu.in ſylua commun.opin.in 765. opinione, ſtatutum, n.19.Franch.dec.380.

Statutum alicuius Ciuitatis an comprehendat bona exiſtentia extrà territorium, ità vt ſi eſſet facienda verificatio obſeruari ſolita in Romana Ciuitate,eſſet paritèr faciẽda in Regno Neapolitano, fuit deciſum,quòd non, & ità fuit abſoluta conuenta,Ann.alleg.85.& 35.

Stilus Sacr. Conſil. in cauſis dubijs mandat exhortari partes,vt compromittant in Sacr. Conſ. tanquàm in Arbitratorem, & Conſilium profert laudum,proùt ſibi videtur de bono, & æquo, Affl.in Conſt.Præſenti lege, ſub num.4. vbi cenſet,pluries fuiſſe ſeruatum talem ſtilum, vt teſtatur deciſion.13.in fine,Muſcatell. in pract. Sacr.Conſil. lib.1.par.7.gloſ.condemnando, num.49. Vrſill. deciſ.13.in fin.& 149. Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg. rubr.de prouiſ. fieri ſolit. in princ. num. 10. Molfeſ.in procem.Conſuetud. Neapol. q.18.nu.14.

Stilus alicuius Curiæ, cuius vigore Iudex debet iudicare,nec aliquid de eo conſtaret, conſultum eſt Iudici,ſe de eo informare à Notarijs,& Curialibus Curiæ prædictæ, ità communitèr dicunt Scagl.in ritu 1.Mag.Cur. num.7. vbi Carau.n.24. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. deciſ.115.verſ.adde, quòd quotiès,Sebaſt. Vant.in tract.de nullit.rubr. ex defect.proc.num.86. & ità deciſum in S.Conſ. eò quòd fuit facta fides in d.Sacr.Conſil. quòd in Curia Eccleſiaſtica Neapolitana non conceditur citatio ſuper abſolutione à iuramento, niſi ad minus ſuperſint 20. dies termini ſolutionis pecuniæ, & ſi inaduertentèr conceditur dilatio,non operatur ſuum effectum, & fuerunt examinati Practicantes ſuper iſta obſeruantia, ità Afflict.in deciſion.31. num.2. aliud exemplum tradit Scaglion.in ritu 54.num.2.& de hac eadem ſtili probatione loquuntur Marcell. Calà de modo articul.§.2.gloſ.vnica, num.1115. Ricc.in praxi Eccleſ.deciſ.678.& dec.55.par.1. num.6. & 7. & vltrà eos Rocch.de Curt. in cap. fin. de conſuet. in 8.quæſt.colum.3.vltrà alia ad ſtilum pertinentia adnotata per Iodoc.in praxi ciuili, cap.150. per totum.

Stipulatio de iudicatum ſoluendo an ſit commiſſa contra fideiuſſorem,ſi reus non fuerit citatus,nec cum eo lis conteſtata,concluditur,quòd non, Aff. dec.182.à nu.1.vſquè ad nu.9.Maſcard.de probat. concl.110.n.21.

Stuprans Viginem immaturam qua pœna puniri debeat, ſi eſſet ignobilis puniretur ad remigandum per ſeptennium,& ità fuit tàm per M.C.V. quàm per Sacr.Conſ.deciſum,Grammat,deciſion. 22.Iul.Clarus in §.ſtuprum, ſub num.9. meminit Afflict.in Conſt. Si quis rapere, num.16. vbi dicit, puniri ad ſuſpendium, Idem vbi ſuprà num.17. immò pœna combuſtionis fuit punitus per ſententiam Mag.Cur.Vic.Pater,qui Filiam minorem duodecim annorum ſtuprauerat; de quo meminit Petr.Caball.vt infrà num.4. Fab. de Montel. in pract.arbitr.par.4.quæſt.7. num.27. Theſaur. deciſ.Pedemon.148. Aloyſ. de Leo l.ſi quis non dicam, C. de Epiſc.& Cler. numer.22, Carrer.in pract.crimin.tit.de homicid. & aſſaſ. verſ.circa igitur quartum,num.10.Petr.Caball. reſol.crimin. cent.1.caſ.20. Ricc.collect.dec.137. ſuprà eodem ver.pęna.*Virgil.Pinzinger.in ſuis quæſt.Saxon.q.3. n.6.Borrell.in ſumma deciſ.tom.3 .tit.6.n.219.*

Stu-

Stupratores Virginum, vel Viduarum cum ſcalis, non tamen reperti cum ſcalis in fraganti de nocte qua pœna puniri debeant; fuit deciſum, eſſe condemnandos ad exulandum per decennium extrà Regnum, & ad dotandum Virginem deſloratam, Franch.deciſ.333. Aloyſ.de Leo l.ſi quis non dicam, C.de Epiſc.& Cler.in princ. latè Petr, Caball.reſol.crimin.cent.1.cap.97.& 98.num.9, Marius Muta dec.Sicil.62.n.11.*Fontanell.de pact. nupt.clauſ.5.gloſ.5.p.1.n* 11. 20.*&* 28.

Stuprum commiſſum per vim an puniatur pœna mortis naturalis, etiam quòd Virgo non eſſet viripotens; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.dec.534. Ric.in collect.dec.137.*Borrell.in ſumma dec.to.3, tit.6.num.*223. *Fontanell.de pact. nupt.clauſ.5.gloſ. 5.p.1.n.9. &* 13.

Stuprum commiſſum cum Vidua qua pœna ſit puniendum, fuit deciſum, eſſe puniendum pœna amiſsionis medietatis bonorum, Afﬂ.in Conſtit, Si quis rapere,n.11.

Stuprum cum ſoluta commiſſum, non tamen cum violentia non eſt punibile, attamen ſi fuerit commiſſum cum aliqua ſoluta ab alio cognita, quæ leuis vitæ erat, & ſtante fama bona inquiſiti licèt fuiſſet condemnatus per M. C. V. ad triennalem relegationem, & dotandum illam, poſtremò per *S.C.* fuit tantùm condemnatus ad exulandum per annum vltrà annalem carcerationem, & hoc pro iniuria illata domino Ancillæ, in cuius domo fuerat repertus, Grammat.deciſ.107.Baiard.ad Clarum in §.ſtuprum,num.25.Gaſpar Theſaur. in addit.ad deciſ.3. eius patris, num.3. Viſcont. ad Franch. dec.333. *Fontanell.de pact.nupt. clauſul.5. gloſ.5.p.1.n.*58.

Stuprum in muliere honeſta commiſſum, & ſi diſparitas ineſſet perſonarum, & diù fuiſſet in côcubinatu perſeueratum, ſtate voluntate ipſorum, an puniri debeat, & qua pœna ipſe ſtuprator, qui in eius domo ipſam retinuit, fuit per M. C. Vicar. condemnatus relegatus per triennium in Inſulam, Grammat.voto 4.redemptoris gentium, &c. Iul.Clar.§.fornicatio,n.31.Gaſpar Theſaur.in addit.ad dec.3.eius patris,ſub n.3.

Subconductor fructuum ſi ſoluerit conductori an liberetur à penſione debita directo Domino locanti, adeò, quòd dominium fructuum nullatènus quæritur, niſi ſoluta mercede Domino, vel ipſius habita fide, tantò magis accedente ipſius mala fide, ac ſequeſtro iniuncto, fuit condemnatus connentus ipſe ſubconductor ad quantitatem fructuum petitam, ſeù ad pretium quanti plurimi cum intereſſe in anno 1598.in cauſa Illuſtriſsimi Card.Sanelli cum Hæredibus Io.Hieronymi de Turre, in Banca de Mondellis, Anellus Amatus conſ.25.ex deductis.

Subdelegatus mortuo Delegante habente poteſtatē ob ſententiā Delegantis, re non integra habet poteſtatem procedendi, & eius ſubdelegatio durat, re verò non integra ſubdelegatio expirat, an id procedat in Officiali creato, & in eius abſentia altero, quòd mortuo iſto primo loco creato, cui in locum eius ſubrogatus in caſu abſentiæ exerceret officium, poterit etiam in caſu mortis, quem caſum caſus abſentiæ comprehendit, concluditur, quòd ſic, Franch.deciſ.255. Ric. Collectan. deciſ.1056.vbi per iſtam deciſionem concludit, idem fuiſſe ſeruatum in perſona D. Franc. de Caſtro filij quondam Comitis Lemenſium tunc Proregis, *Palma in diuerſ.iuris communis, & Regni, part.2.de ord.iudic.gloſ.15.nu.43. D.Reg.Conſtant. in l.ſi quis,*C.*de decur.lib.*10.*n.*51.

Subditi hoſtium afficiuntur eadem pœna ſicuti ipſimet Hoſtes affici debent, & ità in contingenti caſu fuit iudicatum in facto Iudæorum Solimani, qui naufragium fecerunt in maritimis Ciuitatis Oſtuni, Reg.de Pont, in conſ.93.vol.1. & in tract. de poteſt.Proreg.tit.11.de triremibus, in princip. num.13. vbi refert, idem in alio caſu fuiſſe iudicatum in cauſa perſonarum, & bonorum Turcarum, qui vi ventorum applicuerunt in portu Brûduſij, & in alijs cauſis, *D.Reg.Conſtantius in l.*1.C. *de Claſſic.lib.*11.*n.*135. *Caſtill.dec Sicil.*107.*nu.*22. *part.* 2.

Subditus ſi tempore commiſſi delicti reperiatur, & poſtmodùm à ſubiectione tali ſublatus an Dominus poſſit ratione delicti petere remiſſionem cauſæ, & ſubditi, non obſtante, quòd ſit deletus ab eius dominio, fuit deciſum, quòd ſic, & proindè cauſa vnà cum ſubdito fuit remiſſa ad Dominum habentem iuriſdictionem abdicatiuam, Franch. dec.417. Anna in conſ.107. licèt per tex. num.6. & ſeq. Tapia in rub.de offic.Magn.Admirat.n.5. in ſuo iure Regni, Capiblan.in pragm.1.numer. 219.& in pragm.5.nu.122.& 240.de Baron. idem Tapia in pragm.1.num.42. & 43. vbi de crimin. agi opor.& Ritu 220.item ſi aliquis, vel aliqua, num.2. Aloyſ.de Leo l.Officiales, C.de Epiſc.& Cler.num.6.& in l.qui ſub prætextu, C.de Sacroſ. Eccleſ.num.16.Petr.Caball. reſolut. crim.cent.2. caſu 147.num.10. Ric.in praxi Eccleſ. deciſ.590. n.2. & ſeq. Maſtrill.de magiſt.p.2.lib.5.cap.13. num.11.*Palma in diuerſ.iuris communis, & Regni, in princ.gloſ.7.n.29.D.Reg.Tapia in dec.S.C.13.n.8. Mart.in conſ.160.in princ.*

Subfeudatarij Baronum an vocari debeant in conſilijs, ſeù parlamentis, & contribuere in donatiuis; fuit deciſum in Regia Cameræ Summariæ, quòd non, Vrſill.deciſ.243.num.4. Ricc.Collect. dec.2024.

Subfeudum ſi exiſtat in Comitatu alicuius Comitis ſi fuerit à Rege alteri Comiti conceſſum, & ſic æquali, vel Principi, & ſic maiori, an per hoc efficiatur ſubſeudàtarius ſubditus ſibi pari, vel minori, aut maiori; fuit in facto contingenti deciſum in Reg. Camer. Summat. quòd Rex poterat ius ſuum donare Comiti, nec erit inconueniens, vt maior Dominus poſſit ratione alicuius iuris particularis feudi eſſe feudatarius minoris, Camerar. in l.Imperialem, fol.71.à ter.lit.P.in magnis, de prohib.feud.alien.per Feder. Conſil.de Georgio in repet.feud.p.1.c.7.n.15.

Subhaſtatio an locum habeat in aſſecuratione petita per vxorem ob vergētiam viri ad inopiam ſuper re aſſecurata, vrgentibus creditoribus, an verò appretium: fuit iudicatum in Sac.Conſ.in cauſa Comitiſſæ Montellæ appretium eſſe faciendū, non autem ſubhaſtationem, Reg.de Pon.in conſ. 126.punctum,n.3.vol.2.

Subhaſtationes an requirantur in venditione alicuius rei Regis, concluditur, quòd quandò fieret venditio per Regiam Cameram, quæ nomine Fiſci vendidit requiruntur ſubhaſtationes, & tunc vale-

valeret venditio, ſecùs autèm ſi fieret venditio per Protegem, vt refert Minad. in Conſtit. In aliquibus, not. 5. num. 7. quia Vicerex vendendo, id conſultò facit, vt tenet Reg. de Ponte conſ. 49. nu. 79. & conſ. 53. vol. 1. qui quidèm virtute mandati id agit, ét cũ ſit Procurator Cæſaris, & ità fuit deciſum in cauſa Sigilli, vt refert Fabius de Anna conſ. 56. factoris generalis, num. 25. & 26. vbi in fine ſubdit, hodiè ſecùs eſſe, nàm de neceſſitate requiruntur ſubhaſtationes, & hoc ex particulari ordine, & eàdē deciſionē tradit idē Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proteg. tit. 4. de regal. impoſit. §. 5. n. 30. & 31. & in cauſa Franchi Larcarij Conſeruatoris Regij Sigilli cum Regio Fiſco, & nouiſſimè in repet. cap. primi, de ijs, qui feud. dar. poſſ. lect. 8. num. 14. Alex. Raud. deciſ. Piſan. 44. n. 21. idem Reg. conſ. 158. n. 7. vol. 2.

Subingreſſio quàmuis militare videatur in linea tranſuerſali, vt procedat non tantùm ſi ſupereſsēt frater, & nepotes, vel pronepotes ex altero, ſed etiam quandò moreretur frater patruelis, amitinus, & conſobrinus, exiſtente ſuperſtite alio fratre patruele, conſobrino, & amitino, vnà cum filijs alterius fratris patruelis, amitini, & conſobrini, an etiam porrigatur dicta ſubingreſſio in alijs fratribus exiſtentibus in vlteriori loco, vt in tertio gradu, ſicut in caſu contingenti dubitatum fuerat, fuit deciſum, ſubingreſſionem non dari vltrà filios fratrum conſobrinorum, Franch. deciſio. 24. nu. 3. Reg. de Ponte conſ. 39. num. 5. vol. 1. Georg. in alleg. 30. n. 82.

Subingreſſio an locum habeat in ſucceſſione fratris ſobrini, fuit per S. C. iudicatum in fauorem fratrum ſobrinorum, excluſis filijs aliorum fratrum ſobrinorum, Iacob. Anell. de Bott. in addit. ad Conſuet. Sed ſi morienti, §. quod autem, incip. in cauſa Hieronymi Lembi, f. 357.

Subingreſſio in feudis an locũ habeat: concluditur, quòd ſic, & ideò nepos excludit patruum, vt fuit iudicatum in cauſa D. Scipionis Caetani, Minad. in Conſt. In aliquibus, n. 3. not. 91.

Sublocatio, quæ fieri non debet iuxtà Conſuetud. Neap. an locum habeat in Taberna, fuit in Mag. Cur. Vic. deciſum, quòd non, Vrſill. deciſ. 401. ſub num. 3.

Subrogatus in locum prædefuncti in Oeconomatu, ſeù gubernio alicuius Eccleſiæ ſi nobilis eſſet, vel in dignitate conſtitutus an præcedere debeat alijs, qui prædefunctum præcedebant in ſeſſionibus, fuit deciſum negatiuè in Oeconomatu Diui Ianuarij inter plateam Capuanæ, & plateam fori magni, non obſtante, quòd ille eſſet Baro, & ſic nobilis, Anell. Amatus in conſ. 60. decretum, nu. 9. verſ. tandèm obſtat, qui conſimilem articulum diſcutiendo in fine dixit, non alitèr fuiſſe punctum ſpecificè deciſum, ſed iuſſu Excellentiſſimi Proregis controuerſia in Collaterali Conſilio deducta prouiſum, quòd fieret electio per ſortem, & cecidit ſors in beneficium plateæ Capuanæ, vt jnvis erat, in cauſa Oeconomorum Diui Ianuarij plateæ popularis, in quo ſiquidèm munere aliàs conſedit Auus meus, recolendæ memoriæ Io. Baptiſta de Thoro inſimul cum viro illo, ſanctitate vitę, & conſcientia to Horatio de Falco V. I. P. ſolertiſſimo, meo patruo dilecto, *Adde Taſſon. de anteph. verſ. 7. obſer. 1. n. 6.* Thoro.

Subrogatus, ſiuè ſubſtitutus naturam aſſequitur eius, in cuius locum ſubrogatus eſt, l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. latiùs vltrà Iacob. Nouell. in reg. 13. Anton. Gabriel. in lib. 6. commun. opin. tit. de reg. Iur. in concluſ. 2. an autem procedat in præeminentia, & honore, ità vt honorari debeat ſicut principalis, idem Anton. Gabriel. loco citato, num. 69. vtramquè opinionem, affirmatiuam, & negatiuam referendo concordat, vt ſi fuiſſet à principali ſubrogatus, tunc ei non deberetur idem honor, & eadem præeminentia, ſecùs tamen ſi à Principe ſubrogatus eſſet, tũc enim idem honor deberetur, & ſic in facti contingentia deciſum refert Reg. de Ponte immemor de Ant. Gabr. alios Doctores allegãdo, in perſonã Illuſtriſſimi Don Franciſci de Caſtro, nunc meritiſſimi Proregis Siciliæ, qui dùm fuiſſet ab eius patre Lemenſium Comite ſubſtitutus loco ſui, ob eius abſentiam Romæ habitam, de quo teſtatur Reg. Rouit. de Admin. & quomod. perſonal. ſeru. num. 23. non alitèr ei fuit datus titulus Excellentiſſimi, ſed Illuſtriſsimi, quia à principali ſubſtitutus fuerat, poſtmodùm ſuccedente infirmitate ipſius patris, & indè morte dùm reperiretur ſubſtitutus in Regimine Regni, & confirmatus per ſuam Maieſtatem, fuit condecentèr ei titulus Excellentiſsimi èlargitus, vt tradit idē Reg. in tract. de pot. Proreg. tit. de Aſſenſ. Regijs, §. 6. n. 14. & ex hoc infertur ad notabile, & quotidianum corollarium, quòd ſi aliquis fuerit à Nobilibus de regimine electus in locum alicuius deficientis ſubrogatus, an nobilitatem acquirat, ſolertis Doctor Auguſtinus Caputus allegauit in terminis Bombin. conſ. 71. num. 2. & ſeq. concludentem negatiuè, *& poſteà in ſuo tract. de regim. Reipubl. c. 11. n. 5.* nàm potiùs videtur intruſus à non habentibus poteſtatem, Paſchal. in tract. de virib. pat. pot. par. 4. c. 2. num. 71. cum ſeq. & hoc ratione carere non videtur, poſtquàm ſubrogatum vt ſortiatur naturã ſubrogati, non debet eſſe differentia inter ea, Reg. Valenz. conſ. 73. nu. 177. immò ſubrogati debent eſſe conditionis illorum, quorũ loco ſubrogantur, Idem in conſ. 60. num. 4. vbi ſingularitèr dixit, quòd ſubrogati executores, prout erant primi, in quorum loco ſubrogantur, non ſint Iudices cum iudiciali authoritate, ſi fuerint priùs dati à Conſilio duo Regij Conſiliarij exequutores teſtamenti cuiuſdam Archiepiſcopi, & per multa alia exempla comprobat Nicol. Euerard. in Topic. Iuris, loco à vi ſubrog. num. 4. & 5. etenim ſubrogatum in quo eſt diuerſa qualitas non ſapit eandem naturam, Alexand. conſil. 106. num. 17. volum. 3. & ſequitur Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 1. quæſt. 54. num. 31. cum ſeq. vbi diffusè materiam iſtam proſequendo concludit, ſubrogatum non totalitèr ſubrogari, ſtante diuerſa qualitate vtriuſquè, & in ſpecie de nobili mandante homicidium committi per plebeium, & è contra ex diuerſitate pęnarum nobilium, & ignobilium non fieri æquiparationē, concludit Angel. de malefic. verſ. & Sempron. Rodulph. Barbitonſoris, nu. 28. cum ſeq. hinc eſt, quòd dùm Nobiles Caſtrimaris, qui portant haſtas pallij in feſto Sanctiſsimi Corporis Chriſti in diebus Iouis, & Veneris Sancti, vt dixit Franch. deciſ. 253. ſi aliquandò ab aliquo ipſorum haſta pallij aſportanda

Digitized by Google

da traditur,& ſic ſubrogatur loco ipſius, non per hoc ille ſubrogatus oobilis efficitur, ſi eſſet popularis, quia eſt actus, qui explicati poterat, & à Nobili de Sedile, & à Barone, & ab aliquo, qui fuiſſet Regum fauorabilis, vt in terminis dixit Maur.iun. allegat.75. num.1. & alijs modis, quinimmò ex hoc abſurdum magnum ſequeretur, nàm quilibet Nobilis aſportans haſtam pallij ſubſtituendo loco ſui alium igoobilem, omnes paulatim ignobiles efficerentur Nobiles, & fortiùs quilibet ipſorum oobilium ſolus nobilem faceret, & ſic haberet poteſtatem ſimilem Regi, quod eſt ſatis abſurdum, nam ſolus Rex nobilitat,& non alius, Anna in allegat.130. num.4. & Ciuitas ex conſuetudine præſcripta, ſeù priuilegio, vt dixi io verbo Nobilis, & ſic fieret trans cœtui Nobilium, quorum conſenſus vnanimiter, vel maioris partis ipſorum exquiritur, Franch. dec.2. quod ſatis cogitandum erit ad declarandũ aliquem Nobilem, & ego aliquando dùm in Ciuitate prædicta Caſtrimatis adeſſem eo tempore Sanctiſſimi Corporis Chriſti audiui, fuiſſe mandatumq́ iniunctum per meum conſobrinum Horatium Salinas,illius Ciuitatis Gubernatoré,Nobilibus haſtam pallij aſportantibus ſub pœna ducatorum mille, nè haſtam alteri cederent,ad euitandum diſſenſiones,& alia incõuenientia,& hoc iore optimo proceſſit. Io,Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Subſtituere an poſsit mater filio in nouem partibus eius dotis,fuit deciſum, quòd non, Franch.deciſ. 486. nouiſsimè Andr. Molfeſ. in Comment. ad Conſuetud. Neapol. part.2. quæſt.23. num.4. & ſubdit, annis elapſis Sacr. Conſ. iudicaſſe in cauſa Marchionis Sancti Herami cum Duce Martini ſubſtitutionem pupillarem non valere, niſi quòad medietatem, de qua pater potuit diſponere,

Subſtituti ab Officialibus in regimine an poſsint eſſe de eadem Prouincia, fuit in Sacr. Conſil. deciſum,quòd non,inter Ciuitatem Caleni, & Principem Hoſtiliani,authoritate Bald.in l.parabolani, C.de Epiſc.aod. Iacob. Anell. de Bottis in addit. ad Conſt.Iuſtitiarij per Prouincias, iocip. Actorũ Magiſtri.

Subſtitutio pupillaris facta poſthumo an effectum habèbit, eo non nato, ità vt ſubſtitutus admittatur, excluſis hæredibus ab inteſtato venientibus; fuit deciſum in fauorem ſubſtituti, Franch.deciſ. 299. Viuius dec.513.n.23. Phil.Paſchal.de vit.pat. pot.p.1.c.9.n.44.

Subſtitutio facta filijs per teſtatorem diſponentem de integra eius hæreditate, ex qua debetur medietas agnatis ioxtà Conſuetud. Neapol. & Surrentinam an iure ſubſiſtat,fuit deciſum, quòd ſic, Fraoch. dec.295. Borgn.Caualc. deciſ.Fiuizan.2. num.17.par.4.Molfeſ.in comment.ad Conſuetud. Neap.par.2,quæſt.23. num.4. Giurba deciſ. Sicil. 11.num.13.Paſchal.in tract.de vit.par.pot.par.1. cap.9.num.8. *Ant. de Amat. variar.reſol. tom.1. reſol.15.n.6.*

Subſtitutio facta per patrem filiæ, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi ſit extincta an verificetur, ſi mortua ſit filia cum liberis,& deindè defuncti liberi,fuit deciſum,qòd ſic, Franch.dec.92.n.2.& ſeq. Borgn. Caualc,dec.Fiuizan.5.in 3.p.n.20.

Subſtitutio facta à Coosule alicuius Nationis in aliqua Terra, & in poſſeſſione ſubſtitueodi exiſtente ipſo Conſule per plures annos, & in pluribus vicibus an ſubſiſtat iouita Natione,licèt aliàs nõ cootradixerit electionibus;non fuit deciſum, ſed remiſſa cauſa decidenda Cęſareæ Maieſtati,tunc in humanis agenti, Capyc.dec.134. Anton.Gabr. de præſumpt.lib.5.concluſ.10. Camill.de Curt. in diuerſ.iur.feud. ver. declarata igitur,ſub nu.149. verſ.ampliatur etiam,fol.77.à ter. *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.glo.10.par.1.n.106.*

Subſtitutio an militet, ſi fuerit facta ab aliquo, qui habet fratres,vel nepotes,& ſororem non maſculiatam, inſtituendo ſororem, vel ſubſtituendo in aliqua parte illius medietatis, quam tenetur relinquere proximioribus agnatis; fuit deciſum in S.C. quòd non, Capyc.in Conſuet. Et ſi teſtator, incip.quæro circa iſtam Conſuet. fol.172.

Subſtitutio facta à matre, quæ ſucceſſerat filijs primi matrimonij, inſtituta hærede filia ſecundi matrimonij in perſonam eius ſororis an valeat, hoc eſt de eius dotibus, ità vt decedente ipſa filia in pupillari ætate admittatur ſubſtituta, vel pater pupillæ in nouem partibus dotis;fuit per S.C. deciſum, patrem eſſe præferendum, ex quo mater iſtius non poterat ſubſtituere in oouem partibus, non obſtante, quòd bona iſta obueniſſent ſibi à filijs ex primo matrimonio,Capyc.in add.ad Conſuet. Si qua moriens, incip. Bernardina Badaia, fol.197. Molfeſ.in addit.ad Conſuet.Neap.pat.2. q.23.in princ.

Subſtitutio compendioſa facta per verba communia, matre exiſtente in medio an ſit omni tempore fideicommiſſaria,vel tempore pupillaris ætatis directa, poſt verò obliqua; fuit deciſum,ſubſtitutionem ipſam compendioſam factam per verba communia omni tempore matre exiſtente in medio eſſe fideicommiſſariam, Afflict. deciſ.367. à num.1.vſq; ad num.4. Michael Craſſ.in tract. de ſucceſſ.ab inteſt.lib.1. §.ſubſtitutio, q.74. oum.6. Peregrin. in tract.de fideicommiſſ. art.34. nu.39. verſ.cootra matrem, Georg.alleg.24.nu.1. Pellic. in Conſuetud. Auerſæ cap.8. num.143. Viuius in ſylua commun. opin. in opinione 461. legitima, num.2. Viuius deciſ.405.num.2.& Borgn.Caualc. deciſ.Fiuizan.1.in 3.par.num.65. & deciſ.4.nu.4. num.2.& 35. Alexand. Trentacinq. in tract. de ſubſtitut.par.4.cap.4. num.17. Anton.Fab.in eius C.tit.de impub.& alijs ſubſtitut.defin.2. Kircon. inter commun.opin. tit.de impub. & alijs ſubſtit. num.121. *Iallong.racemat.57.n.1. Ant.de Amato var.reſol.tom.1.reſol.25.ſub n.5.*

Subſtitutio facta à teſtatore poſt mortem plurium inſtitutorum abſq; filijs decedentium, ſi in vno verificetur an locũ habeat, exemplo demonſtratur in patre quatuor filios habente,ſcilicet Titiũ, Meuium, Sempronium, & Caium, & alios duos nepotes ex Cornelio filio præmortuo, factaq; inſtitutione vniuerſalitèr in beneficium Titij, Meuij, & Sempronij particulares hæredes Caium, & Nepotes Cornelij hoc modo ſubſtituit, quòd ſi contingerit, aliquem ex hæredibus abſquè filijs legitimis,& naturalibus mori,vnus alteri ſuccedat, & inſupèr decedentibus filiabus fœminis, vel aliqua ipſarum paritèr ipſi ſuccedant, & omnibus inſupèr maſculis;& fœminis decedentibus,

ſucce-

Digitized by Google

ſuccedere debeant Caius, & prædicti nepotes filij Cornelij, facto caſu obitus Titij relicto filio legitimo, & naturali, deindè mortuis Meuio, & Sempronio abſquè filijs, an Caius vnà cum nepotibus ipſis ſuccedere debeat in eorum portionibus hęreditatum Meuij, & Sempronij, adhùc ſuperuiuẽtibus filiabus fęminis; fuit iudicatũ per S. C. iunctis aulis negatiuè, excludendo actores, & abſoluendo conuentum filium Titij ab imperitis non eſſe locum ſubſtitutioni, ſeù fideicommiſſo auito, in cauſa illorum de Braida, penès de Fęlice Act. Anel. Amat. conſ. 19. vereor.

Subſtitutio fideicommiſſaria, ſub qua aliqui hęredes proprio nomine vocati ſunt, alijſuè comprehenſis ſub generalitate verborum, an operetur, vt nominati proprio nomine præferantur, & ſi vnico verborum periodo, hoc eſt familiæ nomine prolato, ac proprio nomine vocatis proximiores exiſterẽt, patet. n. exemplum in facto de teſtatore inſtituẽte duos ſuos filios, Lęlium, & Caium fratres, & dùm maioratum in familia conſtituere vellet, Montem in beneficium Titij filij Lęlij, & Sempronij filij Caij erigẽdum cauit, illumq; augeri ex pecuniarũ relictarum augmento vſquè ad certum tempus mandauit, quo ſiquidèm tempore elapſo certam ſummam Titio, & aliã Sempronio ſolui prçcеperat, reliquam verò in augmentum Montis, conditione tamen adiecta, quòd alter ipſorum ſuccederet alteri decedenti abſq; filijs maſculis legitimis, & naturalibus, & in ipſorum filiorum defectu cæteri filij maſculi ipſius Lęlij iàm nati, & naſcituri ſuccederent, tàm ex dicto Lęlio, quàm Caio, in quorum defectu filiæ fœminæ: Mortuo deindè Titio filio Lęlij abſq; liberis, ſuperſtite Sempronio filio Caij, ad quem verba ſubſtitutionis dirigebãtur, vti nomine proprio vocatũ, prætendentẽ ad portionem pręfuncti admitti, & pręferri, excluſo fratre defuncti vocato ſub generalitate verborum; fuit per S.C. iunctis aulis abſolutus ipſe cõuentus vocatus proprio nomine, excluſo fratre defuncti vocato ſub generalitate verborum in ſecunda ſubſtitutione, penès Borrellum in cauſa D. Lęlij Gallucci cum Cæſare Gallucio, Anel. Amat. conſ. 36. viſis, & perlectis.

Subſtitutio, ſeù inſtitutio an ſubſtineatur poſthumo ignorantèr pręterito à patre ex clauſula codicillari, & inſupèr pupillari ſubſtitutione extincta, an vulgaris ſub ea comprehenſa reſoluatur, ita vt in fideicommiſſariam trahatur, ex facti ſerie colligebatur, patrem ſuum inſtituiſſe filium hæredẽ, cui Eccleſiã ſubſtituerat, ſi in pupillari ætate deceſſiſſet, pręmortuo filio in pupillari ętate, patre adhùc viuente, indè pater deceſsit nullo alio teſtamento peracto, poſthumum ignorantèr pręteriendo; nato poſthumo prætérito Eccleſia ſubſtituta ad hæreditatem admitti petebat, ſaltim per extinctionẽ pupillaris ſubſtitutionis per viam fideicommiſſarię, ex aduerſo ad nihilũ teneri ex natiuitate poſthumi proponebatur, accedente quoq; ſubſtitutione pupillari in vita patris extincta, & ſucceſſiuè nõ dari ſubſtitutionem de vno filio in aliũ, quinimmò hęreditas ipſa ad matrẽ præuia ſucceſſione deferri omni iure debuerat, tùm etiã clauſula codicillari interpoſita de ſtilo Notariorum non obſtante; fuit tandèm deciſum in fauorem Eccleſiæ ſubſtitutæ, retenta tamen per matrem tertia totius hæreditatis, in cauſa Andrianæ Mirabaſſæ, Anel. Amat. in conſ. 61. vulgaris vol. 1.

Subſtitutus vltimo loco extraneus in certa re deficiẽtibus alijs inſtitutis ſine filijs decedẽtibus, & in codicillis aliquis ex inſtitutis fuerit exhęredatus, & decedẽtibus alijs inſtitutis abſq; liberis, an admittatur exiſtẽtibus filijs exhęredati, non exiſtentibus tẽpore diſpoſitionis; fuit deciſũ contra ſubſtitutũ, Franch. dec. 169. & Pereg. de fideic. art. 18. n. 30. Borgn. Caualc. dec. Fiuiz. 11. p. 3. n. 4. *Mart. in ſumm. de ſucceſſ. p. 4. q. 21. art. 18. n. 22.*

Subſtitutus an admittatur ad ſucceſsionem caducata inſtitutione per mortem inſtituti, non obſtante quòd inſtitutio fuerit caducata fuit deciſũ, quòd ſic, Franch. dec. 159. Viu. dec. 419. n. 10. Ric. in coll. dec. 59. Card. Seraph. dec. Rom. 943.

Subſtitutus ſub cõditionibus alternatiuis per verba negatiua .ſ. ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit, vel ab inteſtato, vt admittatur non ſufficit, vnã ex dictis cõditionibus adimpleri, & proindè fuit excluſus ſubſtitutus, dũ inſtitutus ſine filijs decedẽs alterum ſubſtitutum inſtituerat, Franch. deciſ. 150. Viu. dec. 403. n. 18. & 19. Borgn. Caualc. dec. Fiuiz. 25. p. 3. n. 1. & 29. Molſ. cõſ. 5. n. 8. Ric. coll. dec. 180. Mantic. dec. Rom. 247. n. 10. & dec. 249. n. 12. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 24. n. 70.*

Subſtitutus per fideicommiſſariam ſubſtitutionem an agnatos excludat à medietate cõpetẽte vigore Conſuetudinis, ità quòd ſi agnatus ſibi hęredẽ fecerit nepotem ex fratre, & grauaret eum per fideicommiſſum, vt totam hæreditatem reſtitueret, an agnati proximiores poterint medietatẽ vendicare; fuit iudicatum in S.C. quòd ſubſtitutus nedùm nõ excludit à medietate agnatos eius, cui facta eſt ſubſtitutio, ſed nec etiam matrem ipſius, vt ſic non poſſet agnatus grauari illa medietate, Capyc. in Conſuet. Si aliquis moriẽs, incip. hìc loquitur in ſubſtitutione pupillari, f. 168.

Subuentio an debeatur Baroni à vaſallis pro maritãda ſorore, cui dos per patrem fuerit legata; fuit in S.C. deciſum, quòd ſic, cõdemnando Vniuerſitatem ad ſoluendum ſubuentionem liquidandam tempore exequutionis, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 2. author. nu. 16. vide ſuprà in verb. adiutorium.

Subuentio an debeatur à vaſallis Domino emptori cũ pacto de retrouendendo, durante termino redimendi, tã in S.C. quàm in R.C.S. fuit deciſum, ſubuentionem ipsã deberi, Frec. de ſubfeud. lib. 2. in 2. author. in fi. in qu. incip. hìc quæro de noua quæſtione, Amat. conſ. 79. n. 9. vol. 1.

Subuentio an debeatur Domino feudi à vaſallis pro faciendo filio milite, fuit in Curia Regia determinatum, quòd ſic, Barthol. de Capua in Apoſtill. ad Conſt. Quamplurium, eum citat, & ſequitur Affl. ibi ſub n. 5.

Subuentio an debeatur à vaſallis, quandò Dominus feudi neptem maritaret patre exiſtẽte inope; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 215. Capiblanc. in pragm. 1. n. 69. de Baron. Maſtrill. in deciſ. Sicil. 1. n. 7. Ric. coll. dec. 65. & 1324. *Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 14. nu. 75. Anton. de Amato variar. reſol. to. 1. reſol. 2. n. 9. Iul. Cæſar Galluppus in meth. feud. par. 4. cap. 3. nu. 43.*

Subuentio, ſiuè adiutorium an debeatur matri dotanti filiam; fuit deciſum in Reg. C.S. quòd ſic,

Ioan. Aloyſ. Mormil. in ſuis ſing. ad Conſt. Quamplurium, n. 4.

Subuentiones, ſiuè adiutoria an debeantur pro filia maritanda; fuit deciſum, quòd ſic per R. C. S. Ioa. Aloy. Mormil. in ſuis ſing. ſuper Conſt. Quamplurium, ſub n. 1.

Suburbia Ciuitatis an contineātur appellatione Ciuitatis; non eſt dubium, quòd regulariter continentur, DD. in c. Rodulphus, de reſcrip. in materia verò ſtricta ſecùs tamen erit, vt in c. ſi Ciuitas, de ſent. excomm. in 6. de quo per Ant. Capyc. in inueſt. feud. rub. feudor. clauſ. verſ. ſuburbijs, hinc Napod. in proœm. Caroli ſuper noſtris Conſuet. n. 183. cum ſeq. annuit, Ciuitatem quandoq; largè poni, vt cùm ſupponatur interdicto, tunc omnia continētur, & ſaxa, locus, ac ędificia, & habitatores, quādoq; largius, vt cùm tractemus de muneribus ſubeūdis, & iuriſdictione exercēda; nā tunc continētur et Caſalia, & Vici, territoria, diſtrictus, & habitatores, quādoq; largiſſimè, vt ſic cōtineat iuriſdictionē, diſtrictum, honores, iurapatronatus, Caſtra, & Caſalia ſibi ſubdita, ac alia loca, ſaxa, & habitatores ipſorum, ſed ſtrictè venit ſolùm id, quod murorum ambitu terminatur, Abb. in d. c. Rodulphus, per text. in c. ſi Ciuitas, de ſent. excomm. in 6. hinc eſt, quòd cōceſſo guidatico alicui delinquēti, dūmodò nō accedat ad Ciuitatē Neap. nec ad locum partis offenſæ, dubitatū extitit in M. C. V. ſi Suburbia cōtinerētur in iſto guidatico, & videbatur dicēdū, quod non, nā licèt indulgentia de per ſe ſit fauorabilis; in caſibus verò exceptuatis eſt odioſa, Frāch. dec. 403. n. 11. propterea odia ſunt reſtringenda, fauores ampliādi, c. odia, de reg. iur. in 6. quinimmò facto verbo in S. C. per Iudicē Iulium Maſtrillum cauſæ Commiſſarium in cauſa Andreę Aurrſani inquiſiti de ictu ſcopiēti in perſonā Ioſeph. de Rogerio ſaltum conductum, ſeù guidaticum ab Excell. Proręge obtinētis, nè intus Ciuitatem Neap. accederet, & vbi pars offeſa habitauerit, cuius habitatio erat in Burgo Ieſus Mariæ; declaratum fuit, non comprehendi Suburbia, niſi tantùm Burgum Ieſus Mariæ, vbi habitauerat pars offenſa, & ſic repetitur in actis penès Liuiū Græcum de anno 1616. Io. Bapt. de Thoro I. C.

Succedere quis debeat in feudo, vel in officio, an Fiſcus, vel ſucceſſor ab inteſtato, ſi defūctus deceſſerit nō facta nominatione iuxtà formā cōceſſionis, & poteſtatis conceſſæ; cōcluditur ſpectare ad ſucceſſorem ab inteſtato, & ità fuit in R. C. S. vetilarum, & deciſum, Ann. in repet. rub. de vaſ. decrep. ætat. n. 321.

Succedere an debeat pater filiò præmorieti donatario in eius hæreditate, cōſiſtente in donatione facta per patrē contemplatione matrimonij ex nūc, prout ex tūc, ſequuta eius morte, vel vxor filij ob mortē filij, & filiæ in conſtantia matrimonij procreatorum, decedentium poſt mortem eorum patris, nō tamen pro eis adita hereditate per matrē, optimè allegāuit pro matre Reg. de Pon. conſ. 19. vol. 1. ſed pro patre Fab. de Ann. in conſ. 1. dū Illuſtriſſima, vbi ſub n. 53. remittit ſe ad deciſa in cōſ. 2. ſequenti n. 18. in quo fatetur, fuiſſe deciſū cōtra matrem, & ſic in fauorem hæredis patris, ib. n. vlt. idem Reg. de Pont. in tract. de pot. Pror. tit. 8. in princ. n. 39. Amend. ad Freāh. dec. 92. Anel. Amat. conſ. 26. n. 18. & ſeq. *Conſil. Theodor. alleg. 1. n. 52.*

Succedere licèt non debeant ex iuris diſpoſitione occiſores hęreditati occiſi, etiam eis obuenīę ex fideicommiſſo, à qua rectè excluduntur, an pariter eorum filij ſuccedere nequeant, potiſſimùm in bonis eis debitis iure fideicōmiſſi, vt alijs fideicommiſſarijs applicentur; deciſum fuit negatiuè per S. C. referente Reg. Conſil. Ioa. Andrea de Georgio die 3. Iunij 1619. per quod declarando decretum eiuſdem Sac. Conſil. latum die 10. Decembris 1613. iudicatum fuit, bona fideicommiſſo ſubiecta in iudicio deducta à die mortis q. Antonini de Palma ſpectauiſſe, & ſpectare ad q. Scipionem de Palma, & ſucceſſiuè ad Marcum Antonium eius filium, excluſis Betardino, Vincentio, & Iacobo Antonio de Palma eius filijs ex cauſis in proceſſu deductis, penès de Mondell. Act. Mag. D. Camil. de Larath. conſ. 109. in hac cauſa.

Succedi an videatur matri, vel filiæ in bonis dotalibus ex matrimonio contracto more Magnatū, per quod ſpecificè verba demonſtrantur, ex pacto, quod reſtitutio dotis facienda per virum in caſu mortis vxoris fiat filijs ex matrimonio procreandis ſupſtitibus, & in caſu, quo nō ſuperuixiſſent liberi ſuperſtites ex matrimonio, vel etiā ſi tempore mortis vxoris ex eodē matrimonio liberi ſupereſſent, & poſteà adita hęreditate, vel nō adita per eos, vel alium, ſeù alios eorum nomine liberi ipſi decederēt, vel morirētur in pupillari ætate, vel poſt quādocunq; ab inteſtato ſine liberis legitimis, & naturalibus dotes ipſę debeantur hæredibus, & ſucceſſoribus vxoris, ſeù dotantis; fuit deciſū, ſuccedi matri, & non filiæ, Franch. dec. 92. n. 4. & 5. eum citat Fab. Ann. in conſ. 2. in capitulis, & optimè Georg. in alleg. 23. n. 24. vbi iſtā deciſionem declarat, ſub n. 26. allegat ſimilia, Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 46. n. 4. & in tit. de renūc. q. 15. nu. 10. & ſeq. vbi in fine tradit, ad hoc vt ſuccedatur primo acquirenti, ſumitur ex verbis renūciationis, traditus per Afl. dec. 237. in princ. ibi earū dotium reſtitutio, & aſſignatio realitèr fiat, & fieri debeat hæredibus dotātis, per quæ verba, inquit, ſibi fuiſſe relatum, S. C. decreuiſſe ità annis elapſis in cauſa Ducis Neritoni cum Duce Martinæ circà quandam inſtitutionem factam, penès Borrellum, *D. Conſ. Theodor. alleg. 1. n. 9. D. Reg. Rouit. dec. 99. n. 1. Lal. Caput. in Conſuet. Si moriatur, part. 1. §. 6. num. 28. Mart. in ſumm. de ſucceſſ. part. 1. q. 5. art. 4.*

Succedi an poſſit in ſtirpes, vel in capita in ſubingreſſione collaterali; fuit deciſū, in capita ſuccedi iuxtà opinionem Theſaur. dec. 162. Flau. Amed. ad Franch. dec. 24. n. 6. eandem deciſionem refert Paſchal. in tract. de vir. pat. por. p. 4. c. 9. n. 16.

Succeſsio donatarij decedētis in feudo ad quē ſpectabit, vel ad matrē donatricē, aut ad ſororē vtrinquè cōiunctā, fuit deciſū, ſucceſsionē ipſā ad matrē ſpectare, ex quo donatio fuerat perſonalis, nō realis, nā fuerat facta filio immediatè ſucceſſuro, Franch. dec. 591. eum citat, & ſequitur Molfeſ. in Comm. ad Cōſuet. Neap. p. 3. q. 5. n. 9. & q. 36. n. 6.

Succeſsio patrui exiſtentibus nepotibus ex fratre, & ex ſorore an omnibus deferatur in bonis ſitis in diſtrictu Ciuitatis Neap. fuit deciſum, quòd quò ad bona exiſtentia in diſtrictu Neap. nepotes ex fratre tantùm admittantur ad ſucceſsionem, quò verò ad bona extrà diſtrictum omnes admittantur,

tantur, Franch. deciſ. 412. Molfeſ. in Commentar. ad Conſuetud. Neap. p. 4. q. 2. in princ. q. 6. num. 7. q. 9. num. 8. & q. 12. & conſ. 50. num. 19. Ric. coll. dec. 754.

Succeſſio in feudis antiquis quamuis ex noua gratia Regis ſit ampliata in deſcendẽtibus ex linea maſculina, vſq; ad quartum gradum, in deſcendentibus verò ex linea fœminina remaner Conſt. Regni Vt de ſucceſſionibus, practicata vſq; ad tertium gradum, & ità indiſtinctè, tàm in Reg. Cam. quàm in S.C. iudicatur, Io. Aloyſ. Morini in ſuis ſing. ad d. Conſt. ſub n. 13.

Succeſſio in feudo antiquo defertur fratri feudatarij ſeruata gradus, & ſexus prerogatiua, at ſi frater, vel ſoror feudatarij eſſent mortui antè primogenitũ inter nepotes fiet talis diſtinctio, quandò volũt ſuccedere primogenito, & ità ſeruatum vidiſſe in ſucceſſione Comitis Aliani teſtatur Iacob. Anell. de Bott. in add. ad Conſt. Regni Vt de ſucceſsionibus, incip. concludit, quòd c. f. 268. nàm vt ipſe ſubſequitur, ſucceſsit D. Antonius Carafa Princeps Hoſtiliani tãquàm primogenitus natus ex ſorore D. Eligij della Marra, Comitis Aliani, excluſis alijs fratribus.

Succeſsio bonorum feudalium deſcẽdentiũ an ipſis mortuis aſcendentibus debeatur, Bart. de Capua in Conſt. Foriudicatorũ bona poſt longam diſputationem in fine tradit, vidiſſe in conflictu Sapiẽtum determinari negatiuè, quàmuis Affl. in eadẽ Conſt. à nu. 3. & ſeq. referat, contrarium ſeruari in praxi, ſub n. 9. quos citat Præſes de Franch. dec. 3. nu. 3. in fi. multa de hoc cumulat Conſil. Georg. in alleg. 17. per tot. Ann. in reper. rubr. de vaſall. decrep. ætat. n. 373. verſ. pro contraria parte.

Succeſſor in Epiſcopatu an teneatur ſtare colono, cui per prędeceſſorem fuerit promiſſum, quòd in caſu, quo non potuiſſet gaudere affictu, ſolueret intereſſe, excepto in caſu mortis, ſi prædeceſſor Epiſcopus nõ alitęr mortuus, ſed de dicto Epiſcopatu ad aliũ fuerit trãslatus, an teneatur; fuit deciſum in fauorem ſucceſſoris, vt non teneatur ſtare colono, & paritèr in fauorem prædeceſſoris, vt nõ moleſtaretur ob intereſſe affictus prætenſi, benè verum eſt, quòd ſatisfacere debeat colono de omnibus pecuniarum quãtitatibus anticipatis iuxtà formam Capitulorum affictus, vnà cum intereſſe liquidando, Ann. in alleg. 92. de quo meminit Caroc. in tract. de locat. 24. q. in nouiſſ. add. fol. 207. Reg. de Pon. dec. 28. n. 3. Maſtril. dec. 6. n. 17. & in tract. de Magiſtr. lib. 1. c. 24. n. 33.

Succeſſor an teneatur actione perſonali, quòd rata ſint habẽda geſta à Prædeceſſore, cuius hęres nõ eſt; fuit deciſum, quòd non in contingenti facto, Minad. in Cõſt. In aliquibus, verſ. de ſucceſſ. n. 40.

Succeſſor ſingularis an teneatur ſtare colono in terminis l. emptorem, C. loc. quandò eſſet factum pactum de alienando, per quod impeditur dominij translatio, quid autẽ in generali obligatione; concluditur, ſufficere generalẽ obligationẽ, per quam conſtituitur ius in re, & ſucceſsiuè ſucceſſor tenetur ſtare colono, & ſecundũ iſtam opinionem fuit iudicatum in S.R.C. ad relationẽ M.C.V. in caſu tunc vrgenti, vt retulit Maſull. in add. ad dec. Capyc. 182. n. 4. vide ſuprà in verb. alienatione.

Succeſſor ſingularis non tenetur ſtare colono iuxtà tritam regulam poſitam in l. emptorem, C. loc. de qua per Soci. in regul. 387. Benint. dec. Bonon. 54. Mart. vot. 139. Ric. coll. dec. 93. Alph. coll. 6. vbi regulam ipſam limitant, & ampliant plurifariàm, & nouiſsimè Caroc. in tract. de loca. & cõd. p. 2. grad. 3. q. 7. per tot. *accedit huic optima deciſ. Surdi* 265. an autem procedat in creditore locatoris rei ſpecialitèr obligatæ inſtrumentum liquidante contra eum, & virtute dictę liquidationis, expeditiſq; literis exequutorialibus exequi feciſſet ſuper fructibus rei locatæ, an teneatur ſtare locationi, ſeù affictui: Caſus iſte quàmuis aliàs eueniſſet, adhùc deciſus non apparet pęnès Præſid. de Franch. dec. 488. de quo ſuprà eod. verb. Inquilinus, vbi iura vtriuſquè opinionis doctè examinat, tamen in fauorem creditoris concludere cernitur, at cùm nouiſsimè iterùm contingiſſet, & mihi relatus eſſet vnà cum deciſione abſq; iuris authoritatibus libui aliqua breuitèr ad deciſionis ornatum inferiùs afferre; priùs ſiquidèm facti ſerie propoſita ex actis demõſtrabatur, Ill. D. Octauium Carafam Marchionem S. Lucidi affictaſſe, ſeù locaſſe Ill. Placido de Sangro Marchioni ſimilitèr S. Lucidi quodam rus ſitum *à Capo de Monte*, nuncupatum à *Bertoldo*, pro certo pretio inter eos conuento, & cùm fuiſſet liquidatum inſtrumentum ad inſtantiam Petri Angeli Fornarij creditoris dicti D. Octauij pro ſumma in eo contenta, & exequi feciſſet fructus dicti ruris, eò quòd non poterat ſuper dicto rure exequi facere, obſtante fideicommiſſo, ſe oppoſuit dictus Placidus cõductor, eò ꝙ non tenebatur parere mandatis dicti creditoris, q tenetur ſtare affictui prædicto facto antè liquidationem, in quo poſtmodùm ſubintrauerat, hoc eſt in nouo affictu Marius de Iudice, & proindè facta tunc relationę per benemeritũ Iudicem M.C.V. Philippum Paſchalem in S.C. in aula Reg. Conſil. Fęlicis de Ianuario in anno 1617. confirmata fuit ſententia dictę M.C. mandantis, vt procederetur ad venditionẽ fructuum exequutorum, ità vt non teneatur creditor ſtare affictui, & iterũ facto verbo de prædictis confirmatũ, penès Brunũ Actor. Mag. quæ ſiquidèm acta tranſlata nunc reperiuntur penès Galterium Act. Mag. S.C. ad cuius deciſionis ornatũ cenſeo, oẽs DD. vnanimitèr concludere, quandò in inſtrumento adeſſet conſtitutum, & precarium rectè conſultum eſſe creditori, non teneri ſtare colono, vt voluit Tiraq. in trac. de iur. conſt. poſſeſſ. p. 1. n. 43. & 44. cum ſeq. licèt Neguſ. in tract. de pignor. in 2. memb. 2. p. à nu. 7. cum ſeq. dicat, quòd conductor etiam cum hypotheca nõ poſsit cõtra ſingularem ſucceſſorem præcisè velle retinere, ſed quòd illud ius retinẽdi reſolui poteſt per ſolutionem intereſſe, ſecùs ſi hypotheca ſpecialis in illa re concurreret cum prohibitione alienandi, tunc alienatio eſſet nulla, attamen idẽ Caroc. loc. cit. verſus finem ſub n. 14. verſ. limita hanc principalem concludit, per adiectionem cõſtituti in inſtrumento non teneri creditorem ſtare colono, licèt ſit neceſſarius ſucceſſor, & petere poterit penſiones etiam antè adiudicationem factam, ex mente Rimin. in conſ. 652. Io. Bapt. de Thoro I.C.

Summa minor maiori ſummæ in ſentẽtijs non ineſt, ſed quomodò practicetur in S.C. circà cõdẽnationem diſcordantibus Iudicibus in ſumma, aliqui maiorem, cæteri minorem ſummã amplectentes,

concluditur, quòd quandò omnes concordarent vel in maiori, vel in minori, res eſſet ſopita, quãdò verò quilibet ſtaret in ſua opinione, & de iure eſſet dubium, tunc ſecundùm minorem eſſet pronunciandum, & ſi Iudices proteſtarentur, quòd non intendunt concurrere cum minori ſumma, non erit tunc ſententia publicanda, ſed ſunt addẽdi alij Iudices, Franch.deciſ.356.Petr.Caball. reſol.crim.centur.2.caſ.119. num.23.Ric.in collect. dec.512.

Supplementum paragij quantum eſſe debet; fuit iudicatum bis in S.C.eſſe vſquè ad legitimam, teſte Andr.Maricon.in Conſuet.Neap.Si moriatur, in Apoſtilla incip.quòd tale paragium, quem citat nouiſſimè Molfeſ.in Commen.ad Conſuet.Neap. p.3.q.7.n.5. & 6.

Supplicatio porrecta cũ verbis illis, ſupplicatur pro parte Titij, an probet. Titium ſupplicaſſe; fuit deciſum in Coll.Conſil.quòd illa verba aſſertiua nõ probant contra Titium, niſi aliundè probetur, & ità conualidatur aſſenſus, Frecc.de ſubfeud. lib.2. q.24.Garſ.dec.1.

Suſpenſio officij an militet in Officiali Perceptore pecuniæ Regiæ, ſi ſtãte exactione, ac illius retentione per aliquos dies, ob ꝙ moram contraxit nõ illicò ſoluerit; cõcluditur, ꝙ non, ſed potiùs actionem ad intereſſe competere, & iuxtà allegata in eius fauorem fuit deciſum per R.C.S. Reg.de Pon.conſ.22.vol.1.delictum, quod imputatur, vbi in fine ponit deciſionem, meminit Reg.Tapia in Conſt.Officiales Reipublicæ.

Suſpenſio adminiſtrationis officij nõ in omnibus caſibus erit cõcedenda, niſi quãdò veniret imponẽda pęna priuationis officij, hoc eſt pẽdente inquiſitione formanda, & ità in Coll.Conſ.in cauſa Regij Fiſci cum Marchione Padulæ Regio Dohanerio Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ fuit denegata ſuſpenſio adminiſtrationis pẽdente inquiſitione, & tandèm compilato proceſſu nõ fuit Marchio cõdemnatus ad officij priuationem, ſed ad illius ſuſpenſionem per triennium, quo finito nõ alitèr redire deberet, ſed in ſui beneficium vẽderetur, & ità paritèr fuit determinatum in cauſa Gabrielis Capani Iuſtitiarij Ciuitatis Neap. inquiſiti de multis, vt nouiſſimè tradit Reg.de Pon. in dec.7.fuit inquiſitus, num.11.& idem cenſet in Coll.Conſil. determinatum in cauſa Ferdinandi Monſorij, qui inter cætera inquirebatur, pecuniã Regiam in proprios vſus conuertiſſe, vel mutuãdo, vel in cambium erogando, vt etiam idem Author fatetur in tract.de pot.Pror. tit.4. de Regal. impoſ.§.3.num.7. quõ verò ad deciſionem Marchionis Padulæ latè diſſeritur in alia deciſione eiuſdem Authoris 16.de iure communi, vbi examinat articulum, qua nàm pœna ſit plectendus Officialis delinquens in officio, & quæ probationes requirantur, & demùm concludit, fuiſſe punitum pœna triennalis ſuſpenſionis, & ad reſtitutionem extorſionum, & ad venditionem officij, vt idem Reg.conſ.36. num.50. volum.2. alios citat, & de deciſione Gabrielis Capani Iuſtitiarij in alia deciſ.eiuſdem 25.diſſeritur, Ric.coll. dec.2040.

Suſpecti allegari poſſunt etiã de iure cõmuni Actorum Magiſtri, & ſuſpitionem ſolo iuramento probari, vt ex mente Alex. & Anchar.concludit Muſcatell.in prax.S.C.lib.1.p.5.glo.ſuſpectum, n.10. ſed in Regno ſeruatur cõtra Magiſtros Actorum Sacr.Conſilij, ex quo probari debet in ſpecie cauſa ſuſpitionis allegata, vt nouiſsimè deciſũ apparet in Coll. Conſil. teſte Ioan. Anton.Bařio in annot.ad Aff. ſuper Conſtitutione Regni Iuſtitiarij per Prouincias, lit.C. incip. Actorum, cumq; citat Muſcatell. vbi ſuprà, nu.11.Reg.Rouit. in prag.1. nu.17.de ſuſpit.Official.in nouis, & iterùm idem deciſum fuit deindè in cauſa Principis Scillæ cum Io.Aloyſio Calcidio V.I.D.in ſuſpitione allegata in perſonam Fabritij Romani Actuarij S.C.pęnès Secretarium in eadem Banca, *Baldaxar de Angelis I.C.benemeritus in add. ad Reg. Conſ.Gizzarell. dec.66.n.5.vbi etiam Didac.de Mari n.24.* Thoro.

Suſpectus Iudex an recuſari poſsit, eo quia fuerat lis in cauſa dignitatis cum litigãte in alijs cauſis, fuit in Reg.Coll.Conſil. deciſum, poſſe recuſari, & ità practicatum inter Ducem Veteris Scribam portionis, & D Bernardinum Montaluum Præſidentem, propter litem pręcedentiæ, quam habuerunt circa ſeſsionem in Tribunali Regij Arſenalis, Reg.de Pon.dec.30. in princ.decidimus, Ric.coll. dec.1823.

Suſpectus Iudex recuſari an poſsit, ſi ſimilẽ cauſam, quam iudicaturus eſſet vti Aduocatus defẽdiſſet, Maran. in Spec. p.6.in 2.actu principali, n.46.annuit, vnã ex cauſis ſuſpitionis eſſe, ſi Iudex haberet conſimilem cauſam cum illa, in qua vult iudicare, quia pręſumitur iudicare talitèr, proùt vellet in ſua cauſa iudicare, & meliùs Borgn. dec. Fiuiz. 28.p.2.ſub n.114.vbi citat omnes cauſas ſuſpitionum, ibi ſimilẽ cauſam habens, & in proprijs terminis fuit deciſum in perſonã Regentis de Ponte, qui fuit à Fiſco ſuſpectus allegatus in cauſa Ducis Sueſſæ, eò quia olim ſimilẽ cauſam Ducis Andriæ defenderat, vt ipſemet fatetur deciſio.32. in princ.ſuprà eod.verb.officialis.

Suſpectus Iudex ex aliqua cauſa an poſsit eandem cauſam alteri committere, vel delegare, vt contingit in perſonam duorum Regentium Regiam Cancellariam, vide ſuprà verbo Iudex ſuſpectus.

Suſpitio Iudicis an poſsit allegari à tertio pro ſuo intereſſe; cõcluditur, quòd ſic, & ità fuit practicarum, Ann.ſing.500.tertius.

Suſpitio Officialium Baronum an poſsit cognoſci per Officiales eiuſdẽ Baronis; fuit tàm per Magn. Cur.Vic.quàm per Sac.Conſil. confirmatum decretum eiuſdem Magn.Curiæ decidentis, cauſam ſuſpitionis eſſe remittendam ad Officiales Baronis, per tex.in cap.ſi contrà, de offic. deleg.in 6. & hoc in anno 1569.die 6.Octobris, Iacob.Anell. de Bott.in addit.ad Rit.265. incip.item ſi contingat, Iudicem ordinarium, incip.cauſę ſuſpitionum remittuntur.

Suſpitio an obſter Iudici, qui litẽ habet cũ alio Officiali conuento per aliquem, ità vt ob talem ſuſpitionem poſsit recuſari; in iure fuerunt multa allegata ad excluſionẽ Iudicis pro Marchione Grupталiarum cum Reg. Conſil. D. Ioanne Sanchez, coràm quo litem habebat Reg. Conſil. Aloyſius Valcarcel, vnus ex Iudicibus ipſorum litigãtium, & dùm ambo litigarent coràm dicto conuento, nefas erat, quòd ipſe nunc Iudex efficeretur in cauſa dicti D.Ioannis cum ipſo Marchione, & ſic

vnus

vnus ſit Iudex alterius,quo caſu ſuſpitio nedùm iuſta,ſed iuſtiſſima eſt,& ob hanc cauſam inhabilitatur Iudex, & recuſatur ſecundùm veram, atq; communem opinionem Doctorum,quę in primis fulcitur authoritate tex.in c.2.verſ.humani moris eſt 16.q.2.cuius verba hæc sũt.Humani moris eſt, illum vereri,cuius iudicio,& voluntate nũc erigitur,& decipitur,& quãdò vnus eſt Iudex alterius, & è conuerſo, dicuntur Iudices reciproci,& ipſo iure ſuſpecti efficiuntur,tradit Spec.in tit.de Iud. deleg.in rub.ex quib.cauſ.deleg.recuſ. lib. 1. p. 1. num. 5. verſ.item ſi vnus eſt Iudex alterius,idem affirmat Io.Andr. & alia iura ad hoc citat in cap. legitimam,de appell.in ſexto,num.1.verſ.decimò quia, vbi etiam idem ſequitur Domin.de Sancto Gemin.in prima colum.& Steph.Auſrer.in 3.vol. tract.in antiquis,in tract.de recuſ. nu. 16. verſ.35. ſi Iudex,inquit,quòd ſi Iudex eſt in manibus mei aduerſarij,quia coràm eo litigat, proùt eſt in caſu iſto,proculdubio tanquã ſuſpectus repellitur Iudex,conferunt etiam congeſta per Prępoſ.& alios in cap.poſtremò,de appell. hìnc Hoſtien.in tit.de recuſ.Iudic.deleg.n.3.verſ.ſexta ſi vnus,ait, quòd ſuus Magiſter hoc reciprocos Iudices rationatos vocabat, vt facias mihi bonã paropſidem, & ego tibi,ſubdit hęc verba,*Bona la mi fai,Bona la ti farò*,& licèt quidã Frater Hoſpitaliorum in ſuſpitione prædicta ſuccubuerit, id proceſſit, vt inquit ibi Hoſtien.quia ineptè propoſuerat,& tamen ipſe iuſtiſſimam cauſam ſuſpitionis reputat, & hãc opinioné tanquam communem omnes præclari Doctores ſequũtur,tantò magis iſta militat ſuſpitio,etenim minor cauſa repellit Iudicẽ à iudicando,quàm teſtes à teſtificando,gloſ.in cap.accedẽs, il primo, vt lit.non conteſt. & in cap.cum eo,de offic.deleg.de quo latè per Lanfranc.de Orian.in repet.c.quoniam contrà,de prob. verſ.recuſar,in 2.col.ver.ſed quęro,quę ſint cauſę legitimæ,ratio euidens eſt,quoniam dùm repellitur vnus Iudex; reperitur alter,qui abſq; diſpoſitione iudicat,non ſic in teſte,qui dùm reijcitur,non inuenitur alius, qui illud idem deponat, vndè optimo iure remoueri debet,res enim periculoſa eſt, & triſtiſſimos ſolet ſortiri euentus, ſub Iudice ſuſpecto ſubire iudicium,vt cenſet gloſ.in l.apertiſſimi, C.de Iudic.ver.libello; fuit tandèm deciſum in Sacro Conſilio iunctis tribus aulis referente Regio Conſiliario Franciſco Valcarcel, quòd non interueniat,penès Secretar.in Banca de Fęlice, patrocinante I.C. Fabiò de Falco meò patruo dilectiſſimo. Io.Bap.de Thoro I. C.

Suſpitio an militet in perſonã Iudicis, qui iudicaturus ſit in cauſa ſui Confeſſoris,ad ornatum huius quęſtionis hęc pauca pòderãda duxi,nã ſi affirmatiuam ſentẽtiam inſequamur, proculdubio cernitur;poſſe militare ex infraſcriptis rationibus. Primò enim ex iuris diſpoſitione filius prohibetur teſtificari pro patre,& è còtrà,l.parẽtes,C.de teſt. quantò magis & iudicare,cùm filius,& pater cenſeantur vna perſona, §.ſin autem, Inſt.de hæred. qual.& differ.nàm per hoc videretur iudicari in cauſa propria, quod à iure improbatur,& ob id ſi Prælatus vellet eſſe Iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ poſſet ob ſuſpitioné remoueri ex præſumpta affectione,vt refert Maran.in Specul.par.6. in 2.actu, num.51.videtur etiam in cauſa propria iudicare, & ſubdit ibi Maran.num.25. quòd etiam ſi filius, vel cõſanguineus Iudicis eſſet aduerſa pars,poterit recuſari Iudex, & non tantùm hoc in carnali coniunctione,quàm etiam in ſpirituali procedit, vt exemplo compaternitatis demonſtratur, poſtquàm compater nequit iudicare in cauſa comparis,& poterit recuſari, Idem ibidem nu.72.quantò magis in præſenti caſu id militare debet,cũ Sacerdotes,ſeù Confeſſores patres dicãtur,can.qualis condemnatio 2.q.7. ibi qui patribus legatione Dei fungentibus contumeliam inferunt,& melius explicatur in can.ſacerdotes §.hi,qui 6.q.1.ibi patres enim omnes,ideſt Sacerdotes venerandi sũt, &c.& proptereà plus diligẽdus eſt pater ſpiritualis,quàm carnalis, gloſ.in can.pyctacium 30.q.3. verſ.multò magis, quẽadmodùm è conuerſo plus peccamus ergà Patres ſpirituales,quàm carnales, gl.d.c.qualis,verſ.ampliori,& hinc eſt,quòd filius occidens patrem naturalem punitur pęna parricidij,l.1 ff.ad leg.Pomp.de parric.ità paritèr in occidente patrem ſpiritualem, vt notat Hier. Giach. in add.ad Iul.Clar.§.parricidium,qui licèt ad hoc nil alleget,extat tamẽ gl.in c.ad aur facta, de pęn. diſt.1.verſ.parentumuè, vbi ait,multò fortius qui contra parentem ſpiritualem, quarè attentis iſtis vinculis facilè ſuſpitio vrgeri debet, *Fontanell.in deciſ.Cathalon.15.num.23. vbi de hac deciſione meminit.*

Secundò ponderatur alia ſuſpitionis cauſa adducta per Maran.loc.cit.num.44. quòd ſi altera pars alloquatur Iudici ſecretò in aure,poteſt ex hoc per alteram partem recuſari,Abb.in cap.accedẽs,col. 3.verſ.& aduerte,vt lit.non conteſt.Ricc.in praxi var.reſol.in reſol.22. ſed quæ maior eſſe poterit ſecreta collocutio,quã confeſſio,à Nauar. in manual.auricularis appellata in c.2.in prin. pòſtquã facta electione Sacerdotis,cui erunt peccata cõfitenda,can.qui vult,de pęn.diſt.6.confitebuntur in ſecreto,iuxtà illud Apoſt.ad Hębr. Non tibi dico, vt te prodas in publicum,nequè apud alios te accuſes,can.quis aliquandò,§.his authoritatibus,de pœn.diſt.1.vbi tex.ſubſequitur, ſecreta nãq; peccata ſecreta confeſſione,& occulta ſatisfactione purgantur, can. ſi peccauerit 2.q.1. & can.de crimine 15. q. 3.

Tertiò,ſi ex capite amicitię id deſẽdere arbitramur, antè omnia amicitiam explicare debemus,& proindè iuxtà Tullij ſententiam,relatam à gl.in l.latæ culpæ,§.amicos,verſ.rationibus,ff.de verb. ſignif. amicitia eſt idem velle in licitis,& honeſtis,vndè non eſt amicitia inter latrones,& fraudatores,ſed inter iſtos eſt fraus, & dolus,& ideò rei turpis,vndè dicitur amicus,quaſi animi cuſtos, & idẽ citat Carau.in tit.3.n.10.ſed quæ magis amicitia bona ſit,quàm inter Confeſſorẽ,& Pęnitentem, quoniã bonorũ amicitia eſt perfecta,Borrel.de comprom. §.1.glo.3.n.110.& licèt glo.in d.§.amicos,verſ.iura concludat,ꝙ etiam ex cauſa inhoneſta ſit amicitia,eſt verũ attento eius ſubiecto, ſed vera amicitia in bono verſatur,& ob id rarę amicitię bonę, idem Borell.vbi ſuprà, §.1. gl.3.num.112.ſed propoſita hac noſtra cauſa veriſſima, cernitur amicitia bona,& maximè ſi non ex vna ſalutatione, vel colloquio,vt gl.d.§.amicos,ver.notitia; nàm tunc ſimplex amicus diceretur,Farin.tit.de accuſ.q.13. n.34.vbi magnum amicum exiſtimat, in quo per

longam,& inueteratã conſuetudinem,& conuerſationem beneuolentia aucta eſt,& ità iure familiaritatis quęſita honeſtis rationibus,glo.d.§.amicos,verſ.iura,vbi Alciat.nam ſicut ex ſola animorum coniunctione contrahitur amicitia, l.3.ff.de donar.inter vir.& vxor.ità ex nimia conuerſatione augetur,l.cũ allegas,C.de caſtrenſ.pecu.lib.12. & Farin.vbi ſuprà,ex qua conuerſatione amicitia naſcitur,Carau.tit.192.n.7.quarè ſingularis amicus inter ſuos connumeratur,& amicus amici negotia perire non permittit, & largè amicus familiaris dicitur domeſticus,Carau.tit.46.n.34.& venit appellatione ſuorum, Borrell. vbi ſuprà, §.1. gloſ.3.n.103. vndè magna amicitia idẽ operatur, quod ſanguinis coniunctio, Carauit.tit.160.n.9. Cauenſ.tit.192.nu.7.& amicitia, & propinquitas parificantur, Borrell. d.gloſ.3.n.83.& plus habet ponderis,quàm fraternitas,Idem ibi n.105.immò amicitia magna paternæ affectioni ęquipollet,inquit ibi Borrell.n.82.& n 88. qui ait,quodammodò amicum loco patris haberi,quarè amici ſecundùm ordinem ſcripturæ præponuntur coniunctis ratione ſanguinis,vt ibi n.83. fatetur,& non mirũ ſi inter eos cadit cõpromiſſum,& alia agere, quæ breuitatis cauſa omitto, ſed tantùm ſuſpitionem annuendo,ex tali cauſa poſſe recuſari Iudicem, Marant.vbi ſuprà n.28.affirmat.

Quartò, & vltimò id fortiori, ni fallor, argumento confirmatur, nam Sacerdotes ſacra miniſtrant, & conficiunt,ità & nos, cùm leges ſint ſacratiſſimæ, l.leges, C.de leg. & vt ius ſuum cuiq; tribuit Sacerdos in danda pęnitentia, ſic & nos iudicando, l.iuſtitia,ff.de iuſt.& iu.notat gl.in l.1.ff.eod.verſ. ſacerdotes,Guid.Pap.dec.388.nu.7.& Affl.ſingularitèr in Conſt.Clerici,n.4.notat,quòd Sacerdos dupliciter conſideratur, alter enim dicitur ſpiritualis, qui dicitur presbyter,alter verò tẽporalis, qui iuſtè iudicat, & ſacras leges miniſtrat, quemadmodùm enim Iudex temporalis miniſter legis dicitur, immò & Dei miniſter,Affl.in Conſt.Terminum vitæ,poſt nu.37. ſimilitèr & Sacerdos,qui Dei legatione fungitur,vt dixi,& eſt Iudex,c.verbũ,de pęn.diſt.1. ibi Sacerdos eſt Iudex,vbi bona glo.ſuper eod.verb.inquit,ideſt miniſter,miniſterio enim,non authoritate habet dimittere, quarè dùm tàm Iudex ſecularis,quàm Sacerdos ſint Iudices de per ſe, ſi vnus eſſet Iudex in cauſa alterius, & alter alterius eſſent Iudices reciproci, & ſucceſſiuè ſuſpecti redderẽtur, vt latè dictum apparet ſuprà eod.verb.ſuſpitio; ijs tamen non obſtãtibus puto,contrariam ſententiam eſſe veram; non enim obſtat primum fundamẽtum de paternitate, alia enim eſt paternitas naturalis, alia ſpiritualis,naturalia.n.in ſe ſunt immutabilia,§.pen. Inſt.de iur.nat.gen.& ciuil.vbi optima gl.notat,ꝙ ea,quę ſunt de neceſſitate naturæ nõ mutãtur,ſed ea,quę ſunt de præſumptione,ſicut Leonis ferocitas,& Hominis manſuetudo, & in patre maximè amor cernitur in filios, cũ nullus amor vincit paternũ,l.nec in ea,ff.de adult.& amor plus deſcendit,quàm aſcendit,gl.l.liberi.C.de inoff.teſtam.ſimilitèr filij, cęteriq; coniuncti ob naturalitatem habent annexam affectionem inuicem,ſed in ſpirituali cùm ſit accidentalitèr,poterit mutari,dùm pęnitẽs mutat Cõfeſſorem,in cuius electione cõſiſtit,gloſ.d.c.qui vult,tamen diuerſa eſt cognatio, & licèt cẽſeatur vna perſona pater,& filius,id potiùs ex fictione procedit,§.ſin autem, cum gl.Inſt. de hæred.qual. & differ. cęterũ reſpectu reliquorum,cui magis tenemur, ſubdit gloſ.in d.c.pyctacium,quòd reſpectu exhibitionis bonorum temporalium plus tenemur patri naturali, quàm alij, verùm reſpectu exhibitionis reuerentiæ plus patri ſpirituali,& proindè termini non adaptantur.

Secundò nõ obſtat ſecreta colloquutio habita cum Confeſſore, cùm illa ſit res diuerſa, continens ſalutem animæ, & ſic ſacramentalis dicitur colloquutio, quam reuelare non poteſt,cùm ea ſecreta ſit,vt Deus,nõ vt Homo, cap.ſi ſacerdos,de offic. Ord.cap.omnis,de pęn.& remiſſ.latè Carau.tit.3. n.4.& 5.immò puniretur Sacerdos,ſi ipſam reuelaret,optimè Farinac.de indic.& tortur.q.51.nu. 95. ſic & Aduocatus ea tenetur deponere, quæ ſcit vt teſtis,non ea,quæ ſcit vt conſultus à Clientulo, Franch.dec.222.n.10.& 11.

Tertiò non obſtat ratio amicitiæ,nam amicitia facilè tollitur,inquit Borrell. vbi ſuprà, n.80.& dato, quòd eſſet perſiſtens,& continua, tamen amicitiæ anteponenda eſt veritas,idem vt ſuprà,§.3.gloſ.3. num.11.*Amicus Socrates,amicus Plato,ſed magis amica veritas*, ait Philoſophus,verùmtamen cùm hæc amicitia in ſe ſit bona, ideò ex ea non debet pręſumi malum,idem Farin.vbi ſuprà q.43.n.172.

Quartò non obſtare videtur, quòd ſint Iudices reciproci,ea.n.procedunt in iudicijs temporalibus,nõ autem ſpiritualibus, nec facienda eſt extenſio de vno ad aliud, diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet, Affl.in Conſt.Mulieribus,n.3.& ſicuti laici prohibentur clericorum negotia cognoſcere, c.2. de iud.ità è contra,vt patet in tit.ne cler.vel mon. ſecul.neg.ſe immiſ.ſi hoc in foro fori ꝓcedit,quãtò magis in foro poli procedere debet, cùm forũ poli ſit Tribunal ab alijs ſegregatum, & dicatur Tribunal veritatis,forũ cõſcientiæ,& nõ fictionis, inquit Iaſ.in §.ſed iſte,nu.108.Inſt.de act.& dicitur Tribunal Dei, non Hominis,adeò quòd in eo peccata hominum deteguntur, & ſic ea pęnitẽtia iniuncta remittuntur: peccator enim in Deum,& Eccleſiã delinquit, vndè per contritionẽ deletur peccatum quòad Deum, & per pęnitẽtiam ſuſceptã à Sacerdote deletur quòad Eccleſiam,gloſ.in c.peccati venia,de reg.iur.in ſexto,in princ.Confeſſio .n. iſta fit Sacerdotibus, vt tota ferè Eccleſia obſeruat,can.fin.de pęn.diſt.1.& hoc Dei permiſſu, poſtquã Sacerdotiũ olim à Deo fuit collatum Moyſi,vnà cũ lege,deindè à Moyſe tranſlatũ in Chriſtum, & à Chriſto in Petrum,cap.tranſlato, de conſt.Marant.in ſpecul.in 3.p.nu.70. & ità explicatur dictum Prophetæ: Sicut vnguentum in capite,quod deſcendit in barbam Aaron,in capite,ſcilicèt in Chriſto,in barbam,ſcilicèt in Apoſtolos,Aaron ideſt in Epiſcopos,& Prælatos,gloſ. in can.quantuſlibet, de pęn.diſt.1. quarè concluditur,iſtam poteſtatem ligandi,& ſoluẽdi dùmtaxat Sacerdotibus fuiſſe à Deo conceſſam,can.cõuertimini,de pęn.diſt.1.vbi glo.notat ſuper verb. ſacerdotibus, primò Deo cõfitẽdũ,deindè Sacerdoti,can.ex ijs,ead.diſt.Sacerdos enim ſuum officiũ exhibet,& nullius poteſtatis iura exercet,can. verbũ,ead.diſt.vbi gl.ſubaudit,ideſt nulla ſua poteſtate,quaſi diceret,Dei ꝑmiſſu,& poteſtate,can. ijs poteſtatis,ead.diſt.ibi q cęleſtẽ eius poteſtatẽ,

ſcili-

ſcilicèt dimittendi, & ligandi, & ibi glo. dixit, ergò cùm ſit negotium particulare Chriſti, & per miniſterium Sacerdotis adimpletur, vt colligitur ex d.cap.fin.de pœn.diſtin. 1. ea verò, quæ Sacerdoti fit, docet, qualitèr ipſa purgentur peccata, Deus nãmquè ſalutis, & ſanctitatis author plerunquè præbet hanc ſuæ pœnitentiæ medicinam inuiſibili adminiſtratione, plerunq; Medicorum operatione, inquit ibi glo. ideſt Sacerdotum, Medici enim dicuntur Sacerdotes, qui medicinam animæ præbent, ſed Deus dicitur Medicus, gloſ. in d.can.conuertimini, ead. diſt. ipſi enim comedũt peccata populi, can. ipſi 1. quæſt. 1. vbi gloſ. multos intellectus recenſet, tamen adnotat, quòd ſolus Deus delet peccatum, ideſt reatum, Sacerdos pœnam pro peccato ſuis orationibus minuit, propter quod peccatum delere dicitur, & in ſumma fit enim veniale per confeſsionem, quod criminale erat per operationẽ, can. quem pœnitet, ead. diſt. & ità Sacerdos tanquàm Dei miniſter talia exercet, & quæ ſub ſigillo confeſsionis ſcit, non vt homo, ſed vt Deus ſcit, d. cap. ſi ſacerdos, & ob id non poſſunt iſti termini ad iudicia ſecularia accommodari, cùm ſint diuerſi, & ex diuerſis non fit illatio, l. illam, C. de collat. inde Sacerdos vbi de pœnitentia imponenda agitur, vt ſuſpectus à confitente recuſari nequit, idem eſt in Inquiſitoribus, quando de pœnitentia agitur de peccato, Ioan. Iacob. Laurent. in tract. de iudic. ſuſpect. cap. 2. num. 10. ſic è contra; quarè, vt audiui à peritiſſimo I. C. Fabio de Falco meo Patruo, in Regio Collaterali Conſilio fuit determinatum, vt circumſpectus olim Regens Marthos ſuſpectus allegatus per Ioannem Baptiſtam de Capua Marchionem Campilattarij tanquàm pœnitens Reuerendiſsimi Epiſcopi Acerrarum, qui cum eo litigauerat interuenire deberet in deciſione cauſæ, non obſtante ſuſpitione allegata. Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

Suſpitio generalis an poſſit iure ſubſiſtere allegando ſuſpectos omnes Doctores de Regno, vel de Ciuitate, multa pro, & contra adducuntur, quamuis non fuerit deciſum, cõcluditur, ſufficere, quòd electio non ſit de ſuſpecto, Capyc. deciſ. 138. vide ſuprà eod. verſ. ſenatus, vbi affertur deciſio, Franc. Viui. in ſylua comm. opin. opin. 867. Marta de iuriſd. p. 2. c. 5. n. 8.

Suſpitio Officialis vſq; ad quem gradum affinitatis admittatur, fuit deciſum iunctis Tribunalibus Sacr. Reg. Conſilij, & Reg. Cameræ Summariæ in Collaterali Cõſilio pro Comite Saponariæ, quòd Præſidens Io. Aloyſius Mormilis, qui erat affinis Marchionis Vallis Siculæ in ſecundo gradu affinitatis quòd non interueniat, Regens Rouit. in pragmat. 1. de ſuſpit. Official. num. 25. & ità fuit nouiſſimè confirmatum, vt non detur ſuſpitio vltrà ſecundum gradum conſanguinitatis, & affinitatis in pragm. 11. §. *Ordinamo de più, che quando*, de ſuſpit. Official. edita in anno 1611. poſt deciſionem allegatam, vltrà aliam deciſionem relatam ſuprà eod. verbo Iudex non, *Fontanell. deciſ. Cathalon. 11. n. 6. vbi hic nos citat.*

Suſpitio ſemel admiſſa contra Officialem ex aliqua cauſa an ſtantibus nouitèr deductis poſt decretum latum, ex quibus cauſa redditur falſa debeat militare, fuit iudicatum in Collaterali Conſilio, referente Regente Reuerterio die 1. Decẽbris 1575. in cauſa ſuſpitionis allegatæ per Ioan. Baptiſtam de Abenabulo in perſonam Magnifici, & circumſpecti Præſidis S.C. quòd interueniat, non obſtante ſuſpitione prædicta allegata, & decreto interpoſito, Reg. Rouit. in pragm. 1. nu. 79. de ſuſpit. Official. *D. Regens Hector Capyc. Latro deciſ. 90.*

Suſpitio allegata, & obtenta in perſonam Præſidis S.C. in votando in cauſis an etiam militabit in decretationibus ſupplicationum ei porrectarum per partes aduerſas, concernentibus cauſarum commiſsionem, & ſimilium, fuit deciſum in Collaterali Conſilio die 11. Iulij 1581. in ſuſpitione allegata in perſonam Antonij Orificij Præſidis S.C. quòd non, excepto, ſi fuiſſet ſuſpitio ex cauſa inimicitiæ, vel ex eo, quia ageretur de ſuo intereſſe, Reg. Rouit. in pragm. 11. n. 1. de ſuſpit. offic. ſuprà eod. ver. Præſes, *Iul. Caeſ. Gallupp. in prax. S.C. p. 1. c. 4. n. 34.*

Suſpitio allegata per Clericum in perſonam Iudicis laici, coràm quo litigat an admitti debeat abſquè depoſito pœnæ ſuſpitionis, iuxtà pragm. permittentem depoſitum fieri; deciſum fuit per Sacr. Conſ. ad relationem Mag. Cur. Vic. in cauſa Ioannis Baptiſtæ, & Mutij Brancati cum Clerico Iacobo Anello Battimello contra Clericum, vt teneatur facere depoſitum pro ſuſpitione, de menſe Septembris 1594. penès Vicedominum Act. Magiſtrum, D. Camillus de Laratha conſ. 96. in articulo.

Suſpitionum cauſarum ſupplicationes an Præſes S.C. ſuſpectus eas poſsit audire, decretare, & diſtribuere inter Conſiliarios, vide ſuprà ver. Præſes, & ver. Suſpitio.

T

TACITVRNITAS an opereretur conſenſum in præiudicialibus, vt putà ſi conuentus non expreſſerit voluntatem de aliquo prætenſo pacto, fuit per Magnam Curiam Vicariæ condemnatus ob cauſam prædictam, Franciſcus Carraba in ſingul. 227. tacens.

Taxatio dotis incertæ facta per Arbitratores electos per teſtatorem de modica ſumma an poſſit reformari, vel augeri, habito recurſu ad arbitrium boni viri, qui eſt Iudex, fuit concluſum, quòd ſic; vndè per Sacr. Conſ. fuit aucta dos, & declarata in ducatis 200. pro ſubſidio dotis contra taxationẽ ducatorum quinquaginta factam per Arbitros, Affl. dec. 371. nu. 9. & 10. *Borrell. in ſumma dec. tom. 3. tit. 5. n. 41.*

Tempus in compromiſſo adiectum an currat à die acceptationis compromiſsi, vel à die compromiſsi, in quo fuit dictum, quòd curreret ab hodiè, vt indè laudum prolatum extrà tempus nullum declaretur; fuit deciſum, quòd currat à die compromiſsi, & proindè laudum latum extrà tempus ſtatutum in compromiſſo nullum declaratum, Franch. deciſ. 626. Riccius in Collectan.

decif.

dec.672.& Viſcont.in addit. ad eundem Franch. dec.354.authoritate iſtius deciſionis defendebatur cauſa creditorum Marci Antonij Columnæ junioris Magni Regni Comeſtabilis,vti hæredis eius patris fideiuſſoris Banci olim Incurabilium, conuenti à creditoribus dicti Banci, ex quo conceſſa fuerat facultas aperiendi Bācum prædictum eius Gubernatoribus ab Excellentiſſimo Protege Regni Neap. vt intrà triennium idoneè cauerent pro ſecuritate pecuniarum deponentium, & licèt fuiſſet in partem adimpletum intrà trienniū, & inter cęteros fideiuſſores Bāci erat dictus Columna,deindè impleta totali ſummæ præſtationis fideiuſſione tranſactum erat tempus præfixum in conceſſione,quæ dictabat formalia verba,ab hodiè decurrendi, fidejuſſor iſte excludi petebat, quoniam tempus effectualis apertionis Banci nō exigebatur, ſed tempus datæ fidejuſſionis, à quo tempore vſquè ad tempus aperitionis Banci erat elapſum tempus triennale pręfixum in conceſſione,& ſucceſſiuè videbatur eſſe excluſus iſte fideiuſſor,ſed creditores ficti authoritate aliorum iurium obtinuerunt decretum in eorum fauorem, vt intelligeretur omni tempore obligatus,& ſucceſſiuè fuit condemnatus ad ſummam petitam, referente Regio Conſiliario Fęlice de Ianuario, penès Longum, & nunc audiui, idem fuiſſe in reclamatione confirmatum, reiecta reſtitutione in integrum petita,vide infrà eod.ver.tempus.
Io.Baptiſta de Thoro V.I.D.

Tempus carceris poſt ſententiam exilij an ſit computandum in pęnam ipſam;licèt non fuiſſet deciſum, tamen attenta longęua carceratione conſuetum eſt, pęnam minui, vel quòd carcer cedat in pęnam, Franch.deciſ.317. Capiblanc.in pragmat.7.nu.27.de Baron. & in pragmat.19. num.8. Petr.Caball. reſolut. crimin. cent.2. caſu 142. ad materiam iſtam facit conſ.crim. Gramm.63.nu.5. Ricc.in praxi Eccl.dec.628.& deciſ.Archiep.45. par.2.

Tempus liquidationis vitæ, & militiæ liquidandæ de fructibus corporum,& bonorum reintegratorum quomodò ſit attendendum,fuit deciſum, attendendum eſſe tempus mortis,Franch.deciſ.61. nu.23,Ricc.in collect.deciſ.29.*Barbat.de aſſiſtent. gloſ.12. n.132.*

Tempus an declarari debeat in interdicto vnde vi, fuit deciſum, quòd ſic, ſecùs tamen, quando ageretur remedio can.reintegrandæ, vel Conſt.Circa violentias, vel cap.ſepè,de reſtit. ſpoliat. tunc enim nō opus eſſet, vt tempus declaretur, quia iſta ſunt remedia ad recuperādum poſſeſsionem, & infamiam,ex quo agitur conditione,ex iuribus allegatis, quæ non infamant, ſecùs in interdicto vndè vi; quia tale interdictum inducit infamiam, ſaltim facti,Affl.dec.250. Anna alleg.111.n.3.vbi limitat, non procedere in remedio recuperandæ. & ità fuiſſe deciſum refert Ant.Gabriel.lib.5.de reſtit.ſpoliat.concl.5.n.89. Viuius dec.235.nu.10. Marcel.Calà in tract.de modo articul.& proban. gloſ.4. n.24.

Tempus in materia licitationis quantum eſſe debeat;concluditur,triginta,viginti,vel quadraginta dierum,ſed in venditione rerum fiſcalium, Eccleſiæ, & minorum, cęterùm in alijs,Iudicis arbitrio remittetur, Capyc.dec.36.n.4.

Tempus petendi domanium erit, vt infrà annum petatur, ſicut multotiès fuit iudicatum, vt refert Camill.de Curte in diuerſ. Iur. feud. in verſ. licèt autem veriſſima,ſub n.56.an tempus iſtud currat, quandò eſſet lis inter emptorem, & venditorem circà validitatem contractus; fuit iudicatum in cauſa Vniuerſitatis Matiliani cum eius vtili Domino tempus prædictum currere,& impoſitum perpetuū ſilentium Vniuerſitati,Camill.de Curt. vbi ſùpra,n.61.eum citat Maſtrill. in conſ. vnico, poſt dec.Sicil.n.65.

Tempus mortis,vel dotationis inſpici debeat in taxatione vitæ, & militiæ?licèt regularitèr tempus mortis inſpici debeat; tamen in caſu contingenti propter fratris moram in maritando, & dotando ſororem S.C.conſiderauit tempus dotationis, & non tempus mortis in appretio ſtatus paterni,& ità decreuit, Minad.in Conſt.In aliquibus, in 7. notab. n.13.

Tempus præſcribēdi ſeruitutes ſtatutum in iure, vt ſit annorum decem inter præſentes, & viginti inter abſentes,à quo tempore incipiat currere?concluditur,quòd incipit currere à tempore, quo reperitur iure ſeruitutis, Ioann.Fab. in §. æquè, num.19. de action. & ità fuit in contingenti caſu iudicatum in Magn. Cur. Vicar. vt ait Ioann. Iacobus Maſullus in addit.ad Capyc.deciſion.65. num.16.

Tempus quadriennij minori conceſſum ad petendum reſtitutionem in integrum eſt vniforme, ſiuè læſio ſit reſpectu contractus, ſiuè reſpectu ſententiæ, ſiuè reſpectu temporis vltrà quadriennium,ſiuè minori quadriennio,proùt concluſum fuit in Sacr. Conſ. teſte Afflict. deciſ.175.num.5. eum citat Cæſar Barz.deciſ. Bonon.64. num.14. Sforz.Odd.in tract. de reſtit. in integr. quæſt.19. artic.4.num.39. Borg. Caualc. deciſ.Fiuizan.19. num.90. par.2. Muſcatell.in praxi S.C.lib.2.p.1. gloſ.proſequendum, num.34. Grauat.ad Veſtr. in praxi Rom.lib.8.cap.3.nu.23. *Fontanell. de pact. nupt.clauſ.7.gl.3.p.2.n.43.*

Tempus contractus, an verò tempus litis motæ attendi debeat,quandò agitur de intereſſe præſtando ab emptore vicino retrahenti iure congrui, ob non traditam rem tempore petitionis;concluditur,eſſe attendendum tempus litis motæ, cum ità aliàs ſit determinatum, cenſet Io.Camill.Bilocta in alleg.3.n.2. & in fin.

Tempus in factis antiquis,hoc eſt in imponendis foreſtis, ac alijs prohibitis quod nàm eſſe debeat, fuit deciſum in Regia Camera Summariæ, quòd in iſtis exquiritur tempus centum annorum, vt factum dicatur antiquum, Afflict.in Conſt.Authoritatem,in tit.de locat.dom.verſ.tertiò quarto, num.9.

Tempus congruum in dotatione quod nam ſit attendendum, vt filia cenſeatur congruè dotata,vt ſi eſſet tempore matrimonij dos congrua, licèt tempore mortis patris incongrua; fuit deciſum in Sacr. Conſil. quòd attendatur tempus matrimonij, Io.Aloyſ.Mormil.in ſuis ſing.in Conſt.In aliquibus,n.30.

Tempus vnius anni ſtatutum à Regia Pragmatica emptoribus feudorum expediendi literas aſſecurationis vaſallorum,& præſtandi iuramentum fidelitatis an currat,nō priuſquàm lapſum ſit

bien-

biennium datum ad expediendum priuilegium Regij aſſenſus, etiam ſi hoc priuilegium fuerit expeditum antè biennium, vel ſtatim expedito priuilegio currat, licèt biennium integrum non ſit elapſum, fuit tandèm deciſum in Collaterali Conſilio die 3. Iunij 1602. in cauſa Principis Caſertæ cum Barone Caſſani, quòd regiſtratio fieret infrà annum poſt biennium præfixum ad expeditionem priuilegij aſſenſus, & ſucceſſiuè Princeps abſolutus à petita reuocatione contractus feudalis ob defectum allegatum, vigore clauſulæ adiectæ in aſſenſu, quòd fieret regiſtratio vt ſuprà, Reg. Rouit. in prag. 26. à n. 9. vſquè ad finem, de feudis, in nouis.

Tempus ſtatutum appellantibus quinquaginta dierum iuxtà Conſt. Regni ſi labatur culpa Actuarij forté impediti, cui à Iudice præceptum fuerat, copiam proceſſus exemplare, & appellanti conſignari, an cenſeatur lapſum in damnum appellantis, ità vt cenſeatur excluſus ipſam iterùm petere, fuit determinatum, quòd petere poſſit iterùm, Barthol. de Capua in ſingul. 132. incip. Notaid, quòd Iudex, ſequitur Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. lib. 2. par. 1. gloſ. proſequendum, num. 28. & ſeq.

Tempus certum adiectum in aliqua obligatione aliquid faciendi infrà certum tempus an currat à die ſtipulationis, vel à die implementi, & ſi dicatur, ab hodiè, ità vt obligatus cenſeatur excluſus elapſo tempore præfixo à die obligationis. Hæc quæſtio incidit diſcutienda in cauſa Illuſtriſſimi quondam Marci Antonij Columnæ iunioris Magni Regni Comeſtabilis cum Ferdinando Pagano ob fideiuſſionem factam pro Banco Incurabilium ab ipſo Columna tempore aperitionis Banci prætendente, exemptum eſſe à fideiuſſione prædicta, ſi tempus aperitionis Banci, non autem ſtipulationis attendatur, pro quo infraſcripta allegata fuerunt per Aduocatum ipſius, quæ dùm penès Scriptores reperiebantur, non fuerunt aliter Iudicantibus conſignata, ob quod proceſſum fuit ad cauſæ expeditionem, libuit hic inſerere, vt conſimili caſu incidente veritas quæſtionis eluceſcat, tenor earum eſt, In cauſa Illuſtriſſimi D. Marci Antonij Columnæ pupilli reſtitutionem in integrum ſibi concedi petentis eſt priùs diſſerendum de altera quæſtione, à qua iſta reſtitutionis petitio defluit, nempè à quo die cucurrat tempus fideiuſſionum pro olim Banco Incurabilium ducatorum centum quinquaginta millium, ſeruata forma ordinis Suæ Excellentiæ, ac Regiæ Pragmaticæ in tit. de Nummularijs præſtitarum, & per annos quinque duraturarum, nùm à die ſtipulationis fideiuſſionum, an potiùs à die, quo poſtmodùm Bancum fuit erectum, & ſolemnitèr apertum, quòdque à die adminiſtrationis, & aperitionis Banci præfixus terminus currere debuiſſet, non obſtante, quòd illi dicant per quinquennium à præſenti die numerandum, multis rationibus, atquè argumentis comprobabo, illud in primis ſupponendo, quòd fideiuſſiones omnes fuerunt pro futuro Banco, ac futura recta adminiſtratione Banci, & pro maiori omnium creditorum futurorum cautela præſtitæ in Regia Camera Summariæ, quo fit, vt cùm ſatiſdationes ſint captæ reſpectu iſtius certæ cauſæ, ſcilicèt Banci aperiendi, & adminiſtrationis ſequendæ, & tempore fideiuſſionum Bancum nondùm erat apertum, & in eſſe deductum, ergò pernecеſſe erat, vt priùs illa cauſa, propter quam fideiuſſio præſtabatur, exiſteret, & in eſſe deduceretur, quia non entis nullæ ſunt qualitates, & ſic terminus quinquennij antè Bancum erectum labi non potuit, tex. eſt in l. tali facta ſtipulatione, ff. de iure dot. ità Bal. Florian. & Imol. in l. ſi cui legetur, & ibi Iaſ. etiam n. 17. ff. de leg. 1. nam & ſtipulationes quantumuis puræ, & ſtricti iuris ex natura rei, & ex ſubiecta materia declarantur, & recipiunt dilationem, l. interdùm, ff. de verb. oblig. cum vulg. maximè cum tales fideiuſſiones tacitam cenſeantur habere neceſſariam conditionem, ſi menſa nummularia, & Bancum aperiatur, illa ſiquidèm ratione, cùm præſtentur fideiuſſiones iſtæ pro natiuitate officij Bancheriorum ſunt conditionales, vt ſi non aperiatur Bancum, nulla ſit fideiuſſio, & nil prodeſt officij creatio, niſi ſequatur adminiſtratio, Bal. in l. ſed & milites, §. quæſitum, ff. de excuſat. tutor. Frecc. lib. 2. de ſubfeud. in different. inter regal. num. 56. fol. 135. vndè ſequitur, quòd antequàm eueniat conditio, & aperitio Banci, fideiuſſio, & tempus ipſius ſtant in ſuſpenſo, & non niſi à die conditionis purificatæ, & ſic adminiſtrationis operabuntur, & non ab eo die præfixum tempus erit computandum, ineſt enim conditio, vt dixi in iſtis ſatiſdationibus, ſi Bancum aperiatur, ad text. vbi notat. in l. 1. in fine, ff. de condit. & demonſtr. & ibi Gloſ. in verbo fructus citat nonnulla concordantia iura, ex quibus clarè patet, quòd & ſi conditio non exprimatur, adhùc tamen ineſſe cenſetur ex natura rei, nec eſt nouum in iure, quòd fideiuſsio & ſi loquatur per quinque annos, à præſenti die numerandos, quòd interpretetur, vt ſuprà diximus, præſenti die aperitionis Bãci, & ſubaudiatur etiam à die erectionis, & adminiſtrationis ipſius, quoniam multoties fiunt in iure conſimiles ſubauditiones, & ſuppletiones, hinc ſi teſtator aliquid diſpoſuerit dari expreſſo tempore ſuæ mortis, tamen fit ſuppletio, vt tempus etiam aditionis ſubintelligatur, l. 3. §. ſi quis hæredi, ff. de ſtatulib. Aret. in l. ſi mihi, & tibi, §. ſi quis ſeruos, in pen. col. ff. de legat. 1. Bart. in l. ſi in diem, ff. de condit. & demonſtr. hinc etiam eſt, quòd ſi dos fuit promiſſa infrà annum proximum, intelligitur à die contracti matrimonij, d. l. tali, ff. de iure dot. hinc quoquè ſi promitto ſoluere pretium infrà menſem à tempore contractus, intelligitur, & traditionis rei, & ſic contractus perfecti vltima perfectione, Bal. & alij in l. ſi cui legetur, §. 1. ff. de legat. 1. facit etiam text. in auth. hodie, C. de appell. vbi dicitur, quòd à die ſententiæ, & tamen ſuppletur, & ſcientiæ, & tex. in l. quinquaginta, ff. de excuſ. tutor. vbi illud verbum, à die creationis, ſubauditur, & ſcientiæ, inferunt quoquè proindè Doctor. quòd ſi à Iudice fieret præceptum alicui, vt infrà ſex menſes ſolueret, tempus non incipit currere, niſi à die ſcientiæ, Bartol. in l. genero, ff. de ijs, qui not. infam. Anton. Gabriel. in lib. 2. commun. opin. in tit. de arbitr. concluſ. 2. ex quibus clarè patet, in terminis præfixis fieri poſſe, & debere ſubauditiones aliquas, & maximè ratione, & æqui-

æquitate dictante, vt in caſu noſtro, vndè paſſim videmus, in diſpoſitionibus puris tacitas ſubaudiri conditiones, vt colligitur ex text. in cap. cùm M. Ferrarienſis, de Conſtit. in cap. ex parte conſtitutus, de reſcript. & cap. quemadmodùm de iureiur. in quibus iuribus tacitæ conditiones ſubaudiuntur, & ſi non exprimantur, & maximè quando eſſent conditiones de ſubſtantia contractus, iuxtà tex. in l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. vbi ſi Dominus promittit pęnam, cùm ipſe expelleret colonum, ſubintelligitur ſi tamen colonus ſoluerit penſionem, ità in caſu noſtro, vbi hæc conditio, ſi aperiatur Bancum, & ab eo die ſtipulationis computetur fideiuſſio, videtur de ſubſtantia contractus, nam ſi principale, quod eſt Bancum, non ſubſiſteret, quomodò fideiuſſio, quæ eſt acceſſoria, ſubſtinebitur, cùm non habeat vndè figat pedes, & fideiuſſio reddatur eluſoria, p illo opere, quo Bancum non fuit apertum, per vulg. tex. in l. ſi quando, ff. de leg. 1. eſſet profectò ſatiſdatio fruſtratoria, & de vento antè Bancum feruiret, ex quo ſequeretur abſurdum, vt ſi quinquennium laberetur antè tempus adminiſtrationis, nil aliud hoc eſſet, niſi dicere, fideiuſſi pro quinquennio, ſed nolo teneri de geſtis in ipſo quinquennio, mens enim, & non verba contrahentium ſunt ſpectanda, & licitum eſt offendere verba, l. ſi vno, ff. loc. & l. ſi olei, C. eod. etiam in materia ſtricti iuris, Bart. Hippol. & alij in l. ſed ſciendum, ff. ad l. Pomp. de parric. Alex. conſ. 116. nu. 14. in 2. vol. latè Borgn. Caualc. de vlt. volunt. deciſ. 12. num. 20. & 21. in 3. part. deciſ. Fiuizan. Crauett. conſ. 118. num. 19. antè enim erectam menſam nummulariam, & inceptam adminiſtrationem fideiuſſio ſine effectu eſſet, & fruſtratoria pro illo tempore redderetur, quo caſu eſt facienda interpretatio, vt quinquennium præfixum currere debeat à die adminiſtrationis, inſupèt tali vtor argumento, vbi non congruunt verba contractus, nec eius diſpoſitio congruit, l. 4. §. toties, §. prætor, & ibi Alex. in vlt. col. ff. de damn. infecto, l. quod conſtitutum, ff. de milit. teſtam. Socin. in l. 1. §. ſi quis quadraginta, col. 7. ff. ad trebell. Felin. in cap. nonnulli, num. 31. de reſcript. modò ſic verba fideiuſſionis dicunt pro Banco, quòd tunc, vt dixi ſuprà non erat in eſſe deductum, meritò verba fideiuſſionis eo tempore antè Bancum non congruunt, nec etiam illius diſpoſitio, ſed vt ab eo die ſtipulationis computetur quinquennium, quo fideiuſſio, & Bancum paritèr permanebunt, & ità aſſeuerare iuſtè cogimur, tantò magis, quia quilibet circumſpectus Iudex debet id, quod eſt veriſimile attendere, Aretin. conſ. 9. col. 2. & veriſimilitudo eſt adeò potens, quòd pro lege habetur, inquit Oldrad. conſ. 13. in fine, cumulat Aym. conſ. 61. ſed ſatis veriſimile eſſe dignoſcitur, quòd fideiuſſores voluerunt aſſecurare ſeruata forma ordinis Suæ Excellentiæ futuros creditores Banci, qui à die erectionis Banci, & non antè Bancum fiebant, ergò veriſimilitèr ab eo die teneri efficacitèr voluerunt, licèt dixerint ab hodiè, & ſi de hoc in ſpecie fuiſſent interrogati fideiuſſores, ità veriſimilitèr reſpondiſſent, & proindè hoc, quod expreſsè in ſtipulatione haberi debet, iuxtà gloſ. in l. tale pactum, §. fin. in verſ. per exceptionem, in fine, ff. de pact. quæ concluſio militat etiam in materia rigoroſa, pęnali, & ſtricti iuris, vt copioſè tradit Marin. Frecc. lib. 2. de feud. in 2. quæſt. eòque vehementius ità cenſendum eſt, quoniam in fauorem creditorum Banci, nè ſub verbo Regio decepti remaneant abſquè fideiuſſione, & in hoc conſideratur, & concomitatur fauor boni publici, prout concludit D. Ludou. à Peguera in deciſ. conſult. Cathal. cap. 38. num. 16. in verſ. quid vltrà hypotheca concurrit fauor boni publici, & in fine d. nu. 16. & dictus fauor publicus, immò idem ordo Collateralis Conſilij pronunciat, erectionem dicti Banci olim Incurabilium ob bonum publicum fieri, multis de cauſis ibi expreſsis, & præſertim pro tunc ſubueniendo ſacro Hoſpitali Incurabilium: cęterùm in diſpoſitione, & actu fauore publico introducto quælibet fieri debet ſubauditio, ampliatio, & extenſio, etiam ſi ſecundariò reſpiceret fauorem publicum, l. illud, & ibi Gloſſ. C. de ſacroſ. Eccleſ. Bart. in l. ſi conſtante, in princ. in 5. quæſt. ff. ſolut. matr. & pleniùs Iaſ. qui alios congerit in l. 1. in addit. ff. eod. meritò præcedens dierum interpretatio, & computatio à die aperitionis Bāci tanquàm veriſimilis, & rationabilis fauore publico erit amplectenda, non obſtant ex aduerſo, quæ forſan adduci poſſent, & potiſsimum, quòd quando tempus, non in genere, ſed in ſpecie eſſet in cōtractu appoſitum, quòd illud tempus, & non aliud ſit obſeruandum, & ex conuentione legem accipiat, vulg. l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſ. notant Doct. in d. l. ſi cui legetur, & per Bal. Salyc. & alios in l. 2. C. de contrah. empt. & per Franch. deciſ. 626. part. 4. qui loquitur de termino compromiſsi, quòd à die expreſſo in illo currat, & non fiat ſuppletio de die acceptationis compromiſsi per Arbitros multiplex affertur reſolutio, & primò reſpondetur, quòd tunc non fit aliqua ſubauditio, & ſuppletio temporis, quando tempus fuit tàm ſpecificè, & indiuidualitèr adiectum, vt omnis ſubauditio penitùs excludatur, ità particularitèr decidit Bartol. qui, rogo, legatur in dict. l. ſi in diem, & ibi notabilitèr Socin. num. 6. ff. de condition. & demonſtration. vbi exemplificant, ſi eſſet dictum, ab hodiè vſquè ad Paſcha, & id genus, tunc profectò ad aliud tempus trahi non poſſet, non ſic in caſu noſtro, vbi cadit aptiſsima ſuppletio iſta à die aperitionis Banci, prout ſuprà latè fundauimus, & idem Franch. dict. deciſ. 626. num. 10. verſ. vndè cumte hoc etiam affirmat, dùm incipit, contraria procedere, quando verba nullam patiuntur ſubauditionem, quod non eſt in caſu de quo quæritur: Accedat & ſecundò, oppoſita procedere in priuato contractu, in quo quilibet poteſt legem, quam vult apponere, non autem in iſto publico contractu dependente à Principe, ſine cuius iuſſu Bancum aperiri nequit, qui quidem Princeps ſemper voluit proſpicere bonam adminiſtrationem Banci, & nè ſub verbo, & clypeo Regio ſubditi decepti remanerent, vulgata l. 1. C. de ijs, qui ven. ætat. impetr. vndè non poſſunt fideiuſſores contra Principis mentem limitare fideiuſsionem extrà cauſam, & tempus adminiſtrationis, requirebatur enim in hoc expreſſa Principis voluntas, fideiuſſio eſt præſtita pro futura adminiſtratione per quinquennium, hoc tempus non

poteſt

poteſt antè natum officium, & adminiſtrationem circumſcribi; nam eſſet contra ſubſtantiam actus, vt ſentire videtur Matienz. in l. 5. gloſ. 6. nu. 15. tit. 11. & tertiò dicitur, quòd fideiuſſores veroſimilitèr, & in ſubſtantia adminiſtrationem per quinquennium tutam reddere voluerunt, ergò à die adminiſtrationis currit tempus fideiuſſionis, vt tuta ſit adminiſtratio, vt latiſſimè ſupra fūdatum fuit; Vltimò non omittam, quòd fideiuſſio iſta Bancaria opus erat, vt integra præſtaretur ducatorum centum quinquaginta millium pro erectione Banci, quæ non ictu oculi, ſed in diuerſis temporibus, & quantitatibus fuit illa præſtita, donec autem vltima ſatiſdatio ad complemētum dictorum ducatorum centum quinquaginta millium non fuit præſtita, omnes præcedentes fideiuſsiones, quæ non aſcendebant ad dictam iuſſam quantitatem ducatorum centum quinquaginta millium remanſerunt in ſuſpenſo, ex quo erant imperfectæ, & non totalitèr completæ, iuxtà Excellentiſsimi D. Proregis ordinem, & ob id nil à die ſtipulationis quòad decurſum quinquennij operabantur, ab vltima enim ſaltim, & nouiſsima fideiuſsione, quæ fuit ad complementum ducatorum centum quinquaginta millium antecedentes fuerunt confirmatæ, & proindè habentur de iure, ac ſi omnes præcedentes fideiuſsiones præſtitæ eſſent tempore vltimæ, & nouiſsimæ fideiuſsionis, iuxtà tex. notab. vndè clariſsimè concluſio iſta deſumitur in l. fin. ff. commun. præd. vbi Doct. & præcipuè Paul. de Caſtr. ibi in princ. firmat, quòd quando diuerſis temporibus fiūt actus præcedentes reſpectu certæ rei, ad vltimum trahuntur, & cenſentur omnes facti tempore vltimo, & alij ſtant in pendenti, prout optimè in materia aſſenſus conſiderat Camer. in reper. c. Imperialem, pag. 724. in paruis, de proh. feud. alien. per Feder. quocircà ſiuè tempus adminiſtrationis, ſiuè tempus vltimæ fideiuſsionis attēdamus, prout ex præallegatis attendere debemus, proculdubio creditum D. Ferdinandi Pagani, quod hodiè à fideiuſſoribus eſt ſoluendum, reperitur ſimilitèr contractum intrà quinquennium dictatum fideiuſsionum Banci, & ſic fideiuſſores omnes ad illius ſolutionem ſunt obnoxij, etiam ſecūdùm legem expreſſam in dicta fideiuſsione, qua ſpecificè cauetur, quòd in caſu cuiuſlibet ſolutionis per æs, & libram diuiſio inter omnes fideiuſſores fieri debeat, & conſequentèr dùm in ſententia dicti D. Ferdinandi condemnantur aliqui fideiuſſores, & excipiuntur illi, qui ſe liberatos à Regia Camera prætēdunt, cùm à Sacro Conſilio poſteà non obſtante prætenſa liberatione prædicti fuerint ad omnia debita Banci intrà quinquennium contracta condemnati, & hoc debitum D. Ferdinandi iàm ſit de quinquennio, facta dierum computatione prædicta, vt fieri debet, ex hoc, inquam, citrà ambiguitatem ſequitur, quòd dicta exceptuatio fideiuſſorum, à ſententia prædicta deleri, ac tolli debet, cùm omnes fideiuſſores eandem fortunam, etiam ex lege contractus ſequi cogantur, alioquin Illuſtr. Columna pupillus, & cæteri alij confideiuſſores nimis læderetur, quo quidem caſu ſibi tanquàm minori, & euidentèr læſo aperto iure reſtitutio in integrū iàm petita venit concedenda, prout tradit D. de Franch. deciſ. 86. nu. 8. & ob id iuſtiſsimè omnes fideiuſſores abſquè aliqua exceptuatione per æs, & libram ad ſolutionem dicti ęris alieni Bancarij omni iure obnoxios eſſe puto, rogans peritiſsimos Iudicantes pro indemnitate pupilli, vt prædicta perlegere dignentur, & tandèm facto verbo per Regium Conſiliarium Fœlicem de Ianuario parritium benemeritum, & cauſæ huius Commiſſarium iunctis Aulis denegata fuit petita reſtitutio in integrum, licèt poſtmodùm de nullitate dictum, & obtentum, quòd de prædictis iterùm verbum fieret in Sacro Conſilio fuit etiam facto verbo confirmata ſententia iàm lata, & proceſſum ad eius executionem, penès Galterium Actorum Magiſtr. de hac eadē deciſione memini in prima impreſſione ſuprà eodem verbo tempus. Additio, quòd tempus compromiſsi currat à die acceptationis, vide Marc. Anton. Blanc. in tract. de compromiſſ. q. 1. nu. 34. copioſè Anton. Gabriel. in lib. 2. commun. opin. tit. de arbit. concl. 2. vbi alia conſimilia adducit, & præſertim, quando terminus adiungitur numero dierum, vel menſium, cum dictione, ab, vel A, vel ex, ſeù ab hinc, & ſimilibus, vbi num. 5. concludit, tempus ſemper ſtatim incipere currere ex mente nonnullorum Doct. an tempus appoſitum reſpectu certæ cauſæ non currat, niſi cauſa exiſtat, Tiraq. de retract. conuent. §. 2. in gloſ. 1. num. 57. an tempus contractus, vel conditionis attendatur, Idem in tract. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 10. nu. 43. & ſeq. Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Terminus ad concomitandum, & ad impugnandum an detur poſt publicatum, vel concluſum in cauſa in ſcripturis priuatis; fuit deciſum, quia terminus in cauſa erat breuis, & in eo grauata pars, & ſcriptura vitiata, & id habebat primordium veritatis, propterea infrà alios duos dies teſtes eſſe producendos, Franch. dec. 631. vbi hanc practicam latè examinat, ijs tamen ceſſantibus ceſſaret termini datio, & nouiſsimè dùm eſſent præſentatæ in limine expeditionis quædam ſcripturæ ſolutionum factarum Balio, & Tutori per debitores pupilli, quæ erant publicæ, & petitus terminus ad impugnandum illas, quia calumnioſè petebatur per Sacrum Conſilium fuit denegatus, vt in cauſa Comitiſſæ Caſtri cum Duce Atriæ die 2. Martij 1611. penès Figliolam iunctis aulis, referente Regio Conſiliario Didaco Lopez, quod etiam in reclamatione fuit confirmatum, *D. Reg. Sanfelic. deciſ. 146. & perſpicaciſſimus Doctor Balduſſar de Angelis in addit. ad Conſil. Grazzarell. dec. 41. vbi etiam Didac de Mari.* Io. Bapt. de Thoro.

Terminus ad probandum, & defendendum ſuper exceptionibus dilatorijs oppoſitis per reum, & replicationibus actoris antè litis conteſtationem an ſit dandus, nec ea reſeruari ad merita cauſæ prætextu altioris indaginis, fuit deciſum in occurrenti caſu, in quo filius primogenitus petebat poſſeſsionem feudi paterni à patruo, & patruus oppoſuerat pactum de non petendo, & renunciationem cum iuramento non contrauenire, ad quod actor replicabat, carere Regio aſſenſu renūciationem, & propterea reus petebat terminum ad probandum Regium aſſenſum per teſtes, & ſcripturas, terminum dandum eſſe ſuper oppoſitis, & replicatis hinc indè ad litem conteſtatam,

ſtatam, & quia in eodem termino fuerat probatum deindè de Regio aſſenſu, & non de reuocatione antè Regium aſſenſum impetratum; fuit tandèm pronunciatum, quòd primogenitus non potuit agere, ſtante pacto de non petendo, & renunciatione cum iuramento, Affl. in Conſt. Exceptiones, n.23. & ſeq.

Terminus in cauſa conceſſus, quamuis longęuus, ſi eo pendente legitimum ſuperuenerit impedimētum, bellorum ſcilicèt, ob quod actor coactus fuit diſcedere, an ſemoto tali impedimento prorogari debeat, non obſtante concluſione, fuit deciſum, quòd ſic, Afflict. deciſ. 50. Boer. deciſ. 40. n. 5. Cacheran. deciſ. Pedemont. 177. n. 12. Sforz. Odd. in tract. de reſtitut. in integr. q. 28. art. 3. num. 11. nouiſsimè Polydor. Ripa in ſuis obſeru. obſeru. 93. Grauat. ad Veſtr. in praxi Roman. lib. 6. c. vlt. num. 26.

Terminus ad probandum exceptionem ſolutionis, vel præſcriptionis in vim dilatoriæ, quando in vim dilatoriæ eſſent oppoſitæ, quoniam poſſunt opponi in vim peremptoriæ, an ſit concedendus; fuit deciſum, non eſſe concedendum, ex quo exceptiones requirebant altiorem indaginem, proptereà fuerunt reſeruata ad merita cauſæ, Afflict. deciſ. 52. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 48. nu. 51. verſic. ſi tamen, Tapia in Conſtitut. Si exceptio, Menoch. de adipiſcend. poſſ. remed. 4. num. 771. Vantius in tract. de nullit. rubr. quotiès, & intrà quod tempus, num. 51. Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. part. 5. gloſ. vlteriora, in addit. lit. B.

Terminus ad comprobandum ſcripturas præſentatas antè concluſionem an ſit concedendus reſciſſa concluſione, ſi per partem aduerſam improbarentur; fuit deciſum, quòd ſic, quando eſſent ſcripturæ publicæ, ſed ſi eſſent priuatæ non fuit deciſum, Afflict. deciſ. 115. Campanil. ad Oliuam in Ritu Curiæ Archiepiſc. Neap. 33. num. 10. de hac deciſione fit mentio in gloſ. ſuper pragm. incip. concluſione facta, in antiquis, de proceſſ. ordin. per M.C. Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. par. 7. gloſ. præſentatas, num. 3. & 4. Tapia in ritu 75. item facta publicatione, num. 1. Viuius in ſylua comm. opin. in opin. 896. incip. teſtes poſſunt, nu. 22. Ricc. in collect. dec. 85. Carau. in ritu 238. n. 3. *Conſil. Gizzarell. dec. 52. n. 5.*

Terminus primi beneficij quamuis ſit medietas primi termini an poterit prorogari ob diſtantiam locorum, fuit deciſum, quòd ſic, Afflict. deciſ. 124. Carau. in ritu 71. num. 8. Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. par. 6. gloſ. aduerſę, num. 1. Tapia in Conſt. Minorum iura, nu. 16. Iul. Cæſar Imbrian. in tract. de 1. & 2. beneſ. conſid. 1. n. 104. *Fontanell. dec. 21. num. 6. & 9.*

Terminus ad examinandum teſtes pro verificatione[ſ] ſcripturarum priuatarum an ſit concedendus poſt cōcluſum in cauſa, in qua fuit reſeruata productio ſcripturarum; fuit deciſum, quòd non, ex quo erit intelligendum de ſcripturis publicis, nō priuatis nullam fidem facientibus, Afflict. deciſ. 272. Franch. deciſ. 631. Tapia in pragm. 14. incip. poſt concluſionem, de ord. iud. Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 7. gloſ. præſentatas, num. 8. Ricc. in collect. dec. 85. *Conſil. Gizzarell. deciſ. 52. n. 5. Ant. de Amato var. reſol. tom. 2. reſol. 69. n. 1.*

Terminus ad examinandum teſtes ſuper inualiditate ſcripturæ an ſit concedendus poſt cōcluſum in cauſa, in qua fuit reſeruata productio ſcripturarum; fuit deciſum, quòd ſic. Afflict. deciſ. 271. Franch. deciſ. 631. Tapia in pragm. 14. incip. poſt concluſionem, de ordin. iudic. Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. lib. 1. par. 7. gloſ. præſentatas, num. 8. Marc. Ant. Peregrin. dec. Patau. 146. n. 12. Parlad. rer. quotid. lib. 2. c. 17.

Terminus ad impugnandum ſcripturas præſentatas antè concluſionem in cauſa an ſit concedendus; fuit deciſum, quòd ex cauſa poterit Iudex illum concedere, prout in occurrentibus caſibus fuiſſe obſeruatum annuit Vrſill. deciſ. 115. num. 2. Hieronym. Campanil. in addit. ad Alberic. Oliuam ſuper ritu 33. num. 10. Viuius in ſylua comm. opin. in opinione 896. incip. teſtes an poſsint, num. 13.

Terminus ad certificandum principalem an ſit concedendus, ſi fuerit petitus per defenſorem nolentem litem conteſtare, & antequàm conteſtaretur certiorare abſentem; fuit determinatum, quòd ſic, Barthol. de Capua in Conſt. Dilationes, verſic. quæſitum fuit.

Terminus nouus, ſiuè noua dilatio, vel noui teſtes, aut articuli an ſint concedendi, vel admittendi, ex iure Conſtit. Regni non conceduntur, nec admittuntur, & ità concluditur, Capyc. deciſ. 81. Muſcatell. in praxi Sacri Conſilij, part. 5. gloſ. defendendum, num. 24. & lib. 2. par. 3. gloſ. inſtantia, num. 28.

Terminus reo inſtante ad pinguius ſe defendēdum an concedendus ſit; fuit votatum, quòd non detur noua dilatio; ſed admittantur teſtes ſine aliqua dilatione ad melius, & pinguius ſe defendendum, Capyc. deciſ. 81. num. 14. Foller. in praxi crimin. rub. Et ſi confitebuntur, nu. 56. & rub. detur copia articulorum, num. 9. Campagn. in cap. Caſtellanos, num. 51. Baiard. ad Clarum, §. final. quæſt. 48. num. 5. Maxill. in Conſuet. Bari, rubr. de dilation. num. 24.

Terminus ad probandum elapſus, in quo neutra partium aliquid probauerit an ſit reintegrandus, etiam ad inſtantiam actoris, fuit concluſum, quòd non, Capyc. deciſ. 82. Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil. part. 5. gloſ. defendendum, num. 17. & 27. Iul. Cæſ. Imbrian. in tract. de 1. & 2. beneficio, conſid. 1. n. 4.

Terminus dierum quinque ſtatutus per Regiam Pragmat. hoc eſt trium dierum conuento ad opponendum exceptiones, & duorum ad eas probandum, ſi fuerit impeditus per replicationes actoris, & per Iudicem conceſſus alius terminus dierum decem ad probandum mentionatas exceptiones, an iure procedat; fuit per Sacr. Conſil. approbata conceſsio alterius termini, ſtante impedimento actoris, benè verum reformauit decretum ad termini conceſsionem dierum quinq; Capyc. deciſione 83. Tapia in Conſt. Si exceptio, num. 5. Muſcarellus in praxi Sacr. Conſil. lib. 5. part. 5. gloſ. defendendum, num. 3. Afflict. deciſ. 100.

Terminus an ſit concedendus poſt captam poſſeſſionē ab hærede ſcripto, vigore l. fin. C. de edict. diu. Hadr. toll. ad verificandum ea, quæ poſsidebat teſtator, ſuper quibus ſe in poſſeſsionem immitti petierat, fuit prouiſum, quòd caperetur

infor-

informatio infra ſex dies pręciſè, & peremptoriè, abſq; nominatione, Ann.alleg.20.

Terminus an ſit cōcedēdus, ſi fuerit dictū de nullitate ſētētiæ; per S.C. fuit datus terminus ſuper nullitatibus allegatis, & interim prouiſū, quòd in poſſeſſione cōſeruetur cōuentus, Ann. alleg.22. & latè alleg.93. *Reg.Sanſel.dec.96.nu.4.*

Terminus ad impugnandum ſcripturam circa contenta an concedi debeat; diſtiguitur, aut contentū in ſcriptura fuerit enunciatum in libello, & reus poterit ſe defendere, tunc poſt præſētationē ſcripturæ nō datur alius terminus, ſed quādo nō eſſet enunciatū, & ſcriptura adduceret aliquid noui, dabitur terminus ad defendendū, & ità fuit deciſum in S.C. Ann. in ſing.502. terminus, Frāch.dec.631. Reg.Tap. in prag.2. incip. poſt quam publicationē, de ord. iud. ſituata in tit. de præſent. ſcript. n.5. in Iur. Regn. Io.Franc. del Caſtill. dec. Sicil.57. nu.10.

Terminus ad concomitantiam ſcripturarum an ſit concedendus; fuit bis in S.C. & R.C. deciſū, quòd ſic, licèt poſteà in R.C. contrariū fuerit deciſū, Ann. in ſing.503. terminus, Muſcatell. in prax. S.C. p.7. glo. pręſētatas, n.15. Reg. Tapia in pragm.2. incip. poſt quā publicationem, de ord. Iud. ſituata in tit. de pręſen. ſcrip. nu.5. in opere Iur. Regn. Ric. coll. dec.847.

Terminus ad concomitantiam apodixarum trino teſte notatarū an ſit concedēdus poſt concluſum in cauſa, Vrſill. dec.272. tenet, quòd ſic, & in fine tradit, in facto proprio fuiſſe per Sacrum Conſilium poſt concluſum in cauſa in apodixis præſentatis datum terminū quatuor dierum, vt præſententur articuli, quòd ſi ipſi fuiſſent parti releuātes circa probationē, probatio ipſa admitteretur, quod poſteà non fuit neceſſarium; nàm apodixæ veræ non negabantur, eum citat Franch. dec.631. improbādo deciſionē ipſam, annuens, vidiſſe proceſsū in fōte, & Sacr. Conſil. inclinaſſe in dationē termini, quia in ſcripturis priuatis præſentatis aderāt aliquæ publicæ, quæ egebant concomitantia.

Terminus in cauſa an ſit concedendus Eccleſiæ, ſi fuerit cauſa introducta, ſtante quoq; reſcripto Principis circa negotiū, de quo vētilatur, impetrato, quòd de eo ampliùs non eſſet tractādū, quāuis in dicto reſcripto adeſsēt verba, ſi reperiretur in poſſeſſione, & ità per ablatiui cōditionē, quarè in fauorem Eccleſię multifariàm reſcripto reſpōderi, & verba prędicta pōderari circa dubietatem talis reſcripti cernitur, ob quod per Collat. Conſil. fuit deciſū, eſſe cōcedēdū terminū, Fab. de Ann. cōſ.105. terminus, q. in hac cauſa, vbi n.28. ponit deciſiones.

Terminus ſtatutus in ſyndicatibus Officialium, hoc eſt viginti dierum ad porrigendū, & aliorum viginti ad proſequendum, an poſſit prorogari reſpectu proſequutionis, attenta diſtātia locorū; fuit iudicatū in S.C. ad relationem M.C.V. in ſyndicatu Io. Baptiſtæ Salomonis, quòd ſic, & ità fuit prorogatus terminus ad triginta dies, vt nouiſſimè tradit Pōp. Battagli. in add. ad Cyn. in l. vnica, C. vt oēs Iudic. in prin.

Terminus anni ad petēdum ius congrui an poſſit per Iudicem abbreuiari, non obſtante, quòd ità ſit à lege ſtatutus; fuit deciſum, quòd ſic, exiſtente cauſa, Franch. dec.588.

Terminus datus ad comparendum abſenti infrà ſexaginta dies iuxtà Conſt. Regni an locum habeat in abſentia affectata; fuit deciſum, quòd non in cauſa Ducis Amalphiæ, Paul. Fuſc. in ſing.212. lit.C. *Ricc. collect.2457.*

Terminus dierum ſex ſtatutus per Reg. Pragm. de cauſ. decid. ad dicendum de nullitate aduerſus decreta interlocutoria non currit, niſi à die actualis intimationis, nec ſufficit ſcientia aliunde habita, & ità deciſum in S.C. in cauſa Creditorum Marchionis Genzani die 22. Maij 1615. Reg. Rouit. in dicta prag.12. de cauſ. decid. nu.9. in §.17. in nouis.

Terminus in cauſa datus an currere intelligatur per oppoſitionē aliquā à parte obiectā, quamuis friuolā, Caraui. in rit.69. nu.5. in fi. quē ſequitur Muſc. in prax. S.C. lib.1. p.5. glo. defendendū, n.12. dixit, vt terminus impeditus non currat, niſi Iudex interloquatur, quòd currat à tali die, & ſic iudicatum fuit in cauſa magni momenti Ioſephi Caraccioli, iunctis aulis, referente tunc Regio Conſiliario Octauiano Cæſare, pęnès de Felice Actor. Mag. *Ricc. collect.*2457. Io. Bap. de Thoro. I.C.

Terminus an intelligatur ipſo iure datus, vel neceſſe erit dari, vt iudicium rectè procedat; fuit deciſum il Coll. Conſ. in cauſa Aſcanij de Palmerio cum D. Diomede de Spes, ad relationē Præſid. Villani eſſe concedendum, & ſic fuit datus terminus in cauſa, Io.Franc. Scagl. in prag. poſt prædictas, de dilat. in cauſ. dan. in antiq. n.27. aliàs 7. de ord Iud. *Ric. coll.2457.*

Terminus aduerſus confeſſionem per reum factam in tortura an ſit concedendus prætextu erroris, vel iterùm reum torqueri ad perſeuerantiam primęuæ confeſſionis; iudicatum fuit, eſſe concedendum terminum prędictum, Gramm. vot.7. Diuini numinis, ſub nu.7. Paſcal. in tract. de vir. par. pot. p.3. c.1. n.57.

Territoria ſi ſint data ad culturam, & per triennium poſſeſſor defecerit à cultura ipſorū, propter quod Baro priuaretur parte, quæ ei debetur ob coloniā, an amittātur; fuit in S.C. deciſū, quòd ob talē negligentiā ſint deperdita, Ioa. Franc. Capibl. in prag.11. nu.57. de Baron,

Territorium repertum circa fines feudi quaternati, ſi poſſideretur per priuatum ſpatio 30. vel 40. annorum an poſſit per Dominum reintegrari ad feudum, non obſtante tali præſcriptione; fuit deciſum, quòd non, Afflict. deciſ. 267. Ant. Gabr. lib.1. tit. de præſumpt. concl. 9. Reg. de Pon. cōſ.11. n.6. conſ.51. n.10. & cōſ. 57. nu.6. vol.1. Maſcar. de prob. concl.79 nu.7. & concl.400. n.10. Cacher. dec. Pedem.131. n.3. Aloy. de Leo in l.1. C. de emēd. Cod n.11. Bellon. cōſ.10. n.11. & ſeq. Hieron. de Mōt. in tract. de fin. regend. cap.96. Hieron. de Lauren. deciſ. Auenion.161. n.21. idem Reg. de Pon. conſ.21. nu.8. vol.2. *Cancer. var. reſol. tom.1. cap.9 nu.34.*

Territorium Vniuerſitatis, quod deſeruit ad paſculandum animalia Ciuium an dicatur commune, vt vniuerſi, aut commune, vt ſinguli, ità quòd ſi ipſum Vniuerſitas infeudauerit cum pacto, vt nemo ibi poſſit paſculari, niſi ſoluta fida, quæ deſeruit pro reparatione murorum

Digitized by Google

ipſius, talis alienatio valeat, etiam contradicẽtibus ciuibus aliquibus, ſicut ſi eſſet res cõmunis, vt vniuerſi valet id, quod facit maior pars, ſecus tamen quando eſſe communis, vt ſinguli, in quo neceſſe erit, vt omnes conſentiãt, non fuit deciſum, quamuis inclinari videatur ex rationibus, territorium eſſe commune, vt vniuerſi in genere, ſed inſpecta vtilitate ipſius dicatur cõmune, vt ſinguli, Capy. dec. 152. Montanar in pragm. 2. de adminiſtr. vniuerſ. n. 296. Vrſil. dec. 245. n. 10. Franch. dec. 197. nu. 3. decidit, quòd Vniuerſitas vno ciue diſſentiẽte hoc non poſſet facere, niſi ex magna neceſſitate æris alieni, vt ſe ſubleuaret, eos citat Capiblan. in pragm. 11. num. 4. de Baron. idem Franch. dec. 217. Mart. de iuriſd. p. 4. caſ. 8. n. 6.

Territorium, ſuper quo debetur ius paſcendi an ſi nomine Eccleſiæ fuerit per plures annos aratum, atquè ſeminatum, cenſeatur ab ea preſcriptum, ità vt Fiſcus illius quaſi naturalem poſſeſſionem amiſiſſe videatur, & indè fuerat interrupta præſcriptio, vel ſi remanſerit pœnès eum poſſeſſio quaſi ciuilis ad excludendã interruptionẽ erit ſufficiens ad continuandũ preſcriptionẽ, vel potius ſuperflua, aut ſtatim fuerit amiſſa, & paritèr in allegata preſcriptione immemorabili noceat mala fides, cõtra quam prætendit Eccleſia reſtitutionem; fuit iudicatum in fauorẽ Eccleſiæ cõtra Fiſcũ, Io. Anton. Lanar. cõſ. 35. in hoc iudicio vertente.

Territorium aliquod feudale an conijciatur de pertinentijs Caſtri eſſe, & illi annexum, & vnitum. Primò, nam ad illius tutelã homines Caſtri deſtinãtur. Secundò, per exactionẽ introituum factam cũ introitibus alterius Caſtri ab Ærario. Tertiò, per identitatem immunitatis hominum vtriuſque Terre. Quartò, per adohe ſolutionem, ſeu taxationem. Quintò, per poſſeſſionem ipſius vnitam cũ poſſeſſione Caſtri longeua, ac alijs coniecturis, & ſi per Fiſcum prætenderetur diſiũctio per denominationem ſpecialem illius Territorij inſimul cũ Caſtro; fuit deciſũ cõtra Fiſcũ prætẽdentẽ, eſſe feudale, Reg. de Pon. cõſ. 51. Regius Fiſcus, vol. 2.

Tertiaria ferri debita pro iuribus fundaci Maioris Neap. an debeatur, ſi Dominus nauis ferri onuſtæ principalitèr Neap. ferrum aſportare volebat, ſicuti cũ effectu aſportauit, ſed nõ alitèr exonerauit, prætextu imminentis belli, licèt eo inuito exoneratum fuiſſet ab Officialibus eiuſdem Reg. Dohane; fuit in R.C. determinatum, quòd ferrum prædictum non extrahatur à Dohana, niſi Dominus ferri preſtaret cautionem de portando per Regnum in Terras fundaci, aut quòd vendat Neap. in groſſum, & ſoluat tertiariam, quãdo vendit, ſi vult extrahere per extrà Regnum dimittat tertiam partẽ dicti ferri Reg. Cur. Affl. in Conſt. Regni Magiſtros fundacarios, nu. 3. vſq; ad 6.

Tertiæ decurſæ pendente iudicio reſciſſionis cõtractus an peti poſſint abſque noua petitione, ac nouo libello, vt ſcilicet ſententia deinde reſciſſionis poſſit fundari ſuper defectu tertiarum ipſarum poſt litem motam decurſarum; fuit iudicatum in S.C. referente Conſiliar. Riccardo die 23. Martij 1605. quòd ſic, in cauſa Hæredum Nicolai Paueſi cum Principe S. Seuerij, Reg. Roui. in prag. 1. de cenſ. num. 43.

Tertij poſſeſſores moleſtati vigore decreti, ſeu ſententiæ obtentę an poſſint veritatem debiti impugnare in ſententia expreſſi, lata cum legitimo contradictore; fuit per S.C. deciſum, quòd ſic, & proindè fuerunt abſoluti poſſeſſores, Franch. dec. 524. Ioan. Iacob. Laurent. in tract. de Iud. ſuſp. cap. 16. num. 167.

Tertius poſſeſſor conuentus à ceſſionario, cùm virtute ſententiæ ſoluit, an poſſit pro ſolutione facta moleſtare ipſum ex cauſa reſciſſionis ceſſionis; fuit deciſum in fauorem tertij poſſeſſoris, Franch. dec. 119. Reg. de Pon. conſ. 28. n. 7. vol. 1. *D. Reg. Capyc. Galeot. to. 1. contr. 45. n. 7.*

Tertius comparens in cauſa an poſſit producere teſtes poſt publicationem, & didicita teſtificata; fuit deciſum, quod ſi ipſe ſciuerit litem motam, quamuis ignorauerit publicationem, & didicita teſtificata, deberet audiri in terminis, in quibus reperitur cauſa, ità quòd audiri non poſſit, niſi ſuper articulis nouis, non autẽ ſuper eiſdem, vel de directo contrarijs, ſed ſi ipſe ignorauerit litem, tunc poterit teſtes inducere in cauſa, etiam poſt didicita teſtificata ſuper eiſdem articulis, vel de directo contrarijs, niſi principalis malitiosè procuraſſet, vt compareret iſte tertius ignorans, Affl. deciſ. 235. Muſc. in prax S.C. p. 3. glo. nominent. nu. 16. Fab. Ann. conſ. 98. num. 5. And. Gayl. lib. 1. pract. obſeru. in 71. obſer. Pet. Benin. dec. Bonon. in concl. 75. nu 5. Ioſeph Lud. dec. Peruſ. 26. nu. 25. Iul. Ceſ. Imbr. in tract. de primo, & ſecundo benefic. conſid 3. nu. 6. Io. Franc. del Caſtill. dec. Sicil. 78. Ric. coll. deciſ. 100. Zerol. in prax. Epiſc. verb. penę, p. 1. *Alex. Trentacinq. var. reſ. lib. 2. tit. de iud. reſol. 7. n. 8. Conſ. Gizzarel. dec. 41. n. 12. & 16. Ioſeph Ludon. dec. Lucen. 34. n. 12. Barbat. de aſſiſtent. glo. 3 nu. 50.*

Tertius cõparens in cauſa an poſſit inter partes litigantes petere, vt ſuperſedeatur in cauſa, diſtinguitur, quòd ſi tertius comparens prætenderet eodem iure, ſicut collitigator, tunc erit in cauſa ſuperſedendum, & ita in R.C.S. fuiſſe deciſum, tradit Anna alleg. 76. num. 6. & 7. licèt poſteà facta relatione in Coll. Conſil. in cauſa, in qua ſubintrauit Fiſcus, fuerit deciſum, quod procederetur ad expeditionem cauſæ inter partes, ſaluis iuribus Reg. Fiſco, Franch. dec. 161. ſub nu. 14. & credo, quòd diuerſo iure Fiſcus ſubintrauerat in cauſa illa, & ſic concordantur deciſiones ipſæ, Fab. Ann. conſ. 97. nu. 14. Muſcat. in prax. S.C. lib. 1. p. 3. glo. mentionatarum, nu. 12. & in glo. nominẽt, in add. Borgn. Caual. deciſ. Fiuizan. 5. num. 36. p. 4. Marius Giurb. deciſ. Sicil. 1. num. 33. Ioa. Iac. Lauren. in tract. de Iudic. ſuſp. c. 16. n. 131. *D. Reg. Rou dec. 1. n. 12. D. Reg. Sanfel. dec. 90. n. 22. Epiſc. Rirc. coll. 3714. p. 8. D. Conſ. Marcianus conſ. 5. nu. 5. Barbat. de aſſiſt. gloſ. 3. nu. 54.*

Tertius, qui comparet ad coadiuuandum, vel ad infringendum an poſſit impedire expeditionem cauſæ; fuit deciſum in S.C. quod audiatur in terminis, in quibus reperitur, Fab. Ann. conſ. 92. putat pars, & num. 24. ponit deciſionem, & ſucceſſiuè in conſimili caſu iudicatum, eſſe procedendum ad vlteriora, refert Reg. de Pon. conſ 156. nemo dubitare, vol. 2.

Tertius

Tertius poſſeſſor rei immobilis, ſuper qua fuit præſtita aſſiſtentia mediante ſententia in rem iudicatam tranſacta contra hæredes debitoris an debeat audiri in iuribus ſuis, & impedire exequutionem ſententiæ prędictæ latę per ſpatium annorũ 20. retrò, non obſtante diſpoſitione cap. Conuentus, & ſi diſpoſitio cap. prædicti obſtare videatur, nec pręſcriptio iuris exequendi 30. annorũ, iuxtà mentẽ Vrſill. dec. 245. num. 10. locum militare videatur cõtra tertium poſſeſſorum; fuit tandem ad relationem M. C. V. per S. C. remiſſa cauſa eidem M. C. V: vt ſuper petitis à tertio poſſeſſore, auditis partibus iuſtitiam faceret, & ità ſuſpẽſa exequutione ſententiæ prædictæ die 20. Febr. 1614. in cauſa Matthæi de Maria contra Hieronymam Melazzo, pęnès Actuar. Tramontanum, *Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 3. nu. 9. vbi meminit de hac deciſione.* Io. Bap. de Thoro.

Tertius an poſſit opponere declinatoriam fori, aut dilatoriam, fuit per M. C. V. deciſum negatiuè, Ioan. Vinc. Ann. alleg. 76. nu. 3.

Tertius poſſeſſor directè non conuenitur pro legitima, & paragio, nec maritus conſtante matrimonio, & ſic deciſum iunctis aulis in cauſa Marchionis Lauri cum ſorore Liuia Tolfa, in Banca Scacciauenti, refert Anel. Amat. conſ. 71. Marchionem, vol. 1. ſecus per viam reiuendicationis, & ſic deciſum dixi ſuprà verbo actio contra tertios.

Tertius comparens in cauſa iam expedita per ſententiam citatus ex aduerſo, non ordinariè, nec purè, ſed quatènus ſua putauerit intereſſe, an debeat audiri in terminis, in quibus reperitur, vel ordinariè etiã in cauſa principali deciſa, ſicq; petito beneficio in cauſa liquidationis ſententiæ latæ contra D. Alphonſum Caetanum, & D. Scipionem filios Ducis Traietti per Duciſſam eorum matrem citatam à Regio Fiſco, ſi ſua putauerit intereſſe, quamuis enim negari non poſſit, tertium in cauſa comparentem debere audiri in terminis, in quibus reperitur, ex vulgata doctrina Bald. communitèr ſequuta in l. ſi perluſorio, ff. de appell. DD. in cap. cum ſuper, de re iudic. Couar. pract. quæſt. c. 13. & 14. attamen ex aduerſo replicabatur, hoc procedere, quãdo tertius ſua ſpontè compareret, ſecus verò quando citatus; ad quod duo replicantur: Alterum in iure, alterum verò in facto: de iure tamen dicitur, quòd quando quis citatur, ſi ſua putauerit intereſſe non cogitur ex hoc comparere, & quatènus comparet, tunc erit voluntarius, & habetur ac ſi ſua ſpontè in iudicio compareret, allegari ſolet glo. in l. ea quidem, C. ſi manc. ità alien. fuer. in glo. fi. Paul. Caſt. in l. libertus aduerſus, ff. de in ius voc. & melius in l. teſtamenta omnia, poſt Bal. C. de teſt. cumulat Iaſ. in l. fi. nu. 24. verſ. limita tamen, C. de edict. diui Hadria. toll. prædicti DD. communitèr loquuntur, quòd citatio fuerit ſpecifica, & non generalis, & Bal. Paul. Caſt. & alij loquuti ſunt in clerico ſpecificè citato, ſi ſua putauerit intereſſe, & licèt Alex. l. de pupillio, ff. de oper. nou. nunc. voluerit, quòd demonſtrato intereſſe efficiatur reus neceſſarius, quaſi purificata citationis conditione, tamen illius opinio ex authoritate dictorum DD. non eſt recepta, quia titulus citationis attenditur, & dùm dicitur, ſi ſua putauerit intereſſe, dependet demùm comparitio ex ſua mera voluntate, vt poſt Felin. optimè Dec. explicat in cap. cùm inter, nu. 16. de except. & aliàs nunquàm poſſet dici quis reus voluntarius, vana eſſent dicta per DD. in clerico, & in ſimilibus; nam ſi quis comparens intereſſe non proponens, nullo modo audiendus eſſet: At in caſu noſtro iudicium apparet agitatum cum legitimo cõtradictore, poſſeſſore, & vero debitore, tertius comparens iſte non aliud habet intereſſe, niſi quòd bona Ducis ſint debitis exonerata pro futura cautela ipſorum: Aliud, quod in facto conſiſtit, eſt iudicium, in quo hæc citatio facta eſt, liquidationis eſt, & in eo dicit Fiſcus, quòd audiatur formitèr, & habeat beneficia, & omnia iura deducat, ſed dùm tertius vult audiri in cauſa principali iam deciſa per ſententiam ad cauſam, illa citatio non extenditur, & quatènus id peteretur, erit iſte tertius merus actor, & ſpontè comparens, quo caſu cùm reperiatur lata ſententia cum legitimo contradictore, & poſſeſſore, cum quo iudicium neceſſariò fieri debebat, nõ poterit tanquàm tertius ſentẽtiam illam improbare, nec iudicium terminatum annullare, ſed benè pro ipſorum intereſſe reclamationẽ interponere, ſeu proſequi eo modo, & forma, vt poſſit principalis conuentus, iſte tertius nequit infringere iudicium iam factum; nam factum fuit cum perſona principalitèr intereſſata, quæ bona poſſidebat, in qua non data colluſione iudicium parat omnibus præiudicium, ad not. per DD. in l. ſępè, ff. de re iud. Andr. & cæteros in cap. ſi vaſallus, ſi de feud. def. mil. & ob hoc iura ſucceſſerunt, vt tertius ſaltim poſſit interponere reclamationem, ad tex. in l. ab exequutore, § 1. ff. de appel. & in l. à ſententia, vbi Bar. eo. tit. Innoc. in cap. cùm ſuper, vbi Canoniſtæ, de re iud. vndè cùm iſte tertius reus ſit volũtarius, & lex ipsũ pro actore reputat, tùm etiam quia cùm ſit citatus in iudicio liquidationis, non videtur, quòd ſit tractandũ de alio, niſi de eo, quod iam eadem Camera decidit, quòd audiatur in iudicio liquidationis: hæc fuerunt allegata per illum Eximium virum Ioan. Franc. de Ponte, tunc cauſæ huius patronum, deindè Regentem Reg. Cancell. & Marchionem Murconi, & ſic iuxtà prædicta concluſa deciſum fuit in R. C. S. referente olim Præſidẽte doctiſſimo Annibale Moles, in Banca Petrilli de Efremo, vt habui ex volumine alleg. viuæ memoriæ q. Fabij de Falco Doctoris eximij mei conſanguinei. Io. Bap. de Thoro. I. C. Neapol.

Tertius in iudicio inter alios moto comparens an debeat audiri, ex pluribus. Primò, quia tertius in iudicio comparens auditur in eo ſtatu, in quo cauſa reperitur, & cùm eſſet facta concluſio iudicij prædicti, & in limine expeditionis reperiretur, non poterit teſtes producere. Secundò, quia iſte tertius nullum intereſſe habebat reſpectu cauſæ principalis in-

ter alios acte. Tertiò, ex ſcientia præſumpta litis prædictæ ad aures tertij peruenta. Quartò, quia tertius non accedebat ad coadiuuandum aliquem ex litigantibus, ſed ad excludẽdum aliquem, vel omnes de iudicio. Vltimo, ex iure hypothecæ competenti ſuper re deducta in iudicio, cùm autem Paſchalis Caracciolus ſuum iudicium auocationis domorum per Regium Fiſcum ſequeſtratorum prętendiſſet, & expediri procuraſſet, non obſtante quòd D. Portia Caracciola in iudicio comparuiſſet, & audiri petijſſet in terminis, in quibus reperiebatur, nullum aliud intereſſ. prætendens, eò quòd diſpoſitio ipſarum domorum per quon. Paſchalem Caracciolum amborum auum paternum fuerit facta in beneficiũ maſculorum primogenitorum, vt ex contractu donationis ipſarum domorum, nam prætendebat, de ſuis dotibus ſatisfieri ſuper dictis domibus, in quibus habebat hypothecam, & proindè non alitèr ad aliorum iura infrigendum ex litigantibus: ſed ijs omnibus reſolutis facta relatione per D. Petrum Iordanum Vrſinum tunc R. C. Præſidentem die vltimo Ianuarij 1617. deciſum fuit, dictã D. Portiam eſſe audiẽdam in terminis, in quibus cauſa reperitur, & iterùm facta relatione in Collat. Conſil. die 9. Febr. 1617. fuit confirmatum decretum dictę R. C. D. Camil. de Larat. conſ. 113. Tertius.

Tertius comparens in cauſa, in qua prætendit intereſſe, ſi vti priuilegiatus petierit beneficia, facilè cõcederentur, vt patet deciſum in S. C. pęnès Vrſil. in dec. 235. n. 3. de quo ſupra eod. verb. beneficia, quem ſequitur Muſc. in prax. S. C. lib. 1. p. 6 glo. in integrum, ſub nu. 16. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 26. nu. 26. & Franch. dec. 261. ſed ſi in cauſa principali eſſent conceſſa beneficia, non alitèr tertio concederentur, & ſic iudicatum tradit Fab. Ann. conſ. 98. nu. 10. & 13. de quo etiam ſuprà eod. verb. beneficia, quid autem ſi fuiſſet lata ſententia in cauſa, & tertius comparuerit petens beneficium, an concedendum ſit, eò quòd dùm fuiſſet ipſe tertius admiſſus præuio decreto, vt audiretur in terminis, in quibus cauſa reperitur, & tamen cùm fuiſſet prolata ſententia, annullando ſententiam aliàs latam aſſiſtentiæ, & dictum, quòd procederetur ad expeditionem cauſæ ex eiſdem actis; deciſum fuit per S. C. referente Reg. Proconſil. Baldaxare Golino cauſæ Commiſſario die 6. Iulij 1618. pęnes de Amico Actor. Mag. petitum beneficium per tertiam poſſeditricem Terræ Genuſij Margharitam Grillam eſſe concedendum, in cauſa Petri, & Chriſtophori Spinolæ, vt mihi retulit ſolertis Doctor Lęlius Caputus, Io. Bap. de Thoro I. C. Neap

Theſaurarius Regis an præcedat nobiles alicuius Sedilis; per S. C. fuit datus terminus in cauſa, & interim prouiſum, quòd nemo accederet, Fab. Anna conſ. 40. de qua meminit Marcus Antonius Surgens de Neap. Illuſtr. c. 27. num. 25. verſ. & in præſenti cùm Equites, Maſtril. dec. Sicil. 130 *Reg. Tapia dec. Ital 21. n 34.*

Theſaurarius Regni, qui interuenit in Regia Camera vti Theſaurarius, & Regis miniſter, dùm bona fiſcalia venduntur, an poſſit ea emere per interpoſitam perſonam alterius; circũſcripta eius perſona, tãquàm Officialis perpetuus poterat contrahere, citrà tamen dolum, & fraudẽ, ſed accedente bona fide, quæ interfuerat, faciẽdo conditiones Regiæ Curiæ meliores, conficiendo contractum palàm, pręcedẽtibus publicis ſubhaſtationibus, & bona fide, ac iuſto pretio, quod notiſſimum erat Proregi, eiuſq; Collaterali Conſilio, ob quod mirandum non erat, quarè per interpoſitã perſonam cõtraxerat, exiſtente ſtylo, & more Theſaurarij ſic contrahere, ſicq; eius prædeceſſorum; concluditur in fauorem Theſaurarij ex multis, vnde ſtante oblatione eiuſdem meliori fuit deciſum in Regia Camera, ex quo conditionem Regiæ Curiæ meliorẽ effecit; Theſaurarium eſſe abſoluendum, & ſic per Regiã Maieſtatem prolata, & promulgata fuit abſolutoria ſententia, vt pariat exceptionem in cauſa ciuili, vt latè proſequitur Reg. de Pon. conſ. 49. vol. 1. omne, & totũ, vbi in fine ponit deciſionẽ, Reg. Tapia in pragm. 16. volumus, §. item vetat, nu. 3. & ſeq. de offic. Procurator. Cæſ. in ſuo iur. Regn. Molteſ. conſil. 16. num. 8.

Theſaurus inuentus in domo aliena à mercẽnario data opera, cuius erit; fuit ſeruatum, & deciſum, eſſe Domini domus, Gramm. in cap. Regni Quia verò, num 8.

Teſtamẽti reuocatio an inducatur, ſi priùs cõdito teſtamento per teſtatorem relictis tribus Eccleſijs hæredibus, cum conditione vnionis ipſarũ, poſtmodùm coràm ſeptem teſtibus reuocauerit, non tamen expreſſo, velle inteſtatum decedere, vnioneq; Eccleſiarum nõ facta, fuit per Magnã Curiã Vicariæ iunctis omnibus Iudicibus ipſius duarum aularum deciſũ in fauorem hæredis ab inteſtato venientis, excluſis Eccleſijs inſtitutis in teſtamento ſic reuocato, in cauſa V. I. D. Nicolai Pulzoni cum Eccleſijs Sanctæ Mariæ de Carmelo, S. Anelli, & S. Nicolai, in Bãca Signorelli, Anel. Amat. conſil. 51. aduerſus, vol. 1.

Teſtamentum conditum per filiumfamilias ortum ex matrimonio noui vius patre hærede inſtituto, an rũpatur ex alio teſtamento poſtmodùm condito patre præterito, & alio hærede inſtituto; fuit deciſum, patrem inſtitutũ in totum admittendum eſſe ad hæreditatem, excluſis alijs cõcurrentibus proximioribus, quando per Conſuetudinem nõ eſſet effectus teſtabilis, quòd teſtamentum facere non potuiſſet, etiam inſtituto patre, verùm teſtamẽtum conditum præterito patre per filiosfamilias de bonis, in quibus ex pactione non ſuccedebant, fuiſſe, & eſſe validum, non obſtãte preteritione, Franch. dec. 552. Molf. in Cõmen. ad Conſuet. Neap. p. 3. q. 24. n. 15. & q. 46. n. 27 Theſau. lib. 2. quæſt. foren. q. 8. n. 12. Ric. coll. dec. 1411. Reg. *Conſtant. in l. vnica, C. de Claſſic. lib. 11. nu. 33.*

Teſtamentum conditum in loco remoto cum omnibus ſolemnitatibus requiſitis, & numero teſtium vallatum, an ſtante abſentia Notarij, & teſtiũ aperiri poſſit præuio Iudicis decreto, quòd

to, quòd aperiatur; fuit dictum, quòd ſic, & traditur forma decreti prædicti in caſu occurrenti per Franch. dec. 530.

Teſtamentum per deportatum conditũ, appellatione tamen pendente an valeat, vt legatarij legata conſequi poſſent, vel ad hæredem bona pertinçant, non vt hæres, ſed vigore auth. bona damnatorum, C. de bon. damn ex quo cùm à ſententia fuerit appellatũ, & deſerta appellatio, bona prædicta applicabãtur hæredi, nõ vt hęredi, ſed tanquàm propria ex diſpoſitione iuris, propterea fuit deciſũ, non eſſe locũ petitæ declarationi deſertionis ad inſtãtiam hæredis inſtigantis, Franch. dec. 501. Molf. in Comm. ad Conſuet. Neap. q. 47. in 4 p. nu. 16.

Teſtamẽtum clauſum, in quo apparet, fuiſſe ſolẽnitatẽ à iure requiſitã vetitam, an ſit nullius roboris, & momenti; fuit deciſum, quòd ſic, & ità fuit conuentus abſolutus, Franch. dec. 429. Aloy. de Leo l. 1. C. de ſacroſ. eccl. nu. 46.

Teſtamentum conditum antè ingreſſum Monaſterij an rũpatur, vel ſuſtineatur, extraneis hæredibus inſtitutis, non fuit deciſum, Franch. dec. 423. ex eo, quòd conuenti ceſſerãt liti intentatæ per Monaſterium, relaxatis eis fructibus, & expenſis, quamuis reſidere videatur cum opinione Bar. in auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. eccleſ. vbi concludit, quòd teſtamentum conditum antè ingreſſum Religionis, valet, ſed eſſe vacuum, quarè in caſu iſto dum fuiſſent codicilli facti in infirmitate, nulla cogitatione habita de ingreſſu, tamen ſtante ingreſſu, & teſtamento deindè condito in beneficium Monaſterij, codicillos corruere, Philip Paſcal. in tract. de vir. pat. pot. p. 1. c. 3. nu. 93. Ricc. deciſ. Arch. 265. p. 2.

Teſtamentum primum rumpitur per ſecũdum, non tamen quando primum eſſet inter liberos conditum, an procedat, quando mater in primo inſtituiſſet filios naturales; non fuit quæſtio deciſa, quamuis concludatur, in matre eſſe communem opinionem, non procederè diſpoſitionem tex. in §. ex imperfecto, l. hac conſultiſſima, C. de teſt. in patre verò eſſe cõem opinionẽ in contrariũ in inſtitutione, hoc eſt, vt teſtamentũ non ſolemne confectũ inter liberos valeat quòad matrẽ, non quòad patrem, inſtitutis liberis naturalibus tantùm, Franch. dec. 399. & ibi Viſcon. in ſuis addit.

Teſtamentum ſi ſit cõditum per filium, per quẽ fuit inſtitutum Hoſpitale contra ſubſtitutionem paternã, poſtmodùm reuocatum, an talis reuocatio iure ſubſiſtat; fuit deciſum, reuocationem ipſam valere, Franch. dec. 287.

Teſtamentum conditum ab vxore inſtituente virum hęredem de dotibus, ad viri inſtigationem, præcedentibus doloſis actibus ex coniecturis habitis, an ſit validum; fuit deciſum, nõ valere, Franch. deciſ. 180. latè Farinac. in eius prax. crim. tit. de falſit. & ſimul. cõtract. q. 162. n. 78. Ricc. coll. dec. 481. & 397. *D. Reg. Fabius Capycius Galeota to. 1. controu. 4. nu. 1. D. Conſil. Marcianus conſ. 12. nu. 21. & ſeq. Maria in ſumma de ſucceſſ. p. 3. q. 12. artic. 1. nu. 2.*

Teſtamentum cõditum à filiofamilias citrà patris cõſenſum de feudo ſibi à patre refutato, in quo legauerat matri certam quantitatem, quod licet de iure non ſubſiſtat, an valeat vti donatio cauſa mortis ex vi clauſulæ adiectæ, quòd ſi teſtamentum non valeret iure teſtamenti, valeret iure donationis cauſa mortis, vel alterius cuiuſlibet vltimæ voluntatis, fuit deciſum, ex quo in donatione prædicta non tãtùm cõſenſus patris requirebatur, ſed pręſentia donatariæ, quæ eã acceptet, & propterea fuit abſolutus conuentus ab impetitis, Franch. deciſ. 4. num. 17. cum ſeq. ad quod ibi Viſcon. nonnullos DD. allegat.

Teſtamentum cõditum, in quo tantùm hęredis inſtitutio demonſtratur, nec illud perfici poteſt, ceſſantibus etiam teſtiũ requiſitis, an iure ſubſiſtat, ſi proximiores teſtatoris ab inteſtato veniſſent; fuit deciſum contra teſtamentum, verùm venientes ab inteſtato, quòd ſuccederent in partem bonorũ hæreditatis prędictæ eis tãgẽtem virtute fideicommiſſi, Grãmat. dec. 62. Vrſill. dec. 143. nu. 4. & 166. nu. 1. Anto. Gabriel. lib 4. tit. de teſtam. concl. 9. nu. 3. Muſcatel. in praxi. S. C. lib. 1. p. 1. gloſ. petitur, nu. 55. Peregrin. deciſ. Patau. 80. nu. 7.

Teſtamentum cõditũ à teſtatore, in quo ſubſtitutio alicuius cõtinetur an poſſit ad inſtãtiã ſubſtituti reaſſumi iuxtà Cap. Regni conceſſum circa reaſſumptionem, ſi teſtamẽtum ipſum non alitèr regiſtratum eſſet in protocollo, ſed in faſciculis ſcheda particularis reperiretur, deficiẽte nomine Domini, Imperatoris, & Milleſimi, mortuo Notario, Iudice, & teſtibus paritèr defunctis, ac alijs circumſtãtijs deficientibus fuit deciſum, nõ eſſe cõcedendam reaſſumptionẽ prędictã, Grãma. dec. 106. & in Cap. Regni Nè perſonarũ, Berard. Pand. de reaſſumpt. inſtrum. p. 1. nu. 53. & ſeq.

Teſtamentum nuncupatiuum factum per Notariũ Iudicem, & ſeptem teſtes deſcriptos, cum deſcriptione tamen trium teſtium an probetur, fuit deciſum, quòd ſic, maximè fauore pię cauſæ, Affli. in Conſt. Inſtrumentorum, nu. 10. idẽ refert fuiſſe deciſũ in S. C. Vrſill. dec. 166. vt ad validitatẽ teſtamenti tres teſtes debeãt ſe ſubſcribere, eos citat Viu. in ſyl. cõm. opin. in opin. 940. incip. teſtes in inſtrumẽtis, nu. 5.

Teſtamentum an pro parte annullari poſſit ob legata nulla, & pro parte validari ob ſententiam; fuit deciſum, quòd ſic, Affl. dec. 69. nu. 9. *Borrell. in ſum. dec. tom. 3. tit. 21. nu. 227.*

Teſtamentum conditum coràm quinq; teſtibus tempore peſtis an valeat, vt faciat ceſſare cauſam inteſtati; fuit concluſum, non valere, Affl. dec. 25. n. 2. & ſeq. Iul Clar. in §. teſtamentum, q. 56. nu. 3. Anna in ſing. 505. teſtamentum, Anto. Gabr. lib. 4 de teſtam. cõcl. 8. Boer. dec. 228. n. 10. Put. dec. Rom. 372 p. 1. vbi cenſet, Curiã ipſam ſequutam fuiſſe opinionem Iaſ. in l. fin. C. de teſtam. quòd quando peſtis eſt ità vigẽs, quòd veriſimilitèr teſtes inueniri nõ poſſint, quòd tunc cũ minori numero ſeptem teſtiũ valeat, Ant Fab. in eius Cod. tit. de teſtam. defin. 26. Marc. Ant. Pereg. dec. Pata. 70. n. 1. Marcell. Calà in tract. de mod. artic. & proban. in glo. vnica, §. 2. nu. 34. & Alpha. Peruſ. collect. 59. *Maynar. dec 16. lib. 5.*

Teſtamentum à filia conditum patrem inſtituẽte an valeat, ſi probaretur, eſſe factum à filia tempore, quo non erat in ſenſu, & incipiebat mori, item ꝙ dùm erat in ſcriptis, non fuerat ſigillatum in præſentia teſtatricis, ſed in ſala ea abſẽte, tertiò dùm præſupponebatur, fuiſſe ſuppoſitum, attẽta depoſitione Iudicis ad cõtract⁹ dicẽtis, certos teſtes fuiſſe ſubſcriptos in teſtamento, qui nõ interfuerunt in teſtamẽto; fuit deciſum, valere teſtamẽtum ipſum; nã præſumendum erit pro teſtamento propter authoritatem Notariatus, Affl dec 69. vſq; ad nu.4. Boer.dec. 100.nu.11.& dec.101.num.10. D.Reg.*Tapia dec. Italiæ 16.nu.3. & 35.Marta in ſumma de ſucceſſ p.4.q.1.artic.6. nu 11.*

Teſtamentum de falſo ſuſpectum an poterit impediri, nè Notarius ipſum reaſſumat in publicam formam, & Notario fieri mandatum, donec alitèr fuerit prouiſum; fuit deciſum, quòd ſic, & ob id ponitur practica, quòd teſtes in teſtamento deſcripti deponant coram Iudice, & ſi in fauorẽ teſtamenti depoſuerint, tũc dabitur licentia Notario, vt reaſſumat, cęterũ ſi contra teſtamentum depoſuerint, publicabũtur teſtes, & copia dabitur partibus, & ipſis dabitur terminus ad defendendum ſuper reaſſũptione, & procedetur in cauſa petitionis hæreditatis per hæredes ab inteſtato cõtra ſcriptos hæredes. Affli.dec.113.Ric.coll. dec.161.*Borrellus in ſumma dec.tom.3.tit.21.nu.304.Benint.dec.Bonon.13.nu.72.*

Teſtamentum fratris, in quo inſtituta eſſet turpis perſona, putà frater ſpurius, an cenſeatur inofficioſum, fuit deciſum, teſtamentum fuiſſe inofficioſum, & ſuccesſiuè fuit hæres inſtitutus condemnatus ad quartam partem hæreditatis ſorori defũcti, Affl.dec.125.n.1. Ann. in ſing.506. Viu.in ſylua comm.opin.in opin. 865.teſtator, nu.23.in ſi Theſaur. dec.Pedem. 128.Anchar. q.11.nu.5.p.1.

Teſtamentum cõditum tempore peſtis citrà iuris ſolemnitatem coràm quatuor teſtibus, & prẽsbytero, in quo nulla apparet hæredis inſtitutio ab vxore dotata à fratribus relinquẽte medietatem eius dotium viro, ſi teſtamentum prædictum iure non ſubſiſteret, an iure codicillorum teneat diſpoſitio talis, ſemota clauſula codicillari, non obſtãte viri petitione iure teſtamenti, poſtmodùm in concluſione iure codicillorum propoſita; fuit deciſum, virum eſſe condemnandum ad reſtitutionem medietatis dotium, retẽta ſibi aliâ medietate. Affl.dec.134.eandẽ deciſ.commemorant Pariſ.conſ.32.vol.2.n 43. *Conſ.Theod.alleg.17.n.20.Ioſeph Ludo.dec.53. n.22 & 55 vbi hanc deciſionem declarat qualiter procedat Maynar.dec. 16.lib.5. Ripol.var.reſol.cap.13 nu.167.*

Teſtamentum continens inſtitutionem hæredis propoſitam ad interrogationem Notarij an valeat, fuit concluſum, & ità deciſum, valere, quando eſſet teſtamẽtum nuncupatiuũ, ſecus ſi eſſet teſtamentũ in ſcriptis, Affl.dec.143.n. 3.Boer.dec 240.nu.5.Anto.Gabr.lib.4.tit.de teſtam concl.1.nu.6.Camill.Saler.in Conſuetud.ſi moriatur, in addi.incip vltrà dictũ, fol. [?] Fuſc.in ſing.10.lit.T.Veral.dec.Rom.260. & dec.261.p.3.Villal.& Vezin. inter commu. opin.tit.de teſtam nu.47.& ibi Craſ.nu.310. & 304. *Gutier.pract.quæſt.lib.1 q.45.ſub num.2. Borrell. in ſumma deciſ.tom.3.tit.29.nu.155.*

Teſtamentum in ſcriptis conditu àn valeat, deficientibus quibuſdam ſolemnitatibus, vt putà ſi non eſſet ſubſcriptum propria manu teſtatoris, nec tenuit in eius manib⁹, ſed in manibus Notarij exiſtẽtis, interrogando ipſum teſtantem, ſi vellet illud eſſe teſtamẽtum, ceſſante paritèr rogitu Notarij, immò nec ſcriptum, & ſigillatum à teſtibus in præſentia teſtatoris, & tempore, quo teſtator infirmitate grauabatur; fuit deciſum in S. C. non valere, nec pro teſtamento in ſcriptis, nec pro nuncupatiuo, ex quo deficiebat inſtitutio hæredis implicitè, & explicitè, Afflict.dec.143 Maur. Sen.alleg.15.nu.14 Alph.Peruſ.coll.431.Nomen, Villal.Vezin.& Craſſ.citati in præcedẽti concluſione. *D.Reg.Rouitus dec.95.n.3.Pereira dec. Luſitan.51.nu.4.ad 6.*

Teſtamentum in ſcriptis, in quo nullus teſtis ſe ſubſcripſerit, & ità ipſi confitebantur, teſtem nullum ſubſcripſiſſe loco teſtatoris imperiti, qui neſciebat ſcribere, an ſit validum, licèt fuiſſet iudicatum in Regia Audientia, nõ valere, tamen in S.C.fuit deciſum, valere vti teſtamentum nuncupatiuum, ob clauſulam ibi appoſitã, omni meliori modo, & via, Affl.dec. 144.Reg.de Pon.conſ.46.num.24.vol.1.Maur. Sen. alleg.15. ſub num. 15. *Borrell. in ſum.dec. tom.3. tit.2. num.*180.

Teſtamentum an debeat reaſſumi in forma probante per Notarium pẽdente quæſtione falſi; fuit deciſũ, quòd ſic, & poſteà reaſſumpto teſtamẽto ſequeſtrari pęnès Iudicẽ, donec cauſa falſitatis decidatur, Affl.dec.165.Reg.Tap. in Cõſt.Priuilegia, nu.6.Lãcell.in tract.de attent.p.2.c.4 declar.4.nu.40. Teſtay alleg.11.

Teſtamentum nũcupatiuũ confectum per Notarium aſſerentem in eo interueniſſe talẽ Iudicem, & ſeptẽ teſtes, eos nominando, verùm de illis non niſi tres erant ſubſcripti, quoniã reliqui erant mortui, an probet; concluditur, quòd nõ, exceptis duobus caſibus relatis per Affli.dec.166. Ioſeph Seſſe dec. Arag.119.nu. 37.Mart.de iuriſd.p.4.caſ.28. num.16. *& in ſumma de ſucceſſ.p.4.q.1. artic.9.nu.*1.

Teſtamentum inter liberos conditum an cẽſeatur reuocatum per ſecundum teſtamentũ cũ clauſula generali derogatoria, & non ſpecificata reuocatione; concluditur, quòd non, cõtra opinionem aliorum tenentium partem affirmatiuam, & ità fuiſſe deciſum in S.C. teſtatur Vrſill.dec.111. nu.15.& 16.

Teſtamentum in ſcriptis conditum, in quo deficiunt ſolemnitates iuris, an in totum reuocetur, vel pro parte, & laltẽ valeat vt teſtamentum nuncupatiuum ex clauſula codicillari, quę ſolet apponi in teſtamento; fuit in totum annullatũ per S.C. vt refert Vrſil.dec.142.n.4.

Teſtamentum an rumpatur per natiuitatem poſthumi nati in octauo menſe; fuit deciſum, quòd non in cauſa Caradoniæ filiæ Petri de Sancto Iuliano, Affl.in c.1.§.quin etiam, n.20. Epiſcopum, vel Abbat.

Teſta-

Teſtamentũ conditum, in quo ſe ſubſcripſerunt Iudex, Notarius, & teſtes in numero opportuno, ex quibus vnus teſtis dixerat, non audiuiſſe Notarium ſtipulãtem, an poſſit reaſſumi in publicam formam; S.C. non coegit teſtem ipſum ad ſe ſubſcribendum, ſed fecit teſtamentum reaſſumi in publicam formam, quod certo tempore ſteterat in poſſe Commiſſarij; deindè fuit parti aſſignatum, atq; iudicatũ pro teſtamento, Capyc. dec. 192. Anton. Gabr. lib. 2. de malef. concl. 31. num. 11. Hieronym. de Monte in tract. de finib. regen. cap. 51. Ioſeph Seſſe dec. Arag. 119. nu. 33.

Teſtamentũ clerici factum ſine Iudice per manus Notarij Apoſtolici an ſubſiſtat in Regno; concluditur, quòd non, Capyc. dec. 201. & ità deciſum teſtificatur Fuſc. ſing. 11. lit T. Mart. de iuriſd. par 4 caſ. 28. num. 19. *& in ſumma de ſucceſſ. p. 4. q. 1. artic. 8. nu 30.*

Teſtamentum furioſi an ſit iure validum. ſi benè probatum nõ fuiſſet, tẽpore teſtamenti fuiſſe ſanæ mentis; fuit deciſum in S.C. teſtamẽtum fuiſſe nullum, Camill. Salern. in add. ad Conſuet. Si moriatur, incip. vltrà dictum, fol. 78.

Teſtamentum filijfamilias an valeat patre preterito; fuit deciſũ in S.C. valere teſtamẽtũ, deducta legitima patri debita, Io. Andr. de Georg. alleg. 27. circa validitatẽ, n. 12. & alleg. 33. n. 23.

Teſtamentum conditũ per filiumfamilias Neapolitanũ, & militem extrà Ciuitatẽ Neap. reuocando aliud teſtamẽtum magis ſolemne, in quo ſeptem teſtes interfuerant, & quinque in primo, an valeat in preiudiciũ Religionis Hieroſolymitanę, ac patris, qui ſuccedere nõ poterat, ex pacto cõſuetudinis *alla noua manera*, in beneficiũ ſuccedentiũ ab inteſtato; cõcluditur, quod ſic per Io. Andr. de Georg. in alleg. 27. & 28. licèt in priori, vbi ponit n. 16. deciſionẽ, fuiſſe deciſũ, ſecundum teſtamentum valere.

Teſtamentum cõditũ tempore peſtis, quo tempore copia teſtiũ haberi nequit; ſi fuerit conditum non tamen numero teſtiũ adhibito, ad hoc neceſſario, & Rex ad ſupplicationẽ hæredis inſtituti, vel legatariorũ de plenitudine poteſtatis confirmauerit tale teſtamẽtum, ex Regia poteſtate omnem ſuppleat in eo defectũ, & legis impedimenta ceſſent, & tollantur, an hoc valeat, licèt videatur dicendum, quod non per Luc. de Pen. in l. 1. C. de ijs, qui in exil. dat. &c. lib. 10. n. 19. & ſeq. tamen ſub n. 27. refert, contrarium vidiſſe de facto ſeruari in Curia, quod multis rationibus comprobat, & nu. 34. concordando opiniones annuit, quòd aut res non eſt integra, ſed ex ſententia, vel alia bona poſſideret hæres legatarius, qui fortè veniret ab inteſtato, & tunc Princeps tale teſtamentũ confirmare nequit, aut res eſt integra, & tunc poſſet, nõ tñ ſine cauſa, & ſic procedunt iura ſecũdæ opinionis deciſæ, Ric. coll. dec. 1921.

Teſtamentum nuncupatiuum conditũ ab aliquo lethaliter vulnerato dùm mederetur, inſtituẽdo vnã ex ſororibus tantùm coràm pluribus teſtibus ibi coadunatis, non tñ ad hoc conuocatis, abſq; Notario, & Iudice, an valeat, & nõ eſt dubium in iure, quòd teſtes debẽt eſſe rogati in teſtamento, l. heredes palàm, §. in teſtamentis, ff. de teſt. vbi DD. Socin. in regul. 505. teſtes, Alex. in l. Prætor, §. ſi initium, nu. 5. ff de eden. quod non tantùm procedit in teſtamentis in ſcriptis, ſed etiã nuncupatiuo, vt notat Iaſ. in l. hac conſultiſſima, n. 2. & Alex. ibi nu 3. de teſtam. & ſubdit Aret. in §. ſed hec quidèm, n. 7. Inſt. de teſtam. quòd teſtes in teſtamẽto debent eſſe rogati, & adhibiti ſpecialitèr ad quod ſint adhibiti, nec ſufficit ſi fortuitò in teſtamẽto interfuerint: d. l. hæredes palã, §. fin. ex quo Bart. in l. Diuus, ff. de teſt. milit. dicit, quòd licèt teſtes deponãt. quod Titius inſtituit Seium, & non dicant, ſe ſe adhibitos, & rogatos à teſtatore, nihil probant, nam teſtes illi dicũtur rogati, qui ad hoc adhibiti ſunt, quia illi, qui ſunt fortuiti, & tranſeuntes, non dicũtur rogati, Bart. l. fin. n. 6. C. de codicill. vbi Pom. notat in addit. incip. teſtes rogati, quòd ſi teſtator dixerit in præſentia quinque teſtium non rogatorum, volo relinquere Titio decem, quod tale verbum non induceret diſpoſitionem, ex quo non ſunt rogati teſtes, &c. ſed ijs nõ obſtantibus cõtrarium fuit deciſum in S.C. ſcilicet diſpoſitionem ipſam fuiſſe validã, & ſucceſſiuè donationem factam per inſtitutam in beneficium Monaſterij donatarij, vt patet in proceſſu agitato inter Monaſterium S. Marię Sanitatis cum . . . . penès de Mondellis, referẽte Regio Cõſiliario Marco Antonio de Ponte Commiſſario cauſarum olim dicti Monaſterij, nunc Regente electo apud Catholicam Maieſtatem, & credo, S.C. fuiſſe motum attenta neceſſitate teſtandi ob imminens vitæ periculum, ad quod extat notabilis deciſio Aretini, ni fallor, in §. teſtamentum, n. 3. Inſt. de teſtam. qui dicit, quòd ſi aliquis teſtis recedit, vel neceſſitate naturę, vel propter morbum ſuperuenientem ſibi antequàm alius ſubrogetur, poſſit aliquid in teſtamento corã alijs fieri, & gl. d. l. cùm antiquitas, ver. in medio, in fine dicit, quòd ſic, & hoc ſequitur ibi Salyc. & maximè vbi ſalus periclitãtis exigat cęleritatẽ, vt ibi, licèt Riccard. Malũb. Doct. Crem. teneat contrarium, quia eadem ratione ſubrogatus de omnibus geſtis debet habere notitiam, ego autem ex mente Raph. Fulg. & Florian. in d. l. cùm antiquitas ſic dicerem, aut quæratur, an antequàm ſubrogentur aliquid poſſit geri, & tunc aut imminent neceſſitas, & periculũ vitæ teſtatoris, & tunc fieri poterit, aut non imminet periculum, & nihil interim fieri poterit, donec alij ſubrogentur, & tunc alij ſubrogati veniunt, oportet, quòd interrogent alios, quid actum ſit vſquè ad illam horã, & ſi totum id factum fuerit in eorum pręſentia, & tunc ſi præſentes reſpondeãt, quòd ſic, non eſt opus, quòd coràm ſubrogatis renouetur quod prius actum fuerat, & ità intelligitur gl. in ver. ab eodem, verſ. ſciſcitare, ſunt verba Aret. ibi, patrocinante integerrimo I. C. Fabio de Falco Aduocato dicti Monaſterij, meo amantiſſimo patruo, cuius anima requieſcat in pace in Regno Cœlorum, *Confert conſil. Corn. 254. vol. 3. vbi loquitur de donatione facta à vulnerato ad mortem.* Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Teſta-

Digitized by Google

Teſtamentum factum à foriudicato an valeat,etiam ſi eſſet factum antè foriudicationē, fuit deciſum in S.C.referente Reg.Conſil.Minadoo non poſſe teſtari, & ſucceſſiuè teſtamentum anteà factum nullum fieri contra Baronem Sereni Ludouicum de Tolfa , Paul. Fuſcus in ſingul.139. lit.F.

Teſtamentum factum per filiamfamilias, ſoluto tamen matrimonio,excluſo eius filio,aliū heredem inſtituentem,an valeat,ſi obiectū eſſet, ipſam viuere iure Longobardorū, quo ſiquidem iure filia à paterna poteſtate eximitur , attenta pariter conſuetudine Regionis teſtamenta condendi eis licere,ex facti ſerie oſtēdebatur, Iacobā d'Auigliano poſt diſſolutionem matrimonij contracti in anno 1593.cum Scipione Pepe, cuius contemplatione in dotem,& dotis nomine promiſſi. & dati fuere à Io.Alphonſo Auigliano duc. 450. ſuum vltimum condidiſſe teſtamentum, hæredeſq; Io. Alphonſi inſtituendo,eiuſq;filium prætcriendo,& dùm per d.eius filium Lucium Pepe eſſet in M.C.compatitum,ſe ſequè hæredē declarari d.eius matris,ſe oppoſuerūt dicti heredes inſtituti,aſſerētes,ſe eſſe vniuerſales heredes inſtitutos,& ex teſtamēto in actis preſentato apparere, licèt pro parte d. Lucij replicatum fuiſſet,nullam de dicto teſtamento rationem habendam eſſe,eo ꝙ contra iuris diſpoſitionem conditū fuerat ab eius matre, adhùc in poteſtate paterna tunc exiſtēte,etiā accedente patris cōſenſu,ex aduerſo dicebatur, ipſam eſſe à paterna poteſtate exemptā, eo ꝙ iure Lōgobardorum viuebat,quo ſiquidem iure hoc introductum fuit priuilegium, & ſucceſſiuè potuiſſe condere teſtamentum iuxtà loci conſuetudinem teſtandi per dictas mulieres nuptas,aut viduas teſtari volentes, inde dubitatum fuit,quid iuris,certiſſimū eſt enim ex iuris diſpoſitione filiāfamilias teſtari non poſſe,etiam conſentiēte patre,l qui in poteſtate , ff.de teſt. & l. tametſi,ff.de donat. cauſ.mort.Alex.in cōſ.17. viſis,lib.2.n.1.meliùs in cōſ.101.lib.3.n.6.Alber.Brun.in tract. de ſtat.exclud.fœm.&c. in 11.artic. prin.q.8. Crauett.conſ.84 col.1. Io. Dilect. in tract.de arte teſtan. tit.1. caut.1.in princ.ſingularitèr Theſaur.dec.Pedem.150.n.10.vbi de hoc rationem aſſignat, & ibi caſum pūctualitèr examinat de teſtamento condito per viduam, vt non valeat.& demùm ſic deciſum fuiſſe teſtatur n.8.& licet quòad ſecundum caput videatur dicendum , filiamfamilias nuptam videri emancipatam,& ſui iuris eſſe , ſicut ibi tradit Theſaur.n.2.& tantò fortius vidua effecta,tamen oppoſitum verius eſſe communitèr aſſeritur,nam licèt per matrimonium tranſeat in poteſtatem viri , in cuius poteſtate ſubſiſtit, Dec.conſ.621.n.5.non tamen totalitèr eximitur à poteſtate paterna , vt multis rationibus comprobat Suarez in l.9.fori, tit de los pleytos,n.11.& meliùs Gramm dec.54.vbi n.4.& 5,ſingularitèr dixit, quòd filia de iure cōmuni licèt maritetur , tamen remanet in poteſtate patris,nec trāſit in poteſtatē mariti,ſed eiuſdem mariti eſt ſocia,ità quòd nō reincidit in poteſtatem patris,& rationem aſſignat,nā fauorabile eſt,filiam liberari à poteſtate patris, à cuius nexu paterno non poteſt eximi cōtra eius voluntatem.in tātum eſt verum,quòd ſoluto matrimonio reddit in poteſtate patris , Boer.dec.196.n.4.idem Gramm. loco citato, n.9 & licèt ibidèm in additione Doctus Auditor Petra n.1.ex mente eiuſdem Gramm.in conſ.ciuil.87.de quo per Vrſill.dec.260.in fine dicat,id non procedere de iure Lōgobardorum,nam eo Iure licitum eſt eis teſtamēta condere , & attento ipſo iure filia per contractum matrimonij exijt à poteſtate patris , & in viri poteſtatem tranſit,perbellè idē Roderi.Suarez vbi ſuprà n.17 per gl.in §.1.verſ. parentis,Inſtit.ad Tertull.vbi allegat tex.in l. 1.in Longobarda,qualitèr mul.alien.permiſſ. ſit,vt etiam notat And.de Barulo in ſuo tract. ad leg.Longob. tit.9.& ità ex parte inſtitutorum aſſerebatur in articulis;ex aduerſo tamē replicabatur,& ſi verum in ſe eſſet citata cōcluſio,non tamen in actis apparebat verificatum, mulierem ipſam vixiſſe,& viuere iure Lōgobardorum, aut quòd in dicta Terra hoc iure viuitur, eo quòd tale ius Longobardorū non eſt lex,neque ratio, ideò receſſit ab aula, Marāt.in Specul.p.3.principali, n.97.& in 2. diſput.n.3.eique derogatū,Carau.in ritu.292. nu.2.& proptereà ſubdit ibi Marant.nu.95.& ſeq.in Regno non ſeruari,nèc de eo curādum, niſi in loco vbi obſeruatur ſecūdùm loci cōſuetudinem ſubnectit ibi Marāt.n.98.& in 2. diſput.n.4.6.& 9.quò fit,vt ſicuti Ius Francorum,quod eſt ſpeciale Ius in Regno, idcircò allegāti incumbit onus probandi, Maur.Iun. in alleg.42.n.4.ſic paritèr & Ius Longobardorum,quod ius ſeruari debet inter eos,qui viuunt hoc Iure, & ſic debet probari quòd in ipſo loco viuitur Iure Lōgobardorum, Affli. in Conſtit.Puritatem,nu.9.ex mente Andr.in c.1.§.etenim,de not.feud.& ſucceſſiuè allegāti incumbit onus probādi tale ius, idem Marant.in d. diſput.2.n.41.Carau.ibidem ſub n. 5.aliàs in dubio quis viuere præſumeretur Iure Romanorū,non autem Iure Longobardorum, vt cōcludit Carau.in d.ritu 292.n.4.qd quid dixerit Gramm dec.63.n.18.quòd in dubio in Regno quis præſumitur viuere Iure Longobardorum,nam ipſemet ſubdit,quādo ceſſarent Cōſtitutio, vel Capitula,ſimilitèr in feudis,etiam in dubio præſumitur quis viuere Iure communi feudorum,non autem Frācorum,niſi reſpectu primogenituræ, hoc eſt, vt primogenitus ſuccedat , latiſſimè Anna in Singul. 692. Nec obſtant teſtamenta in actis producta,condita per filiasfamilias,non probata dicta conſuetudine viuendi Iure Lōgobardorum,non aduerſantur diſpoſitioni iuris communis prohibentis filiabusfamilias teſtamenta cōdere,vt ſuprà dixi,ità quòd nec cōſuetudine in cōtrarium conualidari poſſunt, quemadmodùm non valet conſuetudo, quòd profeſſus teſtari poſſit,Socin.conſ.13. incip. præſens conſultatio,col.1. quem citat Roch. de Curt.ſuper cap.fin.de conſuet. verſ.decimò infertur,fol.mihi 49.col.2.nec demū ob-

ſtabit

ſtabit probatio facta ꝑ Curiales, & Doctores Ciuitatis Nuceriæ Paganorum, ex traditione antiquorum, ſiuè maiorum audiuiſſe, ius Longobardorum ibi vſu receptum fuiſſe, quoniã vera probatio conſuetudinis tria in ſe continet neceſſaria, ſcilicet vſum populi, actuũ frequentiã, & tẽporis diuturnitatem, idẽ Roch. in d.c.ſi.verſ.ſecundò aduerte, fol.61.& vltrà eum Marc.Calà de mod.art §.2.gl.vnica.nu.494. quæ deficiunt in iſta probatione, etenim ius ipſum Longobardorũ in aliquo obſeruari ſolet in certis locis Regni quoàd Mũdualdum tantùm vt vidi in Prouincia Calabriæ, in reliquis verò non, & probatio autem viuendi iure Longobardorũ deſumitur ex probatione iuris Francorum, nam eò ipsò, quòd aliàs ità vixerint illi de ſdomo, probatur ius Frãcorum, vt cẽſet Maran. in citata diſput.21.n.39. & p.3.n.128. vbi præſertim annuit, quòd primogenitus ſuccedat, ſicuti etiã Anna in præalleg.loco ex aliorum opinione cõprobat, ità pari modo ſi eſſet verificatum, in eo loco cõmunitèr omnes viuere eo iure, tàm in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, alijſuè modis, quemadmodùm conſuetudo probatur, de quo per Marcell.Calà de modo arti.§.2.gl. vnica, n.494. ſed cũ ceſſet talis ꝓbatio ſucceſſiuè ex ꝑſumpto viuẽdi Iure Romano, nõ autẽ Lõgobardo, cõcluditur, teſtamẽtũ ipſũ nullo Iure ſubſiſtere, quinimmò ijs benè ruminatis ꝑ M.C.V. ad relationẽ benemeriti Iudicis illius Andree de Ianuario factam die 13. Ianu.1620. deciſũ fuit, teſtamẽtũ eſſe nullũ, & ꝓiudè dictũ Lucium eſſe declarandum hæredem vniuerſalem dictæ Iacobæ ſuæ matris, pœnès Pulſonũ Act.Mag. pendet iàm cõfirmatio decreti fieri petita per d.Lucium in S.C. I. B.de Thoro.

Teſtari an poſſit mulier carẽs liberis à fratre dotata cũ pacto in capitulis adiecto, quod ſi deceſſerit abſq; filijs dos reuerti debeat fratri, & certum quid per virum lucrandum, & è cõtra in beneficiũ viri; fuit deciſum, quòd reſpectu bonorum paternorum, & maternorum licitè poſſit teſtari in beneficiũ viri. ſed quoàd bona fraterna ſec⁹ Frãch.dec.196. Io.Frãc.del Caſtillo dec.Sicil.25.nu.10.Anel.Amat conſ.54. n 4.Paſcal.in tract.de vir.pat pot.p.2.c.7.nu.22. *Franc.de Petris conſ 61. nu.18.Fontanell.de pact.nupt.clau.5.gl.10.p.1.num.8 10.& 12.Reg. Sanfel.dec.128. num 3.Barbat. de Aſſitt.gloſ. 12. nu 32. Nouar.lib.2.qq.forenſ.q.100.nu.7.*

Teſtari an poſſit mulier viuens iure Lõgobardorum ſine Mundualdo; de iure fuit deciſum, ꝙ non, Affl.dec.260. Maran.in Specul 3.p.n.125. Maxilla in Conſuet. Bari rub.qual.mul.alien. perm.6.mulier nulli n.14.Molf.in Commen. ad Conſuet. Neap.tit.de renunt.q 19. nu. 11. Ricc.in praxi var.reſ.in reſol.145.& cùm iterùm annis elapſis in fortioribus terminis cõſimilis caſus decidi contigiſſet in eodem S.C. in teſtamento condito per quandam mulierẽ Ciuitatis Nuceriæ nuptui traditã cuidã Nobili Surrentino, ibique traductã, ſuumquè virum in vltimis conſtitutam hæredem vniuerſalem inſtituentem, & dùm ex parte cõſanguineorum d.mulieris hæſitaretur de inualiditate teſtamenti prædicti, non alitèr valere, attento viuendi modo iuris Lõgobardorum, diù in d. Ciuitate obſeruato, & teſtium atteſtationibus corroborato, adhùc eſſe in poteſtate paterna, & ſucceſſiuè teſtari non potuiſſe, vt dixi ſuprà eod.verbo teſtamentum, & tantò fortius iam dictum teſtamẽtum impugnabatur ex defectu Mundualdi requiſiti in eodẽ actu, vt iuris erat cautum, per ea, quæ tradit Affli.in d.dec.260. quanquàm ex aduerſo pro ipſius teſtamenti validitate fortè dicebatur, ꝙ maritus præcipuus ſit Mundualdus vxoris ſuæ, & ſine eo viuere nequit & vitam ducere, vltrà Affl ſuprà And.de Barul.in Comme. ad leg.Longob.tit.21.in ſi.Canonl.in ritu 291.n.5. quò fit vt talis inſtitutio facta in eius perſonã valere debeat, quemadmodùm pater conſentiẽdo obligationi eius filij tendenti in fauorem patris, per ea, quę tradit Soci.Sen.in cõſ.23.n.8.15.24.& 25. vol 4.& quatenus hæc non ſufficeret ratio, adhùc ob defectũ Mundualdi non eſt prohibitũ mulieri actum gerere cum interuentu duorũ, vel trium conſanguineorum ipſius, ſicut dixit Affl.vbi ſuprà, ſub n.2.& ità verificatum fuerat in actis ex parte viri inſtituti, attamen replicari poſſet, teſtamentũ ipſum non eſſe abſquè ſuſpitione metus reuerentialis cõditum, nam blãditiæ Maritales multa à credulis vxoribus extorquent, Affl.in dec 69.nu.4. immò qui eſt in alterius poteſtate nõ habet perſonã integram, idem Affl.dec.260.n.5. in tãtum eſt verum, vt quando conſenſus alicuius requiratur ad integrandam perſonam alterius, tunc ille, qui habet conſentire, nequit in proprium cõmodum conſentire, ità dixit Cataꝛ.in prag. 1.§.11.de S.C.Maced.n.8. ex mente Tiraq. de leg.connub.gl.8.q.13.n.111.vſquè ad 119.improbantis Soci.ſententiam, prout ſic deciſum retuli ſuprà eodem verbo filiusfami.& quemadmodùm non poteſt tutor inducere pupillũ, & minorem ad faciendum teſtamẽtum in eius fauorem, vt ex mente Duennas in reg.31. tradit Caualc.de tut.& cur.n.279.ità nec maritus ſuam vxorem, & fortiùs ſi eius eſſet Mundualdus, quod omninò ceſſabat in caſu prædicto, nam in aſſertiua teſtamenti nulla mẽtio ſiebat, teſtamẽtum ipſum abſquè Mũdualdi præſẽtia conditum fuiſſe conſtabat, & quòd expreſsè Mundualdus in teſtamenti cõfectione exquiratur in viuentibus iure Longobardorum, vltra cõgeſta per Affl.dec.260.in ſpecie refert Carol.de Tocco in l.1.in Lõgobar.verſ.donãdi, in prin.qual.mul lib. ſit alien.permiſ.quinimmò omnibus ijs perpenſis exiſtimo, cõtra teſtamentum decidi poſſe, prout ſic deciſum audiui in S.C.teſtamentum ipſum eſſe nullum declaratum ad relationem Regij tũc Cõſil. Iacobi Anelli de Bottis cauſæ Commiſſar. in cauſa Annibalis de Rinaldo cum hæredibus quon.Caroli Curialis, pœnès Carbonum Act. Mag. Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Teſtator cenſetur grauaſſe hæredem quãtò minus fieri poteſt, & præſumitur velle, quod ius diſponit, fallit, quando eſſent fœminæ inſtitutæ, quia ceſſant prædicta, & ità fuit deciſum, & ſic non proceuit tex.in c.1.de eo.qui ſibi.& hæred.

Digitized by Google

hæred.ſuis, Vrſill.dec.44.num.30.

Teſtes domeſtici non integri an ſufficiant ad condemnationem in cauſa criminali, fuit deciſum, quòd non quòad pœnam ordinariam, Franch. dec.538.

Teſtes in criminalibus in cauſa appellationis an poſſint repeti, fuit deciſum, quod ſic, Franch. dec.668.Ricc.collect. dec.234.& 1333.

Teſtes recepti in iudicio agitato cum conuento ad inſtãtiam actoris an poſſint reijci à laudato in authorem, ex quo nõ interuenit in iuramẽtis ipſorum poſt iudicium per eum aſſumptũ, fuit deciſum pro validitate teſtium, Franch. dec.462.Reg.Rou.in prag.1.de dilat.n.6.Muſcatell.in praxi S.C.lib.1.p.3.gloſ. pari paſſu, in addit.litera B.

Teſtes an poſſint recipi poſt publicatũ in cauſa, quãdo culpa, vel malitia Examinatoris, ſeu Iudicis fuerit omiſſum illos recipi; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.deciſ.371.Muſcatell. in pract.S.C.lib.2.p.3. gloſ.partis nu.93 & ſeq.

Teſtes examinati inter aliquos ſuper vna re an fidem faciant contra vnum ex conuentis ad inſtantiam tertij in eodem iudicio non exiſtẽtis, ſed nouiſſimè cõparentis; non fuit deciſũ, Franch.deciſ.345.licèt Iudices fuiſſent in paritate votorũ, alij enim inclinabant pro abſolutione cõuenti, alij verò pro condemnatione Rei, tamen concludi videtur, non prodeſſe tertio depoſitiones teſtium inter alios factas, & ibi Viſcont. multos cumulat Doctores.

Teſtes examinati in tota cauſa, & etiam in primo, & ſecundo beneficio an computabuntur intra numerum præfixum, vt non recipiantur vltrà quadraginta, aut quinquaginta teſtes, iuxtà Pragmaticam, fuit deciſum, quòd ſic, Reg. Rouit. in pragm.51. de offic. S C.

Teſtes repetendi an ſint per Examinatorem interrogandi, & eorum dicta per extenſum redigendi, an verò per viam ſimplicis repetitionis ſe referendo ad priorem depoſitionem in alia, vel in eadem cauſa factam, vel ad reuelationem excommunicæ, fuit deciſum, eſſe interrogandos, & eorum dicta per extenſum redigenda, Reg. Rouitus in pragm.9.num.23. de ordin. iudic. licet contrarium tenuerit in facto Carau. in ritu 72.num.14.

Teſtes in cauſa producti, ſi vti ſuſpecti redarguerentur per partem aduerſam, an illos præſentare teneatur, vt fidem facerent, fuit deciſum, quòd teſtes venirent, Io.Angel.Piſanell. in prag. teſtem falſum, nu.13. de falſis.

Teſtes an recipiendi ſint poſt publicationem in cauſa ſuper articulo præſentato per Reum cum clauſula Iudicis, quòd ſaluo iure impertinentiũ concernente contrarium, quod fuerat productũ, & verificatum ab altera parte; fuit deciſum, quòd non admittatur examen teſtiũ producendorum per reum conuentũ ad probandum contrarium, quod fuerat verificatum per actorem, quamuis eſſet ad concomitãtiam ſcripturæ, Afflict.dec.33.Grammar.deciſ.95. nu.5. Sigiſmund. Scacc. de Iud. cauſ. ciuil. & crim.cap.100.nu.13. Caroc.dec.caſ.49.nu.19.

Teſtes examinati parte non citata ad videndum iuramenta an ſint validi, videtur concludi, quòd non, Afflict.deciſ.39. nu.3. & latè in deciſio.47. de qua meminit Marant in tract. de multipl.alien.n.257.Tapia in ritu 143.Muſcat. in pract.S C.p.5.gloſ.iuramenta.n 10. & 14.

Teſtes an poſſint induci poſt publicationẽ, ſi inſtrumentũ productum fuerit, quod indigebat probatione teſtiũ ad concomitantiã, fuit practicatum, quod ſic, Afflict.dec.216.ſub.nu.5.

Teſtes examinati in cauſa in prima inſtantia an poſſint repulſari in cauſa appellationis; fuit deciſũ non eſſe concedendã repulſam contra teſtes examinatos in prima inſtantia niſi vellet ipſos pars repulſare tãquàm falſarios. Afflict.deciſio 266.Campanil.ad Alber. Oliuam in ritu Archiepiſc.Cur.Neapol.ritu 33.n.15. Anna in ſing.442.vbi tradit, ità fuiſſe alias deciſum, & in alia cauſa oppoſitum, ob paupertatẽ litigantis, qui nõ potuit ſe defendere, Conat.pract.quæſt.c.18.ſub nu.5. Viuius in Sylua commun.opin.in opinione 926.incip.contra teſtes, ſub n.5 verſ.in contrariũ verò, Maſtrill.dec.Sicil.97.n.2.latè Iul.Cæſar Imbrian. in tract.de repulſa, conſid.3.nu.64.Riccius in collect. dec.610.& 834 Peregr.dec.Patau.146. nu.14.Muſcat.in praxi Sacr.Conſ.lib.1.par.3. gloſ.momentum.n.7.Reg.Rou.in prag.11.de ord.iudic.nu.10.Maſull.dec.55.nu.4.deciſ.62. & 157.citat Annam hic citatum, Alph. Collect 682. *Guazzin. in tract. ad defenſam in defenſ. 27. cap.8. num.9. in medio.*

Teſtes recepti, & examinati per Notarium aſſerentem, ſibi fuiſſe à Iudice commiſſum examẽ teſtium, an valeant, vt fidem faciant ob talem ſimplicem aſſertionem Notarij; fuit deciſum, nullam fidem facere, nec potuiſſe Notarium ſic de commiſſione aſſerere niſi per alium Notarium fuiſſet facta commiſſio, & ſucceſſiuè teſtes receptos non valere, Affl.deciſ.317. Maſcard. de probat. concl.1101.nu.9.

Teſtes duo deponentes de confeſſione extraiudiciali, hoc eſt vnum audiuiſſe in vno loco, alium in alio an coniungãtur, iuxtà doctrinam Caſtrenſ.conſ.378.& 276. fuit cõcluſum in S. C. quòd non, & ſic contra opinionem Caſtr. Affl.dec.364.n 3.Pereg.de fideicommiſſ.artic. 46.n.32.confeſſio iſta extraiudicialis per duos teſtes probari debet, ad hoc vt ſemiplenè probet, & ità iudicatum aliquando meminit Fab. de Anna in praxi obſeru.obſeru.3 iuramẽtũ, Viuius in Syl. comm.opin.in opin 945.incip. teſtis vnus, nu.7. Puteus dec.Rom.476.par.2. Farinac.dec. Rom.10.& dec.24 centur.7. Camill.Lepid.dec.Lucenſ.diuerſ.107.col.5.Marcus Antonius Bellon dec.Genuæ 5 n.7. in fine, Ric.collect.dec.127. Cornaz.dec.Lucenſ. 68.n.10.Hieronym.Maril. dec.Ianuę.48 n.17. Ant.Fab.in eius Cod.tit.ſi cert. petat.defin.4. Franc.Monal.conſ.105.vol.2.n.3.& conſ.118. n.26.eod.vol.idem Ricc collect.dec.758.

Teſtes deponẽtes in fauorẽ Vniuerſitatis an ſint idonei, maximè ſi eſſent homines ipſius, adeò quòd in facto liquebat de altercatione certæ Gabellæ, & tractabatur de iure exigendi quod fuerat alicui à Rege conceſſum, contrarium tamen Vniuerſitate prætendẽte, & iuxtà communem diſtinctionẽ Doct. concluditur, quòd

quam

quãdo adeſſent aliqua, quæ probari nequeunt, niſi per eoſdemmet homines, vt putà electio per illos de Collegio, tũc erũt legitimi teſtes, quando verò eſſent aliqua, quæ de ſui natura per alios verificari, & tunc aut negotium illud principalitèr ſpectandũ eſſet ad Vniuerſitatẽ, quatènus ad commodum, & honorem ipſius, tunc eſſent idonei, quando verò commodum ſpectatet ad ſingulos de Vniuerſitate, vt in materia . . . . . . & aliorũ, tũc ſecus eſſet, & propterea attẽtis prædictis fuit votatum in S.C. nõ eſſe tantã vim faciẽdã teſtibus Vniuerſitatis, ſed potius dictis teſtiũ productorum pro parte conuenti deponentiũ cõtrarium, & ſic contra Vniuerſitatẽ fuit deciſũ, Affl.dec.400. Marta voto 199. Ioſeph Seſſe dec.Arago.196. Phicar.inter commun.opin. tit.de probat. & præſumpt. nu.106. Farin.de oppoſ.cõtra teſt. q.60.n.471. cũ ſeq.Anton.Gabriel.lib 1.tit.de teſtibus, concl.4.n.3. Vin. in Syl.comm.opin. in opin. 916. incip. teſtibus Vniuerſitatis, in verſ. aliã etiã reperio, Ricc. in coll.dec.701. Triuiſ.dec.Venet.35.lib.1. Maur.Senior allegat.62.nu.10. *Alex.Trentacinq. Var. Reſ. lib.2. tit.de teſt. Reſol.1.nu.10.& Reſol.4.in princ.*

Teſtes omnes de Vniuerſitate deponentes pro Vniuerſitate an admittantur; fuit deciſum, quòd non, ex quo ipſa Vniuerſitas cenſetur deponere, vt tradit Vrſill.dec.376.ſub num.4.

Teſtes abſentes, qui debent corã Iudice ſe perſonalitèr præſentare, cuius expenſis debent venire ad ſe repetendum; fuit in Regia Camera deciſum, ſumptibus petẽtis, Vrſill.dec.137. ſub.n.6.Ricc.in praxi Eccl.dec.441.in princ.

Teſtes deponẽtes quòd Titius ſemper poſſedit, & continuè poſt mortem Sẽpronij, & in veritate poſſedit poſt mortẽ, licet ipſe Titius ſucceſſiuè poſſederit, an ſint de falſo redarguẽdi; cõcluditur, quòd nõ, & multis rationibus ſaluantur per Capyc.dec.37.Fuſc.ſing 55.lit.D.

Teſtes citati, & producti in cauſa ad inſtantiam vnius partis an poſſint cogi ad inſtantiam alterius ad deponẽdũ, cõcluditur, vt tũc teneatur pars teſtes producens examinari facere, quãdo iuraſſet teſtis ille, ſed ſi iuraſſet, & non fuiſſet examinatus, altera pars poterit illũ examinari facere, & ità explicatur dictum Innoc.in cap.præſentiũ, de teſt.Capyc.dec.39.Anna in Sing.510.teſtis, dicit, fuiſſe deciſũ, quòd ſic in S.C. vt infrà verbo teſtis, & vtroſquè allegat Tapia in ritu 87.itẽ ſeruat ipſa Curia, quòd citatis, Flam.Carthar.dec.Genuæ 106.nu.9. vbi ait, fuiſſe ibi deciſũ iuxtà prædictã deciſionẽ, Reg.Rou.in pragm.9.de ordin.iud.n.4.Vrſill. dec.216. nu.10. Muſcatell.in praxi S.C. lib 1. par.5.gloſ.citati, nu.22. Hieron.Marilian.deciſ. Ianuæ 41.vbi tradit, ita fuiſſe deciſũ in dicto Senatu, *Nouar.lib.2 quæſt.forenſ.q.15.nu 7.*

Teſtes noui an poſſint examinari ab vna ex partibus litigantibus alia inuita, ſi facta publicatione teſtium coràm Arbitris, expiratoquè compromiſſo, & cauſa introducta coràm Iudice, & coràm eo haberet terminũ ad faciẽdas probationes; fuit deciſũ quòd dicta pars non poſſit producere teſtes ſuper veteribus articulis, ſed ſuper nouis, ſi voluerit, dummodo articuli non ſint de directo contrarij articulis veteribus alterius partis, Capyc.deciſ.47.

Teſtes prętẽſi falſi cõtumaces an cõdemnari debeant ex eodẽ proceſſu, ſi nõ appareret, quòd falsũ depoſuiſſent; fuit deciſũ, quòd pars producẽs teſtes ipſos, cõtra quos prætẽditur falſitas teneatur eos pręſentare, aliàs eorũ depoſitionibus nulla fides habeatur. Capyc.dec.60. Baiard.ad Clar.in §.falſum, nu.62. Horat. Ronat. deciſ. Lucenſ. diuerſ.64. Foller. in praxi Crim.Rub.item quòd commiſ.falſit.nu.43.

Teſtes præſentes citati in locis extrà Ciuitatem degẽtes nominati, articuliſquè pręſentatis infra terminum an poſſint examinari etiam poſt terminum elapſum, fuit deciſum, quòd actor reintegretur ad examinãdum, Capyc.dec.90. vſquè ad nu.4. Iul.Cęſar Imbrian. in tract. de repulſ. repulſę, p.1. conſid.1.nu.83.

Teſtes an compellantur venire ad locũ Iudicij, ſi reperirentur abſentes in cauſa ardua ciuili, & cuius expẽſis; fuit deciſũ, quòd teſtes omnes pręſentes infirmi, aut alitèr impediti veniant ad locũ Iudicij sũptibus partis id petẽtis, pro quibus deponere habeat pecuniã, Capyc.dec. 90.n.4.& ſeq.Farin.de oppoſ.cõtra exam.teſt. q.78.n.233.Maxill.in Conſuet.Bari.rub de dilat.n.38.in fine, Carol.Tapia in Conſt.Lite legitimè, Rota Bonon.Petr.Benint.cõcl.74 n.4. Muſcat.in praxi S.C.p.5.gl.ſuſpectorũ, n.12.

Teſtes aſſerentes ſe aliter, vel nõ ità dixiſſe, & ſic cõtra Notarium an valeant eorum depoſitiones, vel operentur, vt de falſo principalis puniatur, diſtinguitur, quòd in criminalibus magis ſtatur dictis teſtiũ, quàm Notarij ſcribentis, quod intelligitur quòad cõdemnationẽ, nõ quòad inquiſitionẽ formandã, vel torturã inferendã, in ciuilibus autẽ è contra, ſtatur magis dicto ſcribentis, quàm teſtibus, cùmque in occurrẽti caſu non omnes teſtes id aſſerebãt, ſed aliqui ipſorũ, propterea nulla habita de ijs ratione fuit principalis abſolutus, Capyc.deciſ.94. Clarus §.falsũ, n.11. Horat.Marcheſ. in addit.ad Tartagl.in Margar.fiſci, c.10. incip. credo te nõ ignorare, Petr.Caball.cent.2 caſu 183.n.3.reſ. crim. Farin in eius praxi crimin. tit.de falſit.& ſimul.cont.q.158. p.2.n.202. Ioſeph de Seſſe dec.Arag.107. Ric.coll.dec.651.

Teſtes de Vniuerſitate deponẽtes in fauorẽ Vniuerſitatis, quãdo vtilitas nõ totalitèr in beneficiũ Vniuerſitatis tẽderet, ſed ipſorum Ciuiũ an probent, dùm fuiſſet probata per Monaſterium conuentum poſſeſſio fidæ, & diſſidæ paſculandi in nęmoribus eius, ac detinẽdi ibidẽ eius animalia, & contrarium per Vniuerſitatem verificatum, fuit deciſum per Sacrum Conſilium in beneficium ipſius Vniuerſitatis, Gramm.cõſ.ciuil.77.ęterni numinis pręſidio.

Teſtes ad futurã rei memoriã ad actoris inſtãtiã an poſſint examinari, ſi reus diſceſſurus eſſet ex cauſa neceſſaria, & non teneatur dimittere procuratorẽ, fuit concluſũ in Regno Siciliæ, rem ipsã eſſe cõponendã, quòd intra quatuor menſes nihil fieri poſſit, niſi examinari facere teſtes exiſtentes in periculo mortis, & poſt quatuor menſes examinari oẽs teſtes ad futurã rei memoriã, & etiã procedi in cauſa principali,

cipali, put iuris Capyc. dec. 123. à n. 6 ad finē.

Teſtes ciues habitantes in Terra, quæ litigat cū Barone an admittantur contra Baronē, quando conſpirati eſſent cōtra ipsū, concluditur, quòd non, & ità fuit deciſum, & in alia cauſa, vt tātùm Clerici, & Monaci admittātur, & ità in alijs cauſis fuit pluriès deciſū, Anna ſingul. 82. Ciues, Ricc. collect. 269. & 701. Maſull. ad Capyc. dec. 4 n. 2. Viſcon. & Amend. ad Franc. dec. 197. Reg. Rouit. in prag. 1. n. 27. de atb. *Cutell. dec. Siciliæ 25. in fine, verſ. quò verò.*

Teſtes, qui ſunt cuſtodes agrorum, & portarum ſunt viles perſonæ, & eis non creditur ſine teſtibus, vt fuit deciſum bis in S. C. Anna in ſing. 122. Cuſtodes, Maſull. ad Capyc. dec. 194. in fine, Carrab. de Synd. par. 2. nu. 184. *Nouar. de Grauam. Vaſall. tom. 1. grauam. 57. n. 2.*

Teſtes ſi nō reperiūtur repetiti poſt publicatū in cauſa criminali, etiā ad inſtātiam partis, repeti poſsūt dicti testificatis, & infrà quindecim dies non poterit differri, iuxtà prag. & ità fuit deciſum in S.C. Anna ſing. 423. publicatio, Maſull. ad Capyc. dec. 15. nu. 4. Reg. Rouit. in pragm 2. nu. 4. de refren. teſt. Carrab. de ſynd. p. 2. n. 28. Petra ad Gramm. dec. 28. *Alex. Trentacinq. var. reſ. lib. 2. tit. de Prob. Reſ. 4. n. 63.*

Teſtes deponentes, memoriam hominum extare præferuntur alijs deponentibus, memoriam hominum non extare, & ità fuit deciſum in Regia Camera Summariæ, Anna ſing. 511. teſtes, Ricc. in collect. dec. 673.

Teſtes quando debent examinari per Cōmiſſariū cauſæ, cuius expenſis erint examinandi? fuit deciſū in S.C. expenſis petētis, vndè fuit factū depoſitū, Anna ſing. 519. teſtes, Tapia in Conſt. In pecuniarijs, Ric. dec. Arch. 108. p. 2.

Teſtes examinati parte non præſente, nec non per contumaciam abſente, an probent, ſeu iure ſubſiſtant; fuit deciſum in S. C. quòd non, Gramm. in ritu M.C.V. incip. item ſi, in rub. teſtium 19. fol. 155. ater.

Teſtes deponētes ſuper verbis teſtamēti, quamuis cōcordes eſſe debeant, vt probēt, ſi in verbis eſſent diſcordātes, licèt in re, & effectu cōteſtes, an probēt pro teſtamēto, & ſic pro legatario; cōcluditur, quod ſic per Gramm. cōſ. ciu. 52. in Chriſti Saluatoris nomine, & ità fuit in Magna Curia Vicariæ iudicatū, idē Grām. cōſ. ciuil. 50. in Ieſu Chriſti Redēptoris, n. 42.

Teſtes deponentes aduerſus obligationem ſtipulatam pęnès Actuarium, in qua vir, & vxor ſe obligauerant ſpontè iuxtà aſſertionem Actuarij, quamuis vxor eo tempore antè obligationem receſſerat fugiendo à preſentia viri, qui redeundo ad Cameram euaginato enſe acceſſerat ad eum, quarè ſtipulatio obligationis interceſſerat, ſi querulati eſſent de falſa aſſertione, & deindè carcerati, an iure id licitò detineri debeant, attenta veritate negocij ſic geſti fuerunt per M.C.V. liberati, Grammat. conſ. crim. 30. incomprehēſibilis Dei auxilio.

Teſtes an cenſeātur dubij, & cōtrarij, ità vt puniri poſſint, ſi depoſuerint, feciſſe aliquē vnicum actū in aliquo loco, & demùm examinati in articulis idē cōcernentibus depoſuerint, actū prædictū nullo modo feciſſe, quia nō euenerat caſus; cōcluditur conſecūda depoſitione generali reſtringi ad ſpecialē, hoc eſt actū nullum feciſſe, niſi ſupradictū, & ità fuerunt per S.C. liberati, nec amplius moleſtati, Gramm. conſ. crim. 33. redemptoris gentium pręſidio.

Teſtes deponētes, illos de tali familia eſſe Vaſallos Eccleſiæ, & per Baronē oppoſitū probatū fuit, an falſi iudicētur, attenta regula, quòd indefinita in teſtibus nō æquipollet vniuerſali; fuit per M. C. V. facto verbo in Collaterali Conſilio decretum, & concluſum, minimè dici poſſe teſtes falſum depoſuiſſe, verùm ex eorū depoſitionibus dari materiam Iudici ad inquirendum in alterutrum. Grammat. voto 26. Saluatoris Mundi ſuffragio, & in dec 60. nu. 5.

Teſtes ciues licèt admittātur in cauſis Vniuerſitatis reſpiciētibus ſingulos, vt vniuerſos, nō tamē admittūtur in cauſis concernētibus materiam paſcuorū, in quibus Ciues ipſi emolumentū percipiunt, & ſi non principaliter, ſed conſequutiuè, vndè repulſio à teſtificādo oritur, quòd teſtis repellitur à teſtimonio, nō tātùm quādo principalitèr, ſed quādo cōſequutiuè cōmodū ſētiretur, & ità fuit olim iudicatū in Cōſilio Regis per Bartholomęū de Capua, vt refert Luc. de Pen. in l. in filijs, n. 5. col. 5. ver. quid autē ſi non principalitèr, C. de decurion. lib. 10. quē citat Franch. dec. 197. n. 10.

Teſtes ad concomitantiam ſcripturarum priuatarum an admittantur poſt concluſum in cauſa, concluditur, quòd non, immò nec poſt publicatum, vt fuit deciſum in S. C. Io. Angel. Piſanell. ad Afflict. dec. 272.

Teſtes deponētes ſuper cōſuetudine, deponere debēt de viſu actus, cuius conſuetudo allegatur, & de actuū frequētia, & tēporis diuturnitate, & quòd tales actus fuerint facti talitèr, quòd interuenerit tacitus cōſēſus populi, vel maioris partis, ex quo non ſufficit, teſtē deponere, tale cōſuetudinē eſſe. Dec. conſ. 42 n. 13. & 14. allegat Abb cōſ. 53. attingēdo, qui refert, ità fuiſſe iudicatum Neapoli, & ità ipſe Dec. firmat cōſ. 215. col 2. Pariſ. cōſ. 37. vol. 1. n. 37. & credo de hoc eſſe dec. Affl 321. n. 17. & 18.

Teſtes ſeptem in termino beneficij an rec piendi ſint ſuper quolibet articulo vltrà teſtes examinatos in primo termino, deciſum fuit per Sacrum Conſilium affirmatiuè, Io. Baptiſta Palomba in tract. de regim. official. in regul. 12. n. 17. aliæ deciſiones relatæ ſunt ſuprà eodem verbo refrenatio eiuſdem materiæ.

Teſtes ad futuram rei memoriam, qui interfuerāt in aliquo cōtractu an ſint recipiēdi, ſi fuerint per cōuentum citatum oppoſitum de exceptione hoſtica, fuit in cauſa Catharinæ Caracciolæ cū Comite Populi ad relationem M. C.V. deciſum per S.C. quòd recipiantur, quibus receptis ſuperſedeatur, ſtante exceptione hoſtica, Iacob. Anell. de Bottis in addit. ad d. Conſt. Hoſtici, incip. ad hanc Conſt. vide.

Teſtes poſt concluſionē cauſæ ſunt admittendi iuxtà Reg. prag. incip. poſt concluſionē, in antiquis, fol. 468 regiſtratam in nouis, ſub tit. de ord. iud. an poſt publicationē ſe reſtringat, vt procedere poſſit, fuit in S.C. iudicatū in cauſa Leonardi Comi, quòd ſic, Marc. Ant. Puluerin. in addit.

in addit.ad eandẽ prag.incip. poſt concluſionẽ.

Teſtes deponentes ſuper certo loco, qui aliter nõ fuerant in dicto loco, in quo factum erat ſubſequutum, nec eſſe potuerãt, quin viſi fuiſſent, an admittendi ſint, fuit in S.R.C. deciſum in cauſa D. Annæ Claricis Carafæ cum Principe Hoſtiliani, quòd non, Iacob. Anell. de Bottis in addit.ad Prag.contingit ſępè, in antiquis, fol.457. ſub tit.de capit.poſit. impert.in repulſ. incip. poſitiones impertinẽtes pone, nota quòd tunc.

Teſtes repetendi dùm extenduntur per Examinatorẽ non debet permitti, vt ſe referant ad priorem depoſitionem, in alia, vel in eadem cauſa factã, ſed ipſi interrogandi ſunt, eorumquè dicta extendenda, nõ per viam ſimplicis repetitionis, & ſic iudicatum in S.C. in cauſa Paſcalis Caputi conuenti ad inſtantiam Portiæ Balſamæ, referente Conſiliario de Põte, & iterùm priùs deciſũ patet in cauſa Hipolytę Ruffę cũ Marchione Vallis Siculæ, referẽte Conſiliario Montoya, Reg.Rouit.in prag.9.n.21. de ord. iudic. ſupra eod.ver.teſtes. *Reg.Sanfelic.dec.97 nu.3.*

Teſtes reprobati ab aduerſa parte aduerſus exceptiones oppoſitas infra biduum iuxtà Conſtit. Regni, an alij poſſint offerri elapſo dicto biduo, fuit iudicatum de facto in Regia Curia, quòd ſic, Barthol. de Capua in Conſt. Lite legitimè ſuper gl. verſ. quæro, ſi obtuli.

Teſtis falſus ſi appareat ex duabus depoſitionibus in diuerſis Tribunalibus habitis, quorũ aures offendi videntur, ad quẽ ſpectabit cognitio, ſi ipſe fuiſſet vaſallus alterius Baronis, fuit deciſum ſpectare ad eũ, qui præuen.t in carcerãdo, quãuis non eſſet eius vaſallus, Franch. deciſ. 582. *Danza de Pug.Doct.&c. tit.de deleg.t.2.n 41.to.1.*

Teſtis falſum deponens, non tamen principale negotiũ tangens, ſed aliquod acceſſoriũ an admitti debeat ad tolerabilem compoſitinnẽ, fuit deciſum, quòd ſic, Gramm.dec.43.& dec.60.num. 16. Carau. in pragm.4. de falſ.nu.110. *Ricc coll. 2176. p.6. Gallup. in praxi S.C. p.2. cap. 28. nu 52.*

Teſtis examinatus parte non citata ad videndum iuramentum, licèt ſit nullus, an conſulendum ſit, vt repetatur parte citata, concluditur, quòd ſic, benè verũ eſt, quòd in facto occurrenti erat concluſũ in cauſa, & facta cõcluſione clauditur os parti, vt nil ampliùs probari poſſit, Capyc. dec.35.n.7.Troy.in pragm.9.de exam.teſt.nu.3. Franch.dec.668.& 716.Gramm.dec.28.nu.6.

Teſtis ſubſcriptus in inſtrumento an compellendus ſit ad ſe ſubſcribendum mortuis alijs teſtibus, ipſo tamen viuente cum Notario, ſi dixerit ſe de hoc non recordari, Domini de Cõſilio habuerunt pro claro, quòd teſtis ilte non poterat compelli ad ſe ſubſcribendum, Capyc.dec.29.

Teſtis admiſſus ex interuallo ad inſtantiam partis ad corrigẽdum ſuam depoſitionem an probet; fuit votatum, quòd de tali repetitione an fieri potuerit, habeatur in deciſione cauſæ ea ratio, quæ de iure habenda erit, Capyc. dec.61. eum citat Viui. in ſyluacomm.opin.in opin.905. incip. teſtis oſtendens, num.2.

Teſtis falſus ſi fuerit contumax an per ipſam ſolã contumaciã puniri debeat de falſo iuxtà formã Reg. Pragm. teſtem falſum; fuit deciſum in S. C. contra votum M.C.V. quòd non, nàm fuit aliàs interpretatum, dictam Prag. procedere quando conſtaret, teſtem falſum depoſuiſſe, Gramm. d. Pragm. teſtem falſum, de falſis, ſub nu.15. Baiard. ad Clar.§. falſum, nu.126.

Teſtis Religioſus de variatione cõuictus an poſſit torqueri, vel puniri per Iudicem laicum, coràm quo depoſuit; concluditur, quòd non, Capy.deciſ.142.Clar.in §.fi.q.25.n 4. Farinac.de oppoſ. contra dicta teſt. num. 103. Ant. Gab. in lib.7. tit. de malef. concl.27.

Teſtis citatus ab vna parte an poſſit examinari ab aduerſario, & ſi nõ fuerit citatus ab eo; fuit deciſum in S.C. quòd ſic, Ann. in ſing.510. teſtis. Muſc.in prax.S.C.lib.1.p.5 gl.citati, n.22. ſupra eod.verb teſtes citati, *Guazzin.in tract.ad defenſam, in defenſ.25.num.5. & defenſ.28.nu.11. Thanuc. de in litem iurando. 3.par. memb.5. num.6.*

Teſtis falſum deponens ob defenſionem inquiſiti, licèt non tendat contra Fiſcum in cauſa, in qua veniret imponenda pœna mortis, ſcilicet naturalis nec ciuilis, ſed ad euitãdum, ne pro vulnere illato per inquiſitum puniretur; facta relatione in Coll. Conſil. fuit condemnatus ad remigandũ ad tẽpus, quamuis per priùs fuiſſet condẽnatus ad manus mutilationẽ, Grãm.vot.5. Saluatoris mũdi, Clar.§.falſũ, n.6.idem Gramm. in Conſt. Qui falſitatẽ, n.2. Farinac.in tract.de oppoſ.cõtra dicta teſt.q.67.§.1.n.19.Viui.dec,120. n.20.Petr.Cabal.reſol.crim.cẽt.2. caſ.165.n.24.

Teſtis varius in ſuis depoſitionibus factis diuerſo tempore, non tamen in concernentibus ſubſtãtialia depoſitionum, ſed per obliuionem temporis in cognomine alicuius, vel in die, an per hoc dicatur falſus, ità vt de falſo puniri debeat; fuit per M.C.V. deciſum, & cõfirmatũ decretũ per S.C. eſſe ipſum teſtem carceratum ſub fideiuſſoria cautione liberandum de ſtando iuri in forma, Gramm.vot.36. in Ieſu Chriſti Redemptoris, Ant.Gabr.lib.7.de malefic.concl.5.n.18.

Teſtis ab vna parte productus an poſſit ab eadẽ repullari, licèt de iure cõcludatur, quòd non, cùm videatur approbatus, tamen fallit, quãdo ex noua cauſa oriretur, vt putà ex inimicitia, vel ſi per corruptelam falſum depoſuerit, ſecũdùm quam limitationem S.C. iudicauit in cauſa occurrenti relata per Reg.Tap.in Ritu M.C.V. itẽ quòd facta publicatione, n.3.in opere Iuris Regni.

Teſtis deponens falſum coràm Iudice incompetenti, debet ab eo cognoſci, ex reg.tex.in l. nullum, C.de teſt.vt per Franch.dec.419.nu.8.ſubdẽtem, clauſulam priuatiuam afficere cauſã ſimilem cauſæ clericali, quod etiã in clericis extenditur, cõtrariũ tñ fuit iudicatũ in quodã ſubdito Magni Admirati non habere locum illã regulã, ex allegatis, vt ſuprà, quod intelligẽdũ erit, quãdo eſſet conceſſa iuriſdictio in certũ genus perſonarũ reſpectu exercitij, Reg.Tap.in prag.1 licèt vt vniuerſalis, n.23.vbi de crim.agi opor.

Teſtium examen quando factũ eſſet non dato termino, an erit habenda ratio illius; fuit deciſum, tale examen eſſe validum, adhùc non dato termino, comparẽte tamen parte, Franch. dec.628.

Teſtium repetitio in criminalibus an fieri poſſit, & ſi fuerit citatum ad dicendum; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.dec.716. vbi tradit practicam repetendi teſtes, Ricc.collect.dec.234.

Teſtium contrarietas, ità quòd pro vna parte vnũ dicunt, & pro alia parte cæteri deponunt contrarium non ex hoc induci poteſt ad falſitatem, ſed potiùs repugnantia dicitur, ità quòd curſus cauſæ nequit impediri, vt latè proſequitur. Grãm.dec 60.& Farin.in eius prax.crim. tit.de var.ac diuerſ.qq.in 100.quæſt.cap.2.n.93.& ſeq.

Teſtium dicta an probari poſſint prætextu falſitatis, dum propter corruptionem falſum depoſuiſſent, etiam facta publicatione in cauſa, S.C. iudicauit, poſſe etiam reprobari dicta teſtiũ corruptorum, Reg.Tap.in Rit.M.C.V.73.itè quòd facta publicatione, num.5.in opere iur. Regni.

Teſtium audientia regularitèr non debet cõmitti in partibus, licèt ex qualitate facti.& ex perſonis quandoq; committatur, & ad hoc eſſet cauſa paupertatis ſufficiẽs, vt fuit determinatũ in cauſa Ioa.Leonardi Pariſij per S.R.C. & fuit cauſa cõmiſſa Io. Antonio Certa Procuratori Fiſcali tũc in Prouincia Calabriæ, Ioa Franc.Scaglion. in prag 9.de ord.iud.aliàs incip. reſpõſionibus, de examin.teſt.& eorũ examin.in antiquis, n.15.

Titulatus ex ſanguine Regio prouenieñs licèt præcedat oẽs alios Titulatos, etiã Titulo maiores, vt fuit deciſũ, & ſeruatũ cum Duce Montiſalti, vt referr Frec.de ſubfeud.lib.3. in q. de præcedent. n.47. quem citat Reg.de Pont. in tract.de Pot.Proreg. tit.7.§.5.n.6. an pręcedat habentes ſeptẽ Regni officia; fuit deciſũ in fauorẽ ipſius Ducis, tãquàm ex Regali ſanguine dependẽtis, vt idẽmet Regens refert vidiſſe decretũ in Archiuio ſupremi Conſilij Italiæ, Ricc. in collect. dec.674. contra ipſum allegauit Ann.alleg.131.

Titulatus ſi feudum filio refutauerit an præcedere debeat cæteros Titulatos, quemadmodùm per prius præcedebat; fuit deciſum, quòd licet adhùc retineat nomen Tituli, tamen erit poſterior omnibus alijs Titulum poſſidentibus in actu, vt in pluribus caſibus contigit eſſe ſeruatum, relatis per Reg. de Pon. in tract. de Pot. Pror.tit 3.de elect.Official.§ 8.nu.19.

Titulus an oſtendi debeat per actorem inſtante reo excipiente defectum tituli; concluditur, quod ſic, licèt non fuerit deciſum, ex quo fuerat verificata intruſio beneficij, Capyc.dec.6 Ricc. in collect.dec.61.& 889 Fulc.ſing.100.lit.C.

Titulus de ſeparationibus an locum habeat in feudis; concluditur, quod ſic, licèt contrarium fuerit deciſũ, Ann.alleg.30.& ibi Fab Filius in nouiſſ addit. refert, ità fuiſſe deciſum in feudis nõ habere locũ, eum citat Georg.in alleg.18.Dominus Fabius, nu. 37. vbi in ſimili cauſa per eum examinata ait, articulũ in S.C.fuiſſe iunctis aulis diſcuſſũ, & habitũ pro abſoluto, de veritate articuli, & cõcordantia vtriuſque opinionis Reg. de Põt.in tract.de Poteſt.Proreg tit.8 de refut. feud § 8.latè proſequitur.*Io.Bapt.Biloct in concl. feud.cõcl.46 n.3 Reg.Hector Capy.latro dec 44 n.7.*

Titulus ſuę poſſeſſionis an oſtendere debeat poſſidens aquam natam in ſuo territorio, fuit deciſum, reuocato decreto cõpulſorio ad oſtendẽdũ titulum eſſe concedendum terminum ad probandum incumbentia vtriuſque cauſæ, Ann.alleg.68 & 79. Nunt. Tartag in prax. M.C.V. ciuil.cap 3 nu 56. Ricc in collect. dec.727. & 61. Matt.voc.181.nu 45. *Cutel.dec.Sicil.2.nu.14.*

Titulus ſuæ poſſeſſionis, ſeu Caſtri ab altero poſſeſſi an oſtendi debeat, ſi ageretur rei vendicatione; fuit pluries deciſũ, quòd ſic, ſecus ſi ageretur pro recuperanda poſſeſſione, Frec.de ſubfeu.lib.2. in differen.feud.regal in differen 46.

Titulus ſuæ poſſeſſionis an debeat oſtẽdi per poſſidentem territorium ſiſtens in pertinẽtijs Podij Regalis, inſtãte Regio Fiſco, fuit facto verbo in Collaterali Conſilio datus terminus in cauſa, & proceſſũ ad vlteriora, Grãm. in Conſt.Ab Officialibus noſtris, in princ.& in Cõſt.Si dubitatio, col.2.verſ.& dùm in cõtingẽtia, vbi refert, fuiſſe ſuper hoc proceſſum compilatum, in quo Fiſcus, & partes produxerunt eorum iura, nec fuit cauſa expedita, quamuis inclinari videatur in fauorem conuentorum, vt non teneantur oſtendere titulum. *Cutel. dec. Sicil.4. nu.2.*

Titulus ſuę poſſeſſionis oſtendere an cogendus ſit conſtruens molẽdinum in aquis publicis, Fiſco inſtante; fuit deciſum in R.C.S. eſſe cogendum ad exhibendum titulum ſuæ *poſſeſſionis*, Grãm. in conſ.crim.9. Redemptoris gentium, &c.

Titulus ſuæ poſſeſſionis an oſtẽdi debeat per ſpoliatũ aliquo Caſtro de facto, & ità in iuriſdictionalibus pendente iudicio poſſeſſorio ad inſtantiã ſpoliantis, qui oſtenſio titulo poſſeſſionis liti cedere annuebat ad finem liberandi; fuit deciſum, quod non, & ità iuxtà vltimam opinionem; nam licèt fuiſſet in narratione facta mentio tituli, tamen actor in concluſione non ſe adſtrinxerat, niſi ad ſimplex poſſeſſorium, quarè concluſio erat attendenda, Minad.dec.1. Antonius.

Titulus putatiuus an ſufficiat ad fructuum acquiſitionem; fuit deciſum, quòd non, Vtſill.dec.240. ſub nu.6. eum citat Viui. in ſylua comm. opin. in opin.83. bona fides, nu.3.

Torquens reum indebitè & ſi vti Commiſſarius cũ præeminẽtia M.C.V.fuiſſet deſtinatus per Reg. Collatèr.Conſil.qua nãm pęna ſit puniẽdus; fuit per M.C.V.cõdemnatus quidam Commiſſarius Collateralis Cõſilij deputatus cũ dicta præeminentia ob torturã indebitè reo illatã ad relegationẽ in Inſulam per S.E.eligendam per certum tempus, & ad intereſſe partis, Franc.Carrabb.in tract.de Præemin.M.C.V.n.43.*eundẽ citat Episc. Ricc.coll.2264. in fi.* Hinc corollariè infertur ad caſũ mihi propoſitum ijs diebus præteritis hucuſq; à nemine tactũ, ſi tortura teſtibus illata à Cõmiſſario Coll.Conſil cum præeminentia, qui poſt torturã proteſtati fuerunt coràm teſtibus depoſuiſſe per vim, & metũ, & ità corãm Superioribus expoſitũ, & verificatũ Commiſſarij exceſſum, remiſſa inſupèr prædicta cauſa Baroni, nùm repeti poſſit tortura cõtra dictos teſtes, & cõcluſiuè negandũ eſſe affirmo, cùm ſolius Principis ſit torquere ex proceſſu informatiuo, Capibl.in prag 8.n.51.de Baron.p.1.quod Baronibus denegatũ eſt, niſi in ſpecie eis cõceſſũ ſit in certis criminibus, vt ſubdit ibi Capibl.nu.52.& ſic attẽditur ordo iuris in prædictis, nã ſi teſtis fuerit examinatus vti principalis in ſe, & teſtis in alios, tũc nõ poſſet procedi ad torturã, nõ datis defenſionibus, ſin autẽ ſimplicitèr vti teſtis examinaretur, ſecus eſſet, ſtãte varietate eius depoſitionis, niſi rationabilẽ cauſam allegaſſet. ità Foller.in prax.crim.rubr.capiat inform.nu.38.

prete-

Digitized by Google

p̄tereà quatènus habeat Baro præeminentiā ipſā ſibi cōceſſam, dū ſemel ipſa tortura ſic fuerit ex præminētia illata, nequit iterùm inferri ex proceſſu informatiuo, vt cōcludit Grām.cōſil. crim.64.nu.9.& 12.quod ſi in principali procedat, quantò magis in teſtibus procedere debeat, audiui poſteà, negotiū principale cōcordatum fuiſſe, nec vlterius p̄ſequutū.Io.Bap.de Thoro.

Torqueri an poſſit liber homo ex proceſſu informatiuo, cùm ſit bonæ conditionis, famæ, & vitæ, non exiſtentibus legitimis indicijs, Principe ſic mādāte, cōcluditur, quòd nō, & ità in facti contingētia fuiſſe obſeruatū refert Grām.in Conſt. Proſequētes, n.19.de quo facit mentionē idē voto 32.Redēptoris humani generis auxilio repetito, Vrſill.dec.391.de quo per Farinac.in tit.de indic.& tort. q.37.n.74. Scaccia in tract.de iud. cauſ.ciuil.& crimin.c.97.n.88.verſ.iuxtà hęc requiſita, Viu. in Silua commun.opin.in opinione 638. Princeps.nu.8. latè idem Farinac.in tit. de pęn.tēp.q.97.caſ.2. inſpect.2. *Ric.coll.2263.p.6.*

Torqueri an debeat inquiſitus de homicidio, ex quo altitit armatus dùm cōmitteretur homicidiū, quod fuit per quinque teſtes probatū, & ſi in defenſionibus eſsēt quodāmodò reprobati, ſeu repulſati, & exiſtēte etiā fama publica verificata ac dèpoſitione vnius teſtis ſubornati, nè ſe examinaret, ſed potiùs latitaret, & ſi cōtingerit examinari, negaret eius depoſitionē aiiàs tactā, fuit prouisū in Collat.Cōſil.eſſe torquēdū.Gramm. conſ.crim.1.tremendi Dei ſuffragio poſtulato.

Torqueri an poſſit inquiſitus de aſſaſſinio, ſi per depoſitiones duorum teſtium fuerit verificatū, ipſum inquiſitum requiſiuiſſe vnum ex teſtibus de ſocietate ad committendum homicidiū, oblata pecunia, ſtante etiam inimicitia mandātis; & occiſi, ac ſecreta loquutione mandantis, & mandatarij, & demùm inquiſitus in quadā nocte fracto enſe domum redijt, & eadem nocte cōmiſſi delicti enſem in loco delicti fractam comparauerunt; fuit per M.C.V. ſuperſeſſum in tortura. Gramm.in conſ.crim.3.in Ieſu Chriſti nomine.

Torqueri an poſſit fur exiſtentibus contra ipſum pluribus indicijs, ſcilicèt grauitate furti, cum ſcaſſatione, noctis tempore, fama publica cōtra ipſum, mutatione coloris, furis mendacio, qualitate loci proximi ad furti locum, in quo erat ipſius habitatio, paupertate ipſius, leuitate vitæ, mala conuerſatione, frequentia delictorū in Ciuitate, ac eius confeſſione, alliciſſe in furto alios nominando, qui capta informatione aufugerūt, fuit demùm tortus, & remiſſa cauſa per M.C.V. ad eundem Iudicem tanquàm benè prouidentem, nec grauantem in aliquo, Gramm. conſil. crim.17. conditoris machinæ.

Torqueri an poſſit inquiſitus de vulnere illato in faciem alicuius, ſi conuictus fuerit per teſtes de viſu, & eſſet Doctor in actu legens, & fuerat Iudex in M.C.V. & Electus in Ciuitate Neap ratione priſtinæ dignitatis fuit per Coll. Conſil. decretum, quòd non, Gramm.vot.1. redēptoris gentium, Aſcan.Clemen.de pat.pot.effect.3 n 5.

Tortura ex proceſſu informatiuo contra Neapolitanos vigore priuilegiorum inferri nequit ſine ſpeciali mandato Proregis, communicatoq; Conſilio cum Regētibus, præuia relatione M. C.V.in ſcriptis de cauſæ atdultate, ac indicijs, ſi à decreto torturæ appellaretur ad S.C.an per idem S. C. ſup tali appellatione poſſit cognoſci, non obſtantibus capitulis allegatis; fuit deciſum, talem cognitionem ſpectare ad Proregē modo, quo ſupra, nec aliter S.C.in prædictis ſe intromittere debet, ſed tantùm circa cognitionem, an extent indicia, vel non extent, Franch. dec.143.Baiar.ad Clar.§.fi.q.64.n.89.Io.Grād. de Bell.exul.q.1 tit.de quantitate, nu.23.Ricc. coll.dec.641.Hieron.Maril.in repet.l.quoties, C.de rei vend.poſt num.806.fol.117.*Nouar.de Grauam.Vaſall.to.1. Grauam.373.*

Tortura an de iure inferri poſſit ex proceſſu informatiuo inquiſitis, non datis defenſionibus; fuit concluſum, quòd contra inſignes latrones, diſrobatores ltratarum, incendiarios, violētes raptores, & committentes varia crimina, contra quos laborat infamia procedi poſſit iuris ordine non ſeruato, & ſic ex proceſſu informatiuo ad torturā propter terribiles caſus licitū eſt iuſtas leges tranſgredi, Affl.dec.391.Grām. conſ.crim.64 & vot.30.n.24.Farin.de indic.& tort.q.39.n.31.Foller.in Conſt.Item dura, n.3. Conſtan.Pap.in opuſc.præm.M.C.V.c.3.nu. 68.Io.Gran.de Bell.exul.tit.de qualit.q.1.nu. 13.Lud.Carre.in pract.crim tit.de indi.& tortur.verſ.quæ autem, & qualia, n.17.Maſtril.dec. Sicil.191.Hiero.de Mont.in tract de fin.regen. c.108.Hier.de Laur.dec.Auenion.15.n.3.Ric. in coll.dec.641.*& coll.2263.p.6.* Maur.Burg.in tract.de mod.proced.ex abrupto q.64.num.5. *Guaz.in tract.ad defenſā in def.21.c.1.n.1.& ſeq.*

Tortura, vel pęna an inferenda ſit ſeruo procurāti occidere Dominum, quamuis non cōſtaret, niſi per vnicum teſtem deponētē, pluries fuiſſe requiſitum à ſeruo, vt præſtaret auxilium ad fugam, ex quo volebat occidere Dominū, offerēdo ſibi pecuniā Domini nō fuit deciſum, licèt ſimpliciter in voto perſiſtatur, vt damnaretur ad triremes per annum, vel bienniū, vel ad fuſtigationem, & hoc quādo conſtaret pluſquā ſemiplenè, ſed in caſu iſto, quia tātū ſemiplenè conſtabat meliùs eſſet, nec abſoluère, nec condemnare, ſed à carceribus ipſum liberare, Capy.dec.126.Capibl.in prag.6.n.43.de Baron.

Tortura an ſit reiteranda inquiſito de homicidio per teſtes de viſu etiam mulieres conuicto, & ſi fuerit per teſtes conſanguineos probata inimicitia teſtium ex aduerſo, non tamen ſpecificata ſpecie inimicitiæ; fuit tandèm iterùm tortus, & licèt eneruaſſet indicia, attamē probationes de viſu per torturam, quia non in totum purgauerat, vndè ipſo perſeuerante in tortura, fuit per quinquennium condemnatus ad remigandum, Grammat.conſ. crim.12.

Tortura an ſit inferenda aſſaſſino, contra quē extant indicia .ſ.inimicitiæ, famæ, & confeſſionis mandatarij, ac ſuſpitionis, cū mortuo ipſo occiſo vſufructuario certæ rei conſolidaretur vſusfructus proprietati mandātis, non obſtāte, quòd circa inimicitiam non eſſet cauſa probata, ſed reconciliatio, & quòad famam cùm non eſſet plenè probata iuxtà iuris præceptū; verū circa affectionem mandatarij attenta eius mala vita, pluribuſq; criminibus obnoxia, & publica

fama contra alium potiùs inſurrexerat; fuit p M.C.V. decretum, inquiſitum eſſe liberandum ſub fideiuſſoribus citrà torturam,& ſi delictum eſſet enorme, in quo iura tranſgredi poterant, id tamen procedi videtur in condemnando, non autem in procedendo, Grãm. vot.34. Tremẽdi Dei preſidio, Iul.Clar.lib 5.§.1.n.10. Boer. dec. 69.n.14.& dec.319 n.3. Farin. in tit.de indit.& tort.q.44.nu 19. Theſſaur. dec. Pedem.23, nu.7. Ioach.Mynſing.ſingul. obſer. cent.5. obſer.46. Fran.Monal. conſ.1. nu.1. Claud. Tutius alleg. 45.nu. 20. Gutier conſ. 35.

Tortura an inferri poſſit inquiſito de venenatione, quæ non conſtabat, niſi per famam,& alia indicia, ſignantèr per confeſſionem extraiudilem inquiſiti, nõ tamen facta inſpectione cadaueris, ob ipſius corruptionem; fuit iudicatum; quòd ſit inferenda in certa Curia Regni, & admiſſa appellatione ad M.C.V. fuit decretũ prędictum confirmatum, Io. Berard. Muſcat. in eius pract. crim.tit.de cognit, ſeu prob.delict. in genere, in proęmio operis, nu. 42.

Tortura an poſſit inferri ex proceſſu informatiuo vigore præeminentiæ M.C.V. ab eademmet M.C. contra milites, cuiuſuis ſint nationis pro omnibus criminibus talem torturam merentibus; concluditur, eſſe ordinariè procedendũ ad inſtar Ciuium Neap. & itã pluriès obſeruatum vidiſſe refert Mutius Surg. in annot. ad opus eius Fratris de Neap.Illuſt.cap.16. ſub n.25.fol.341. verſ.hinc eſt, quòd in milite,& in ſeq.f.343.verſ. quod autẽ, paulò ante refert, ipſo Fiſci patrono exiſtẽte fuiſſe denegatã talẽ pręeminẽtiã Iudici Militũ, ſed tãtùm cõmpetere M.C.V. quatẽ facta relatione in Coll.Conſil. nulla habita ratione de dicta præeminẽtia per Iudicẽ Militũ pretẽſa fuit conceſſus terminus militi, vt ſe defẽderet.

Tortura de iure cõmuni non in omni cauſa,& delicto infligitur, ſed tantũ in delictis grauibus, atrocibus, ac in cauſis, in quibus agitur de pęna criminali corporali, non autẽ pecuniaria, iuxtà cõmunẽ opinionẽ DD. relatorũ per Farin. in tit.de indic.& tortur. q.38.nu.6.& q.42.nu.3. vbi annuit in prin. regularitèr in omnibus cauſis,& criminibus inferri poſſe torturam, in quibus à iure expreſſũ contrariũ prohibitũ nõ repefitur, & quamuis tenere videatur ibi ſub nu. 21.& ſeq. poſſe inferri ẽt in leuioribus delictis, ſed hoc contra viles perſonas, nõ autẽ nobiles, demùm concludit, id de iure non poſſe procedere n.24. ſed quicquid ſit Nos Regnicolæ habemus particularẽ legẽ Regni, qua diſponitur, vt in omnibus criminibus pęnam vltrà relegationẽ imponentibus tortura locũ vẽdicet, vt in Cap. Regni Tormenta, vbi n.13. Campag. notat, illud cap. modificare Ius cõmune, quia de iure cõmuni in omni cauſa tortura locum habebat, ſed per iſtud cap. modificatur, adeò quòd dũtaxàt in dictis criminibus pęnã vltrà relegationẽ infligentibus infertur, iis ſic reſolutis dùm fuiſſet dubitatum, an pro percuſſione facta in faciẽ cum cicatrice locũ habeat tortura, & illud primo examinandum duxi, qua nàm pœna tale delictũ puniretur, de iure communi non reperitur determinata pœna, licet videatur eſſe arbitrio Iudicis remiſſa, attẽta qualitate perſonarũ, loci, tẽporis, & aliorũ, §. atrox, Inſt. de Iniurijs, & talis pœna Iudicis arbitrio collocata vſq; ad mortem extẽdi de iure poterit, §. in ſumma, vbi DD. Inſtit.eod. quare dùm iura abhorrent, aliquem mercari in facie, cùm ad ſimilitudinẽ pulchritudinis Diuinæ ſit plaſmata, l.ſi quis metallũ, C. de pęn. notat Cãpag. in cap. Ad hoc, n 26.& Angel. de malef. verb. in facie, & ſupercilio ſiniſtro, nu. 2. vbi reprobat ſtatuta imponẽtia talẽ pœnam, quantò magis erit cuilibet ꝓhibita talis percuſſio, ob quod tãquàm graue delictũ grauitèr vendicandũ cenſuit ibi Ang. in princ. cũ alijs cõgeſtis per Farin. in tit. de delict.& pęn. q.18.nu.97. & maximè quando cicatrix indè remanſit, quod grauiſſimũ putat ibi Farin. n.98. ſub quo in verſ. vndè nõ immerito annuit, Gubernatores Vrbis Romæ in eorũ ingreſſibus per banna expreſſe prohibere talia vulnera in faciẽ, ſub pęna triremiũ, prout ego multotiès vidi practicari in M.C.V. vltrà tradita à Boſſ. in tit. de homic. n 41. & 42. immò de hoc annis elapſis quidam fuit ſuſpenſus, & ei manus amputata, quoniã vulnerauerat quendã Iuuenẽ nolentẽ conſentire ſtupro per eum ſollicitato Neap. tẽpore recolẽdæ memorię Excel. Comitis Beneuẽti tũc Proregis, ſi rectè recordor, de quo meminit Reg. de Pon in tract. de Pot. Pror. rub. de Prou. fier. fol.§ 2.n.16.

Qua de re exiſtente tali cõſueta pęna triremiũ impoſita pro tali delicto regularitèr, ex quo poterit arbitrari vſq; ad mortẽ, vt dixi, ſubſequitur, vt in tali delicto tortura locũ habeat, cùmq; hæſitatũ eſſet in Reg. Audien. Calabrię Citra, ſi deberet tortura inferri cuidã inquiſito de vulnere illato in faciẽ cuiuſdã hominis, ex quo notoria cicatrix reſultauerat, ex probationũ anguſtia in criminalibus enim probationes debẽt eſſe luce clariores, l. ſi. C. de prob. vt ad cõdemnationem peruenire poſſit, at dum delictũ ipsũ reperiretur quodãmodò probatũ, hoc eſt per vnicũ teſtẽ de viſu, & alios de fama, ac de inimicitia habita inter vxores ipſorũ, & demùm peractis defenſionibus per inquiſitũ, repullatiſq; teſtibus cõtrarijs, re tamẽ in iudiciũ deducta terminari nequiuit ex diſparitate votorũ Iudicãtiũ, quorũ vnus fuit voti, eſſe ad triremes dãnandũ per trienniũ, modificãdo pęnã, quaſi conſuetã ſi ꝑtennij, alter vero in voto fuit, eſſe pęnã minorãdam, hoc eſt exilij, & hoc probari potèrat, indicio meo, ex doctrina Parid. de ſynd. verb. cõpoſitio, n.5 citati per Gramm. dec.42.n 13. dicẽtis, Iudici licere pęnã à lege ſtatutã minuere antè ſentẽtiã, quãdo crimẽ non eſt liquidè probatũ, ſed hoc puto procedere, quãdo crimẽ alitèr ꝓbari nõ poſſet, vt putà quãdo eſſet caſus, in quo tortura inferri nõ poteſt, cæterùm dùm tortura ſibi locũ vẽdicat, in defectũ probationũ infligitur; nã tortura datur in ſubſidiũ, quãdo indicia in defẽſionibus non ſunt euacuata, Reg. Rou in prag. 1 n.40. de bon. prod. & ob id tortura datur in ſubſidium, quãdo veritas aliter haberi nõ poteſt, Farin. vbi ſuprà q. 38.n.4. Carau. ritu 4.n.5 & huiuſmodi voti fuit præclariſſimus I.C.& Reg. Auditor Prouincię eiuſdẽ Calabrię Citra Franc. Ant. Salinas meus Cõſobrinus in caſu prędicto, vt reus torqueretur, quod quidem votum vltrà allegata corroboratur ex aurea doctr. Gramm. dec.11.n.

11. vbi

ri.vbi cõcludit,repulſatis teſtibus de viſu,& ſuperexiſtẽtibus alijs de fama,adhùc torqueri debet inquiſitus,per iura,& authoritates ab eo citatas,vbi latiùs ꝓſequitur, & corroboratur authoritate Marãtę in Spec.p.6.n.326 vbi ait,torturæ appellationẽ non debere admitti in crimine,de quo cõſtat per vnũ teſtem de viſu, & per publicam famam, quia non appellatur, ſed hoc quãdo nõ fuerint repulſati teſtes,ità quòd tortura ex ambiguitate ceſſaret, licèt putet, poſſe ad torturam procedi,citrà appellationẽ,conferunt dicta in dec.183. Sicil.Authore Maſtril.de nouo viſo,vbi casũ ſpecialẽ tradit de tribus Iudicibus diuerſa vota proferẽtibus cõtra inquiſitũ; fuitq; in mitiorẽ pœnam proceſſum,vt ibi.

Habito demùm recurſu de diſparitatibus votorũ ad Illuſt.Proregẽ iuxtà sãcita in prag.5.de offic. Iuſt.per quẽ fuit commiſſa relatio Reg.Conſil. Põponio Saluo,vt cum eius voto in Coll.Cõſil. referret, & demùm facta relatione prædicta adhęſit voto pręd.icto torturę, & ità per idẽ Coll. Conſil.approbatũ, atq; reſcriptum eidem Reg. Audien.Calabriæ Citrà die 28. Octobr.1611.vt tale votũ exequutioni demandaretur,& ità fuit exequutũ,vt patet in proceſſu agitato cõtra Io. Mariã Ripulũ inquiſitũ de vulnere appẽſatè illato in faciẽ Scipionis Bagni,qui cũ fuiſſet tortus,nõ tñ cõfeſſus,ex cauſis eadẽ Reg.Aud.ipſũ per annũ cõdẽnauit ad exulãdũ,& audiui,me degẽte in Ciuitate Coſẽtię anno pręd.icto.Thoro.

Tortus reiteratis vicibus exiſtẽtibus vrgẽtiſſimis indicijs an ſit liberãdus,vel cõdemnãdus;fuit ꝑ M.C.V.condẽnatus ad remigandũ vita durãte, cũ qualitate addita,quòd quãdocũq;reperiretur liberatus à triremibus, illicò vltimo ſupplicio plecteretur,& demũ per S.C.cõfirmatũ,Grãm. dec.8.Iul.Clar.in §.fi.q.85.n.10.& q.64.n.37.Baiard.ad eundẽ Clar.in §.fi.q.20.Farin.de indit.& tort.q.40.n.11.Cõſt.Pap.in opuſc.pręeminẽtiæ M.C.c.4.n.108.Pet.Caball.reſ.crim.cent.2.caſ. 135.Farin.in cõſ.25.n.50.Montel.in prax.arbit. p.4.q.7.n.29.Ricc.coll.dec.1567.Alph.coll.280.

Tortus, & non confeſſus exiſtẽtibus vrgentiſſimis præſũptionibus an iterùm torqueri debeat,vel cõdemnari;fuit deciſũ citrà torturã condẽnandum eſſe ad Regias triremes per quadtiẽnium, Gramm.dec.42. Iul.Clar.§.fi.q.20.num.6.in fin. Franch.dec.372. Maſcar.de probat.concl.1226. n.14.Magon.dec.Lucenſ.29.n 10.& 15.latè Pet. Caball.reſol.crim.centur.3.caſ.288. Farinac. in eius prax.ſub.q.86. tit.de reo conf. & conuict. ſub nu.114. *Zuccar.deciſ.crim.8.nu.4.*

Tortus pręcedẽtibus indicijs an condẽnari poſſit, nõ obſtãte Curię proteſtatione citrà pręiudiciũ probatorũ,vt cenſeatur omnia purgaſſe,& quatenus eſſet condemnandus,pęna minima puniri debeat;fuit deciſũ in occurrẽti caſu,homicidã eſſe condemnãdũ ad remigandum per trienniũ, Gramm.dec.96.Anton. Gabr.lib.1.tit.de ꝓrob. concl.1. nu.70. Viui.in ſylua commun. opin.in opin.125.Iudex.nu.1.Ludouic.Carrer.in pract. crim.tit.de indic.& tortu.in princ. verſ. interrogo, num 3. *Ricc.collectan.2263. p.6.*

Tortus ex cauſa nonnullorum criminum, de quibus indultum à Prorege habebat,eo non obſtãte dùm aſſerebatur,nullum eſſe partis intereſſe, quod falsò Principi ſupplicatum fuerat, vltrà quòd non erat in forma Cancellariæ peractum cum ſubſcriptione Regentium,nec facta mẽtio aliorum criminum,an ſit liberandus,vel condẽnandus; fuit tanquàm cõfeſſus ad vltimum ſupplicium cõdemnatus per Iudicem Nolanũ, cui cauſa fuerat remiſſa, quia non grauauerat adhibendo torturam,ſed ſuperueniẽte permutatione pęnæ ex gratia Proregis fuit tranſmiſſus ad ſeruitia Regiarum triremium in perpetuũ, vbi machinando mortem contra Patronũ triremiũ fuit laqueo ſuſpenſus; Grãm. conſ.crim.34.redẽptoris gentium ſuffragio, Farin.in tit. de delict.& pœn.q.18.n.71.& conſ.10.n.55.vol.1.

Tortus ſuper homicidio an poſſit interrogari de furto,quamuis non extent indicia,licèt ex iuris ſubtilitate id non procedat,de cõſuetudine totius Italiæ contrarium ſeruatur, & propterea in contingenti caſu cùm fuiſſet tortus pro homicidio,fuit paritèr interrogatus de furto, qui cùm confeſſus eſſet,fuit damnatus ad vltimum ſuppliciũ,Grãm.vot.13.Tremendi Dei,&c. Farin.in tit.de indic.& tort.q.37.n.165.idẽ Grãm. dec.34.nu.34.Ric. dec.Archiep.162 p.2.

Tortus ex proceſſu informatiuo pretextu verborũ illatorũ mediante aſſerto aſſaſinio verificato per Villectum repertum in baullo torti, cuius vigore debet iuxtà formam Reg.Prag.ad mortem dãnari,& ſi mors ſequuta non eſſet, ſed tãtùm vulnera, qua pœna puniri debeat,ſi fuerit verificatum per cõfeſſionem principalis feciſſe pro defenſione neceſſaria ſui honoris; fuit per M. C. V. aboletus titulus aſſaſſinij, verùm pro verberibus,& percuſſionibus illatis pro neceſſaria defenſione per bienníum ad exulandum damnatus, Viui.dec.467. à nu.69.ad 106.

Traditio ſi ſit facta poſſeſſionis rei,vt venditio valeat ex conſuetudine requiſita,an ſit ſatisfactũ conſuetudini,quando quis donaret,& retineret vſumfructum,item quando tradidiſſet claues,& ſatis eſſet poſſeſſionem ipſam per conſtitutum traditam fuiſſe, fuit deciſum, quòd ſic, Vrſill. dec.275. nu.9.

Tranſactio doloſa ex propoſito ſi fuerit allegata an concedi debeat terminus ad probandũ, eſtò quòd non fuiſſet iuratum, ſed renunciatum tãtùm exceptioni doli,vis,metus,& omni legum auxilio;fuit votatum,eſſe concedendum terminum ad probãdum, Affl.dec.220.n.6. & 7.Reg. de Pon.cõſ.53.n.34.vol.1.Bertaz.in tract.clauſ. in clauſ.4.gl.12.n.2.Put.dec.Rom.230 p.1.Pariſ.conſ.96.vol.1.n.61. & 112. *Reuſner.dec.Cam. Imper.lib.1.dec.26.nu.354.*

Tranſactio an reſcindi poſſit prætextu læſionis; cõcluditur,quòd ſic, ſi in magno exceſſu fuiſſet quis læſus,ſeu deceptus vltrà dimidiam ęſtimationis dubiæ litis euẽtus,ſecus ſi eſſet in modico, ſecundùm quæ fuit deciſum in S. C. Vrſill. dec.220.n.1.Ric.coll.1807.

Tranſactio facta per Dominum Terræ cum eius colono debitore plurium quantitatum ex cauſa reditus Terræ an reſcindi poſſit per Dominũ, prætextu quòd fuiſſet facta ſuper bonis feudalibus ſine aſſenſu;fuit deciſum in Curia Iuſtitiarij olim,quòd valeret tranſactio, ex quo fuerat facta de præteritis,ſecus de futuris,Barth.de

Digitized by Google

Capua in q. 32. incip. nota l. de alimentis, poſt opera Gramm. ſuper Conſt.

Tranſactio an reſcindi poſſit quando tranſigentes eſſent ænormiſſimè læſi vltrà dimidiā iuſti ꝑtij, adeò ꝙ locum ſibi vendicet diſpoſitio l.2.C.de reſcin.vend. fuit ꝑ ſententiā diffinitiuam tranſactio reſciſſa, Ario.alleg.9.Ric.coll.dec.1807.

Trāſactio ſuper vita, & militia inter fratres an valeat citra Reg. aſſensū; fuit in S.C.concluſum, quòd ſi quæſtio inter fratres eſſet, an victus, & militia debeatur, tunc non valet tranſactio ſine conſenſu Regio, ſed ſi quæſtio eſſet inter eos, quantū ſit ipſe victus, & militia, tunc valet trāſactio ſine Reg.aſſenſu, Affl.in Conſt.Conſtitutionem diuę mem.ſub.n.34.& in repet.l.Imperialem, § præterea Ducatus, in 6.car.de prohib. feud.alièn.per Feder. Ric.coll. dec.1807.

Tranſactio facta à patre abſque decreto ſine iuſta cauſa in præiudicium filiorum vterinorum cū ænormi læſione an de iure militet, ſi pater promiſerit filiorū ratificationē; fuit deciſum attentis prædictis tranſactionem eſſe nullam, Frāch. dec.665.Viſcon.in addit.ad eundem dec. 247.

Trebellianica an amittatur ſi filius hæres inſtitutus, grauatus reſtituere non confecerit inuentarium, ſecundùm vnam opinionem concluditur, quòd ſic, ſed iuxtà aliam opinionē fuit deciſum in S.R.C.quòd filius non amittit Trebellianicam ob non confectionem inuētarij, vt tradit Vrſil.dec.367.nu.13.eum citat Viu.in ſylua commu.opin.in 357.opin.hæres, n.5. *Conſ.Theodor.alleg.161.nu.85.*

Trebellianica in filijs primi gradus, ac alijs deſcēdētibus an poſſit prohiberi, fuit deciſum, quòd non, Vrſil.in dec.367.n.12.quem citat alios allegando Fab.Ann.conſ.25.n.10. licèt ipſum alleget in dec.363.n.10.& infra eod.verb.Trebellianica, Ioſeph de Ruſtic.in tract.an & quādo lib. poſ.in cond.voc.lib.1.c.2. n.10. Mart.vot.113. *& in ſumma de ſucceſſ.p.4.q.38.art.5.nu.2.*

Trebellianica an ſicut legitima debeatur, ſi teſtamētū haberet effectum in vim fideicōmiſſi virtute clauſulæ codicillaris; cōcluditur, quòd debeatur legitima, non autem trebellianica, & ità fuit iudicatum in S.C. Fab. Ann.conſ.130.in hac q. nu. 7.& 8.

Trebellianica quamuis ſi expreſsè fuerit prohibita in filijs primi gradus valeret, an ſi tacitè fuerit prohibita, etiam valere debeat; fuit deciſum, quòd ſic, Franch.dec.612.ità in ſimili caſu decidit Conſ.Cathal.teſte Peguer.dec.107.Molſ.in Conſuet.Neap.p.2.q.10.n.63.Viſcon ad Frāch. dec.11.ſub n.19.Paſcal.de vir.pat. pot. p.2.c.4. n.145.Zappul.in prag.5 § 8.n.16.de admin.vniuerſ.& idem Molſ.conſ.14.nu.25. qui in addit. ad 2.p.Conſue.Neap.q.10.n.19.ait, idem nouiſſimè fuiſſe deciſum in Collat.Conſ.Amat.conſ. 1.n.118 & conſ.91.nu 33.*Cutell.latè dec. Sicil.27. ſub nu.28. verſ.vltima petitio, vbi nos hic citat, latè Andreol. controuer. 33.*

Trebellianica quamuis prohiberi poſſit ex cōmuni DD.opinione, an ꝓcedat in filijs primi gradus, vt ipſis fieri poſſit talis prohibitio, & ſi inuentarium non feciſſent; fuit deciſum, non deberi amitti trebellianicam per alios primi gradus ob defectū inuentarij non cōfecti, Franch. dec.11.Pereg.de fideicom art.3.n.74.& 107.Fab. Ann.conſ.25.n.23.& conſ.116.n.11.Viu. in ſylua commu.opin.in opin.1005. Trebellianicam, ſub n.2.in fi.Borgn.Caual.dec.3. in 3.p.n.12.& ſeq.& dec.7.n.1.in fin.& n.23.dec.8. n.13. Ioſepa de Ruſtic.in tract.an, & quando lib.in cond. poſ.voc.lib.1.c.2 n.12.Molſ.in Commē.ad Cōſue.Neap.p.3.q.6.n.22.inſpicienda ſunt adducta per Viſcon in addit.ad iſtam deciſionem Franch.& Zappull.in prag.5.§.8.n.13.de admin.vniuerſ.Anell.Amat.conſ.1.n.140.& conſ.91.n.33. Theſſ.lib.1.qq.forēſ.q.20.n.2.Paſcal.in tract. de vir.pat.pot.p.2.c.4.nu.144.*Græneus pract.concl. lib.2.concl.138.& conſid.1.& 2.latè Mart. in ſumma de ſucceſſio.p.4.q.28.art.5. in prin.*

Trebellianicę quarta an deduci debeat ab hærede extraneo inſtituto à filio inſtituto per patrem cum onere ſubſtitutionis, vt eo decedēte abſq; filijs legitimis, & naturalibus hæreditas deuolueretur ad fratrem teſtantis, ſucceſſo caſu ſubſtitutionis; fuit deciſum negatiuè, vt dixi ſuprà eod.verb.immiſſio ex conſ.1. Anell.Amat.& in conſ.80. legitimè.

Tribunal S. R. C. ſi cum R. C. ex iuſſu Proregis negotia terminare contigerit an præcedere debeat, & tunc aut totum Tribunal congregatur, aut aliqui ex ipſis, quos adiunctos vocamus, & planè pro locorū diuerſitate diuerſimodè fuit iudicatum, etenim ſi in Collat.Conſ.contigerit Collegium fieri, vel vniuerſa concurrāt Tribunalia, vel ex ijs aliqui adiungantur, Reg.Conſiliarij præcedunt Præſidētes, & ad dexterā Collateralis Conſilij ſedent, Præſidentes verò ad ſiniſtram, & ità fuit in contingenti caſu reſcriptum per Suam Maieſtatem, relato per Marcū Ant.Surgen.in tract.de Neap.Illuſt.c.27.ſub n. 24. vbi ſubdit, quòd ſi contigerit Præſidentes adiungi in S.R.C. tunc poſteriorem locum vēdicant, & ità deſuper reſcriptum fuit, atq; iuſſum per Proregem, vt ſolitum ſeruaretur, ſed demùm Regij Conſiliarij adiuncti ad Regiā Cameram, primū quidèm locum à ſiniſtris habēt, relicta dextera Præſidentibus ipſius, at ſtante vnione Tribunalium Locumtenēs, quamuis eſſet Regens electus non præcedit Præſidē Sacri Conſilij, & ità quando Tribunalia S.R.C. cum R.C. vnirentur, & ſic fuit deciſum, atquè obſeruatum, vt ait Reg.de Pont.in tract.de pot. Proreg.tit.3.de elect.Official.§. 8.n.33. ſecus extrà Tribunalia, vt ſuprà eod.verb.Præſes.

Truffator (qui ſic vulgò dicitur) an vti fur puniri debeat & quomodo, & quando nomen ipſum à truffa dependere videtur, adeò quòd licèt truffa ſecundùm iura dicatur omnis extraneus intellectus, qui non ſonat in auribus vulgi, glo.in tit.de pace conſt.§.ſententiæ.verſ.recuperauerit, in fi.& tali vocabulo ſepè ſepiùs vtitur Bar. in ſuis lecturis, in Regno autē iuxtà vulgi dictū pro dolo.& fraude accipitur, exēplo enim demonſtratur in eo, qui ſub colore mutui, cōmodati, &c. ſibi rem ab aliquo expoſcit, & illam vendit, vel quouis modo diſtrahit, in eius vſum conuertendo, contra quē ſi fuerit expoſita criminalis quærela, ex communi praxi M.C.V.citatur ad deponēdum, qua habita ciuilitèr procedi mandatur, eo maximè ſi rem ipſam, vel pe-

pecuniam

cuniam reſtituere offerat, & credo, tale delictũ deriuari à dolo; furtum enim ſemper habet in ſe dolum, ſicut falſum, vt ex mente Bart. & Bal. tradit Blan. in praxi crim. §. viſis indicijs, n. 134. quæ quidem truffa nil aliud eſt, niſi quędam deceptio, hinc dolus eſt machinatio alterius decipiẽdi cauſa, cùm aliud agitur, & aliud ſimulatur, l. 1. §. dolum, ff. de dol. Grãm. conſ. 68. n. 3. & ſucceſſiuè dolus dicitur delictum, gl. in Conſt. Pœnam eorum, quæ eſt Fran. de Piſis, verſ. bannitus pro delicto, vlt. col. ad quod allegat l. itẽ exigit, in ſi. ff. de dol. & cùm ſit delictum, dolus nemini debet patrocinari, Affl. in Conſt. Quicũquè, n. 6. quocircà criminalitèr puniri poteſt, latè Farin. in tit. de delict. q. 19. n. 35. & ſic Iudicis arbitrio remittitur puniendum tale delictũ, & hoc attenta perſonarum, rerum, & circumſtantiarũ qualitate, & licèt circa hoc dubiũ verſari cernatur, an tale delictum cadat ſuper re mobili tantùm, an ſuper pecunia, videtur dicendum, dumtaxàt in mobilibus locum habere, non autem in pecunia; nam tunc furtum diceretur, p tex. in l. ſi quis vxori, §. Iulianus, ff. de furt. & ibi gl. ſubdit. cum dominium non ſit tranſlatum, l. Caſſius, ff. de ſolut. Bonif. in tit. de furibus, n. 23. & ſeq. ſic concludendo alia exẽpla afferens, melius tamen demonſtratur in l. ſi is, cui, C. de furtis, & per diſpoſitionem d. leg. fuit quidam iuuenis ſuſpenſus cùm talis caſus in facto cõtingiſſet Florentiæ, cui Mercator dederat magnã pecuniarũ quantitatem, vt perferret ad alium, qui non tradidit, ſed in proprios vſus cõuertit, vt refert Iaſ. in l. quas verò, ff. ſi cert. peta. col. 3. qui inſimul cum Imol. in lege non potuerũt allegare pro euaſione dicti iuuenis, de quo p Foller. in fragm. tit. de furtis, nu. 127. Montanar. in prag. 5. de adminiſt. vniuerſ. n. 40. & non mirum ſi in contingentia facti aliàs me exiſtente in Ciuitate Coſentiæ audiui, per Reg. Audientiam fuiſſe datas defenſiones intus carceres cuidam reo inquiſito de truffa ducatorum viginti, cui dati fuerant à Domino, vt alteri darentur, & in ſuos vſus conuerterat de anno 1612. de menſe Decembris, & hoc credo procedere ex quãtitate pecunię, & negatione Rei nolẽtis reſtituere pecuniam, idem paritèr in rei mobilis cõſignatione, alteriuè obligatæ, vel venditæ procedere dixerunt Doctores, vt quoq; furtũ eo modo factum caderet, & exemplificando demonſtrat Foller. vbi ſuprà nu. 129. & in depoſitario plura congerit Carocc. in tract. de depoſit. p. 1. rubr. de in litem iuran. n. 5. Attamen ex diuerſitate nominum non cauſatur alia diuerſitas, niſi rei paruitas, ſub aliquo colore quæſito diſtracta, quod non eſt in furto ſimplici, & propterea in ſubſtantia omnia continentur ſub ipſius furti nomine, ſiue res mobilis, ſiue pecunia hoc colore diſtrahatur, nam pecunię appellatione rem ſignificare, l. pecuniæ, ff. de verb. ſignifi. ſimiliter & mobilia cõtinere, cenſet I.C. in d. l. pecuniæ, la 2. eod. tit. vbi Alcia. ſic paritèr rei appellatio latior eſt, quàm pecuniæ, &c. l. rei appellatione, ff. eod. hinc corollariè infertur, quòd ſi alicui notabilis quantitas bonorum cuſtodienda tradatur, vel pecuniarum, & potiſſimùm publicarum, ſi eis vteretur, & in ſuos vſus conuerteret, non erit abſolutus à furti macula, l. ſi ſeruũ veſtrum, C. de furt. vbi Bal. notat, quod ſi paſtor efficiatur lupus, teneretur furti, & tãtò fortius ſi eſſent bona, vel pecuniæ publicæ, ſacræ, aut religioſę, tũc abſtulẽs capitali pęna plecteretur, hoc eſt legis Iuliæ peculatus, §. item lege Iulia, Inſt. de publ. iudic. Peguer. dec. Cathal. 27. nu. 5. immo & furti, Montan. vbi ſuprà n. 39. vbi n. 30. alia ſimilia refert, & propterea elapſis annis, ſi rectè recordor, in anno 1598. ſub regimine Excellent. Comitis Benauenti tũc Proregis huius Regni cõmiſſo magnæ quãtitatis frumẽti furto per Conſeruatorem, Scribam, & alios frumentariæ huius Vrbis domus, & in ſuos proprios vſus pretium conuertendo, accedente falſitate bulectinorum cuiuſdam Officialis ignorãtis de furto, dùm compertum eſſet, frumentum deficere in Ciuitate, & maximum detrimentum ex eo in Populo cauſaretur ob penuriam, cui miraculoſe precibus S. Ianuarij Cõpatroni huius Ciuitatis occurſum fuit, dum eodem die ſuę feſtiuitatis de menſe Septembris nõnulla vaxella frumẽto onuſta litus Neapolitanæ Vrbis appulſerunt, non ſine euidenti admiratione omnium, dùm de eis nulla habebatur aduẽtus certitudo; quinimmò tres illi inquiſiti fuerunt ſuprà Currus per totam Ciuitatem aſportati, & demùm laqueis ſuſpẽſi in foro magno, quorum capita iuſſu d. Excellent. Proregis affixa fuerũt in publicis domibus frumentarijs, vbi ad præſens reperiuntur ad rei memoriam, aliorumq; exemplum, & paritèr in inſtanti anno 1619. de menſe Decembris idem deciſum fuit contra Cuſtodem pignorum Mõtis Pietatis huius Ciuitatis, qui eademmet pignora iterùm per alias intermedias perſonas pignorari fecerat, & pecuniam in ſuos vſus conuerterat, fuit laqueo ſuſpenſus, eiuſquè caput affixum in domo prædicta iuſſu Excellent. Ducis Oſſunæ. Thoro.

Adde quòd quidam truffator fuit Bononiæ bullatus in fronte, cum ob debilitatem corporis non poterat deſeruire triremibus, vt dixit Scappa de iure non ſcripto, lib. 5. c. 201. nu. 1. & iſti truffatores grauius antiquitus puniebantur, Magon. dec. Lucenſ 24. nu. 25. alias deciſiones referũtur in 3. p. eod. verb. truffator, inſuper ad dictum caſum relatum à Foller. adde Maſtrill. dec. 238. n. 18. demùm pro confirmatione alterius caſus hic relati occurſi in Ciuitate Coſẽtiæ adde, quod etiam Bononiæ fuit laqueo ſuſpenſus Nuntius, cui traditi fuerunt ducati centum, vt cuidã traderet, ita ex Imol. & Alex refert Virgil. Pinziger. qq. Saxon. q. 48. num. 20. & in fine, de altero caſu tempore Ducis Oſſunæ, Siciliæ occurſo idem mandauit ipſemet Dux, vt inquit Maſtrill. in d. deciſ. in fine.

Tumultum faciens in Ciuitate, non tamen principalitèr, ſed accidentalitèr cauſatum, ſi calore iracundiæ ex cauſa occiſionis fratris vltrà ipſũ incendium antè oſtium homicidæ impoſuerit, ceſſaret effectus cõbuſtionis, cũ maledicentia, ac nimia verborum malorũ iactantia, qua pœna ſit puniẽdus; fuit per M.C.V. facto verbo in Collaterali Conſilio condemnatus ad pœnam exilij per triennium in propinquiorẽ Inſulã, Gramm. voto 19. Redemptoris gentium ſuffragio poſtulato, Clarus §. fin. q. 68. nu. 17. & q. 64. nu. 2.

Tut-

Tutbans aliquem poſſidentem in re ſua verbalitèr tantùm, dicẽdo ſe poſſidere talem rem, quamuis nõ fuerit probatum, an inducatur turbatio, cõcluditur, quòd ſic, & non obſtante dicta oppoſitione actor poſſeſſor fuit abſolutus, & in poſſeſſione confirmatus, Afflict. dec. 394. à nu. 5. ad finem, Foller. in Cap. Regni, incip. Itẽ ſtatuimus, quòd Officiales, & Commiſſarij, num. 26. Polyd. Ripa in eius obſer. in 293. obſer. nu. 3. Menoch. in tract. de retin. poſſ. remed. 3. num. 468.

Tutela matri, vel auiæ paternæ ſit deferenda; fuit deciſum, eſſe matri, & nõ auiæ deferendã; mater enim erat tutrix, Affl. dec. 281. eum citat Borgn. Caual. de tutor. & curat. n. 283. & in dec. Fiuizan. 31. nu. 11. p. 4. Caroc. in ſuis dec. caſ. 119. nu. 13. Corn. in tract. de abſol. forenſ. par. 4. q. 16. nu. 12. Galter. in prax. tutel. in 3 p. in princ. n. 18. & ſeq. *Hieron. Bruckrei in Conſl. 2. n. 7 poſt dec. Maynardi.*

Tutela an ſit interdicenda matri tutrici volenti ad ſecundas nuptias conuolare, vel ſe iactauerit, in caſu occurrenti ſi antequàm lis fuiſſet cõteſtata mater nupſerit, ob quod deſinebat eſſe tutrix, & ipſa reliquerat tutelam, ob quod id non contigiſſet, quamuis per S. C. non ſit iudicatum, tamẽ fuiſſet deciſum ſecũdùm Ang. dicentem, tutelã non amittere, etiã ſi fuiſſent contracta ſponſalia, quia adhùc poterat recedere, Afflict. decif. 357. Boer. dec. 166. nu. 5. Mangrel. ad Bart. l. quod ſi fortè, §. sũt quidã, ff. ſolu. matr. Iacob. Menoc. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 151. n. 7. Viu. in Sylua comm. opin. in 535. opinione mulier, n. 19. Kircou. inter commun. opin. tit. ſi aduerſ. rem iudic. nu. 11. Gutierrez conſ. 52. num. 3. & 13.

Tutor an poſſit vendere rem pupilli poſt pubertatem in præiudicium pupilli, & an hoc caſu detur præſcriptio; fuit deciſum, quòd non, & ſucceſſiuè vindemia vendita à tutore fuit reſtituta pupillo, Franch. deciſ. 580.

Tutor an efficiatur, ſi iuſſus fuerit per decretum administrare perſonam, & bona pupilli, præſtita cautione de benè adminiſtrando; fuit deciſum affirmatiuè, & quòd tutor teneretur reddere rationem, Franch. dec. 584.

Tutor, vel Balius an poſſit donare ſponſæ ductæ, vel ducendæ per coniunctum marito, non fuit alitèr deciſum, quãuis in hoc eſſet opus decreto, quod ſi petatur, ex cauſæ cognitione interponi debet, Franch. deciſ. 712.

Tutor teſtamẽtarius ſi ſe excuſauerit altero exercente an alius ſubrogari debeat loco ipſius, fuit deciſum, eſſe in arbitrio Iudicis alium ſubrogare loco eius, ſed conſiderata qualitate alterius, & quantitate patrimonij fuit alius ſubrogatus in caſu citato per Franch. deciſ. 214. Galter. in praxi tutelar. par. 3. in princ. ſub nu. 24. & in 3. rub. eiuſdem partis, nu. 36.

Tutor datus à teſtatore filijs in caſu ſecundarum nuptiarũ vxoris an cẽſeatur datus in caſu mortis, concluditur, quòd non per Fabium Annam conſ. 84. licèt ex diſpoſitione, qui in apoſtilla impreſſa in 2. volum. cõſil. incip. audiui aliquos, qui magis, &c. in verſ. at caſus cõſ. 84 fuit deciſus cõtra, potius ex ſtatus ratione ob diligẽtiã, & virtutem Ioannis de Dura, quàm ex iuris diſpoſitione, eum citat Maſtrill. deciſ. Siciliæ 6. & num. 33. refert, ibi fuiſſe deciſum, tutelam deferendam eſſe tutori vocato, & ſi cauſa mortis non ſubeſſet, ſed remotus ex alia cauſa.

Tutor habens quatuor filios in Ciuitate Neapolitana, & ſic in Italia an excuſetur ab onere tutelæ, & dubiũ ceſſare videtur, dùm ſumus in claris, quòd poſſit excuſari, ex diſpoſitione apertiſſimi tex. in §. 1. Inſt. de excuſat. tutor. ibi enim dicitur, ſi enim tres liberos ſuperſtites Romæ quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in Prouincijs quinque, à tutela, vel cura poteſt excuſari, cõtra fuit deciſum in M. C. V. in cauſa Lucæ de Anaſtaſio cum Franciſco Scoppa in Banca Tertacciani, & deindè confirmatum per S. C. in aula Conſ. de Põte, quòd nulla admittatur excuſatio, vt tradidit mihi perſpicaciſſimus Iuriſcõſultus Io. Franciſc. Vitalianus Neap. & meus conſobrinus, cauſæ prædictæ Patronus, & demũ ratione, cùm Regnum Neapol. ſit vna Prouincia, vt tradit Luc. l. fi. C. de diſcuſſ. lib. 10. Andr. & ibi Affl. in Conſt. Conſuetudinem, de præſcript. & in Cõſt. Humanitate, in 3. not. & Cõſt. Occupatis, not. 6. & dec. 109. in princ. Franch. dec. 622. nu. 2.

Sed ad declarationem huius thematis operæpretiũ duxi aliqua notatu digna afferre pro confirmatione deciſionis prædictæ, ſuppoſita priùs Prouinciæ ethymologia, quæ dicta eſt à porrò, ſeu procul vincendo ex hac cauſa, quia Principatus gentiũ, qui ad Reges alios pertinebant, cùm in ius ſuum Romani vincendo redigerent, procul poſitas Prouincias Regiones appellauerũt, Luc. in l. 3. nu. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. & in prædictis Prouincijs Italia nequaquàm continebatur, ad quod accedit quod dixit Alciat. in l. notionẽ, §. continẽtes, ff. de verb. ſign. n. 1. vbi notat, quòd Prouinciæ dictæ erãt, quòd procul ab Italia Vrbis victæ fuerãt, & in has Procõſules, & Legati mittebantur, qui ius redderent, & tributa exigerent, & nõ mirũ ſi Italia nõ continebatur appellatione Prouinciarum, vt manifeſtè probatur in l. 1. C. de vſucap. transform. ibi in verſ. in quacũque terra, ſiue in Italia, ſiue Prouinciali, ſed alia efficaciori ratione Italia Prouincia non dicebatur, cùm ipſa non alitèr Prouincia, ſed Prouinciarum Domina ſit, gl. in §. ſi igitur, verſ. in Prouincia, in auth. vt omnes obed. Iud. & in auth. qua in Prouincia, C. vbi de crim. agi opor. verſ. in Prouincia, & in auth. ſed & periculum, C. ſine cenſu, vel rel. verſ. omnes, vbi etiam notat, quòd prædia Italica non debent dare tributa, vbi in fine annuit formalia verba, abſit, quòd dicamus, Principem, & Dominam Prouinciarum Italiam eſſe ſub tributo, ſicut in lamentatione dicitur de Hieruſalem, & quòd non ſoluit tributa, eadem gl. in §. ſed etiam ſuſcipientes, ver. agricolas, auth. de mand. prin. & l. 1. ff. de cenſ. & hìnc eadem gl. in l. 3 ff. de nou. oper. nunciat. notat, quòd ſiue opus fiat in fũdo Italico, ſiue in Prouinciali poteſt nunciari nouum opus, nec de Italico dubiũ erat, quia nos Italici dicimur plenè domini rerũ noſtrarum, at in Prouincialibus locis dubitatur, cùm non dicantur Domini rerum ſuarum, propter tributa, quę præſtant pro prædijs, quę poſſident, quod ſingularitèr notat Alciat. l. cenſere, n. 5. de verb. ſign. dicens, quòd Ius Italicũ à Prouincialibus diſtinguitur, illi in cenſum vniuerſas facultates deferre tenebantur, iſti liberi erãt,

æquo-

æquoque cum Romanis Iure agebant,congruu erat,vt Romani tali potirentur priuilegio,nam vt ait Nicaſ.in d.§.n.2.quia Roma tanquam Mũdi caput priuilegiatur ſuper alias Ciuitates,§.fi. Inſt.de ſatiſdat.tut.& ibi n.3.notat, quòd Italia paritèr quia eſt Domina Prouinciarum,& ſubdit, quòd licèt aliquæ Prouinciæ habeãt idem ius,quod eſt in Italia, vt ſunt Agrippinẽſes,id-eſt Colonienſes,non tamen habent illud priuilegium,propter tributa,quę danrur in Italia,l.1.& fin.ff.de cenſ.Italia enim,ſi rectè cõſideretur, eius appellatione omnis lingua latina continetur, quæ diſtinguitur in multas Prouincias, vt dixit gl.in extrauag.quoniam nuper,qui ſint rebelles.cuius caput eſt Roma,eadẽ gl. l.cùm furioſus.ff.de Iud.ſub qua cõtinetur hoc amęniſſimum Regnum Neapol.in quo tanquàm caput preeſt hęc Fideliſſima Ciuitas Parthęnopea,iuxtà diſtinctionem traditã per Napod in proęm. Carol.n.188.cum ſeq.dicẽtem,aliam Neapolim eſſe in Grecia,aliam eſſe in Iudæa,& aliã in Italia,vt eſt noſtra Neapolis,in qua multi linguam latinam profitentes ocioſis ſtudijs operam nauarunt,vt multis exemplis demonſtrat, & plenius Paris in tract.de ſynd. in eius proęm.quare ex ijs concluditur, Italiam non eſſe Prouinciam, ob libertatem eius non ſoluendi tributa, & conſequentèr priuilegio ei conceſſo potiri decet,vndè deciſio prædicta corruere videtur, tãtò magis cùm aliquãdo Italia ſpecialitèr Prouincia appelletur, l.obeſſe,& ibi Bal.ff.ex quibus cauſ.maior.verſ.non dùm,& in d.l.fi.C.ſine cenſ.vel rel.& in auth. caſſa, C. de ſacroſanctis Eccleſijs alleg. per gl.in d.extrauag.vbi ſuprà, & notat Bar.in l. interdicere,ff.de inter.& rel. n.6.& l.ſuperuacuum,n 1.C.de temp.in integr. reſtit.immo & ipſamet Roma Prouincia appellatur,l.Iuriſperitus.§.1.ff.de excuſ.tut.ibi cùm oriundus ex Prouincia Romæ, &c. vltrà quòd Regnum illud paritèr pro vna Prouincia habetur,vt dixi.ſed circa declarationem intelligentiæ huius ambiguitatis puto,omnia concordari poſſe cum diſtinctione eiuſdem glo.in alleg. extrauag.ſuper verbo Lombardiæ,in fine, quæ dixit,quod quandoquè appellatio Prouincię fit eo reſpectu,quòd maior eſt inſtantia,quãdo extra Prouinciam ſeruatur id,quod dicitur in c. corã,de elect.Luc.vbi ſuprà.quãdoquè appellatio Prouinciæ fit alio reſpectu,vt quia Legatus mittitur in talem Prouinciã,vt aliquid cõcedatur hominibus talis Prouinciæ,& tunc talis appellatio debet intelligi ſecũdùm vulgarẽ appellationem Prouinciæ, vt de Lombardia,Tuſcia, Marchia,&c quandoquè appellatio Prouinciæ fit eo reſpectu,quòd ſit ſub vna iuriſdictione,& tunc contingit,quòd quęlibet Ciuitas habet ſeparatam iuriſdictione-nec eſt vnus Præſes,qui ſubſit,& quęlibet Ciuitas habetur pro vna Prouincia,l.fi.C.de præſcript.long.temp.& hac ratione noſtra Ciuitas dici poterit Prouincia.licèt eadẽ gl. ibidem in princip. verſ.3 caſu erit Ciuitas,diſtinguendo ait,quod licèt inter Ciuitates ipſas aliæ ſunt minores, vt communiter omnes,quę habẽt iuriſdictionẽ prędictã abſque mero,vel mixto imperio,aliquę ſunt Ciuitates, quæ habent mixtum imperium,aliæ ſunt maximæ,quæ habent merum, & mixtum imperium, vt Ciuitas Metropolitana, nec ob Epiſcopum tantum,quia forum cauſarum eſt magnum,cui ſuberant multæ Ciuitates,l. ſi duas,§. fin.ff. de excuſ.tut.& iſta Metropolis dicitur caput Prouinciæ,l.1. C. de Metrop. Bery. lib.11. & hoc etiam adaptatur huic Ciuitati,quæ non tantùm Metropolis dicitur, vt dixit Luc. l. vnica, C. de priuil.Vrb.Conſtant. lib.11. ſed Caput Regni, vt in pragm. vnica, de immunit. Neap.

Vnde meritò ſubdit ibi gl. tortum, quod ſuberat Metropolitano, dicebatur Prouincia pro vna Prouincia, Afflict. in tract. de iur. prothom.in princ.Conſt.verſ.tota hęc lex,ſub n.2.& ſubdit Luc.d.l.fi.C.de diſcuſſ.n.3. quòd Regnũ noſtrũ ſit vna Prouincia,licèt multo plures ſint Ciuitates,vt in Conſt.Conſuetudinẽ, quia antiquitùs priuſquàm eſſet Regnũ,totũ ab vno Præſide vltra centeſimũ lapidẽ ab Vrbe gubernabatur, nã intrà centeſimũ lapidem erat cognitio Præfecti Vrbis, l.1. ff. de offic. præf. vrb. & hac ratione inſpecta, quia ſub vno Præſide regebatur Prouincia,affirmat Affl in d.Conſt. Conſuetudinẽ, Regnũ iſtud Neap.habetur pro vna Prouincia, quia in toto Regno vnus Rex præſidet,& Monarca,vt dixit And. in c. 1. verſ. contrahentiũ inçeſtas 3. add. quæ ſint regal.& paritèr allegat Luc.d.l.fi ſed hęc ratio nõ operatur,vt ſit à priuilegio ipſo Italia excluſa, poſtquàm ſi intuamur cauſã priuilegij,ea eſſe cernitur ob libertatẽ,quã Italia habebat,cuius intuitu priuilegium ipsũ obtinebat;ſed hodiè cùm ceſſat cauſa priuilegij,debet paritèr priuilegiũ ceſſare, l.Titia, §.vſuras,ff.de leg 2.& notat Alex.in l.cẽturio,n. 22.ff.de vulg. & pup.& l. filius à patre, § filiusfam.n.2 ff.de lib.& poſthu.nã ſicut olim nõ Prouincia, ſed Prouinciarum domina dicebatur,vt dixit Fran.Marcus dec.366. tom. 1. hodiè verò ſecus videtur,poſtquàm hodiè Italia eſt ancilla, & multis tribulationibus ſuppoſita ,ppter bella ciuilia cauſata ex inuidia,inqt Paul.de Caſtr. in l.fi C ſine cenſ.vel reliq.vbi citat verſus illos Durandi, *ſerui erant tibi Roma prius Domini Dominorũ,ſeruorũ ſerui nũc tibi ſunt Domini*,& Vrſill. dec.150 n 11 citat alios verſus vulgares,*O d'ogni vitio fetida ſentina,Taci Italia imbriaca & nõ ti peſa che hora di queſta gente, hora di quella, che già ſerua ti fu ſei fatta ancella*, & ibidem n.10.inquit, quod Italiã nũquàm in pace quieſcit,prout fuit dictũ Bedæ orãti pro pace ipſius ex voce e Cęlo emiſſa.*Beda, Beda tace.quia Italia nunquam erit in pace*, idem refert Plot.l.ſi quando,n.418.C. vnde vi, & hac ratione attenta,ſcilicèt ſeruitutis,puto,Italiam non contineri appellatione Prouinciarum,vt ſingularitèr ponderat Aretin. in d.§. 1.de excuſat.tutor.verſ.nota,ibi in Italia,& ſubdit,quòd vbi eſſet eadẽ ratio appellatione Prouinciæ continetur, & idem tenet ibi Ioan. de Placea nu.6. vbi inquit,quòd appellatione Prouinciæ non cõtinetur Italia,quia Italia nõ dicitur Prouincia,ſed Prouinciarum Domina,vt in gl d.l.omnes, Franc Marc.deciſ.366.n.4.tom.1. nam Italia habet plurimas Ciuitates liberas,ſed Prouinciæ per Principes,& Reges gubernabãtur,vbi eſſet eadem ratio,vtrobiquè etiam Italia includeretur appellatione Prouinciarum,vt eſt

tex.

tex.cũ gl. l.abeſſe,ff.ex quibus cauſ.maior.& ob id rectè proceſſit deciſio S.C. mentionata.

Quamuis nouiſſimè hęc noſtra deciſio impugnari videatur à moderno Marçell.Conuerſ.in tract.de tutel.& Cur.in tit.de excuſ.tutor.§.1.n.16.& vltrà eũ à Marcell.Fortu.in tract.de verit.& error.p.2.in 2.memb.n 22.ſic iudicatũ referente, ea enim ratione moto cùm Regnũ iſtud Neap. non aliter Prouincia dicatur, & quatènus diceretur Prouincia, hoc procederet eo reſpectu, quia ab vno Principè regitur, ſed ſi huius rei veritas intuatur, Prouinciam aliquãdo fuiſſe,& ſuppoſita reali Prouinciæ æthimologia vltrà allegatã,ea enim dicitur,quę procul armis victa fertur,vt ſecũdùm Bud. Alciat. & Carol.Sigon. cõprobat Rendel.in tract.de iure prothom.verbo Prouincia,n.3.qui in princ.cenſuit, Prouincias naturalitèr ſubeſſe Imperio,quò fit,vt cùm in Italię finibus ſituatũ ſit Regnũ noſtrum, non alitèr ſub Italię nomine antiquitùs cõprehensũ, vt præmiſi ſuperiùs,Italiã contineri vniuerſam linguã latinã,attamen in Ciuitatis huius fundatione legitur à Græcis initium ſumpſiſſe,in qua per multa ſęcula cohabitarunt, ſi vltrà Napod. ſupra relatũ credimus alijs Hiſtoriographis relatis per Doct. Mich. Zappull. in ſuo Summar. Hiſtor.in 3.p. c.1. & proptereà ſub Italia nequaquàm contineri videbatur, attenta ratione allegata,quinimmò dùm in ſua libertate perſiſteret ſub Conſulũ adminiſtratione, poſt certa tẽpora à Romanis capta,& ſubdita fuit,quemadmodum idem Zappull. ex aliorũ Hiſtoriographorũ authoritate cõprobat in 2.p.c.4.& ità ſingularitèr teſtificatùr Gloſ.in proęm. Conſt.col.9. in princ.ibi cùm etiã inter Prouincias capta Sicilia ſpecialitèr in ditionem Romanam venerit,per tex.in l.2.§. capta,ff.de orig. iur. & non mirũ ſi antiquitus antequàm eſſet Regnum totũ ab vno Pręſide,regebatur vltrà cẽteſimum lapidem ab Vrbe,ſecundùm Luc.vbi ſuprà,ex quibus colligitur,Prouinciam fuiſſe,cũ omnia,quæ conueniunt Prouincijs,ob captiuitatẽ,& ſubiectionem ei conuenire demoſtratum ſit,accedat inſuper quòd cùm Regnũ iſtud ſit patrimoniũ Petri,& Romanæ Eccleſiæ,c.valdè 94.diſt.c.ad Apoſtolicæ, de re iudic. Capua in Conſt. Poſt mundi,verſ.Rex Siciliæ,ſubſequitur liberũ eſſe ab Imperio,ſecundùm And.in proęm. Conſtit. col.15.in fine,verſic. item dicimus,nec legibus Romanis obnoxium eſſe videtur, adeòque & ſi Imperialis sãctio ſtatuta ſit,vt tres liberi Romę, quatuor in Italia ; & quinque in Prouincijs in Terris Imperij locum habere cernitur,cęterùm leges Romanorum tũc in Regno ſeruandas eſſe cẽſuit Afſl.in prælud.Conſt.q.20.n.6.quatènus Rex vellet, & ſucceſſiuè S.R.C. cuius perſonã repręſentat,& eius decreta legis vigorem obtinent,vt ſatis dictum eſt in præfatione huius cõpendij,proptereà nõ mutandum erit de noſtra deciſione S.R.C. Io. Baptiſta de Thoro V.I.D.

Tutor, ſeu Tutrix compromittere an poſſint nomine ſuorum pupillorum,citrà tamen decretũ Iudicis,licèt de hoc pleniùs habetur per Blancũ in tract.de comprom in q.3.nu.39.& 53. vbi ſpecificè loquitur de cõpromiſſo faciẽdo vigore ſtatuti,Caualc.de tutore n.55.quapropter retuli ſuprà eod. verbo compromiſſũ,ipſum eſſe nullũ abſquè Iudicis decreto,& ſucceſſiuè laudũ indè ſequutũ,nã primitiua infecta, inficitur deriuatiua,Afſl.dec.336.ſub n.5. ſic in ſimili dixit Ann.in alleg.72.n.5.quòd laudũ eſt nullũ,ſi ſtãte ſtatuto,quod cõpromiſſum fiat in duos coniunctos,qui amicabilitèr procedãt,& hoc non fuit obſeruatum,ſcilicet vel non eſt cõpromiſſũ in duos coniunctos,vel non proceſſerunt amicabilitèr,accedat prædictis,quòd ex communi clauſula cõpromiſſorum, cũ poteſtate auferendi de iure vnius,& dandi alteri,prout erat in caſu,de quo agebatur,& hoc nil aliud eſſe conſpicitur, quàm remittere,aut donare,vel poteſtatẽ donãdi concedere,vt ſingularitèr dixit idẽ Blanc.in d.tract.d.q.3.ſub n.39.ſub verſ.ſecũdò illud,in medio, & ſicuti tutor bona pupilli donare non poteſt,de quo per eundem Caualc.in d.tract.n.131. ſimilitèr & pupillus abſquè Iudicis decreto,vt dixi ſuprà eod.verbo pupillus,vndè ex ijs in cõtingẽti caſu cõpromiſſo facto per Tutricẽ abſquè decreto Iudicis,& per exiſtẽtiã allegatæ clauſulæ ad relationẽ Iudicis D.Franciſci della Cithera factã in S.C.in aula Conſiliarij Cæſaris Frecciæ die 16. Ianuarij 1620. in cauſa illorum della Marra de Sueſſa,deciſũ fuit,laudũ promulgatũ per Arbitros electos non eſſe exequutioni demãdandũ,non obſtãte pacto adiecto in compromiſſo,quòd debeat exequutioni demandari, licèt pendeat reclamatio,vt audiui ab eorũ Aduocato erudito Nicolao Antonio Marotta,meo amico,pœnès Izzum Actorũ Magiſtrũ,hinc corollariè infertur ad notabilẽ quæſtionẽ iamdiù exortã,quid ſi pupillus cũ alijs actoribus petitionẽ in Curia perrexerint,& cõpertũ eſſet,aliquos de ipſis actoribus eſſe cõiunctos cum reis, & alios non,an petito compromiſſo ſit deferẽdũ quòad omnes, reperi quandã Apoſtillã manuſcriptã in tract.Blanc.de cõpromiſſ. ſic dicẽtẽ,plures actores egerũt petitione hæreditatis, & vnuſquiſquè pro quota parte ſua , & omnes vno libello,ſed aliqui ipſorũ erant coniuncti in quartũ gradũ aliqui nõ coniuncti petierũt cauſam cõpromitti,quæſitũ fuit,an debeat cõpromitti quòad omnes,& fuit deciſũ, quòd ſic per tex. in l. cognitio,§. ſi plures, ff. de lib. cauſ.& Franc:Aret.conſ.29.hæc ille,facit ad hoc deciſ. Capyc. 173. cum alijs per me citatis ſupra eod. verbo perſonæ priuilegiatæ, Thoro.

Tutor Clericus,qui ſe pro tutore ingeſſerit in tutelæ alicuius pupilli adminiſtratione vigore cuiuſdã inſtrumẽti procuratorij ſibi facti à Tutrice teſtamẽtaria,d. pupilli genitrice,an indè laicus effectus,ſi pro redditione cõputorũ d.adminiſtrationis tutelæ à pupillò iam maiore effecto cõueniatur coràm Iudice ſeculari,& ipſe oppoſuerit,eſſe remittendũ ad Iudicẽ Eccleſiaſticũ, cùm eo tempore erat Clericus in minoribus,vt ex lectura inſtrumẽti allegati enunciabatur,deferẽdũ ſit petitę remiſſioni,& ſi pro Clerico ipſo inde laico effecto dicebatur,petitam remiſſionẽ eſſe faciẽdã,ex vulgata regula illa,quòd tempus inſpiciendũ eſt,quo actus geſtus fuerat,vt in delictis verificatur in l.1.ff de pœn.& ibi Doct.per què tex.aliàs iudicauit S.C.Clericũ delinquentẽ tẽpore clericatus,indè laicũ effectum eſſe remitten-

mittendē ad Iudicē Eccleſiaſticum, de quo per Gramm. dec. 10. Franch. dec. 417. n. 4. & 5. plura ad hoc collexit Ric. collect. 714. nihilominus ex aduerſo replicabatur, deciſionē illā procedere in criminalibus tantùm, ſed non in ciuilibus, eò quòd delinquens efficitur de foro illius Iudicis, coràm quo deliquit, idem Franch. dec. 147. n. 1. vltrà quòd in caſu Gramm. ille Clericus præuētus fuerat à Iudice Eccleſiaſtico, & poſt præuentionē vxorē duxerat, idcircò remiſſus fuerat, vt aduertit Franch. d. dec. 617. ſub n. 4. verſ. nec poſſe, & propterea dùm in ciuilibus verſamur, alitèr dicendū erat, hìnc Clerici quamuis cogi nequeāt ad ſubeūdū tutelā à Iudice laico, ſi enim eā, ſcilicet legitimā vellēt execere, poſsēt, vt dixit Borgn. in tract. de tutor. num. 288. latè Marcell. Conuerſ. in tract. de tutel. in tit. qui teſtam. tut. dar. poſſ. 9. 2. n. 51. & ſeq. quanquàm alij tenuerint, cogi poſſe, & hoc iure non vtimur, Montan. in eod. tract. de tutor. c. 14. n. 3. vel ſecūdùm aliorū opinionē, vt in Clericis in maioribus cōſtitutis id procedat, ſecus in minoribus, Gutier. in eod. tract. de tutor. c. 1. nu. 26. & 27. vtcunquè ſit, dū iſte Clericus in minoribus tunc cōſtitutus volūtariè ſe ingeſſerit in tutela, nulli dubiū eſt, quin ad redditionē computorū obnoxius ſit, l. 1. & toto tit. ff. de ijs, qui pro tut. ſe geſſ. ſed coràm quo Iudice, dum laicus effectus ſit, pro adulto replicabatur, ex duobus, quòd ipſe tutor non debet remitti, & ſucceſſiuè rationes cōputorū reddere in S.C. primò, quia dū laicus effectus ſit, vxorē viduā ducēdo, bigamus reputatur, per ea, quæ tradit Oliua in ritu 37. ſub n. 8. Rota in dec. 1. de bigam. quō fit, vt ordinari non poſſit ex tali irregularitate, Ric. dec. 45. n. 2. p. 1. potiſſimùm ad ſacros ordines, Marquar. in tract. de cęlib. Sacer. p. 1. c. 10. n. 17. & ſucceſſiuè ceſſāte cauſa, ceſſare debet effectus, c. cùm ceſſāte, de appell. ſecūdò dicebatur, quòd ſi Clerici pro redditione cōputorū tutelæ geſtæ conueniūtur coràm Iudice laico, vltrà Autter. in tract. de poteſt. Iudic. ſecul. in Eccleſ. perſon. nu. . . . Gutier. vbi ſuprà ſub n. 27. in fine, potiſſimùm ſi ab eo conſtituti eſſent de quo latè Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. in t. eff. ctu, nu. 984. & ſeq. vbi plures Doctores citat, Caueuſ. in ritu 235. ſub nu. 15. verſ. 18. ratione adminiſtrationis, multò fortius ſi effectus eſſet laicus: vndè pro corroboratione premiſſorū ex mēte Paul. Caſtr. in l. 2. C. vbi de delict. agi oport. dixit Genuenſ in ſua praxi Cur. Archiep. c. 15. n. 4. quòd ſi Clericus ſe obligauerit per inſtrumētū habēs exequutionē paratā, & inde laicus efficiatur, an poſſit contra eū incuſari in Curia Eccleſiaſtica, & cōcludit affirmatiuè, vbi exēplificādo ſubiecit in Clerico, qui fuit Notarius Curiæ Epiſcopi, ſi laicus efficeretur, pro geſtis eo tēpore coràm eo cōueniēdus erit, ſicut Mercator ratione mercaturę licèt ceſſaret à mercatura, & ſcholaris ratione ſtudij, & Notarius ꝓ geſtis in officio reſpōdere debet coràm Domino ViceProthonotario, Ann. ſing. 360. in cæteris vero nequaquàm, & ſic reſidet ibi Genuēſ. quaſi quòd coràm ſeculari Iudice cōueniēdus ſit, prout ità deciſū fuit per S. C. in caſu allegato ꝓcedendū eſſe in eodē S.C. referēte tūc benemerito Reg. Conſiliar. Scipione Rouito, & paritèr in reclamatione confirmatū in cauſa Io. Ant. Tornì cū Martio Sifola de hoc anno 1620. & mēſe Martij, pœnès Izzum Act. Mag. Thoro.

Tutores doloſi & culpoſi an poſſint opponere exceptionem cedendarum contra pupillos, non fuit punctus deciſus, quamuis cauſa expedita, Franch. dec. 662.

V

VAlor monetæ an attēdatur in reſtitutione dotis facienda tempore cōtractus, vel reſtitutionis, ſi fuerit auctus, vel minutus; fuit concluſum, eſſe attendendum tempus cōtractus, Affl. dec. 194. Ant. Gabriel. lib. 3. ritul. de ſolut. concl. 1. & concl. 3. Pellicc. in Conſuet. Auerſ. c. 9. nu. 25. Viu. in Sylua comm. opin. in 513. opinione, moneta, Rota Bonon. Benintend. concl. 39. vbi nu. 2. declarat iſtā deciſionē, Hieronym. de Lautent. dec. Auenion. 208. Farinac. dec. Roman. 61. cent. 7. & dec. 903. Borgn. Caualc. deciſ. Fiuiz. 3. p. 4. n. 18. & ſeq nouiſſimè Gerard. Maynard. dec. Tholoſ. 30. lib. 3. Rol. Cauagnol. dec. Mediol. 22. Ric. coll. 1712. Ioſeph Ludou. in ſuis concluſ. tit. de iure dotium, concluſ. 1. in princ. *Borrell. in ſumma dec. to. 3. tit. 5. nu. 147. & in tit. 40. nu. 120. Math. Berlich. dec. German. 156. Dom. Reg. Hector Capyc. Latro dec. 44. num. 4.*

Valor feudi noui quo tēpore inſpici debeat quādo competeret pars pretij eius ſecundogenito; fuit deciſum, valorem ipſum inſpiciendum eſſe tempore, quo emptum fuit, non autem augmēti temporis, Anna ſingul. 200. feudi noui, & Fab. Filius in conſ. 26. n. 7. vbi allegat Minad. in Cōſt, In aliquibus, in Rub. in verſ. ſucceſſione nu 32. Ricc. in collect. dec. 609. Amar conſ. 6. num. 7.

Valor tractatū communitèr in Regia Camera iudicatur, habito reſpectu ad pretiū, quo valet vbi emitur, & ad pretium, quo valet, quo deferendū erit, & ità ſēper fuit practicatū, Camill. de Curr. in diuerſ. Iur. feud. verſ. redeundo igitur, nu. 59.

Valor monetarū, ſiue ſcutorum an attēdatur tempore contractus, vel ſolutionis, dum fuerit promiſſum per debitorem mediāte inſtrumēto ſoluere tot annuos ſcutos, ſi defecerit à ſolutione, & poſteà condemnatus ad ſoluendū, an attendi debeat tempus cōtractus vel ſolutionis; cōmunis ſe habet concluſio, quòd monetæ valor cōſideratur tēpore ſententiæ, nō autē tempore exequutionis, vt ex aliquorum opinione cōmunitèr recepta tradit Anton. Gabriel. lib. 3. commun. opin. tit. de ſolut. concluſ. 6. & ratio illa potiſſimum eſſe cernitur, cùm monetę diminutio ſtāte mora cedere debeat damno debitoris, Idē in citato loco, concluſ. 3. quinimmò in cauſa Bernardini Theleſe creditoris Valerij Theleſe eius fratris, eò quia dictus Valerius promiſerat annuum cenſum ſcutorum aureorū ſoluere illis de Caputo, in quo erat obligatus dictus Bernardinus, qui dederat quaſdā penſiones, eaſuè ceſſerat dicto Valerio cum dicta conditione, mediante inſtrumento, & cum defeciſſet à promiſſis, conuēto ipſo Valeiro ab eodem Bernardino in Reg. Aud. Calabrię citra, fuit per eand. Valerius cōdemnatus, tàm ad capitale, quàm ad centus decurſos,

Digitized by Google

curſos,& cōfirmatum decretū per M.C.V.& in liquidatione fuit valor ſcutorum liquidatus per d.Mag.Cur.ad ratione carolenorum duodecim, & ſic confirmatū decretū d. Mag.Cur. per S.C. referente tunc Regio Conſiliario Io.Fœlice Scaleone in Banca de Mondellis de anno 1573.

Additio. Ad ornatum allegatæ materiæ facit deciſio Putei 149.p.2. vbi in terminis noſtris cōcludere videtur, quòd tēpus contractus attendi debeat, vt debeantur ſcuta promiſſa ad eum valorē,& bonitatē,ſed ſi alia moneta ſolueretur pro illis, erit conſideranda ſecundùm tempus ſolutionis,& ſic refert,fuiſſe deciſū in Rota Bonon. Benint. dec.39. quòd ſi debitor vellet ſoluere ſcuta in auro,prout erat obligatus,tūc nulla habenda erit ratio augmenti,vel diminutionis,ſed tantùm numeri,aut vellet ſoluere pro auro pecuniā argenteam,vel aliā ex generali conſuetudine,tūc ſi variata eſſet moneta in valore intrinſeco,putà quia argentum ſit factum deterius,& poſſit ſoluere de alia moneta,moneta de qua ſoluitur debet æſtimari ſecundùm valorē,& bonitatē antiquę monetæ,& ſic moneta antiqua,quæ erat melior æſtimabitur ſecundùm curſum, & valorē modernæ monetæ deterioris,& ſic dicit ipſe,quòd intelligitur dec. Affl. ſed caſus ab eo relatus erat, quia moneta antiqua erat deteriorata in bonitate intrinſeca, & antiqua moneta bona hodiè valeret Bononiæ 78. pro quolibet ſcuto,aut deterioratio contigit ob variationē in bonitate extrinſeca,vt quia valor tantū ſit alteratus,remanente eadē bonitate argenti, & tūc ex mēte Doct. concludit,attēdi debere tēpus ſolutionis,non autē contractus,& reſpondet in fine contrariæ opinioni illorum tenentium, debere attendi tempus contractus,nā in fine cōcludit, præterea quia pars fuit in mora,cōſideratur tēpus ſolutionis,ſecundùm Bart.Curt. & alios,vt in caſu noſtro,cæteros autem Doct. allegaui ad Affl.in d.dec.194.ſupr.in verbo valor,vltrà Ric. collect.dec.1722. videndus eſt Minſyng. ſingul. obſeru.cent.4. obſer.1. vbi refert deciſum, eſſe ſoluēdū debitū de moneta currēti,habito reſpectu ad valorē monetæ promiſſæ, Rubeus conſ. 147.n.2.Molfeſ.in Conſuet.Neap.par.9.q.9.ſed hoc ceſſāte mora debitoris,ex allegatis.Thoro.

Variare an poſſit creditor,qui poſt obtentam ſententiam aſſiſtentiæ ſuper certis bonis debitoris, iterùm petierit aliam ſuper alijs bonis; fuit deciſum,dictam variationem non eſſe admittendā, Capyc. dec.33. Franch. dec.53. nu.3. Pellicc.in Conſuet.Auerſ.c.8.nu.273. Muſcatell.in pract. S.C.lib.2.p.3.gloſ.adiudicantur, nu.79.Ricc. in coll.dec.175.Anell.Amat.conſ.95.in fine.*Borrell. in ſumma dec.tom 3. tit.5.nu.171. Danza de pugna Doctorum tom.2. rubr. de elect. fori. cap.2.nu.4.*

Variare an poſſit mulier ſemel aſſecurata prò eius dotibus ſuper aliqua re viri, conſtante matrimonio,ità vt dici poſſit domina facta irreuocabiliter,adeò quòd quando appareret, viri peruenisse ad pinguiorem fortunam,poſſit dici,dominium nō reuocari ab ea,ſaltim quòad effectū, vt non poſſit ſoluto matrimonio agere contra poſſeſſores aliorum bonorum viri; fuit votatū, vt non poſſit variare,Capyc.dec.46. Vrſill. dec. 9.nu.5.Franch.dec.53.nu.3. Muſcatell.in pract. S.C. lib.2.p 3.Gloſ. adiudicantur,nu.79.& gloſ. ſeruata, nu.24.*Borrell.in ſumma dec.tom.3.tit.5.n. 171.D.Reg.Capyc.Galeota tom.2. contro.14.n.15.*

Variatio fori an ſemper fieri poſſit per mulierem, etiam poſt iudicium ceptum,fuit deciſum,quòd ſic in M.C.V. vt refert Vrſill.dec.257. ſub n.2. Ricc.collect.2156. par.6.

Variatio an pluries fieri poſſit per perſonas priuilegiatas, Foller. in praxi Crim. Rub.audiantur excuſatores, n.9.& 10.concludit,non niſi ſemel fieri poſſe,licèt contrarium ait,vidiſſe practicari,idem tradit Carau. in Ritu 233. nu.10. quos omnes citat Muſcatell. in praxi S.C. lib.1. p.2. gloſ.cōpetentes,n.30.vbi ait,eſſe informatū de obſeruantia M.C.V. permittentis variationem bis incluſo Tribunali à quo Sed circa deciſionē iſtius quæſtionis cōſideranda ſunt verba Præſid. de Franch. dec.100. in fine,vbi dixit, rarò accidiſſe variationem à Regijs Tribunalibus ad inferiora, & multotiès fuiſſe petitas variationes ad Tribunalia inferiora poſt remiſſiones factas, & in iſto caſu nūquā remittūtur cauſæ, ob fraudes euitandas;cæterùm ceſſante remiſſione prædicta erit maximè cogitandum , antequàm fiat remiſſio cauſæ , ob reiterationem variationis, *Vide Maſtrill. deciſ. Sicil.268. nu.27. par.3.*

Vaſalli Baronum prætextu grauaminum à Curijs Baronum in incidentibus cauſarum ſi appellant ad M.C.V. vel ad S.C. & vtriuſquè partis conſenſus interueniret,quòd apud Iudicem appellationis procederetur in cauſa principali,an fiat præiudiciū Baroni habenti iuriſdictionē infeudatam,fuit deciſum,quòd ſic,& proindè cauſam eſſe remittēdā ad Baronē,Frāch.dec.529,Capibl.in prag.3.de Baron.n.134.& prag.8.n.79 *Palma in diuerſ.iur.commu.& Regni,in pr.Gloſ.7.n.29.*

Vaſalli an teneantur ad cuſtodiam carceratorum, ſoluto eis iuſto ſalario , ex vrgentiſſimis cauſis fuit deciſum, quòd ſic,Franch.dec.526.num.10. eum citat Capiblanc.in pragm.19.nu.22.de Baron.qui refert,idem fuiſſe iudicatum inter Vniuerſitatem Lauri cum Marchione,quòd deſiſtēte ſuſpitione,tunc ſalario mediante ſoluto,prout inter Ciues poterunt cogi Ciues,nè ſint obligati quærere homines foraneos, *Barbat.de diuiſ. fruct. part.1. cap.11. num.26.*

Vaſalli Baronis vnius Terræ an cogi poſſint cum eorum animalibus frumenta alterius Terrę Baronis pro ſeruitio Baronis aſportare iuſto ſalario mediante; concluditur,exiſtente neceſſitate cogi poſſe,Franch.dec.526.nu.4.& ſeq. aliàs ſecus,& ità fuit in S.C. deciſum inter Vniuerſitatem Sancti Georgij,& Iacobū Caracciolū,quòd Baro abſtineat,verùm pro ſeruitijs illius feudi, vbi ſunt ſubditi, compellantur, & cogantur ad opera Vaſalli,idemquè iudicatum in cauſa Peſchi Pagani teſtatur Amend.ad Franch.vbi ſuprà n.16. *Barbat.de diuiſ.fruct.p.1.c.11.n.34.Nouar.de grauam vaſall.to.1.grauam.91.& grauam.100.n.2.*

Vaſalli coguntur ſeruire Baroni intus Territoriū ſalario mediante,prout inter Ciues,& hoc pluries deciſum fuit,immò quando ſeruitia iniunguntur infrà dietam,& ità fuit deciſum exiſtente Barone Neapoli Vaſallos abſentes teneri,iuſto ſalario cōducere frumēta infrà viginti milliaria,Franch.dec.526.n.3. Reg.Rou. in prag.1. num.5.

Digitized by Google

num.5.de ſalar.eor.qui mitt.pro ſeruit.Cur.vbi refert, aliàs ſic fuiſſe decitum, & Capiblanc. in prag.16.n.30.de Baron.Viſcont.ad Franch.dec. 152. *Barbat.de diuiſ fruct.par.1.cap.11.nu.39. Nouar.de grauam.vaſall. tom.1. grauam.108.*

Vaſalli ad ſeruitia obligati an cogendi ſint aſportare Molas ad Molendina Baronalia extrà Territoria exiſtentia; fuit deciſum, quòd non, Frác. dec.426.poſt n 3. *Nouar.de grauam.vaſall.tom.1. grauam. 105. num.2.*

Vaſalli tantùm ſoliti locare eorũ operas, vel eorũ animalia an cogendi ſint ad ſeruitia, an verò etiã habiles ad operas, & habentes animalia nõ ſolita locare, in hoc fuit diuerſimodè iudicatum, communitèr tamen deciditur, teneri ſolitos, & habiles, Franch. deciſ.526. ſub nu.3.Capiblanc. in pragm.16.n.3.de Baron.vbi ait, quia hoc colore Barones nimium onerabant ſolitos, dùm fuiſſet ſupplicatum in S. C. per Vniuerſitatem Lauri, vt onera repartirentur inter ſolitos, & habiles; fuit decretum, ſic eſſe ſeruandum, ità quòd alter ex ſubditis plus altero nõ grauetur. *Nouar.de grauam.vaſall.tom.1. grauam.78.n.6.& grauam.86. Iulius Cæſar Galluppus in method.feudal. part.5. cap.1. num.10.*

Vaſalli Baronum receptantes forbannitos, & forjudicatos M.C.V. & Regiarum Audientiarum an ſint remittendi ad Barones; fuit deciſum pluries, quòd non, Franch.dec.470.Reg.Rou.in pragm.1. de recept. malef. in fine, Capiblanc.in prag.8.nu.115.de Baron.Reg.de Ponte in tract. de Poteſt.Proreg.Rub.de prouiſ.fieri ſolit.§.3. nu.27.idem Rouit.prag.5.vbi de delict.agi, &c. n.3.Viſcont.in addit.ad iſtam dec.Franch.verſ. eſt verum refert duas deciſiones contrarias, in quibus patet, Vaſallos receptantes contumaces M. C. fuiſſe remiſſos Baronibus ſuis. *Palma in diuerſ.iur.commun.& Regni,prag.2.gloſ.22.nu.15. Barbat.de diuiſ.fruct.par.1.cap.12.n.65. Danza de pugna Doctorum,tom.1. tit.de recept.cap.1. num.5.*

Vaſalli Baronum inquiſiti de furtis in ſtrata publica, in qua quidèm delicto datur iuriſdictio primo capienti, ſi fuerint àb alijs Tribunalibus capti, an ſint remittendi ad Barones virtute eorũ priuilegiorũ; fuit deciſum in caſu ſimili, ex quo non conſtabat de captura facta per alia Tribunalia, eſſe remittendos ad Barones, Franch.dec. 426.Tapia in prag.5.vbi de crim.agi oport.n.2. Maſtrill.dec.Sicil.138.n.4. Ricc. in collect.dec. 48. *Barbat. de diuiſ. fruct. p.1. cap.12. num.42.*

Vaſalli an teneantur ad ſubuetionem iuxtà Conſt. Regni pro maritanda filia Baronis, ſi eodẽ anno filias duas nuptui tradidit; fuit deciſũ, quòd ſic; Franc.dec.306.Capibl.in prag.1 n.69.de Baron. *Barbat.de diuiſ fruct.par.1.cap.14.nu.70. Taſſon.de anteph. verſ.3. obſer.3. nu.332.*

Vaſalli an teneãtur ſeruire Baroni cum animalibus iuſto ſalario mediãte, ſi Baro haberet ſua animalia; fuit deciſũ, quòd non, Franch.dec.211 de qua meminit Reg.Rou.in pragm.1.de ſalar.eor.qui mitt.pro ſeruit. Cur.n 4.Capibl.in prag.6 n.26. de Baron. *Nouar.de grauam.vaſall.tom.1.grauam. 85. Taſſon.de anteph. verſ.3. obſeru.4. nu.72.*

Vaſalli an poſſint aquã ducere ex flumine publico pro agris irrigandis, non obſtante prohibitione Baronis prætẽdentis, flumina tanquàm Regalia ad ipſum ſpectare; non fuit deciſũ, quamuis cõcludatur in fauorem Ciuiũ Franch.dec.183.Capiblanc.in prag.8.n.200.de Baron Reg.de Pont. in tract.de Pot.Pror tit.2.§.6.n 5.Milaneſ.dec. Sicil.3.lib.1 n.199.Molfeſ.in Conſuet.Neap.tit. de renunc.q 4.n.30.Maſtril.in tract.de Magiſtr. p.2.lib 4 c.18.n.57. *D.Reg.Capyc.Galeota tom.2. controu.52. num.19.*

Vaſalli an denegare poſſint conſeruationẽ fructuũ perceptorũ ex Territorijs Baronis peruẽtorum ex induſtria Baronis; fuit deciſũ, quòd ſic, in fauorẽ Baronis, Franc.dec.128.Maſull.in addit.ad Capyc.dec.168.in fi.citat iſtã dec.& addit.ad relationẽ M.C.V.in S.C.fuiſſe deciſum, vt Baronibus dentur Ærarij mediante ſalario pro conſequutione fructuum feudi, immò etiã fructuum, quos Barones ex induſtria percipiũt. Capibl.in prag.16.nu.18.de Baron.Ric.in collect.dec.48. Maſtril.de Magiſtr.lib.4. p.2.cap.17. nu.70. *Nouar. de grauam.vaſall.tom.1. grauam.163.Iul.Cæſ. Gallupp.in method.feudal.par.5.cap.1. nu.12.*

Vaſalli poſſunt prohiberi, nè colligant meſsẽ abſq; Domini potentia, vel alterius ab eo Deputati, quod etiã procedit in debitoribus Epiſcopi pro decima conſequenda, Franch.dec.117. Aloyſ.de Leo in auth.nunc ſi hęres n.4.C.de litig.Pet.Cabal. reſol.crim. cent.2. caſ.168. *Barbat de diuiſ. fruct par.1.cap.2.nu.17.& ſeq.& cap.7.nu 30.Nouar. de grauam.vaſall. grauam 305. Cancer.variar. reſolut.tom. 3.cap.13.nu.372.& tom.1.cap.23.nu.6.*

Vaſalli quamuis inuiti à Domino poſſint alienari, tamen fuerunt admiſſi ad domaniũ petendũ, ſoluto pretio emptori, vnà cum intereſſe, prout ſic fuiſſe deciſũ teſtatur Franc.dec.17.Georg.alleg. 7.nu.1.Viui.in ſylua commun.opin.in opin.637. Princeps,nu.1 Reg.de Pon.in tract.de Pot.Proreg.tit.10.rubr.de bon.& expenſ.Vniuerſ.n.17. & §.1.Maſtrill.in conſ.vnico poſt dec. Sicil.nu. 12.& 15.Ioſeph Seſſe dec.Arago.36.n.23 *doctiſſimus Præſidens Fuluius Lanarius in addit. ad repet. ſui patrui, in cap 1.§.ſed etiam res, per quos fiat inueſt. num.16. & ſeq.*

Vaſalli, an omnes ſint aſtricti ad ſeruiendum Domino cum animalibus; fuit deciſum, eſſe cogendos Vaſallos ſolitos cum animalibus ſuis ſeruire ſibi ipſis, & alijs, Campag.in Cap.Regni Grauamina, in addit. ſub num.38.

Vaſalli an teneantur ad ſeruitia perſonalia Baroni, hoc eſt ad inciſionem lignaminum nęmoris, cauſa mercimonij; fuit per S.C. pronunciatum, teneri ad præſtandum ſeruitia, dummodò non extrahantur à proprijs laboribus lite pendẽte, Gramm.dec.67. poſt num.3. *Nouar.de grauam. vaſall. tom.1. grauam.83.*

Vaſalli ſoliti incidere lignamina in nęmore Domini, nõ tantùm pro vſu proprio, quantùm etiam cauſa mercandi, an reluctante Domino manuteneri debeant in poſſeſſione; fuit deciſum, quòd manuteneantur in poſſeſſione lite pendente incidendi, & extrahẽdi cum ſalmis à nęmore prędicto, Gramm. dec.67. nu.7. *Nouar.de Grauam. vaſall. tom.1. grauam.126. num.3.*

Vaſalli an obligẽtur ad aliqua ſeruitia perſonalia, quatènus eſſent expreſſa in priuilegijs; ſed ſi non eſſent expreſſa an cogãtur ſeruitia præſtare Baroni vigore Regiæ Pragmaticæ Regis Ferdinã-

di;fuit in quadã cauſa deciſum in S.C.quoſdam vaſallos fore,& eſſe liberos,non obſtante eadem Regia Pragmatica, ex quo non aderat ex parte Baronis priuilegium de prædictis,nec poſſeſſio antiqua, ſed tantùm quædam capitula extabant de exhibendis ſeruitijs per eos mediãte ſalario, propterea fuit determinatũ,ipſos teneri ad ſeruitia perſonalia condecentia,mediante ſalario, Vrſill.dec.334.nu.8.

Vaſalli angarij, & perangarij alicuius Baronis an poſſint recedere alibi habitando,prętextu quod Vniuerſitas teneatur dare ſibi anno quolibet Camerarium,& Ærarium per ipſum Baronem eligendos;fuit deciſum contra Baronem, in fauorem Vaſallorum,Capyc.dec.168.Foller.in Conſtit.Aſcriptitios,n.2.& ſeq & iterùm deciſũ fuit in S.C. in cauſa D.Marcelli Cabaniglia cũ eius Vaſallis,quòd nõ poſſint cogi Vaſalli à Barone, vt redirent ad habitãdum in eorum Tertis, patrocinãte q.Fabio de Falco I.C.pſpicace. Quid in Epiſcopo an poſſit præcipere Parocho, vt inhabitet intrà limites Parochiæ,vide Ric. dec. 145.p.1. *D.Reg.Merli.contr.foren.c.*83.*n*.23.Tho.

Vaſalli an poſſint aliena Territoria colere,& deſerere culturã feudalium;fuit deciſum,quòd non in facto contingenti in S.C.Fab.de Ann. in addit.nouiſſ.ad ſingu.461.ruſtici,eius patris,incip. vide Fuſcum, hanc eandem deciſionem refert Frecc.de ſubfeu.lib 2.in 41.author.& in fine annuit,ità olim fuiſſe deciſum in S C.Io.Ang.Piſanell.in addit. ad Conſti.Magiſtris Procuratoribus,incip. facit iſte.

Vaſalli,qui ſoliti ſunt accedere ad molendinũ Baronis,an poſteà cogi poſſint;fuit in S.C. prouiſum, quòd lite pendente conſeruetur Baro circa ius prohibẽdi, quia introitus furnorum erãt in releuio liquidati in certa ſumma,quòd ſi non eſſet cum iure prohibendi, non eſſent affictati tanto pretio,Ann.in ſing.557. vaſalli. Reg. Rouit.in pragm.14.de Baron.

Vaſalli an teneantur ſeruire extrà Territoriũ;fuit deciſũ,ꝙ deputẽtur infrà octo milliaria,Ann.in ſing.560.vaſallus,Capib.in prag.3.n.13.de Baro.

Vaſalli an contribuant in donis, quæ fiunt in parlamentis;fuit in Regia Camera deciſum, quòd non,vt refert audiuiſſe Frec.de ſubfeu.lib.1.tit. de orig.Baron.in verſ.fuit dubitatum in parlamentis, in fi. nu 35.

Vaſalli an cogi poſſint quòd accedant ad molendinum Domini in oppido conſiſtens, & non vagari cum animalibus,pueris,& mulierculis in montaneis per molendina exterorum;fuit deciſum,quòd ſic,Frec de ſubfeu.lib.1.in 41.author. in fi.Ann.in ſing.557. & ibi Fab.citat Frec.

Vaſalli quamuis poſſint eorum animalia immittere in Territorium Baronis, quatènus inter ſe ipſos vſus eſſet,nec animalia capere debeant ad ſocidã vel vt exteris vendant,donec alitèr fuerit prouiſum,an ſi cõtrauenerint,pęnam ſoluere debeant; fuit deciſum in S. C. quòd ſic in pluribus cauſis, Frec.de ſubfeud.lib.2.in 46 auth.ſub.n 4 Lanar. conſ 98.nu.9. *Reg.Sanſel.dec.67.num.2.Barbat.de diuiſ fruct par.1. cap 6. num.69. & 74.*

Vaſalli an diuidi debeant inter fratres.licèt de iure diuidi non poſſint;conſuetudo tamen contrarium obſeruat, & ità pluries obſeruari vidit Afflict. in rub. de ſucceſſ. feud. nu 5.

Vaſalli inuiti an poſſint alienari in duriorem Dominum, Napod. in Conſuetud. Conductor, de locato,nu.32.in fi.tenet,quòd non;licèt contrarium fuerit ſeruatũ olim in Curia Reginali, vt per Luc.de Pen.in l. vnica,in fin.verſ.quamuis, C.de capit.ciuium.lib.10.quem citat Franch.in addit.ad Conſuetud. prædictam, incip.Andr.in cap. Imperialem, & tandèm ità nouiſſimè fuiſſe deciſum in S.C. refert Camill.Salern. in dicta Conſuetud.Conductor,in addit.incip.ad iſtud, quòd vaſalli, fol.377. Reg. de Curte in diuerſ. feud.6.licèt autem veriſſima,ſub nu.35.& de iſta materia vide Duenn. reg 215. limit.1.

Vaſalli an teneantur ad ſeruitia perſonalia Baroni,etiam extrà diſtrictum, abſquè alia mercede, ſub prætenſo vſu longæuo exigendi talia ſeruitia abſquè mercede,non obſtante prætenſione vaſallorũ prætendentium,manuteneri in libertate;Fuit per Collater.Conſil.deciſum,ipſos nõ teneri ad ſeruitia perſonalia,maximè abſq; mercede,Gramm.vot.12. Redẽptoris gentium ſuffragio,&c.Vrſill.dec.334. ſub nu.6. Capiblanc. in pragm.1. num.167. de Baron.

Vaſalli Baronum an comprehendãtur in abolitione generali facta à Rege,Lanar.in conſ.52.concludit,quòd nõ,de quo meminit Camil.de Curt. in diuerſ.iur.feud.verſ.poteſt quoq; feudum,n. 11.& ſeq.vbi latius tractat iſtam materiã nu.28. à terg.& licèt primo loco fuiſſet iudicatum,vaſallos Baronum comprehẽdi quòad pęnas corporales, vt gauderent indultu,ſecus quòad pęnas pecuniarias,vt per Camill. de Curt. vbi ſuprà nu.32.fol.30. facta deindè reclamatione per Barones,conſultaquè Regia Maieſtate; fuit per eam generalitèr declaratum,quòd vniuerſalitèr comprehendantur ex lege Regia, vt ex Pragm. Cardin.de Granuela die 25.Martij 1574. f.445. apparet,& teſtatur Camil.de Curt.vbi ſuprà in dicto nu.32. annuens, fuiſſe ſeruatum in primo Indultu facto per Regem Philippum Secũdum, quod limitat, non procedere, quando eſſet Indulgentia conceſſa ob publicam vtilitatem,v. in banno,qui ceperit bannitum gaudeat Indultu.

Vaſalli caporales litium cũ Barone an prohibeantur eſſe de regimine;fuit iudicatũ,quòd ſic,inter Vniuerſitatem Lauri cum Marchione,ſecus ſi litigarẽt cum Vniuerſitate, tunc poſſent eligere, ſed nõ eligi,ſed ſi eſsẽt debitores,nõ poſſent eligere,nec eligi,Capibl.in prag.10.n.80.de Baron. *Aug.Caput.de regim.Reipubl. cap.3.num.*10.

Vaſalli quo tẽpore teneantur aſportare frumẽtum Domino;fuit iudicatũ in S.C. pro Vniuerſitate Peſchi Pagani cum eius Domino,à menſe Maij per totũ menſẽ Octobris ſolùm teneri vaſallos ad aſportationẽ frumenti à Ciuitate Neap.Baroni,referẽte Reg.Cõſil. Quiros,Flau.Amend. ad Franc.dec.526.n 6 *Barbat. de diuiſ.fruct.p.1.c.* 11.*n*.35.*Nouar.de grauam.vaſſall.to.1.grauam.*90.

Vaſalli ſoliti ſeruire aſtringuntur ſeruire extrà Territorium, ſalario mediante,prout inter Ciues,& ſic iudicatum in cauſa Terræ Bollitę cum Domino,referente Reg.Conſil. de Hato, Flau. Amend. ad Franch. dec.211. nu 9.

Vaſalli ſi præſtiterint ſeruitiũ Domino,cui fuerat ẽt à Rege mandatũ ſemel in anno,ſi iterùm idẽ Domi-

Dominus eodem anno ſeruitium petierit,an teneãtur ipſi pariter Dño iterate ſeruitium præſtare;fuit determinatũ, ꝙ nõ,quia imperitia Baronũ nõ debet obeſſe feudatarijs,& mutare formã iuriſdictionis, Ioa.Petrucia inter ſing. Barthol de Capua in ſing.88. incip.eſt argumẽtum.

Vaſſalli an cogendi ſint accedere ad molendina, quando eſſent apta,& viciniora altero,& ſolueretur molitura minor;fuit in S.C.deciſum affirmatiuè in cauſa Oritiæ Columnæ cũ Vniuerſitate Maynerij, Ann.in repet.rubr. de vaſall.decrep.ætat.n.69. Maſtrill.in tract.de Magiſt.p.2. lib.4. cap.18. nu 36. *Nouar.de grauam. vaſall.to. 1. grauam.58. num.4.*

Vaſſalli an teneantur ad ſeruitium cõducendi frumenta Baronalis Curiæ ad proxima littora maris eorum ſumptibus,exiſtente conſuetudine talia faciẽdi,& longæua Baronis poſſeſſione,per teſtes,& ſcripturas iam probatis,in contingenti caſu Vaſſallorum Terræ Rotundellæ cum eius Barone infraſcripta allegata fuerũt per V.I.D. Io. Andr.de Riccardo pro defenſione Baronis: Si iure ordinario Baronis prætẽderetur,vtiquè poſſet dubitari,cùm diceretur perangaria, And. in c.1.§.angariæ,quæ ſint regal.poſt gl.& tex. in cap.Regni Grauamina,attamen quia tale ſeruitium exigitur alio iure ſ.capitulationis, ſeu cõuẽtionis ab initio habitationis habitæ inter primum Baronem,& primos habitatores,ſuccedit limitatio poſita in eodem cap.Grauamina, cùm in eo bis excipiẽdo à regula ponantur hæc verba , niſi ad id ſpecialitèr de conſuetudine , ſeu quocunquè alio iure ſit aſtrictus vaſallus : Nec obſtat Cõſtitutio Quia frequẽter,quæ ex aduerſo adducitur, nam illa loquitur de obligatione perſonę,immò dicta Conſtit.facit pro Barone, dùm ibi dicit tex.ſed tantùm redditus in pecunia,vel rebus alijs pro eo,quod receperit agnoſcat,nõ enim Baro aliud pretendit,niſi vt vaſalli agnoſcant illud ſeruitiũ reddere,pro quo Territoriũ receperunt:vndè cũ à principio quãdo fuit conceſsũ feudũ ad habitandũ, fuit certum ſeruitiũ expreſſum,& promiſsũ, illud debetur, And.in c.1.§.huius autẽ generis, quib. ex cauſ. feud.amitt.& in c 1.§.fi.per illũ tex.de Cap.qui cur.vend.& ibi gl.dat exẽplum,putà ad aliquod certũ faciendũ quolibet anno,vt in caſu noſtro, & ſubdit,poſſe pro ſeruitio promiſſo agi,vel ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio interuenerit,vel certi cõdictione ex pacto,ſeu præſcriptis verbis,idquè dicit ibi Andr.eſſe,quia contractus ex conuentione legẽ accipiũt,l.contractus,ff.de reg.iur.& l.1 §.ſi conueniat,ff.depoſ.& ex quo determinata ſunt ſeruitia pręſtãda, illa cõceſſio Territorij pro capitulatione facta dicitur cõditionata,ſeu pactionata,habens annexã conditionẽ, pro qua fuit conceſſio facta,c.1 §.fin. ex quib.cauſ.feud. amitt.& c.1.§.fi.quid ſit inueſt.Capyc. in ſua inueſt.rub.feud.gen.verſ.conditionatũ, & in proprijs terminis quãdo exteri veniunt ad habitãdum Caſtrũ Domini,& Dominus illis concedit ſub aliquo reditu,ſeu ſeruitio, ſub certa lege,& conditione,quòd illa ſeruãda eſt firmat Par. de Put.in tract.de reint.feud.cap.incip.pone,quòd aliqui exteri venerũt ad habitandũ,f.67.Itaq;cũ appareat initium habitationis,& ſub qua lege ſe ſubmiſerunt,illa in ſpecie debet ſeruari,illiuſq; tenor attenditur, nec curãdũ ſit ſm regulas cõmunes,ſiue cõtra ſint,ſiuè preter,vt in feudo,cuius inueſtiturę tenor attẽditur,latè dicit Frec.in ſuis form.inueſt.c.2.in prin.& metas dictę capitulationis traſgredi nõ licet,ſed illas ad vnguem obſeruari,arg.tex .in c. porrò,& c.ſeq.de priuileg. at illud,quod ex tenore dictæ capitulationis dignoſcitur prouiſum , ſecundùm ſcripti iuris rationem iudicandũ eſt,id verò,quod ex tenore ſcripturæ occurrit,poſſet ex bono, & æquo interpretari,ità I.C. in l. in ijs, ff. de cond. & demonſt.quẽ citat Frec.vbi ſupra,vbi etia ſubdit, quòd tenor inueſtituræ eſt loco cõtractus,& ſecundũ illã vterquè aſtringetur ex pacto, & vinculo inter eos firmato ex lege,& forma à qua nõ poteſt recedi,nec aliquid addi,vel minui,quãtũuis minimum,allegat Bald.in l.contractus,C.de fid.inſtr.& plura ibidẽ congerit ad hoc propoſitũ; vndè cùm conuentio prędicta non continet pactũ turpe,vel prohibitũ,ſeruari debet,l.iuriſgentiũ, §.pacta,ff.de pact.And.loquẽs de pacto, vt omni anno præſtetur ſeruitiũ in c.1.§.ſed nec eſt alia,quæ ſit prim cauſ.benef.amitt.& in c. ſi quis deceſſerit, ſi de feud def.mil.&c. Potuit enim Princeps Salerni tũc Dominus Territorij, & feudi,de cuius dominio non eſt dubitandũ ex fidibus R.C. præſentatis tradẽdo Territorium imponere legẽ,quã voluit, Andr in c.1.quemad. feud.ad fil.conr.& in cap.1. col.fi.de cont.feud. apud par.term.p rex.vulg.in l.in re mandata,C. mãd. & quia ſub certa lege,& cõditione cõcedi frumenta gratis vaſalli territorium receperant, ceſſat prouiſio legis , cùm adſit certa prouiſio corruunt cæteræ coiecturę , quando habemus quod à partibus ſinctũ eſt,dicit I.C. in l. continuus,§.cùm ità,ff.de verb.oblig.& ſummã habet ęquitatẽ,vt eatènus quiſq; noſtro beneficio vtatur,quatènus ei tribuere velimus,l.ait pretor,§. 1.& in l.& habet,ff. de precar. & ijs argumentis vtitur Frec.in 2.formul.inueſt.n.8. & ſi ſeruitiũ in totũ denegaretur,daretur conditio dicti Territorij tãquàm dati ob cauſã cauſa nõ ſequuta, ſeu actio præſcriptis verbis,& vaſalli tenerẽtur relaxare illud,vnà cum fructibus ex illo perceptis,l.q. ſe debere,§.fi.ff.de cond.cauſa dat.& nõ ſequu. nullũ enim erit,quouſq; Territorio vtuntur vaſalli,ſeruitio impoſito,Domino iuxtà cõditionẽ exhibeant, vel cõtractus claudicare dicatur,& ſic autẽ ſtari debent conuẽtioni, & capitulationi reciprocè,aut in totũ ab ea diſcedi, l.Iulianus.§.ſi quis colludente,ff de act.emp.non erit amplius diſputandũ de validitate capitulationis, cùm iſte articulus ſit iàm deciſus per S. R.C.quãdo decreuit,lite pẽdente vaſallos conducere debere gratis tumulos frumẽti ducentũ cõtentos in vno ex capitulis,& pro reliquis dedit terminũ in cauſa,& ſic poſtquàm ex probationibus plenè conſtat de iuribus Baronis per ſcripturas,per cõſuetudinẽ antiquam,poſſeſſionẽ,& teſtiũ depoſitiones,& quòd nõ modò mille, ſed vltrà modios frumẽti cõmodè Vniuerſitas,& Vaſalli cõducere poſſunt,ob copiã animaliũ,& quòd Terra eſt ſatis populata,erit decernendum ſimpliciter, Vniuerſitatem , & Vaſallos teneri ad conducendũ frumenta omnia ad pro-

 xima

xima littora maris, & ità in aula D. Vincentij de Franchis fuit iudicatum in cauſa Terræ Rotundellæ cũ eius Barone, quemadmodùm hęc omnia exemplaui ex volu. alleg. patrui mei venerandi I.C. Fabij de Falco. *Præſidens Fuluius Lanarius in addit. ad repetit. cap. 1. §. ſi quis per triginta ſi de feud. defunct. num. 70. eius patrui, vbi hic nos allegat.* Ioan. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Vaſallus Baronis ſi deliquerit in Terra alterius Baronis, & fuerit ab eius Barone carceratus an ſit remittendus ad Baronē loci, in quo deliquit, ratione delicti, accedēte priuilegio quoq; eidem conceſſo cognoſcendi contra quoſcũq; exteros delinquentes in dicto loco; fuit deciſum, quòd non, Franch. dec. 505. Reg. Tap. in Conſt. Magiſter Iuſtitiarius. n. 11 12. & 17. *Guazzin. in tract. ad defenſam, in defenſ. 1. cap. 9 nu. 5. & ſeq.*

Vaſallus an ſit remittendus Baroni virtute ipſius priuilegiorum, ſi per Vaſallum fuerit commiſſum delictum declaratum per bānum delictum, quod anteà non erat delictum poſt cōceſſionem priuilegiorum; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec 434. Capiblanc. in pragm. 8, num. 114. de Baron. Reg. de Pont. in tract. de Poteſt. Proreg. rub de prouiſ. fieri ſolit §. 3 nu. 29. Reg. Rouit. in pragm. 9 de empt. & vend. *D Reg. Conſtant. in l 1. C. pęn fiſcal. lib. 10. nu. 24. Barbat. de d uiſ. fruct. par. 1. cap. 12. num. 76.*

Vaſallus alicuius Baronis habentis iuriſdictionem in delinquētes in alieno Territorio, habētis pręuentionem, ſi delinquendo in Caſali alterius Baronis exiſtente intus Territorium Ciuitates Neap an ſit eidem remittendus, dùm ex conſuetudine delinquentes in Ciuitate Neap. nũquàm remittuntur; fuit deciſũ, eſſe remittendũ, Franc. deciſ. 129 Capibl, in pragm. 8, num. 34. de Baron. Georg. alleg. 48. n. 15. Reg. Tap. in pragm. 1. licèt vt vniuerſalis, nu. 20. vbi de delict. agi opor. *D. Reg Rouit dec. 11. nu. 13. D. conſ Carleual de iudic. lib. 1. tit. 1 diſput. 2. quæſt. 7 ſect. 2. num. 361. Danza de pugna Doct. tit. de remiſſ. cap. 4.*

Vaſallus alicuius Baronis habētis ampliſſima priuilegia in ſuos vaſallos delinquētes, etiam extrà Territorium, ſi deliquerit in Terra alterius Baronis habentis priuilegium cognoſcendi de delictis commiſſis in eius Territorio, quis eorum erit pręferēdus; fuit deciſum, eſſe pręferendum Baronem loci delicti, ex quo eius priuilegium erat anterius & per longum tempus inquiſitus in eius Territorio inhabitauerat, Reg. Rouit. in prag. 1. vbi de delict. quis deb. conuen. nu. 4 *Nouar. de Grauam vaſall. to. 1. grauam. 405. n. 8. & Danza de pugna Doct. & c. 10. 2. tit. 1. de Homicid. n. 18.*

Vaſallus an poſſit teſtificari in fauorē Domini ſui; fuit deciſum quòd ſic, etiam ſi Dominus habuerit in eum merum, & mixtum imperiũ, & ei iurauerit fidelitatem dũmodò non probetur, quòd ſit grādi amicitia coniunctus cum Domino ſuo, vel nō probetur, quòd ſit vilis perſona, & angarius, & perangarius, Affl. decil. 304. Gram. conſ. crim. 12 Summi Opiſices nu. 19. Farin. de oppoſ. cont. perſo. teſt. q. 55 n. 186, cum ſeq. & 205. Ant. Gab. lib. 1. tit de teſtib. concl. 10. nu 26. Maſcar. de prob. concl. 1425. n 4. Viui in ſylua commun. opin. in opin 984. incip teſtificari num. 2. *Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 107. nu. 22. Caſtill. deciſ. Sicil. 238. num. 3. tom. 3.*

Vaſallus an poterit de iure proteſtari contra Dominum, quòd nolit eſſe eius vaſallus, ex eo, quòd Dominus morā fecerat non remunerando ſeruitia per eum facta; concluditur, quòd non, immò nec tenetur Dominus ad remunerationem; & ob talem remunerationem factam puniri debet, Afflict. dec. 307. in princ. vſq; ad nu. 18.

Vaſallus an dicatur periurus, & rebellis, vt puniri poſſit, ſi proteſtatus fuiſſet cum Domino de mora commiſſa non remunerandi eius ſeruitia, & conuerſatione habita cum Inimicis Regis; concluditur, quod circa quærimoniam eius detrahendo Regi nolenti remunerare eius ſeruitia, attentis ſeruitijs præteritis, paupertate vaſalli, animaduerti debeat Regis arbitrio aliqualitèr, ità quòd nō ei afficere debeat amicitia Inimicorum, niſi indè reſultaret damnum Domini, ob quod verè rebellis, & infidelis iudicetur, Afflict. dec. 307. nu. 26. & ſeq. vbi Vrſill. nu. 18. exornat.

Vaſallus Regis nequit ſe, nec ſuos ad taleam obligare ſine voluntate Regis de iure, an procedat in illis, qui ex aliquo capite immunitatis id facere poſſint, vt putà in illis de domo de Syluestris de Arzano, fuit deciſum, quòd nō in S.C. vt refert Capy. dec. 168. nu. 2. quem citat Vrſill. dec. 307. n. 2. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 15. author. refert, contrarium fuiſſe deciſum in S.C. vt iſti nō propterea angarij cēſeantur, quin eorũ Vniuerſitas ſingulis annis iuſto ſalario teneatur dare vnum Ærarium, aut Camerlingũ pro ſeruitio Curiæ, Ricc. collect. deciſ. 1358. *Barbatus de diuiſ. fruct. par. 1. cap 11. num. 7.*

Vaſallus an teneatur aſportare Terragia ad Domum Domini; fuit deciſum, eſſe ſeruandam conſuetudinem, qua circumſcripta teneantur vaſalli, Ann. in alleg 94. nu. 11.

Vaſallus aufugiens à carceribus Baronum, ſi recta via veniret ad M.C.V. an teneatur de fuga; fuit deciſum, quòd non, Ann. ſingul 561. vaſalli, & idem in alia cauſa refert fuiſſe deciſum Fab. de Ann in addit. ad commen. eius patris ſuper repet. c. 1. de vaſall. decrep. ætat. ſub nu. 58. & 118.

Vaſallus ruſticus, qui non præſtitit Domino ſeruitium militare, ad quod tenebatur vigore conceſſionis feudi ruſtici, ſiuè ſtartiæ factæ anteceſſori pro ſe, & ſuis hæredibus primogenitis, nā tunc talis cōceſſionarius erat miles, & tenebat equos, & arma, an admittatur ad ſeruiendum Domino per ſubſtitutum, fuit deciſum, quòd ſic, nam non fuerat electa induſtria perſonæ, ex quo fuerat conceſſa ſtartia pro patre, & deſcēdentibus qui poterant ſeruire per ſubſtitutum idoneum Domino, & acceptabilem, Paris de reintegr. feu. in cap incip. fuit aliàs coràm me, fol. 31

Vaſallus ruſticus an priuari debeat feudo, ſi fraudem commiſerit, dùm teneret quatuor prædia, duo optima redditia feudo, & alia duo minus fructuoſa, & citatus comparuit in inuentario, & faſſus fuit, duo optima eſſe feudo redditia, & alia duo libera, & poſteà aliàs contrarium confeſſus fuiſſet; fuit omnibus prædijs priuatus ob fraudem ipſam, Paris de reintegr. feud. in cap. incip. Et iuſta prędicta, moueo, n. 30. fol. 48. à ter. & in cap. ruſticus citatus, nu 6. fol 76. à ter.

Vaſallus alienans feudum contra Conſt. Friderici an pri-

an priuari debeat feudo ex ficta,& non vera traditione,vt putà per precarium,aut cõſtitutum, ità vt pœna illius legis locum habeat;concluditur,quòd non,iuxtà opinionem Aluarot. ibi ſecũdum quam iudicandũ erit,& ſubdit Camer.in l.Imperialem. fol.10.à ter. lit.R. vti iudicamus.

Vaſallus an feudo priuãdus ſit,dùm tenetur etiam conſilio Dominum iuuare, & Inimicum Regis literis exhortatorialibus monere;fuit in Conſil. Coll.deciſum,quòd ſic in cõtingẽti caſu in perſonam Antonij Griſoni,Minad.in Conſt. In aliquibus, ver. Comitum, & Baronum, num.46.

Vaſallus Regis, ſiue ſubditus an poſſit adire alios Iudices, quàm Regios,ad quod extat Conſtitutio Regni Cùm iuſtitiæ,expreſsè id prohibens, ne adeant alios Iudices præter Regios, in facto contingenti relata cauſa per M.C.V. in S.C. in cauſa cuiuſdam Vaſalli Vallis Vitulani,qui obligare fecerat quendam alium Regnicolam penès acta Curiæ Beneuenti, in qua fuit carceratus,& grauauerat ſe à carceratione,dictũ fuit per S.C. vt M.C.V.pcederet ad vlteriora, Reg.Tapia in annot.ad d.Conſt.in princ. in opere iur.Regni. *Nouar.de Grauam.vaſall.to.1.grauam 226.nu.4.*

Vaſallus Baronis an poſſit adire Regia Tribunalia in præiudicium iuriſdictionis Baronis, & quid exiſtentibus bannis prohibitiuis an teneatur ad pœnam;concluditur,quòd non,contra vaſallum, Baro enim poteſt præcipere vaſalhs, quòd in præiudiciũ eius iuriſdictionis non accedant ad Curiam Regis,vt inquit Paris de Puteo in tract. de ſynd.verſ.an Baro, quẽ citat Foller. in pract. cenſual.verſ.& ſubmiſſione,nu.4.& ob id annuit Reg.Tapia in Conſt.Statuimus, vt Magnæ Curiæ,nu.33.quòd vaſalli confugientes ad Regia Tribunalia audiuntur,quamuis Barones ſoleant prouiſiones Collateralis expediri facere,nè adeant Regia Tribunalia, & quotieſcunque fuerit appellatum ad M. C. V. comparente Barone ſit remiſſio;tamen reſpectu bãnorum emanatorum per Barones, eorũq; Officiales prohibentiũ acceſſus ad Regia Tribunalia; concluditur, nullo modo procedi poſſe;vndè hodiè,vt ſubdit Foller. vbi ſuprà,adeò moleſtè ferunt Tribunalia Regia,quòd tẽpore ſuo afferit,vidiſſe carcerari, & maletractari Officiales Baronum propter dictum bannum,& Ann.ſingul.62.inquit,fuiſſe deciſũ,vt Barones ſinant vaſallos adire Regia Tribunalia. quarè fuit per M.C.V. deciſum, quòd vaſallus adiens Curiam Regiã ſuperiorẽ Curiæ Baronis contra formam banni emanati per Baronem,vt nullus adeat Curiam aliquam, omiſſo medio ſub pœna,quòd non teneatur ad pœnam, & proinde fuit excarceratus,ſi pro alia cauſa nõ detinebatur,vt inquit Nunt.Tartagl.in prax.ciuil.c.2.nu.1.& eum citat Capibl.in pragm.3.nu. 128.de Baron.& n 129. inquit,contrariũ poſteà fuiſſe deciſum in S.C. in cauſa Vniuerſitatis Solofræ annuẽs,ex aliqua cauſa fuiſſe remiſſam pœnam in dicto caſu. Tandèm ſubdit Reg.Tap.vbi ſuprà reſpectu prouiſionũ Regiarum expeditarum ad inſtantiã Baronũ ſub nu.4. quòd quando cauſa eſſet grauis nimis,vel adeſſet timor,nè iuſtitia integrè miniſtraretur, vel quãdo carceratus reperiretur in carceribus M.C.V. & Terra Baronis longè diſtaret, vel ſi adeſſet aliquis timor ſuſpitionis reſpectu Iudicis Baronis , remittitur cauſa,cum clauſula,quòd eligat Iudicem in Ciuitate,quod etiam procedit , quando adeſſet cauſa ſuſpitionis in Barone.S.C. ſolet deputare Iudicẽ, qui nomine Baronis procedat,licèt hodiè nõ ſeruetur,tamẽ ego multotiès vidi primũ caput obſeruari, vt eligatur Iudex in Ciuitate. *Meminit de hac deciſione Capibla. Barbat. de diuiſ. fruct par. 1.cap.12.nu.72 & de praxi eligendi Iudicem in Ciuitate meminit Danza de pugna Doct.&c, tit de official in genere, cap.9. num.12.* Thoro.

Vaſallus an teneatur præſtare ſeruitium Domino pendente lite euictionis; concluditur, quòd ſic per Bald. in cap.1.num.3. de inueſt.de realien. fact.& ibi Aluarot.nu.5.& Afflict. nu.15. vbi teſtatur,ità fuiſſe iudicatum, eum citat Maſtril in deciſ.Sicil.160. num.20.

Vaſallus,cui iniungitur ſeruitium aſportandi frumentum Baroni ſuo Neapol. vel alio pro victu, & neceſſario familiæ , an poſſit æquè idoneum triticũ emere,& conſignare,vbi eſſet Baro receptur us; fuit in S C. deciſũ, quod ſic in cauſa Terræ Peſchi Pagani,referẽte Reg.Conſ.Quiros,Flau. Amend.ad Franch.dec.211.n.4.& dec.526.n.17.

Vectigal, aut Scapha an ſoluenda erit per vaſallũ miſſum pro ſeruitio Curiæ,ſeu Baronis; fuit deciſum,quòd non,ſed per Baronem,Campag.in c.Regni Grauamina, nu.38. in addit. *Nouar.de grauam.vaſall.tom. 1.grauam.95.nu.2.*

Velleiano an iuuetur mulier in vendirione, etiam quòd mulier pro alio vellet ſoluere,& in datione in ſolutum;non fuit deciſum dubium principale,ſed prolatum decretum,quòd ſententiæ prædictæ declarentur nullæ,& dara facultas offerendi poſſeſſori,Franch.dec.279.Reg.de Pòt. in tract.de Poteſt.Proreg.tit.10. rubr. de decr. Coll.Conſ.n.6.Reg.Tap.in 4.p.iur.Regn.prag. 1.de Senat. Conſult. Velleiano,in prin. D. Reg. *Merlin.controuerſ. forenſ.c.55. nu.16.*

Venari an prohiberi poſſit vaſallis in Territorio Baronis; fuit concluſum,lite pendente nõ poſſe prohiberi,ſtante poſſeſſione venandi,ſed tamen de iure gentium permiſſa eſt venatio, dũmodò in alienum agrum nõ fuerit ingreſſum Cererum Dominis cautela traditur prohibendi per proclama, & banna, & vaſallis paritèr ab eis reclamari,Gramm.dec.67.n.9.& ſeq. Ann.ſingul.59. Baro,Franch.dec.158.n.2.Capibl.in prag.14.n. 27.de Baron.Reg.Rouit.in prag. 1. de Aucup. Maſtril.in tract.de Magiſt.p.2.lib.4.c.18.nu.45.

Venatio cum retibus pro capiendis animalibus quadrupedibus an prohiberi poſſit per Baronẽ contra vaſallos in Territorijs publicis; fuit deciſum quòd nõ,ſed in caſu,de quo agebatur apparebant banna promulgata per Baronem, prohibentia venationes , nec alitèr appellatum ab Vniuerſitate , ob quod fuit datus terminus in cauſa,& lite pendente fuit dictum,quòd vaſalli abſtinerent ſe à venatione,Frãch.dec.158.Capibl.in prag.14 n.28.de Baron.Reg.Tap.in c.Regni 84.Magiſter Foreſtarum,nu.5.Ricc.in coll. dec.395 Maſtril.in tract.de Magiſt.p.2. lib.2. c. 18.n 45 Sixtin in tract.de Regal.lib.2. c.18.nu. 77.Theſſ.lib.2 qq.foren q.22.*Barba.de diuiſ.fruct. p.1.c 5 n.21.Nouar.de grauam vaſall. to.1.graua. 70.Andr.Capan.de iure releuij p.4. q 3 nu 13.*

Venatio an poſſit prohiberi per Baronem vaſallis in ſyluis; fuit deciſum, non licere cum Baliſtis, & Sclopetis, niſi quòad Apros, & Lupos, Ann. in ſing.59. Baro. Reg. Rouit. vbi ſuprà.

Venatio poteſt prohiberi, vt non fiat certo mòdo, vel nè fiat cum Sclopetis, vel qñ ineſſet periculum perſonarum, & ità pluriès fuiſſe deciſũ in S.C. teſtatur Capibl. in prag 14.n.31.de Baron.

Vendicare an poſſint filij hæredes bona obligata per eorum patrem pro dotibus eius Nurus, ipſi aſſecurata pro eorum portionibus; fuit deciſum, poſſe vendicare, & ſucceſſiuè ipſa mulier aſſecurata fuit cõdemnata ad reſtitutionẽ duarum portionũ, tribus filijs eius Soceri debitis, vnà cũ fructibus, pro quibus portionibus mulier habeat recurſũ contra bona Soceri, Viri, & alterius hęredis, & ad fructus, Aſſli. deci.9.in fi. Anto.Fab. in eius Cod.tit.de rei vxo.act.defi.25.

Vendere bona ſua, & tranferre an ſit arbitrarium cuiq; etiam vaſallo, nõ obſtantibus bannis Baronis prohibentis, nè vaſalli vendãt eorum bona, niſi ipſi; fuit deciſum, quòd ſic in S.C. inter Vniuerſitatem Lauri cum Marchione, licèt volẽtibus vendere debeat præferri Baro, Capibl. in prag.1.de Baron. nu.112. & 122.

Vendere nõ tenẽtur vaſalli Baroni niſi pretio cõtanti, & nõ cũ talijs; vt fuit deciſum in S.C. inter Principem Hoſtiliani. & Vniuerſitatem Theani, Capibl. in prag.1. nu.140. & 173. de Baron.

Vendere officia ſubordinata alicui Arrendamẽto conceſſo à Rege cum clauſula, ſicut ſui prædeceſſores tenuerunt, habuerũt, & poſſiderunt, qui quidèm ſoliti erãt vendere talia officia, an liceat poſſeſſori in futurum, ſi fuerit fortè pronunciatum, non deliquiſſe ex præterito circa vẽditionem ipſorum; non fuit alitèr cauſa deciſa, quãuis multis rationibus concludatur in fauorem venditoris, Reg. de Pont. dec.37.n.2.& ſeq.

Vendere an compellatur aduena, ſeu forenſis habitãs in Terra Baronali eius ſtabilia ibi exiſtẽtia, Domino ipſo dictæ Terrę proclamante cõtra eum, vt extractet de Terra ob inimicitiã, rixas, & diſcordias, ad quas ſedandas pretium illorum obtulerat, licèt ex iuris diſpoſitione cautum ſit, tàm reſpectu habitationis quòd nemo inuitus de domo ſua ſit extrahendus, l. nemo inuitus, ff. de reg. iur. & ſucceſſiuè nec emere nec vendere inuitus cõpelli debet, vulgata l. nec emere, C. de iur. delib. nec debitor cogi poſſit ſuſcipere alium creditorem, ſecus in creditore, Bellac. inter com.opin.tit.de reuoc. ijs, quę in fraudem, &c.n 15.& inſupèr nec vaſallus à Terra recedens debet priuari bonis ſibi conceſſis à Domino, inquit Specul. in tit. de feud §. quoniã, ſub n.18 & 38 quem citat Paris in tract. de reinteg.feud.c.quarto, Domini.nu 9. & antè eos Bal. in proœm.feud.verſ.ſecundo.n 39. non tñ propria bona amittere debet, & ſi eſſet ob aliquod delictum cõdemnatus ad deportationẽ, quo caſu Ciuitatem tantum amitteret, nõ tamẽ bona, ità gloſ in l.ſed ſi alia lege in verb. quod ſi deportata, ff de bon.damn. Tantò magis & forẽſis, qui & ſi ex cauſa à Barone de eius Terra expellatur, non per hoc poterit Baro illius bona occupare, ità Fab. Ann. in addit. ad ſing.54. eius patris ex mente Rebuff. in 2.20. tit. de mercat. art. vlt. gl. vnicã, n. 28. quẽ ſequitur Reg. de Pon. in tract. de Por. Proreg. rub. de diuerſ. prouiſ. tit. de exter. habit. in terr. Baron. n.3. multò fortius & illa inuito eo vendere, cùm quilibet in re ſua ſit moderator, & arbiter, l in re mãdata, C. mãd. ijs tamen minime obſtãtibus, ex quo tàm regula d. l. nemo inuitus recipit aliquas limitationes, ibi per Dec. & Cagnol. traditas, quàm tex. in d. l. nec èmere, vt per Soci. reg.435. vendere, Viui. in opin.1026. Alph. coll.353. Iacob. Nouel. in reg.234. vendere, Tiraq. in præſ. ſui tract. de retract. ſub n.15. Ric. coll. dec.76. Capibl. in prag. 1. de Baron. n.90.& ſeq. qui inter cęteras limitationes limitant, exiſtẽte aliqua cauſa neceſſaria, cogi poſſe ad vendendum, & ſucceſſiuè ad emẽdum, eò quòd vendere, & emere ſunt correlatiua, l.1. C. de indic. vid. roll. cum alijs citatis per Aſciam determ.28.n.8. ſed quæ magis vrgentiſſima cauſa neceſſaria, quàm inimicitia, quę multos parit effectus, de quibus per Aſſl. in c.1. quę ſit prim cauſ. benef. amitt. n.44.& ſeq. ex qua & rixæ, odia, & homicidia deriuãtur, hinc tex. celebris in l. ęquiſſimum, ff. de vſuf. dixit: Cùr. n. ad arma, & rixã procedere patiatur Prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua componere, facit can. placuit, can. ſi quis, & can. fin 90. diſt. melius eſt antè tempus occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere, l. fi. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ. occaſionem igitur delinquendi tollere debet, l.1. §.3. ff. naut. caup. ſtab. gl. in l.2. ff. de eo, quod certo loco, hinc bonorum diuiſio introducta cernitur, vt per eam ceſſent odia, & diſcordiæ, q oriri poſſunt, maximè inter fratres, Crauet. conſ.264. n:1. vbi n.7. & per tot. conſilium concludit, pro bono pacis licitã eſſe licitationem iam factam retractari, & aliam de nouo haberi, nõ ab re in caſu pręmiſſo ad ſedanda odia, & inimicitias inter fratres exortas, vt tollatur delinquendi occaſio, fratrẽ odioſum ex fratris territorio expulſum cõpellere ad vendendum bona ſtabilia, ſi quæ habet in eo, iuſto pretio, emptori offerẽti illorũ pretium, & hoc fundari arbitror ad ſequentis deciſionis Coll. Conſ. corroborationem, ea. ſ. ratione, poſtquam certum eſt de iure, contractus omnes ab initio eſſe voluntarios, l. ſicut, C. de act. & oblig. & ſicut contracta emptione, & vẽditione, oblato pretio per emptorem, venditor cogitur rẽ tradere, l. Iulianus, §. offerri, ff de act. empt. ſic & in caſu allegato eadem ratio militabit nam & ſi vtriuſq; conſenſus voluntarij non interuenerit ab initio, ſed neceſſarij, hoc eſt emptoris, qui, vt alterum ſibi odioſum à Terra ſua expellat, eius bona emere neceſſitati ſubijcitur, ne eorum occaſione iterùm reuertatur, ità & venditor neceſſitate expulſionis compulſus vendere pariformitèr aſtringetur, & ſic voluntas eorum neceſſitate coacta quodammodò voluntarie contrahere videntur, eò quòd volũtas coacta, voluntas eſt, gl. in l. ſi mulier, ff. quod met. cauſ. & quemadmodùm in cõtractibus ipſis voluntariè geſtis, oblato pretio per emptorem, venditor rẽ tradere aſtringitur, dicto §. offerri, ità in contractibus neceſſaria voluntate geſtis, nam idem operatur propoſitum in propoſito, ſicut oppoſitum in oppoſito, l. ſi. ff de calum.

lum.Enerard.in Topic.loco à contrariſs.nu.8. & ob id accedente cõſenſu emptoris pretium offerentis rectius Iudex ex memorata cauſa venditorem etiam inuitum compellere,& ſi nollet, de per ſe Iudex agere non vetatur,& debitoris perſonam repręſentat Iudex,vendẽdo eius bona,Franch.dec.200.n.4. eoq; caſu venditio,tàm ſi à Domino fiat,quàm à Iudice,valebit,& voluntaria diceretur,Aſcia decem.200. nu.10.16. & 17.& propterea factum Iudicis reputatur factũ partis,Franch.dec.531.n 1.Nec iis fortè opitulari videtur venditoris expulſi noluntas ex inimicitia cauſata ex actu expulſionis pdicta,propoſita ſecundùm Blanc.in tract.de indic.n.103. vltrà alias cauſas inter eos habitas, & idcircò cùm ſit ei odioſus,vendere non cogetur,quemadmodùm & Rex prohibere poteſt, vt alij ſibi odioſi rẽ ſuam non emant.Affl.in rubr. de mil. vaſal.qui cont.eſt,ſub n.81.pariq; modo & Baro, qui licentiam vaſallo dederit alienandi feudum, non tamen illud Domini Inimico vẽdere debet,Bal in c.1.de prohib.feu.alien. p Feder. n.14.ità è contra vaſallus nequit rem ſuam Dño eius odioſo,vel Inimico vendere, Dominus.n. & Vaſallus ad paria iudicatur,Affl. in dec.396. n.6.nam facilis eſt obiectioni reſponſio q̃ multis medijs confirmatur,Coloni.n. & alij Vaſalli res eorum,quas venales habent,vt fructus,& alia potiùs Dominis Terrarum,quàm alijs vẽdere coguntur,Luc.in l.1.C.de metal.lib.11.inſupèr ſi duo fratres feudum paternum diuiſerũt, & poſt diuiſionem vnus commiſerit culpã cõtra Dominum, alter frater habebit feudum per ius accreſcendi.Affl.in c.vnico §.deniq;quę ſit prim.cauſ benef.amitt.n.31. nec tunc cogetur partis paternæ æſtimationem ſoluere Superiori alter frater.Bal.in c.1.§ præterea 3.colu.de prohib.feud.alien.p Feder.& in c.1.ad fin.quib. mod.feud.amitr.preterea iis adſtipulatur,quòd ſocius ex confinio Caſtri expulſus per ſocium, non poterit ius ſuum alteri.vt putà Ciuitati,vel Domino cedere,inquit Bertach. in ſuo repert. verb.exititij,ex mente Bal.in l.2 C.ne Fiſc. vel Reip. ſic & ſocius alicuius domus ſi noluerit conſocio eius partem locare, eo nolẽte habitare,potiùs cõſocio,quàm alteri locare compellitur,de quo per Menoch.de arb.Iud.caſ.442. n. 14 & ſeq licet autem magis ciuibus,quam exteris vendere teneatur venditor,cùm prima charitas incipiat à ſeipſo,de quo p Andr.in proem, Cõſt.col.3.multò fortius & Baroni, qui eſt primus ciuis in ſua Baronia,Franch.dec 197.n.18. ſed ea enim ratione conſpicua concludi poſſe cerneo,allegata militare,cùm Barones habeant ius hypothecæ, & prælationis ſuper fructibus feudi,de quo per Capibl.in prag.1 n 115.cum ſeq.de Baron.ſic paritèr ſuper omnibus rebus mobilibus,& ſtabilibus dicti feudi concludit p multas rationes ibi adductas: Nec demùm obſtabat alia ratio in contrarium adducta,poſtquã non ſumus in caſu prædicto,ſed diuerſo, vndè iis omnibus circumſcriptis ac reſolutis oblato pretio per Dominum feudi aducnam ex odio, ſeu inimicitia expulſum iuridicè cõpelli poſſe ad vendendum bona eius ſtabilia, cedẽdumquè eorum iura, iuſto mediante appretio, quinimmò ex ijs duo reſultare cernuntur implementa,vnum ex parte emptoris,alterum ex parte venditoris,facta tali iudiciali ceſſione,quæ etiam inuito debitore fieri poteſt, Conſiliar. Georg. alleg.39 nu.24 ſeu delegatione iudiciali. iuxtà concluſa per Socin. Sen.conſ.37. vol.4.aut manis iudiciali emptione, & venditione, ex parte enim venditoris implementum eſſe cernitur, inſtrumenta ſuorum creditorum emptori tradere,& conſignare,quemadmodùm debitor offerens liſiam bonorum , debet tradere inſtrumenta titulorum,ſingularitèr Ioſeph Ludouic. in dec Peruſ.64. nu.30. ſic & venditor tenetur dare inſtrumenta ſuæ acquiſitionis emptori, Bellacomb.inter commun.opin.tit.de tabell.& fide inſtr.nu.337.ità ſimilitèr & literas executoriales expeditas contra ſuos debitores, ad hoc vt illos cogere poſſit ad ſibi ſoluendum, quemadmodùm in ceſſionario dicimus qui dum agere intendit contra ceſſum nomen debitoris, ante omnia tenetur perſonam ſuam legitimare per oſtenſionem ceſſionis, Balb. deciſ.45. adeò quòd ei ſufficeret nomen verum facere, & ſi bonum non ſit, Coſta in prax. conuent par.1. nu.51. nam ſi cedens alicui ius ſuum, quod reperiretur habere in aliquo loco, ſi nullum ius reperiretur, teneretur vtiquè ceſſionario, Alexand. conſil.93. num.2. lib 4. ſic & contra ſi emptor ipſe, ſi pecuniam pre manibus non haberet,pro cautela venditoris tenetur ſe obligare, & de hoc inſtrumentum facere, ſicuti de debitore dicunt Doctores, qui tenetur inſtrumentum facere creditori, Luc. in l.2. in final. verſ. qui etiam,C. de diſcuſſ.lib.10. immò non tantùm inſtrumentum ſimplicitèr, ſed cum guarentigia, Bened.de Barz.in tract.de guarentig.p.1. quæſt.5.quem ſequitur Galleſ.de oblig. in forma Cam p 3.q 3.Cauenſ.in Ritu 166.n.21. Reg.Rou.in rub.de inſt.liquidat. n.39.& ſic deciſum refert per S.C.Viſcont ad Franch.deciſ. 615.ſicuti per contrariũ creditor aſtringitur ad faciendum inſtrumentum quietationis,facta ſolutione per debitorem, Io.de Arnon.in ſing.77. alios citat Bellac.inter commun.opin.tit.de tabell.& fide inſt.n 336.aut reddere inſtrumẽtum debiti cancellatum,Idem ibidem in tit.de ſolut. n.66 ſic pariter venditor emptori,Cauenſ.in ritu 166.n.20.quinimmo ex iis iuſtiſſima redditur nouella deciſio Regij Collat Conſ. peracta in cauſa Io.Baptiſtę Pignatelli Baronis Tuñi cum eius Fratre Camillo Pignatello die 18.Iulij 1618. mandando eidem Camillo,commorari in Terra prædicta per torũ menſem Octobris 1618.venturi.quo tẽpore elapſo diſcedere debeat ex cauſa,vt in actis,infrà quod valeat exigere quidquid exigere debet in d. Terra verùm omnia bona ſtabilia,quæ poſſidentur per d. Camillum in eadem Terra appretiẽtur per Reg.Audient.infra 20. dies,& pretium i ſorum ſoluatur infra dictũ terminum d. Camillo per d. Ioan Baptiſtam, & reſpectu ducat.1000 quos d.Camillus habet ſuper d.Vniuerſitate,teneatur d. Io. Baptiſta correſpondere eidem intereſſe illorum à die 1.Nouembris venturi 1618.ad , and m rationem,qua d.Vniuerſitas correſpondet,& inſupèr quòd teneatur d.Io.Baptiſta infra Biennũ numerandũ

à d.die

à d.die 1. Nouembris ſoluere capitale dictorum duc. mille, & ſi infra præfixum tempus commorandi à d. Vniuerſitate d. Camillus non exigerit in totum, vel in partem intereſſe decurſum, teneatur d. Ioa. Baptiſta illud exigere, & ſoluere infra annũ decurrendum, vt ſuprà, necnon quòd ipſe Camillus teneatur cõſignare d. Io. Baptiſtę obligationes liquidas, & literas exequuroriales expeditas contrà d. Vniuerſitatẽ, aduerſus quas nullum ſit impedimentũ, poſtmodũ præuio alio memoriali porrecto die 23. eiuſdẽ mẽſis, & anni deciſum fuit reſpectu aliorũ annuorũ introituũ debitorum per particulares d. Terræ, quòd dictus Io. Baptiſta à d. die 1. Nouembris teneatur correſpondere d. Camillo ad eandem rationem, qua correſpõdent particulares, & ſoluere capitalia infra dictum biennium, iuxtà formam alterius decreti, & licere d. Camillo exigere intereſſe decurſum infra d. tempus præfixum, & pariter cõſignare obligationes liquidas d. Io. Baptiſtæ contra dictos obligatos, qui quidèm Io. Baptiſta teneatur ſe obligare pœnès acta obſeruare omnia contenta in dictis decretis pœnès Tagliauiã à mandatis Scribã, ſic priùs deciſũ fuiſſe audiui inter Baronẽ Cropolati cũ Carolo Caualcante per d. Coll. Conſ. quamuis, vt audiui d. Coll. Cõſ. motũ fuit ex oblatione emendi d. bona facta per d. Io. Baptiſtã Pignatellum. Thoro.

Vendi an poſſint palatia magni pretij, ſi eſſent pauci reditus pro præſtandis alimentis ſpurijs; fuit deciſum, quòd non, Vrſill. dec. 99. nu. 11. Ricc. collect. deciſ. 1821.

Venditio feudi cum reſeruatione dominij, non dato aſſenſu in reſeruatione, an ſit nulla, etiã quòd venditor haberet conditionẽ illam pro reiecta; fuit deciſũ in fauorẽ emptoris, Franc. dec. 540. Reg. de Pont. in tract. de Poteſt. Proregis, tit. 8. de Refut. feud § 3. nu. 8. contra iſtam deciſionem concludit. Ricc. collect. deciſ. 1636.

Venditio bonorum ſtabilium obuentorum conſtante matrimonio à viro, & vxore ſi ſit facta alicui, & confeſſi fuerant, pretium recepiſſe, ſoluto inſupèr matrimonio per mortem vxoris an vir teneatur ad integri pretij reſtitutionem, vel ad medietatem hęredi mulieris; fuit deciſum, integrum pretium eſſe reſtituendum, Franch deciſ. 474. Petra ad Capyc. deciſ. 78. verſ. perueniſſe. *Græuens pract. concluſ. lib. 2. concluſ. 89. num. 5.*

Venditio rei maioris valoris exequutæ pro modico debito an ſit nullius roboris; fuit deciſũ, talem venditionem eſſe nullam, Franch. dec. 441.

Venditio rerum ad menſuram, ſi non fuerint res venditę determinato tempore conſignatę, & poſteà elapſo tẽpore conſignatæ, an teneat, inſtante emptore pro reſciſſione venditionis rerum prędictarum non conſignatarũ in tempore conuento; fuit deciſum, non licere emptori poſt diẽ cõuentum diſſoluere venditionem, ſiuè contractum, quia merces non fuerant traditæ in tempore, nam in contractibus bonæ fidei pœnitentia ceſſat, Affl. in dec 280. ad quod vide Vrſill. dec. 399. vbi refert, quomodò iſta deciſio intelligatur, Ann. in ſingul. 573. venditio. & ſuprà verbo emptor, Bertazol. in tract. clauſul. in clauſul. 30. gl. 6. n. 7. Borgn. Caualc. dec. Fiuizan. 8. p. 2. n. 15. Pariſ. conſ. 64. vol. 1. n. 19. Rota Romana dec. 273. p. 2. n. 4. Maur. Iun. alleg. 5. n. 3. Hector Felicius alleg. 56. n. 12. & in tract. de ſocier. c. 36. n. 9. *Alex. Trẽtacinq. var reſol. to. 3. tit. de empt. & vend. reſol. 5. in fin. Statil. Pacif. deciſ.* Rom. 282. nu 8. *poſt eius tract. de ſaluian. inter. Larrea dec. Granat.* 11. n. 9. *D. Reg. Merlin. controu. forenſ. cap.* 21. *nu.* 16.

Venditio rei ſtabilis facta per patrẽ, vna cum filio, quibus nominatim fuit donata an cenſeatur valida quòad medietatem tangentem filio, ex quo non interuenerat decretũ Iudicis, nec fuerat facta venditio ob æs illius, qui donauit, accedente paritèr conſenſu meticuloſo filij inducti ad vendendum, ob vim, & metum probatum, quamuis filius aſſeruerit, maiorem 14. annorum fuiſſe, & rei veritate tunc eſſe annorum vndecim, ex ijs omnibus fuit deciſum, venditionem eſſe reſcindendam Terræ venditæ per patrem pro medietate tangente ad ipſum filium, & ità conuentum eſſe condemnandum ad reſtituendum medietatem, Afflict. deciſ. 393. per totam.

Venditio quando dicatur facta ad corpus, vel ad mẽſurã, remittitur arbitrio Iudicis, qui ex pretio, & ex confinibus, alijſuè circumſtantijs conſiderate debeat talia, quarè in S.C. fuit quædam venditio ex coniecturis habita ad corpus, non ad menſuram in occurrenti caſu tradito per Vrſill. dec. 64. nu. 5. Ricc. collect. dec. 1821.

Venditio rei an impediri poſſit per poſſeſſorem illius, ſi poſſeſſor ſciens vendi bona, in quorum poſſeſſione exiſtens tacuit, fuit deciſum facto verbo in Collaterali Conſilio, quòd procedatur ad venditionem, ſaluis Iuribus poſſeſſori, Anna in alleg. 120. Marta voto 185. nu. 17.

Venditio feudi facta à vaſallo primo loco, ſiuè à feudatario, quam reuocauit vigore Conſt. Regni, & hoc peracto emptor impetrauit aſſensũ Regium, & poſt hoc iterùm vẽditor eidem emptori illudmet feudum vendidit, nequè alius aſſenſus fuit impetratus, an erit valida; fuit deciſum in S.C. venditionẽ fuiſſe nullam, Loffred. in Parafr. feud. in c. Imperialẽ, de proh. feud. alien. per Fedet. col. 4. verſ. ſi dubitetur, an ſi vaſallus.

Venditio ſub haſta nõ reuocatur ex regula Conſt. Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ, concluditur tamen, id benè procedere reſpectu debitoris, in quo neceſſitas vendendi conſideratur, & eius factũ Iudex repręſentat ob quod non datur in eo potentia reuocandi, etiam ob fraudes euitandas; nam raró hoc modo bona debitorũ venderentur; ſed benè procedit in emptore, quia in eo non militat ea ratio, cùm voluntariè accedat ad emendum, & ex reuocatione illius non cauſatur impoſſibilitas alteri vendendi, & attenta diuerſitate rationis non militat ratio correlatiuorum, Regens de Ponte conſ. 5. ex facto prænarrato, nu. 88. vol. 1. vbi nu. 90. aſſerit, ità aliàs fuiſſe per S.C. deciſum in oblatione Terræ Seſti facta per Io. Vincentium de Tufo, ſeu Scipionem Gambacurta cum Creditoribus Io. Baptiſtæ Caraſæ, & in caſu conſ. 5. fuiſſe judicatum contra Secretarium Soto, vt nouiſſimè fatetur Idem in deciſ. 6. nu. 15. in fine.

Venditio alicuius officij facta per Proregem an reddatur nulla, nulliuſquè momenti, & roboris; primò ex capite nullitatis, quoniam fuerat venditum non præcedentibus ſubhaſtationibus, &

circa

circa hoc particulare quatuor examinãtur queſtiones principales ad eruendam talẽ nullitatẽ; primò, quia Vicerex vẽdiderat nõ vti Vicerex; ſed vti Procurator, ſecũdò, quia non eſt conſuetum; immò contraria adeſt cõſuetudo, vt dùm vendunt Proreges vti Procuratores, ceſſant ſubhaſtationes, tertiò ex particularibus clauſulis appoſitis in inſtrumento; quartò ex ratificatione ſeriosè facta per Regem in ampla forma, cum inſertione venditionis; Item ex ſecundo capite læſionis, aduerſus quam dicebatur, ipſam ceſſare ex qualitate temporis, imminentia bellorum, ob quod omnes quaſi de Regno deſperabant, propter guerras, aliaſuè hominũ paſſiones fuerunt tempore breui magnæ mutationes, ad quod accedit, in venditione prædicta fuiſſe habitam informationem reddituum officij, ipſiuſquè qualitatis, ex certa ſciẽtia fuit renunciatum remedio l.2.C.de reſcind.vendi.ſecundò, & ſi ceſſare non videatur remedium læſionis in venditione rei ad vitam, tamen poterit vita emptoris conſiderari, & ità certificari, tùm concurrente incertitudine reddituum, & qualitate temporis, iuſtè poterit ſuſpicari incertitudo fructuum, & amiſſio officij; tertiò, vt læſio militet, debet conſiderari diſpoſitio d.l. 2. vt ſit vltrà dimidiam iuſti pretij, cum non reperiatur Fiſcus in hoc priuilegiatus, ad quod accedit, quòd non debet haberi ratio de augmento reddituum poſt venditionem; Demũ & quartò conſiderato reditu illorum trium annorum propè venditionem, qui erat plus iuſta, & ordinaria æſtimatione, quæ erat minus, ac ſtantibus bellis, temporiſquè qualitate, & Curiæ Regiæ neceſſitatibus, attenta deniquè validitate reſcripti Regis; quibus omnibus rectè diſcuſſis concluditur, venditionem eſſe firmam, & validam per Reg.de Pon.conſ.53.ex ijs, quæ in facto, & in ſeq.conſ.54.ex ijs, quæ recolligere, vol.1.vbi optimè in iure fundando, poſſe Proregem vẽdere ſinè ſolemnitatibus ſubhaſtationum, refert in fine, ſecundùm prædicta fuiſſe iudicatum per R.C.S. facta relatione in Collat. Conſil. Alex. Raudenſ. dec. Piſan. 44. nu. 21.

Vẽditio alicuius Terræ ſi ſit facta per Fiſcũ alicui priuato, quam Regia Curia tenebat in pignus, an reſtituenda erit debitori, qui obtenta prima gratia expignorandi à Rege, nulla mentione facta de venditione, fuerit oppoſitum per poſſeſſorem, quòd idem Rex per priùs vendiderat, cui obſtabat titulus, nè Fiſcus rem, quam vendidit, &c. dùm Fiſcus Terram libere vendiderat, ob quod erat extinctum ius luendi, & deindè viſis literis per Regiam Cameram fuerit prouiſum, non eſſe ipſam exequendam; ſed ſuã Maieſtatem conſulendam, indè facta relatione, ſeu conſultatione, ſi ipſa Regia Maieſtas intentionem habuerit concedendi Terram, etiam ꝙ illa ſit vendita per priùs libera, abſquè pacto de retrouendendo, licèt aliud reſcriptum ſuperuenerat, quòd fieret iuſtitia, an obſtabit partis oppugnatio de vitio litigioſi, dùm lite pendente fuerat vendita, & venditio facta à ſubſtituto Proregis; ijs duobus tanouàm in iure non militantibus, tùm reſpectu vicij litigioſi, quod ceſſat in Rege, tùm etiam ob poteſtatem ſubſtituti, qui omnia poteſt, quæ ſuus ſubſtituens gerebat; concluditur, eſſe confirmandum decretum aliàs latum, à quo non fuit reclamatum, & imponi perpetuum ſilentium parti, vt per Reg.de Pont. conſ.55. non video, vol 1. vbi in fine tradit, ſecundùm prædicta fuiſſe iudicatum; Maſtrill. dec. Sicil. 175. nu. 9. & ſeq.

Vẽditio rei Fiſcalis an ſit facienda legitimis præcedentibus ſobhaſtationibus, candela accenſa, conſtito priùs de cauſa neceſſaria venditionis in cauſa Vniuerſitatis ſe vendere volentis; fuit deciſum per R. C. S. quòd ſic, Reg.de Ponte in conſ.158. tria proponuntur, vol. 2.

Venditio feudi facta ad inſtantiam creditorum feudatarij cum aſſenſu Proregis an valeat, ſi ab eo fuiſſet oppoſitum, prætendendo, vendi non poſſe abſquè aſſenſu Regis, tanquàm feudum vnitum in aliqua Baronia, ſic nuncupatũ in priuilegio conceſſionis; fuit per bina decreta S.C. in venditione Terræ Mottæboualinæ ad inſtãtiam creditorum Comitis Condeianni deciſũ in fauorem venditionis, Reg Rouit. in prag.1. de Titul.abuſ. in ſcrib.ſubl.nu.101.

Venditio bonorum facta vigore ſententiæ inualidæ ex pluribus, hoc eſt primò, cùm bona ipſa fuerint vendita Titio ab Antonia Galateſa cũ pacto expreſſo, ꝙ duc.883. reſidui pretij ſoluerentur creditoribus, aſſignandi ad rationẽ octo pro cẽtenario, & talis aſſignatio facta fuerat per decretum, indè ius quæſitum erat creditoribus d. Antoniæ, & ſucceſſiuè nulla cõpetebat actio vendicanti, & ſic ex inepitudine petitionis perſonæ non habentis actionem inualida reddebatur. Secundò ex inualido procedẽdi modo contra emptorem, non alitèr ordinariè, ſed de facto proceſſum, nullo dato termino in cauſa, nec præcedentibus alijs actis iudiciarijs. Tertiò, cùm emptor ipſe non erat debitor tertiarum, nec ad capitale tenebatur, adeò quòd decreta, & venditiones ꝓceſſerant ex cauſa indebiti ex iniquitate, contra notorium factum, quo caſu omnia corruunt, cùm ſententia talitèr prolata, ipſo iure nulla conſpiciatur, & propterea non obſtabat primi emptoris receptio reſidui pretij vltimæ venditionis bonorum iàm dictorum, nam præmiſſa proteſtatione, id receperat, citrà preiudicium læſionis, & aliorum iurium, nè pecunia ſtaret otioſa in Banco, quę quidèm proteſtatio conſeruat ius proteſtanti, facto indè verbo in S.C. per Reg. Conſ. Felicem de Ianuario, maxima cum diſcuſſione declarata fuit venditio nulla, & poſſeſſor vltimus condemnatus ad relaxandum bona cum fructibus, ſimilitèr & primus emptor ad reſtituendum pretium cum intereſſe, pœnès Secretarium S.C. in Banca de Ferrarijs Act. Mag. in cauſa Iacobi de Milio Ciuitatis Monopolis cum Iulio de Ruſſis, D. Camill. de Laratha in conſ.27. Decreta.

Venditor ſi vendiderit rem circumdatã finibus cũ expreſſione corporis circũſcripti, ſi eſſet maior quantitas, an cedat lucro emptoris, ſinè acceſſorio pretio, aut ſi numerus eſſet expreſſus intrà fines deſignatus; fuit per S.C. conuentus abſolutus ab impetitis, ex quo vẽditor vẽdiderat Terram circumdatam finibus, nulla facta mentione modiorum, Affl. dec. 68. Boer. dec. 50. nu. 6. Viui. in Syl-

in Sylua commun.opin. in opinione 1018. venditor,latè Bertazol. in tract. clauſul.in clauſul. 20.gl.20.nu.3.Parii. conſ.64.vol.1.nu.32. Mich. Craſſ. inter comm. opin tit. de contrah.empt. num.109. *Amat. deciſ. Ferrar.*40.

Venditor domus ſi per aliud inſtrumentũ mutui, vel depoſiti caueret quod res vendita ſit obligata pro pretio,q quis fuit confeſſus recepiſſe,an præferri debeat omnibus creditoribus emptoris;fuit deciſum,quòd ſic,ob quod fuit præſtita aſſiſtentia ſuper domo prædicta,Affl.deciſ.306. vbi Vrſill.latè,& optimè Franch.dec 369.nu.7. Camill.de Curt.in diuerſ.Iur feud.verſ. videndũ eſt modò,nu.63..f 16.& licèt fuiſſet deciſum in Regno Valentiæ,pactum reemẽdi poſitum in diuerſo inſtrumento non operari idẽ;contrariũ fuit tamen deciſum in S.C. per iſtam deciſionẽ. quã defendit ibi Franch.& eam ſequitur Aloyſ. de Leo in l.1.C. de emend.C. nu.39 *Alex Trentacinq.lib.3.var.reſol.tit de empt.& vend.Reſol.15.*

Venditor an cogatur vendere illud plus, ſi fortè reperiatur in venditione facta ad menſuram eodem pretio; fuit deciſum, quòd non, Vrſill. dec.68. num.3. Georg.alleg.43.nu.19.

Venditor rei,qui tenetur de euictione illius,an ea vendita per Iudicem exequutorẽ teneatur quãti res eſt, vel ad pretiũ ſolutum per emptorem cum vſuris excõputare cũ fructibus perceptis ab ipſa re vendita,deciditur,teneri dumtaxàt ad pretium ſolutũ, pro quo fuit liberatus debitor cũ vſuris, habita ratione fructuum perceptorũ per ipsũ emptorẽ,vt refert Vrſill. dec.191.n.4. ſubdẽs,audiuiſſe,ſententiã ipſam fuiſſe per S.C. contrario Imperio reuocatam,datis promiſſionibus factis tempore venditionis per emptorẽ, Muſcatell.in praxi S.C. lib.2.p.3.gl.venduntur, nu.95. in fine, Aſcia determ.200. nu.36. in fine.

Venditor,qui promiſit de euictione rei venditæ,ſi fuerit emptor conuẽtus à tertio iudicio aſſiſtẽtiæ,& adiudicationis, & omiſerit denunciare vẽditori,ità & talitèr,quòd facta fuit ſentẽtia,à qua nõ appellauit,& exequutionem paſſus fuit, an poſſit ad intereſſe paſsũ condemnari,non obſtante, quòd venditor allegauerat, litem ei non fuiſſe denunciatam per emporem ſpecialitèr, nulla habita ratione intimationis factæ per tertium, ſi ſua putauerit intereſſe;item attenta notoria iniuſtitia ſententiæ ex inſtrumẽto producto per venditorem; S.C. per multas cauſas votauit pro emptore;ſed quia in inſtrumẽto venditionis,in quo erat promiſſio euictionis apparebat, eſſe læſionem venditoris factam,qui non receperat,niſi promiſſionem certi pretij,& promiſerat defenſionem totius rei, nec apparebat, rem ipſam eſſe, de qua fuerat promiſſa euictio; Ideo fuit votatum pro venditore,Capyc.deciſ. 106. Vrſill.dec.49. Franch.dec.523.nu.4.

Venditor an teneatur cauere de euictione, ſi euictio immineret in limine contractus,licèt non teneatur pręcisè ad dictam cautionem, teneretur tamen cauſatiue, ſcilicet ſi vult pretium, & ità intelligitur tex.in l. ſi poſt perfectam, C. de euict.quando venditor compelleret,ſiuè coegerit emptorem ad ſolutionem pretij,ſecus quando emptor ſpontè ſoluiſſet, & ità fuit deciſum in S.C. vt venditor teneatur cauere de euictione, Fab. de Anna in nouiſſ. addit.ad ſingul. eius patris 570.ſub n.562.& ſeq.& idẽ Ann.coll.ſiuè remiſſ. 167. incip. ad tex in l.ſi poſt perfectam, verſ. ego aliàs,folio 33. inquit,ità in facto proprio cõtingẽti fuiſſe deciſũ in S.C.ſuper depoſito duc.8000.pęnès Secretariũ in Bãca Fõtanę.

Venditor an teneatur de euictione,ſi eidem non fuerit lis mota denunciata per emptorem, cùm nullo modo potuerat defendere emptorẽ,ſufficit enim,quòd venditor non poſſit demonſtrare aliquam defenſionem,ad hoc vt teneatur de euictione, licèt nulla facta ſit denunciatio, & ità fuit in S.C.obtentum,& ſententiatum,Afflict.in cap.1.n.11.& 12.de controu.int.vaſall.& alium de benef. *Marinis cap.*108. *nu.*5.

Venatio ſi ſit probata per ſpontaneã confeſſionẽ tantùm Ancillæ fatuæ,exiſtentibus indicijs longè remotis,non tamen effectum mortis tribuẽs, an pęna mortis locum vendicet; fuit deciſum, talem Ancillam eſſe plectendam ad inſeruiendũ perpetuò Infirmis Incurabilium, reuocato decreto mortis M.C.V. Gramm. dec.2. meminit Clarus §.homicidiũ.n.11.& idẽ Grãm.in Conſt. Mala noxia,n.7.in fin.Couar.2.p.relect.initium, nu.11. Foller.in pract.crimin.Rubr.item,quòd ſororem venenauit,nu.32. & ſeq. Viui.in Sylua commun.opin.in opin.122. conatus,nu.3. & in opin.822.Statutũ puniens,n.1.Gaſpar Theſaur. in addit.ad dec.eius patris 243.Idem Viui.dec. 187.in princ. commemorat nouiſſimè Petr Caball.in tract.de omn.gen.homicid.nu.594.Per.à Plaça in Epitom.delict.c.20.n.2. *Dãza de pugna Doct.to.2.tit de veneno, c.1.per tot.& propriè n* 20.

Venenationis conſcius,hoc eſt, tãtùm flaſcũ vino plenum portãdo cum toxico ad inſtantiam Domini in poſſe alicuius,q venenare voluerat Moniales,& dùm portaret flaſcũ,vidiſſetquè Alguzerios,& fracto flaſco captus, ſaxus eſſet omne tractatum,qua pœna puniendus ſit; fuit per M. C.V. cõdemnatus ad remigandum per luſtrum, licèt per S.C.fuerit reformata ſentẽtia M.C.V. eum admittẽdo ad cõpoſitionẽ pecuniariã ducatorũ vigintinquinque,Gramm.conſ.crim 36. ſũmi opificis adiutorio,Farin.in titul.de delict. & pęn.n.72. Baiard.ad Clar.§.fi.q.90.n.16.idem Farin.in tit.de pęn.temperand q.9.caſ.9.n.168.

Venenum tradens,quamuis mors ſequuta non ſit, ex quo antè comeſtionẽ rei, ſuper qua impoſitum fuerat detectum fuit per moribundum,qua pęna puniri debeat;fuit per M.C.V.punitus ad remigandum vita durante;Gramm.voto 38.Redemptoris Mundi præſidio,&c.Clar.§.fin.q.60. nu.12.in medio, Viui.dec.394.nu.13. Farinac.in titul.de pęn.moderan q.96.caſu 1.nu.23.Bellac. inter commun.opin.tit. mandati,nu.59.

Verba adiecta in diuiſione bonorum paternorum per fratres in inſtrumento venditionis,ad vendendũ,alienandum,&c. vel vnus frater donaret fratri aliquid,ſimilitèr dixerit,ad vẽdendũ,&c. an operentur, quòd poſſit ille, cui res data,vel obuẽta eſſet diſponere de toto;fuit per S.C. iudicatũ, quòd hæc verba nil operentur, Capyc. in Conſuet.Et ſi teſtator,in addit incip. quæro circa illam Conſuet.fo.172.Molf.in Comment. ad Conſuet.Neap. par.3. quęſt.3. num.2.

Verberãs Ancillam cũ baculo prę dolore impręgnatio-

Digitized by Google

gnationis cauſatæ per virũ, ſi mors indè ſequatur, qua pœna ipſa verberans punienda ſit, fuit per M.C.V. facto verbo in Collaterali Conſilio deciſum, eſſe puniendã per ſeptennium in Inſulam deputandam, & ità exequutum. Grammat. voto 23. Conditoris machinæ mũdialis, &c. Farinac. in tit. de delict. & pœn. q. 18. n. 72. latè Pet. Caball. in tract. de omn. gen. homicid. num. 233.

Veſtes lugubres an hæredes viri dare cogantur Viduis relictis; fuit deciſum, quòd ſic, & attenta qualitate perſonarũ etiam paramenta luctuoſa, & lectum vidualem, Franch. dec. 413. Pellic. in Conſuet. Auerſ. cap. 3. n. 498. Aloyſ. de Leo in l. decreto, C. de procur. nu. 4. Ricc. in collect. dec. 98. *Borrell. in ſumm. dec. tom 3. tit. 9. nu. 129. Hector Capyc. latro deciſ 94. num. 1.*

Veſtes lugubres, ſeu viduales an debeantur vxori defuncti per hæredes viri; fuit deciſũ, quòd ſic, Capyc. dec. 26. Ann. ſingul. 591. vxor, Franc. dec. 413. Pellic. in Conſuet. Auerſ. c. 3. n. 500. Couar. in c. Raynunt. 2. p. c. 3. nu. 10. Surdus in tract. de aliment. tit. 4. q. 2. Ricc. coll. deciſ. 98. Cordub. in repet. l. ſi quis ex liberis §. ſi quis ex ijs n. 125. ff. de lib. agnoſc. *Hector Capyc. latro dec. 94. in princ.*

Veſtes, ac alia ornamenta tranſmiſſa per ſponſum ſponſę an cẽſeantur donata, Affl. dec. 315. diſtinguit quatuor capita in hoc; Primum eſt, quando expreſsè res non eſſent donatæ; ſed ſimpliciter tranſmiſſæ res ipſæ feſtiuæ, & pretioſæ, tunc nõ cenſentur donatæ vxori; ſed traſmittuntur ad hæredes; nam videntur ei traditæ, vt magis ornatè vadat, vt latè ꝓſequitur ibi Vrſill in princ. annot. Georg. alleg. 45. nu. 6. Pellicc. in Conſuet. Auerſ. c. 2. n. 105. & c. 4. nu. 236. latè Surdus dec. 166. Ant. Gamma dec. Luſitan. 71. Io. Franc. del Caſtillo dec. Sicil. 93 n 4. Maynard. dec. Tholoſ. 8. p. 4. Cagnol. l. contractus, ff. de reg. Iur. nu. 39. Petr. Garſia in dicto 310. *Ricc. collect. 2219. par. 6.*

Secundum caput eſt, quando veſtes condignæ eſſent ad vſum quotidianũ vxoris, & in hoc verſatur Iudicis arbitrium, conſiderando nobilitatem, & diuitias viri, & vxoris, quæ nàm ſint ad ornatum, & quæ ad vſum quotidianum, & iſta videntur donata, tanquàm pars alimentorum, & in hoc cũ diſtinctione proceditur, an ſint magni valoris, vel parui, & in hoc attẽditur cõſuetudo donãdi, quarè fuit circa hoc deciſũ, quòd veſtes de ſerico inter Nobiles tranſmiſſæ poſt cõtractum matrimoniũ per verba de præſenti vxori nõ traductæ, ſint donatę, quia ſunt ad vſũ Nobilis mulieris; ſed aurum in collario, catena, cannacca, & manilia, quia ſunt res magni valoris, non cenſentur donatę, niſi morte confirmetur donatio, & ità tradit ibi Affl. nu. 14. ſecundùm quam deciſionem aliàs in facto occurrenti fuiſſe deciſum tradit ibi Vrſill. ſub nu. 1. in fi. Surd. vbi ſuprà, nu 8. Andr. Gayll. in lib. 2 pract. obſeru. in obſeru. 91. nu. 3. Gamma vbi ſupra, n. 3. Borgn Caualc. dec. Finizan. 18. nu. 16 p. 1. latè Hieron de Laurent. deciſ. Auenion. 105. per totam, *Borrell in ſumma deciſ. tom. 3. tit 9. num 81.*

Tertium caput eſt, quando res mittuntur per futurum maritum antè cõtractum matrimonium per verba de præſenti; ſed erat contractum per verba de futuro, tunc valeret illa tranſmiſſio, ac donatio, vt concludit ibi Affl. nu. 7. Georg. d. alleg. 45. nu. 31. Surd. vbi ſuprà, nu. 19 & 31. & ità pluriès fuit deciſum in S.C. & quotidie practicatur, vt multis exemplis, & deciſionibus demonſtratur in proceſſu prudentiſſimæ Mulieris Zenobiæ de Petro vxoris præclariſſimi viri V. I. D. Franciſci Antonij Salinas, nunc meritiſſimi Regij Auditoris in Prouincia Calabriæ Citrà cum Hæredibus quondam Scipionis Longhi, in Banca Pinti pro Apicella in M.C.V. & in Banca de Chiayeſe in S. C. nouiſſimè Maynard. vbi ſupra. *Borrell. vbi ſupra nu. 90. Franc. Hieron. de Leo deciſ Valent. 36. nu. 1. & 5.*

Vltimum Caput eſt, quando res prædictæ fuiſſent tranſmiſſæ, poſtquàm eſſet contractum matrimonium, expreſsè donando veſtes, & iocalia, nec poſteà reperiretur morte reuocata, tũc ipſa donatio, quamuis inualida, morte tamen confirmatur, vt concludit ibi Affl nu. 10. & ſeq. vbi latè Vrſill. nu. 5. opinionem cõfirmat, atquè exornat, & in fine aſſerit donationem ipſam eſſe validam ratione iuramẽti in continenti, morte alterius non expectata, prout deciſum fuiſſe in S.C. fatetur, & Loffred. in conſ. 42. in cauſa vertente, &c. memor de hac deciſione Afflicti, qui non dixit, pro qua parte fuit iudicatum, refert fuiſſe contra virum iudicatum per S. C. in fauorem hæredis mulieris, vt cenſeantur donatæ veſtes, & anuli traſmiſſi, vel traditi, ſtante nobilitate viri, & vxoris, quæ fuerunt miſſæ poſt contracta ſponſalia, quem citat Vrſill. in annotat. ad Affl. hic, & alias deciſiones affert Piſanell. in addit. ad Affl. ad iſtam deciſionem, Surd. vbi ſuprà, nu. 13.

Veſtibus ſacris vtentes, & facientes perſonatus tempore carniſpriuij qua pęna puniri debeant; fuit deciſum, puniendos eſſe pœna pecuniaria, applicanda alicui Eccleſiæ, & ſic pro exequutione exequutum, vt quilibet ipſorum ſolueret vnciam applicãdam Sacro Hoſpitali Diuæ Mariæ Annũciatæ, Afflict. in cap. 1 §. & palatia, ſub nu. 6. quæ ſint regal. ſed hodie de hoc extat particularis pragm. 3. de perſonat. aliam grauiorem pœnam imponens.

Vicarius Epiſcopi an poſſit vt ſuſpectus allegari, ſicut Epiſcopus; concluditur, quòd ſic, Capyc. dec. 137. nu. 9. Stephan. Quarant. in Summa Bullarij, verbo Archiep. author. num. 19.

Vicerex duarum Prouinciarum, ſi adepta poſſeſſione Regni, antequàm ad Cameram vnius Prouinciæ accederet, an poſſit Locumtenentem conſtituere alteri Prouinciæ, concluditur, quòd ſic, Capyc. dec. 151. nu. 7. & 8. Tapia in Conſt. Officia, num. 5. & 16.

Vicerex an poſſit Locumtenentem aliquem conſtituere in eius Camera alterius Prouinciæ, de qua eſſet Vicerex, concluditur, quòd non de iure, quamuis de facto ex conſuetudine eligant Vicarios omnes Officiales, Capyc. dec. 141 à n. 1. ad 3. Regens de Ponte deciſ. 28 nu. 45. & conſ. 137 in princ. vol. 2. Maſtrill. de Magiſt. par. 2. lib 5. cap 6. num 165.

Vicerex duarum Prouinciarum an ſi in vna Prouincia fuerit impeditus, & occupatus circa tuitionem locorum litorialium ab incurſu hoſtium, & aliorum, poſſit in alia Prouincia conſtituere eius Locumtenentem; concluditur attentis impedimentis prædictis poſſe conſtituere eius

Digitized by Google

eius Locumtenentem, Capyc. dec. 151. nu. 3. ad 7. de Ponte d. conſ. 137. vol. 2. Maſtrill. in tract. de magiſtr. par. 2. lib. 5. cap. 6. num. 165.

Vicino an liceat tenere palearium in re ſua, iuxtà domum vicini; fuit tàm in M. C. V. quàm in S. C. deciſum, quòd non, Franch. in addit. ad Conſuet. Non licet, de facien. centim. incip. an autem liceat, fol. 368.

Vicinus an poſſit iure cõgrui alterum vicinum in re vendita cõuenire, & quis præferri debeat; nõ fuit aliter deciſũ in S.C. ſed ſuperſeſſa exequutio ſententię M.C.V. quæ debebat mandari exequutioni, Franch. deciſ. 550. Maſtrill. deciſ. Sicil. 102. num. 8. Ricc. in collect. deciſ. 6.

Vicinus an poſſit vicino prohibere, nè teneat filatorium; fuit deciſum, quòd non, Franch. deciſ. 625. Petra ad Gramm. dec. 58. num. 8.

Vicinus vicinum iure congrui conueniens iuxtà Conſuet. Neap. præuio appretio, ſi per conuentum vicinum fuerit res empta oblata, & demùm actor vicinus renunciando liti ſe pęnituerit, an tali caſu licitum ſit vicino actori renunciare in præiudicium vicini conuenti, & offerentis rem emptam; fuit deciſum, quòd ſic, Franc. dec. 346. Balthaſſ. Benedell. de Iur. Prothom. in Rub. nu. 65. Ricc. in collect. dec. 6. *D. Reg. Rouit. deciſ. 24. nu. 15. & 18. & dec. 60. in fin. D. Reg. Sanfel. deciſ. 108 num. 16. Caſtill deciſ.* Sicil 207. *nu. 21 par. 3. vbi nos hic citat. Io Bapt. Coſta conſ. 46. num. 39.*

Vicinus an cogi poſſit ad extollendam parietem, nè habeatur aſpectus ad Monaſterium, exiſtente via publica intermedia, fuit deciſum, quòd ſic. Franch. dec. 223. Capiblanc. in pragm. 1. nu. 176. de Baron. Tapia in pragm. 3. de Monial. nu. 2. refert, poſteà fuiſſe deciſũ idem inter Moniales S. Andreæ cum Barone Galeota, Battaglin. ad Cynum in l. 1. C. de Epiſc. aud. verſ. patet ex præmiſſis. *Epiſc. Genuenſ. in tract. de Eccleſ. ſeù practicab. Eccleſ. q. 243. Franciſc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 90 num. 13. non tamen reſpectu aliorum Religioſorum, vt ex Ant. Padil. in l. altius, nu. 19. C. de ſeru. & aqua, firmat* Reg. Rouit. *in pragm. 2. de monial. & idem aſſequitur Gomeſ. in l 46. Tauri ſub n. 6. Cabed. dec 52. p. 1. & ita fuit iudicatum per S.C. in cauſa Ioſephi de Angelis V. I. D. in Banca Scaccianenti, vt dixi in 3. par. verbo vicinus.*

Vicinus an cogi poſſit vendere domum Eccleſiæ pro illius ampliatione; fuit deciſum, quòd ſic, Grammat. dec. 75. & ſimilem deciſionem tradit Affl. in prælud. Conſt. q. 3. nu. 11. Tapia in prag. 3 de Monial. nu. 3. quem etiam Afflict. citat Couarr. var. reſolut. lib. 3. cap. 14 ſub n. 2. & Valaſc. dec. Luſitan. conſult. 22. n. 2. Marta de iuriſd. p. 4. caſu 171. nu. 4. Immò etiam cogi poſſunt Domini ad vendendum domos, & agros, licèt inuiti pro noua conſtructione Eccleſiarum, vt accidit in Monaſterio Monialium Sanctiſſimæ Trinitatis ſub Præſidatu Comitis de Lemos Senioris, Regens de Ponte in tract. de Poteſt. Proregis tit. 4. §. 4. nu. 19. & ſeq & Borrell. conſ. 26. nu. 18. Caroc. in eius dec. caſu 26. n. 13. Ricc. in collect. dec. 75. & in dec. 147 p. 1. vbi etiam id ampliat procedere pro ampliatione Capellę, de quo per Reg. Valenz. conſil. 18. copioſè, *Cabed. dec. Luſit. 105. nu. 4. p. 1. Franc. Hieron de Leo dec. Valent. 90. n. 13. Epiſc. Maranta in 2. par. reſponſ. 28. n. 6. Alph Guzman de euict. q. 52. vbi hic nos citat.*

Vicinus an teneatur de incendio domus vicini, ſi plenè non conſtet de origine ignis à domo ipſius, fuit deciſum, quòd non, Affl. dec. 57. Andr. Gayll. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 21. & 22. latè Farin. in prax. crimin. tit. de var. & diuerſ. crim. q. 110. nu. 127. Borgn. Caualc. dec. Fiuizan. 36. p. 5. Ricc. in collect. dec. 182. Alex. Raudenſ. dec. Piſan. 6 n. 58. idem Farinac. in dec. Roman. crim. 60. Petr. Roit. dec. Lituan. 3. n. 538. in fi. Maſtrill. de Magiſt. lib. 1. cap. 19. n. 24. Alph. collect. 336. *Iallong. racem. 65. nu. 2. Lobrer. de incendio cap. 5. num. 52. & ſeq.*

Vicinus an poſſit petere domum cum horto venditã congruã horto ſuo; fuit deciſum, non poſſe petere domũ; ſed hortũ tantũ contiguum horto eius, Ant. de Alex. in Cõſuet. Si quis emit, de iure congrui, in addit. incip. per hanc gl. fol. 229.

Victualia an deferri poſſint ad Infideles pro redimendis captiuis, ſine ſcrupulo conſcientiæ, ità vt licentia eis à Superiore temporali rectè poſſit concedi; concluditur, in tribus caſibus ea eſſe prohibita deferri, primò tempore belli cum eis habiti ab aliquibus Chriſtianis legitimè, ſecundò tempore pacis, in quo hæc delatio fieret in diſpendium Chriſtianorum, putà quia timentes Infideles de guerra muniunt ſe, vel inuadunt Chriſtianos, tertiò, quando ipſi, quibus portantur victualia, exercerent pyraticam; nam omnes dantes eis auxilium ſunt excommunicati, extrà hos caſus tempore pacis non ſunt prohibita mercimonia, & victualia deferri Hoſtibus pro redimendis captiuis, & ità non fuit denegata licentia deferendi frumenta ad Hoſtes pro cauſa prædicta, ità Capyc. dec. 150. vſquè ad nu. 6.

Vidua quamuis ex iuris diſpoſitione habeat fori electionem, an ea vti poſſit, ſi per Regem fuerit iuriſdictio conceſſa cum derogatione l. vnicæ, C. quando Imper. inter pup. & vid. & venditione poſtmodùm intermedia in domaniũ iuriſdictio reuerſit, Vniuerſitati, conceſſaquè cognitione primatum cauſarum pro quibuſuis cauſis ciuilibus, & criminalibus; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 517. *D Reg. Merlin. controu. for. c. 86. n. 18. D. Reg. Hector capyc Latr. dec. 67. n. 19.*

Vidua forum eligens, deindè nupta an gaudeat priuilegio l. vnicæ, C. quando Imper. inter pup. & vid. fuit deciſum, ex quo in querela expoſita per electionem fori non aderat iuramentum, nec poterat præſtari per tranſitum ad ſecunda vota in fauorem Baronis petentis remiſſionem. Franch dec. 257. Capiblanc. in pragm. 8. nu. 168. de Baron. vbi ait, deindè fuiſſe deciſum, cauſam remitti Baroni, quia vidua non iurauerat perhorreſcentiam, in cauſa Ducis Grauinæ, Tapia in Conſt. Statuimus, vt M.C. n. 32. Maſtrill. dec. Sicil. 127. num. 12. Battaglin in addit. ad Cynum in d. l. vnica, Ric. in collect. deciſ. 1. 300. & 2260. p. 6. Paſcal. de vir. pat. poteſt. p. 2. c. 2. n. 91.

Vidua an poſſit vti priuilegio l. vnicæ, C. quando Imper. inter pup. & vid. aduerſus aliam viduam, vel pupillum habentes ſimile priuilegium; fuit deciſum, quòd non, Franch. dec. 188. Muſcatell. in praxi S.C. p. 2. gl. competentes, nu. 87. Carolus Tapia l. fi. p. 2. c. 8 n. 26. ff. de Conſt. Princip. Viui. dec. 236. nu. 8. Ricc. collect. dec. 1. Giurba

dec.

dec.Sicil.82.nu.8. Menoch.de Arb.Iud.caſ.66. nu.39 *Epiſc. Ricc. collect 2378. Angel. Steph.de iure fiſci, cap.3. num 6. D.Conſ. Carleual de iudic. tom.1.lib.1.tit.1.diſpus.2.q.6.inſpect.7 nu.633.*

Vidua an poſſit variare, petendo vſumfructū antephati,& deindè antephatū;fuit deciſum,quod ſic,Affl.dec.291.nu.5.Maxilla in Conſuet.Bari, in titul.de iure dnt. §.ſoluto matrimonio,n.12.

Vidua ſi eligat in forum Regiam Audientiam,exponendo querelam contra Officiales durante officio de aliquo crimine,an cauſa ipſa reuideri debeat in Regia Audientia, vel per Syndicatores eligendos in ſyndicatu; in contingenti caſu dum fuiſſet inquiſitus Officialis de fuga aliquorum carceratorum homicidium patrantium; fuit tàm per Regiam Audientiam,quàm per M. C.V. decretum,quòd cauſa remaneret,cumque eſſet appellatū ad S.C. fuit deciſum,quòd cauſa remittatur ad M. C. V. quæ decreuit, cauſam ipſam eſſe remittendam ad Syndicatores vnà cū carceratis. Foller.in Cōſt.Statuimus,vt Magnæ Curiæ,n.128.& ſeq.& n.149. ponit deciſionem.

Vidua an comprehēdatur appellatione miſerabilium perſonarum ità vt non includatur in beneficio Conſt Regni Statuimus cùm habeat beneficium de iure communi; fuit iudicatum, quòd non,gl.in d.Conſt.Statuimus, ſuper verbo corporali præſtito Sacramento,verſ.nam in vidua, Franch. deciſ.257. vbi etiam ponit deciſionem ſupra eod. verbo vidua.

Vidua an ſit in poteſtate patris,vel ſui iuris, Affl. in addit. ad Conſuet. Sed & mulier, incip. Napod.hic fol.191.& 192.inſimul cum Antonio de Viuaya in addit.ad eandem Conſuet.incip.licèt Napod.hic teneat,fol.192.conſuluerunt contra opinionem Napodani, tenentis, quòd eò ipſo ſit ſui iuris,vt etiam ibi Piſanell.in addit.incip. vide tex.cum gl.fol.192. tamen fuit deciſum in fauorē patris in contingenti caſu, vt non ſit ſui iuris.Scipio Buccinus in addit.ad dictam Conſuet.is caſus fuit, f.191.& dixi ſuprà verbo filia maritata,vbi allegatur dec.Grammat.cum alijs.

Vidua Titulata eò quòd fuerat vxor alicuius Titulati, ſi ſecundò nupſerit alicui non Titulato, an paritèr Titulata dici poſſit,& ſic tractari,non eſt dubium quòd quando Titulus dignitatis ſit eius perſonæ annexus, vt per ſucceſſionem, inueſtituram, & alio modo,tunc mortuo viro ſi ſecundò nupſerit alicui Nobili, non tamen Titulato, licèt ex iuris diſpoſitionè ipſa retineat talem dignitatem,non per hoc ad ſimilem dignitatem virum conſtituit Titulatum,vt aliorum authoritatibus comprobat Reg. de Curt. in diuerſ. feud.§. ſed vnde digreſſi, nu.24.& 25. exemplum ponunt Doctor. in Regina Ioanna II. huius Regni, quæ nupſerat cuidam Comiti, & ſic inferiori, vt per Fuſcum ſingul 48. lit. M. quamuis hodiè contrarium ſeruetur,vt quoquè ibidem tradit Curtis,exemplo demonſtratur in Principe Biſiniani, de quo in hoc meo Comp. dec.Regni,verbo fęmina,hinc etiam mulier ſecundò nubens licèt de iure ciuili efficiatur infamis, & per hoc non poſſit obtinere dignitatem Comitatus,tamen ſi ſuccederet patri,qui haberet Comitatum, nō perderet illam dignitatem, rationem de ijs aſſignat Reg. Rouit. in prag.1. de titul abuſ.nu.68. ſed quotiès ipſa conſequeretur dignitatē ex perſona viri;quia corruſcat radijs viri, retinet priuilegia quæſita per matrimonium,ſi in viduitate permanſerit, vt alios allegando refert Conſ. Patignus in tract. de Iudic. & priuil.mil.nu.20. inter opera eiuſdem Reg.Rou.de milit.in 15.prag. & ſucceſſiuè nubendo ignobili perderet quęſitam nobilitatem, cùm efficiatur eius conditionis,cuius eſt maritus,latè Tiraquell.de Nobilit.,cap.18.nu.16. ſequitur Fuſcus d.ſing.48. & propterea annis elapſis per S. C. fuit deciſum in cauſa cuiuſdam Comitiſſę,quę ſecundò nupſerat nobili viro,nō tamen Titulato, vt ſe abſtineret in ſubſcriptionibus,ſe Comitiſſam nominando ad inſtantiam Hęredum Comitis Miſanei de prædictis conquærentium,patrocinante quond.V.I.D. Fabio de Falco meo patruo colendiſſimo. Thoro.

Vidua Neapolitana olim nupta extero exiſtenti in aliqua parte Regni,ſi poſt longam habitationem,& mortem viri patiatur deſcribi in numeratione inſimul cum alijs Ciuibus,ob quod onera Ciuitatis ſubiit, an ipſa renuente prætextu ciuilitatis Neapolitanę,dato quòd lite pēdente ciuilitatis priuilegiū obtinuerit à Regia Cam. in alia Banca expeditum,ſoluere cogi poſſit,ità vt nō obſtante oppoſitione priuilegij procedi poſſit in cauſa conuentionis,pro parte dictæ viduæ dicebatur,notorium eſſe priuilegium Neapolitanorum,tàm à functionibus fiſcalium pro bonis ſitis extrà Neap. vt in priuilegio Magni Capitanei cap.18. & Regis Catholici cap.31. & cap.3. eiuſdem, quàm ab omnibus oneribus ciuium exterorum,vt notorium eſt,& quòd ipſa ſit Neapolitana producebatur priuilegium R. C.expeditum lite pendente,& ideò ius priuilegij reſiſtebat,ad tex. in c. cùm perſonæ,de priuileg.in ſexto,Ann.ſingul.548. & propterea ad onera ipſa nullatènus teneri videbatur,accedat etiam, quòd ciuilitas originis eſt immutabilis, vt dixit Afflict.dec.384.nu.2. & ideò nequit affirmari,non eſſe Neapolitanam; ſed ijs non obſtantibus ex aduerſo dicebatur, de iure vetiſſimam eſſe concluſionem, vxorem ſequi forum viri,Rom.ſing.665.n.1.& ſequitur Gozad.conſ. 79.nu.5.vbi ſubdit,& effici Ciuitatis viri ciuem, & proindè accipiens ciuilitatem in aliquo loco, videtur ſe obligaſſe omnibus oneribus ciuium illius loci,vt dixit Alexand.conſ.103. n.9.lib.2. cùm itàq; vxor vidua efficiatur per mortem viri, durante viduitate videtur eſſe adhùc in primo matrimonio, Oſaſc.deciſ.Pedemont.77.nu. 15.idcircò vidua portat onera,vbi vir habet domicilium quòad ea,quæ illius ſeruitia continet, & quòad alia originis proprię non liberatur,vt ex mēte Bar.& Paul.Caſt.firmat Fęſtaſ.in tract. de æſtimo,& collect. p.1. in princ. nu.23.& ſic ciuis poteſt eſſe quiſpiam duarum Ciuitatum,vt proſequitur Mart.vot.27.& ad hoc Ioa.Marianus Graſſus iuris profeſſor acutiſſimus,qui hęc omnia mecum conferebat,& allegabat tex.in l. 1. C. de municip. & orig. lib.10. vbi caſus erat ſpecialis, & paritèr deciſionem Afflict. allegatam 384. vbi pro ſua opinione cōcludere videbatur,quibus ſic ſtantibus in contrarium adducta corruere videbātur : Nec primò obſtat, ipſam

ſam eſſe Neapolitanam, & ſucceſſiuè debere gaudere priuilegio Neapolitanorum, nàm eius priuilegium corruit per tranſitum ad alium locum extrà Neapolim, nubendo extero forum viri ſequuta fuit, vt dixi, & ſic ceſſiuè de domo viri effecta, & dùm fuit numerata in loco eius viri, ſtandum erat ſcripturæ, maximè in dubio, tantò magis, quia exterum ciuem loci in virum acceperat, ob quod effecta fuit ciuis loci viri, vt dixi, ſicuti è contrà ciuis alicuius Ciuitatis efficitur per id, quod in ea vxorem ſibi iungat vinculo matrimoniali, Franch. dec. 516. nu. 15. quinimmò non ſolùm per receſſum à Ciuitate ex cauſa matrimonij efficitur mulier ciuis loci viri, ſed demùm per omnem aliam deſertionem ciuis originarius deſinit eſſe ciuis, Andr. Gayl. practic. obſeru. lib. 2. obſeru. 36. nu. 7. & ſic limitat regulam illam de immutabilitate ciuilitatis, Afflict. in dicta dec. 384. nu. 9. niſi deſeratur, & ſequitur ibi Vrſill. nu. 4. & proindè corruit priuilegium ciuilitatis lite pendente impetratum; nam non apparebat conceſſum motu proprio, vt contigit quon. Illuſtr. Cardinali Bozzuto, ſicut dixit Mangrell. ad Bart. in l. 1. ff. de pen. Sed ad poſtulationē partis, vt deciſū tradit Franch. dec. 544. tale priuilegium non obſtare, quapropter facta de prædictis relatione per Propræſidentem Fabium Capyc. Galeotam virum patritium Neap. & doctiſſimum I.C. die 22. Februarij 1619. deciſum fuit per R.C.S. ſuſpenſo priuilegio eſſe procedendum ad vlteriora pro expeditione cauſæ, in cauſa Terræ Caſollæ cum Cornelia Criſpa, penès Priſcum Gratianum Actuarium. Ioa. Bapt. de Thoro I.C. Neap.

Viduæ, vel aliæ miſerabiles perſonæ an poſſint eligere forum M.C.V. in præiudicium clerici, vel alterius Eccleſiaſtici fori, fuit deciſū, quòd non, & in hoc procedit regula illa, quòd actor ſequitur forū rei, Affl. in Conſt. Statuimus, n. 33 in fi.

Vinum an comprehendatur appellatione victualium in materia cap. Regni Pro publici, multis rationibus fundat Fabius de Monteleone in ſua practica arbitrar. par. 4. q. 1. nu 935. cum ſeq. quòd ſic, quamuis aliter fuerit decretum per S. C. vt ipſe fatetur dicto nu. 935. ibi niſi S.C. cenſuram in contrarium viderim, *Proſp. Rendell in tract. de vinea, vindemia & vino, part. 1. quæſt. 80.*

Vir an excludatur à dotibus, exiſtente pacto de non ſuccedendo in eis; fuit dictum, quòd ſic, Franch. decis. 491.

Vir promittens, vxorem ſuam renunciari facere an excuſetur faciendo omne ſuum poſſe; fuit deciſum, non teneri, & ità aliàs fuiſſe iudicatum in S.C. affirmat Affl. dec. 295. & ſeq. vbi Gramm. in addit. & in dec. 102. ſub nu. 110. & in fine dictæ deciſionis in occurrenti caſu inquit, fuiſſe abſolutum virum, & latiùs proſequitur idem Gramm. in q. 2. poſt dec. Bertazol. in tract. clauſular. clauſul. 4. gl. 9. Vrſill. dec. 23. nu. 5. & melius dec. 295. n. 2. vbi dicit, S.C. ſemper iudicaſſe pro hac opinione Gramm. & refert aliam deciſionem S.C. nouiſſimè terminatā, & Pariſ. conſ. 110. vol. 1. num. 26. & 42. vide ſupra verb. promittens, *Conſil. Gizzarell. dec. 22. nu 6.*

Vir ſi promiſerit conſeruare bona corredalia, & illa reſtituere inueterata, & vſu cōſumpta, prout reperirentur an talia verba operentur, quòd probata dilapidatione corredi per virum aliter, quàm conſumando vſu, teneatur, ſi non reſeruentur, S.C. noluit condemnare hæredes viri, licèt vir feciſſet dictam promiſſionem, ſed reſeruauit ſibi meliorem deliberationem, Capyc. in addit ad Cōſuetud. Viro mortuo §. ita quod, incip. ad iſtam gloſ. fol. 247. Molfeſ. in Conſuetud. Neap. par. 6. quæſt. 7. num. 20.

Virgo ſtuprata an gaudeat beneficijs virginis in electione fori contra ſtuprantem; fuit deciſum, quòd ſic, & proindè non eſſe locum petitæ remiſſioni, Franch. dec. 599. Ricc. in collect. dec. 1. & 137. Paſcal. in tract. de vir. pat. pot. par. 2. cap. 2. nu. 96. *Taſſon. de anteph. verſ. 5. obſer. 3. nu. 297.*

Virgo patrem habens, quamuis patre non accuſante de nece filij poſſit accuſare; an pariter gaudere poſſit beneficio l. vnic. C. quan. Imper. inter pupil. & vid. licèt aliàs fuiſſet deciſum, quòd poſſet, tamen non deciditur in deciſ. de Franc. 100. vbi omnia cumulantur, Muſcat. in prax. S. C. par. 2. gl. competentes, nu. 37. & ſeq. Capibl. in pragm. 8. de Baron. nu. 163. & ſeq. Reg. Tap. in Conſt. Statuimus nu. 18. & 20. in iur. Regni, Viui. dec. 65. nu. 3. Maſtrill. dec. Sicil. 127. nu. 8. Io. Franc. del Caſtill. dec. Sicil. 48. n. 11. Menoch. de arb. Iud. caſ. 66. Marcel. Calà in tract. de mod. articul. & proband. glo. 1. §. 1. nu. 111. & Horat. Viſcon. in annot. ad iſtam dec. ſub nu. 11. ſubdit, poſteà fuiſſe deciſum in S.C. non ei competere electionem fori, vel variationem, in cauſa Horatij Curialis de Surrento, Paſc. de vir. pat. pot. p. 2. cap. 2. nu. 93. *Barbat. de diuiſ. fruct par. 1. cap. 12. nu. 52. Danza de pugna Doct. tom. 1. tit. de remiſſ. cap. 6. nu. 10. Cabed. dec. Luſit. 180. par. 1. D. Reg. Ronit. dec. 49. nu. 2. D. Reg Sanfelic. dec. 73 nu 13. Greuens pract. concl lib. 1. concl. 1. conſid. 1 nu. 11.*

Virgo in capillo an fori electione gaudeat, dùm de ea mentio non fiat in l. 1. C. quando Imper. inter pup. & vid. Andr. in Conſtitut. Statuimus, vt Mag. Cur. dixit, quòd ſic, & ità ſæpius deciſum, quem citat Franch dec. 100 in princip. qui ſubdit, ità paſſim iudicatum fuiſſe, & iudicari, & ità communiter obſeruatur in omnibus Regijs Tribunalibus, Giurba dec. Sicil. 82. Gratian diſcept. forenſ. cap. 518. num. 2. tom. 3.

Vita, & militia an debeatur filio nato ex ſecundogenito, quando pater prius mortuus eſſet in vita aui; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 542. eum citat Maſtril. dec. Sicil. 165. nu. 1. Ricc in collect. dec. 26. *Anton. de Amat. var. reſolut to. 1. reſolut. 2. nu. 15. 39 & 41. Camill. Laratha in theatr. feud. par. 12. diluc. 25. Barbat. de aſſiſt. gl. 12. nu. 133.*

Vita, & militia an debeatur primogenito, qui ſe ipſum inhabilitauit ad ſucceſſionem feudi per aſſumptionem habitus clericalis; fuit deciſum, quòd ſic, & ob id in liquidatione vitæ, & militiæ debitæ ſecundogenitis eſſe habendam rationem perſonæ primogeniti, Franch. dec. 20. Maſtril. decis. Sicil. 85. nu. 11. & dec. 165. nu 3. Oct. Bammac. in cap. qui Clericus, nu. 162. ſi de feud. defunct controu. Reg. Rou. in pragm. 23. de feud, nu. 8. Mormil. in Conſt. In aliquibus n. 51. *Epiſc. Genuenſ. in tract de Eccleſ. ſeu practicab. Eccleſ. q. 65. Barbat. de aſſiſt. gloſ. 12. nu 136. Camill. Larath. in theatr. feud par. 12. dilucid. 73. num. 3.*

Vita,

Vita,& militia debita à primogenito ſecundogenitis quanta eſſe debeat, ſecundùm opiniones aliquorum cùm legitima æquiparatur, in diuiſione tamen tutius erit ſecundùm Andr.vt concordentur cum primogenito ſecundogeniti, ſecundùm quam opinionem fuit deciſum in S.C. Afflict.in Conſt. Comitibus, nu.5.

Vita,& militia an debeatur fratri ſecundogenito, cui pater feudum reliquit,à fratre primogenito ſuccedente in feudis paternis,quamuis non fuerit deciſum; concluditur, quòd ſic per Afflict. dec.138.nu.4. Lanar.conſ.33.nu.13. Io.And.de Geor.alleg.9.n.36.quę quidem concluſio multifariàm controuertitur per Fab. de Ann.conſil. 120. ſemper in hac cauſa, nu.26. & ſeq & conſ. 121.ſeq. Iacobus Menoch.nu.13. & tamen contra eius opinionem nouiſſimè fuit deciſum in cauſa Illuſt. Cardinalis Columnæ cum Magno Regni Comeſtabulo facta relatione per Reg. Conſil.Scipionem de Curte in Collateral.Conſil.die 11.Iulij 1600. penès Viuum,ſub patrocinio Fabij de Anna, Fabij de Falco,& Fabij Fatę I.C. nam fuit abſolutus dictus Comeſtabilis ab impetitis, Maſtrill. dec. Sicil.165.nu.14.& ſeq. Surd in tract.de alimen.tit.7.q.15.nu.22. de qua nouiſſima deciſione contra Afflictum mentionem facit Octau. Bammac.in cap.qui clericus, nu.212. ſi de feud.defunct.contr. *D. Conſ. Theodor.alleg.25.& 26.Epiſcop.Iſern.in tract.de Eccleſ. ſeù practicab Eccleſ.q 65. Io.Bapt.Bilocta in concl. feud concl.14.nu 20 Barbat.de aſſiſt gloſ.12. n 138. latè Læl Caput.in Conſuet. Si moriatur, par.2.§.11. nu.24.& ſeq.Camill.Larath.theatr feud. p.12.diluc. 78.nu.4.&* 17. Io.Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Vita, & militia an debeatur fratribus ſecundogenitis per primogenitum,& quota;fuit deciſum, quòd ſic, Capyc. dec.158. nu.8.

Vita, & militia an taxetur, & vadat iuxtà legitimam in Regno; fuit iudicatum, quòd ſic, Capyc.dec.211.nu.2 Franc.de Amic.in c.1. de iis, qui feud.dar.poſſ §.& veniendo ad primã,f.162.

Vita, & militia an debeatur fratri ſecundogenito ex ſucceſſione tranſuerſalium; fuit deciſum,vitã,& militiam deberi etiam ex ſucceſſione in linea tranſuerſali,& propterea fuit condemnatus primogenitus ad ſoluendum vitam, & militiam fratri ſecundogenito, Capyc.dec.211.in princ.

Vita,& militia an debeatur per refutatarium feudorum fratribus; fuit deciſum, quòd ſic. Ann. alleg 23 & in repet.cap.1.de vaſal.decrep.ætat. nu.224. Franc.de Amic.in c.1. de his qui feud. dar.poſſ § & veniendo ad primam,fol.163.verſ. vnde ergo infero Reg.de Pont.in tract.de pot, Pror.tit 8.in princ.nu.7.in fi.Maſtril in dec.Sicil.1. nu 9. Milanenſ.dec.8. lib.1 nu 286. idem Reg.de Pon.in prælu feu.lect 2 nu.55. Molfeſ. in Conſuet.Neap.tit de renunc q.1 n 7. *Barbat. de aſſiſt gl.12 nu.130 Camil.Larath in theatr.feud. par 1. diluc 68. in fin.*

Vita, & militia an debeatur filio ſecundogenito Clerico, Presbytero,vel Prælato; fuit deciſũ in S.C. quòd ſic, Par.de Put.de finib. feud.in cap. incip. nunc videndum dubium, nu.31. fol 177. à ter. Oct.Bamm.in cap.qui clericus, num.162. ſi de feud.defun.mil.contr.ſit, Carol. de Graſſ. in tract de effect.cleric. in 4. effect. nu.257.

Vita,& militia an debeatur filio ſecundogenito ob feudum primogenito ex filijs ſororis relictum ab auunculo, quorum primogenitus ſucceſſerat in eo, quod tenebatur per auunculum; fuit deciſum per S.C. quod ſic, Loffr. in Paraphr. feud.in cap 1.ſuper verbo vel danda militia fratri minori,de inueſt.de re alien.fact. verſ.dubitatur, ſi moritur auunculus, Minad. in Conſt. In aliquibus,verſ.filiorum,nu.7.annuit vnum,& obtinuiſſe, vt etiam in linea tranſuerſali debeatur vita,& militia, quod anteà nunquàm fuerat iudicatum, ſubdens, eius allegationes retuliſſe, & tranſcripſiſſe à Loffredo,*Barbat de aſſiſt gl.12. n 140.Camill Larath.in theatr.feud p.12.dilucid.79.*

Vita, & militia an prælletur de iure luendi, Reg. de Pon.conſ.79 n.29 vol.1.concludit, quòd ſic, & ità aliàs fuiſſe terminatum aſſerit, eum citat Fab. de Ann.conſ.4.nu.81.

Vita,& militia an debeatur fratri, & ſic in linea tranſuerſali,dato,quod ipſa non ſit loco portionis, ſed loco legitimæ, vndè vt ſi ſemel ex ſucceſſione paterna fuerit illa ſoluta,iterum debeatur ex ſucceſſione fraterna; concludit Fab. de Ann.in conſ.6.quæ pro huius cauſę,quòd ſit loco legitimę,& quòd debeatur in linea tranſuerſali, at ſi ſemel fuerit ſoluta ex ſucceſſione patris, ampliùs non debeatur ex ſucceſſione fraterna, & ità in dicto caſu tranſcurſo fuit iuxtà conſil. ipſum per S.C. deciſum, vt ipſemet tradit in Apoſtil.impreſ.in 2.vol.conſ. poſt argumenta ipſorum,incip.audiui aliquos,qui magis aliena, verſ. ſextum conſilium fuit corroboratum deciſione pro conſilio,eum citat Georg.alleg.9. Ill. D.Dux, nu.22.annuens,iſtam deciſionem differre ab alia, ex quo hic tertiogenitus habuit vitam,& militiam à primogenito in feudo paterno,& mortuo primogenito ſucceſſerat ſecundogenitus, à quo petebat idem tertiogenitus alia vitam & militiam,& ſic duplici onere grauabatur feudũ,Maſtril dec Sicil.165.nu.8.latiſſimè Molfeſ.in conſ.9.impreſſ.poſt Comm.ad Conſuet.Neap.nu.6.vbi tradit,in cauſa Principis Hoſtiliani cum Cler. Io. Franciſco fratre, fuiſſe deciſum deberi vitam, & militiam in linea tranſuerſali in ſucceſſione auunculi Comitis Aliani,vt ibi per eum, Reg.Rouit.in pragm. 23 de feud.n 47.*Io.Bapt Bilocta* I.C.*peritiſſimus in concl.feud.concl.15.n 3 Barbat de aſſiſt.gl.12.n.14.*

Vita, & militia an debeatur nepoti in bonis aui, quam habiturus eſſet pater eius præmortuus,ſi ſuperuixiſſet; fuit deciſum in contingenti caſu per S.C. quòd ſic, ex aurea doctrina Iſern. in Conſt.Comitibus,verſ.quid ergo ſi primogenitus,vt refert Georg.in alleg.9 Ill.D.Dux,n.24.

Vita, & militia an ſit per primogenitum præſtanda ſecundogenito de fructibus feudi perceptis, licet tempore perceptionis, & conſeruationis ex hoſtium inuaſione deperditis;fuit deciſum, quod debeatur, Minad. deciſ.10. Marcellus, & eum citant Franch.dec.121.nu.12. Ann. conſ 4. nu 61. Maſull.ad Capyc.dec.211.num 6.Borgn. Cauale.dec.Finiz.12.p.3. nu.32.Ric.in collect. dec.26.Reg.Rouit.in pragm.23. de feud.nu.6. *Iul.Cæſ.Gallup in method feud.par 3 cap.4.num.68. Barbat. de aſſiſt. gloſ.12.num.133.*

Vita, & militia an debeatur filio ſecundogenito

per filium primogenitum ſuccedentem in feudo aui, ex quo per Conſt. Regni Comitibus diſponitur, vt debeatur vita, & militia ex feudo à patre peruento fratribus; fuit iudicatum in fauorem filij petentis vitam, & militiam, Minad. conſ. 1. præmitto, vbi in fine ponit deciſionem, Franc. de Amic. in c. 1. de iis, qui feud. dar. poſſ. §. & veniendo ad primam, fo 162. Maſill. ad Capyc. dec. 211. nu. 7. Reg. de Pont. in tract. de pot. Pror tit. 8. in princ. nu. 41. *Conſ. Gizzarell deciſ. 37. nu. 10. & 23. Ant. de Amat. var. reſol. to. 2. reſol. 75. nu. 28. Barbat de aſſiſt gloſ. 12. nu. 140. Camill. Larath. in theatr. feud par. 12. diluc. 66. nu. 13.*

Vita, & militia an debeatur filio primogenito, qui feudo renunciauit, & effectus eſſet clericus, per reſcriptum Imperiale, ſeu Regale fuit determinatum affirmatiuè, Minad. in Conſt. In aliquibus, verſ. filiorum, num. 12.

Vita, & militia an debeatur filio ſecundogenito clerico; fuit pluries deciſum, quòd ſic, Minad. in Conſt. In aliquibus, verſ. filiorum, nu. 7. latè Reg. de Pont. in tract. de pot. Pror. tit. 7. §. 4. nu. 48. vbi tradit, id pluries fuiſſe deciſum, quem allegat nouiſſimè Molf. conſ. 9. nu. 4. ſuprà eo. verb. vita, & militia, *Camill. Larat. in theatr. feud. par. 12. diluc. 66. num. 22.*

Vita, & militia cùm eſt debita per primogenitum fratribus ſuis ſecundo, & tertiogenitis, an decedente eo, & ſecundogenitus in feudo ſucceſſerit, teneatur ſimilitèr aliam vitã, & militiã reliquis fratribus dare; deciſũ fuit negatiuè, nè duplici onere feudũ grauetur, referẽte Reg. Cõſiliar. Horatio Marcheſio ſub die 24. Nouemb. 1592. Mart. in tract. de iuriſd. int. iud. laic. & eccleſ. exerc. p. 4. caſ. 24. nu. 35. *Larrea dec. Granat. 47. num. 13.*

Vita, & militia an præſtari debeat tempore recollectionis; fuit deciſum in S.C. quòd præſtetur in tribus tertijs, Io. Ang. Piſan. in Conſuet. Neap. Verùm ſi aliquis. incip. inferebam, quem citat Reg. Rouit. in prag. 23. de feud. nu. 6. *Barbat. de Aſſiſt. gloſ. 12. num. 131.*

Vitam, & militiam debitam fratri minori ſuper feudo, ſi enim feudum ob rebellionem fratris maioris ad Fiſcum peruenerit, an minor frater ſimilitèr rebellis ex gratia reſtitutus conſequi debeat; fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 714. *Barbat. de aſſiſt gloſ. 12. num. 141. & 142. Camill. Larath. in theat. feud par. 12. diluc. 76. num. 29.*

Vitium litigioſi an contrahatur ex ceſſione, quæ fit ex iuris neceſſitate; concluditur, quòd non. & ità pluries S.C. decidit, Reg. de Pon. conſ. 6. vol. 1. & ſi punctus, nu. 20. & ſeq. & ibi nu. 23. ponit deciſionẽ, cum citat Georg. alleg 33. n. 30. & 31. vbi notat, quòd actio deducta in iudicio poſſit cedi abſq; vitio litigioſi, & ſic inſtantia tranſit cum ceſſione iurium.

Vitium litigioſi an duret perempta inſtantia, ità quòd alienatio rei litigioſæ impediri poſſit, & cõſequẽtèr ſi fuerit facta alienatio. ex qui poſſit contra tertium ſine nouo proceſſu; fuit deciſum in S.C. referente Reg. Conſil. de Georgio in cauſa Principis Coilis cum Duce Barreæ, & Principis S. Boni, quòd ſic. & idem in alijs cauſis relatis per Andr. Molfeſ. in conſil. 47. nu 22.

Vnio aulatum licèt peti poſſit poſt citationem ad dicendũ infra 15. dies iuxtà formam Reg. Prag. an comprehendantur cauſæ in limine expeditionis, exiſtentes antè promulgationem Pragm. fuit deciſum, quòd ſic, Franch. dec. 500.

Vnio feudorum an cenſeatur facta ſi in priuilegio conceſſionis fuerit dictum, quòd Comitatus ſit erectus, & vnitè conſiſtat in Terris in priuilegio conceſſionis nominatis, ex verbis illis, videlicèt conſiſtentem in infraſcriptis Terris, & cùm tota vis conſiſtere videatur in verborum prolatione, in priuilegio contentorum, ſi aſſertiuè, diſpoſitiue, vel narratiuè eſſent prolata, ob id concluditur, vnionem minimè eſſe probatam per talia verba, cùm in eo caſu adſint clauſulæ, ad finem, vt conceſſio valeat, non poterant operari ad alium finem, videlicèt vt verba narratiua, vel aſſertiua narrationem facerent vnionis, & erectionis, nam quod principalitèr fit, erit attendendum, & ità concludit Fab de Ann. in conſ. 44. quæ hanc cauſam qui in eius Apoſtilla impreſſa in 2. vol. conſ. incip. audiui aliquos, qui magis aliena ſcripta inquit, caſus conſ. 44. non adhuc deciſus, ſed tamen in cauſa ſimili Ducis Seminariæ cum Barone Cacuri deciſum in fauorem de hoc anno 1600. menſe Iulij in S.C. pro quo allegauit Georg. alleg. 5. Illuſt. Princeps, nu. 74. & refert, fuiſſe conuentum abſolutum, quia non habuit vnitatem feudi veram, qui ſub nu. 20. addit huic allegat. Ann. dec. S.C. fuiſſe diſcuſſum, ſi conceſſio faciebat indiuiduitatem, & hoc non obſtante fuit proceſſum ad venditionem Mottæ Boſalinæ, de Baronia Blanci, & n. 38. ſubdit, idcircò S.C. proceſſiſſe ad illius vẽditionem, non obſtante quòd Comes debitor ſe oppoſuiſſet, quoniã creditores habebant bona obligata, mediãte aſſenſu, & ipſe, vt potuiſſet impedire venditionẽ, debebat debita ſoluere. vndè S.C. nõ cognouit de diuiduitate feudi, ſed de poteſtate Comitis reuocãtis alienationem neceſſariã, quod non potuit, dum nõ ſoluebat debita. de iſta deciſione meminit Reg. Rou. in prag. 1. n. 73. & ſeq. de tit abuſ. vbi adſunt eius allegationes, & nu. 116. ponit deciſionẽ dicti Baronis Cacuri.

Vnio feudorum an præſumatur ex verbis aſſertiuis in priuilegio conceſſionis adiectis, in quo apparet, Baroniam fuiſſe conceſſam à Rege alicui cũ aliquo Caſale quod erat de Baronia alterius ad Regem deuolutum, licet fuiſſet probatum, prędictum Caſale eſſe de Baronia, cum quo erat vnitum; fuit tandèm deciſum contrarium in cauſa Ducis Sueſſę cum Balthaſſare Milano, & hoc attentis verbis priuilegij, in quo explicitè dicebatur, talem Baroniam, & ſub ea expreſſe contineri tale Caſale. &c. quod quidem erat de alia Baronia, Reg. de Ponte conſil 57. num 4. vol. 1. in paucis. Georg. alleg. 5. num. 30. & 70. Capibl. in pragm 8. num. 196. de Baron.

Vniuerſitas pro electione Syndici, & Electorum poterit ſe cõgregare præsẽte Officiali iuſtitiæ, an ſi contra Baronem, vel Officialem voluerit cõgregare parlamenta, debeat interuenire Officialis, in his enim caſibus, quamuis petita, & nõ obtenta fuiſſet licentia Officialis, accedente tamen Superiorum authoritate congregatur, ex practica relata per Franch. dec. 446. Capiblanc. in prag. 10. n 57. de Baron. Reg. de Pont. in tract. de po-

de poteſt. Proreg.tit.2.de abundant. Ciuit.§.7. nu.16. Io. Iac. Laurent. in tract. de Iudic.ſuſp. cap.5 nu.18. *Nouar.de grauam.vaſall. tom.1.grauam.301. num.4.*

Vniuerſitas quamuis admittatur ad petendum domanium, facta venditione per Baronem de Terra, an etiam admittatur ad venditionem iuriſdictionis ſecundarum cauſarum, Portulaniæ, & iurium ponderum, & menſurarũ, Barone contradicente, & petente, ſe ad talia admitti; fuit deciſum in fauorem Baronis, Franch. deciſ.17. nu 4. & ſeq. Capibl.in pragm.8.par.2.nu.28.de Baron.Franc.de Amic.in cap.1.de ijs,qui feud. dar.poſſ.§.ſed ex hoc,nu.2. fol.90. Fab.de Ann. in nouiſſ. addit.ad ſing.150. eius patris, & Camill. de Curt. in diuerſ. iur.feud. verſ.licèt autem veriſſima,nu.65.& ſeq.fol.10.citat iſtam deciſionem, annuens, ità communiter in Regia Camera obſeruari, concedendo prælationem in beneficium Vniuerſitatis, in particularibus iuriſdictionibus, vbi refert alias deciſiones, & reſpondet deciſioni contrariæ, dùm fuerat petita portulania, quoniam ibi erat elapſum tempus petendi, Petra ad Capyc. dec.99. verſ. iure directi, Viuius in ſylua commun.opin.in opin. 637. Princeps, num.1. Maſtrill. in conſil. vnico poſt deciſ.Sicil.nu.16.& ſeq.Reg.de Pont.in repet.cap.1.de ijs,qui feud.dar.poſſ.lect.8. nu.26. Ricc.collect.dec.823.& dec.58.par.2.

Vniuerſitas,& Caſtra ſi tenentur ad reparationem Caſtrorum, & vexilla Baroni tranſtuliſſent, an teneantur Baroni petenti reparationem contribuere; fuit deciſum, quòd non, quia illud erat ex ſpeciali priuilegio, & prærogatiua Regis, & non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, Campagn.in Cap. Regni Grauaminu, poſt num.73. in addit. *Franch.deciſ.78.*

Vniuerſitas an teneatur ad emendam damnum paſſo,& pęnam pro delicto clandeſtino; fuit deciſum, teneri dumtaxàt ad emendam damni, Grammat. dec.47.& in Conſt. Si damna, nu.19. & 20 Campagn. in cap.Regni Clandeſtinis,nu. 15. Iacob.Menoch.de arbitr. Iud.lib.2. cent.4. caſ.346.num.17. Mutius Surg.in annot.ad opus eius Fratris de Neap. Illuſtr. cap.21. ſub priuileg.42 fol.391. verſ. immò milites Regios, Vrſill decıſ.265. num 5.

Vniuerſitas turbans poſſeſſionem alterius an teneatur ad intereſſe paſſum, inſtante actore,& ſi talis turbatio Vniuerſitatis non fuerit facta communicato Conſilio more ſolito ad ſonum campanæ;& quòd ſaltim concurrant duę partes gentium ex tribus; fuit deciſum, teneri ad intereſſe, ex quo talis turbatio non fuit ſemel, ſed pluries facta, quæ cenſetur ratificata per eam,& ex alijs adductis per Afflict.deciſ.376. Capibl. in pragm.8.in 2.par.num.22.de Baron.Rot.Bonon.Benintend.concl.70.num.18. Pariſ.conſil. 111.vol.1.num.72. Rot.Rom.dec.104. par.1.& dec.1123.p.3.lib 3. authore Tholomęo,Borgn. Caualc dec.Fiuiz.1.nu.2 p.5. Alexan.Rauden. deciſ. Pitan 13. num.131. Ricc.in prax. variar. reſol. in reſol.381.

Vniuerſitas reſtituitur aduerſus deſertionem ſententiæ, ſed non aduerſus lapſum inſtantiæ; vt concludit Vrſill.dec.175.num.2.quod licèt de iure procedat, in occurrenti tamèn caſu fuit declarata appellatio deſerta, ob appellationem non proſequutam per Vniuerſitatem ſpatio annorum nouem, & hoc cum aliquali cognitione priùs iurium Vniuerſitatis circa cauſam principalem, Vrſill. vbi ſuprà ſub num.3.

Vniuerſitas mediante inſtrumento obligata alicui pro certa ſumma in eo contenta an teneatur ſoluere obſtantibus aliquibus difficultatibus; Et primò, quia non apparebant nomina ciuium, quòd poſſit prætendi facere maiorem partem Vniuerſitatis, & in hoc dubium reſultabat, ſi ſtandum erat, & credendum Notario aſſerenti, in eo adfuiſſe duas partes Vniuerſitatis. Secundò, quia ceſſabat neceſſitas, aut vtilitas, immò & decretum Iudicis in alienatione rerum Vniuerſitatis, & attenta præſcriptione ſaltim 40. annorum, dùm non fuerit petitum creditum ab Vniuerſitate per annos 120. omnibus ijs circumſcriptis fuit condemnata Vniuerſitas ad ſoluendum creditori ex biſcentum vntijs promiſſis ſexaginta vncias oblatas per Syndicum, & ab alijs abſoluta, Capyc.dec.4. Vrſill.dec 245. num.10. Maſcard de probat.concluſ.1377.num. 31. Hieronym. de Lauren.deciſ. Auenion.128. nu.24.Ricc.collect.dec.981.

Vniuerſitas imponens pœnam contrauenientibus in aliquo caſu, ſine licentia Officialis an ſit punienda; fuit deciſum in Magna Curia Vicariæ; Electos, & Syndicum puniendos eſſe ad exulandum, aut ſoluendum Regio Fiſco ducatos centum, Ann.in Conſt. Terminum vitæ,num.159. Ricc.collect. dec.1812.

Vniuerſitas an præferatur Baroni, qui emerat ſecundas cauſas, & Portulaniam à Reg.Cur. fuit deciſum, quòd ſic per R. C. S. facto verbo in Collat. Conſil. Anna in repet. cap.1. de vaſall. decrep. ætat. num.153.

Vniuerſitas petens domanium, ſi ei fuerit conceſſus terminus ad ſoluendum an elapſo termino poſſit purgare moram, ſi venerit cum pecunia; fuit pluries deciſum, quòd non in multis cauſis, Ann.in repet.cap.1.de vaſal.decrep.ætat.num. 261.vbi Fab.de Ann. in addit.nouiſſ.inquit, iterùm fuiſſe Vniuerſitatem excluſam, & impoſitum ſilentium.

Vniuerſitas ſi ſit condemnata ad emendam damni ex cauſa furti commiſſi in eius Territorio, & ignorantur latrones, ſi ſoluat damnum damnificato, & latrones ipſi capti fuiſſent, & confeſſi, an teneatur damnificatus reſtituere emendam; fuit deciſum, nõ eſſe locum reſtitutioni, Grammat.in Conſt.Si damna, num.11.

Vniuerſitas an teneatur de robaria commiſſa in eius Territorio, vel Princeps, qui tenetur ad cuſtodiam viarum, qui percipit introitus Regni; fuit deciſum per S.C. iuxtà aliam ſententiam Regis Ferdinandi, vt non teneatur ad pœnam aliquam, ſed ſolùm ad emendam pecuniarum diſrobatarum, Gramm.in Conſt.Si damna, nu.19.& poſt num.20.verſus finem annuit, aliàs in contingenti caſu idem fuiſſe deciſum per S. C. contra decreta M.C.V. & Prouincialia.

Vniuerſitas an poſſit comparere aduerſus Baronem, prætendendo, quòd Baro habeat primarum cauſarum cognitionem,& ſucceſſiuè licere

ei in cauſa appellationis comparere in Regijs Tribunalibus, non obſtantibus ſententijs fortè prolatis contra Fiſcum, cum impoſitione perpetui ſilentij, nam prædictis Fiſci inhærendo inſtantijs ad prædicta admitti etiam per viam reſtitutionis in integrum petierat, cùm autem fuiſſet vna conceſſio de pluribus exhibita, in qua apparebat cognitio primarum, & ſecundarum cauſarum, non erat neceſſe alias exhibere, & ſucceſſiuè obſtantibus exceptionibus rei iudicatæ, & perpetui ſilentij contra Regium Fiſcum promulgatis, non erat locus reſtitutioni in integrum petitæ per Vniuerſitatem, & ità concluditur pro Barone contra Vniuerſitatem, ſecundùm quæ fuit iudicatum, Reg. de Pont. conſ. 58. volu. 1. Regius Fiſcus, vbi in fine ponit deciſionem, eum citat Georg. alleg. 6. nu. 6.

Vniuerſitas an debeat admitti ad petitum domanium, ſi fuerit facta venditio Terræ à patre filio primogenito pro certo pretio; fuit deciſum in S.C. quòd non, per doctrinam Andr. in cap. 1. de alien. feud. pat. verſ. fratri, in fin. quia non eſt alienatio dare illi, qui ſine alienatione ſuccederet, Franciſ. de Amic. in cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. ſed an in hoc, ſub num. 9. verſ. hæc ſunt verba, fol. 249.

Vniuerſitas an teneatur reſarcire damna illata per fures, latrones, & diſrobatores ſtratarum damnum paſſis ſi conſueuerit ſoluere ſalarium pro cuſtodiendis ipſius Territorijs Barricello campeſtri; fuit deciſum in contingenti caſu, quòd non teneatur per S. C. & proindè fuit abſoluta Vniuerſitas ab impetitis per damnum paſſos, vt refert Fran. Viui. in ſylua commun. opin. in 751. opin. ſtatutum, in fi. & idem refert obtinuiſſe in Regia Audientia Principatus Citra, & Baſilicatæ, immò in Reg. Coll. Conſil. Carauit. in Rit. M.C.V. 311. nu. 6. conferunt allegata per Mut. Surg. in annot. ad opus eius Fratris de Neap. Illuſtr. cap. 22. priuil. 42. fol. 390. verſ. & vt ſemel dicam, de quo extat pragm. 1. de damn. clandeſt.

Vniuerſitas an habeat fori electionem; fuit in contingenti caſu petita remiſſio per Vniuerſitatem ad Curiam Baronis, ipſam eligendo in forum, & per Regiam Audientiam Principatus Citrà, & Baſilicatæ decretum fuit, cauſam eſſe remittendam ad Curiam Baronis, & confirmatum decretum per M. C. V. vt tradit Carauit in Rit. 233. ſub nu. 3. verſ. eodem modo in Vniuerſitatibus, Paſcal. in tract. de vir. pat. pot. par. 2. cap. 2. nu. 103. *Alex. Trentacinq. variar. reſol. tom. 2. tit de citat. reſol 2. num. 35.*

Aduocatus an poſſit defẽdere hæreticos, & de hereſi inquiſitos præuia licentia Epiſcopi ordinarij; deciſum fuit affirmatiuè, & pluriès obſeruatum, Anna in ſing. 10. Aduocati, & quarè nõ poteſt patrocinium præſtari pro hæreticis, vide Carrer. in tract. de hæret n. 19. Thoro.

Æſtimatio in dubio præſumitur potiùs ad ſciendum rei valorem, quàm ad inducẽdam emptionem, & ſic iudicatum, Ric. in collect. 819. videas ad hoc Ioſeph. Ludou. in ſuis commun. concl. tit. de iur. dot. concl. 1. Thoro.

Æſtimatio an debeatur intentato interdicto recuperandæ, ſi ſpoliator alienauerit rem, de qua agitur; fuit deciſum eſſe condemnandum ad annuum reditum, Parocho reſtituendum, Ric. dec. 200. Rector, p. 1.

Ætas mulieris ad finem concedendi licẽtiam marito ſuſcipiendi ſacros ordines, ambobus in ſeculo permanentibus qualis eſſe debeat; in contingenti caſu deciſum fuit, mulierem debere eſſe annorum 52. Ric. deciſ. 234. in hoc articulo, par. 2.

Affectus an puniri debeat non ſequuto effectu eadem pœna; pluriès deciſum fuit, non eadem pena, ſed eadem lege, Ricc. collect. deciſ. 1895. ad hoc vide Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 92. Duen. in regul. 35. Thoro.

Agere an poſſit clericus cum proteſtatione, citrà pœnam ſanguinis aduerſus interfectorem fratris, & aliorum propinquorum; deciſũ fuit affirmatiuè, Ric. dec. 136. aperta, par. 2. ad hoc vide Reuerendiſs. Epiſcopum Hern in prax. Curiæ Archiepiſcopalis, cap. 41. num 1. & 2. abundè proſequitur iſtam materiam Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cleric. in 12. effect. per totum. Thoro.

Ag-

Digitized by Google

Aggreſſus occidens aliquem non offendentem ratione defenſionis, quod euitare nõ poterat ſine vitæ periculo, nùm ſit aliqua pœna plectendus; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.47.fuerat, p.1.

Alapæ percuſſio ſi ſit in loco publico illata ad hoc vt excommunicatio illius ſit Papalis, vel Epiſcopalis, an grauis, vel leuis ſit habenda; deciſum fuit, eſſe leuem iudicandam, Ric.collect. dec.814.ad hoc videas Cãpag.in c. De iniurijs, ſub n.13.in addit. vbi ex mente Bald.dixit, percuſſionem cũ manu vacua non dici atrocem, licèt concludat, grauius pro alapa, quàm pro pugno puniri, per rationes ab eo relatas, & maximè ſi eſſet illata viro in dignitate conſtituto, exemplum patet in caſu per me relato in compend. deciſ. Regni. verb. alapa, quanquàm alapæ percuſſio inter homines communitèr grauiſſima reputetur, ità quòd alapam impingentẽ licet repellere gladio, Iodoc.in prax.crim.c.79. n.1.& potiſſimùm Neap.recipere alapã dicitur atrox iniuria, Affl.in Cõſt.Priuſquàm, ſub n.5. conferunt collecta ad hoc per ipſum Ric. collect.dec.1787. circa pœnam impoſitam pro alapa illata clerico in foro ſeculari. Io. B. Thoro.

Alchimiam clericus conficiens an dignus ſit aliqua pœna, hoc eſt priuationis beneficiorum habitorum, & inhabilitationis habendorum; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.197. Fuit in Curia, par.1. Alchimiam facere an ſit peccatum, vide Andr.& ibi Affl.ſub n.8 in Conſt. Adulterinã, Boſſ.io tit de falſa moneta, nu.5. an autem ſit reprobatus vſus alchimiæ, Marchiſel. q.56.quem citat Reg.Rouit.in prag.1.de monet.nu.20. tenet, quòd non. Thoro.

Alienans res Eccleſiæ cum clauſula, ſaluo aſſenſu Papæ, nec alio modo, & antè impetratum aſſenſum tradidit poſſeſſionem, an incurrat in cenſuras, & pœnas contentas in Extrauag.Ambitioſè deciſum fuit affirmatiuè, Ricc.in collect. dec.526.ad hoc videas Epiſcop. Iſern. in prax. Arch. Neap.cap.51. Thoro.

Alienans bona Eccleſiæ abſquè ſolemnitatibus; cum pacto tamen de retrouendendo, an incidat in cenſuras; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.deciſ. 298.cùm retrouenditio, p.2.

Alienatio Prædioli, & Terrulæ Eccleſiæ fieri poteſt abſq; aſſenſu, nõ tamen partis magni prædij Eccleſiæ, & ità deciſum, Reuerendiſs.Epiſ. Iſer.in ſua prax.Arch.Neap.c.73.n.3.Addo vltrà Felin.in cõſ.42.n.14.Ric in prax.eccl. dec. 39.Reg.Valenz.conſ.88.nu.39.& 40. Thoro.

Alienatio bonorum Vniuerſitatis præcedẽte Superioris mandato ad congregãdum, an valeat, ità vt decreto opus non ſit, deciſum fuit, valere alienationem ipſam, Ric.collect.980.

Alimenta præſtita lite pendente an ſint reſtituenda actore ſuccumbente; deciſum fuit negatiuè, Ric.deciſ.251.lite pendente, p.2.ad hoc videas deciſa per Præſ.de Franch. dec.336.num.5.vbi Viſcont.& Amend.ſed meliùs in dec.614.Molfeſ.in comment.ad Cõſuet.Neap.p.5.q 3 n.19. dixi in meo compend.deciſ.Regni, verb.alimẽta obtenta, quid in filio ſuccumbente, an teneatur ad reſtitutionem alimentorum perceptorum. Paſchal in tract.de vir.patr.poteſt. par.2. c.2.nu.61. Thoro.

Alimenta debitori carcerato an debeantur à creditore; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec 209. & ſi, p.2.dixi in meo Compend.deciſ.Regni, verb. alimenta, & in verb.carcerati. Thoro.

Alimenta lite pendente an ſint præſtanda, vbi cõſtat de malo iure petentis illa; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.191.frater p 1. Lancell.de attent.p.2.c.4.in 11.lim.n.30.& 32.Thoro.

Alimenta ſpurio an debeantur in vtroquè foro; deciſum fuit affirmatiuè. Ric.dec.46.caſus, p.2. vide Ioſeph. Ludou.in ſuis commun. concluſ. tit.de alim.præſt.concl.1.Thoro.

Alimenta filio naturali & ſi non debeantur, quando eſſet artifex, vel aliũdè ſibi victum quærere poſſet, procederet quando eſt talis ars, quam filius ſine dedecore exercere poſſet, & ità deciſum, Riccius collectan. deciſ.962. vide Ioſeph. Ludouic.in ſuis commun.opinion.titul.de aliment.præſt.concluſion.1.colum.2. verſ.intelligendo iſta. Thoro.

Alimenta an debeantur ſpurijs, quãdo poſſunt viuere ex arte; deciſum fuit negatiuè, Ricc.collectan.deciſ.1099.ſecus tamen ceſſante arte, vide Martam vot 68.num.20. Duen.in regul.366. in 4.lim.ſed ſi haberet vndè ſe aleręt, pręſtanda non ſunt, Duen.in regul.377.in prima limit.An alimenta eis relinqui poſſint, Gomeſ. l.9 Tauri, nu.37.& quòd regularitèr eis alimenta debeantur, tradit Theſaur.deciſ.211.nu.3.& 4.ea enim debentur habito reſpectu ad qualitatem, & facultates patris, vel quatènus ſufficiant pro ſubſtentatione vitæ, Paſchal. de virib. patr.poteſt. par.2.cap.3.num.38.& ſeq. ſed filiæ ſpuriæ non debentur, ſecundùm opulentiam natalium, ſed ad præſcriptam formulam de iure naturali, Benint.dec.22.num.8 & ad quæſitum authoris vide Ioſeph.Ludou. in ſuis commun. concluſ. in tit.de alimen.præſt.concl.1. verſ.ampliatur, hoc procedere. Thoro.

Alleganti exceptionem incumbit onus probandi, & proptereà vſu receptum eſt in praxi, dari terminum alleganti, vt multis rationibus comprobat Ric.dec.211.ſolent, p.1.

Annui redditus Eccleſiaſtici an poſſint diminui abſquè aſſenſu Apoſtolico; deciſum fuit, quòd aut contractus non eſt reſciſſus, & ſtat in ſua firmitate, & tunc in minuendis iſtis redditibus Pontificis aſſenſus eſſet de ſubſtantia, eò quòd diminutio eſt ſpecies alienationis, aut eſt reſciſſus, & pecunia ſtat in Banco depoſita per Campſorem, & tunc cùm dicatur nouus contractus, erit in libera facultate Eccleſiæ, vel clericorum, quem velint de dicta pecunia inueſtire, Ric.dec.134 annuos, p.1.

Aperiens literas alienas ex cauſa rationabili, vt putà ad detegẽdum proditionem, an puniri debeat; deciſum fuit negatiuè, Ricc.collect.deciſ. 1929.

Apocarum recognitionis praxis quomodò verſetur in Curia Archiepiſcopali Neapolis, concluditur primò, dùm præſentatur apoca, fieri præceptũ debitori, ſiuè eius procuratori ſpeciale mandatum habenti, vt recognoſcat, & cõpareat, aliàs condemnabitur, verum principalis ex æquitate habilitatur, quòd ſi ad primam, vel infrà certum terminum comparuerit, & reco-

Digitized by Google

gnoucrit, deleatur, & ſi compatuerit, & remiſmiſſionem petierit, & ſi antiquitùs non remittebatur, nouiſſimè autem conſueuit Curia remittere, facta recognitione, & ſi nil oppoſitum eſſet, terminus dabitur ad ſoluendum, ſimilitèr ſi allegaretur ſatisfactio; verùmtamen ſi plures exceptiones fuiſſent oppoſitæ, facta recognitione prouidebitur ſuper exceptionibus, & ſi procurator nollet recognoſcere, fiunt mandata pœnalia pro recognitione, inſupèr aduerſus recognitionem non datur reconuentio, niſi reſultauerit ex eadem ſcriptura, & dato termino ſi nil probatum eſſet, fit condèuatio elapſo termino, & ſi producerentur teſtes, vel ſcripturæ, tunc Iudicis erit videre eas, ſi non releuant, vel releuant, quanquàm antiquitùs abſquè decreto de exequendo condemnatio ſeruata forma iuris fiebat, nouiſſimè autem fit decretum de exequendo, vt ſuprà, at ſi partes vellent percunctare eas, datur facultas infrà breue tempus, ſiuè terminum ad percunctandum, & poſtmodum nil alio oppoſito, ſi reus eſſet in probatis, dicitur, quòd non moleſtetur, & abſoluitur, ſi verò non decerneretur fore exequendum, & fit commiſſio abſquè intimatione decreti, ſin autem procurator ſine poteſtate recognoſcendi negaret ſcripturam, tunc petente actore præfigitur terminus, quòd ratificetur à principale, aliàs captis pignoribus compellatur, & ſi procurator haberet poteſtatem recognoſcendi, ſufficeret eius negatio, ſi nõ negat, datur terminus ad ſoluendum, & proceditur ſummariè; Verùmtamen quando daretur terminus procederetur ordinariè, ità Ric. in deciſ. 185. multotiès, p. 1. multa congerit Reg Rouit in pragm. 64. num. 36. cum ſeq. de offic. Procur. Caſ. conterentia huic materiæ Apodixarum. Ioa. Bapt. Thoro I. C.

Appellare quis an cenſeatur de iure Canonico, dicendo, appello ad Iudicem competentem; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ. 12 in quadam, p. 1.

Appellari an poſſit à ſententia Vicarij foranei ad Epiſcopum, deciſum fuit affirmatiuè, ſecus tamen à ſententia Vicarij ordinarij, Ric. deciſ. 8. fuit dubitatum, p. 1.

Appellari an poſſit de iure Canonico à ſententia lata ſuper poſſeſſorio ſummariſſimo, deciſum fuit, non eſſe admittendam appellationem quòad effectum ſuſpenſiuum, ſed tantùm quòad effectum deuolutiuum, & ſic non retardata exequutione, Riccius deciſ. 103. cùm in fauorem, par. 1.

Appellari an poſſit à ſententia lata in cauſa reformationis penſionis ad fauorem Rectoris, cui eſt aſſignata pars congrua quòad vtrumquè effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum; deciſum fuit affirmatiuè, Riccius deciſion. 131. ratio, par. 2.

Appellari an poſſit à decreto conceſſionis monitorialium; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. deciſ. 5. à quodam, p. 2.

Appellari an poſſit à ſententia inſtitutionis iuris patronatus; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. deciſ. 14. fuit propoſitus, p. 2.

Appellari an poſſit ab arbitrio Ordinarij, quæ percuſſio ſit læuis, vel grauis; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. 824.

Appellatio alternatiua an ſit admittenda, vtpotà ſi dictum fuiſſet, appello ad Archiepiſcopum, vel ad Papam; deciſum fuit, quòd infrà terminum datum ad appellandum declaret, coràm quo velit proſequi appellationem, Ric. dec. 50. in libello, p. 2.

Appellatio alternatiua ſi infrà decem dies non fuerit declarata, an iudicetur deſerta; deciſum fuit affirmatiuè, Riccius collectan. deciſion. 1744.

Appellatio à ſententia cum clauſula, appellatione remota mandari nequit exequutioni quòad effectum ſuſpenſiuum tantùm, non autem deuolutiuum, Ric. collect. dec. 1081.

Appellatio à decreto torturæ, immò à comminatione ipſius, ità vt Iudex ſuperſedere debeat, an admittatur; deciſum fuit affirmatiuè, Riccius collectan. deciſion. 1311. qui in deciſ. 92 de iure, par. 2. refert deciſum negatiuè, niſi manifeſta adeſſent indicia contrà reum.

Appellatio à iudicio Epiſcopi in collatione Parochialium in concurſu facta an detur; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. 1335.

Appellatio coràm honeſtis viris regularitèr admittitur, quando copia Iudicis à quo haberi non poſſit; ſicquè deciſum, Ricc. collect. deciſ. 1355.

Appellatio an pro deſerta habeatur, ſi appellans deficeret in vnoquoquè tempore præfixo; deſum fuit affirmatiuè, Alber. Oliua in ritu Cur. Archiep. Neap. 35. quem citat Ric. dec. 262. ſub nu. 4. p. 2.

Appellatio an ſit de ordinatorijs iudicij, ità vt Iudex delegatus teneatur ſeruare ſtylum Curiæ Archiep. deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 274. fuit dubitatum. p 2.

Appellatio à reiectione appellationis an concedatur; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 107. cùm in facto, p 2.

Appellatione interpoſita à declaratoria Epiſcopi, declarantis aliquem excommunicatum ob contrauentionem præcepti facti ſub pœna excommunicationis lata ſententia, an ſuperſedeatur ipſius exequutio, ità vt non poſſint affigi cedulones, & affixi remouendi; deciſum fuit affirmatiuè, Reuerendiſſimus Epiſcopus Iſern. in eius prax. Archiepiſcop. Cur. Neapol. c. 28. in princ.

Appellationis vim an habeat itineris arreptio, deciſum fuit affirmatiuè, quando poſt cautam ceptam, vel grauamen illatum, aut ſaltim comminatum fieret, Ricc. deciſion. 153. fuit pluries, par. 1.

Archiepiſcopus in ordinatorijs tenetur ſeruare Ritum Curiæ Metropolitanæ, in deciſorijs verò Ritum Curiæ Suffraganei, & ità deciſum, Ric. collect, dec. 710.

Arma vetita portari per edictum an per Diœceſim portari poſſint, ità vt contra clericos illa aſportantes locum habeat edictum; deciſum fuit affirmatiuè, Riccius deciſ. 158. regula eſt, par. 2.

Arma defenſiua an comprehendantur in edicto Curiæ Archiepiſcopalis Neapolit. prohibente aſpor-

aiportationem armorum, deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.208.pluries,p.1.

Arma aiportantes contra formam edicti Neap. Curiæ an ſibi locum vẽdicet in clerico, qui acceperat cultrum, vt ferret illum Magiſtro accomodandi gratia; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec.167.clericos, p.1.

Arma clericus aſportans non apta ad nocendum an puniri debeat pœna Synodalis Conſt. Neap. deciſũ fuit negatiuè, Ric.dec.93.clericus, p.1.

Arma portari vetitus per edictum penale, an puniendus ſit, ſi captus fuerit abſquè armis, quamuis ea per priùs portauerit; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.257.videbatur, p.2.

Arma domi retinentes an puniantur pœna edicti Cur. Archiep. infligentis pœnas clericis portãtibus; fuit deciſum affirmatiuè, exceptis duobus caſibus. Primò, in retinentibus arma iure pignoris, non iure dominij. Secundò, quando per modicum tempus ea retinuerint, Ric. deciſ.209. fuit, p.1.

Arma, & inſignia an probent ius patronatus, deciſũ fuit affirmatiuè Ric.dec.231.p.2. Adde hic, quod Monaci nequeunt imagines depictas in aliqua Capella patronata inuitis Dominis delere, aut Altaria deſtruere ad inſtantiã nouiſſimorũ Dominorum, vt conſuluit Imol.conſ.60. viſis, & cõſideratis, quod ſpecificè in armis, & inſignijs ampliat Capyc.dec.27.nu.41.ex mente Archid. & Bart. vt nõ poſſint deleri inuitis Dominis per Fratres alicuius Cõuentus, vndè benè, ac prudentiſſimè ſe geſſit Reuerendiſs. olim Pater Generalis Sanctiſſimæ Religionis Minimorum S. Franciſci de Paula, dùm eſſet controuerſia inter illos de Caputo, & illos de Gaeta, nam in anno 1527. Sigiſmondus, & D. Sanctus Caputi Patritij Coſentini mediante inſtromẽto promiſerunt facere ſuis ſumptibus Intempiaturam aureatã, ſic vulgò nuncupatam in Eccleſia S. Franciſci de Paula eiuſdem Ciuitatis, in qua Fratres ipſi promiſerant arma in cantonibus ipſorũ de Caputo affigere, ſicq; per vtrãquè partem adimpletũ, poſt verò tẽporis diuturnitatẽ ob vetuſtatem dictæ intẽpiaturæ, non habentes vndè renouare poterant, ſe obtulit Ferdinãdus de Gaeta eã de nouo reficere cum ſuis armis, indè dùm hæſitaretur, ſi arma illorũ de Caputo eſſent delenda, vel nè, quia ceſſabat cauſa, ergò & effectus ceſſare debuerat, ſed cõtrariũ verius eſſe arbitratur, non enim licitum eſt inſignia in rebus alienis imponi, latiùs Anan. in conſ.86.pro expeditione.n.2.& ibi Bologn. in addit.nu.3. & ſucceſſiuè nec licitum erit clericis arma delere ex Capella, vel Eccleſia in memoriam Conditoris facta, aliàs punirentur arbitrio Iudicis, Rom.ſing.480. cotum, vbi Pignol.in addit. allegat Cœpol. de ſeruit. vrban. prædior. c.71.& alios, de quibus meminit Bertach.in ſuo repertor.verb.arma, vltrà eos Menoch.de arbit.Iud.caſ.281.n.4.vndè ex ijs reſolutum fuit per dictum Generalem, vt Arma Caputorum apponerẽtur propè arma illorum de Gaieta, quæ proxima intempiaturę iuſſa fuerunt apponi, & ſic omnes contenti remanſerũt, vt mihi retulit Doctor Auguſtinus Caputus ſucceſſor dictorũ Caputorũ, quia quotidiè accidere poterit, libui hæc colligere. I.B.Thuro.

Aſſaſſinus an dicatur mandans, vulnerari aliquem mediante pecunia, non tamen ſequuta morte, ad hoc vt fugiens ad Eccleſiam nõ gaudeat immunitate; deciſum fuit in eius fauorem, vt gaudeat, Ric.dec.112.aſſaſſini. p.1.

Aſſenſus Apoſtolicus an præſumatur interueniſſe, ſi apparet de ſupplicatione aſſenſus, ac de commiſſione facta à Pontifice Delegatis ad cõfirmandum, ſi in euidentem, &c. & de ipſa confirmatione, ſeù Commiſſariorum decreto ſubſequuto non conſtaret, deciſum fuit negatiuè, Ric.collect. dec.1008.

Aſſenſus Apoſtolicus in cenſus impoſitione ſuper re Eccleſiæ an requiratur; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.154.quoniam, p.2.

Aſſenſus, ſiuè beneplacitus Apoſtolicus præſumitur per lapſum triginta annorum, verùm tamẽ eſt, ſi intrà tempus ipſum aliqua lis per partes mota fuiſſe non præſumeretur, cùm ipſa præſumptio fundetur partium taciturnitate, & ſic deciſum refert Ric.collect.dec.1008.

Aſſenſus Epiſcopi ſubſequi poteſt in donatione iuris patronatus, & quando donatarius eſſet mortuus, ità quòd hæredes ipſius poſſent impetrare aſſenſum ab ipſo Epiſcopo, & ità deciſum, Genuenſ. Epiſcop. Iſern. in prax. Archiep. Neapol. c.63.nu.21. eandem deciſionem refert Ric.dec 224.vera p.1.

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in alienatione Eccleſiæ prophanatæ; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.54.aperta.p.2.

Aſſenſus Apoſtolicus in alienatione rei Eccleſiæ ex diuturnitate temporis an præſumatur; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.116.aſſenſus, p.1.

Aſſiſtens in delicto licèt armatus, non tamen arma extrahendo, an puniri debeat; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.64. Et ſi iura p.2.

Authoritas Epiſcopi in permutatione beneficiorum facienda inter iuuenem beneficiatum, & ſenem, an ſit concedenda, citrà ſuſpitionẽ fraudis; deciſum fuit affirmatiuè, ex eo, quòd tria requiruntur in permutatione facienda, vt dicatur ſimulata, nempè magna beneficiorum inæqualitas, coniunctio perſonarum, & mors ſequuta intrà octo dies, Ric.dec.180. cùm comparuiſſet. p. 2.

Auxilium præſtare an dicatur fouens foueã cauſa celandi cadauer occiſi, deciſum fuit negatiuè, ex eo, quòd non benè probatum fuerat, foueam feciſſe, Ric. dec.40.imputabatur, p.2.

Auxilium præſtans furi an teneatur actione furti; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.deciſ.30. inquirebatur, p.2.

B

BAptizari an iterum poſſint ij, de quorũ baptiſmo dubitatur, vtputà de inuentis antè ianuã Hoſpitalis, vel in nemore, & de ſimilibus Infidelibus; deciſum fuit affirmatiuè, cum clauſula illa, ſi non es baptizatus, &c. Ric.deciſ.127.baptiſmi, par.1.& in collectan. deciſ.1171.

Beneficia duo inſufficientia poſſidenti an tertium con-

conferri poſſit abſquè diſpenſatione; deciſum fuit negatiuè niſi Epiſcopus à Papa poteſtatem haberet conferendi plura beneficia inſufficientia, & ità deciſum refert Ricc. decis. 246. ratio, p. 2. An autẽ Epiſcopus poſſit diſpenſare, quòd quis poſſit habere duo beneficia ſimplicia, Ouen. reg. 71. in 5. ampliat. Io Bapt. Thoro I.C.

Beneficia an poſſint reſignari pẽdente appellatione à ſententia priuationis beneficiorum; deciſũ fuit affirmatiuè, Ric. dec. 214. fuit pluries, p. 2.

Beneficia iuris patronatus mixtim laicorum, & clericorum an comprehẽdatur in generali derogatione Pontificis; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. dec. 228. certum eſt, p. 2.

Beneficiatus, qui tenetur profeſſionem facere fidei coram Epiſcopo pro beneficijs intrà duos menſes, vt fructus ipſorum conſequatur, ſi contigerit abeſſe ex cauſa ſtudij, eo, quòd ætas ipſius erat annorum 30 minor, an excuſetur à tali profeſſione, ità vt fructus percipere poſſit; deciſũ fuit affirmatiuè, Ric. dec. 220. n. 12. ad fin. p. 1.

Beneficiatus priuandus an ſemper faciat fructus ſuos; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. collectan. deciſ. 1320.

Beneficij ſtatus mutatur ſpatio 40 annorum, adhibitis requiſitis, & inter cætera bona fides; ſicq; deciſum refert Ricc. in collect. 784.

Beneficio cap. Odoardus an poſſit renũciari, pluriès deciſum fuit negatiuè, Ricc. dec. 160. p. 2.

Beneficio cap. Odoardus an gaudeant obligari in forma Cameræ, vel condemnati per tres ſentẽtias; deciſum fuit negatiuè, Epiſc. Iſer. in ſua prax. Arch. Neap. c. 3. n. 13.

Beneficium an recuperet clericus ſponſalia de præſenti contrahens, ſi ſponſa antequàm ſit cognita ingrederetur Monaſterium; deciſum fuit negatiuè, Ric. in collect. 823.

Beneficium cap. Odoardus an ſibi locum vendicet in minoribus conſtitutis; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 20. iura ſunt, p. 2.

Bigamus à quo poſſit diſpẽſationem obtinere, deciſum fuit ſolum à S.P. Ric. dec. 45. controuertebatur, p. 1.

Bona inuecta, & illata in prædiũ emphyteoticum an ſint tacitè hypothecata pro canone rei; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. 1045.

Bona inuecta, & illata in nauim an ſint tacitè hypothecata pro penſione ipſius, ex eo, quòd vrbano prædio æquiperatur; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. dec. 1045.

Bona, ſuper quibus clericus ad titulum fuit promotus, alienare nequit, an autem poſſit ea obligare; deciſum fuit negatiuè, benè tamen generalitèr, non autem particularitèr obligare potuerit, cũ in generali obligatione non cõprehẽdãtur bona huiuſmodi, Ric. dec. 212. elegãter, p. 2.

Bona alienata per hæredem inſtitutum, cum prohibitione, ne alienaret bona ipſa, an facta alienatione per ipſũ poſſint vẽdicari, vita eius durante, vel poſt mortẽ, vide infrà eod. verb. Hæres.

Bona fides an excuſet alienantem bona Eccleſiæ, non exiſtente hæreditate ſufficiente pro omnibus alijs legatis; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 222. multotiès, p. 1.

Bulla contra extrahentes ab Eccleſia reos delinquẽtes an cõprehendat etiã alios ibi cõmorantes; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. in collectan. deciſ. 1741.

Bullarum correctio ſpectat ad Papam, quo enim caſu aliquando ad Vrbem impetrans mittendus ſit, ſi non probauerit contenta in eis; deciſum fuit in allegato caſu, non alitèr fuiſſe ſubreptitium Breue quorundã clericorũ Turris Octauæ, ſi in eo dicebatur, Turris Secũdæ, Ric. dec. 165. dubitatum, p. 1.

C

CAnonicus Regularis an ſit incapax obtinendi beneficia curata; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. in dec. 159. fuit in Curia, p. 1.

Canonicus an poſſit eſſe Iudex in cauſa ſui Concanonici; deciſum fuit negatiuè, Ric. deciſ. 179. fuit pluriès, par. 1.

Capella an vendi poſſit ratione iuris funerandi, quod eſt ſpiritualitati annexum, nec ratione terræ cœmiteriatæ, ſed ratione ſitus, & dignioris loci; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. in collect. dec. 649. An autem vendi poſſit ad inſtantiam creditorum, negatiuè concludit Reg. Valenz. conſ. 18 n. 121. Thoro.

Capellaniæ plures in eodem tecto an poſſint retineri; deciſum fuit negatiuè, Ricc. deciſ. 156. inſurrexit, p. 2.

Capita punitorum ſepulta exhumari an poſſint ad faciendam anatomiam; deciſum fuit negatiuè, Ric. collec. dec. 1000. An autẽ Epiſcopus poſſit, & debeat concedere Iudici laico, vt exhumet ab Eccleſia cadauer occiſi ad finem capiẽdi informationem delicti in genere, vide Epiſc. Iſer. in eius prax. Cur. Archiep. c. 41. nu. 10. Thoro.

Capitulum Sede vacante nequit procedere etiam in literis dimiſſorijs conceſſis ad primam tonſuram, & ità deciſum, Ricc. collect. dec. 1142 ad hoc vide Rendin. recept. ſent. tit 10. n. 1. Thoro.

Capitulum Sede vacante ſtante neceſſitate, ſeù arctatione beneficij habiti, vel habẽdi, ordinationem requirentis concedere an poſſit; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. dec. 1141.

Capitulum Eccleſiæ an poſſit reuocare ſtatutum iuratum; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 157. ſępè, p. 1.

Capitulum Sede vacante an poſſit exigere manualem obedientiam ab ijs, qui tenentur comparere cum floribus, fructibus, cęreis, alijſque muneribus; deciſum fuit affirmatiuè, Steph. Quaran. in ſumm. Bul. verb. Capit. Sed. vacan. verſic. octauò quæro.

Capitulum an poſſit Vicarium cõſtituere abſente Ep̃o in remotis partibus, mortuo Vicario ab eo conſtituto; deciſum fuit affirmatiuè, Steph. Quarant in Sũm. Bull. verb. Cap. Sed. vac. n. 12.

Capitulum ſuccedens in iuriſdictione, an etiam in emolumentis iuriſdictionis pariter ſuccedat, vt puta illud, quod peruenit ex ſigillo Curiæ, vel aliàs vndecunquè ad Prælatum pertinens; deciſum fuit negatiuè, Ric. in collect. dec. 874.

Capitulum Sede vacante an poſſit pœnam ab Epiſcopo inflictam commutare; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. in collect. dec 561.

Ca-

Digitized by Google

Captus malè, & iniuſtè an poſſit recõmendari, fuit deciſum affirmatiuè, Ric. dec. 201. p. 1. & in collect. dec. 726.

Captus à Iudice Eccleſiaſtico prætextu habitus clericalis aſportationis, ſi cum armis fuerit repertus, contra quem Eccleſiaſticus Iudex nequit procedere, an liberandus ſit, vel remittendus ad Iudicem ſecularem; deciſum fuit liberandum eſſe, Ric. dec. 49. facti ſpecie, p. 1.

Captus ob ſuſpitionem fugæ an debeat relaxari ſub fideiuſſione de iudicio ſiſti tantũ, vel etiam de iudicatum ſoluendo; deciſum fuit, vtramq; præſtandam fore, Ric. dec. 61. p. 1.

Carcerari an poſſit clericus pendẽte diſcuſſione, ſi debeat gaudere beneficio cap. Odoardus, parte nõ inſtãte, nec opponente; deciſum fuit, non eſſe carcerãdum, Ric. dec. 81. fuit deciſum, p. 1.

Carceratus an admittatur in teſtẽ pro altero carcerato, potiſſimùm in ciuilibus; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 180. agebatur, p. 1.

Carceratus clericus pro delicto an recommendari poſſit pro debito; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 52. reperiebatur, p. 2.

Carceres tentantes frangere qua pœna puniãtur, vide infrà verb. frãgere, de quo per Epiſ. Iſern. in ſua prax. Cur. Archiep. c. 49.

Cauſa proxima, vel remota quæ nàm dicatur, ad effectum, quod dans cauſam homicidio ſit irregularis. Primò, nõ dicitur teſtis irregularis, cuius dictũ nõ fuit cauſa ſententiæ mortis, nec vt citiùs illa illata fuiſſet. Secundò, quòd Iudex, & Miniſtri Officiales Iuſtitiæ cõcurrentes in homicidiũ iniuſtum, vel mẽbri abſciſſionem fiunt irregulares. Tertiò, in clerico manente in Caſtro coràm Cuſtodibus, dicẽdo ſuis ſocijs, vnũ, qui illuc intrauerat eſſe de ſocietate ſodomitarũ, & fuerunt alij cõbulti, quod cũ peruenisſet ad aures Præſidis, interrogatus ab eo, ſi verum eſſet, id affirmaſſet. Quartò, quando clericus inquiſitũ de crimine cepiſſet, & Iudici tradidiſſet, ſequuta indè morte, irregularis efficeretur. Quintò, quando ingrederetur aliquis ad adulterandũ, ſe defendẽdo aliquẽ occiderit, irregularis vtiq; iudicaretur. Vltimò, ſi clericus adulter, ob cuius ſuſpitionẽ maritus ità vxorẽ percuſſit, vt aborta ſit, Ric. dec. 100. ſępiùs, p. 1.

Cauſa pendens coràm Vicario an poſſit ab Epiſcopo auocari ad ſe; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 158. fuit dubitatum, p. 1.

Cauſa quælibet etiam iniuſta, fatua colorata, & beſtialis à dolo excuſat, Ricc. deciſ. 162. aliàs 167. quoniam dolus, p. 2. ità deciſum dixit.

Cauſa metus durante, cenſetur metus durare, & ſic deciſum, Ric. collect. dec. 878.

Cautio de benè viuendo an præſtari debeat à clerico rixoſo, vel ſcandaloſo, & ad eã præſtandã cogẽdus; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 166. quod clericus, p. 2. faciunt congeſta per Eundẽ in prax. var. reſol. in reſol. 395.

Cautio de non offendendo an obſeruanda ſit extrà Diœceſim; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. dec. 153. cùm petijſſet. p. 2.

Cautio iuratoria an ſit præſtanda per virum pauperem, non habentem fideiuſſorem, ob ſæuitiam vxori illata de benè tractando; deciſum fuit negatiuè, Ricc. dec. 68. in quadam, p. 2.

Cautio de non offendendo præſtari an debeat per clericum, immò per Epiſcopum cogi ad præſtandam; deciſum fuit affirmatiue, Ric. dec. 184. orta rixa, p. 1.

Cautio de non offendendo ab aliquo petita an ſit ei impartienda, non tamen probata legitima, & vera cauſa timoris; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 129 vera, p. 1.

Cautionem præſtare non tenetur vſufructuarius, quando non reperiretur perſona, cui poſſet legitimè hæc cautio pręſtari, & ità deciſum, Ric. collect. dec. 1023.

Cedulones an poſſint affigi contra excommunicatos, ſi comparuerint, & petierint abſolui; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 135. quoniam aliqui, p. 2. Epiſc. Iſer. in eius prax. Arch. Neap. c. 28. & quid ſi fuiſſet appellatũ ab abſolutione, vide Lancell. de attẽt. 2. p. c. 12. lim. 2. n. 42. Thoro.

Celebrare miſſas an poſſint presbyteri inquiſiti, & habilitati per Palatium; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 265. accidit, p. 2.

Celebrari facere an poſſit clericus Capellaniam habens cum onere celebrandi illam per alios tempore infirmitatis; deciſum fuit affirmatiue, Ric. dec. 220. fuit dubitatum, p. 2.

Cenſus an poſſit cõſtitui ab vſuario; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 74. cùm mota, p. 2.

Citare an poſſit Epiſcopus Regulares ad dicendum cauſam, quarè non debeant declarari incidiſſe in cenſuras; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 276. ratio dubitandi, p. 2.

Citari an quis poſſit ad informandum, antequàm conſtet de delicto; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 104. fuit pluries, p. 2.

Citari an debeat iterùm pars abſens, & contumax à nouo Vicario; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ. 194 fuit dubitatum, p. 1. conferunt hic dicta per me in Compend. dec. Regni, verb. Cõmiſſarius. Thoro.

Citari an debeat pars, quando ſententia declaratoria proferretur pœnæ incurſæ, & licèt id procedat affirmatiuè, non tamen, quando dubiũ eſſet de fuga citandi, & ſic deciſum, Ricc. collect. dec. 869.

Citatio edictalis ob incertitudinem loci poni debet in Eccleſia, idemquè procedit, ſi in longinquis partibus eſſet citandus conuentus, ſicquè deciſum, Ric. collect. dec. 828.

Citatio edictalis, quotiès ageretur de iure ad rẽ, vt in pręſentatu ex vi iuris patronatus aliquorum ad aliquod Sacerdotium, Sacellum, Altare, ſufficit fieri ad Eccleſiam, Ric. collect. dec. 828. ſic deciſum refert.

Citatio ſecunda facta per Nuntium abſquè licẽtia Vicarij an conſtituat citatum in contumacia, ità vt non comparendo poſſit excommunicari; deciſum fuit, citationem ipſam eſſe nullã, & conſequentèr nullam producere contumaciam, Ric. dec. 204. per ritum, p. 1.

Citatio partis an requiratur in abſolutione à iuramento; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 87. citatio, p. 2.

Citatio generalis an ſufficiens ſit pro curſu cauſæ; deciſũ fuit affirmatiuè, Ric. dec. 3. ſolẽt, p. 1.

Citatio partis an requiratur in relatione facienda per Expertos; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec.

dec.195.ſępiſſimè.par.2.

Citatio circumducitur ſpatio vnius menſis in Curia Archiepiſcopali, & ità deciſum refert Ric. deciſ.83.fuit, par.1.

Citatio an requiratur in abſolutinne ad cautelam, reſolutum fuit affirmatiuè, Ric.dec.92.fuit pluries, p.1.

Citatio an ſit neceſſaria in imploratione brachij; deciſum fuit negatiuè, Ric.collect.dec.573.

Citatio partis an neceſſaria ſit, quando Exequutor vellet examinare aliquem, ſi ſit idoneus; deciſum fuit negatiuè, Ric.coll.dec.1393.

Citatio partis an requiratur in recognitione manus literarum cambij; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 64. inter alios, p.1.

Clauſula in reſcripto adiecta, vocatis vocandis, an ſubintelligatur, quando alius eſſet in poſſeſſione beneficij, decisum fuit affirmatiuè, Ric. coll. dec. 1304.

Clauſula, vocatis vocandis, tollit vitium ſubreptionis, & ſic decisũ refert Ric.collec.dec.805.

Clauſula, [illegible], &c. præſupponit rem iudicatam, & ſic deciſum refert Ric.collect.dec.931.

Clericatus an probetur per oſtenſionem Superiorum ordinum; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 114. inſurrexit. par.2.

Clerici pro debito ciuili non carcerantur, nec conueniuntur, niſi in quantum facere poſſunt, quod procedit in omnibus clericis, & pro quauis cauſa, ſicq; decisũ refert Ric.dec.160.practicatur, p.1.

Clerici omnes Diœceſis an teneantur accedere ad proceſſiones; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. dec. 882.

Clerici Ciuitatis in concurſu ad Parochiales, an præferantur Extraneis alijs; decisũ fuit affirmatiuè dũmodò in maxima ſcientia non pręcedant Extranei ipſis Ciuibus, Ricc. collect. dec.925.

Clerici an gaudeant immunitate eccleſiaſtica, licèt fuiſſet deciſum affirmatiuè, intelligẽdũ tamẽ erit, vt à Iudice Eccleſiaſtico poſſint extrahi, ad finem ipſos puniendi, Ric.collect.dec.1742.

Clerici vtentes falſis dimiſſorijs, ignorãtes eſſe falſas, qua pœna puniantur; deciſum fuit, non aliter puniendos eſſe, Ric. dec.89.fuerunt, p.1.

Clerici coniugati quamuis potiantur priuilegio Canonis, & fori, quò verò ad collationem beneficij habentur pro laicis, & ſic deciſum refert Ricc. collect. dec.798.

Clericus agere poteſt in iudicio pręuia licentia contra interfectorem fratris, & ſic deciſum refert Epiſ.Iſer.in prax.Cur.Archiep.Neap.c.41. nu.3.vide notata ſupra eod.verb.agere.Thoro.

Clericus an poſſit examinari in criminalibus ſuper delicto in genere; deciſum fuit negatiuè, Epiſ.Iſer.in prax.Arch.Neap.c.42.nu.2.

Clericus non recitans diuinum officium qua pœna puniri debeat; deciſum fuit, eſſe priuandum beneficio, Ric. dec.171. regulariter, p.2. Epiſ. Iſern.in eius prax.Archiep.Neap.c.78.

Clericus, qui ſe ad ſubdiaconatus ordinem cũ falſis dimiſſorialibus ordinari feciſſet, qua nam pena puniendus ſit; deciſum fuit, eſſe condemnandum àd triremes per ſeptennium, quò verò ad pœnas canonicas per exiſtentiam plurium Bullarum, deciſum fuit, reſpectu illorum, qui antè Bullam Clementis VIII. inciderant non iuuari dicta Bulla vltima, ſed debere petere diſpenſationem à S.P.Ric.dec.9.clericus, p.1.

Clericus an cogi poſſit ad exercendum officium Tabellionis in cauſa Hæreſis; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. dec.1615.

Clericus ordinatus à non ſuo Epiſcopo non priuatur priuilegio clericali, quia quamuis ſit malè promotus, habet tamen caracterem clericatus, & ità deciſum refert Ricc.collect.dec.885.

Clericus non admittitur ad renũciationem clericatus, niſi priùs interpoſito decreto, & ſic deciſum refert Ricc.collect.dec.891

Clericus diù poſſidens beneficium an cenſeatur illud poſſidere authoritate, & conſenſu Superioris; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec.129. fuit affirmatiuè, p.2.

Clericus delinquens extrà Diœceſim an puniri debeat ab Epiſcopo ſuo; decisũ fuit affirmatiuè, Ric.coll.dec.2043. Adde cõſ.2.Feder.de ſen. ſi clericus luſerit extrà Diœceſim erit excommunicatus, exiſtẽte edicto Epiſcopali. Thoro.

Clericus in minoribus conſtitutus non gaudebit priuilegio fori, niſi beneficium Eccleſiaſticum habuerit, iuxtà Concil. Triden. ſeſſ.23.can.6.an locum habeat, ſi Fratantiam habuerit, cùm pariter beneficium dicatur; deciſum fuit affirmatiuè. Ric. collect. dec.540.

Clericus an poſſit eſſe teſtis contra laicum in iuditio ſeculari, vbi non veniret imponenda pœna ſanguinis, ſed ciuilitèr ageretur ad pœnam carceris, & ſimilium, deciſum fuit affirmatiuè, Ricc.collect.597.

Clericus etſi nobilis eſſet pro pœna falſi ad triremes condemnari debet, & ſic deciſum in clerico furante à Banco certam quantitatem pecuniæ, refert Ric. coll. dec.664.

Clericus concubinarius ad hoc vt incidat in pœnam ſynodi, an generalitèr, vel ſpecialiter monendus ſit; deciſum fuit ſpecialitèr eſſe monendum, Ric. collect. dec 684.

Clericus committens delictum dignum priuatione beneficij, an debeat illo priuari, ſi fuerit ad illius titulum ordinatus, nec aliquid haberet, vndè ſe alimẽtare poſſet, licèt concludatur negatiuè, limitatur tamen in clerico ſuſpenſo ob concubinatum, quod ſublimitatur in articulo mortis, vel in alia extremiſſima neceſſitate, tunc non procederet, Ric.dec.185. clericus p. 1.

Clericus condemnatus ad triremes an dicatur infamis, ità vt non poſſit ad ſacros ordines aſcendere, deciſum fuit in eius fauorem, Ric. dec. 119. iuxta votum, p.1.

Clericus ſodomitatus an poſſit præſentari ad beneficium iuris patronatus; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.133.vltrà clericatum p.1.

Clericus concubinarius an cogi poſſit ad abiurãdum concubinam; deciſum fuit negatiuè, Ric. deciſ.2. circa iſtum, par.2.

Clericus nobilis aggreſſus an teneatur aufugere ad euitandum irregularitatem; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc.deciſ.53.fuit dictum, p.2. ſimilitèr ſi prouocatus eſſet ad duellum, non tenetur parere, Alciat.in tract.de duell.c.24 quid autem in quolibet Nobile à Ruſtico prouocato, an fugere teneatur, vide Andr.Gayll.pract.car.obſeru.lib. 2.obſeru.100.nu.8. Afflict.c.1. §. ſi quis, de pa-

ce

ce tenen. num.5. Girard.ſing.82. num.5. & in quouis prouocato Idem d. lib. 2. obſeru. 110. nu.16. Carol. de Graſſ.de effect. cleric. in 9.effect. num. 261. Thoro.

Clericus beneficiatus condemnatus ad triremes an cenſeatur priuatus beneficio; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.95. fuit iudicatum, p.2.

Clericus homicidia occidens bannitum à Curia ſeculari an ſit puniendus, vel immunis à pœna temporali; deciſum fuit, eſſe abſoluendum, Ric. dec.99. ſubdiaconus, p.2.

Clericus in ciuilibus non carceratur in Curia Archiepiſcopali Neap. exiſtentibus bonis, & ſic deciſum, Ric.dec.59. fuit, p.1.

Clericus iniurians Iudicem ſecularem qua pœna debeat puniri; fuit condemnatus in exilium per ſex menſes, Ricc.dec.31.clericus, p.1.

Clericus pendente lite, & iudicio ſuper cõceſſione beneficij cap. Odoardus an carcerandus ſit, fuit deciſum eſſe audiendum extrà carceres, nec alitèr carcerandum, Ricc. dec. 182. Et ſi debitor, p.2.

Clericus dimittens habitum clericalem an poſſit illum reaſſumere abſq; licentia Epiſcopi, deciſũ fuit affirmatiuè, Ric.dec.168.cũ in facti, p.2.

Clericus an poſſit renunciare clericatui, pluriès deciſum fuit hoc poſſe, quando eſſet in minoribus conſtitutus, & traditur praxis per Ric. dec.122. fuit pluriès, p.2.

Clericus in minoribus conſtitutus an cogi debeat deferre habitum clericalem; deciſum fuit, non poſſe carcerari clericum in minoribus conſtitutum, qui ſine licentia ipſius Curiæ dimiſerit habitum clericalem, & incederit in habitu laicali, Ric.dec.162. clarum eſt, p.2.

Collatio beneficij facta ab Epiſcopo familiari triennali poſt annum an proſit quoàd ordines; deciſũ fuit negatiuè, Ric.dec.288. qui per, p.2.

Collatio beneficij non acceptata an tribuat ipſi beneficiato ius in re; deciſum fuit negatiuè, dec. 41. licèt, p.2.

Collatio ſola tituli beneficij abſquè eius poſſeſſionis ingreſſu an ſufficiens ſit, vt quis poſſit in loco beneficij ordines recipere; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.189.ex diſpoſitione, p 2.

Collecta ſi ſit impoſita antè acquiſitionem factam ab Eccleſia tunc bona erint pro collectis impoſitis hypothecata, & tranſirent cum illo onere, ſicque deciſum Ric.collect. dec.504.

Collectari an poſſint clerici pro bonis aſſignatis in titulum patrimonij, ad hoc vt ad ſacros ordines promoueantur; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec.299. fuit reſolutum, p.2.

Commoditas fructuum ab vſufructu longè diſtat, eo quia prohibita vſusfructus acquiſitione, non prohibetur cõmoditas fructuum, & ſic iudicatum, Ric.dec 118.in diſcurſu, p.1.

Cummutatio legati ab Epiſcopo fieri poteſt pro Miſſis canendis pro vna vice conuerti in emptionem paramentorum, & ſic deciſum, Epiſc. Hern. in eius prax. Archiep. Neap. c.24.ſequitur Ricc. collect. dec. 558.

Compromiſſum in Iudicem ordinarium licèt fieri non poſſit, tamen exiſtente ſtylo, ſeù ritu in contrarium alicuius Tribunalis ſecus erit, & ità deciſum, Ric.collect. dec.1003.

Conceſſio beneficij facta laico cum clauſula illa, quamprimùm ad clericatum fuerit aſſumptus, an valeat; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.79. abſolutiſſima, p.2.

Concluſio in cauſa an renouata præſumatur, quãdo Iudex teſtes, inſtrumenta, aliaſuè probationes admiſerit; deciſum fuit affirmatiuè, quando coràm eo lis agitata fuiſſet, ſecus ſi coràm prædeceſſore, Ric.dec.185.contingit, p.2.

Concubinarius notorius, qui nunquàm monitus fuit, & per plures annos in concubinatu perſiſterit qua pœna puniendus ſit; fuit à Diœceſi Neap. relegatus, Ricc.coll.dec.653.

Concubinatus ex quibus cenſetur probatus, concluſum fuit, non tantùm ex continua habitatione, ſed etiàm extrà domum per quotidianum acceſſum, & cõuerſationem cum muliere inhoneſta, etiam ſi ob colorem eam haberet in domo matris, vel aliquarum conſanguinearum detineret, Ric.dec.76. quandoquè, p.1.

Condemnari an poſſit quis pœna ordinaria ex præſumptionibus, & indicijs indubitatis; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.109. dubitationem, p.1. & in collect. dec 1561.

Conditiones adiectæ in fundatione iuris patronatus an inſtituente an ſeruandæ ſint ob mutationem ſtatus eiuſdem beneficij; deciſum fuit negatiuè, & ſucceſſiuè Curia Archiep. de his non iudicat, Ric. dec. 29.in cauſa, p.2. Conditiones appoſitæ à fundatore Capellaniæ debent ſeruari, Reg.Valenz.conſ.25 num.47. Thoro.

Conductor primus præfertur nouo pro eodem pretio, non tamen in prædijs Eccleſiæ, & ſic deciſum, Ric.dec.181. capitulum, p.1.

Confeſſio peccatorum ſcripta in aliqua cartula, ſi fuerit reperta penès inquiſitum, an valeat, vt puniri poſſit; deciſum fuit negatiuè, Riccius dec.172. capto, par.1.

Confeſſio ſola inquiſiti citrà probationem delicti in genere non eſt ſufficiens ad condemnandum, ſicquè deciſum refert Riccius deciſ. 46. tàm in Curia p.1.

Confeſſio extraiudicalis an probetur per teſtes ſingulares; deciſum fuit, facere ſemiplenam probationem, Ric.dec.35.fuit pluriès, p.1.

Confeſſio facta coràm Iudice incompetente poterit coràm competente Iudice à reo confitente perſeuerari, immò pro ea cogi, ſicquè deciſum, Ric. collect. dec. 845.

Confeſſio incidentèr facta in libello de crimine falſi an probet, ità vt ei ſtandum ſit, deciſum fuit affirmatiuè, Ric.coll.dec.1059.

Confeſſio facta parte abſente non plenè probat, quando non tenderet principalitèr ad aliquem obligandum, ſed ad aliud approbandum, & ſic deciſum, Ric. collect. 1104.

Confeſſio antè partis acceptationem reuocari non poteſt, ità quòd confitenti in nihilo præiudicatet, & ſic dictum fuit, quòd acceptatio partis requiratur, ad hoc vt præiudicet dicta confeſſio, Ric.dec.140.Et ſi clara, p.2.

Confitens incidentèr aliud delictum, de quo nõ inquiritur, an puniri debeat; deciſum fuit negatiuè, Ricc.dec.52.torquebatur, p.1.

Confrontatio teſtium an vim repetitionis habeat; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 84. plurièſ, p.2.

par.2. Adde Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 45. num. 14. & ſic paritèr Neapol. ſeruari dixit, allegando Foller. latiſſimè Tranquill. Ambroſ. in ſuo proceſſ. informat. lib. 2. cap. 9. per totum, præſertim num. 5. aſſerens, id fieri poſſe ad euitandam repetitionem, ſicquè vidi plurièſ ſeruatum in Reg. Audient. Calabriæ Citrà in magnis delictis. Thoro.

Conſanguineus patroni an gratificandus ſit ab Epiſcopo ex duobus preſentatis æquè idoneis; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. deciſ. 213. fuit reſolutum, p. 2.

Conſanguinitas an probetur per confeſſionem partis impetrantis diſpenſationem; deciſum fuit negatiuè, Epiſc. Iſern. in eius prax. Arch. Neap cap. 25. num. 15. ſequitur Ric. in deciſ. 80. in facti, p. 2.

Conſtitutio Prouincialis Neapol. contra clericos arma portantes an comprehendat clericos forenſes, ità vt pœna ibi adiecta puniri poſſint; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 84. clericus, p. 1.

Conſtitutio non ligat antè promulgationem, at ſi quando clauſulæ (ex nunc, &c) addatur clauſula (ex nunc, ac ſi à die præſentium) ſatis diceretur apparere, quòd Princeps voluerit, Conſtitutionem obligare ante. Ric. collect. dec. 1276.

Conſuetudo ad hoc vt rectè probata ſit, tria requiruntur. Primò, vt conſtet de temporis diuturnitate. Secundò, de viſu actus, cuius conſuetudo allegatur. Tertiò, de illius frequentia, ità & talitèr, quòd appareat, interueniſſe tacitum conſenſum populi, vel maioris partis, Ric. dec. 161 concluſum, p. 2.

Contumax per ſpontaneam comparitionem excuſatur à pœna contumaciæ, & ſic deciſum, Ric. collect. dec. 723.

Contumax an poſſit excommunicari abſquè alia citatione; deciſum fuit affirmatiuè, Epiſ. Iſer. in prax. Arch. Neap. c. 31. in fin.

Copia copiæ producta in actis an probet, deciſum fuit, probare, quando parte citata, & nil contra eam oppoſitũ eſſet, produceretur, Ric. dec. 198. vulgata, p. 1.

Copula carnalis an ſit interdicenda lite pendente ſuper matrimonio; deciſum fuit negatiuè, Ricc. dec. 236. quoniam, p. 2.

Credendum an ſit Curſoribus Curiæ de violentia, & verberibus ipſis illatis in capiẽdis delinquentibus, ſaltim quòad indicia; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ. 59. cùm in facti, p. 2.

Creditor, qui ſemel egit aſſiſtentia ſuper quibuſdam bonis vigore inſtrumenti, & ſententiam indè reportauit, an poſſit variare; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 280. quidam clericus, p. 2.

Creditor habens rem debitoris an illam poſſit retinere pro ſuo credito; deciſum fuit affirmatiuè, dummodò ſine vitio illam teneret, & in poſſeſſione non eſſet, niſi offeratur ſibi creditum, vel cum hypotheca, vel non, Ric. dec. 157. incidentèr, p. 2.

Curator hæreditatis iacentis nùm poſſit præſentare ad beneficium iuris patronatus dictæ hæreditatis; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. dec. 11. in cauſa, p. 1.

Curator an debeat interuenire in tortura, ità vt ſi non interuenerit, actus ſit nullus; deciſum fuit negatiuè, Ricc. collect. deciſ. 683, Epiſc. Iſern. in eius prax Arch. Neap. c 48

Curſores Curiæ Archiep. Neap. an admittantur ad faciendam plenam fidem, ſiuè probationem, etiam in cauſis grauibus Sanctæ fidei, vt ſi deponerent, repetiſſe libros Hæreticorum, aut Negrómanticorum, deciſum fuit affirmatiuè, eò quòd ſunt clerici, & ceſſat vilitas, quæ in alijs Seruientibus obſtat, Ric. collect. dec. 646.

Curſus cauſæ principalis an impediatur pendente appellatione à decreto habilitationis à iuramento; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. deciſ. 103. in facto, p. 2.

D

Debitor de fuga ſuſpectus an capi poſſit; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ. 198. Curia, p. 2.

Declarare an poſſint Curſores Curiæ Archiepiſcopalis eorum intimationes, ſeù citationes; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ. 15 curſor, par. 1.

Declaratoria Iudicis an requiratur in reincidentia in excommunicationem; deciſum fuit negatiuè, ex quo ipſo iùre reinciditur, Ric. dec. 101. cùm eſſet, p. 2.

Declaratio excommunicationis cõtentæ in iure, vel in hominis præcepto ſuſpenditur per appellationẽ, & ità deciſũ, Ric. in collect. dec. 696.

Decretum Iudicis an ſubſequi poſſit in alienatione bonorum pupillorum, deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 227. fuit, p. 1.

Decretum Iudicis an ſufficiat in alienandis rebus minorum, deficientibus alijs ſolemnitatibus; dictum fuit, ſufficere, exiſtente ære alieno, & ità ad alienationem rerum Eccleſiæ procedi firmatur, Ric. dec. 226. alienatio, p. 1.

Decretum Commiſſariorum an præſumatur etiã per lapſum 30. annorũ; deciſum fuit negatiuè, Ricc. collectan. dec. 876.

Delegatio facta Vicario Epiſcopi, eo mortuo an tranſeat ad Succeſſorem; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 11. in Curia, p. 2.

Delegatus an poſſit commutare pœnitentiã iniũctam viro inceſtuoſo, quòd operam ſuam conferat Fabricæ Eccleſiæ, ſi ſit perſona Nobilis, vel delicata; deciſum fuit negatiuè, Epiſc. Iſer. in eius prax. Arch. Neap. c. 25.

Delegatus cum clauſula (vocatis vocandis) tenetur ſeruare formam cap. ſtatutum, de reſcript. & ità deciſum, Ric. in collect. dec. 805.

Delegatus an poſſit cauſam ſibi delegatam ſubdelegare, ſtante clauſula illa (conſcientiam tuam onetamus) deciſum fuit affirmatiuè, Ric. deciſ. 270. delegatum, p. 2.

Delegatus, cui cõmiſſa eſt diſpẽſatio matrimonialis an aliquid recipere poſſit pro labore; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 260. regularitèr, p. 2.

Delegatus an poſſit aliquid accipere pro tranſũpto aliarum ſcripturarum, vel diſpenſationis pro cautela partium; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 260. in fin. nu. 8. ead. p. 2.

Delegatus à lege poteſt ſuã ſententiam exequi facere

cere

cere, & ſic deciſum. Ric. colleƈt. dec. 1076.

Delegatus ſuam ſententiam exequutioni mandare nequit, non tamen exiſtente contrario ſtylo Regionis, vel Tribunalis, Ric. colleƈt. dec. 1076.

Delegatus, cui commiſſa eſt diſpenſatio matrimonij, an poſſit pœnitentiam iniunctam commutare, deciſum fuit affirmatiuè, Riccius dec. 155. ſępiſſimè, par. 2.

Delegatus efficitur ordinarius Iudex per ſimplicem cauſæ commiſſionem à Superiore ſibi factam, & ità deciſum, Ricc. deciſ. 205. fuit pluriès, p. 1.

Denunciatio hæreticorum, & maleficorum an ſit facienda in ſcriptis, cum expreſſione nominis denunciantis, & ſubſcriptione ipſius; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 137 communis, p. 2.

Denunciatio an ſit neceſſaria fieri tertio exiſtente facto principali; deciſum fuit negatiuè, Ricc. colleƈt. dec. 867.

Denunciationes antè matrimonium faciendæ ex cauſa poſſunt per Epiſcopum remitti, & etiam per Vicarium, & ità deciſum, Ric. coll. dec. 702.

Denunciator an admittatur ad faciendam partem in iudicio, deciſum fuit, eum admitti ad aſſiſtendum, tanquàm Fiſco adhęrentem, Ric. dec. 227. denunciatorem, p. 2.

Depoſitiones duarum meretricum an coniungantur in criminalibus; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 146. fuit diƈtum, p. 1.

Depoſitioni primæ, vel vltimæ teſtis, ſtante varietate ſtandum erit; deciſum fuit, primæ ſtandum eſſe, Ricc. colleƈt. dec. 569.

Depoſitioni Curſorum Curiæ Archiepiſ. an ſtandum ſit, & fides eis adhibenda, deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. colleƈt. dec. 646.

Deſcendentia in iure patronatus quomodò probanda ſit, diƈtum fuit, eſſe probandam, nedùm per gradus diſtinƈtos, ſed etiam, quod veniat à linea legitima, Ric. dec. 143. deſcendentiam. p. 2.

Deſertionis appellationis ſententia an ſit ferenda, vt exequutioni ſententiæ prætextu appellationis deſertæ concedatur; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. dec. 83. in quadam, p. 2.

Deuolutio ob canonem non ſolutum emphyteotæ an concedenda ſit; deciſum fuit negatiuè, Ricc. colleƈt. 588.

Diƈtio, alius, appoſita in ediƈto prohibente armorum aſportationem, an ſit repetitiua ſimilium, ità quod ſimilium armorum genus aſportando puniri poſſit pœna ediƈti, deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 38. cauetur, p. 1.

Diƈto pueri ſodomitati an ſtetur, non concurrentibus alijs indicijs, atquè conieƈturis; fuit deciſum negatiuè, Ric. coll. dec. 525.

Diƈto aſſerentis, ſe non emiſiſſe votum caſtitatis an credendum ſit, deciſum fuit affirmatiuè, præſtito iuramento, Ric. dec. 4. mulieri, p. 1.

Diƈtum pueri ſodomitati an faciat indicium ad torturam contra ſodomitam, & ſi non concurrant adminicula contra eum, ſed contra alias diuerſas perſonas, deciſum fuit, adhùc ſufficere, Ricc. colleƈt. dec. 525. & infra eod. verb. indicium.

Diƈtum ſocij criminis, qui fuit ſuſpenſus an faciat indicium contra ſocium; deciſum fuit negatiuè, Ricc. dec. 24. p. 1. ad hoc facit deciſ. de Franch. 577. quam videas. Thoro.

Diƈtum pœnitentis an faciat indicium ad torturam contra Confeſſarium; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. colleƈt. dec. 549.

Dies appellationis an connumeretur in termino decem dierum; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. dec. 76 dubium, p. 2.

Differentia non datur de iure canonico inter ſtipulationem, & nudam promiſſionem, & ità deciſum, Ricc. colleƈt. dec. 1121.

Dilatio triennalis, vel quinquennalis an poſſit concedi ab Archiepiſcopo clericis debitoribus, nè moleſtentur à ſuis debitoribus; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ. 97. Illuſtriſſimus, p. 1.

Dilatio probatoria nùm ſit peremptoria, ità vt ſemel tantùm concedi poſſit; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 66. abſquè vlla, p. 2.

Dilatio quinta an concedenda ſit ad probandum contenta in articulis; deciſum fuit negatiuè, ſed tantùm tertia, Ricc. deciſ. 284. in contingenti, p. 2.

Diſpēſare ſuper interſtitijs nō Prælatus Regularis, ſed proprius loci Eps. in quo degunt Regulares poteſt, & ſic deciſū, Ricc. coll. dec. 576.

Diſpenſatio conceſſa ob anguſtiam loci an exequutioni mandari poterit, ſi mulier in alio loco inſigni vicino ſuæ patriæ virum ſuæ conditionē parem inuenire poſſet; deciſum fuit affirmatiuè, Epiſcop. Iſern. in eius prax. Archiep. Neap. c. 25. nu. 6. Ric. in prax. eccleſ. dec. 160. num. 8. & in deciſ. 175. non lenis, p. 2.

Diſpenſatio abſque cauſæ iuſtificatione an ſit nulla; deciſū fuit affirmatiuè, Ric colleƈt. dec. 2067.

Diſpenſationes matrimoniales commiſſæ Vicario Epiſcopi an poſſint per eum expediri mortuo Summo Pontifice; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 206. exorta, p. 2.

Diſpenſatus ad ordines an cenſeatur diſpenſatus ad beneficia; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec 95. exhibita, p. 1. & in prax. var. reſol. in reſol. 392.

Diſpoſitio l. ſi conuenerit, ff. de iuriſd. omn. iud. an ꝓcedat, quādo Iudex, cuius iuriſdiƈtio eſt prorogata, erat preſēs, & prorogatione accepta vetaret; deciſū fuit affirmatiuè, Ricc. coll. dec. 818.

Diſpoſitio cap. ſi quis, de ſponſal. an ſit correƈta per Concil. Trid. deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. dec. 7. abſquè vlla, p. 2.

Diuiſio beneficij in dubio ꝓhibita eſt, & ſic iudicatū, Ric. dec. 7. in cauſa. p. 1. & quādo permittatur, Idē in coll. dec. 1800. eſt enim ſpecies alienationis diuiſio, Reg. Valēz. cōſ. 40. n. 2. & 3. Thoro.

Doƈtor clericus an relegari poſſit ſub cōminatione pœnæ triremium, caſu, quo relegationem nō obſeruauerit; deciſū fuit negatiuè, Ric dec. 93. in quadam, & in colleƈt. dec. 1849. idemq; deciſū fuit in Curia ſeculari in contingenti caſu à me relato in Compen. deciſ. verb. Doƈtor. Thoro.

Domicilium requiſitum ad contrahendum matrimonium in aliquo loco, ad effeƈtum vt dicatur cōtrahere coràm proprio Parocho, iuxtà Cōc. Trident. mentem, quomodò dicatur eſſe contraƈtum; deciſum fuit, ſufficere domicilium habitationis bona fide ſuſceptæ ad contrahendū matrimonium coràm Parocho habitationis coniugum, vel alterius ipſorū, Ric. dec. 108. varij, p. 2.

Domi-

Dominus rei emphyteoticæ agens ad caducitatẽ an teneatur dominium probare; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.133. circa iſtius, p.2.

Dominus rei emphyteoticę ad ſe reuerſæ, proximioribus agnatis reconcedere tenetur illam, non tamen ſi fuerit renunciatum iuri petendi renouationem, Ric.coll.dec.1259.

Domus filiorum an dicatur locus aptus, vt mater eorum cohabitare poſſet in cauſa ſeparationis matrimonij; fuit deciſum affirmatiuè, Ricc.dec. 291. in cauſa, p.2. conferunt hic notata infra eod. verb. procedi.

Dona Officialibus elargiri prohibentur, non tamen quando non intuitu officij donarentur, vt deciſum eſt, Ric.collect.dec.1150.

Donata Monaſterio ob ingreſſum à Moniali an repeti poſſint, profeſſione non ſequuta; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec 77. ingreſſus, p.2.

Donatarius omnium bonorum an teneatur conficere inuentarium; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. dec.1124.

Donatio facta ab Ingrediente Monaſterium, non ſuſcepto habitu; nec ſeruatis ſolemnitatibus Concil.Trident.an valeat, vt ſit comprehenſa in diſpoſitione d.Conc.in tit.de Regul. ſeſſ.25. licèt concludatur negatiuè, non tamèn fuit adhuc deciſum, Ric deciſ.295. quòad, p.2.

Donatio an præſumatur ex inſignijs donatarij appoſitis à donatore in re donata; deciſum fuit negatiuè, ſed potiùs depoſitum, Ricc.dec.297. donatione, p.2.

Donatio facta filio ob clericatum an poſſit reuocari ob ingratitudinem; deciſum fuit negatiuè, Ric.deciſ.19. ſupponebatur, p.1.

Donatio iuriſpatronatus abſque conſenſu Epiſcopi fieri non poteſt, non tamen in antiquis, & ſi non appareat conſenſu Epiſcopi valet, & ſic deciſum, Ricc.collect.dec 764.

Donatio inter viuos an cenſeatur, ità vt ſit irreuocabilis, exiſtente clauſula, promictens, omnia eſſe vera, & in nullo contrauenire; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc.collect.dec.929.

Dos incongrua ducatorum quatuor mille in perſona Nobili extrà plateam an dicatur, quando ob defectum congruę dotis pro diſpenſatione in quarto gradu ageretur; fuit affirmatiuè deciſum, Ricc. collect. deciſ. 709.

E

EBrietas an dicatur iuſta cauſa ſeparationis matrimonij quòad Thorum; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ. 165. cauſa ſeparationis, p.2.

Eccleſia Collegiata an poſſit fieri patronata ab Epiſcopo; deciſum fuit negatiuè, Ric.in collect.deciſ.1694. ſimilitèr nec poteſt Epiſcopus Eccleſiam curatam ceſſantibus hominibus conuertere in ſimplex beneficium, Fuſc.ſingul.4 lit.E. Thoro.

Eccleſia prophanata an poſſit concedi vſui Hiſtrionum; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.255. videbatur, p. 2. de quo etiam meminit Epiſ. Iſer. iu ſua prax.cap.52. in princ. Thoro.

Eccleſia vnita Parochiæ aſſumit, & conſequitur priuilegia eiuſdem Parochię, ſicque deciſum, Ricc. collect. dec. 806. Adde Reg. Valenzuel. conſ. 79. num.38. Thoro.

Eccleſia an habeat beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus contractum Arrendamenti ſolennitèr, & legitimè ſtipulatum, & celebratum cum pluribus ſubhaſtationibus, & iuſto pretio; fuit deciſũ affirmatiuè, Ric.collect.dec. 801. quid autem in Fiſco, vide Affl.in dec.340. cũ alijs à me recollectis in meo Compen deciſ. Regni, in verb.Fiſcus an ſit reſtituẽdus. Thoro.

Edictum Curiæ Archiepiſcopalis prohibens clericis aſportationem armorum an contineat clericum ea aſportantem extrà Diœceſim propè finem, ad illius fraudẽ; fuit deciſum affirmatiuè, Ric.dec.124. clericus Neap.par.1. An ſtatuto prohibẽte delictum committi in domo, locũ habeat in delicto cõmiſſo in portico domus, Iul. Clar.§.fin.q.82. ſtatut.10 in princ. Thoro.

Eleemoſinæ oblatæ Imagini alicuius parietis alicuius domus, cui acquirãtur, deciſũ fuit deberi Rectori Eccleſię, intrà cuius limites domùs ſita eſt, Ric.coll.dec.1265. ad hoc videas Epiſ.Iſer. in ſua prax.Cur.Archiep c.70 per tot. Thoro.

Emphyteoſis, quæ regularitèr prohibetur transferri ad manus mortuas, an procedat, vbi eius conceſſio facta eſſet cum clauſula (pro ſe, ſuiſque hæredibus quibuſcunque) deciſum fuit negatiuè, Ric.dec 136. licèt aperta, p.1.

Emphyteota qui partem rei emphyteoticæ alteri in emphyteoſim ſimilitèr conceſſerat, an dicatur directus Dominus reſpectu dictæ cõceſſionis, & cõſequentèr in ea habeat prelationem, & alia, quæ directis Dominis competunt, deciſum fuit negatiuè, Ric dec 27. Petrus S.Croce, p.1.

Emptor quando venditor recuſat recipere pretium rei venditæ ab Arbitratore poteſt implendo ex parte ſua contractum, facere de illo pretio depoſitũ parte citata, & Iudice authore, quod quidèm depoſitum vim ſolutionis habet, Ric. collect. dec.1274 Adde ad hoc quæ tradit Caroc. in tract.de depoſ q.15 nu.4 & ſeq. ſi ſufficiat ſola oblatio, qui ſub num.13. ſubnectit, ad conſequendam liberationem debere fieri depoſitum, reliqua tradit Troyſ. in rit.173. Thoro.

Epiſcopus an poſſit cognoſcere de ſubreptione diſpenſationis factæ à Delegato in cauſa matrimoniali, ſi poſteà accuſetur matrimonium coràm ipſo Epiſcopo, & in reſcripto vnum pro alio dictum eſſet, deciſum fuit affirmatiuè, Epiſ. Iſer.in prax. Arch.Neap.cap.25.num.17. extat paritèr de hoc deciſio eiuſdem Curiæ, authore Ric. in deciſ.150. in facti contingentia, p.2.

Epiſcopus eſt exequutor omniũ piarũ diſpoſitionũ, etiã teſtatore cõtradicẽte, & ſic deciſũ, Ric. in coll.dec.1280. Hic nota, quòd Epiſcopus nõ eſt immediatus exequutor in cauſis pijs, alijs hęredibus, vel Exequutoribus à teſtatore deſignatis, ſed in eorũ defectũ, Ioan.Oldẽdorp.in tract. de exequut.vltim volunt.titul.2.nu.5.vbi nu.10. ſubnectit, quòd Epiſcopus nõ poteſt accedere ad exequutionẽ vltimarũ volũtatũ, donec vnus teſtamẽtarius Exequutor ſupereſt, & ibi nu.7. & ſeq. Epiſcopi autem officiũ circa exactiones teſtamenti intuetur, & nonnulla ad hoc cõgerit Io.Iacob.à Canibus in eodẽ tract.§.quero tertiò nu.14.

nu.14.& ſeq. & meliùs Kircou.inter com.opin. tit. de exequut.& publ. teſtamen.num.1.Alber. Oliua in rit.Cur.Archiep.Neap.24.nu.3. & rit. 39 nu.2.& 3. vbi addita per me. Thoro.

Epiſcopus an poſſit prædicare in aliena Diœceſi abſque conſenſu Ordinarij; deciſum fuit negatiuè, Ricc.deciſ.180. cùm Epiſcopus, p.2. & in prax. eccleſ. deciſ.543. vide Epiſ. Iſern. in ſua prax. cap.58. per totum. Thoro.

Epiſcopus an habeat iuriſdictionē in Regulares prædicantes in eorum Monaſterijs, abſque ipſius licentia; deciſum fuit, in exēptos habere iuriſdictionem, & eos punire poſſe, ſi prædicarēt abſq; licentia, Ricc.dec.219.quamuis attēto, p.2.

Epiſcopus an poſſit aſſignare horam, & tempus diuina celebrandi, ad hoc vt Rector valeat vti honoribus, iuribus, & præcedentijs in eius Eccleſia, deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.68.orta controuerſia, p.1.

Epiſcopus in viſitatione an poſſit procedere etiā per viam excōmunicationis contrà reſiſtentes; deciſū fuit affirmatiuè, Ric.dec.241.in viſitatione, p.2.ad hoc etiā videndus eſt Epiſ.Iſer.in ſua prax.Arch.Neap cap.18.per tot.corroboratur etiā iſta deciſio ex ijs, quę tradit Manſuer.in ſua prax.rub.de Iudic.& eor.iuriſd.col.5.verſ.item Iudex punit turbātes ſuā iuriſdictionē. Thoro.

Epiſcopus an poſſit facere indultū illis, qui aliorū delicta detegūt; deciſū fuit affirmatiuè, Ric.dec. 271. ſolet, p.2. Adde Epiſcopum Iſern. in eius prax.c.56.nu.5.& quid in Barone, an ei ſit permiſſum indultare eos, qui reuelauerint crimen commiſſum, non exiſtente remiſſione, Capibl.in in prag.6.de Baron.nu.74.alia verò concernentia materiam illam indultus refert Ioan. Gran. de bell. exul. tit. de quantit. q.3. Thoro.

Epiſcopus an poſſit declarare excommunicatos à iure, vel ab Apoſtolicis Conſtitutionibus Regulares exemptos, qui habent priuilegium, vt excommunicari, ſuſpendi, & interdici nequeāt; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. dec.591. Addo Epiſ.Iſern. in ſua prax. Arch. Cur.c.57. & quòd Epiſcopus poſſit declarare, Regulares incidiſſe in excommunicationem, retulit idem Ric.in prax.var.reſol.in reſol.210.nu.4.Thoro.

Epiſcopus an poſſit pręcipere Parocho, vt habitet intrà limites Parochię; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc.deciſ.145.inter cætera, p.1.& ſucceſſiuè prohibere poteſt, nè Parochus diſtet à ſua Parochia vltrà biduū ſub pœna pecuniaria mediæ decimæ, & non vltrà, Idem in prax. var. reſol. in reſol. 206. quid autem in Barone, an poſſit eius vaſallos cogere ad habitandum in ſua Terra, ſi alibi ſe contulerint, dixi in meo Compend. deciſion. Regni, verb.vaſallus.& ſic reſidentia Epiſcopi debet eſſe propè Eccleſiā Epiſcopatus, & nō à remotis, etiam quòd fuiſſet in domo propria, Vrſil.deciſ.289.nu.2. Thoro.

Epiſcopus an poſſit interdicere, nè alibi, quàm in Parochia Miſſa, aut Concio audiatur à Parochianis, deciſum fuit negatiuè, Ricc.deciſ.152. Parochiani, p.1.

Epiſcopus an poſſit eſſe Iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.deciſ.144 fuit dubitatū, p.1.immo & in cauſa propria ob iniuriam ſibi illatam, vide Fuſc. in ſing. 27. lit.E. & ſi poſſit eſſe Iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ, vide Mart.in vot.57. num.23. vltrà alios citatos per Suar. inter comm. opin. tit. de Epiſ. & Cler. num. 110. Thoro.

Epiſcopus habet intentionem fundatam ſuper collatione omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis, etiam in Eccleſijs Collegiatis, quod ampliatur, etiàm locum habere in Summo Pontifice. Secundò ampliatur in alio inferiore ab Epiſcopo habente iura Epiſcopalia. Tertiò ampliatur, quòd Epiſcopus beneficium reuerſum ad eius collationem per extinctionem patronorum, poſſit de nouo ſubijcere dictum beneficium alteri iuri patronato, Ricc.dec.201. fuit pluriès, p.1 adde Ioſeph. Ludou. in ſuis comm.concluſ.tit.de benef.collat.concluſ.vnica, per tot. vbi plura ad iſtam materiam cumulat, ampliando, & limitando. Thoro.

Epiſcopus an poſſit concedere licentiam conſtruendi noua Monaſteria abſquè cauſę cognitione iuxtà Bullam deſupèr emanatam; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.75.cùm de iure, p.2. conferunt notata infrà eod.verb.Hoſpitia, quid autem in Caſtris nouis ædificandis, an licentia Regis requiratur, & quando, patet in Conſt. Caſtra, vbi Afflict. Thoro.

Epiſcopus an poſſit impartiri facultatē piſcatoribus piſcādi in diebus feſtiuis; deciſū fuit negatiuè, Ric.deciſ.189.nonnulli, p.1.hic adde, quòd dùm aliquando pergerē in Ciuitate Caſtri Maris de Stabia vidi, fuiſſe cōceſſam licentiā piſcatoribus aliquandò, & potiſſimùm in diebus quadrageſimę, ſoluta quarta piſcium certę Eccleſiæ deputatæ ab Epiſcopo illius, ſuadēte neceſſitate illa capiendi certos piſces in certo tēpore capi ſolitos, vt ſunt Tūni, Alicię, & Sardę, & ſic benè proceſſit abſq; ſcrupulo peccati, ſicut ſpecificè teſtatur Nauar. in Manual. cap. 13. ſub num. 9. Thoro.

Euictio an iudicetur per ſententiam ſolam, deciſum fuit, non alitèr inductam eſſe, niſi facta effectiua exequutione reali, Ric.dec.141.aperta, par.2. vide Ann.in alleg.141.num.3. Alex.conſ. 119.num.33. vol.6. Iaſon. in l.quotiès, num.48. C.de euict. alios autem DD. allegat Ameod.ad Franch. deciſ. 141. & ibi Viſcont. Thoro.

Examinari non debet qui eſt notorius literatus, & ſic deciſum dicit Ric.collect.dec.815.ad hoc vide Bertach. in ſuo repert. verb. examinatio, col.2.ſub §.30.verſ.examinatio perſonę, Rebuff. in prax.benefic.p.2.glo 4.Conſtit.Pij II.ſub nu. 11 & talis literatura, ſiuè ſufficiētia probari poteſt per teſtes, quod eſt de ſtylo Curiæ, & Cancellariæ, Bertach.in verb.literatura, vel etiā per cōpoſitionē librorū, etenim tales Doctores cōponētes libros cæteris paribus pręferūtur, Cara.in rit.101.n.6 vbi plura, & Scriptores librorū maximè ſunt honore digni, Luc. in l.mulieres, col.pen.verſ.36.Nobiles ex dignitate, C.de dignit.lib.12.& Doctor celeberrimus, q edidit libros eſt pręferēdus, Mart.vot.93.n.25.Thoro.

Exceptio nō numeratæ pecuniæ nō poteſt opponi aduerſus rei depoſitæ reſtitutionem, & ità iudicatū dixit Ric.coll.dec 1054. vide Carroc. in tract.de depoſ.p.1.q.2.nom.19.ſed meliùs in tit.de caſu eiuſdem tract. n.32.33.& 34. Thoro.

Digitized by Google

Exceptio dilatoria quamuis proponi debeat antè litis conteſtationem, non tamen quando reus neſciuiſſet litem eſſe conteſtatam, & ſic deciſum fatetur Ricc coll.dec.1091 ad hoc videas Præſ. de Franch. dec.290.nu.2.& dec.263.nu.3.Muſc. in prax. S.C. lib.1.p.3 gloſ.dilatorias. Thoro.

Exceptio excommunicationis quamuis dilatoria ſit, poterit tamē in quacunquè parte iudicij opponi, & ità deciſum, Ric.collect.dec 1091.latiſſimè Muſcatell.in prax.S.C.lib 1.p 3 gloſ.ſimilis, n.3. Vezin. inter commun.opin.lib.8.titul.de excep.n 98.vltrà Carau.in rit.236 nu.6. Thoro.

Exceptio aliqua an opponi poſſit aduerſus exequutionē literarū cābij; fuit iudicatū negatiuè, & proindè exequutioni demādādā eſſe, Ric.dec. 55 in oppido, par.1.& quę nàm exceptiones impediāt exequutionē literarū cambij, vide Reg. Rou.in prag.4 n.11.& 12.de lit.cambij. Thoro.

Exceptio non numeratę pecunię licèt intra biennium opponi poſſit de iure, non tamen procedit, vbi aliquis debitum ſuum agnouiſſet ex interuallo, at.n agnoſcere dicitur etiam qui ſoluit partem debiti, & tradit ità deciſum Ricc coll. deciſ. 1177. vide Suar. inter comm opin.lib.4. tit. de non numer. pecun num.7.& ibi cæteros DD.vltrà Duen.in Reg.260. num.5. Thoro.

Exceptio pacti de non petendo, quæ obijci poterat deleganti, obſtabit delegato, dixit ità deciſū Ric.coll.dec. 1185 de iſta exceptione fuſiùs loquitur Muſcat.in prax.S.C.p 4 gloſ petēdo, An autē debitor opponere poſſit exceptiones, quas habet cū delegante delegato, vide Donat à Fin. inter comm opin.lib 8.tit.de nouat.n.8. Thoro.

Exceptio an poſſit opponi aduerſus iudicium extractationis, quod eſt ſummariū, deciſum fuit negatiuè, Ric deciſ.272 in ſummarijs, p.2.imò nec appellari poterit à ſententia extractationis, Gramm. deciſ. 15. Thoro.

Exceptio periurij an ſit reſeruāda ad merita cauſæ, deciſum fuit affirmatiue, Ric.deciſ.115. fuit pluries, p.1. multa circa iſtam exceptionem periurij examinat Muſcat. in prax. S.C. lib. 1. p.4. gloſ. periurij, per totam, ſed an ſit reſeruanda ad merita cauſæ, cum talis exceptio ſit peremptoria, ſicut ibi teſtatur Muſcat. nu.5. & in iſto caſu quando ipſa exceptio eſſet dubia, nec in continenti probari poterit, ità vt altiorem requireret indaginem, tunc ad merita cauſę erit reſeruanda, cum Iudicis arbitrio hoc relictū ſit, vt proſequitur idē Muſcat. d p 4.gloſ. reſeruatis, n.20. Quapropter alias in facto mihi euenit in cauſa mei Germani Iulij de Thoro, qui poſt ei⁹ obligationē factā penès acta S.C. in beneficiū noſtri Genitoris de ſoluēdo qdquid fuerit iudicatum, &c obtentaq; abſolutione à iuramēto, & penès acta cōparēdo aſſeruit, nō teneri ad aliquid, cùm erat notorius filiusfam. & obſtabat beneficiū ei conceſſū de iure, non obſtante renunciatione fortè appoſita, ex vulgatis deciſionibus S.C. de qbus in meo Cōpend.dec.Regni, verb.filiusfam.& licèt, pro parte creditoris oppoſita fuiſſet exceptio periurii, eò quòd poſt ſententiā latā obtinuiſſet abſolutionē, & ſucceſſiuè abſq; alio proceſſu de nouo exequutioni demādari debuerat cōtra ipſum dicta ſententia, ex traditis per Muſcat.in dicta prax.eod.lib.1.p.3. gloſ.expēſis, n.30.& 31. replicabam coràm Domino cauſæ Cōmiſſario, tunc Regio Cōſiliario Marco Antonio de Ponte, dictā exceptionē nō poſſe militare, nàm exceptio debet eſſe clara, ſicut actio, Frāch.dec.263.n.3.& tūc procederet, aliàs ſi eſſet dubia, prout iſta, non militaret, ex pluribus. Primò quia talis fideiuſſio erat incerta, ſcilicèt de iudicatum ſoluendo, & periurus tunc dicetur, quādo iuraret in termino ſoluere, & non ſoluit, Affl.dec.30.n.5. Secundò, quia ſententiæ S.C. non intimantur, ità Maur.Iun.alleg. 100.nu.3. ſed ſit mandatū de parendo principali, Affl.in Cōſt. Dilationes, ſub n.27 quem citat Carau. in rit.128. ſub n.7. ità vt in notitiam fideiuſſoris nōdùm peruenerat: quapropter per ea, quę dicit idem Muſcat.in prax. fideiuſſ p.1. in mod.12.nu.34.ex mente DD.concluditur, fideiuſſorē talē de iudicatū ſoluendo eſſe audiendū poſt ſentētiam latam, licèt ſummariè, & ſucceſſiuè requirendū iuxtà formam per eum traditā Vltimò, eo quia exceptio iſta filijsfamil. cōpetens, etiā aduerſus inſtrumenta liquida opponi poteſt, & eorū exequutionē impedit, ex dictis per Carau.in rit.156.n.76 nouiſſimè Molfeſ.cōſ. 43.n.21.quinimmò ex ijs dubia reddebatur exceptio oppoſita, quare per dictū Cōmiſſarium decretū fuit, procedēdū eſſe ad vlteriora, exceptione periurij ad merita reſeruata, penès Amatrudā Act. Magiſt. Io. Bap. de Thoro I.C. Neap.

Exceptiones omnes reiectę intelligūtur per proceſſū ad vlteriora per Iudicē, & hoc duplicitèr intelligitur. Primo, quando proceſſus ad vlteriora non potuiſſet ſtare abſquè deciſione incidētis, eſſetq; incōpatibile. Secūdò, quādo fuiſſet cognitū de ea, Ricc.dec.176.fuit pluriès.par.1. ad hoc faciunt notata per Reg. Rouit.in prag. 5. num.14. 15. & 16. de ord.iudic. Vezin. inter commun.opin.lib.8.tit.de excep.nu.18. Thoro.

Excommunicari an poſſint percutientes Tertiarios Sancti Franciſci, & alios, deciſum fuit affirmatiuè, Ric dec.88. reſolutum, par.2.& in collect.682.& 1052. vide Iul.Clar.in §.fin.queſt.77. num.5. quid in verberantibus Equites Hieroſolymitanos, Ricc in prax.var.reſol.in reſol.1. & in percutientibus Conuerſos Presbyterorum ſecularium, Idem in reſol 419. Thoro.

Excommunicari an debeat frangens per vim ianuam Eccleſiæ; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec. 35. in facti, par.2. vbi correctio dictæ Curiæ ſuperaddit verba illa, poteſt tamen excommunicari, quid in effractoribus Eccleſiarum, vt ſint excommunicati vigore c. conqueſti, de ſent. exco. exquiritur etiā ſpoliatio, vnà cū effractione, de quo per Iul.Clar.in §.fi.q.77.n 21. Thoro.

Excommunicari an poſſint ab Epiſcopo reſiſtentes, nè viſitentur, deciſum fuit affirmatiuè, quando non eſſent in poſſeſſione exemptionis viſitationis, aliàs ſecus. Ric.collect. dec.592. de quo pleniùs per Epiſcopum Hern.in ſua prax.Cur. Archiep.c.14 nu.1. & impedientes viſitationes Monialium, Nau.cap.27.num.140. Thoro.

Excommunicatus an ſit percutiens Nouitium, ità vt à nemine poſſit abſolui; deciſū fuit affirmatiue, Ric.collect.dec.681. Adde Angel. Clauaſ.in ſumma, verb.excōmmunicatio quinta, n.1. Thoro.

Excommunicatus an debeat abſolui ob contumaciam,

Digitized by Google

ciam, vel offenſam manifeſtam cautione recepta, licèt aduerſarius, vel excommunicatus nè abſoluatur appellaret; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. dec. 1497.

Excõmunicatus petens abſolutionem ad cautelã an teneatur explicare cauſam nullitatis ſententiæ, eãq; ſaltem ſemiplenè probare; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 9t. practicatur. p. 1.

Excõmunicatus cõfugiens ad Eccleſiã an gaudeat immunitate eccleſiaſtica; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 94. fuit dubitatum, p. 1 facit in ſimili de occidente clericum, ſi gaudeat immunitate Eccleſiæ, & reſoluit idem Ricc. negatiuè in prax. var. reſol. reſol. 309. Thoro.

Excõmunicatus perſiſtẽs in excõicatione per annũ ob contumaciam per binas citationes domi factas, an poſſit vt hæreticus condemnari, ſicuti contumax citatus bis per Nunciũ excõmunicari poteſt; concluditur affirmatiuè, Ric. deciſ. 202. habetur, p. 1. ad hoc vide Fuſc. ſing 46 lit. E. immò ſi perſiſterit per annũ in contumaciã poterit de hæreſi cõdẽnari, copioſè Viuius in ſylua com. opin. in opin. 261. excõmunicatus, Paul. Grill. in tract. de hæret. q. 8. n. 4. Thoro.

Excommunicatus an ſit raptor rei nõ excedentis duos aureos; deciſum fuit negatiuè, Ric. in collect. dec. 972. Epiſcopi enim pro minimis cauſis excommunicare non debent, Tiraq. in tract. de Iudic. in rebus exig. verſ. vigeſimo ſecundò eſt. Io. Bapt. de Thoro.

Exemptus citatus non comparendo ad allegandũ exemptionem an poſſit vti cõtumax puniri; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 163. exẽptus, p. 1. vide Mynſing. ſing. obſer. cent. 6. obſer. 7 de exẽpto citato à non competenti Iudice, ſi comparere teneatur, & allegare ſuum priuilegiũ, Muſcat. in prax. S. C. lib. 1. p 2. glo. intimato, n. 27. & gloſ. competentes, n. 12. Thoro.

Exequutor licèt de viribus ſententiæ non cognoſcat, tñ in exceptione diminutionis pẽſionis ſecus erit, & ità deciſum, Ric. collect. dec. 1160.

Exequutor deputatus ad prouidendum an ſi mãdatum de prouidendo in forma dignum ſit expiratum morte Papæ concedentis, ad illius expeditionem procedere poſſit; deciſum fuit negatiuè, Ric. collect. dec. 1587.

Eximens ſe, vel alium à manibus ſatellitum, vel è carcere, qua pœna ſit puniendus; deciſum fuit, eſſe pœnam exilij annorum ſex, Ric. deciſ. 204. quotiès, p. 2. ad hoc vide Vezin. inter commun. opin tit ad leg. Iul. Maieſt. n. 33. ſed meliùs Menoch. de arbit. iud. caſ. 583. vbi ſpecificè n. 6. loquitur de ſe eximentis, & de eximẽtis alios pęna, dixi in Compend. dec. Regni, verb. eximens, & Duen in reg. 280. Thoro.

Expenſæ debentur ab actore reo pauperi litiganti, ſicquè deciſum, teſte Ricc. deciſ. 56. Nobiles, par. 1. Camp. in Extrauag. de vit. & honeſt. cler. verb. priuilegio, n. 76. Thoro.

Expenſis cuius fieri debeant diligẽtiæ pro impinguandis proceſſibus, deciſum fuit, expenſis Fiſci, Ric dec. 33. p. 1. ad hoc videas Battãd. in ſua prax. crim. regul. 151. & facit optima pragm. 24. §. 3 de offic. Mag. Iuſtit. pro corroboratione huius deciſionis, & quomodò practicetur, Carauit. in ritu 30. in princip. Thoro.

Extrahentes commorantes in Eccleſia ad finem componendi pacem, & euitandi ſcandalum an incurrant in excommunicationem contentam contrà violantes immunitatem, deciſum fuit affirmatiuè, Ric. in collect. dec. 1792. Epiſc. Iſer. in eius prax. c. 21. n. 9. Thoro.

F

FAciens exequutionem in bonis ſui debitoris exiſtentibus in Cameris Eccleſiæ, à quibus habetur aditus, tùm intus Eccleſiã, quàm per plateam publicam, an dicatur facere in Eccleſia, & ſucceſſiuè clericus id permittẽs ad aliquam pœnam teneatur; nõ fuit deciſum, quamuis clericus fuerit aggratiatus, Ricc. deciſ. 171. fuit in Curia, par. 1. hic adde quod dixit Iul. Clar. in prax. crim. §. fin q. 30. ſub n 2. fuiſſe per Senatum deciſum, mandando Prætori Papiæ, vt reſtitueret Eccleſiæ quendam Pitium imputatum de vxoricidio, captum in cubiculo cuiuſdam domus intrà 16. paſſus ab Eccleſia maiori, dummodò ipſa domus cohæreret Eccleſiæ, & eſſet ipſius Eccleſiæ, ſed hoc procederet, quotiès extaret conſuetudo immunitatis Eccleſiæ conceſſæ à iure quinquaginta paſſuum, aliàs ſecus videretur, & huius authoritate memini elapſis annis dùm Coſentiæ moram traherem, fuiſſe in Reg. Audientia heſitatum in cauſa quorundam contumacium, ſiuè bãnitorum, qui poſt delictorum patrationes cõfugerant in quãdam Turrim, quę prætẽdebatur fuiſſe ædificatam à quodam Monaco cuiuſdam Eccleſiæ ibi ſitæ, per intermediam domum ibi exiſtentem, & aſſediati per Satellites reperiebantur, & licèt prætendi poterat immunitatis priuilegium, inſpecta iuris cõmunis diſpoſitione per paſſuum longitudinem, tamen exiſtente contraria conſuetudine in Regno, vt teſtificaaur Franch. dec. 402. num 9. alitèr ſeruari cernitur, & ſic cõcurrentibus alijs cauſis, quibus immunitas Eccleſiaſtica repugnabat, diſcuſſo negotio fuit declaratum, quòd gaudere non poterant, quid autem in capto intus foueam, quæ conſtruebatur pro Capella ędificanda iuxtà Eccleſiã, cõtingit in Terra Acriæ fuiſſe captũ inquiſitum à Gubernatore illius, dùm fodiebat foueã Capellæ, & licèt pro parte Epiſcopi inſtatum fuiſſet pro repoſitione, de quo cõſultus dicebã, nõ eſſe dubiũ Eccleſiã antequã ædificetur non poſſe dedicari ſine deſignatione Epiſcopi, imponendo ibi crucẽ c. nemo, de cõſect. diſt. 1. §. illud, & §. ſi quis autẽ voluerit, auth. de Monach. §. ſacra. Inſt. de rer. diuiſ. Mar Ital. de immunit. eccl. lib 1. c. 4 § 3 n. 19. vbi paritèr tradit, quòd ad hoc vt gaudeat tali immunitate Eccleſia, debet interuenire authoritas Epiſcopi, qui primariũ lapidem imponat, & ſub n. 24. cõcludit, quòd Eccleſia cępta fabricari, & dùm perficitur ædificiũ, adhùc iã non exiſtente perfecto, dũmodò authoritate Epiſcopi cęptũ ſit, procederet eius ampliatio de immunitate, ſin autẽ cęptũ fuerit, & indè derelictũ, tunc delinquentes ad illud ſe recipientes ſecuri eſſe non debent, modò ad propoſitum, & ſi non tantùm

Digitized by Google

Eccleſiæ immunitas ipſa concedatur, ſed atrio, & portico quomodolibèt adhærētibus, c.ſi quis contumax, 17.q.4. nã quæ religioſis adhærent, religioſa eſſe videntur, l.quæ religioſis, ff.de rei vend. & propterea cùm iſtud ædificium Capellæ nondùm extructum materialitèr, licèt intellectualitèr erat, per ea, quę dixit Affl.in proęm. Conſt.Poſt mundi, in fin.n.1. non videbatur iuri conſonum, vt immunitate ex nunc gaudere poſſet, quia non entium nullæ ſunt partes, vulg. iur. ſed quia cęptũ erat, non alitèr ædificari, ſed foueas fieri, & in hoc aduertendũ erat, quòd ea, quæ adhęrẽt Eccleſijs ſunt religioſa, d.c.ſi quis, & l.quæ religioſis, vbi glo. exemplificãdo dixit, veluti lapides monumenti, ſecus autem ſi proxima eſſent, etenim illa prophana ſunt, ad tex.in l.ſi ſepulchrũ, § prophana, C.de relig.& ſumpt. fun. vbi glo.verſ.cui ille, idem refert, ex quibus apparebat, nil Eccleſiæ adhæſiſſe, nec adhærere, ſed tãtũ proxima indè immunitas ceſſare videbatur, ità quòd reſtitutio fieri non poterat, quò verò ad domos priuatas Clericorũ Regulariũ, vel Seculariũ presbyterorũ, ſi gaudeãt immunitate, etiam ſi eſſent Eccleſiæ, nõ gaudẽt, niſi ſint pro ſeruitio Eccleſię, & habitatione Canonicorũ, & intrà ſpatiũ Eccleſiæ priuilegiatæ, & habeant Capellam extrà fines deſignatam, Remig. de immun.eccleſ.verb.domus, quæ ſunt Eccleſiæ, vbi ità concludit, in fin. Thoro.

Falsã monetã expendẽs clericus, vel ſi ſit apud ſe reperta, qualitèr puniatur; deciſum fuit, eſſe puniendũ pœna triremium per quinquenniũ, Ric. dec.294.regula eſt, p 2.de iure cõmuni extrà ordinẽ punitur expendens monetã falſam, Bonac. inter commun. opin. tit. ad leg.Cornel.de falſ. n.41.latiùs Franch.dec.401.vbi Addentes, quòd ſit pęna mortis in laicis, Muſcat. in prax.crim. rubr.de falſa moneta, n.42, & ſeq. Thoro.

Falſi ſuſpitio in criminalibus an pro veritate habeatur; deciſum fuit negatiuè, præſertim vbi ad puniendum aliquẽ de falſo procederetur, Ric. dec.17. licèt ſola, p.2. Adde Iul.Clar.in §.falsũ; n.30.Villal.inter comm.opin.tit.ad l.Cornel.de falſ.n.17.& ibi Bonac. n 44. Mart.vot.126 nu 6. vbi limitãt id in ciuilibus nõ procedere, Oſaſc. dec.117 n.6. & ad quæſitum authoris vide Muſcat.in prax.crim.rub.de falſis, n.32.& 36. Reg. Rouit.in prag 4 de falſ. n.24. Thoro.

Falſitas teſtimonij an præſumatur ex contrarietate, & repugnantia, vt putà quando teſtes de eadem re interrogati, contraria atteſtati eſſent; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.127.fuit pluriès, p.2.ad iſtam materiã videndus eſt Iul.Clar. in §.ſi.q.53.vbi plures caſus diſtinguit, & multa tradit cum addit. Bonac. inter commun. opin. tit.ad leg.Cornel.de falſ.n.24. Thoro.

Falſitas an præſumatur ex falſa grammatica; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec.275 fuit pluriès, p.2. an vitiet reſcriptum falſa latinitas, Matth. Philic.inter conſil crim.diuerſ.conſ.39.num.6. to.2.& quando hoc procedat, videas Rebuff. in prax.benef.p.1.tit.oppon.quę contra bull.poſſ. n.24.& ſeq.Beroum q.120. Thoro.

Falſitas teſtis ſi ſit in vna parte cõmiſſa, an in reliquis etiã cẽſeatur falſum dictũ; deciſũ fuit affirmatiuè, Ric.deciſ.3.clariſſima, p.2.Adde Boſſ.in tit.de falſis, n.147.Mart.in vot.126.n.1.Iul.Clar. in §.ſi.q.53.n.8.ſicut falſitas in vno capitulo, ſeù parte capituli indiuidua reddit totũ capitulum falſum, Oſaſc.dec.117.n 4. Thoro.

Falſitas an arguatur in ſcriptura ob diuerſitatem atramenti; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.10. diſcuſſo, p.2.Addo poſt Ant.Butr.conſ.11. n.3. Menoch.de arb.Iud.lib.2.cent.2.caſ.187.nu.35. Thoro.

Falſitas an dicatur cõmiſſa in renouatione apocæ, mutãdo tẽpus datæ; deciſũ fuit negatiuè, Ricc. in dec.73.fuit dubitatũ, p 2.Adde Farinac.in tit. de falſ.& ſimul.cont. q.150 nu.99. vbi in ſpecie loquitur de falſitate cõmiſſa in mutatione diei, & tẽporis, vt vulgò dicitur, *antedata*. Accidit in Reg.Audiẽtia Calabriæ dũ ibi eſſem in præſentatione prouiſionũ M.C.V. vbi dies abaci falſificatus fuerat, & licèt allegaretur tex. in cap.ex cõſcientia, de falſ. vbi ob peccatum literarũ, & raſurã in loco nõ ſuſpecto reſcriptũ falſum nõ probatur, attamẽ in caſu allegato erat locus ſuſpectus, indè falſi pęna puniri debebat. l.Paulus, & l.ſi falſus, C. de falſ.non fuit proceſſum, quia non apparuit præſentans. Thoro.

Falſitas commiſſa in re parua, putà vnius caroleni, an ſit punibilis; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec. 104.fuit reſolutum, p.1.non enim veriſimilè eſt, falſum aliquem commiſiſſe propter exiguam ſummam, Tiraq.in tract.de Iud.in reb.exig. fol. 49.in magnis, verſ. & id quidèm non abſquè, in fin. vbi alia conſimilia tradit, nec præſumitur commiſſum falſum pro re modica, Claud.Tut. alleg.37.nu.8. & quatènus veniret punienda iſta falſitas, non ordinariè, ſed arbitrariè puniretur, Menoch.de arb.Iud.caſ.307. n.36. Thoro.

Falſitatis coniectura prouenit ex diuerſitate manus in ſcriptura priuata, & ſic deciſum tradit Ric.collect.dec.1831. Addo Menoch. de arbit. Iud.lib.2.cent.2.caſ 187. n.39. Thoro.

Familia eadẽ an iudicetur vnica, ſi Nobiles, & alij Ignobiles reperirẽtur, data vtriuſq; nobilitatis probatione; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.coll. deciſ. 761. hinc eſt, quod ſi Nobilis in vno loco recipiatur vt Nobilis, hæc Nobilitas ſic recepta in alio loco tranſit ad tranſuerſales eiuſdem domus, Affl.in cap 1.quis dic. Dux, n.36. Pauci enim Nobiles gaudent in hac Ciuitate, quia alibi gaudent, Franch.dec.207. n.16. & data inſupèr probatione vtriuſquè Nobilitatis, reputatur eadem familia, ſed benè ad hoc videas ſingulare conſil. Ann. Iun.110. iuſtum exiſtimaui, & quid fuerit deciſum, retuli in meo Compend.dec.Regni, verb identitas. Thoro.

Familiã armatã Eps̃ tenere poteſt, qñ haberet iuriſdictionẽ tẽporalẽ in Terra ſua in tẽporalib⁹, & ità deciſũ, Ric.in coll.dec.1131.de quo etiam dixi in meo Cõp.dec.Regni, verb.arma, Thoro.

Familiaris an dicatur ex ſolo obſequio facto Ep̃o in eius domo per triẽniũ, vt valeat ab eo ſuſcipere ordines, & beneficia; deciſũ fuit negatiuè, Ric.dec 283.S.C.p.2.Addo Bero.in q.35.in terminis iſtis ſatis ad propoſitũ, & quid in famulo Epiſcopi alienæ Diœceſis, vide Rebuff.in prax. benef.p.1.rub.de cler.& à quib.& quom. crean. n.24.nouiſſimè Reg.Valenz. conſ.57. Thoro.

Fatuitas an excuſet à pęna falſi; deciſũ fuit affirmatiuè

tiuè, Ric.dec.130.pro excuſatione, p.1. Fatuus quando quis ità dicatur, vt ab eo geſta ſint nulla, vel valida, Menoch.de arbitr. Iud.lib.2.cent. 6.caſ.528. Thoro.

Feneſtræ exiſtentes in pariete communi abſquè cantonibus an claudi debeant, ad effectum vt vicinus poſſit gradus lapideos appodiare; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.266.petijt quidã, p.2.videas in meo Compend. dec.Regni, verb. feneſtra, cum ſeq. Thoro.

Fideicommiſſarius tenetur probare identitatem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, etiamſi ageretur contra filium teſtatoris, qui dicta bona poſſidet; ſicquè deciſum cenſet Ric. collect. dec. 1344. Rẽ in bonis teſtatoris fuiſſe, fideicõmiſſarius agens probare debet, latiùs Peregr. in tract.de fideicommiſſ. art.44. & nu.43. intuetur rei identitatis probationem. Thoro.

Fideicõmiſſum an cenſeatur inductũ ex permiſſione alienationis inter inſtitutos tantùm; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.29.cùm quidã.p.2.immò fideicõmiſſum cenſetur remiſſum per facultatẽ alienandi ad inuicẽ conceſſam, quod ampliatur, & limitatur plurifariàm per Rip. in l. qui Romæ, §.duo fratres.n.83.ff.de verb.oblig. Don. à Fin.inter com.opin.tit.de fideic.n.67. Thoro.

Fideiuſſor de præſentando reũ nunquid teneatur præſentare eundẽ, ſi cõtingat pro alia cauſa citari; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.37.habilitatus, p.1. Cũ igitur conſimilis quæſtio incidiſſet in Reg. Audiẽtia Calabriæ Citrà in anno 1611. quo enim tempore ibi morabar, contigit inter illius Auditores de hoc hæſitari, eò quòd dùm reus fuiſſet ſub fideiuſſoribus relaxatus, cum clauſula, de ſe præſentando, &c. citari fecit fideiuſſorẽ ad præſentandũ principalem aliàs inquiſitum in Reg. Audientia, & licèt pro parte ipſius fideiuſſoris in eadẽ Audiẽtia expoſitum fuiſſet, dictũ inquiſitum fugã arripuiſſe facto, & culpa Iudicis Locũtenẽtis Ciuitatis Coſentię, ipſum citando ad informandũ pro alio delicto, & ſucceſſiuè nõ teneri, attamen talis excuſatio in nihilo eum releuare poterat, ex traditis per Cępoll. in notabili ſuo conſ.25 in Chriſti nomine, cũ per ſer Iacobũ, in fortioribus terminis loquentẽ, vbi concludit, quòd ſi fideiuſſor promiſerit reũ præſentare coràm duobus Iudicibus, & vnus ipſorũ Iudicũ poſuerit reum in fuga, nõ per hoc erit excuſatus præſentare reum fideiuſſor corã alio Iudice, cũ culpa vnius non debeat alteri nocere, ſed ei tãtùm, qui cauſa fuit fugæ, ſin autem culpa ipſiuſmet Reg. Audientiæ reus fuiſſet in fugã poſitus, corã qua præſentare cõpellebatur, alitèr dicendũ erat, tunc excuſatio ſibi locũ vendicaret; quemadmodũ ſi facto creditoris reus poſitus eſſet in fuga, fideiuſſor excuſaretur, vt per Frãch.dec.344.n.1. ità paritèr quando facto Iudicis id accideret, latè Iul. Clar.§ ſi q.41.verſ.quæro. Foller. in fragm.prag. tit.de fideiuſſ.n.255.ſicut exẽplificãdo dixit Paris de Put. in tract. de ſynd. verb.ſubijcio quæſtionẽ, quẽ ſequitur Vrſil.dec.130.n.3.de Iudice minãte, velle teũ mori facere, vel ſi per eundem Iudicẽ captus fuiſſet, & indè reus aufugerit, aut relaxaretur à carceribus, vt per Peguer.dec.47. quãuis in hoc puto, ſic ſubdiſtinguendum eſſe, nam aut pro eadẽ cauſa reus citatur, vel fideiuſſor, ſi enim reus citaretur, quia facto Iudicis ſe poneret in fugam, procederẽt allegata, idcircò fideiuſſor congruit priùs citari, & potiſſimùm ſi antè bannũ citaretur fideiuſſor ad præſentandũ, tunc non excuſaretur fideiuſſor, Bonifac. in tit.de inquiſit.n.56.indè dixit Iul.Clar.vbi ſup. n.22.quòd cauti Iudices ſolent priuſquàm condemnent reos, citari facere fideiuſſores ad pręſentandũ, quia tunc non liberarentur à fideiuſſione, & ità inquit obſeruari; cæterũ ſi poſt bannum contingerit citari, tunc quia facto Iudicis impediretur, erint liberati, quanquã Foller. vbi ſup.n.254.ex mente Bart. in l.ſi verò, ff. qui ſatisd. cog. alitèr concludat, annuens, quòd & ſi reus eſſet bannitus tantũ, ſed non bona publicata, coguntur fideiuſſores præſentare reum, quia poteſt venire reus, & purgare contumaciã, & ſiſtere in iudicio, quod dato, & non conceſſo, erit excuſandus ob nouũ delictum commiſſum, ob quod fuerat citatus ab alio Iudice in alio Tribunali iſte fideiuſſor, quia res erat integra, & cõparere potuerat reus, purgando contumaciã dũ adhùc totalitèr, nec bãnitus, nec deportatus fuerat, & fideiuſſor non erit excuſandus, eũ non præſentãdo, hæc igitur abſentia, vel impedimẽtũ non alitèr culpa Iudicis prouenit, ſed rei nõ cõparentis, idcircò non admittenda talis exceptio, l.2.§ fin.ff.ſi quis caut. quãuis enim in Regno nõ alitèr circa hoc in praxi ſeruetur, adeò quòd cũ tàm principalis, quàm fideiuſſor iurẽt in criminalibus, Carauit.in rit.165.n.2. vterquè vnica citatione citatur, de quo per Muſcat. in ſua prax.fideiuſſ.p.1.mod.1.ſub nu.5.ſin autẽ ex alia cauſa fuerit reus citatus, vt contingit in caſu præmiſſo, dũ compertũ eſſet, fuiſſe captã informationẽ per eandẽ Reg. Audientiam contra eundẽ inquiſitum de homicidio, pro quo Iudex Locũtenentis citauerat, & ob præuentionẽ inter eos exiſtentẽ ſub hoc velamine Regia Audiẽtia præuenire voluerat ad præuentionẽ perſonalẽ, inſtante Fiſco, quod, cũ iuſtum Auditoribus viſum fuiſſet pro alia cauſa fideiuſſorẽ moleſtare, non alitèr fuit vlteriùs proſequutum, in tantum, quòd ad cognoſcẽdum, ſi extent, vel nõ noua indicia, licèt iuramento Iudex affirmare cõpellatur, ſecundùm aliquos, de quo per Muſcat. vbi ſuprà, n.16. non tamen hodiè vſu receptum eſt, ſufficeret enim ex nouis indicijs citare reum, adhibitiſquè requiſitis traditis ibi per Muſcat.n.17.& 18. Thoro.

Fideiuſſor citatus ad præſentandũ principalem in fortijs, ſi poſt multũ temporis ſpatiũ illum pręſentauerit, an teneatur ad ſolutionẽ pęnæ; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.42. cũ in Curia, p.2. de hoc latiùs dixi in meo Compẽd. dec.Regni, verb.fideiuſſor, vbi plura allegaui. Thoro.

Fideiuſſor clerici an gaudeat beneficio c. Odoardus, deciſum fuit negatiuè, Ric.collec.dec.771. An autẽ fideiuſſor clerici declinare poſſit iuriſdictionem Iudicis ſecularis, vide Roman. ſing. 633.nunquid, vbi negatiuè paritèr cõcludit, Carol.de Graſſ.de effect.cler.in 1.effect.n.988.& an fideiuſſor gaudeat priuilegio principalis habẽtis priuilegiũ, nè conueniatur vltrà, quàm facere poteſt, ſed inſolidum, vide Brun. in tract.de

ceſſ.bon.q.25.4.quæſt.princ.ſimilitèr an fideiuſſor, qui ſe obligauit in ſolidum, & vt principalis, gaudeat priuilegio principalis, vt minoris ætatis ratione poſſit inualiditare contractum, Mohedan.dec.12 de fideiuſſ. An autē fideiuſsor filijfamil. & mulieris gaudeat priuilegio principaliſũ .ſ.Macedoniani, & Velleiani, Hippol.in rub.ff.de fideiuſſ.ſub n.269. tenet partē affirmatiuã in iſtis duobus caſibus,& credo, id procedere poſſe ex inualiditate contractuum ipſorũ, indè annullato cõtractu fideiuſſio quoq; annullatur, Anchar.in q.67.n.11.p.1.ſed quæ nàm erit cautela, vt fideiuſſor gaudere poſſit priuilegio principalis, vide Iaffred.dec.17.fideiuſſor,& Ial. in l ſi cum procuratore,n.5 ff.de re iud.Thoro.

Fideiuſſor exemptus, & alterius iuriſdictionis an conueniendus ſit coràm Iudice eius, pro quo fideiuſſit, deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.214 pro indubitabili, p.2. ad hoc videas Carol.de Graſſ.in tract.de effect.cler.in 1.effect.num 988. & 989. Aufrer. in tract. de poteſt. ſecul. ſuper eccleſ.perſon.regul.3.fallen,22. de hoc latè per Epiſ.Iſer.in ſua prax. c 13. Thoro.

Fideiuſſor rei habilitati cum cautione de ſe præſentando ad omnē ordinem Curiæ,an cogi poſſit ad præſentandum,nouis non ſuperuenientibus indicijs;deciſũ fuit negatiuè, Ric.dec.287. pro affirmatiua, p.2. Adde Foller.in fragm.ſuæ prax.tit.de fideiuſſ.n.251. Muſcat. in prax.fideiuſſ.mod 1.n.16.vbi admonent,neceſſaria eſſe indicia, vt indè tortura ſibi locũ vendicet, ad hoc vt ſtipulatio committatur,& propterea nõ probarent teſtes indè examinati ſuper præcedentibus indicijs, nõ enim tunc noua indicia dicerentur,ſed probationes priorũ indiciorum, inquit Iul.Clar.in §.fin q 64.ſub n.45.verſ.hec autem omnia,idcirco in contingenti caſu aliàs in Ciuitate Ariani ſub præſidatu mei conſobrini Franciſci Antonij Salinas occurſo in perſonam Iacobi Cardinalis inquiſiti de blaſphemia,& liberati ſuper nouis iudicijs, dùm iterùm fuiſſet examinatus alius teſtis pro eiuſdem delicti corroboratione, non alitèr nouum indicium dicebatur,ſed probatio delicti; verùm tamen cùm fuiſſet compertum, inſtantiam fuiſſe peremptam,non alitèr fuit moleſtatus,& indè liberatus,ex deciſis per Franch.dec.654. Thoro.

Fides an fidem faciat in caſu,quo ſufficiunt leniores probationes; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec.99.plurięs fuit, p.1. Addo eundem Ric. in collect.dec.1946. vbi iſtam regulam limitat triplicitèr. An fides Parochi proſit ad liquidationem inſtrumenti, vide Fraoch.deciſ.366.num.2. fides proborum virorum aliquando probat, Marta in vot.58. num.1. an fides baptiſmi probet,quem eſſe filium alicuius, Idem vot. 26. n.8. Thoro.

Filij Doctorum ſi delinquerint non alitèr ad triremes condemnantur,ſed relegantur; & ſic deciſum inquit Ric.collec.dec.664. videas de hoc in meo Compend. deciſion. Regni, verb. filius Doctoris. Thoro.

Filiusfamil clericus carcerari ao poſſit in Curia Archiepiſcopali ad inſtantiam patris ob eius malos mores.deciſum fuit affirmatiuè, Ric.deciſ.186.quia clerici,p.1.Adde,quòd licèt de iure ſit permiſſum patri filium vendere, non tamen locum habet in filio presbytero, Girar.in ſing.100 nu.16. Paſchal.de vir.pat.pot. p.1. c.1. nu.16.an autem pater ſit excommunicatus verberans filium clericum, Idem in dicto tract.p.4. cap.4.num.13.& ſeq in laico verò fortius eſt,vt carcerari poſſit à patre;de quo idem teſtatur in d.c.4 nu 2. Thoro.

Filiusfam.confugiens ad Eccleſiam, nē corrigatur à patre,an gaudeat immunitate eccleſiaſtica;deciſum fuit negatiuè,& ſic poſſet extrahi ab Eccleſia filiusfamil.ex cauſis diſcuſſis per Ric.dec. 141.in anno,p.1.ſimilitèr Eccleſiaſticæ perſone, hoc eſt clerici, ſeù Religioſi à ſuis Superioribus extrahi poſſunt cauſa diſciplinæ, non ex odio, Angel.Clauaſ. in eius ſumma,verb.immunitas,num:14. & ibi num.12. loquitur de ſeruis confugientibus ad Eccleſiam,vt poſſint extrahi à Domino,& quando. Thoro.

Filius petens monitoria ſuper hæreditate, ſi ei obiectum eſſet, non eſſe hæredem, an per hoc hæres dicatur,eò quòd ſit filius, & concluditur affirmatiuè,quam ſiquidem concluſionem declarat procedere in filio agente, & limitat reſpectu ſucceſſionis matris, & in filio emancipato Ric.dec.142.petenti,p.1 an hæc exceptio (Tu non es hæres) impediat litis conteſtationem, vide Muſcat.in prax.S.C.lib.1. p 3. gloſ. comparentis,n.12. iu dubio filius eſt hæres dùm poſſidet bona paterna, Ann.ſing.636.nam cùm ſit iſta exceptio peremptoria,& quid facti,debet probari per actorem, etiam parte non opponente, niſi reus confiteretur, Ioſeph Lud.in com.concluſ.tit.de hæred.concl.1.vbi plura. Thoro.

Filius vxoris in domo natus an ſemper preſumatur ex marito;deciſum fuit affirmatiuè, Ric.deciſ.123 pro indubitato,p.2. copioſè de hoc loquitur eruditus Paſchal.in tract.de vir.pat.pot. p.2.c.2.n.32.ad 51. Thoro.

Filius naturalis an ſuccedat in iure patronatus; deciſum fuit negatiuè, Ricc.collect. dec.1939. Adde Rocch.de Curt.in tract.de iur.pat verb. competens,nu.6. & ſeq. quem ſequitur Paleot. in tract.de noth,& ſpur.c.58. n.8. Thoro.

Filiusfam.pro iniectione manus in clericos à quo abſolui debeat; deciſum fuit,eſſe ad Curiã mittendum,niſi ſit intrà pubertatem,vel ſi ſeorſum à patre viueret, aut aliquid ex ſuo proprio ære haberet,tunc ire tenetur,aliàs ſecus, ſicque deciſum, Ric.dec.156.pluries fuit,p.1. vide Nau. in Manual.c.27.ſub n.88. Thoro.

Fiſcus ſi patiatur, reo dari curatorem, eidem incumbit onus probandi, hunc nõ eſſe minorem, & ſic dixit deciſum Ric.collect.dec.843.de quo infra eod. verb.onus.

Fiſcus Curiæ Archiepiſcop. Neap. an appellet à ſententijs contra ſe latis; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.81.non credo,p.2. Adde Epiſ. Iſern.in ſua prax.Archiep.Neap.c.44 & eundē Ric.in prax.eccleſ.dec.515.de appell. Thoro.

Fiſcus an poſſit publicatis atteſtationibus alios teſtes producere,deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec.34 cùm pluriès,p 2. Addo huic Carau.in rit.90 & ibi addidi Foller in prax.crim.rub.fiat publ.proc.n.2.Camp.in Cap,Ab illo,n.45.& 59. Io.Milleum in prax.crim. in c.incip.ætatis ſuæ treſ-

Digitized by Google

treſdecim,nu.35.Io.Bapt.de Thoro I.C. Neap.

Fori priuilegio an gaudeat laicus penſionem habens in aliquo beneficio, ſicuti poſſidens beneficium;deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.192. elegans,p 2. quid autem ſi eſſet clericus penſionarius abſq; beneficio,an gaudeat priuilegio fori, & quid fuit deciſum vide in meo Cõpend. dec. Regni, verb.clericus, an penſio dicatur beneficiũ,videas collecta per eundẽ Ric. collect.dec. 960. & Carol. de Graſſ. in tract.de effect.cler.in 1.effect.n.1206.licèt loco beneficij ſuccedat, vt ibi n.1200.tradit,& an gaudeat fori priuilegio, idem Graſſ ibi ſub n.1205. verſ.attamen prædictis, vbi tradit, ad hoc vt gaudeat clericus debet incedere in habitu,& tonſura. Thoro.

Forma bullæ an ſeruãda ſit circa aſſaſſinum notorium in eius extractione; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect.dec.1792.& in prax.var.reſol. in reſol.450.ſub n.1. & ſucceſſiuè ſententia lata contra formam bullæ eſt nulla,niſi qualitas bullæ ſeruetur, Verall. dec.124.p.3. Thoro.

Frangere tentantes carceres Curiæ Arch. Neap. qua pœna teneantur; fuit deciſum, pœna triremium per decennium, Ric.dec.102. fuit dubitatum,p.2.ſup. eod.verb.Carceres, & idem Ric. in prax. eccleſ.deciſ.373.Adde videndum Epiſcopum.Iſern.in eius prax.c 49. cõcordat cum illa deciſione notabilis deciſ. Cathal.Peguer.1. vbi reos pro fuga carceratorum, & fractione carceris,alijſq; delictis refert fuiſſe ad triremes damnatos in perpetuum, eũ ſequitur Menoch. de arb.Iud.caſ.301.vbi latiſſimè iſtam materiam exornat, ideò attẽta qualitate delictorum atrocium ſępiſſimè in M C.V.proceſſum fuit ad pęnam capitalem mortis contra illos effractores, ſin autẽ ſecus eſſet, vt in facto obtinuiſſe refert Vrſill.deciſ.vlt,ſub nu.16.Thoro.

Fructus ſuos an faciat vſufructuarius,qui tenetur præſtare cautionem de vtendo, & fruẽdo arbitrio boni viri antè præſtitam cautionem;deciſum fuit negatiuè,Ric.in collect.dec.1023. Adde Mart.vot.12.nu.15.& 16. Caual. in tract.de vſufr.mulier.relict.nu.89.qui nu.13.& 90. dixit, à die implementi facere fructus ſuos. Thoro.

Fructus perceptos ex beneficio alicuius excommunicati an ipſe recuperabit, quando in mora fuiſſet petendi abſolutionem, eò quòd ſua culpa in excommunicatione iacuit,deciſum eſt negatiuè,Ric.collect.dec.1027. immò priuari poteſt beneficio,Epiſcop.Iſer.in prax.c.31, nu.3. Duen.in reg.153.in 4.ampl. immò omni cõmodo,Idem in reg.269. in 3.limi. & perdit bona ad inſtar foriudicati,Fuſc.ſing.46.lit.F.Iul.Clar. §. fin.q.73. n 7. Thoro.

Fructus adhùc extantes an compenſentur in ſortem antè conſumptionem,deciſum fuit negatiuè,Ric.collect.deciſ.976.vide Tiraq.de retract. § 15.gloſ.3.quem ſequitur Anchar.q.46.n.9.p.1. Cauaic.de vſufr.mulier.relict.nu.220.Thoro.

Fugiens ex carcere Eccleſiaſtico, vbi erant inquiſiti in Sancto Officio,an incidat in pœnam Bullæ,Si de protegendis, ſi eius intentio principalis fuerit, vt ipſe,eiuſque amici fugere potuiſſent deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.33.in omni, p.2.

Fundator Capellaniæ an poſſit aliquid immutare abſq; conſenſu Ordinarij; deciſum fuit affirmatiuè,Ric.collect.789. & fundator conditionem apponens cum conſenſu Epiſcopi non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi illam mutare, Veral.deciſ.290.n.3.& 4 p.2. Thoro.

Furioſus ad hoc vt declaretur matrimonium nullum ex tali cauſa,is verè dicitur, ſi contra eum teſtes depoſuerint de pluribus actibus furoris, de publica voce, & fama, & proindè deciſum fuit,perſonam eſſe exhibendam ad finem percipiendi,ſi ſigna furoris oſtenderet, Ric. deciſ.1. furioſum, p.2. Furioſum quem eſſe,qualitèr, & quibus modis probetur, vide Marcell. Calà de mod.artic.§.2.glo.vnica,n.304.ad 314.Alciat.de præſumpt.præſumpt.38,regul.1.nu.1. Thoro.

Furti actio ad hoc vt militet,debet in primis de furto conſtare, & paritèr etiam tempore comprobare, rem ipſam fuiſſe in loco,in quo furtũ factum fuit,& ità deciſum,Ric.dec.170.fuit reſolutum,p.2. ad probationem delicti in genere in materia illa furtiua vide Muſcat.in prax.crimin.rubr.de furtis,&c.nu.1.cum ſeq.vbi plura. Thoro.

Furtum an præſumatur, ſi bona in cuſtodiam alicuius tradita,& per eundẽ alibi contracta reperiãtur,ità quod Tertius ille de furto moleſtari poſſit; deciſũ fuit negatiuè,Ric.dec.52.quidã,p.1. Adde, quòd ſi furtiua res reperiatur in domo alicuius, non tamen ille præſumitur fur, niſi & aliæ cõcurrant coniecturæ. Alciat.in tract.præſumpt.regul.3.in præſumpt.29.nu 1. Nouell.in prax.crim §.furtum,nu.8. & 9. Thoro.

Fuſtigationis pœna clericis an imponi poſſit; deciſum fuit negatiuè,Ric.dec.105. fuit dubitatũ, p.2.hinc eſt, quod & ſi clericus remittendus ſit cum fida cuſtodia ad Iudicẽ Eccleſiaſticum, nõ tamen cũ aliqua ignominia,hoc eſt,cũ mitra,cũ tubis ſonantibus, vel cũ catena in collo, vt inquit Carau.in ritu 235.nu.8 & 9 ex mente Bart. allegando Par.de ſynd.verb.remiſſio, aſſerẽtem, quendam Regentẽ M.C.fuiſſe priuatum officio, eo quòd clericum remiſerat cum catena in collo ad Epiſcopum, quem ſequuntur Iul. Clar. §. fin.q.26.n.43.Bonac.inter com.opin.tit.de Epiſcop.& cler.n.47.Epiſ.Iſer.in ſua prax.c.6.n 7. Carrab.in ſing.159.& in tract,de ſynd. p.2 n.59. idem Ric.in prax var.reſol.reſol.87. conferunt ad hoc relata nouiſſimè per Carol.de Graſſ.in tract.de effect.cler. in 1.effect.nu.1282. ad quod addo, quòd ſi clericus degradatus remiſſus fuerit Iudici ſeculari,vt puniatur,adhuc pœna debet eſſe condigna,citrà ignominiam,quocirca in occurrenti caſu dùm fuiſſent laici cum clericis degradatis condemnati ad vltimum ſupplicium;corpora clericorum non alitèr fuerunt in fruſtrà diuiſa, ſicut laicorum corpora, propter reuerentiam præteriti Sacramenti, & Caracteris,Franch.dec.571.in fin. immò nec ignominia veſtibus clericorum inferẽda erit, etiam ſi cauſa Carnilpriuij ſubeſſet, vt laici induantur veſtibus ſacris,facienſes perſonatus;nã in occurrenti caſu aliàs fuerunt puniti pro quolibet ad ſoluendũ vnciã vnam S.Mariæ Annũciatæ,Affl. in c.1.§.& palatia,ſub nu.6. quæ ſint regal quod patet deciſum in pragm.3.de perſon.vt dixi in Compend.dec.Regni,verb.veſtibus. Thoro.

Gra-

Digitized by Google

G

GRatia an fieri poſſit ab Epiſcopis, etiam lata ſententia; deciſum fuit affirmatiuè, & ſic ſolere Vicarios apponere clauſulā in ſententia, ſalua moderatione Illuſtriſ. Dñi, Ric. in coll. dec. 661. & 92, vt dixit Carau. in rit. 17. in fi. omnia, q̄ dicūtur de Epiſcopis, locū ſibi vēdicant in Baronibus, an propterea gratiā facere poſſint, attamē reſpectu poteſtatis faciēdi gratiā antè ſētētiā benè procedit, Frāch. dec. 370. n. 1 poſt verò ſentētiā ſecus erit, niſi haberēt ſecūdas cauſas, ità vt pēdēte appellatione indulgere poſſint, vt ibi per Frāch. de quo in meo Cōpēd. dec. Regni, verb. Barones habentes priuilegia, vbi alios citaui, & ſucceſſiuè moderationem pœnæ reſeruare vetitum eſt Officialibus Baronum in ſententijs, vt in pragm. 21. de Baron. & ſic limitatur dictum Carau. in hoc. Thoro.

Gratia ſecunda obtenta pro delicto, non facta mētione de alio delicto, an valeat, ſi in ſecūda gratia dictū ſit, non tantùm de illo, ſed de omnibus alijs delictis; deciſū fuit, valere, Ric. dec. 116. vera par. 1. regularitèr gratia ſecunda non facta mentione de prima, non valet, Arnon. ſing. xj. & Frāch. dec 330. Et primò limitatur in caſu iſtius deciſionis, ad quod vide Put. dec. 432. par. 1. n. 2. & ſeq. quòd ſi gratia eſſet ſpecialis, & ſecūda generalis, non requiritur mentio in ſecūda. Secundò limitatur in alio caſu per me relato in Compen. deciſ. verb gratia ſecunda. Thoto.

Gratificandi ius vno ex præſentatis an competat Vicario abſente Epiſcopo, vide infra in verb. ius gratificandi.

H

HAbilitatio reorum quamuis regularitèr fieri poſſit de tenendo palatium, domum, & Ciuitatem loco carceris, & ſic communitèr practicatur, non tamen procedit ſēper, & in omnibus caſibus delictorum, & potiſſimùm ſi delictum eſſet in publico loco commiſſum, prout fuit deciſum, teſte Ricc. dec. 181. reorū, p. 2. vbi alios caſus recēſet, & in collect. 726. Addo Epiſ. Iſern. in ſua prax. Cur. Archiep. c. 33. nu. 5. & 6. & eundem Ric. in prax. eccl. dec. 603. Thoro.

Habitum, & tonſuram clericus aſportare debet, aliàs priuatur ipſo iure beneficijs, niſi tamen ratione paupertatis illum portare non valeret, & ſic deciſum, Ric. collect. dec. 956. vide Camp. in Extrauag. de vit. & honeſt. cler. in princ. ſuper verb. canonicas ſanctiones, num. 5. Thoro.

Hebdomatarij Maioris Eccleſiæ Neap. an valeant recipere Archiepiſcopum ad oſculum, ſicuti Canonici, ex diſpoſitione tex. in cap. dilecto, de præbend. deciſum fuit negatiuè, ſed tantùm Canonicis hoc ſpectare, Epiſcopus Iſern. in eius prax. Cur. Arch. c. 69. in annot. n. 17. cæteris verò, imò omnibus clericis, & populo expedit obuiam ire Epiſcopo ingredienti Diœceſim, Præſ. de Franch. dec. 253. num. 1. at per iſtum oſculum demōſtratur conſenſus, latè Bertach in repert. verb. oſculū, & quòd Papa in pede oſculari debeat, dixit glo. in l. 1. C. de domeſt. & protect. lib. 12. verſ. oſculādus, vbi Luc. de Pen nonnulla tradit ad ornatū iſtius materię oſculi, quibus perſonis permiſſum eſſe videtur, & quibus denegetur, & quo loco ſit præſtandum. Thoro.

Hæres inſtitutus cum expreſſa prohibitione alienandi bona hereditaria, nùm illa alienando poſſint vēdicari à ſubſtitutis eius vita durante, vel poſt eius mortē; deciſum fuit, alienationem eſſe nullam, & ſucceſſiuè poſſe vendicari etiam in vita, Ric. dec. 28. Frāciſcus, p. 1. An hæres alienātis reuocare poſſit alienata bona fideicōmiſſo ſubiecta, latè Marzar. de fideic. p. 2. q. 46. & quid in fideicommiſſario, Peregr. in tract. de fideicom. art. 39. n. xj & quæ probare debeat, latè Ioſeph Ludou. in ſuis cōmun. concluſ. tit. de prob. concluſ. vnica, verſ. infertur 91. quid in agnato alienatione feudi facta, an reuocare poſſit in vita, vel in morte, ex Cōſt cōceditur annus ad reuocādū, Ann. in Cōſt. Cōſtitutionē, n. 258. Thoro.

Hæres an poſſit hæreditatem repudiare, & ius patronatus acceptare; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 126. in vna, p. 1. nàm ad hoc vt competat ius patronatus, etiam ſi eſſent filij, oportet vt ſint hæredes, Crauet. in rubr. ff. de leg. 1. nu. 86. multa alia congerit Ioſeph Ludou. in ſuis cōmun. opin. tit. de iure patron. concluſ. vnica, colu. 3. verſ. acquiritur etiam. Thoro.

Hęreſis ſuſpitionem inducit mulierum actio, dùm vident in ſpeculo, & dant reſponſa alijs, & ità deciſum refert Epiſ. Iſern. in eius prax. Cur. Archiepiſ. Neap. cap. 23. ſub nu. 11. & Ric. dec. Archiep. Neap. 244. cenſuit, p. 2. de quo infra eod. verb. ſuſpectus. Thoro.

Homicida an priuetur ipſo iure beneficio Eccleſiaſtico; deciſum fuit negatiuè, & ſic requiritur ſētētia, Ric. dec. 112. pluriès fuit, p. 2. & in prax. eccleſ. dec. 395. hinc homicida condemnatus nō eſt beneficio priuatus, niſi ſpecialitèr in ſententia exprimatur, Puteus dec. 233. p 3. Plaza lib. 1. delict. cap. 11. nu. 2. Rebuff. in prax. benef. par. 3. rubr. de mod. amitt benef. n. 50. cum ſeq. Nicol. Plou. in tract. de irregul. num. 30. Thoro.

Homicida voluntarius, & ſucceſſiuè irregularis efficitur ad effectum priuationis beneficiorū, an cenſeatur clericus infligens vulnus lęthale vulnerato ab alio iàm morituro; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. deciſ. 91. in Curia, p. 2. Adde Iodoc. in eius prax. crimin. c. 75. n. 2. & c. 77. n. 19. vbi id limitat, quando culpa ipſius, vel Medici decederet, ad quæſitum authoris vide Ang. Aret. inter cōſil. crim. diuerſ. tom. 2. cōſ. 58. n. 56. Thoro.

Homicida occidens inimicum à tergo an dicatur proditor, ità vt non gaudeat immunitate eccleſiaſtica; deciſum fuit, nō eſſe proditorem, & ſucceſſiuè gaudere immunitate prædicta, Ric. deciſ. 80. videbatur, p. 1. adde in terminis Franch. deciſ. 713. num. 7. & 14. Thoro.

Homicidium caſuale an dicatur ex appoſitione manus ad guttur; deciſum fuit negatiuè, Ricc. dec. 173. quidam clerici, p. 1. de hoc vide Foller. in prax. crim. canon. rubr. & reis admiſſ. ad dan. ſuas defenſ. num. 10. Thoro.

Homici-

Digitized by Google

Homicidium culpoſum regularitèr pena triremium per triennium puniri; pluries deciſum refert Ricc collect. dec.1832. & cum iſta deciſione concordat Iul.Clar.in §. homicidium,ſub nu.3.vbi idem ibid. deciſum refert. Thoro.

Homicidium proditorium an dicatur, ſi fuerit commiſſum contra amicum reconciliatum; conclusum fuit,quòd ſi reconciliatio eſſet antiqua, non eſſet proditorium, ſecus ſi reconciliatio eſſet recens,& ſic deciſum,quamuis alijs modis limitetur per Ricc.deciſ.202.dixi aliàs,p.2. ad hoc facere videntur tradita per Menoch.de arbitr. Iud. caſ.361. num.24. Thoro.

Hoſpitale an viſitari poſſit ab Epiſcopo; concluditur, quòd ſi Fundator viueret, non poſſet, ſecus ſi mortuus fuerit, & ſic deciſum tradit Ricc.coll.dec 592.& 648. & quando Epiſcopus ea viſitare teneatur, extat conſil. 111. Feder. de Sen.incip.quęſtio talis eſt,quem citat idem Ric. in prax.var.reſol.reſol.353 ſub nu.2. Thoro.

Hoſpitia an cõtineantur in Bulla Clemen.VIII.de non concedendo licentiam Mendicantibus noua ædificãdi Monaſteria;deciſum fuit negatiuè, Ricc.dec.141.aperta ſunt,p.2.&.in collect.dec. 1896. conferunt relata ſupra eod.verb.Epiſcopus,ſicuti etiam inhibitum eſt Iudęis nouas ſynagogas erigere, non tamen veteras reficere, l. ſi.§. illud, C. de Iud. quod etiam comprobatur in cap. conſuluit, extrà de Iudæis, vbi DD. in iure cautum eſt, data prohibitione fabricandi, non eſſe prohibitam refectionem, Boer.dec.44. num 4.an prohibito ædificio, cenſeatur prohibitum ædificare domunculam,vel tugurium, vide Alex. conſ.104. num.15. vol.1. Thoro.

I

ICtus ſcoppicti punibilis eſt pena mortis,iuxtà diſpoſitionem Reg. Pragmaticæ, an procedat etiam,ſi quis proiecerit ictum, & leuauerit in focone,& non in canna;deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. in collect.1363. Contingit caſus iſte nouiſſimè in Sala S.C. vbi quidam clericus,ne à Nũtijs Curiæ Archiepiſcopalis caperetur ademãdo ſcloppictũ immiſit ictũ foris,& nõ intus, ex particulari Dei ꝓuidẽtia nemo extitit offenſus,exiſtẽte magna hominũ turba hodiè die 22. Auguſti 1619.hinc corollariè infertur,ſi ad clericos extẽdatur talis pragmatica, videndus eſt idẽ Ric.in prax. eccleſ. dec.589.ad ornatũ probationis iſtius delicti in genere multa tradit Muſc.in prax crim.rubr.de ictu ſcopp.an autẽ remiſſio partis exquiratur pro conſequutione indulgẽtię in aggreſſore cũ ſclopo rotato,& eo exonerato, videas Fab. de Luc. inter tract. Cathalan.de indult.c.26.incip.ſi verũ, n.43.videndus eſt etiam Reg.Rouit.in pragm 2.de abolit. n.17 & ſeq.vbi examinat queſtionẽ illã,an emiſſo ictu cũ pila,ſi nõ vulnus intulerit,requiratur remiſſio partis,vel non. Hinc autem ſilẽtio non prætermittam caſum aliàs in Prouincia Calabriæ occurſum de inſultante cum ſclopo ſuum inimicum, & cùm ad actum ictus immittendi perueniſſet,ab alio impeditus illicò non perfecit actum,& dùm hæſitaretur,ſi puniri deberet, eò quòd per ipsũ non ſtetiſſet,ſed per impedimentũ nõ conſummauerat,& ſic ob affectũ,non ſequuto effectu,iuxtà pragm.allegata fuit punctualis doctrina Foller.in dicta pragm.1.de ictu ſcop n.49.affirmãtis,eſſe puniendũ iuxtà pragm. eò quòd dato, quòd non fuerat effectus ſequutus,adhùc punitur, quia nõ potuit ſequi ex aliquo impedimento ſuperueniẽte ſecũdùm Bar. in l.qui falsã.ff.de falſ.ſed qua pœna puniri debuit,concludit ibid.Foller.n.52.conſimilẽ quæſtionẽ citando, quòd ſi aliquis teneret baliſtam paratã cũ ſagitta,vt traheret contra aliquẽ,pœnitentia ductus non traxerat,quòd puniri debet pœna dupli,qua puniretur portãs arma,ſecundùm Andr. in Conſt. Aſperitatẽ,ſed ibi Afflict. tenet,quòd puniri debeat pœna legis Iulię de vi publ. quia ſufficit terror baliſtæ,& quòd ſit facta vis, & per hæc ſubnectit,quæſtionem ità decidi poſſe,attamen conſiderandum eſt,in hoc crimine alitèr eſſe attentatũ,& re integra reuocatum, vt in iuribus allegatis aliud eſſe attentatũ,re tamẽ integra non reuocatũ,quia reuocari nõ poteſt,dùm ictus immittitur, & tunc iuxtà diſpoſitionem pragmaticæ puniri debet, vt notat ibi Muſcat n.13.cęterùm re integra ob aliquod impedimentũ non emiſſo ictu nulla pœna cernitur impoſita,quia tale delictũ in mẽte potiùs,quàm in effectu conſiſtere videtur, & proindè cogitationis pœnam nemo meretur, l.cogitationis, ff. de pęn. & propterea referente meo conſobrino Franciſco Antonio Salinas illius Prouinciæ tũc Auditore die 12.Septembris 1613.fuit liberatus dictus inquiſitus. Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Ignobilis clericus, non tamen ex inhoneſtis parentibus ortus,pœna ignobilium puniri an debeat, quia nobilitas nedùm ex genere, verùm etiam ex virtute deſcendit; pęna nobilium puniri deciſum fuit, Ricc.in coll.dec.1848. vt infra verb popularis, & ſic concludit Conſiliar. Anna in conſ. 34 licèt contrarium deciſum ex cauſa,de quo in meo Compend. verb.pœna triremium; fundatur enim concluſio allegata ex traditis per Caſſan.in Catal.glor.mund. p.8.cõſid.18. vbi affirmando, nobilitatem ex loco conſequi poſſe, refert melius eſt, eſſe popularem nobilis Ciuitatis, quàm nobilem mediocris Ciuitatis,hinc ciuis ſupremæ Ciuitatis præfertur ciui primario mediocris Ciuitatis, vt ex mente Dec.& Gram.teſtatur Fuſc. in ſing.63. lit. C.& ſubnectit,de quo dicto nimis gloriantur Neapolitani, ſed procedit in ipſa ſuprema tantùm Ciuitate, non autem in Ciuitate ipſius mediocri, quia tunc ſecus. Thoro.

Ignorantia iuris an excuſet militem, mulierem,& ruſticum;deciſum fuit affirmatiuè,Ric.collect. deciſ. 953. ad hoc copiosè videas Mar. Anton. Blanc.in prax.crim.in §.ignorantia, Menoc.de arb Iud.lib.1.q.90.& lib.2.caſ 302. Thoro.

Immunitate eccleſiaſtica an gaudere debeat vulnerans proditoriè cum ſclopo;fuit deciſũ affirmatiuè, Ric.in coll. deciſ.1792. Adde,quòd hoc delictum vtendi ſcoppictis à focile de per ſe non erat proditoriũ,vt patet deciſum per S.C. iunctis omnibus Tribunalibus, ità Franch.dec. 713 ſed per nouellam pragmaticã fuit declaratum,

Digitized by Google

tum, de per ſe eſſe delictum proditorium, vt in prag.52.de Armis, an autem in iſto caſu gaudere debeat tali immunitate eccleſiaſtica delinquens cum ſclopo, videtur negandum, cùm in Bulla S.P. proditoria delicta ſint exceptuata, & præſertim hoc delictum, eò quòd ſit proditoriũ declaratum, idcircò immunitas locum non vẽdicat, ſed contrarium deciſum fuit in M.C.V. in cauſa Vincentij Philippelli, qui fuit reſtitutus Eccleſiæ, & talis declaratio proditionis fuit facta per Iudicem temporalem, quod quòad indulgentiam conſequendam, vel nõ, militare poterit, non circa immunitatem Eccleſiæ, per cõſil. Vulp. 130. lib. 1. Thoro.

Immunitate eccleſiaſtica an gaudeat, qui mandauerat, aliquem vulnerari, non tamen, vt ſequeretur mors, mediãte pecunia; deciſum fuit in eius fauorem, Ric. dec. 112. aſſaſſini, p. 1. dixi ſuprà verbo aſſaſſinus. Thoro.

Immunitate eccleſiaſtica an gaudeat clericus delinquens, & ad Eccleſiam confugiens; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 89. quidam clericus, p. 2. Bonacoſ. inter commun. opin. titul. de ſacroſanct. eccleſ. nu. 71. Thoro.

Immunitatis exceptio an poſſit opponi in qualibet parte iudicij; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 174. condemnatis, p. 1. An autem in cauſa appellationis; vide in meo Compend. deciſ. Regni, verb. immunitas, in nouis. Thoro.

Impedimentũ affinitatis an probetur per vnicum teſtem; deciſum fuit affirmatiuè, & proindè fuit iniunctum ſponſo, vt procuraret diſpenſationẽ Apoſtolicã, Ric. dec. 169. emanatis, p. 1. & quòd impedimentum matrimonij vno teſte probetur, vide Marcell. Calà de mod. artic. §. 2. gloſ. vnica, n. 94. Thoro.

Impedimentum matrimonij an ex confeſſione coniugum probetur; deciſum fuit negatiuè, & quomodò probetur, Ric. deciſ. 9. quoniam, p. 2. Adde Marcell. Calà de mod. artic. §. 2. gloſ. vnica, num. 94. Thoro.

Impeditor S. Officij an dicatur qui offenderit eũ, qui non eſt comprehenſus in verbis extrauag. ſi de purgandis, in facto apparebat, mulierem percuſſiſſe clericũ, qui indicauerat Curſori Sãcti Officij, vbi nàm eſſet eius mater, aliàs de hæreſi, & ſuperſtitione inquiſita; deciſum fuit, minimè incidiſſe in pęnam Bullæ, cùm puer ille non erat accuſator, teſtis, nec denunciator, aut miniſter S. Officij, Ric. dec. 74. ex pluribus, p. 1.

Incantationes ad bonum finem faciens an ſit puniendus; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 145. detinebatur, p. 2. Adde Grillan. in tract. de ſortil. q. 11. ſub nu. 14. & Menoch. de arb. Iud. lib. 2. caſ. 388. Vbi n. 10. loquitur de clerico, qui bono zęlo ſacrilegium committit, quomodò puniendus ſit. Thoro.

Incorrigibilis clericus quis dicatur, ad intellectũ tex. in cap. cùm non ab homine, de Iud. concluſum fuit, eum eſſe incorrigibilem ex perſeuerãtia, & per trinam monitionem, Ric. dec. 87. agebatur, p. 1. Adde Camp. in Extrauag. de vita, & honeſt. cler. in verb. foro, n. 3. ſed meliùs, & copioſè Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cler. in 1. effect. à n. 798. ad 806. Thoro.

Indicia noua quæ nàm dicantur, vt tormenta iterari poſſint; deciſum fuit, tunc noua indicia dici poſſe, quando noua ſuperinciderint, & à primis differrent in ſpecie, & ſubſtantia, Ric. dec. 154. in Curia, p. 1. Adde ſingularitèr Iodoc. in prax. crim. c. 38. nu. 5. Anton. Col. in form. proc. extraord. in controuerſ. crim. art. 232. Caſon. in prax. crim. tit. de torment. c. 14. n. 8. Guid. de Suzar. in tract. de indic. n. 61. Thoro.

Indicia grauia, & vrgentia an purgentur per torturam quòad pęnam extraordinariam; deciſum fuit contrà inquiſitum; nàm fuit condemnatus ad relegandum per trienniũ, tantò fortius, quia non propriè tortus fuerat, ſed tantùm afflictus tormento ſtanghettarum, Ric. dec. 73. clericus, p. 1. adde Franch. dec. 372. vbi Amẽd. & Viſcon. Thoro.

Indicium ſufficiens ad torturam an contra inquiſitum de falſa moneta cenſeatur, quotiès cugna, & alia inſtrumenta ad illam condendam, & falſificandam reperirentur; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 43. pluriès, p. 2. videas Pet. Caball. reſ. crim. lib. 1. c. 27. Farinac. in eius prax. q. 115. nu. 50. in 4. vol. eundem Ric. collect. 172. dixi in Compend. dec. Regni, verb. falſificans. Thoro.

Indicium ad torturam an faciat dormitio cum pueris imberbibus pro vitio nefando; deciſum fuit affirmatiuè, concurrente tamen mala fama inquiſiti agentis, & patiẽtis, ità quòd nulla reddi poſſit veriſimilis cauſa dormitionis, quòd iuuenis erat conſanguineus, & ſimilia, Ric. dec. 39. in Curia, p. 2. faciunt collecta per Marcel. Calà in tract. de mod. art. §. 2. gloſ. vnica, n. 437. cũ ſeq. vbi qualitèr articulando probetur ſodomia, in ſpecie tradit, quando fuerit repertus ſolus cum ſolo inuicem ſe oſculantes, &c. tantò fortius dormiendo. Thoro.

Indicium ſufficiens an ſit contra aliquem fratrem clericum dormiẽtem cum ſorore, quæ indè reperiatur grauida; deciſũ fuit negatiuè, Ric. dec. 48. detinebatur, par. 2. quid in extraneo reperto cum aliqua dormire in lecto, vide Bero. q. 84. Thoro.

Indicium ad torturam an faciat dictum ſodomitati; deciſum fuit affirmatiuè, adiuncto tamen alio adminiculo, Ric. dec. 85. fuit dubitatũ, p. 2. cùm enim ſimilis caſus decidendus contigiſſet mihi in Ciuitate Theani contra certum ſodomitam; nam vltrà confeſſionem ſodomitati cõcurrebat depoſitio cuiuſdam mulieris meretricis, quæ deponebat, clamores pueri audiuiſſe, & indè poſtmodùm eos vidiſſe, adeò quòd iuridicè probari videtur tale delictum, ſi talitèr patiens exauditus fuiſſet clamare à vicino, Marcell. Calà de mod. artic. & prob. §. 2. gloſ. vnica, n. 438. & licèt reſpectu primi indicij dicti pueri dubitaretur, ſi ſufficiens eſſet ad torturam, iuxtà mentem gloſ. in l. fi. C. de accuſ. & per Boſſ. allegatum à Muſcat. in eius prax. crim. tit. de priuil. adult. ſtupri, & aliorum, n. 2. attamẽ ipſe ex mẽte aliorum DD. contrarium tenet, concludendo, dummodò aliud indicium concurrat ad tollendam fortè ſuggeſtionem pueri, concurrebat etiam in caſu allegato mutatio coloris faciei inquiſiti, erubeſcendo, dùm aduerſus eum confrontatio pueri improbabatur, & illius inconſtantia locutionis, quæ ſunt ſigna malæ conſciẽ-

tiæ

tiæ,& Iudex omnia debet facere redigi in ſcriptis in actis,vt dixit Gramm.conſ.crim.16 n.7. Nec debilitari videbatur depoſitio illius meretricis, nam propter criminis immanitatem meretrix in teſtem adhiberi poteſt in cauſa criminali, dixit ſingulariter Paris in tract.de ſyndic. verb.Iudex,verſ.an ſi Iudex mandat,nu.21. fol. mihi 162.à ter.vndè ex ijs decreui,eum torquendum ſubijciendum fore. Thoro.

Indicium ad torturã infertur ex fuga cum gladio euaginato de domo occiſi, & ſic deciſum. Ric. in collect.deciſ.855. de hoc indicio vide Franc. Caſon.in ſuo tract.malef.in 10 tract. cap.6.n.2. Blanc.in tract.de indic. n.292.& 297. Thoro.

Indicium ad torturam an faciat dictum mulieris aſſerentis, ſe ab aliquo ſtupratam; deciſum fuit affirmatiuè,ſed cum qualitate,ſcilicet quòd mulier ſit bonæ famæ,& vir malæ famæ.Ric.deciſ. 237.inquirebatur, p.2. vbi correctio eiuſdẽ Curiæ addit,intellige iunctis adminiculis, & dummodò dicta ſtuprata fuerit torta, niſi fuiſſet illata vis. Adde Foller.in prax.crimin. rub.capiat informatio,n.21.& 22. Muſcat. in prax.crimin. rubr.de adult.ſtupro,& alijs, n.11. Thoro.

Induſtria quando cenſeatur electa; cõcluditur diuerſimodè,& Primò, quãdo diceretur de induſtria, & circumſpectione tua confidentes, &c. Secundò, ſi diceretur, perſonaliter cognoſcas, facias,vel exequaris. Tertiò,quotiès diceretur, per te ipſum cognoſcas. Quartò,quãdo aliqua ratione confidentiæ alicui committeretur, vt ſi dictum eſſet,quia confidimus,vel confiſi. Quintò, quando negotium non determinatum tranſmitteretur. Sextò,quando commiſſum eſſet officium ſine iuriſdictione. Septimò,quando Princeps committeret ea,quæ ſunt ſibi reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis. Octauò,ſi dictum eſſet,in quo.vel ſuper quo conſcientiam tuam oneramus.Nonò,ſi dictum fuiſſet,tuis manibus expedias. Decimò, ſi dictum fuiſſet,talis expediat,& non alius.Vndecimò,quando dictum eſſet,tu tu,per te te cognoſcas.Vltimò,quãdo eſſet commiſſum arduum negotium, Ric. in dec. 88.ſepiſſimè p.1 ad huius quæſtionis ornatum, adde Andr.Gayl. pract.obſer.lib.1,obſer.97.induſtria perſonæ an videatur electa in officijs demandatis,vide Carau.in rit.2,n.17.& 20. vbi ponit limitationes de hoc. Thoro.

Infamis an dicatur clericus condemnatus ad triremes, ità vt non poſſit ad ſacros ordines promoueri;deciſum fuit negatiuè,& ſic in fauorem clerici,Ric.dec.119. iuxtà votum,p.1.ratio vera illa eſſe videtur pro confirmatione illius deciſionis;nam cauſa delicti conſideranda eſt,non autem pœna in delictis,Boſſ.in tit.de ſent.n.91. & propterea infamis quis non efficitur, ſi fuſtigetur pro cauſa non infamante,Reg.Valenzuel. conſ.91.nu.24,hinc aliquando Nobiles ad triremes condemnati fuerũt, vt nobiliter ferunt, vt dixi in meo Compend. decil. Regni, verb. Nobilis, licèt id hodie ſit ſublatũ per prag.10. de condemn.pro delict. Thoro.

Infidelis ad fide conuerſus ſi matrimoniũ contrahere vellet, an teneatur requirere coniugẽ Infidelẽ,habitantẽ in partibus Infideliũ;deciſũ fuit negatiuè,Ric.dec.300.matrimoniũ,p.2.& Epiſ. Iſer.in eius prax.Archiep.Neap.c 27. n.20.

Iniuria grauis indicatur pugnando corã Sanctiſs. Sacramento,& ſi abſq; ſanguinis effuſione,& ſic iudicatũ cõtra certos clericos inuicem ſe percutientes,vndè grauitèr fuerunt puniti, Epiſc. Iſer.in eius prax.Cur. Arch.Neap.c.28 ſub n.7. hinc fuerũt grauitèr puniti,& ab indultu excluſi illi dello Ceraſo,qui vulnerauerũt,& occiderũt aſportãtes palliũ in Feſto Sãctiſs. Sacramẽti,vt habetur in prag 5. de abolit.vbi ſingularitèr Foller.n.38.inter cõment.Reg.Ronit.aliqua dixit,vide intra eod,verb.percuſſio. Thoro.

Inſtantia de iure Canonico in criminalibus etiam durat perpetuò,nec perimitur lapſo biennio,& ſic deciſum, Ric.in collect.dec.1353. licèt contrarium teneat Rom.cõſ.220 n.11. in ciuilibus, & Iul.Clar.§.fin.q.5 t.num.8. in criminalibus loquẽs,quanquam iuxtà deciſa per authorem cõmunis ſe habeat opinio,vt ex mente multorum comprobat Grau.ad Veſt.in prax. Rom. lib.8. cap.1.n.22. Thoro.

Inſtitutio præſentati an debeat impediri, quando patronus, qui in quaſi poſſeſſione eſſet, & præſentauerit, ſi lis ab alio ei moueretur, qui prætenderet ius præſentandi; deciſum fuit negatiuè,Epiſ.Iſer.in prax.Arch.Neap. c.63.nu.22.& Ric.dec.256.facta,p 2.de quo infrà verb patronus,hoc idem in propria cauſa mihi contingit, dùm vti primogenitus elegiſſem puellam nobilẽ vigore legati facti à Baptiſta Ametrano meo Auunculo, vt in ſingulis quinquennijs nominarent puellam nobilem eius teſtamenti Executores,eorumquè primogeniti in perp. tuũ, &c. ad hoc vt ei duc. ducat. 100. à Sacro Hoſp tale S.M. Annunciatæ conſequeretur tempore eius maritagij,factaq; dicti electione per me,& oppoſitum per quendam ſecundogenitum Petri de Thoro, ſe debere admitti ad nominationem ipſam, fuit per S.C.referente Conſiliar. Io. Andrea de Georgio deciſum,legatum dictæ puelle deberi,condemnando dictum Hoſpitale ad ſoluendũ,in anno 1616,penès Turinum Act. Mag. & ſic proceſſum ad vlteriora,ea non obſtante; nã habebã decretum nominandi in mei fauorẽ olim prolatũ, & proindè decretũ Iudicis aliàs latum ſufficit ad manutẽtionem poſſeſſionis lite pendẽte, Ann.in alleg.84.n.8. Thoro.

Inſtrumentum depoſiti an habeat exequutionem paratam; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc.in collect.759. Adde Carroc in tract.de depoſ.p.1.in tit.de euentu,n.5. Thoro.

Inſtrumentum vitalitium an liquidari poſſit via ritus pro capitale ob tertias non ſolutas,extant deciſiones S. C. negatiuam partem concludentes,de quibus in meo Compend. deciſ. Regni, verb.contractus vitalitij;& verb.inſtrumentum cẽſus vitalitij,ità paritèr in Curia Arch.Neap. deciſum teſtatur Epiſc. Iſer. in eius prax.Cur. Arch.Neap.c.16.n.6. Thoro.

Interdici an debeat carnale commercium, quãdo ex probationibus euidẽtèr appareret,matrimonium eſſe nullũ,& aliud non remanere,niſi ſententiam ferendam fore;pluriès deciſum fuit affirmatiuè, Epiſc.Iſer.in prax.Arch.Neap.c.27. An, & quando lite pendente ſuper validitate matrimonij mulier ſequeſtranda ſit, ità vt viro de-

denegandus ſit acceſſus ad eam, vide Lancell. de attent. p. 2. c. 4. lim. 17. præſertim. n. 6. & cap. 20. lim. 18. ſup. eod. verb copula. Thoro.

Interrogatoria an ſint neceſſaria teſtibus, quando præceſſerit cõfrontatio; deciſum fuit negatiuè, quia confrontatio vim habet interrogationis, quemadmodũ & repetitionis, Ricc. in coll. dec. 1044 & infrà eod. verb. teſtes examinati, ad hoc videas copioſè per Tranquill. Ambroſ. in ſuo proc. inform. lib. 2 c 9. per tot. vbi Add. Thoro.

Inuentarium confectum iuxtà mores Ciuitatis, abſq; tamẽ iuris ſolemnitatibus, an ſuffragetur, deciſum fuit ſuffragari, Ric. deciſ. 67. licèt aperti ſſimi, p. 1. ad hoc videas Phanuc. in tract. de inuent. p. 3. n. 79 & 80. ità concludentem. Thoro.

Inuocatio Dæmonũ an ſapiat hæreſim, diſtinguatur, nàm ſi inuocatio fieret, vt quis ſciat futura, ſapit hæreſim manifeſtam, aut verò ad aliũ finẽ, hoc eſt ad tentandum pudicitiam mulieris, & tunc ſecus, & in hoc caſu nõ ad Inquiſitores, ſed ad Ordinarium ſpectabit cognitio, & ſic deciſum, Ric. in collect. deciſ. 1378. de hoc videas Paul. Gril. in tract. de hæret. in 10. q. n. 10. & 11. Ludou. Carrer. in eod. tract. n. 50. Thoro.

Irregulares an efficiãtur clerici celebrantes in Eccleſia interdicta, ſi interdictum eis nõ fuerit notificatum, ſed tantùm affixum Eccleſiæ, ob quod ignorantia eis facilius eſſe potuit; deciſum fuit, per talem ignorantiam nõ eſſe irregulares, Ric. dec. 65. fuit ordine, p. 1. An, & quando ſuſpectus celebrando efficiatur irregularis, vide Beroum q. 121 n 9. Thoro.

Irregularis an efficiatur adoleſcens muliebria paſſus, deciſum fuit affirmatiuè, & ex alijs cauſis relatis per Ric. dec. 60. ſepè, par. 1. vt ſuprà, verb. adoleſcens, non eſt dubium, quin clericus ſodomita irregularis efficiatur, vt ex multorum authoritate comprobat Menoch. de arbit. Iud. caſ. 286. n 23. Thoro.

Irregularis an efficiatur excõmunicatus declaratus ſe ingerẽs pendẽte appellatione; deciſũ fuit negatiuè, Ric. dec. 215. nõ loquor, p. 2. nõ eſt dubiũ, quin excõicatus irregularis efficiatur celebrãdo, prout latiùs cõprobat Nauar. in Manua. c. 27. n. 244. ſed an appellatione pẽdẽte celebrãdo irregularis efficiatur, vide Lãcell. in tract. de attent. par 2 c. 12. in præfat. n 98. vbi alia ſimilia adducendũ concordat cũ iſta deciſione. Thoro.

Irregularis an ſit capax pẽſionis; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 71. cùm reperiretur, par. 2. non enim poteſt acquirere beneficia irregularis ſine diſpenſatione, benè tamen poteſt retinere quæſita, Pariſ. conſ. 136. n. 40. vol. 4. Thoro.

Irregularis an efficiatur clericus cum aliquo rixans, ſi fratres clerici corrixantem occiderint; deciſum fuit negatiuè, Ric. deciſ. 82. cùm caſus, p. 2. Adde Nicol. de Plou. in tract. de irregul. ſub n. 18. ità concludentem. Thoro.

Irregularis an dicatur clericus aliquem percutiẽs in oculo, taliter quòd vſu vidẽdi eſſet priuatus, ſi in reliquis integer oculus remaneret; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 90. in Curia, p. 2. vbi correctio Curiæ Archiepiſcopalis ſuperaddit, cæterùm fuit declaratus excommunicatus.

Irregularitas an contrahatur per clericum excõicatũ celebrantẽ, obtenta abſolutione, nõ tamen adhùc in actis redacta; deciſum fuit negatiuè nã præceſſiſſe præſumitur abſolutionẽ, vltrà quòd per vnicum teſtem de viſu cõſtabat de abſolutione, Ric dec. 113. fuit inquiſitus, p. 1. in dubio quando vnus actus præcedere præſumatur, latè exemplificando demonſtrat Ann. in ſing. 670. cũ ſeq. & ibi addita per me. Thoro.

Irregularitas contracta ex homicidio voluntario an per ingreſſum Religionis tollatur; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 82. iudicammus, p. 1. quid autẽ in alia irregularitate ſublata per ingreſſum Religionis, an annullata profeſſione reuiuiſcat. Idem in prax. var. reſol. in reſol. 3 11. affirmatiuã partẽ ſequitur; irregularitas ex delicto proueniens an tollatur per ingreſſum Religionis, Rebuff. in prax. benef. par. 3. rubr. de diſpenſ. ſuper defect. natal. n 71. tenet, quòd non. Thoro.

Irregularitas an cõtrahatur ex ſola aſſiſtẽtia in homicidio; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 34. cẽſuit, p. 1. nã irregularitas homicidij nõ cõtrahitur, niſi actu occidatur homo, Fulc. ſing 54. lit. I. nec pariter irregularis cẽſetur ſimpliciter cõſẽtiẽdo homicidio facto, vel faciẽdo, Nau. Manual. c. 24. n. 19. quantò magis aſſiſtendo. Thoro.

Iudex (appellatione pẽdente ab arbitrio Ordinarij, ſi leuis, vel grauis offẽſio dicatur) an procedere poſſit ad actũ appellationis; deciſũ fuit negatiuè, Ric. coll. dec. 824. licèt ſit arbitrio Iudicis collocata hęc determinatio pronunciãdi leuẽ, vel grauẽ percuſſionẽ, Menoch. de arbit. caſ. 553. per tot. attamen eo pendẽte Iudex appellationis procedere nõ poteſt, cũ adhùc nõ fuerit determinatũ, adeò quòd Iudex ad quem nõ cognoſcat, niſi de ijs, quæ cognouit Iudex à quo, Lancel. de attent. p. 2. c. 12. lim. 27. n 8. Thoro.

Iudex an poſſit concordare dicta teſtium, data ipſorũ imparitate in numero; deciſũ fuit affirmatiuè, Ric. dec. 193. quotidiè obſeruatur, par. 1. ad ornatũ iſtius deciſionis videas Anton. Gabr. in com. opin. lib. 1. tit. de teſtib. concl 4. vbi omnes caſus recenſet, & optimè Mynſing. ſing. obſeru. cent. 1. obſer. 93. & cent. 4. obſer 38. Thoro.

Iudex Eccleſiaſticus an poſſit punire clericos ſubditos de delictis extrà Diœceſim commiſſis; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 111. pro opinione, p. 1. vide in meo Compend. dec. Regn. verb. Iudex domicilij, vbi plures DD. citaui, vltrà allegatos per Viſcon. & Amend. ad Franch. deciſ. 66. Bombin. conſ. 8. Thoro.

Iudex ordinarius non efficitur delegatus, quando ei cõmitteretur illud, quod ad eius iuriſdictionem pertineret, & tali caſu cenſetur excitata ſolùm iuriſdictio. Primò limitatur, niſi in tali commiſſione aliquo modo addendo, vel detrahendo Ordinarij alteretur iuriſdictio, quod ſublimitatur quatuor modis. Secundò limitatur, niſi in tali reſcripto apponerentur hæc verba, ſcilicet authoritate noſtra cognoſcas, &c. quod ſublimitatur, quando verba huiuſmodi in parte principali apponerentur diſpoſitiuè, ſecus verò in clauſulis finalibus commiſſionis diceretur, quòd committens habebit ratum quidquid eius authoritate factum erit. Tertiò limitatur, quando in commiſſione eſſet verbũ, delego, ideò ſi in commiſſione diceretur, quòd procedatur ſummariè, vel de plano, tunc Ordinarius euadet

De-

Delegatus, Ric. dec. 205. fuit pluriès, par. 1. vide Carol. de Graſſ. in tract. de effec. cler. in 1. effect. n. 757. vltrà Maran. copiosè in eius Spec. par. 4. diſt. 5. per tot. Thoro.

Iudex nullitatis an poſſit pronunciare, nullitates obſtare, & tempus in ſententia declarare; deciſum fuit negatiuè, Ric. collect. dec. 1474. & quarè hoc facere non poſſit, nũ aũt poſſit reformare ſentẽtiam, & cognoſcere de meritis cauſæ, vide Muſc. in prax. S. C. lib. 2. p. 1. gl. nullitatis, n. 80. & 81. vltrà Lancell. de attẽt. 2. p. c. 17. n. 36. Thoro.

Iudex ordinarius an ſit Iudex competens, vt poſſit cognoſcere de nullitate oppoſita aduerſus ſententiam per eum latam; deciſum fuit affirmatiuè, in cauſa D. Michaelis Sanfelicij, Ric. collectan. deciſ. 1477 ad hoc videas Muſcat. in prax. S. C. lib. 2 p 1. gloſ. nullitatis, num. 11. vbi plures DD. allegat. Thoro.

Iudex Eccleſiaſticus an monere tantùm poſſit, nè ſponſalia de futuro contrahantur, exiſtente iuſta, & rationabili cauſa; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. deciſ. 1740. immò ſi Epiſcopus haberet ſuſpitionem de parentela inter coniuges, poterit inquirere de impedimento quolibet matrimonij, ad faciendum illud ſeparari, Maran. in Spec. p. 6. in prin. n. 136. Thoro.

Iura Epiſcopalia tolli an poſſint per teſtamẽtum Benefactoris alicuius Eccleſiæ; deciſum fuit in contingenti caſu negatiuè, & indè teſtamentum cuiuſdam mulieris nullum declaratum, ob cuius vitæ integritatem, & ſanctitatem fuerunt factæ plures oblationes, ex quibus fuit erectum Monaſterium, & in teſtamento prædicto præceperat, adminiſtrationem, nec non electionem Confeſſorum, protectionemquè ipſius ſpectare ad Patres cuiuſdam Religionis, excluſo loci Ordinario, Ric. dec. 213. communis, & trita, p. 1.

Iuramentum an poſſit preſtari per procuratorem nomine principalis; deciſum fuit, per principalem eſſe præſtandum, niſi procurator haberet ſpeciale mandatum ad illud præſtandum, Ricc. dec. 179. cenſuit in quodam, p. 2. vide Rebuff. in prax. benef. p. 1. rub. de clauſ. mãd. n. 51. ſed melius Couar pract. quæſt. c. 20. ſub n. 7. verſ. eſt tamen hac in re. Thoro.

Iuramentum ſuppletorium an præſtandum ſit ei, qui aliàs peierauerit; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 164. fuit reſolutum, p. 1. & deciſ. 4. quoniam ſemel, p. 2. Adde Muſc in prax. S. C. lib. 1. p. 7. glo. concluſio, n. 27. Thoro.

Iuramentum in litem defertur ratione doli, non tamen contra hæredem doloſi, quemadmodùm nec contra fideiuſſores ipſius, Ric. collect. dec. 1349. vide Plot. ſic affirmantem in l. ſi quando, C. vndè vi, §. 49. ſub n. 17. verſ. hinc infertur. Thoro.

Iuramentum calũniæ an præſtetur in Cur. Arch. Neap. deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 56. primum, par. 2. de hoc extat Ritus eiuſdem Curiæ Archiep. 36. & ibi Alber. Oliua, nu. 14. declarat, quid contineat hoc iuramentum. An autem in iudicijs ſecularibus verſetur, vt ſit de ſubſtantia, & quo iure introductum. vide Carau. in rit. 288. n. 35. & 37. vbi plura, & Veſt. in prax. Rom. lib. 4. c. 1. n. 11. & Muſcat. in prax. S. C. lib. 1. p. 1. gloſ. contendere, n. 14 17 & 20. Thoro.

Iure congrui an conueniri poſſit clericus, quando pro ſua particulari vtilitate, & cõmoditate emerit; deciſũ fuit in Cur. Arch. Neap. negatiuè, ex diſpoſitione Rit. eiuſdẽ Curiæ, in cauſa D. Sebaſtiani Viualdi cũ Doralice Bonfiglio, facto verbo in Congregatione per Epiſcopum Marantam die 10. Maij, 1581. in Banca Anelli Salerni, Frãc. Ant. Maczia in add. ad Franc. Ant de Iudice in tract. de liquid. & exequut. inſtrum. in add. ad 3. conſid. ſub n. 10. incip. Adde, quòd gloſ. ritus, vide infrà verb. ius prothomiſeos. Thoro.

Iuriſdictio cõtentioſa an exerceri poſſit per Epiſcopũ in aliena Diœceſi; deciſum fuit, ꝙ præcedente licentia Ordinarij cum clauſula, dũmodo fiat ſpecialis mẽtio in dictis literis, in vnoquoq; actu exerceri poteſt, Ric. deciſ. 188. in confeſſo, p. 2. hinc Comites, & Barones poſſunt ius dicere inter homines ſuos, idest vaſallos in Terra domanij Regis, & requiritur licentia Regis, vel Officialis Regij dictæ Terræ domanij, Afflict. in Conſt. De quæſtionibus, nu. 1. & ſubdit, ꝙ patet, quia Officialis Regius ſe intromittit in dicta lite, niſi ſit requiſitus à Barone, vel à parte litigãte, & ratio deciſionis eſt, quia licẽtiã exercendi iuriſdictionem in alieno territorio nequit dare Officialis generalis, ſed tantũ ipſe Dñs iuriſdictionis, vel cũ ſpeciali mandato, ità Reg. Rouit. in prag. 1. de iuriſd. non turb. n. 15. per gloſ in clem. vnica. de for. cõp. verb. diœceſanis, & ſubſequitur n. 16. ad propoſitũ, ꝙ quãdo Iudex vult citare ſubditũ extrà Territoriũ, remedium eſt, quòd requirat Iudicẽ loci, vbi habitat, & illius brachiũ imploret, & hoc caſu requiſitus poteſt impartiẽdo ſuũ brachiũ præfigere longũ tẽpus, quàm ſit appoſitũ in citatione requirẽtis. quãuis autẽ ibid. Affl. hoc dictũ limitet, non procedere in Ciuitate Neapolit. in qua Barones, & Prælati poſſunt ius reddere, & ferre ſentẽtias inter eorũ vaſallos abſq; licẽtia Regis, per text. in dicta Conſt. De quæſtionibus, putãs, eſſe ſingulare, attamen contrariũ in praxi receptũ eſt, vt ex mẽte Frec. & Reg. Tap. cõprobat Capibl. in prag. 3. de Baron. n. 146. & ſic vidi pluriès obſeruari, potiſſimũ in cauſa quorundã vaſallorũ inquiſitorũ de furto, & alijs Reuerendiſsimi Epiſcopi Therami Domini iuriſdictionis temporalis in eius Diœceſis partibus, cui remiſſi fuerant per S. C. dummodò Iudicem in Ciuitate Neap. eligeret, & ita elexit quond. meum patruum bonæ memoriæ Fabium de Falco, qui in dicta cauſa cum licentia Excellentiſs. Proregis proceſſit, & eis torturas inculi iuſſit in Tribunali M. C. V. & cùm non confeſſi fuerunt, eos liberauit in forma. Thoro.

Ius compatronorum an præſeruetur per præſentationem vnius ex compatronis; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec 99. in quamplurimis, p. 2.

Ius gratificandi vni ex præſentatis an competat Vicario, abſente Epiſcopo; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec 13. quotiès ſumus, p. 2.

Ius patronatus vt quæri poſſit an ſit neceſſaria cõſtructio Capellæ; deciſum fuit negatiuè, Ricc. dec 72. fuit deciſum, p. 1. ad ornatũ vide Claud. Tut. in quæſt. iur. patron, in 1. q. benè verum eſt, quòd vnde fundatur ius patronatus poterit in ſe recipere aliquod onus, Fuſc. ſing. 113. ius patronatus. Thoro.

Ius patronatus acquiritur etiam per reædificationem, attamen exquiritur, quòd talis ſit refectio, & ſic deciſum, Ricc. collectan. dec. 1559. videas Mart. vot. 29. n. 5. Thoro.

Ius patronatus vt acquiratur per reædificationẽ neceſſe erit, quòd reædificatio eſſet adeò neceſſaria, quòd Eccleſia eſſet omninò diruta, & ſic deciſum, Ric. collect dec. 1559.

Ius patronatus ad hoc vt probetur per viam præſentationis quot præſentationes multiplicatæ eſſe debeāt; deciſū fuit, ad minus tres præſentationes eſſe debere multiplicatas, Ric. deciſ. 239. in quadā, p. 2. & credo, talē deciſionē procedere, quotiès nil aliud appareret de iure patronatus, niſi præſentatio, adeò quòd ex vnica præſentatione ſequuta inſtitutione, & ille patronus vltimo loco præſentauerit dicitur eſſe in poſſeſſione præſentandi, Phicar. inter comm. opin. tit. de iur. patron. n. 3. aliàs tñ in contingenti caſu corā Archiepiſcopo Coſētino in præſentatione tūc facta per Mariū, & Philippū Caputos, deſcendētes à Sigiſmūdo, & Alphonſo Caputis patritijs Coſentinis in perſonā D. Io. Baptiſtæ de Vrſo Canonici Coſentini ob vacationē D. Io. Andreę Maurellij Canonici Coſentini virtute iuris patronatus eorū familiæ exiſtentis in Capella, nūcupata Sāctiſs. Trinitatis, ſita intus Eccleſiā Archiepiſcopalē ipſius Ciuitatis, & cū fuiſſet oppoſitū per illius Vicariū, nullius eſſe momenti, eò quòd nō apparebat de fūdatione, quā ex pluribus militare poſſe Caputi affirmabant. Primò .n. eorū ius apparere aſſerebāt ex præſentatione aliàs facta D. Frāciſci Piloſi Archidiaconi illius Eccleſiæ, & ob eius renunciationē per aliā præſentationē d. D. Io. Andreæ. Similitèr & ſecundò, per teſtes examinatos in deſcēdentia, & eos habuiſſe ius præſentādi. Tertiò, per inſcriptionē exiſtentē in dicta Capella facta in anno 1518. Quartò, ex libris viſitationis, vbi mētio de dicto iurepatronatus habetur; vndè ex ijs deciſū fuit in anno 1610. quòd expediātur Bullæ in perſonā d. D. Io Baptiſtæ de Vrſo, & ſic nouiſſimè cōtinuatū per Philippū, & Fabiū Caputos tā proprio nomine, quā etiā procuratorio Auguſtini Caputi V. I. D. in perſonā D. Ioſeph. de Iacuccio ob renunciationē dicti D. Io. Baptiſte, quinimmò libuit allegationes ſuper articulo iā dicto inſerere, editas per dictum Auguſtinum, videlicet Marius, & Philippus Caputi Ciuitatis Coſentiæ vti deſcendentes, & hæredes quondam Sigiſmundi, & Alphonſi Caputi præſentauerunt Reuerend. D. Ioannem Baptiſtam de Vrſo Canonicum Coſentinum ob mortem ſequutam Reu. D. Io. Andr. Maurelli ſimilitèr Canonici, vti Rectorē iuris patronatus laicalis Sanctiſs. Trinitatis Familiæ Caputorū, ex parte Reuerendiſs. Vicarij Diœceſis Coſentinæ oppoſitū fuit, in proceſſu non apparere fundationē dicti iuris patronatus, & proindè excludi videbātur Caputi ab illo iure præſentandi, ex eo, quòd ius patronatus tàm laicale, quàm clericale per fundationē acquiratur, glo. in c. piæ mentis, 16. q. 7. c. 3. de iur. patr. immò cū conſenſu, & authoritate Epiſcopi, c. nobis, vbi DD. end. tit. licèt contrariū probatum fuerat ab ipſis Caputis per teſtes nobiles, ſenes, & fide dignos. Primò, circa dotationem, ex qua Ius patronatus acquiritur, vt ſit congrua, & ſufficiens, iàm ſatis apparet verificatū, quòd ipſa Capella fuerit cōgruentèr ab ipſis Fundatoribus dotata, & indè ab eorum deſcendentibus aucta, iuxtà dec. Rotæ 528. ſub nu. 2. par. 1. diuerſ. & fundare Capellam propriè dicitur qui fundum dat, ſeù aſſignat, in quo Eccleſia conſtruitur aut ędificatur, cap. Abbas, 18. quæſt. 1. Secundò, patet ex fide viſitationis factæ ab Illuſtriſſimo olim Archiepiſcopo Coſentino Io. Baptiſta Cōſtantio Patritio Neapolitano, quæ licèt de per ſe non faciat fidem, cùm abſquè cauſæ cognitione fiat, tamen vnita cum alijs adminiculis magnam fidem facit, Piaſec. in prax Epiſc. par. 2. c. 5. nu. 7. Tertiò, verificatur ex inſcriptione ibi deſcripta: *Diuæ Mariæ, ac Beatæ Trinitati, Sigiſmundus, & Alphonſus Caputus, eiuſquè frater animi deuotione ſtatis eorum ſolemnibus dedicarunt Anno Domini* 1518. & per carmen difficilis declarationis inſcriptum in ſepultura. *Non turpi fellæ ſed mellæ comeditur humus anno* 1518. quod etiam patet inſcriptum in domibus ipſorum de Caputis, in dicta Ciuitate exiſtentibus, ità etiam ex Inſignijs, Armis, & Epitaphijs ibi inſculptis, ex quibus colligitur ipſius Capellæ fundatio, adeò quòd ex atteſtationibus clarificatur, ea nō de recenti facta eſſe; nàm nullo modo ꝓbarent, l. fin. C. de relig. & ſumpt. funer. ſed antiqua, & inueterata, de quibus non extabat memoria in contrarium; nàm ità teſtes viderant, & audierant, deponentes etiam de fama antiquiſſima, quæ faciliimè coadiuuant ad probandum ius patronatus, & fundationem, Guid. Pap. dec. 341. Ann in ſingul. 289. Peritiſſimus Riccius in ſua prax eccleſiaſt. dec. 141. num. 7. quilibet enim, ex cuius impenſis opus conſtructum fuit, Arma in eo affigere non prohibetur, ſubſequitur idem Riccius in citata prax. deciſ. 667. num. 2. Præterea, & ſi requiratur perneceſsè conſenſus, ſiuè authoritas Epiſcopi, quanquàm non appareat in caſu noſtro, adhùc tamen præſumitur interueniſſe ex diuturnitate temporis, Caputaq. deciſ. 185. par. 2. Nec propterea obſtare videtur, quòd in proceſſu non appareat multitudo præſentationum ad fundandum ius patronatus; nàm ſatis eſt in eo deductū, in occurrentibus caſibus vacationis præſentauiſſe ipſos Caputos Capellanos. Et primò cōualidatur ex præſentatione Reuerendi D. Frāciſci Piloſi Patritij Coſentini meritiſſimi Archidiaconi, meiq; compatris, deindè per eius renunciationem cū cōſenſu ipſorum Caputorum præſentatus fuit Reuerend. D. Ioan. Andreas Maurellus paritèr Canonicus Coſentinus, & ſic verificatur in duobus tantùm, l. 1. § illud, ff. de ſeparat idem Riccius in dicta prax. dec. 122. nec paritèr opitulari videtur, ius patronatus nō probari, quando eſſent præſētationes interpellatæ, adeò quod ſiuè per cōtinuatas præſentationes, ſiuè per interpellatas, rectè probari dixit Caſſad. in dec. 2. nu. 7. & propriè præſentationes ſortiri effectū, quotiès Ordinarius illarum vigore inſtituerit præſentatum à patrono, & præſentatus, & inſtitutus acceptauerit, poſſeſſione ſubſequuta, idem Ric. in allegata praxi, rub. de iur. patron. dec. 151.

Digitized by Google

deciſ.151.idcircò benè Caputi dictum D.Ioan. Bapt.ob mortem dicti D.Io.Andr. vltimi decedentis præſentauerunt. Accedat etiam ipſorum deſcendentium exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi legitimus titulus fundationis, probatus ex deciſ.eiuſdem Ric.143. nu.5. cum ſeq. Put.dec.60.& 140.p.1. Valaſc.dec.163. Demum ex deſcendentia iam probata, ius prædictum competere eidem Mario nepoti, ac heredi dicti q. Sigiſmundi, & dicto Philippo pronepoti, & hæredi dicti q. Alphonſi, hoc eſt ex atteſtationibus, & præambulis, Ric.dec 155. in dicto tit.de iur. patr. vndè ex ijs omnibus concludo, benè fuiſſe latum decretum per ipſum Reuerend. Vicarium, quòd expediantur Bullæ in perſonam dicti D.Io.Baptiſtæ, & ſic nouiſſimè iterùm decretum in præſentatione facta à Philippo, & Fabio Caputis, vti procuratoribus à me conſtitutis, ac etiā tutorio nomine Marcelli, & filiorum dicti Marij de perſona Clerici Ioſeph.de Iacuccio Coſentini de hoc anno 1619. per Reuerend. D. Franciſcum Anellum de Enrico Peritiſſimū V.I.D. Decanū Ciuitatis Caſertæ, & Vicarium Illuſtriſs. D. Pauli Æmilij Sanctorij digniſſimi Archiepiſcopi Coſentini, viri, vt vtar eiſdem verbis, quibus vſus eſt Paulus V. Summus Pontifex in eius promotione, viri, inquam, inſignis Eccleſiæ inſigni, noti non ſolùm Vrbi, verum etiam Orbi, ob præclaram ſcientiam, & ſanctitatem, ac Nepotis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis S Seuerinæ, felicis memoriæ: hec ille, Quomodò autem ius patronatus Capellæ acquiratur, Maur.Sen. alleg.64.n.1. & potiſſimū ſi eſſet antiquū an probetur per literas deſcriptas in marmore, Idem alleg.11. n.5. & quomodò probetur, vltrà Eum in alleg.56.& 82. Marcell.Calā de mod.artic.§.2. gloſ.vnica, nu.1332. ad 1335.& quòd ius præſentandi per binas præſentationes probetur, idem Maur. d.allegat.56. n.1.Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

Ius patronatus an ex ſola productione ſententiæ canonizetur, & probetur; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec 26.cùm diſcuteretur, p.2. & in collect.dec.1732. infrà eod.verb.ſententia.

Ius patronatus familiare dicitur quod eſt debitū generi authoritate Superioris, ad quod non admittitur, niſi qui probauerit, eſſe de ſanguine fundatoris, & gradatim admittitur .ſ.ſecundùm gradus prærogatiuam, iuxtà naturam fideicommiſſi; hæreditarium vero dicitur illud, quod ad eos tantùm ſpectat, qui ſunt hæredes fundatoris, etiam extranei, vel immediati, vel mediati; & ſic deciſum, Ric.dec.60.in quadam, p.2. conferunt notata per Claud.Tut.in quæſt.iuriſpatr. q.4.Fuſc.ſingul.114.ius patronatus. Thoro.

Ius prælationis in alienatione rei emphyteoticæ ſubconceſſæ an competat directo Domino, vel emphyteotæ concedenti; deciſum fuit, competere directo Domino, Ric. dec.58.Monaſteriū, p.2.de hac eadem materia, & conſimili etiam in materia feudali ad corroborationem præſentis deciſionis memini in eodem meo Compen. deciſ.Regn.in verb.Dńs directus, vbi quamplures deciſiones S.C.retuli, quas videto. Thoro.

Ius prothomiſeos an vendicet ſibi locum contra clericos, attenta Conſuet.Neap. & Conſt.Sācimus; fuit deciſum negatiuè, Ab. Oliua in Rit. Cur.Arch.Neap.22.ſub n.7. & ibi Cāpanil.plures allegat, vbi pariter aliqua notatu digna retuli in meis additionibus, & ſuprà verb.iure congrui. Thoro.

L

LAicus deferens habitum clericalem abſq; licentia Curiæ Archiepiſcopalis an puniri debeat ab ipſa Curia; deciſum fuit affirmatiuè, pęna tamen arbitraria, Ric.dec.107.praxis, p.1, ad hoc vide Carol. de Graff. in tract. de effect.cler.in 1.effectu, nu.1263. & quòd ſit pœna arbitraria, vide Eundem in prælud.nu.430.quid autem ſi tempore carniſpriuij aſportaret ad faciendum perſonatus, vide Affl.in c.1. §.& palatia, ſub nu.6.quæ ſint regal.facit prag.3.de perſon.& eorum veſt.dixi in meo Compend. deciſion.Regn.verb.veſtibus. Thoro.

Laicus ob manus violentas in clericum excommunicatus an poſſit abſolui offerendo ſatisfactionem ipſi percuſſo nolenti reconciliari; deciſū fuit negatiuè, Ric.dec.86.fuit pluriès, p.1.

Laudemij ſolutionis onus an contineatur in venditione emphyteoſis pro libera ab omni onere; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.105. quidam, p.1. Non eſt dubium, quin onus ſoluendi laudemium ſpectet ad emptorem, latè Amed.de Pon. in tract.de laudem.q 9. Maurus Burg.de laudem. 2.p.inſpect.3 nu.2. tantò fortius ſi liberè fuerit alienatio facta ab omni onere, ſicuti vēdito fūdo libero, non videtur venditus exemptus à iure paſcui, quod ibi habet Baro, quando non ſeminatur, Ann.ſing.576. habebit enim emptor regreſſum contrà venditorem, vt in iſtis terminis de venditione rei pro franca, & libera concludit Vrſil.dec.241.n.5 & 6. Thoro.

Legata pia an patiantur diminutionem, non exiſtente hæreditate ſufficiente pro omnibus legatis; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.221.quidā, p.1.dixi in meo Compen. dec.Reg.verb.legata. Thoro.

Legatum factum Eccleſiæ ad aliquid faciendum, non tamen neceſſarium, an poſſit ab Epiſcopo commutari in opus neceſſarium; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.collect.dec.1266. ſicuti legatum factum pro canendis Miſſis, ſi illæ cani nō poſſint propter interdictum, non acquiritur legatū Eccleſiæ, ſed debet conuerti in aliū vſum pium, Maur.Sen.in alleg.15.n.5. Thoro.

Legatum an debeatur mulieri, reiecta conditione illa, vt nubat cum conſenſu alicuius, quæ impedit matrimoniū; fuit deciſum affirmatiuè, Ricc. collect dec.1351.vide Alex.cōſ.209.vol.6 n.18. etiam ſi exiſteret de hoc ſtatutum, Iul.Clar.§.fi. q.82.ſtat.3.n 3.& ſeq. Thoro.

Legatum an tranſmittatur moriente legatario ante impedimentum temporis conſtituti ad petendum illud; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec. 264.quidam teſtator, p.2. vide Peregr. in tract. de fideic art.31.n.2. Thoro.

Legitimantur filij per ſubſequens matrimonium regulariter, non tamen quotieſcunquè cum ea matrimonium cōtraheretur, quā viuente vxore

cognonerat; ſicquè deciſum cenſet Ric.collect. dec.832.ad hoc videas Paſchal.in tract.de virib. pat.pot.p.2.cap.4.n.71.vbi allegat Duen.in reg. 350.in 3.lim.& vltrà eos vide Gom.in l.9.& ſeq. Tauri,ſub n.55.ver.quod tamẽ intellige.Thoro.

Libelli copia expenſis actoris cõſignari debet, ſic quotidiano vſu receptum eſt,& obtentũ,Epiſc. Campanil.in addit.ad Alber.Oliu.in ritu Arch. Neap.20.ſub nu.5. quod etiam in foro ſeculari receptum eſt ex pragmatica diſpendia litium, & ibi DD.latè Muſcat.in prax.S.C.lib.1. par.3. glo.reſpondendum,n.4.vbi ſubnectit,n.5. etiam in Curia Eccleſiaſtica hoc procedere, quod limitatur non procedere in S.C.ex deciſione relata per Ann. ſing.152. de qua immemor idem Muſcat.in dicta prax.lib.1.p.1.glo.reus, num.3. idem concludit, quæ omnia retuli in meo Cõpend.deciſ.Regn.verbo copia. Thoro.

Libri hæreſis reperti penès aliquem an operẽtur, vt de hæreſi ſuſpectus ſit,vt puniri poſſit, vide infrà verb.ſuſpectus.

Libris Aromatariorum non exhibitis receptis an ſit credendum, ità vt debitor non teneatur ſoluere debitũ in eis contentũ,fuit deciſũ affirmatiuè,Ric.dec.106.fuit cõuctus,p.1.vide Ioſeph. Lud.in ſuis cõm.concl.tit.de libris merc.cõcl. vnica in fi.verſ.pariter non creditur. Thoro.

Licentia an concedenda ſit clerico deponendi in iudicio ſeculari contra laicum, quando veniret imponenda pœna ſanguinis ſuper delicto in genere; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec.203.grauis,p.2.vide Epiſ.Iſern.in eius prax.cap.42.n.2. vbi plura. Thoro.

Licentia an concedi debeat clerico agendi in iudicio ſeculari cõtra interfectorem fratris cum proteſtatione, citrà pœnam ſanguinis; deciſum fuit affirmatiuè,Ric.collect.dec.618.Adde Epiſcop.Iſern.in eius prax. c.41.Thoro.

Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in iudicio reſtitutionis in integrum, quotiès ipſa incidentèr peteretur; deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.210. quamuis,p.2.Adde Maurit.in tract. de reſtit.in integr.caſ.139.Villal.inter comm.opin lib.3.tit. de lite conteſt. n.24. Thoro.

Locatio rerũ Eccleſiæ modici valoris vltrà triẽnium an valeat; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. dec.163.Etſi regula,p.2.idem Ricc. in prax.eccleſ.dec.39 & collect.511.& Epiſc.Iſer. in ſua prax.cap.73.n 3.Tiraq.in tract.de Iudic.in reb. exiguis,verſ.vigeſimo tertiò eſt text. fol. 58. in magnis,Gamma deciſ.Luſitan.vltima.Thoro.

Locus Eccleſiæ prophanatæ non poteſt vendi inconſulto Papa, tanquàm res Eccleſiæ, & ſine alijs ſolemnitatibus requiſitis, & ità iudicatum Epiſc.Iſer.in eius prax.Arch.Neap.c.51.

M

MAlitia quando dicatur ſupplere ætatẽ in cauſa matrimoniali; deciſum fuit, reſpectu ſponſalium ſufficere vſum rationis,& libertatem,quæ præſumitur poſt ſeptẽnium, reſpectu verò matrimonij contrahendi per verba de præſẽti,intelligi potentiam generandi cum prudentia,& diſcretione,Ric.deciſ.20.fuit dubitatum, p. 1.

Malus præſumitur bonus, & per conſequens vitã mutaſſe,ac ſi probaretur,pluriès occaſionem ſimilis mali veniſſe,& tamẽ eum abſtinuiſſe, & ità deciſum Ric.collect.765. ad hoc videas Blancũ in cautel 14.vt malus non præſumatur malus in eodem genere mali. Thoro.

Malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali,niſi per triennium continuum ceſſaret à malo,& benè,& laudabilitèr vixerit; & ſic deciſum,Ric.dec.159. regula eſt, p.2.videas Blanc. in cautel.14.ſtat communis,& eundem Ricc.in prax.variar.reſol.in reſol.188.Thoro.

Mancipium Chriſtianus effectus an poſſit teſtificari contra Chriſtianum;deciſum fuit affirmatiuè,Ric.dec.51.datis defenſionibus,p.1.

Mandatum de capiendo expeditum à Iudice an poſſit mandari exequutioni ipſo remoto ab officio,abſquè eo, quòd renouetur ab alio ſucceſſore, deciſum fuit affirmatiuè,dũmodò captura decreta fuerit cum cauſæ cognitione, Ricc.deciſ 254.dico,quòd,p.2.Epiſc.Iſern. in prax.Archiep.Neap.c.83.n.2.

Mandatum an probetur ex præſumptionibus, & coniecturis,& potiſſimum ob expenſas factas in lite;deciſum fuit pluriès affirmatiuè, Ricc.in collect.dec.1483.vide Maſcard.de prob tom.2. concl.1007.Marcell.Calà de mod.artic.§.2.gloſ. vnica,n.934. Thoro.

Manus appoſitio Papæ an ſufficiat quòad beneficiũ ius patronatus laicorũ; deciſum fuit negatiuè,Ric.dec.188. cùm peteretur, p. 1. In iudicijs verò ſecus;nam per oppoſitionẽ manus Superioris eſt abdicata iuriſdictio ab inferiore, Oliua in ritu 35.Cur.Arch.ſub n.2.& 26. ſic appoſitio manus Papæ facit, quòd inferior ſe intromittere non poſſit,Veral dec.283.p 3. ſic Iudex Superior cùm manus apponit, Inferior nõ poteſt procedere,Ann.alleg.99.n 4 & in Principe loquitur Regens de Ponte de Poteſt.Proreg. tit.1 in princ.n.8. Thoro.

Manuteneri debet in poſſeſſione lite pendente in controuerſijs præcedentiarum is, qui tempore litis motæ reperitur poſſidere, & ſic iudicatum tradit Ric. dec.132. exemplum,p.1.de hoc traditur per Reg.de Pont.deciſ.18. in ſolemni,vbi pariter deciſio affertur,de qua in meo Compen. dec.Regn.verb.poſſeſſio ſi fuerit. Thoro.

Maritus an poſſit ſuam vxorem caſtigare,& corrigere;deciſum fuit,poſſe,ſed leuitèr,non atrocitèr,Ric.dec.121.in prin. propter ſęuitiam, p.1. Adde Foller.in prax.crim.rub. dent. cap quòd ſuffoc.vxor.num 65.vbi nu.70. examinat, quando ſit ſeparatio Thori, & habitationis ex hoc. Thoro.

Mater mala valitudine affecta non priuabitur ſucceſſione filiorum,ſi tutorem non petierit, & ità deciſum, Ric.collect.deciſ.1134.ità in terminis tradit Sylua Nuptial.in lib.2.ſub nu.52. verſ.limita decimotertiò, vbi iſtam regulam ampliat, & limitat plurifariàm.ſimilitèr & Ant Gabr. in lib.6 com.opin.tit.de tutel. concl.1. per tot. & lib.3 tit.de ſecund nupt.concl 9 Thoro.

Matrimonia puellarum exiſtentium in Conſeruatorio, non à Sacriſta dictæ Eccleſiæ, ſed à Parocho

Digitized by Google

rocho celebranda, ſicquè deciſum dixit Epiſc. Iſer in eius prax. Arch. Neap. c. 59. in fin.

Matrimonium ſecundum contrahi poteſt per eū, cui metus illatus fuerit in primo, etiam ſi ſequuta fuiſſet copula carnalis, & ſic deciſum, Ric. coll. dec. 1122. Mart. latiùs vot. 64. Thoro.

Matrimonium abſq; denunciationibus contractū an ſit validum, licèt partes grauiter peccent, & puniri poſſint, ſi eas omiſerint, tamē deciſum fuit Neap. & Romæ eſſe validum, Mart. in tract. de iuriſd. p 4 caſ. 71. nu. 12. An autem Abbas habens iura Epiſcopalia poſſit remittere denunciationes in cauſa matrimonij, vide Riccium in prax. var. reſol. in reſolut. 291. quid in Vicario ſpeciali, idem Ric. in reſol. 316. Thoro.

Matrimonium contractum inter conſanguineos cum ſolo mandato diſpenſandi ao ſit nullum; deciſum fuit affirmatiuè, quarè pro exequutione decreti dictum fuit, præfatos egere noua diſpenſatione, Ric. dec. 22. nobilis. p. 2. & quando dicatur validum, Mart. vot. 50 n. 20. & matrimonium ſi contrahatur inter prohibitos, ſi Papa diſpenſabit, adueniente diſpenſatione requiritur nouus conſenſus, idem Ric. in prax. variar. reſolut. in reſol. 129. n. 1. Thoro.

Matrimonium metu contractum an nullum iudicetur; fuit pluries deciſum affirmatiuè, Ric. dec. 15. vulgare eſt, p 2. Mart. latius in vot. 64 Fulc. ſing. 14 lit. M. Thoro.

Matrimonium an ſeparetur quòad thorū ex cauſa morbi gallici; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 65. fuit dubitatum, p. 2. & in praxi Eccleſ. deciſ. 633. & vltrà eū vide Nauar. in Manual. c. 22. ſub n. 22. verſ. quartò coniugem, an autem efficiatur inhabilis ad ordines ex cauſa morbi gallici, vide DD. multos, quos allegat Auditor Petra ad Grām. dec. 56. n. 6. vbi multa de hoc. Thoro.

Matrimonium ſeparari poteſt quòad thorum, & habitationem, quando maritus ſolet inebriari, & ebrietas tenderet in periculum vxoris, & ſic iudicatum, Epiſ. Iſer. in eius prax. Arch. Neap. c. 27. n. 13. ſupra eod. verb ebrietas. Thoro.

Matrimonium an ſeparari poſſit quòad thorum, ſi os male oleat, ità quòd arte medica curari non poſſit, deciſū fuit affirmatiuè, Ric. dec. 66. Thori ſeparatio, p. 1. vltrà eum videtur ad hoc facere diſtinctio tex. in l. qui clauſi §. ſi. ff. de ædil. edict. vbi tunc dici poſſe affirmat I. C. morboſum ob oris olentiam, ſi tamen ex corporis vitio id accidat, veluti quod iecur, vel pulmo, aut aliud, quod ſimiliter dolet, ſecus ſi ex illuuie oris. *vide Borgn. dec. Firmi 18. n. 26. p. 2.* Thoro.

Matrimonium contrahere an teneatur ſub cenſuris Eccleſiaſticis ſponſus, qui ſponſalia contraxerat ſub conditione, ſi dos ſibi ſoluatur intrà certum tempus, & pendente ſolutione dotis puellam deoſculatus fuerit, ità quòd videtur conditioni renunciaſſe; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 195. contraxerat. p. 1.

Media an probata cenſeantur probatis extremis; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 128. incidentèr, p. 2.

Medicus ſi præbeat medelā antè obtentam diſpēſationem ſuper eius irregularitate, an cenſeatur ſubreptitia diſpenſatio, non facta mentione de dicta medela medio tempore data; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 187 medicus. p. 1.

Mendacium teſtium circa accidentia an vitiet ipſorum depoſitiones, pluriès deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 32 in facti contingentia. p. 2.

Mendicantes abſq; licentia Ordinarij an puniendi ſint, deciſum fuit affirmatiuè, hoc tamē ſi ſub Religioſo habitu mendicarent nec alitèr eſſent Religioſi, tùm etiam abſq; habitu, ſed quærendo eleemoſynas pro pauperibus, Ric. dec. 285. pro articuli. p. 2.

Meretrix an teneatur ſoluere decimas; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. deciſ. 143. tres meretrices, par. 1.

Metus an dicatur purgatus tacito conſenſu cauſato lapſu longi temporis à ratificatione; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. dec. 921.

Metus dicitur leuis, quando nō cadit in conſtantē mulierem, & ſic deciſum, Ric. collect. dec 943.

Metus reuerētialis nō præſumitur ex ſola præſentia maioris, & ſic deciſū, Ric. collect. dec. 1176.

Minæ an probari debeat per teſtes ſingulares; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. dec. 1084.

Minor præſumitur, quando appareret habere curatorem, niſi maior probetur, & ità ſi fuiſſet datus curator, incumbet Fiſco onus probandi, ipſum eſſe maiorem, ſicq; deciſum, Ricc collect. dec. 683. & dec. 113. fuit inquiſitus, p. 1. dicam in verbo onus.

Minor delinquens quamuis maior efficiatur, debet tamen vt minor puniri, & ſic attendi tēpus delicti; ſicquè deciſum, Ric. collect dec 724. videas ad hoc Iul. Clar. in § fin. q. 60. nu. 2 Menoch. de arb. Iud. caſ 329. n. 22. Thoro.

Minor viginti annorum contrahens an poſſit venire contra tranſactionem iuratam, eò quòd infamis redderetur, & ab actione caderet, & pœnam ſolueret, & data reſtitueret. fuit deciſum affirmatiuè, Ric. collect. dec. 1088.

Minor pro delicto proditorio an puniatur pœna ordinaria; deciſum fuit, eſſe minorandam pœnā, Ricc. deciſ 77. clericus Io. Baptiſta. p. 1. vide in meo Compend. dec. Regni. verb. minor regularitèr. Thoro.

Minores an includantur in edicto Curiæ Archiepiſc. Neap. prohibente aſportationē armorum, dùm includūtur maiores 18. annorum; deciſum fuit negatiuè. Ric. dec. 225. edicto Curiæ. p. 1.

Miſſas plures celebrans eodem die qua pœna puniri debet; deciſum fuit. puniendum eſſe pœna triremium per triennium cum ſuſpēſione à celebratione Miſſarum, Epiſ. Iſer. in ſua prax. Archiep. Neap c. 77. Ric. in prax. eccl. dec. 351.

Monitio contra clericos concubinarios debet eſſe ſpecialis, nō generalis facta in Synodo, & ſic deciſum, Epiſ. Iſern. in ſua prax. Arch. c. 35. n. 3. ſic in ſimili tradit Reg. Valenz. conſ. 43 n 128. vt monitio præcedat punitionem correctionalem, nec ſufficit Euangelica tantùm monitio, & ſubſequitur nu. 165. quòd monitio canonica debet præcedere excommunicationem. Thoro.

Monitio non requiritur ad puniendum notorium concubinarium, & ità deciſum, Epiſ. Iſer. in ſua prax. Arch. Neap. c 36 n. 4 Ric. collect. dec. 684. & in dec. 240. fuit dictum, p. 2.

Monitoria contra principales non reuelantes non conceduntur, ſi d tantùm contra non reſtituentes.

tes,& ſic decîſum cenſet Ric.collect.dec.995.& quando ligent principales, Lazar. in canon. pract.quæſt.ſect.3.q.12 n.8. Thoro.

Monitoria an ſint concedenda ſub pœna excõmunicationis ad finem reuelationis faciendæ pro habenda veritate declarationis, abſente parte extrà iudicium factæ alicuius rei grauis; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ.1.fuit plurièś, p.1.vbi ſubnectit correctio Curiæ,ſed hoc iuxtà caſuũ qualitatem;nã aliquando negatiuè:Monitoria enim in ſe non continent excommunicationem,ſed comminationes, Lazar.in canon. pract.quæſt.ſect.1.q.19.n.10.& quando ſub pœna excõmunicationis concedantur abſq; aggrauatione,Idem d.ſect 1.q.11. ſub n.9. Thoro.

Monitoria an ſint concedenda contra teſtes, qui negotij veritatem ſciunt; deciſum fuit plurièś affirmatiuè, ſed quid ſi eſſent citati in iudicio, tunc ſolet fieri præceptum citatis,quòd veritatem deponant coràm eorum Iudice,Ric.deciſ. 69 plurièś fuit,p.2.

Monitoria generalia an ſint cõcedenda pro exhibitione ſcripturarum;fuit deciſum affirmatiuè, concurrẽte intereſſe partis,Ric.dec.36. in vna, p.2. Adde Lazar.in ſuis canon.pract.quæſt.ſect. 1.q.17.per tot.& quando pro ſcriptura propria concedantur,Idem ſect.3.q.1.n.12. Thoro.

Monitoria an Vicarius Epiſcopi concedere poſſit,eò quòd dùm Epiſcopus nominatur nunquã Vicarius excluditur,niſi poneret dictionẽ taxatiuã,tantũ,& ſic deciſum,Epiſ.Iſer.in ſua prax. Cur.Arch.c.1 n 1.Ric.in prax.eccl. dec.270. & Lazar.in canon.pract quæſt.ſect.1.q 6. Thoro.

Monitoria an ſint concedenda ad inſtantiam hæretici comparentis in iudicio contra Catholicum; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec.23.in noſtro,p.2.ſimilitèr nec excommunicatis, criminoſis,aut Iudæis concedenda ſunt, Lazar.in canon.pract.quæſt.ſect.1.q 9 per tot.Epiſc.Iſern. in eius prax.cap.1.n.9. Thoro.

Monitoriales literæ non conceduntur pro re modici valoris;& ſic deciſum,Epiſcop.Iſer. in ſua prax.Arch.Neap.c.1.ſub n.3. Ric. collect.dec. 1422.Lazar.in canon.pract.quæſt.ſect.3.q.2. per totam. Thoro.

Mora non committitur abſq; interpellatione,non tamẽ reſpectu Fiſci;& ſic deciſum, Ric.collect. deciſ.1190. ſicuti fauore minorum contrahitur abſq; interpellatione,Carau.in rit.23.n 6.ſimilitèr fauore Eccleſiarum, Euerar. in Top. loco à minor.ad Eccleſ.n.3. item fauore libertatis, & piæ cauſæ,Idem in loco à libert.n.33.& quia Fiſcus tàm minoribus, quàm Eccleſiæ comparatur,vt in locis topicis eiuſdem,& in ſpecie iuxtà mentem Authoris,quòd Fiſco,& Eccleſiæ fit mora re ipſa ſine interpellatione, Idem in loco à Fiſco ad Eccleſiam,n.16. Thoro.

Mora modici temporis Canonici abſentis poſt ſex menſes an eum excuſet, quominùs Epiſcopus valeat priuare eum Canonicatu; deciſum fuit negatiuè,Ric.dec.208.ex diſpẽſatione, p.2. conferunt in ſimili notata per Reg de Pont.deciſ.1.per tot.& Tiraq. in tract. de Iudic.in reb. exig.verſ 68 ſupradictis,ſicuti in Officiali recedente abſquè licentia, & mox reuerſo concludit Carauit.in rit.7.n.3.Thoro.

Moræ purgatio an potiùs concedatur, quàm deuolutio ob canonem non ſolutum;deciſum fuit affirmatiuè,dari potiùs moræ purgationẽ, Ric. dec.142.Etſi iura, p.2.

Mors vulnerati ſi infra octo menſes ſequeretur, præſumitur ex dicto vulnere,& ſic deciſũ, Ric. coll.dec.1456.latè Blãc.in eius prax.crim. §.115 ſic præmiſſis,n.68.cum ſeq.fol.130. Thoro.

Mors probatur ex aſſertione conſanguineorum, vbi agitur de modico præiudicio,ſic deciſum refert Ric.collec.dec.1139.qualitèr enim mors alicuius probetur, copioſè Marcell. Calà de mod.art.§.2.gloſ.vnica.n.235.ad 242. Thoro.

Mortis probatio an ſufficiat,ſi teſtes depoſuerint, vidiſſe mortuum in capſa clauſum, qui dicebatur,eſſe Talem de Tale, vt poſſit ſecundum matrimonium contrahi; deciſum fuit affirmatiuè ex cauſis relatis per Ric. dec.18. fuit dubitatũ, p.1.Mors alicuius qualitèr probetur,Si eſſet occulta vnico teſte probatur, Marcell. Calà de mod.artic.§.2.gloſ.vnica,n.83.Thoro.

Mulier à marito diuertens propria authoritate ob eiuſdem viri fornicationem an ſtatim reſtituenda ſit;deciſum fuit affirmatiuè, Ricc.deciſ. 200.fuit plurièś,p.2.

N

NEceſſitas vſus proprij, vt locator valeat durante locatione expellere conductorẽ,qualis eſſe debeat; deciſum fuit, vt ipſa ſuperueniat poſt contractum locationis, item vt ſit vrgẽs,& vera, Ric.dec.117. in quamplurimis, p.2.

Negatiua an probari poſſit per teſtes ſingulares; deciſum fuit negatiuè,Ric.collect.dec.1057. eò quòd neceſſe eſt, quòd teſtes coarctent non ſolùm locum, & tempus, ſed & totum locum, & tẽpus,Heroul.in tract.de negatiu.n.26.vbi num. ſeq. refert, quonàm caſu admittatur probatio negatiuæ ex teſtibus ſingularibus, & quomodò negatiua probetur, latè Foller. in prax crimin. rub.recip.defenſ.n.31.Iul.Clar.lib.5.§.fin. q.52. Thoro.

Nobiles clerici pro cauſis Sanctæ Fidei ad triremes condemnantur, ſed ſi haberent, vt ſe alant ad perpetuos carceres; ſicque deciſum inquit Epiſc.Iſern.in ſua prax.Arch.Neap.c 35.nu.3. ad hoc Reg. Valenz. conſ.91.nu.22.dixit,quòd Nobiles puniuntur vt plebei in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, hoc eſt Hæreſis, & Apoſtaſiæ,de quo per Ricc.deciſ.232.par.2.& dec.278. ead.par.Thoro.

Nobiles clerici non alitèr condemnantur ad pœnas ignominioſas, & viles pro delictis patratis, & ſic ad triremes,ſed relegantur,& ità deciſum, niſi eſſent inquiſiti pro delictis Sanctæ Fidei, Ric.dec.232 reſolutum, p.2. de quo ſuprà eod. verbo Nobiles, & infrà verbo nobilitas.

Nobilitas an excuſet hæreticum à pœna ignominioſa;deciſum fuit negatiuè,Ric.deciſ.278.p.2. Cur.Archiep.Neapol.

Nobilitas in crimine falſi an operetur penæ impoſitionẽ,quę datur nobilibus,vel ipſam tollat, & ignobiliũ penã inferat, deciſum fuit,nõ operari

Digitized by Google

rari pœnam ordinariam nobilium, ſed ignobilium, Ric. dec. 279. p. 2. ſeruatur in Curia.

Notariatus ex confeſſione partis probatur, & ſic deciſū, Ric. collect. dec. 1189. vide Marcell. Calà de modo artic. §. 2. gloſ. vnica, n. 250. Thoro.

Notarius Apoſtolicus an poſſit ſtipulari inſtrumētum in cauſis prophanis in Regno, deciſum fuit negatiuè; Ric. dec. 125. p. 1. In cauſa.

Nouerca an poſſit deponere in fauorem ſui priuigni, deciſum fuit affirmatiuè, maximè in ijs, quæ clàm, & ſecretò fiunt, Ric. dec. 217. p. 1. vera, & indubitabilis.

Nouitius an poſſit ordinari ab alieno Epiſcopo cum literis dimiſſorialibus ſui Superioris Regularis, deciſum fuit negatiuè; Ric. dec. 253. p. 2. ratio dubitandi.

Nouitius an gaudeat priuilegio fori ob delictum patratum extrà clauſtra, deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 121. p. 2. fuit caſus.

Nouitius Hoſpitalis S. Antonij de Vienna delinquens extrà clauſtra an poſſit à loci Ordinario puniri ex vi Concil. Trident. deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 283. p. 1. fundatum fuit.

Nundinæ ſolemnes, & priuatæ prohiberi poſſunt per Epiſcopum diebus feſtiuis, & ſic deciſum, & confirmatum Romæ per Congregationē Illuſtr. Card. in Nundinis S. M. Annūciatæ, & Spiritus Sācti huius Ciuitatis, vt refert Steph. Quarant. in ſumma Bullar. in verbo dies feſtus, verſic. an, & quando non obſtante, Epiſcop. Iſern. in ſua praxi Cur. Arch. Neap. c. 52.

Nuntio referenti non creditur abſq; iuramento, & ſic deciſum, Ric. collect. dec. 1169. ad hoc pleniùs Menoch. de arbit. Iud. caſ. 112. An, & quando Nūtio credendum ſit, vel non, latè Marcell. Fortun. in tract de verit. & error. p. 2. nu. 111. cū ſequen. Thoro.

Nuntius Apoſtolicus an cognoſcat de illicita negotiatione facta per Magiſtrum Actorum Foraneum Ordinarij, deciſum fuit negatiuè, Ric. dec 69. p. 1. cum eſſet.

Nuntius Apoſtolicus Regni ſede vacante an poſſit compoſitiones, & alias pœnas applicare Cameræ Apoſtolicæ, vel illas Vicarius Capituli ſtatim aſſignare locis pijs, deciſum fuit in beneficium Vicarij, Epiſcop. Iſern. in ſua praxi Cur. Arch. Neap. c. 68. Ric. dec. 290. par. 2. dicam in verbo pœnæ. Thoro.

O

OBlatio verbalis an ſit ſufficiens ad excuſandum moram debitoris, quotiès creditor recuſaret recipere, deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 130. p. 2. circà iſtius, adde Carrot. in Tract. de Oblat. p. 1. tit. de Oblat. verbali, nu. 3. cū ſeq. vbi limitationes adducit, & cautelā creditori aſſignat, circà hoc idem ſi non replicaſſet creditor, Verall. dec. 108. n. 11. p. 2. Thoro.

Oblatio verbalis quando tractatur de euitāda pena, vel mora, aut alio dāno vitando, an ſufficiat, deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. dec. 1107. Carrocc. in tract. de oblat. par. 1. in tit. de oblat. verb n. 3. Veral. dec. 268. par. 2. Thoro.

Oblationes factæ Capellæ, in qua eſt Confraternitas Corporis Chriſti, cui nàm debeantur, deciſum fuit, deberi Rectori illius Eccleſiæ, non autèm Confraternitati, Ricc collect. dec. 1113. faciunt notata per Auphrer. ad Capell. Tholol. deciſ. 482. verſ. finem, Angel. Clau. in verbo Eccleſia, n. 9. Thoro.

Occidens bannitum proditoriè, vel odio priuato, auferendo ei veſtes, an puniri debeat, Maſtrill. dec. 104 Sicil. tenet, quòd non, & ità in facti cōtingentia iudicauit Curia Arch. Neap. Ric. collect. deciſ. 291. quòd bannitus poſſit proditoriè occidi, refert Iul. Clar. in §. homicidium, n 51. ſimilitèr ex odio, ſed hoc caſu an præmium, vel pœnam conſequatur, in hiſce terminis loquitur Carau. in prag 1. de exul. n. 133. & cōcludit, non alitèr puniri poſſe, immò præmium conſequi debere, ſtante ſtatuto præmiante. Thoro.

Officiales Ciues Neap. eſſe poſſunt in Congregatione Arch. Neap. ſicquè deciſum cenſet Ricc. collect. dec. 1358.

Officialis tentās cognoſcere carnalitèr mulierem intuitu officij qualitèr puniatur, deciſum fuit, puniri officij priuatione, quod cōtingit in perſonam cuiuſdam Curſoris Cur. Arch. Ric. dec. 289. p. 2. cùm fuiſſet, ad hoc videas ſingularitèr Carau. in rit. 49. nu. 27. & ibi addita per me, nam fuit allegata eius doctrina in contingenti caſu Capitanei Orioli, dū fuiſſet inquiſitus de adulterio violēto in Reg. Aud. Calabriæ Citrà, dùm Coſentiæ aliquando degiſſem, inſtante Barone fuit officio priuatus, ſicut percepi ex alia deciſione Maſtrilli 188. n 14. Thoro.

Onere probādi an releuetur habēs regulā pro ſe, deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 138 p. 2. regulæ, nā habens regulā pro ſe dicitur habere rem certam, Machel. patroc. 27. n. 3. Thoro.

Onus probandi, aliquem eſſe maiorem, an Fiſco competat, ſi conſenſerit, inquiſito dari curatorem; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 113. p. 2. ſuprà eod. verbo minor, & verbo Fiſcus.

Onus probandi ſtylum incumbit alleganti, & ſic deciſum, Ric. dec. 53. p. 1. in vna Nolana, adde Carau. in ritu 1. n. 27. vbi addita per me, & qualitèr probetur ſtylus, vide Marcell. Calà de modo artic. §. 2. gloſ. vnica, n. 1115. Thoro.

Ordinari an poſſit ab alieno Epiſcopo clericus ratione capellaniæ, quemadmodùm ratione beneficij ſiti, deciſum fuit affirmatiuè, quando in perpetuum alicui, vel in titulum fuerit aſſignata, & non in fraudem, Ric. dec. 190. p. 2. dubium non eſt.

Ordines ſumere an poſſit illegitimè natus, præcedente Superioris diſpenſatione, deciſum fuit affirmatiuè, Ric. collect. dec. 946.

P

PAlatium Epiſcopi an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, deciſum fuit affirmatiuè, & caſus refertur per Ric. collect. dec. 1742. ad hoc videas Iul. Clar. in lib 5. §. fin. q. 30. n. 3. & meliùs Epiſcopum Iſer. in praxi Arch. Cur. cap. 21. n. 10. vbi eūdem caſum à Ric. citatū refert, & alios, Bonac. inter com. opin. tit. de Epiſcop. & cler. nu. 133. Thoro.

Paro-

Digitized by Google

Parochus an poſſit prohibere, nè cadauera punitorũ alibi, quàm in ſua parochia ſepeliãtur, deciſũ fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ. 215. corpora, p. 1.

Parochus, qui infrà duos mẽſes ad minus tenetur ꝓfeſſionẽ fidei facere coràm Epiſcopo, vel eius Vicario, alioquin nõ faceret fructus ſuos, ſi nõ fuerit infrà dictum tempus, facta, an admitti debeat, & ſic reddi ipſum capacem ad fructuũ prędictorũ perceptionem in futurum, deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 220. etſi prouiſi p. 1 num. 2.

Parochus grauamina inferens Parochianis ſuper ſpiritualibus, aliqua exigendo, qua pœna puniendus ſit, deciſum fuit, ſeuerè puniendum eſſe, Ricc. deciſ. 55. in Curia, par. 2.

Parochus, qui nõ docuit Doctrinam Chriſtianam ſuos Parochianos, qua pœna puniri debeat, deciſum fuit, eſſe ſuſpendendum ab officio ſuę curę per ſex menſes, Ric dec. 22. ſupradictum, p. 1.

Pater an poſſit præſentare ſilium ad ius patronatus ei competens, deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec 36. dubitatum fuit, par. 1. latè Ioſoſeph Ludouic. in ſuis commun concluſ. tit. de Iure patronat. concluſ. vnica, verſ. ampliatur 8. quòd pater, vbi plures Doct. citat ad hoc. Thoro.

Patronatus qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentãdi poſt Concil. ſi de nouo vacauerit beneficium, & iterùm præſentaret, an teneatur ad iſtantiam Fiſci de nouo docere de titulo, vel p̃rius fieri debeat inſtitutio, & manuteneri in poſſeſſione pręſentans ipſe, deciſum fuit, eſſe manutenendum in poſſeſſione, ſaluis Iuribus in petitorio, Ricc. collect dec 638. & dec. 238. quamuis olim, p. 2.

Pecunia Eccleſiaſtica ad emptionem prędiorũ deſtinata an cenſeatur res immobilis, ad hoc vt nõ valeat impẽdi abſquè ſolemnitatibus Extrauag. Ambitioſè, deciſũ fuit, cõnumerari inter mobilia, & ſucceſſiue nõ requiri Iuris ſolemnitates, Ric. dec. 261. pecuniam, par. 2. Epiſcopus Iſern. in ſua praxi Eccl. Curiæ Arch. Neap. c. 73. nu. 9.

Pœna quælibet adiecta in matrimonio erit reijcienda, & ſic deciſum, Ric. collectan. dec. 1568. Iul. Clar. §. fin. q 82. num. 2. Thoro.

Pœna priuationis beneficij non habet locum, etiam pro graui delicto, niſi in caſibus à Iure expreſſis, & ſic deciſum, Ricc. deciſ. 25. pluries fuit, par 2. Idem in collect. 985.

Pœna delationis armorum confunditur cum delicto vulneris, vel homicidij, & ſic deciſum cenſet Ricc. deciſ. 57. quàm clara, par. 2.

Pœna Parochi permittentis, aliquos mori de Parochia abſque Sacramentis, quæ nàm ſit, deciſum fuit, eſſe pœnam ſuſpenſionis biennalis, Ricc. deciſio. 106. imputabatur, par. 2.

Pœna falſi an locum habeat contrà vtentes falſis literis dimiſſorialibus, ad effectum recipiendi ordines ab alienis Epiſcopis, deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. collect. deciſ. 2064.

Pœna arbitraria puniunrur tentãtes à carceribus aufugere, & ſic deciſum, Ricc. collect. dec. 540. adde Menoch. de Arb. Iud. caſ. 299. nu. 3. Thoro.

Pœna pecuniaria an plecti debeant laici concubinarij, vltrà pœnam cenſuratum, deciſum fuit negatiuè, Ricc. collect dec. 684.

Pœna edictalis proueniens ex prohibitione facta Clericis acceſſum ad domos meretricum habentibus, an locum habeat in eo, qui ſemel, & caſualitèr inuentus fuerit, deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ 63. edicto Curiæ par. 1.

Pęna ordinaria, vel extraordinaria an plecti debeat Clericus præſentans apocas falſas Banco, & nõ exigens pecuniã, deciſum fuit, plectendum eſſe pœna extraordinaria, Ric. dec. 70. cùm qdã, p. 2.

Pœna contra Parochos indignè, & irreuerentèr tractantes Sacramentalia quæ nàm ſit, deciſum fuit, ob tale crimen per annum eſſe ſuſpendendos, Ricc. dec. 96. fuit inquiſitus, par. 1.

Pœna contra aſportantes pugiones, & ſtillectos iuxtà formam edicti Curiæ Archiep. Neap. an locum habeat contra aſportantes cultellum duorum palmorum, vulgò nuncupatum *à fronda d'oliue*, deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ. 122. verba edicti, par. 1. idem ſi fuiſſet cultellus vnius palmi, in Regno exiſtente Pragm. de quo per Tuntol. in iudic. vlt. num. 4. Thoro.

Pœna falſi ordinaria an poſſit puniri Notarius cõficiens falſitatẽ in inſtrumento nullo; fuit deciſũ negatiuè, Ricc. deciſ. 135. negatiua prodijt, p. 1. ad hoc videas Iacob. à Canibus in tract. de offic. Tabell. in rub. de pœn. notar. col. 2. verſ. & illa quoquè, vbi cũ diſtinctione loquitur, & meliùs Menoch. de Arb. Iud. caſ. 306. nu. 18. Thoro.

Pœna iniuncta per edictum Curiæ Arch. Neap. contra Clericos arma portantes, an poſſit ſede vacante execuutioni demandari, deciſum fuit negatiuè, Ricc. dec. 149. fuit dubitatum, par. 1.

Pœna impoſita Epiſcopo excõmunicanti abſquè ſcriptura, an locũ habeat in p̃cepto de aliquid faciẽdo ſub pœna excommunicationis lata ſententia, deciſũ fuit attenta loci opportunitate, & temporis dùm diuina, celebrabantur, ac carẽtia Actuarij obſtante, vndè præceptũ ſcribi nõ poterat, fuiſſe excuſatum Vicariũ tale præceptum comminantem, Ric. dec. 222. inter cętera. par. 2.

Pęna qua nàm puniri debeat Regularis audiẽs cõfeſſiones Fidelium abſquè licẽtia Curię, deciſum fuit, pœna ſuſpẽſionis ſaltim à poteſtate, gradu, & iuriſdictione habituali, quã in ſacerdotio receperat, quãquã per Curiã remiſſus fuerit Prouinciali, Ricc. dec. 146. capto, & carcerato, p. 2.

Pœna ordinaria, vel extraordinaria puniri debeat excedens modũ ſe defẽdẽdi, vel pro exceſſu tãtùm, deciſum fuit, puniri debere pœna extraordinaria arbitrio Iudicis pro exceſſu tantùm, Ric. deciſ. 164. moderamen. par. 2. de hoc videas quid fuerit deciſum per Magn. Cur. Vic. & per Sacr. Conſil. in meo Compend deciſion. Regni, verbo homicida, in noua impreſſione, Thoro.

Pœna clerici beneficiati omittentis recitare diuinum officium quæ nam ſit; deciſum fuit, eſſe arbitrariam, Ric. dec. 171. regularitèr, p. 2.

Pœna impoſita à ſtatuto ob aliquod attentatum, an locum habeat, ſi actus ſit de ſolo facto, & non de iure geſtus; deciſum fuit negatiuè, Ricc. dec. 174. prędictum dubium, p. 2.

Pœna qua nàm puniri debeat ſolicitans pueros; deciſum fuit in caſu contingenti, vbi ſolùm dictum pueri extabat, alijs autem indicijs ceſsãtibus, nullã pęnã eſſe, Ric. dec. 118. nõ loquor, p. 2.

Pœna edicti Curiæ Arch cõtra clericos aſportãtes arma, an locũ habeat in aggreſſo, qui in actu defẽſionis vtitur illis; deciſũ fuit negatiuè, quãdo in illo actu arma ſumeret, ſecus ſi ea aſportauerit

Digitized by Google

uerit continuè,Ric.dec.48 fuit dubitatum,p.2.

Pena tex. in cap. ad falſariorum , de crim. fal. an locum habeat contra falſificantes literas Cardinalis ſcribentis nomine Sanctiſſimi ; deciſum fuit negatiue, Ric.dec.42. in quadam cauſa,p.1.

Pena Nobilium an infligi poſſit clerico habenti ſuum Doctorem ; deciſum fuit negatiuè, Ric. deciſ. 216. ſeruatur in Curia, p.1.

Pena pecuniaria an puniri poſſit clericus cōcubinarius ab Epiſcopo;deciſum fuit affirmatiuè,& ità deciſū,Ric.in coll.dec.857.de hoc videas latè Menoch.de arb.Iud.caſ.418.per tot. Thoro.

Penā fractę relegationis an incurrat relegatus recedens ab Inſula ad effectum viſitandi matrem, morbo graui laborātem;deciſum fuit affirmatiuè,Ric.dec 67.pro nonnullis,p.2.ad hoc facere videtur tex.in l.3.§.ſi.ff.de re mil.ibi in bello,qui rem à Duce prohibitam facit autē,mādata non ſeruauit,capite punitur,etiā ſi rē benè geſſerit, vbi gloſ. in verb. geſſerit, ſubnectit hæc verba; Magna eſt virtus obediētiæ,& ſic eſt cōtra ſubditos pro Prælatis,vbi alia,quem ſiquidèm tex. pro ſingulari cōmendat Frāc.Cremen.in ſingu. 151.mandatū,vbi refert, aliàs ità feciſſe Dominationē Venetorum cuidam Capitaneo.Thoro.

Pœnam fideiuſſionis an ſoluere teneatur carceratus recedens à Palatio , vel alio locó ſibi pro carcere aſſignato , & intrà breue tempus rediens; deciſum fuit negatiuè, Ric.deciſ.226. in facti contingentia , par.2. eandemque deciſionem refert Epiſcopus Iſer. in ſua prax. Cur. Arch. c.27. ſub num.11. tangit hoc Muſcat. ſic concludens in prax. fideiuſſ par.2.q.1. num.20. ex mente Boer.dec.217. num.14. & 15. Thoro.

Pœnæ pecuniariæ,ſiuè compoſitiones,quæ vacante Sede Epiſcopali fiunt,an applicandæ ſint Cameræ Apoſtolicæ; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 290. de iure debent, p.2 ſed pijs locis, vt dixi ſupra in verb. Nuntius. Thoro.

Pœnitentia iniuncta à Papa in diſpenſatione matrimoniali inceſtuoſo viro,quòd opera ſua conferret fabricę Eccleſiæ,an à Delegato commutari poterit; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.collectan. deciſ. 704

Pœnitentiæ locus an detur in alienatione rei Eccleſię , ſi per ſucceſſorem fuerit contradictum, diſtinctione præmiſſa deciſum fuit,nàm aut cōtradictum fuerit antequàm obtentum fuiſſet beneplacitum Apoſtolicum, & tunc locus erit pœnitentiæ , poſt autem obtentum beneplacitum partes non poſſunt ampliùs pœnitere, nequè à contractu recedere,licèt non dùm fuerit ſubſequuta ſententia confirmatoria, vigore Breuis; ſi in euidentem per Commiſſarios Apoſtolicos,ſicq; deciſum,Ric.dec.31.non minus,p.2.

Percuſſio grauis an iudicetur lacerans cappuccium viro religioſo ; deciſum fuit affirmatiuè , Ricc. deciſ.194. cenſuit Curia, p.2.

Percuſſio ad inuicem inter clericos coràm Sanctiſſimo Sacramento ſine ſanguinis effuſione, & ſigillatione carnis , an dicatur grauis ; deciſum fuit affirmatiuè,Ricc.deciſ.250.in ſi. Hoſtienſis, p.2. dixi ſuprà in verb. iniuria,Epiſ.Iſern. in eius prax. Arch. c.28. Thoro.

Percuſſio grauis an iudicetur facta cum baculo in perſonā Confeſſatij,quinque vicibus percutiēdo,citrà carnis ſigillationem,& vulnus;deciſum fuit affirmatiuè,Ric.dec.250. Hoſtiens in c.p.2.

Peritis in arte ſtandum eſt , verùm quando vnus tantùm deponeret ei non ſtabitur , ſed neceſſe erit , vt duorum Peritorum teſtimonio credatur,& ſic deciſum,Ric.coll.1144 ſic videtur annuere Iacob.Machel.patroc.7.num.20.& cū iuramento,vt Idem in patroc.11.num.10. ſed meliùs gloſ.in rit.incip.itē ſi aliquis,vel aliqua, vbi loquitur de ſide infirmitatis facienda per duos Medicos,Carau,in rit.267.nu 6. & 8. Thoro.

Periurus an repellatur à teſtificando;deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec.18. pluriès, p.2. & in collectan. deciſ.1316. Adde Viuium in ſylua commun. opin. in opin. 958. teſtis , Phicard. inter commun. opin. lib.4.tit. de teſt.num.206. Affl. in Conſt.Eos,qui ſcientèr,nu.20. Thoro.

Periurus an ſit relaxandus à carceribus ſub iuratoria cautione;deciſum fuit negatiuè,Ric.dec. 114. relegauerat,p.1.ſuccedit regula vulgata , quòd ſemel malus , &c. hinc periurus conuictus de periurio in vna cauſa,nō admittitur ampliùs ad teſtimoniū,Affl.in Conſt.Eos,qui ſciētèr,n.20.pariformitèr periurus aliàs etiā in vna cauſa,parem licèt pœnitētiam egerit,iterùm in litē iurare nō poteſt, Plot.de in lit.iur.§ 50.n.3. vbi nu. 4.ſubdit,quòd periurus in vna parte, in totū in omnibus caſibus amittit beneficium iurium permittentium facultatem iurādi.Thoro.

Periurus ab agendo an repellatur ; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.151. affirmatiuam, p.2.

Periurus an dicatur per ſolam oblationem libelli ad effectum denegandi abſolutionem. à iuramento;deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.78. in facto,p.2.faciunt ad hoc addita per me ad Aun. in citata hic alleg.83.num.7. Thoro.

Permutare an poſſit clericus bona, ad quorum titulum ſit ordinatus , deciſum fuit affirmatiuè , Ricc.dec.17.cum quidam, p.1. licèt ibi correctio eiuſdem Curiæ dicat , fuiſſe opinionem Authoris,non Curiæ Archiepiſcopalis.

Permutatio beneficiorum iuxtà Bullam Pij V. quam nàm cauſam exquirat; deciſum fuit,ſufficere expedientiam,ſeu vtilitatem perſonarum, Ricc.deciſ.43. fuit dubitatum, p.1.

Petens debitum ſolutum , non incidit in crimen ſtellionatus, niſi effectualitèr exegerit,& ità deciſum, Ric deciſ.40. cùm verba. p.1. vide quid fuerit déciſum per M. C. in meo Comp.deciſ. Regn. verb. petens. Thoro.

Populares diuites,& honeſtiores ad pœnas ignominioſas cōdemnari nō debent,& ità deciſum, Ric coll.dec.664. & idem Ric.dec 19.quoniam apertiſſime,p.2.vbi additio eiuſdē Curiæ Arch. ceſet,hæc verba addēdo,Curia tamē Archiepiſcopalis attenta qualitate delictorum aliquando receſſit ab huiuſmodi determinatione. Thoro.

Poſſeſſor tempore litis motæ præcedere debet in controuerſijs præcedentiarum, & ità deciſum, Ric.deciſ.256.num.9. facta præſentatione, p.2.

Poſſeſſor immemorabilis an præferatur quòad mandatum de manutenendo habenti intentionem fundatam; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ.282. communis, & trita, p.2.

Poſſeſſor conuentus actione hypothecaria , vt valeat rem obtinere an teneatur offerre totum

credi-

creditum, ſi res poſſeſſa fuerit minoris valoris; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.263. melioramenta,p.2.ſic in terminis deciſum fuiſſe in S.C. refert Vrſill.in dec.Affli.199.ſub nu.3.quem ſequitur Aſcia in deter.89. n.5. vt in meo Comp. deciſ. Regn. verb. poſſeſſor. Thoro.

Poteſtas Exequutoris Apoſtolici durat vſquè eò, quòd prouiſus inductus ſit in poſſeſſionem, & ſic iudicatum,Ric.dec.58. fuit dubitatum, p.1.

Præceptum de non conuerſando cum muliere inhoneſta an comprehendat etiam licitam,& neceſſariam conuerſationem; deciſum fuit,non comprehendere, Ric.dec.110. ſępè acciderat, p.2. ſimile videas in meo Compend.deciſ. Regn.verb. contumacia ex citatione,ſimilitèr pęnam non debet Fiſcus exigere ab illò, qui aliquem alloquitur contra ordinem, quando non eſſet paſſus damnum, Vrſil.dec.130.n.8. Thoro.

Præferri quis debeat in vẽditione facta ab Eccleſia duobus;deciſũ fuit,illũ eſſe præferendũ, cui priùs Eccleſia vẽdiderit,Ric.coll.dec.873.vide Alph.in coll.189.vbi hæc,& alia refert. Thoro.

Subſcribens ſe ſcripturæ non lectæ an cẽſeatur illam approbare; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. dec. 172. in quampluribus, p. 2. habetur enim ac ſi totã ſcripturam ipſe cõfeciſſet, & ſubſcripſiſſet, Grãm. in conſ. ciuil. 34. hinc apocha ſcripta manu tertij, ſubſcripta verò manu alterius, habet cõtra eum paratam ęxequutionem, Molf in Comm. ad Cõſuet. Neap. p. 8. q. 4. n. 8. & 9. dum-

modò ſubcribẽs ipſam legerit, atquè ſcriuerit, aliàs ſecus, ſecundùm Bart. in l. ità ſtipulatus, ff. de verb. oblig. per Pet. Garſ. dict. 86. fallit etiã ſi ſe ſubſcripſerit inſtrumẽto, & ſignaſſet, Grãmat. conſil. ciuil. 66. n. 71. Secũdò fallit, niſi eſſent cartæ albæ ſubſcriptæ, Ann. ſing. 27. Coſt. in prax. cõuen. p. 2. clauſ. 68. Tertiò, ſi ſe ſubſcripſerit vt Officialis, & ſimilia, nõ præiudicaret ſibi nomine proprio, idẽ Gramm. conſ. ciuil. 86. n. 24. & quid probandum, vt ſibi prẹiudicet, Marcell. Calà de mod. articul. §. 2. gloſ. vnica, num. 388. Thoro.

Succeſſio in iure patronatus an in ſtirpem, vel in capita deferatur; deciſum fuit, in ſtirpem eſſe deferendam, Ric. deciſ. 120. abſquè difficultate, p. 2. adde Claud. Tut. in quæſt. iur. patron. q. 6. num. 2. Morot. in reſpon. 33. lib. 1. Thoro.

Succeſſor an teneatur ſtare locationi pro anno cẹpto moriente anteceſſore; deciſum fuit, benè teneri nouum Dominum ſtare Colono, ſi idem Colonus fundum ſeminaſſet, & ſumptus feciſſet, Ricc. collect. dec. 1007. ad hoc reperi quandam Apoſtil. Dominici Guerr. V. I. D. ad prax. Epiſ. Iſern. Curiæ Archiep. Neap. ſic dicentis: Nota pro Colono aduerſus ſucceſſorem in beneficio, quilibet ſucceſſor tenetur ſtare locationi factæ per anteceſſorem quòad fructus propediè maturandos, fructus enim de proximo recolligendi habentur pro recollectis, gloſ. & Bar. in l. diuortio, ff. ſolut. matr. §. interdùm, & probat Illuſtriſſ. Card. Tuſc. in ſuis pract. concl. tom. 5. concl. 418. num. 33. vbi allegat deciſ. Pedemont. 182. & firmat ibid. num. 46. vbi dicit, quòd ratione fructuum propè maturandorum debet Colonus partiarius obtinere contra ſingularem ſucceſſorem, quia in eis habet ius, ſecus verò quòad ſequentes annos, idem tenet, & probat Fulgoſ. in conſil. ſuo 125. quod incip. Reuer. in Chriſto Pater, per tot. ſucceſſor vniuerſalis indifferẽtèr tenetur ſtare Colono, Alex. in l. ſi filio, §. ſi vir ff. ſolut. matr. Abb. in cap ſi. nè Prælat. vic. ſuas, Guid. Pap. dec. 480. Ità conſului, & obtinui ego præſenti anno 1608. in cauſa D. Annibalis Cipreſſi Presbyteri Theanenſis, cum Notario Sixto Paſcali Marcianenſ. Nam cùm ipſe D. Annibal ſucceſſiſſet per reſignationem beneficio ſimplici Sancti Petri Arcellæ, ſiſtentis in Territorio Vairani Thean. Diœceſis prætendebat, non ſtare locationi factæ dicto Notario Sixto per Procuratorem anteceſſoris, ſed alitèr fuit iudicatum, fuit enim poſſeſſionem adeptus de menſe Iunij, quo tempore recollectio frumenti, & aliarum frugum iàm proxima erat. Dominicus Guerra V. I. D. & ſubſequitur, adde quẹ dicit de hac materia Dominus Quaran. in Summ. Bull. verb. alienatio, nũm. 19. per tot. vbi probat, quòd ſatis eſt, annum, vel laborerium eſſe incẹptum, & res non ſit ampliùs integra, vt pro anno incẹpto ſucceſſor in beneficio teneatur ſtare Colono, adde deciſ. Pedemo. 182. Cẹph. conſ. 181. Delphin. deciſ. 196. Caualc. dec. 44. Rot. Rom. in vna locationis Auximanæ die 24. Ianuarij 1590. vbi omnes concludunt, quòd quando Terrẹ ſunt ſatæ, & res non eſt ampliùs integra, pro anno incẹpto ſucceſſor in beneficio tenetur ſtare locationi factẹ per anteceſſorem, ego autem vltrà allegatos cito Caroc. in tract. de locat. & cond. par. 3. tit. de reb. Eccl. locan. concl. 13. Thoro.

Subdelegatio an impediatur exiſtente clauſula, conſcientiam tuam oneramus; deciſum fuit negatiuè, Epiſ. Iſer. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 83. num. 5. multa notatu digna circa iſtam clauſulam tradit Ioan de Anan. in conſ 34. viſis, & ibi Bologn. & quid importet iſta clauſula, vide Mart. in vot. 86. num. 22. Thoro.

Superficies, in qua impoſitus fuerat primus lapis pro Eccleſia ædificãda, an poſſit alienari abſquè ſolemnitatibus Extrauag. ambitioſẹ; deciſum fuit, poſſe alienari, Ricc. deciſ. 199. deſtinauerat, p. 1. Eccleſia enim aliquando pro domo ad honorem Dei per Epiſcopum ẹdificata inter ceteras ſignificationes capitur, Luc. in l. id ab vnaquaquè C. de ann. & trib. lib. 10. & ſic materialitèr, ſicuti enim domus ſecundùm Dialecticos ex tribus cõſtare dicitur, ſcilicet fundo, pariete, & tecto, & ſecũdùm Iuriſtas ex ſolo, & ſuperficie, glo. in l. ſolum, ff. de rei vend. verſ. ẹdiũ, nec dicitur vera domus, niſi conſtructa fuerit, quanquam etiam mentalitèr dici poſſit machina, non ſolùm artificialitèr, Affli. in Conſt. Poſt mundi, ſub n. 2. hinc ſi teſtator mandaret, in domibus ſuis fieri Eccleſiam, non tamen adhùc dicitur Eccleſia, Bal. in l 3 nu. 2. C. de furt. ſtatutorum enim verba, præſertim contrariorum propriè, & verè ſunt intelligẽda, nõ fictè, & impropriè, Tiraq. in tract. le mort ſeiſit leuit, p. 2. decl. 2. nu. 4. & propterea ſecundùm verum, & proprium ſignificatum intelligi debent, Alex. conſ. 215 lib. 2. num. 1. conſ. 153. n. 4. lib. 7. & conſ. 185. nu. 13. eod. volum. Thoro.

Suſpectus de hæreſi dicitur qui tenet libros hæreſis, & ſic deciſũ, Ric. coll. dec. 1101. & de hoc menſe Auguſti 1619. audiui, fuiſſe quendam cõdemnatum per triẽnium ad carceres ipſius Curiæ Arch. Neap. eò, quòd fuerat pẹnès eum repertus liber prohibitus, & ſic exequutũ, ad materiam ipſam, ſi reperiantur libri hæreſis pẹnès aliquẽ: an ſufficiant ad eum conuincendũ de hæretica prauitate, vide Io. Arnon. in probl. 10. ad Conſtitutionem, & Caroc. in tract. de re furtiua pẹnès tertium repert. q. 4. nu. 2. Thoro.

Suſpectus de hæreſi an iudicetur quis vtendo ſpeculo, vel phiala ad effectum ſciendi futura contingentia; deciſum fuit affirmatiuè, & proindè abiurare teneri, Ric. dec. 244. cenſuit Curia, p. 2. & de hoc memini ſuprà eod. verb. hæreſis, vbi addita. Thoro.

Suſpitio Conſultoris in Curia Archiepiſc. Neap. allegatur tantùm, & iuramentum, quod præſtatur, non animo calumniandi proponi debet abſque cauſæ probatione, & ſic deciſum, Ricc. deciſ. 233. nil grauius, par. 2. hoc enim procedit de iure canonico, ſecus tamen de iure ciuili, Vezin. & Villal. inter commu. opin. lib. 9. tit. de accuſ. nu. 183. & ibi Bonac. nu. 184. cum ſeq. plura ad ornatum recenſent. Thoro.

Suſpitio an militet, ſi Iudex, qui iudicaturus eſſet in cauſa fuerit offenſus ab inquiſito in dignitate, vt putà per falſificationem ſigilli; deciſũ fuit negatiuè, Ric dec. 54. cùm tractaretur, p. 2.

Suſpitio Iudicis etiam poſt litem conteſtatam ex noua cauſa admitti debet, ſicq; deciſum, Ricc.

collect.

collect.1082. Adde Carau. in rit.265. num.10.& ibi addita per me. Thoro.

T

TEmpus triennij experientiæ datum ad diſſoluendum matrimonium ob frigiditatem, à quo incipi debeat,& an illud debeat eſſe continuum; deciſum fuit, eſſe computandum à tẽpore, quo ceptum eſt à coniugibus copulæ vacare, nec alitèr eſſe continuum, ſed ciuili modo intelligendum, nẽpè vt toto triennio coniuges vacent copulæ debitis horis,& locis, nõ mathematicis continuè, Ric dec.124. aperta ſunt, p.2. & in prax. variar. reſol. in reſol.184. alia verò ad ornatum iſtius materiæ idem Ricc. collexit in collect.555. de iſto modo, & alijs probandi frigiditatẽ proſequitur Marcell. Calà de mod. artic.§.2 gl. vnica, nu 285. quò verò ad tẽpus continuum, vt intelligatur ciuili modo cum aliquo interuallo, exẽplificando multa recenſet Carau. in rit.15. per tot.& ibi addita per me. Thoro.

Tempus ſemeſtre ad conferendum beneficium an currat Epiſcopis à die, quo curris patronis ad præſentandum; deciſum fuit, currere ab eo die, quo ſcire cognouerit, beneficiũ ad illum ſpectare iure deuolutionis, Ric. dec.186. in Curia Archiep. p.2. ad hoc videas Amat. dec. Ancon. 4. num.22. Tutium in q.54. iuris patronatus nu.4. & 5. Thoro.

Tempus torturæ remittitur abitrio Iudicis,& ſic deciſum, Ricc. collect. deciſ.811. ad hoc videas Tranquill. Ambroſ. in ſuo proceſſ. inform. lib.4. cap.3. num.3. & 4. Thoro.

Tempus carceris poſt ſententiam an ſit computandum in tempus exilij; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec.45. quoniam carcer, p.2. Capibl. in pragm.7 nu.27. de Baron. dixi in meo Compend. deciſ. Regn. verb. tempus,& verb. carceratus, Amend. & Viſcon. ad Franch. deciſ.317. vbi alios Doctores citant. Thoro.

Termini plures appellanti an poſſint per Iudicem à quo præfigi ad proſequẽdum appellationem; deciſum fuit affirmatiuè, hoc eſt decem dierum ad recipiendum, Apoſtolos, decem ad iter arripiendum, & ſe præſentandum conſpectui Apoſtolico, & decem ad faciendũ fidem Vicario de diligentia in impetratione reſcripti cum cõminatione, Ricc. dec.262. appellans de iure, p.2. pleniùs p Veſtr. in prax. Cur. Rom. lib.8. c. vlt. n.8. Muſc. in prax. S.C. lib.2. p.3. glo. probandum, n.76.& ſeq. vbi quid de hoc in Regno in cauſis prophanis ſit vſu receptũ tradit. Thoro.

Terminus an concedendus ſit in cauſa habilitationis à iuramento, parte aduerſa comparente; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. dec.30. petierat, p.1. circa hoc vide Andr. Gayl lib.1 pract. obſeru. in obſeru.23. num.2. vbi concludit, parte opponẽte litem conteſtari in abſolutione à iuramento, & legitimo iuris ordine procedi, ſic paritèr in vidua eligente forum, ſi ei fuerit oppoſitum ab aduerſario, non competere priuilegium, eò quòd eſſet inhoneſta, dabitur terminus,& ſic obtinuiſſe refert Tartagl. in prax. ciuil c.3. ſub num.10. de quo per Carau. in rit.19. nu.26.& 27. vbi plura addidi. Thoro.

Terminus an concedendus ſit aduerſus literas cãbij; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec.166. quoniam literæ, p.1. certum eſt, ipſas literas habere exequutionem paratam, præſertim vltrà diſpoſitionem iuris communis, ex pragm.1. de liter. camb & tunc exequutionem haberent, quando fuerint acceptatæ;& nil contra eas oppoſitum, Afflict. in Conſt. Cauſa per, nu.10. cum ſeq. tunc obſtante exceptione, vel oppoſitione exequutio impediretur, quarè intentio allegantis probanda erit, vt releuetur, quòd ſit præuio termino, & termini omnes ſunt in arbitrio Iudicis, Carau. rit.73. nu.1. multas quæſtiones de literis cambij refert Maran. in Spec. par.6. act.6. nu.46. & ſeq. idem Ric. collect.40. Thoro.

Terminus nouus an ſit ſtaduendus in cauſa reuiſionis ſententiæ, vel ex eiſdem actis iudicare; deciſum fuit, abſq; nouo termino ex eiſdẽ actis decidi poſſe cauſam ipſam, Ric. dec.223. varijs, p.2. ad hoc videas Reg. Rouit. in pragm.1. de appell. nu.23. allegat Turret. conſ.2. vol.2.& Leon. conſ.65. nu.2.& vltrà eos iuxta deciſa per Ric. allego Andr. Gayl. lib.1. pract. obſeru. in obſer. 154. n.2. quid in reuiſione computorũ, an ſit dãdus terminus in cauſa, vide Præſ. de Franch. dec.347. quem citat idem Reg. Rouit. in pragm. 5. nu.47. de admin. vniuer. Thoro.

Terminus præfixus à Iudice appellanti, qui impeditus fuit, an duplicari debeat; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec.207. cenſuit in caſu, p.2. de hoc videas, quomodo, & quando procedat, Iacob. Machell. in patrocin 9. Thoro.

Teſtes, qui præſentes in facto fuerunt pro ferendo teſtimonio cogi poſſunt, immò torqueri, quod non procedit, niſi concurrente mendacio,& ità deciſum, Ric. collect. dec 1143. infra eod. verb. teſtis; Adde Tranquill. Ambroſin. in ſuo proceſſ. inform. lib. 1. c.4. num.10. Iul. Clar. in §. fi. q.25. verſ. torquetur etiam. Thoro.

Teſtes duo inhabiles, non tamen omni exceptione maiores, an conuincant in criminalibus occultis; deciſum fuit affirmatiuè, Ric. deciſ.196. magna fuit, p 1. videas Reg. de Pont. in dec. 16. nu. 12.& ſeq. Tranquil. Ambroſ. in ſuo proceſſ. lib. 1. c.2. nu.24 & ſeq. Thoro.

Teſtes deponentes de ſæuitijs ad effectum ſeparãdi matrimonium cuius qualitatis eſſe debeant; deciſum fuit, ipſos teſtes exceptiones patiẽtes non admitti, nec de auditu aliter deponentes, ſimilitèr ſi eſſent ſingulares, Ricc. dec.120. ſępiſſimè in Curia, p.1. Nota, quòd teſtes in cauſa matrimoniali debent eſſe omni exceptione maiores, ſiuè agatur ad probandum matrimoniũ, ſiuè ad infringendum, Fran. Turzan. inter commu. opin. lib 1. tit. de nupt. nu 62. Anto. Gab. lib. 6. com. opin. tit. de teſtib. concl.10. nu.3. Thoro.

Teſtes duo deponentes de ijs, quæ viderunt in minori ætate, an cõuincant; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. dec. 151. magna fuit p.1. vbi correctio Curiæ dixit, contrarium deciſum fuiſſe,& fuiſſe opinionem nonnullorum tantùm, ità tenentium,& cum iſta opinione annuit Pariſ. cõſ.107. vol.1. nu.63.& conſ.98. vol.3. n 76. hinc pro cõcordia allego Alex. in conſ.29. nu 12. lib.7. quòd teſtificari quis nõ poteſt de eo, quod vidit in infantia, ſed benè de eo, quod vidit dùm erat puberta-

bertati ꝓximus, ſeù de eo, quod vidit impubes etiam octennis, ſubnectit Idem in conſ.88. n.22. lib. 5. an autem fieri debeat recognitio hominis delinquentis capti ſub guidatico, & in priſtinã libertatem deponi iuſſum antè eius depoſitionẽ per teſtes, qui interfuerunt in delicto, licèt eum nec per nomen, nec per cognomen nominauerant, aſſerentes, ſi ipſum vidiſſent, cognouiſſent, nam cõtingi poterat mors teſtium, vel mutatio faciei inquiſiti, dùm erat iuuenis, vide Franch. dec.590.& teſtis dictũ aſſerẽtis, ſe recognoſcere aliquem, quia illum tali tempore vidit, valet, & probat, Ant.Corſ.in ſing.verb.teſtis 19. Thoro.

Teſtes de immemorabili deponentes, an ſit neceſſe quòd deponant requiſiti ſinguli de ſingulis, an verò ſufficiat omnes, vt in vniuerſum id deponant; deciſum fuit, ſufficere, vt omnes in vniuerſum id deponant, Ricc.dec.161.practicatur quotidiè, p.1.de hoc videas in meo Comp.deci. Regn in verb. præſcriptio centenaria, vbi vltrà deciſiones S.C.& R.C.conformes huic deciſioni alios DD. allegaui. Thoro.

Teſtes deponentes ſcire id, quod audiuerant à viro fide digno, an poſſint puniri de falſo; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.137.quoniam veta, p.1. ad hoc vide Anto.Gab.lib.7.com. opin.tit.de crim. concl.8. nu.55. Thoro.

Teſtes de auditu quando admittuntur ad probandum deſcendentiam, debent concordare cum perſonis, à qbus audiuerint, Ric.coll.dec.1260. vide Aym.Crauett.de antiq. temp.p.1.§.viſo de fama, fol.95.à ter.ſub nu. 3. & ſeq. Thoro.

Teſtes in cauſa matrimoniali poſt publicationem an produci poſſint; deciſũ fuit affirmatiuè, Ric. dec.44 cùm caſus, p 2. Vezin.inter com.opin. tit de teſt.nu.7. faciunt collecta ad hoc per ipſum Ric coll. 1769. & quando poſt didicita teſtificata, late Iaſ. in conſ.15. vol.1. Thoro.

Teſtes alios an producere poſſit Eccleſia poſt didicita teſtificata; deciſum fuit affirmatiuè, ſed per viam reſtitutionis in integrum, Ric.dec.70. Etſi clara, p. 2. ſi enim hoc minori, & mulieri conceſſum ſit, Balb.dec.187. multò fortius Eccleſiæ, quæ eis comparatur, Euerard. in Top. loc. à minore ad eccleſ. Thoro.

Teſtes in cauſa hæreſis ſocij criminis an conuincant inquiſitum; deciſum fuit negatiuè, Ric.deciſ.111.fuit reſolutum, p. 2. addo Menoch.de arbit caſ.474.nu.28. Thoro.

Teſtes deponentes, habere notã manũ ſcribentis in literis cãbij, an probent; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.225.quãuis regulariter, p.2.in reliquis verò priuatis ſcripturis quid dicendũ, vide Mart.in voc.45.Strac.de mercat.in fin.tit.quom. in cauſ.merc.proced tit de prob. nu.11. & ſeq. loquitur etiam de iſtis literis miſſiuis. Thoro.

Teſtes Moniales inductæ an probent in fauorem Monaſterij ſui; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. dec.296.pro abſoluto, p.2.videas Bellon in cõſ. 63. nu. 16.ſic concludentem in Monacis deponentibus pro ſuo Monaſterio, vltrà Iaſ.in conſ. 124 nu 3.vol.1. Thoro.

Teſtes inhabiles in caſibus à iure expreſſis an admittantur abſq; tortura; deciſũ fuit affirmatiuè, Ric.dec.268.cõcludit, p.2.vide Franq.Ambroſ. in ſuo ꝓceſ.inform.lib.1.c.2.n.14.& ſeq.Thoro.

Teſtes examinati, & iurati in faciem inquiſiti, qui fecerunt confrontationem, an poſſit repeti cũ interrogatorijs inquiſiti; deciſum fuit affirmatiuè, Ric dec. 243. de iure eſt, p.2.ſuprà eod. verb.interrogatoria. vbi aliqua notaui. Thoro.

Teſtes alij in criminalibus poſt publicationem non ſolùm poſſunt examinari, ſed etiam ijdem examinati poſſunt repeti, & ità deciſum, Ricc. coll.dec.1768.ad hoc vide Iul.Clar.in §.fi.q. 62. per tot.& quomodò intelligatur, Foller.in prax. crim.rubr. fiat public. Thoro.

Teſtes deponentes, vidiſſe fieri macriatam, non tñ lucente Luna, an probent; deciſum fuit negatiuè, Ricc.dec.63.cùm aperta, p.2. at in omnibus delictis hoc exigitur, vt teſtes deponant delictum nocturnum cum iſta qualitate lucente Luna, vel quòd erat clarus aer, aliàs non valerent, Boſſ.in tit. de reſponſ. à reo facien.nu 5.Claud. Tut.in alleg.35 num.28, extat de hoc prag.29.§. 17.de offic.Magiſt. Iuſt. Thoro.

Teſtes in criminalibus poſt publicationẽ poſſunt examinari, quando certum eſt, nullam adeſſe ſubornationem, dummodò concurrat iuſta & magna cauſa, & ità deciſum, Ricc.coll.dec.1788.licèt enim aliter teneat Foller.in prax.crim rub. fiat publicatio, n.2.& 3.quem citat Carau.in rit. 69 n.16, qui tenet cõtra Foller.attamẽ Iul. Clar. in §.fi.q.61.n.2. ſuppoſita eius diſtinctione reſidet, teſtes ad offenſam præſertim poſt publicationes non eſſe admittendos, eò quòd maximus timor ſubornationis ſubeſſe cernit, & via fraudibus aperiretur, ſed exiſtente cauſa an ceſſante ſubornatione procederet, at quãdo examinãtur ex officio nequit opponi, eos eſſe ſubornatos, quia præſumitur pro Iudice, ſecus ſi per partẽ, Blanc.in prax crim.§.mortuo, nu.38. Thoro.

Teſtes iurati in faciem inquiſiti, & examinati, ſi fecerint confrontationem, an poſſint repeti cum interrogatorijs inquiſiti; deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.243.de iure eſt, p.2.ad iſtam materiã conferunt concluſa per Ambroſ.in ſuo proceſ. inform.lib.3.c 1.nu.49.& ſeq. Thoro.

Teſti an potiùs quàm Actuario credendum ſit, aliter depoſuiſſe, quàm ſcriptum fuiſſet; deciſum fuit, potiùs Actuario credẽdum eſſe, quàm parti, Ricc. dec 247.ſępè accidit, p.2. & in prax. var.reſol.in reſol.451. Marcel.Fortu. in tract.de verit.& error, p.2.poſt nu.112. Thoro.

Teſtibus ſingularibus fidem adhibere arbitrio Iudicis relinquendum eſt, & ità deciſum, Ric.coll. 1084 adde Menoch.de arb.Iud.caſ.99. Thoro.

Teſtibus renũciantibus eorum commodo in cauſa propria, an credatur, ſi depoſuerint contra Parochum de iniuſta acceptione pecuniæ; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. dec. 146.quoniam vera, par. 2. ſicuti & teſtes deponentes in cauſa vſurariæ prauitatis, eorum commodo renunciare debent; Aſcia determin.97. num 7. & ſic eis credendum erit; nã teſtis deponens in cauſa, quę ad ipſius cõmodũ, vel incomodũ ſpectat, fidẽ nõ facit, Roder.Suarez in alleg.18.n.1. Bellon.conſ.63.nu.13.& propterea ei renũciare priùs debet, ſimiliter teſti, cui laus, & opprobriũ imminet non creditur, Alex.conſ.86.nu.6. lib.2. Curt. Iun. conſ.165. num.21. Thoro.

Teſtificari Clericus prohibetur coràm Iudice ſeculari

culari abſquè licentia Epiſcopi, & ſic pluriès deciſum; ſed an valeat depoſitio abſquè licentia facta, licèt concludatur, ei credendum eſſe, hoc tamen non eſt verum, cùm videatur quodammodò ſe obtuliſſe ad teſtificandum, quæ omnia procedunt in ciuilibus, non in criminalibus, Ric. dec. 61. aperta ſunt, par. 2. ad hoc videas Fuſc. ſingul. 95. lit. C. Angel. Clauaſ. in ſumma, verbo teſtes, nu. 4. Foller. in fragm. ſuæ praxis, nu. 9. ſed meliùs Carau. in ritu 144. vbi addita per me, & quid in Monaco deponente abſquè licentia Superioris, an ei credatur, Aſcia determ. 1. num. 61. & 62. Thoro.

Teſtimonium parentum in cauſa matrimoniali an admittatur; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ. 144. Et ſi vera, par. 2. & meliùs Ant. Gabriel hic ab authore citatus in eod. tit. concl. 9. vbi iſtam materiam prolixiùs examinat. Thoro.

Teſtis deponens extrà articulum an probet, deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 47. abſquè vlla, p. 2. vide Muſcat. in praxi Sacr. Conſ. lib. 1. par. 5. gloſ. examinantur, num. 2. vbi additio eiuſdem in lit. A. plures Doct. citat, Viuius inter commun. opin. lib. 4. tit. de teſtibus, num. 355. nouiſſimè Maur. Iun. in alleg. 57. Amat. deciſ. Ancon. 7. num. 11. Thoro.

Teſtis varius multipliciter dicitur, primò, qui contraria deponit, ſiuè in eodem examine, ſiuè in diuerſis, item ſi negat quæ priùs dixerat, & proindè, vt ei credatur torquendus erit, ſicquè paſſim obſeruari in Curia Arch. Neapol. refert Ricc. deciſ. 148. in Curia, par. 1. teſtes varij, & vacillantes qui dicantur, Foller. in praxi crim. rubr. cap. informat. num. 60. & 61. Ambroſ. in proceſſ. inform. lib. 1. cap. 4. num. 10. & qui poſſint torqueri, idem Tranq. Ambroſ. vbi ſuprà num. 67. Fuſc. ſing. 127. teſtis, idem Foller. in rub. Et ſi confitebuntur, num. 5. 6. & 7. Battand. in regul. 46. & 47. Thoro.

Teſtis an poſſit interrogari de certa hora rei geſtæ, elapſis iàm ſex menſibus; fuit deciſum affirmatiuè, Ricc. deciſio. 25. Reuerendus, par. 1. horarum conſideratio multum prodeſt, Carau. in ritu 186 num. 5. præſertim in prelationibus, vt exemplificando tradit Camp. in cap. Frequens, num. 19. & ſeq. eò quòd horarum diuerſitas diuerſitatem actuum cauſat, Doct. inter comm. opin. lib. 8. tit. qui pot. in pignor. nu. 21. Thoro.

Teſtis ex interuallo an poſſit corrigere dictum ſuum in fauorem Fidei, deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ 57. teſtis, par. 1. ex interuallo teſtis regularitèr dictum ſuum corrigere poteſt, quando incontinenti vellet corrigere, & ſpontè, ſecus ſi metu tormentorum, tunc etiam ex interuallo poterit, Rom. ſing. 808. dicit, vbi Pignol. ponit alias limitationes, & quando admitti debeat, Viuius in ſylua commun. opin. in opin 905. verſ. immò teſtis. Thoro.

Teſtis incontinenti dictum ſuum corrigere non poteſt abſquè Iudicis mandato, & ſic deciſum, Ricc. collectan. deciſ. 139. Vide Foller. in praxi crim. rub. Cap. inform. nu. 57. quando dicatur incontinenti ſe corrigere, vide Capyc. dec. 142. per totam, & quando admitti debeat, & quomodò, Idem deciſ. 61. Thoro.

Teſtis falſus deponens coràm Delegato in cauſa matrimoniali an cognoſci debeat à Vicario ſucceſſore, deciſum fuit affirmatiuè, Epiſc. Iſer. in ſua praxi Cur. Archiep. cap 83. licèt Ricc. var. reſol. in reſolut. 140. num. 8. dicat, teſtem falſum deponentem coràm Delegato, ab eo eſſe puniendum, procederet in caſu illo, verùm tamen ſi delegatio fuerit facta Vicario, & ſic dignitati, non eſt dubium, quin ad ſucceſſorem Vicariũ extẽderetur, per ea, quę dicam infrà in verbo Vicarius, nàm Iudex ſucceſſor eſt eadem perſona cum prædeceſſore reſpectu officij, Carau. in ritu 310. num. 4. non mirùm igitur, ſi ſucceſſor Vicarius poterit punire teſtem falſum deponentem coràm prædeceſſore delegato, & infrà eod. verbo Vicarius eandem deciſionem commemorat Ricc. Thoro.

Teſtis vnicus omni exceptione maior an faciat indiciũ ad torturã, deciſũ fuit affirmatiuè, Ric. dec. 269. viſum eſt, p. 2. adde Fuſcum ſingul. 29. teſtis, Bonac. & Bellac. inter commun. opin. lib. 9. tit. de quæſtion. num. 64. 65. & 66. Aſcia determin. 64. nu. 13. & determ 143. num. 10. Thoro.

Teſtis pro eruenda veritate an torturæ ſubijciendus ſit, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & ſi regularitèr negatiuè concludatur, attamen quando teſtis fuiſſet præſens facto, ſecus erit, & ſic iudicatum, Ricc. deciſ. 245. teſtis, par. 2. vbi alios conſimiles caſus recenſet, de quo ſuprà eod. verbo teſtes, qui præſentes, vbi aliqua notaui. Thoro.

Teſtis an varius dicatur, ſi incontinenti ſe correxit, deciſum fuit negatiuè, Ric dec. 197. cùm de hoc, par. 2. Foller. in praxi crim. rub. cap. informat. ſub nu. 59. ſed meliùs Viuius in ſylua commun. opin. in opin. 905. verſ. immò teſtis. Thoro.

Tex. in l. quotiès, C. de rei vend. an procedat in Eccleſia vendente, deciſum fuit negatiuè, Ricc. dec. 177. diſpoſitio illius, par. 1. adde Alph. collect. 189. vbi plures Doct. ad hoc citat. Thoro.

Tex. in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. de locat. an locum habeat ob ſuperuenientiam noui tituli, deciſum fuit negatiuè, Ricc. collect. deciſ. 1508. multos Doct. citat Alph. collect. 655. ad ornatum illius tex. Thoro.

Tormenta an mutentur in Curia Archiepiſcopali, deciſum fuit negatiuè, Ric. deciſ. 102. de Iure cõmuni, par. 1. varia autem tormentorum genera practicabilia recollexit Tranq. Ambroſin. in ſuo proceſſu inform. lib. 4. cap. 1. num. 2. & ibi Addit. Franc. Bernard. refert caſũ aliàs occurſum in Curia Archiep. Mediolani de nouo genere tormenti illati cuidam presbytero. Thoro.

Torqueri an poſſit indultatus de delicto, deciſum fuit affirmatiuè, Ric. dec. 38. Et quia p. 1. videas ad hoc Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 21. nu 26. Capiblanc. in prag. 6 nu. 70. de Baron. Caball. reſol. crim. cent. 1. caſ. 29. dixi in meo Comp. deciſ. Regni, verbo ſocius criminis. Thoro.

Torqueri an poſſint Clerici ex indicijs, nulla diffamatione exiſtente, deciſũ fuit affirmatiuè, Ric. dec. 100. Et ſi Clerici, p. 2. & de hoc pleniùs per Epiſ. Iſer. in eius praxi Arch. c 69 n. 18. Thoro.

Tortura an inferri poſſit pro furto parui valoris, deciſũ fuit negatiuè, Ric. dec. 12 reſolutio, p. 2. adde Camp in cap. Ad hoc n. 140. cum ſequentibus addit. præſertim in vltima noua additione,

ità

ità concludit ex mente nonnullorum Doct. & ità communitèr practicari teſtatur. Thoro.

Tortura an locum habeat in cauſa ciuilitèr intentata, quæ habet delictum annexum, exempli gratia, ſi depoſuerim pœnès te aliquid, & dùm repeto, negas depoſitum, certum eſt, furtum eſſe commiſſum, & ità deciſum, Ric.collect.dec. 2069.& in dec 39.fuit dictum, p.1.& in remiſſione id procedit, quotiès ob delictum non criminalitèr, ſed ciuilitèr ageretur, vide Eundem in praxi var. reſol. in reſol.81. Thoro.

Tortura an inferri poſſit pueris ſodomitatis, & mulieribus aſſerentibus, eſſe ſtupratas, deciſum fuit affirmatiuè, Epiſc. Iſern. in ſua praxi Cur. Arch Neap. cap.80. & idem in læna concludit Aſcia in determin.159. num.17. Thoro.

Tortura an repeti poſſit, vbi apparet, tortum illuſiſſe tormentis, illamquè euaſiſſe per aliqua medicamēta, deciſum fuit affirmatiuè, Ric.dec.103. fuit dubitatum, par.1. An, & quando tortura repeti poſſit, vide Tranquill. Ambroſ. in proceſſ.inform.lib.4 cap 4 per totum. Thoro.

Tranſumptum de Regeſtro ſupplicationum Papæ nō facit fidem, ſecus de tranſumpto ex Regeſtro Bullarum literarum Papæ, & ſic deciſum, Ric.collect.dec.1897. vide Verall.dec.321. par. 3. quid in tranſumpto extracto ex Regeſtro Cameræ, vide Put.dec.422.par.3. Thoro.

Tutor an poſſit erigere ius patronatus de rebus pupillorum ad nutum amouibile, deciſum fuit negatiuè, Ricc.dec.13. mulier, par.1. & in praxi var. reſolut. in reſol.302. num.18. nam ſi tutori nominanti ad ius patronatus pupilli non ſit deferendum, exiſtente electione, ſeù præſentatione ipſius pupilli, qui verè Dominus dicitur, vt refert Curt. in tract.de Iure pat. in verbo competentes, num. 13. tantò fortius in erectione dicendum erit, ei nō competere. Thoro.

V

VARIARE an poſſit creditor de perſona ad rem, vſquè ad effectualem ſatisfactionem, ſi in inſtrumento adeſſet clauſula, vna via electa, altera non tollatur, deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. collectan. decis. 1053. optimè Præſ. de Franch. deciſ.200. num.3. Thoro.

Verba inconuenientia Sacerdos proferens in celebratione Miſſę qua pœna debeat puniri; deciſum fuit, puniendum eſſe pœna ſuſpenſionis, & ſic fuit ſuſpenſus à celebratione Miſſæ per annum, Epiſ. Iſern. in ſua praxi Archiep. Neap. cap. 79. adde quid in Sacerdote preces nepharias, & turpes admiſcente in Miſſarum celebratione, & ad malum finem, qua pœna ſit puniendus, concluditur, pœna priuationis officij, beneficij, gradus, & ordinis, & exemplo occurſo demonſtratur pèr Grillan. in tract. de ſortil. in 17. quæſt. per totam. Thoro.

Verba illa in Bulla adiecta contra blaſphemantes Deum, & Sanctos, ſcilicèt pro prima vice, an intelligatur, pro qualibet blaſphemia, an verò pro prima vice, vt puniatur, deciſum fuit, vt pro prima vice puniretur, Ricc.dec.221. Bulla conſiderauit, par.2. ad hoc facere videtur quod dixit Alex. Roman. in pragm.1. de blaſphem. num.84. quod ſemel blaſphemans puniri etiam debet pœna ibi ſtatuta, nam ad hoc vt impoſita pœna ſtatuti puniatur, requiritur conſuetudo blaſphemandi, aliàs ſi non blaſphemaret ex conſuetudine, extrà ordinem, & Iudicis arbitrio puniretur, quia fuſtigabitur, vel ponetur ad catenam, & ibidem Reg. Rouit. ſubdit allegando Cyn. Bal. & Salyc. in l.2.C.de reb.cred. qui dùm dicti Doct. requirunt conſuetudinem blaſphemandi, loquuntur reſpectu pœnę vltimi ſupplicij impoſitæ in auth. vt non luxur. contra nat. reſpectu minoris pœnæ impoſitæ per ſtatuta contrarium ſentiunt. Thoro.

Vicarius an poſſit reconciliare publicè pœnitentes, deciſum fuit affirmatiuè, Ricc.deciſ.187. in curia, par.2.Epiſc.Iſern.in ſua praxi Archiep. Neap.cap.50. vbi ſubdit Ricc. quòd ſi Capitulum dederit ei mandatum ſpeciale, poterit ex vi dicti mandati id agere, & in praxi var.reſol. reſolut.284. num.1. Thoro.

Vicarius an poſſit minuere pęnam inflictam per edictum Epiſcopi, deciſum fuit affirmatiuè, Ricc.dec 14. controuertebatur, p.1.

Vicarius an teneatur admittere appellationem ab eius decreto de præſentandis exceptionibus ad merita cauſæ, deciſum fuit affirmatiuè, Ricc.dec.26. fuit deciſum, par.1.

Vicarius Capituli ſede vacante an poſſit exequi diſpenſationes directas Vicario Epiſcopi, deciſum fuit negatiuè, Ric.dec.44. magna fuit, p.1.

Vicarius an poſſit præſtare conſenſum ad fundandum ius patronatus, deciſum fuit negatiuè, Ricc.dec.140 fuit dubitatum, par.1.

Vicarius Capitularis ſede vacante an delegatam, vel ordinariam Iuriſdictionem habeat, deciſum fuit, ordinariam tantùm, Ricc.coll.dec.1600. faciunt congeſta per Epiſcopum Iſern. in ſua praxi cap 84.n.5.de hoc, quæ nàm poteſtas trāſeat in Vicarium Capituli, an autem Vicarius Epiſcopi in caſibus ſibi ſpecialitèr commiſſis dicatur habere iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, Idem in d.praxi cap.66.n.25. Thoro.

Vicarius Capitularis ſubſtituens aliquem an teneatur de facto, & culpa ſubſtituti, deciſum fuit negatiuè, Ricc.dec.169. occaſione huius, par.2. quid de Officiale deputato in exercitio officij, an teneatur de facto Familiæ, vel per ipſorum exhibitionem liberetur, latè Maur.Iun.in alleg. 93. & ibi additio refert deciſionē de hoc, & de eadē materia pleniùs idem Ricc.in coll.1816.& 1849. quod limitatur in Epiſcopo, vt non teneatur de facto, & delicto ſui Vicarij, ex deciſionibus per eum in locis allegatis traditis. Thoro.

Vicarius ſucceſſor an punire poſſit teſtes, qui falsū depoſuerant coràm Vicario prædeceſſore in cauſa ſibi à Papa delegata, deciſū fuit affirmatiuè, Ric.dec.177. in facti cōtingētia, p.2. cōferūt hic notata ſuprà eod.verb.teſtis falſus. Thoro.

Vicarius Epiſcopi ſucceſſor an cognoſcat de cauſa delegata Vicario prædeceſſori, licèt Achil.de Graſſ. in deciſ.3. de offic. Vicar. quem citat Ricc.coll.dec.598. teneat negatiuam partem, attamen ſubſequitur ibid. Ric. alitèr fuiſſe deciſum in Cur. Arch. Neap. & ſic affirmatiuè, quod anteà retulit Epiſ.Iſern. in ſua prax.Cur.

Arch.

Digitized by Google

Arch. Neap č 83. in prin. & arbitror. iure optimo comprobari poſſe talem deciſionẽ ex conſimili deciſione aliàs facta meo tẽpore, dùm Coſentiæ commorarer, optimis ſiquidèm medijs corroborata, detecti enim in Prouincia Calabriæ citrà, & propriè in Terra Montis alti quadam comitiua latronum per D. Georgium de Mendoza, olim illius Prouinciæ Gubernatorẽ, nonnullos ipſorum in carcerem mancipando, particularem Illuſtr. Regni tunc Proregi tranſmiſit Nuntium, de quò certior factus tunc Ill. Comes Lemenſium, præuio reſcripto mãdauit dicto Gubernatori, per nomẽ proprium, & cognomen appellãdo, vt in cauſa prædicta procederet ad modum belli cũ voto vnius ex Auditoribus ſibi melius viſi, ſuccedente poſtmodùm diſceſſu, tàm dicti Gubernatoris, quàm Auditoris electi, qui ad punitionem nonnullorũ dictorũ bannitorũ eo modo proceſſerant, condignis pœnis afficiendo, & in eorum loco alij Officiales ſubrogati fuerũt, nẽpè D. Ioa. Pimentel Gubernator Prouinciæ prædictæ, & meus Cõſobrinus ſatis obſeruandiſſimus Frãciſcus Antonius Salinas loco primęui Auditoris D. Didaci de Matta, & Haro, dubitari cõtingit inter Auditores omnes, ſi in cauſa prædicta eo modo procedi debuerat ad punitionem vnius ex dictis bannitis indè capti cum voto dicti Auditoris, qui ſucceſſit in locum primęui Ordinarij; quamuis ad ipſam cauſam ſpecialitèr electi per dictum Gubernatorem, & ſucceſſiuè cũ dicta poteſtate extraordinaria ad modum belli. Non enim dubium eſt, quin cauſa iſta procedendi ad modum belli ſit delegata, eò quia non omnibus conceſſa eſt, ſed tantùm Præſidibus Prouinciarum, vt dixit Ioa. Gran. de bello exul. in prædic. agere, q. 1. n. 1. & in prædic. ſubſtantiæ, q 1. n. 10. in tantum quod alteri delegari non poſſit, niſi in caſu neceſſitatis, vt Idem cenſet in eod. prædic. agere, q. 2. per tot. ſed an ad ſucceſſores Præſides, de quo noſtrum erit, Idem Io. Gran. in d. q 1. eiuſd. præd. agere, nu. 2. & in ſpecial. 41. cõcludit affirmatiue, motus ex verbis pragmaticæ, ibi: *Quantoà tutti l'altri futuri Gouernatori*; ſed dubiũ erit, ceſſantibus verbis ipſis, an cẽſeatur cõceſſa, eò quòd talis poteſtas nõ ſemper, ſed ad certum tempus Audientijs Regijs conceditur, hoc eſt ex particulari reſcripto Proregis de ſemeſtre in ſemeſtre, & pro negatiua parte huiuſmodi procedi non potuiſſe per ſucceſſorẽ, & quod pro iuriſdictione delegata nõ præſumatur, cũm ſit odioſa, Mynſing. ſingul. obſeru. cẽt. 3. obſer. 1. nu. 1. & in odioſis non ſit extenſiò, Donat. à Fin. inter comm. opin. lib. 1. tit. de leg nu. 88. quò fit, vt dùm Delegatus, cui cõmiſſa eſt cauſa, in qua aliàs erat ordinarius, remanet in illa cauſa ordinarius, & ſolũ videtur iuriſdictio excitata, Maran. in Spec. p. 4. diſt. 5. nu. 77. vbi in fine ſubdit, niſi in commiſſione eſſet in aliquo alterata eius iuriſdictio, qui tunc cenſetur delegatus, & non diceretur iuriſdictio excitata, ſecundùm Felin. in c. licèt, de offic. Ordin. & in hoc potiſſimùm conſideratur poteſtas delegationis, quando expreſsè non mentionaretur de delegatione, vel quando adderetur commiſſioni aliqua clauſula, quæ non ſpectaret ad ordinariam iuriſdictionem, vt ſi diceretur, procedas appellatione remota, vel alia ſimili clauſula vteretur Delegans, ſecũdũ Abb. in d. c. licèt quem citat ibi Maran. ſub nu. 4. quod in caſu noſtro exemplificari poteſt ex eo, quòd Præſes dùm ordinariá iuriſdictionem habet cauſarum, extraordinariam verò habere nõ poteſt, niſi de mandato Principis, ad modum belli procedendi extraordinariè cõcederetur modus; ſecũdò corroboratur alio medio, hoc eſt ex electione perſonæ, l. inter artifices, ff de ſolut. l. nemo, ff. de duob. reis, ſicque in delegatione induſtria perſonæ electa videtur, vt in ſpecie tradit Gramm. in vot. 3. num. 39 quòd induſtria perſonæ dicitur electa, quãdo dicitur in commiſſione, tu per te cognoſcas, & concludit in terminis Ioa. Gran. d. q. 1. nu. 1. In tantùm operatur talis induſtria, quòd delegari non poſſit, tantò magis cùm talis poteſtas ſoli Principi reſeruata ſit, quæ enim de reſeruatis ſunt, non delegantur, Marant. vbi ſuprà nu. 69. nam perſonam nõ egreditur, ſicut in ſimili deciſum patet in S. C. in conceſſione facta Baroni per Regem cum poteſtate caſuum reſeruatorũ Principi, factaque per conceſſionarium alienatione feudi non cenſerentur reſeruata Principi in eũ tranſlata, Prẹſ. de Frãch. dec. 275. ijs enim ſic ſe habentibus concludi videtur, talem cognitionẽ extraordinariam non tranſire in ſucceſſorẽ; in contrarium tamen plura adducebantur media pro veritatis elucidatione. Et primò ponderabatur tex. in l. 1. ff. de offic. eius, ibi, quæ verò iure Magiſtratus competũt mandari poſſunt, vbi gloſ. tàm ſuper verb. Magiſtratus, quàm ſuper verb. mãdari dixit, ergò & transferri in ſucceſſorem, licèt autẽ ibi dicatur, quòd in caſu prædicto requiratur ſpecialis cõmiſſio, ex eo, quòd non poterat alteri mandari, rectè quidèm procedit, attamen eadem gloſ. in d. verb. Magiſtratus cenſet quòd illud, quod ſpecialitèr iniunctũ eſt, benè non demandatur. ſ. in priuilegium, ſed benè generalitèr omnium cauſarum, diſcuſſo etiã maximo, putà ſi quæſtori demãdetur, quantò magis ſucceſſori Delegati, qui cenſetur vna, eademq; perſona cum prædeceſſore, inquit Carau. in ritu 310. nu 4. ad hoc etiam ponderabatur Conſt. Regni Pœnam eorum, ibi, qui enim bannitus erat, minimè comparuerit, vel etiam coràm ſucceſſore eiuſdem, vbi gloſ. in princ. notat, coràm ſucceſſore Officiali fieri debere quod coràm prædeceſſore faciendum erat, & citat multa iura, & Iudex, qui alteri in officio ſucceſſit, tenetur exequi literas requiſitorias ad eius anteceſſorẽ deſtinatas, Couarr. pract. quæſt. c 11. nu. 1. & legatum factum alicui ſub nomine dignitatis, vel officij, ad ſucceſſores extenditur, Ioa. Dilect. de art. teſt. tit. 6. caut. 60. num. 4. poteſtas alicui data ſub nomine officij tranſit in ſucceſſorem, & ſic cõcludit Ioa. Anan. conſ. 18. viſis, nu. 9. Secundò adducebatur tex. in c. quoniàm, de off. deleg. vbi expreſsè cauetur, quòd quãdo delegatio committitur alicui Abbati, & ſic ſub nomine dignitatis, eo mortuo transfertur delegatio in ſubſtitutum, quia dignitas nũquàm moritur, vbi gl. ſingularis in verb. ſubſtitutũ concludit, hoc verum eſſe, quãdo propriũ nomen nõ ſit expreſſum in literis, quia pro vna

perſona

perſona intelligitur, & dignitas non moritur, ſed ſi propriũ nomẽ in literis fuerit expreſsũ, quia tunc cognitio eſt facta perſonæ, ſucceſſor nõ cognoſcer. Tertiò, per ea, quæ tradit Grãm. in conſ.64.nu.4. & 5. diſputans articulum conſimilem de præeminentia conceſſa vni Regenti M.C.V. ſi extẽdatur ad ſucceſſorem, & concludit negatiuè ex verbis illis in conceſſione exiſtentibus, Tu ſolus, &c. & tamen cõtrarium ſeruatur in M. C. V. immò de conſuerudine per eandem M.C. eadẽ poteſtas delegatur, ità Cãp. in cap. ſi cum ſceleratis, nu.24. & ſic nõ obſtant in contrarium adducta, ſed verius credo, ad hoc propoſitum ponere gladium ad radicem notabilem tex. in §. & hoc verò, auth. vt nulli Iud. vbi hæc formalia verba habentur, & hoc verò iubemus obſeruari ab omni adminiſtratione, vt ſi contingerit in ſcriptis, noſtram iuſſionem fieri ad aliquem Iudicem, & intereà quieſcat ab adminiſtratione is, qui poſt illũ ſuſceperit dignitatem, accipiat eam, & inſinuat, ſiquidẽ priuata eſt cauſa, & implere eã, & aſſequi, quemadmodũ ad cum promeruit reſcriptũ, vbi ſubdit gloſ. ſuper verb. reſcriptum motiuando, ſed quomodo hoc cognoſcit ſucceſſor, cùm morte mandatarij iuriſdictio expiret, vt & aliàs mandatum, reſpondet, hoc non perſonæ, ſed officio fuit facta commiſſio, vel delegatio, & per iſtum tex. ità deciſũ fuit in eadem Reg. Aud. ad relationem dicti mei conſobrini Franciſci Antonij Salinas die 5. Auguſti 1611. Paterni, & ità poſtmodum exequutum fuit in cauſa prædicta ad modum belli cum voto ipſius tantùm. Thoro.

Vicinus an compelli poſſit ad vẽdendum domum pro ampliatione Capellæ; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ 147. fuit dubitatum, p.1. conferunt hic quamplures deciſiones relatæ per me in Comp. deciſ Regn. verb. vicinus. Thoro.

Vicinus an poſſit compelli ad vendẽdum domum pro ampliatione Hoſpitij Religioſorum; deciſum fuit negatiuè, Ric. dec. 138. plena, & copioſa, p.1. An, & quando vicinus teneatur vendere domum pro ampliatione Eccleſiæ, vel Seminarii, faciunt congeſta per Ricc. collect 76. Petra ad Gramm. dec. 75. nu.8. & quid ſi Eccleſia non dùm eſſet conſtructa, ſed pro conſtruenda Eccleſia an cogi poſſint vicini vendere domos, vel agros; deciſum fuit affirmatiuè, vt per Reg. de Pont de Poteſt. Proreg. tit. 2. §. 4. n. 19. de quo in meo Comp. dec Regn. verb. vicinus. Thoro.

Vicinus, qui cogi poteſt ad vendendum domum pro ampliatione Eccleſiæ, an locare teneatur; deciſum fuit negatiuè, Ricc. deciſ. 10. quidam clerici, par.1. quid in vicino volente retrahere rem locatã iure prothomiſeos, latè Rendel. in tract. de iur. prothom. gl. per locationẽ. Thoro.

Vir, cui non conſtat de adulterio vxoris, ſi ſumpſerit ſacrum ordinem ſuſpectus erit de fide, & proindè fuit dictum, quòd abiuret de leui, & ſuſpendendum eſſe ab ordinibus, Ric. dec. 123. N. contraxit, par.1.

Vis, quæ præceſſit an attendatur, quando poſt vim ſequatur actus voluntarius, approbans actum, in quo vis interuenerat; deciſum fuit negatiuè, Ricc. collect. deciſ. 878. adde Bart. in l. Cęſar, num.9. ff. de publ. & vectig. quid autem in actu nullo, ſeù inualido ab initio, citra tamen vim, an validetur per ſequentem ratificationem, faciũt collecta per eundem Ricc. collectan. 344. circà verò inualiditates actuum idem Ric. in collect. 1617. nonnulla cumulauit, vltrà Vezin. inter comm. opin lib 2. tit. ſi maior factus, &c. nu.35.

Voti propalatio an teſtibus probari debeat, & quibus credendum ſit, ad effectum recuſationis; fuit deciſum affirmatiuè, probari poſſe teſtibus, Ricc. collect. deciſ. 1526. quia ſecretum varijs modis panditur, hoc eſt verbo, ſigno, ac quouis alio modo, Gigan. in tract. de crim. læſ. Maieſt. q.21. nu.23. ideò teſtibus etiam probari poteſt, ſed qua pęna puniantur reuelantes ſecreta Regis, idem Gigans vbi ſuprà, & de Officialibus reuelantibus ſecreta Conſilij abundè loquitur Carau. in rit.3. nu. 16. & de propalantibus vota Theſau. dec.1. nu.14. pro hac cauſa propalationis voti recuſari poſſunt, Paris de ſynd. verb. ſuſpitio, num.5. Thoro.

Vouens certum Monaſterium, ſeu certam Religionem intrare, ſi ibi non recipiatur, an liber maneat, ità quòd poſſit contrahere matrimonium; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ. 175. emiſerat, par.1. quid ſi fuiſſet profeſſio alicuius Religioſi declarata nulla à Superiore Regulari tantũ, non tamen ab Ordinario, an poſſit ipſe in ſęculo permanere, Idem in prax. var. reſol. in reſol. 20. tenet, quòd non, & ità Romæ deciſum, nàm tenetur reuertere ad Monaſteriũ. Thoro.

Vſurpatio an præſumatur duobus patronis concurrentibus ad præſentandum in beneficio iuris patronatus, quorum alter erat Baro, alter verò priuatus; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. deciſ. 21. non videtur, p.1. ad hoc vide Mohed. deciſ. 10. de iur. patr. Put. deciſ. 59. par.1. Verall. deciſ. 128. par.2. Thoro.

Vſufructuarius, qui tenetur præſtare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, an faciat fructus ſuos antè præſtitam cautionem; deciſum fuit negatiuè, Ricc. collect. deciſ. 1023. adde Borgn. Caualc. in tract. de vſuf. mulier. relict. num.89. Thoro.

Vſufructuarius omnium bonorum an habeat ius præſentandi ad beneficium, excluſo proprietario; deciſum fuit affirmatiuè, Ricc. in deciſ. 23. cuidam fuit, p.1. Adde Rebuff. in tract. de Nominat. q.17. nu 22. vltrà alios per me citatos in addit. ad Ann. ſing. 593. An autem Cõmendatarius poſſit præſentare, idem Rebuff. in prax beneſ. p.1. tit. de commenda, nu. 60. tenet, quòd ſic, an tranſeat ad fideicommiſſarium ius patronatus, latè Peregr. de fideicom. art.6. nu.37. Thoro.

Vſusfructus beneficij interdicitur excommunicatis, & ſic deciſum, Ricc. collect. 1094. non enim facit fructus ſuos, latè Lancell. de atten. p.2. cap.12. lim.22. num 3. vbi etiam nu.1. cenſet, pendente appellatione poſſe priuari fructibus, & diſtributionibus quotidianis, & antè eum iſtam materiam proſequitur Gigans de penſ. eccleſ. quæſt.64. Thoro.

Vulnerans non tenetur de occiſo, ſi poſt vulnus ab alio vulneratus occidatur, vel aliqua ruina ſuffocetur, & ità deciſum, Ricc. collectan. deciſ. 1456. vide Iul. Clar. in §. homicidium, nu.37. cum addit. Thoro.

F I N I S.

Digitized by Google

Prem. Legatoria Artistic[a]
ACHILLE F...
Via Grande Archivio, ... Na[poli]

Digitized by Google